2.2.4 vol III-IV

DISCEPTATIONVM FORENSIVM

Judiciorum

STEPHANI GRATIANI ROMANI V.I.D.

Tomus Tertius,

IN QVO PRÆTER EXPLICATIONES QVÆSTIONVM ad vtrumque Ius pertinentium quæ iuxta praxim Sacræ Rotæ Romanæ, Scriptorumq; nobilium doctrinam traduntur, Multa etiam tractantur necessaria vberiori cognitioni eorum, quæ reliquis Tomis antea editis sunt definita.

Huic Nouissimæ Editioni accessit INDEX Generalis Rerum & Materiarum notatu dignarum locupletissimus.

GENEVÆ,
Sumptibus Samuelis Chouët.
M. DC. LXIV.

S. D. N.

PAVLO QVINTO
PONT. OPT. MAX.

STEPHANVS GRATIANVS F.

INTER eos qui annum hunc tibi XII. decurrentem, Pater Beatissime, voce libera, sinceroque pectore gratulantur, eundemque pari affectu vouent partæ hactenus gloriæ tenacem feracemque nouæ subinde lætitiæ, & aliis atque aliis accedentibus plenæ felicitatis; Ego meomnium esse postremum, si merita spectentur; primis proximum, si deuotio pendatur addictæ voluntatis, palam publiceque profiteor. Summa isthæc tua summæ adiuncta Maiestati Benignitas, quę obuia omnibus, excitat in omnibus admirabiles amores sui; me, licet hebetum tardissimum (suauius an efficacius?) mire trahit. Orbis Christiani sancte custodita Religio, Cœlitibus decreti honores, & sacri cultus, constans, & exactus ad optimam æquitatis formam Iustitiæ tenor, felix & perpetua cunctarum rerum Prouidentia, excubans in omnes partes ad commune commodum Vigilantia, Templa, Cœnobia & Basilicæ digna summo Pontifice cura illustratæ, Moles ædificiorum, substructionum, aquæductuum, viarum, pontium Regia magnificentia perfectæ; Roma, Italia, variæ toto terrarum orbe Prouinciæ plura Beneficiorum tuorum nomina prædicantes, insignia præferentes, quid aliud persuadent, quàm vt natum bono publico Principem Boni omnes velint esse diuturnum? Volunt enimuero, & ad tuam incolumitatem de sua, ad tuam vitam adiici cuperent ex annis suis. Ego quod in me est, deuotionis meæ testem ad omnes & ordines & ætates transmitto fœtum hunc ingenij quartum, qui nunc primum sub meridiana luce tua prodit, hoc solo spei plurimum, & vitæ sibi Pollicitum, quod sub auspiciis est immortalis Nominis tui. Romæ Kalend. Sextilibus M. DC. XVII.

Illustrissimo Principi

SCIPIONI BVRGHESIO
S. R. E. CARDINALI
AMPLISSIMO

STEPHANVS GRATIANVS F.

HORTÆ Deæ fanum Romæ semper apertum fuisse, Princeps Illustrissime, Plutarchus non vltimæ notæ fideique scriptor testatum reliquit. Id vero quorsum institutum, si quis me postremi subsellij hominem roget, citra inuidiam, & inuolucra verborum euulgare mysterium non verebor. Deam illam Antistius Labeo ingenuarum & bonarum aggressionum Hortatricem de Maiorum sententia facit, unde falso numini nomen & Templum; eo proinde consilio, vt mihi quidem videtur, voluerunt boni illi publici Curatores, nulli vnquam inaccessam, ac patentem semper omnibus eam dare, cuius munus esset, acuere industriam, excitare animos, ad egregia denique facinora non intermissis hortatoribus auctorem esse. Tua hæc nimirum non ficta, sed vera gloria, Princeps est. Cumque laudum pulcherrimarum circa te chorum crebris rerum aliarum imaginibus adumbrare liceat, libet hic solum agnoscere Scipionis Burghesij benignitatem nulli clausam, obuiam semper omnibus, & inter aggeres; molésque curarum hoc vno gaudentem, si plurimorum animi, admotis quasi stimulis, ad audenda laudabilia prouocentur. Dicam planius. Te qui experiuntur peræque commodum & instar publici solis, propositum vniuersis, hortatorem scilicet assiduum habent & efficacem; cumque sibi vim in opus addi sentiant, infœcundis ingeniis esse non possunt. Hinc abs te pleni honestissimi amoris multi ad ea se studia conferunt, quæ vitam morituris decusque propagent. Hinc ad te vndique concursus fiunt, exacti fructum operis, sua tibi volumina dedicantium, hoc est, exitum in originem referentium. Hinc ego denique, quisquis tandem sum inter cæteros, ad te redeo, si non æque laborum felix, certe non sterilis omninò, non vacua manu. Summam voti mei consequutum me libere profitebor, si quod alus contigit, faciles Magni Nepotis aditus nactus hic liber, ad Auunculi Summi Pontificis beata vestigia tuo sub patrocinio, tuis auspiciis admittatur. Romæ Kalend. Augusti 1617.

INDEX

INDEX

SINGVLORVM CAPITVM, IN QVIBVS CVIVSLIBET DISCEPTATIONIS MATERIA breuiter continetur.

CAPVT 401.

SOLVTIO facta patri, seu matri, & [illegible] ac coniunctis quando liberet [illegible], & sit admittenda cautio de rato, & quid si fiat socio, filio, seruo, coniuncto, & similibus, & an per eos possit [illegible] nouatio obligationis. ¶ Ex venditione facta à patre, & filio quo casu arguatur rem venditam esse [illegible] seu patris, & quid in hoc operetur habitatio filij seorsum à patre, & negotiatio illius. ¶ Iuramentum an possit deferri per coniunctum pro coniuncto, & per eum quando petatur restitutio, seu aliud requirens speciale mandatum. ¶ Pater petens in iudicio quod filio debetur, seu adiens hæreditatem pro eo an debeat exprimere nomen administrationis, & quid in tutore & curatore, & an hoc respectu [illegible] is obstet excommunicatio filij, & pupilli doli capacis ¶ Actus quando censeatur gestus nomine [illegible] tutoris, seu procuratoris. ¶ Alienata per [illegible] an possint per filium ipso viuente reuocari. ¶ [illegible] tio filij an præsumatur ex bonis patris si [illegible] cum eo asserat illa bona esse filij, & pat[illegible] tali assertioni consentiat.

402 Tituli [illegible] quando sit necessaria pro obtinenda [illegible] ¶ Successor an possit agere vt [illegible] ne Ecclesiæ ¶ Et quãdo possessio [illegible] successorem. ¶ Habens titulum cum possessione quo casu præferatur habẽti solum possessionem ¶ In interdicto *uti possidetis* an sit vtile [illegible] proprietatem. ¶ Articuli an sint impertin[illegible] si in eis petatur quo titulo, & qua causa possideat ¶ Prouocatus ad iudicium manutẽtionis an sit præferendus prouocanti, & se habeat ad instar rei tã in præparatoriis, quàm in decisoriis. ¶ Sequestrum quando detur si probationes nõ sunt pares circa possessionem. ¶ In cõtrouersia anterioritatis prouisionis an præferatur qui prius possessionem accepit, quamuis illam postea amiserit, vel is qui fuit posterior in possessione, si et possideat de tempore quo controuertitur dicta anterioritas prouisionis. ¶ Conditio possidentis quando sit melior, & de multis commodis possessionis remissiuè.

403 Executioni sententiæ, & laudi quando præscribatur spatio triginta annorum. ¶ Et an ex illis detur victori verum dominium & inducatur obligatio naturalis & mala fides, ac vitium litigiosi. ¶ Statuta excludẽ. ia creditores [illegible] eorum iuribus per aliquot annos an obligent [illegible] mala fide, & quid si fuerint [illegible] creditores. ¶ Præscriptio [illegible] tempore pestis, belli, penuriæ, inundationis, [illegible] repentinarum, Sedis vacantis, nouendialis, & absentiæ causæ reipublicæ, & quid si [illegible] tempore [illegible] iurauerint, & quo casu minimum debeat attendi. ¶ Ius canonicum quando sit seruandum in foro ciuili. ¶ Restitutio ex capite ignorantiæ an detur contra præscriptionem 40. ann. etiam post lapsum quadriennium. ¶ Mala fides defuncti an impediat, quòd hæredes tam primi, quam sequentes non possint inchoare præscriptionem, & illam perficere ex propria persona. ¶ Contra pupillum, & minorem an currat præscriptio, & quid si sint hæredes maiores, cum quibus erat cœpta. ¶ Præscriptio immemorabilis an attendatur stante mala fide.

404 Dispositio generalis præcedens, quando restringatur per subsequentem dinumerationem specierũ. ¶ Prælegata an veniant in restitutione fideicõmissi. ¶ Distributio totius patrimonij facta per dinumerationem rerum particularium quo casu inducat fideicommissum vniuersale, & ex quibus cognoscatur illud esse tale. ¶ Legitima an sit detrahenda ex fideicommisso & an stetur assertioni testatoris quod ex aliis bonis illa possit detrahi. ¶ Prohibitio alienationis facta in certis rebus an faciat diuersum fideicommissum à primo.

405 Donatio facta alicui cum pacto, vt post eius mortem transeat in tertium, an possit reuocari & quid si interuenit stipulatio notarij, & nõ constet de acceptatione ¶ Primus acquirens quando possit præiudicare vocatis in emphyteusi, & an requiratur quod sit in potestate ¶ Peculium quomodo dignoscatur an sit profectitiũ, seu aduentitium ¶ Stipulatio emphyteusis facta à patre quando sit iudicanda ordine successiuo ¶ In actione dotis quæsita per patrem filiæ an possit per acquirentem imminui ius eiusdem filiæ. ¶ Donatio patris vt valeat ad fauorẽ filiorum an requiratur perseuerantia donantis vsq; ad mortem, & quando detur illius reuocatio.

406 Statutum concedens marito dilationẽ restituendæ dotis an habeat locum in eo, qui sine causa expulit vxorem, & in viro putatiuo ¶ Hæredes, & socij, qui ex eorum culpa desinunt esse tales an comprehendantur in dispositione tam quoad commodum quam onus. ¶ Mulier quæ diuortiũ fecit cum viro an gaudeat priuilegio *l. vnic. C. quand. imperat. int. pupill. & vid* ¶ Maritus pauper ex suo delicto an conueniatur in quantum facere potest ¶ Dispositio vt non possit per primum creditorem reuocari pecunia soluta secũdo creditori, an intelligatur si cõsumpserit mala fide. ¶ Stipulatio dotis restituẽdæ an cõprehendat eam quæ fit ob matrimoniũ non secutum, & illam quæ est facienda ob vergentiam viri ad inopiam tanquam non dicatur vera restitutio.

407 Mater quando excludatur per substitutionem compendiosam à legitima, & quid si institutio sit restricta ad bona testatoris, non autem substitutiõ.

¶ Verba Succedat, & Substituit, quo casu sint executiua, vel obliqua, & faciant pupillarem directam. ¶ Ex quibus verbis, & coniecturis colligatur testatorem voluisse pupillariter substituere, seu per fideicommissum ¶ Substitutio compendiosa an dicatur si [illegible] alicui si decesserit sine filiis, quamuis non adsit dictio Quandocunque & quando comprehendat pupillarem ita vt dicatur expressa verbis generalibus [illegible]

408 Repetitio quando concedatur si causa propter quam fuit iudicatum deuenit ad non causam. ¶ Et an tunc licitum sit impogn[illegible] iudicio executiuo. ¶ Exceptio *dolo facit petere quod restituturus est*, quando possit opponi, & detur officium Iudicis ¶ Ignorantia præsumpta an sufficiat vt dicatur cogitare de impedimento. ¶ Restitutio in integrum an sit danda ex clausula generali *si qua mihi*, & quid operetur lapsus quadriennij, & an incipiat currere a die læsionis, seu scientiæ.

409 Renunciatio generalis iurata an sufficiat in exceptione cedendarum. ¶ Tutor quādo dicatur contumax non administrando, & an debeat præcedere iussus Iudicis præcipientis vt administret ¶ Insinuatio an sit adhibenda in liberatione debitorū etiam ex causa meritorum in genere, & debiti nō liquidi, & pacti de non petendo, renunciatione iuriū, cessione, vel similibus dispositionibus gratuitis. ¶ Exceptio cedendarum an sit exclusa per statutum tollens omnes defensiones, & quid in muliere & pupillo, & aliis remittentibus pignus, seu liberantibus [illegible] ex fideiussoribus, & [illegible] clausula renunciationis omni [illegible] auxilio. ¶ Iuramentum quando [illegible] ¶ Decretum Iudicis an sit interponendum probatis & [illegible] in scriptura separata, & quo casu habeant præsumptionem iustitiæ. ¶ In constitutione procuratoris facta per mulierem ad aliquid specialiter faciendū, si interuenit solemnitas, an sit amplius [illegible] cum postea contrahitur. ¶ Fideiussio quando censeatur [illegible] contemplatione [illegible] vt obstet exceptio cedendarum, si creditor [illegible] ex fideiussoribus liberauerit, & an in liberatione possint reseruari iura faciendi cessionem contra fideiussorem liberatum ¶ In concernentibus solemnitatem contractus, an debeat attendi [illegible] loci vbi actus geritur. ¶ Mulier Domina loci an debeat obseruare solemnitates per statutum requisitas.

410 Ecclesiastica sepultura, an concedatur decedenti in duello si ostendat an[illegible] obitum signa pœnitentiæ, & sumpserit viaticum. ¶ [illegible] municatus qui decedit ante absolutionem [illegible] signa contritionis an absoluatur post mortem, & in ecclesia sepeliri [illegible] ¶ Ex facto alterius quando [illegible] debeat [illegible]

411 Executio obligationis cameralis, seu instrumenti [illegible] do impediatur per exceptionem rei non [illegible] [illegible] cognitum de nullitate [illegible] [illegible] an in hoc obstet renunciatio [illegible] & communium. ¶ Executor quando [illegible] de necessitate [illegible] ¶ [illegible] extra competentiam rei quid operetur. ¶ [illegible] tio peremptoria requirens altiorem indaginem quando faciat supersedere executionem. ¶ [illegible] emphyteota soluens per plures annos censum [illegible] bus illum soluit. ¶ Statutum [illegible] tens omnes exceptiones, de quibus exceptionibus intelligatur, & an excludat officium Iudicis. ¶ Re non tradita an debeatur laudemium.

412 De vsu antiquo sumendi manibus sanctissimam Eucharistiam per viros antequam communicarent, & quo fœminas quid obseruaretur, & de Velamine seu Dominicali. ¶ Et de solemnitatibus eam deferendi ad infirmos, & quando illis derogetur. ¶ Et an possit deferri tam per Presbyterum, quam per Diaconum. ¶ De miraculo dum S. Tharsicius Acolythus gestans sanctissimum Christi corpus fuit captus à Paganis ¶ Et de more antiquo vt Eucharistiam percepturi se deoscularentur. ¶ Et de Romanis Pontificibus quos peregrinantes illa præcedit.

413 Quæ requirantur ad hoc, vt quis audiatur super nullitate professionis tam expressæ, quàm tacitæ. ¶ Et an dimissio temeraria habitus obstet, si iterum idem habitus assumatur ¶ Et quando post quinquennium inualidè professus possit audiri, & in cōsciemia fugam arripere, & ad Monasterium non redire, & vxorem ducere. ¶ Professio facta eadem die, in qua habitus probationis fuit susceptus an sit valida, quamuis adsit defectus sex horarum. ¶ Et quādo dies termini computetur in termino, & annus cœptus habeatur pro completo in professione, matrimonio, & similibus. ¶ Moniales Mendicantium vulgo Bizoghæ & Oblati. qui se offerunt perpetuò in manibus Superiorum tertij Ordinis S. Francisci, an ligentur statutis laicorum, vel sint personæ religiosæ ita vt gaudeāt priuilegio fori, & immunitate Ecclesiastica, & canone Si quis suadente Diabolo, & succedāt in feudis, & cōprehendantur circa professionem sub *Concil. Trident. sess. 25. c. 5. de regularib.*

414 Dispensatio, & absolutio ab excommunicatione non reseruata Papæ, quando Episcopo, & eius Vicario concedatur. ¶ Extrahentes reos ab Ecclesiis non seruata forma constitutionis Gregorij XIV. an possit absolui per Episcopos. ¶ Tollens seu diminuens libertatem Ecclesiasticam quando incurrat in pœnas Bullæ Cœnæ Domini. ¶ Et quid in eo, qui illam offendit de facto absq; eo, quod præcedat statutum, seu ordinatio. ¶ Absolutio Episcopis cōcessa per *Conc. Trid. sess. 24. c. 6.* an sit sublata per Bullam Cœnæ tam in casu hæresis, quàm in aliis in dicta Bulla contentis. ¶ Et quando potestas generalis absoluendi ab excommunicatione includat casus speciales. ¶ Episcopus an possit absoluere ab hæresi in foro exteriori in officio sanctæ Inquisitionis.

415 Surreptio quando attendatur in alienatione rerū Ecclesiæ stante vtilitate ¶ Et an solemnitates requirantur si interueniat [illegible] authoritas Pontificis ¶ De tempore ad tempus an arguendum sit circa æstimationem bonorum Ecclesiæ tam in permutatione, quam locatione, & similibus ¶ Et quādo detur rescissio, si res fuerit facta deterior ¶ Et [illegible], seu læsio de quo tempore debeat interuenire ¶ Constitutiones Summorū Pontificum prohibentes alienationem bonorū Ecclesiasticorū in consanguineos quomodo intelligantur, & per quas clausulas illis sit derogatum. ¶ Titulus præsumptus quando tollatur per exhibitionem veri ¶ Temporis antiquitas quo casu faciat præsumi solemnitates, & excludat surreptiones ¶ Decretum irritans quando inficiat possessionē. ¶ Notitia in Principe quibus casib. præsumatur ad hoc, vt nō possit dici gratia surreptitia.

416 Alienatio facta de mandato testatoris quando operetur fideicommissum limitatum. ¶ Et sit reseruanda quarta fideicommissario. ¶ Et an talia bona alienata imputentur in legitimam, & trebellianicā.

¶ Priu-

¶ Prohibitio facta filio ne alienet, nisi cũ consensu [illegible] expressum, seu tacitã licentiam [illegible] ¶ Dictio, *nisi* quãdo affirmet, scotario præ[illegible] concepta. ¶ Filius prohibitus alienare [illegible] 20 annos an possit post dictum tempus alienare. ¶ Habens bona alienata de præcepto te[illegible] indicatur habere ab eo, seu ab alienante.

417 Valor monetæ quando attendatur tempore solutionis. ¶ Et quid in hoc operetur obseruantia, & qualis debeat esse, & an requirat præscriptionem. ¶ Æstimatio monetæ quo casu dicatur facta taxatiue, seu demonstratiue, ita vt augmentum seu diminutio [illegible] ¶ Pensio reseruata in ducatis, quæ [illegible] in [illegible] quomodo sit soluenda, & an augmentum [illegible] commodo pensionarij. ¶ Et quid in [illegible] consistente in aureis, & postea taxata in moneta. ¶ Solutio facienda in ducatis de Camera an possit [illegible] Ex qua forma solutionis de[illegible] obligatio ambigua. ¶ Manutentio [illegible], non constat de reseruatione pensionis. ¶ Literæ an probent contra scribentem. ¶ Condictio [illegible] quando detur, quid si fuerit [illegible] rei iudicatæ. ¶ Soluens ex causa trãsactionis [illegible] idem cogitur soluere, an repetat [illegible] & qua actione.

418 Statutum disponens quod agnati masculi præferantur omnibus agnatis fœminis transuersalibus vsque ad quartum gradum præterquam sororibus & [illegible] fratrum defuncti, quæ si concurrant cum patruo defuncti, cum eo pariter admittantur an procedat si adsit cum patruo & sorore nepos alterius sororis. ¶ Qualitas quando sit verificanda vt statutum habeat locum. ¶ Clausula *infrascriptis* an restringat dispositionẽ ad casus literaliter decisos.

419 Descendentes an ingrediantur locum ascendentium, [illegible] succedendo ab intestato, seu ex fideicommisso. ¶ Et quid si fuerint vocati proximiores & [illegible] collectiue, vel proprio, vel in stirpes [illegible] in capita, vel salua gradus prærogatiua. ¶ Et quid in successione transuersalis. ¶ Filius an per [illegible], seu verè repræsentet patrem. ¶ Successio in bonis liberti in quo differat à successione in bonis patroni, vel aui, & quãdo in ea admittantur nepotes vna cum filiis. ¶ Ius patronatus liberti an [illegible] iure hæreditario, & transmittatur. ¶ Prohibitus alienare quando intelligatur si sine filiis decesserit. ¶ Possessio bonorum defuncti seu dominium quo casu sit probandum, vt res dicatur sua. ¶ Probatio gradus an sufficiat absque eo quod probetur quem esse proximiorem.

420 Statutum prohibens alienationem, & pignus, ac hypothecam an censeatur prohibere venditiones censuum. ¶ Et quid e contra si permittatur alienatio pro dote an dicatur cõcessa impositio cẽsus. ¶ Bona fides quando prosit emptori quo ad fructuum acquisitionem. ¶ Census constitutus, seu constitutiuus in quo differat à reseruatiuo. ¶ Et quo casu vendẽs censum transferat dominium & possessionem rei censuatæ. ¶ In instrumento census an sit apponẽda clausula constituti & precarij. Appellatione bonorum [illegible] quando veniat census tam sit materia fauorabilis, quam odiosa. ¶ Emphyteusis in quo differat à contractu censuali.

421 Priuilegium *leg. vnic. Cod quand. imp. int. pupill. & vid.* an sit sublatum per facultates Auditoris Cameræ, & per Eugenianam ad fauorem Curialium. ¶ Electio Iudicum quo casu concedatur personis miserabilibus. Dispositio *cap. oblatæ, de appellat.* de non præueniendo appellantem in impetratione rescripti quando habeat locum. ¶ Curiales qui sint, de eorum Iudicibus. ¶ Vocatus in iudicium si postea efficiatur Curialis, seu Miles, aut Legatus an habeat ius reuocandi forum stante præuentione. ¶ Et quo casu priuilegium superueniens motu proprio, seu ad partis postulationem, & propter vtilitatem publicam, & ob modicum præiudicium trahatur ad lites pendentes. ¶ Et de contrariis sententiis Canonistarum & Legistarum in hoc. ¶ Et multa de intellectu *leg. si quid postea, ff de iudic.* ¶ Et quando liceat impetrare priuilegium super causa quæ agitur. ¶ Et de differentia inter priuilegium declinationis fori & alia priuilegia. ¶ Motus proprius an excludat surreptionem, & validet gratiam. ¶ Dilatio soluendi concessa ciuibus in exercitum an prosit illis, qui erant in iudicio conuenti. ¶ Mulier nupta in alieno domicilio an possit conueniri in loco originis, & contractus. ¶ Princeps quando censeatur voluisse derogare tertio, & priuilegio in corpore iuris clauso. ¶ Præuentio quo ad partem, & quo ad forum quæ sit. ¶ Virgo existens in potestate patris & pupillus in potestate aui, vel patris an gaudeat priuilegio *l. vnic. C. quand. imper. int. pupill. & vid.* ¶ Curiales vrbis an possint reuocari per Dominos ad habitandum. ¶ Viuere sub iusto Principe summa libertas. ¶ Metus & dolus cessat in Curia Principis. ¶ Eugeniana an comprehendat Clericos.

422 In iudiciis vniuersalibus an fructus veniant ab initio, seu à die petitionis. ¶ Et quando bona fides illos percipiens operetur, vt non teneatur eos consumptos restituere, maximè stante lapsu triennij. ¶ Et an sit probandum quod fuerit factus locupletior, & qua specie locupletionis. ¶ Mala fides auctoris an noceat hæredi existenti in bona fide quo ad fructuum restitutionem. ¶ Bona obligata pro debito excedente valorem illorum quando cẽseantur derelicta, ita vt sint acquisita liberè creditori quo ad excusationem ab onere satisdandi. ¶ Et quid in bonis maiorum suorum, & aliis in quibus cadit affectio, vt conseruentur in familia. ¶ Fructus pignoris quando spectent ad creditorem. ¶ Legatum quo casu censeatur ademptum per pignorationem rei legatæ. ¶ Retractus an habeat locum in re pignorata. ¶ Dominium pignoris quando remaneat apud debitorem.

423 Per publicationem bonorum an debitor liberetur ab obligatione ciuili, & naturali, ac personali, ita vt si postea restituatur ad gratiam, & aliquid acquirat teneatur pro tributis ac muneribus publicis, ac aliis suis debitis. ¶ Obligatio semel extincta quando reuiuiscat. ¶ Fiscus quo casu habeatur pro hærede & successore vniuersali. ¶ Et debeat præstare factum condemnati, & cedere fideiussori contra eum. ¶ Et teneatur ad debita delinquentis etiam contracta post delictum. ¶ Et an possit conueniri per fideiussorem qui promisit reum non discessurum è palatio, qui postea aufugit propter indemnitatem promissam à principali. ¶ Restitutio per Principem concessa an comprehendat actiones & obligationes & dignitatem. ¶ Negligens recuperare bona sua an possit conueniri ac si recuperasset. ¶ De actione an iudicetur idem quod de re. ¶ Mors ciuilis an dissoluat obligationem sicut naturalis. ¶ Deportatus quando retineat ea quæ sunt iuris gentium. ¶ Contra Principem an sit agendum petita venia sicut si filius patrem conueniret. ¶ Actio personalis an detur contra tertium pro tri-

butis publicis, alimentis, anniuersariis, decimis, ac pensionibus. ¶ Obligatio Cameralis, pactum executiuum, guarantigia, iuramentum, ac similia accessoria quando annullentur sublato principali contractu, vel si opponatur de defectu causæ, vel quod obligatio non contineat causam. ¶ Restitutus an possit cedere bonis. ¶ Fiscus succedens in bonis delinquentis qua actione conueniatur per creditores. ¶ Promittens cum obligatione Camerali, ac iuramento soluere pensionem habita vel non habita possessione an liberetur si post duos aut tres annos non potuit illam capere.

424 Hæredes quando teneantur ad damna, seu lucra societatis. ¶ Compendium acquisitum post mortem socij ex pretio rerum communium, quas consocius vendidit conuertendo pretium in aliam negotiationem an debeat communicari hæredibus socij defuncti. ¶ Damna, seu lucra præparata, societate durante, an debeant esse communia post mortem socij. ¶ Et quid si opera & industria fuerit deducta in societate. ¶ Lucrum, seu damnum non momentaneum, sed pro parte de præterito, & pro parte habens causam operarum de futuro quomodo sit diuidendum inter socios, & eorum hæredes. ¶ Mors quando distrahat commercia præterita sociorum.

425 Accessiones concretę fundi an possideantur ipso iure absque aliquo corporis tactu. ¶ Et quid in insula, & seruitute aquæductus. ¶ Eiectus à possessione fundi quando habeat publicianam etiam pro incremento alluuionum. ¶ Præscriptio decimarum, aut certorum iurium de præsenti an extendatur ad futura consimilia iuribus præscriptis. ¶ In contractibus, & præscriptionibus an fiat extensio. ¶ Apprehendens possessionem vnius partis prædij, quo casu dicatur apprehendisse possessionem totius. ¶ Et quid in eo quod creuit per alluuionem. ¶ Et quid si fundus sit diuisus gratia commodioris culturæ, vel alius fundus sit contiguus, habens tamen confinia. ¶ Et quid in frumento, & aliis rebus consistentibus in pondere, & mensura, & in grege ouiũ, equitũ, & choro cantorum, & in iuribus incorporalibus. ¶ Fur modici frumenti an dicatur fur totius aceruí. ¶ Retinens actus possessorios in certa portione muri an sit manutenendus in possessione totius muri. ¶ Causa actus vniuersalis quando attendatur magis quàm ipse actus, seu illius exercitium. ¶ Manutentio an detur Episcopo ex persona sui Curati. ¶ Et an hoc casu possessio probetur per testes singulares deponentes de locis diuersis, & an sufficiat dictum vnius. ¶ Legatum de octo lectigariis an vnicum dicatur, ita vt debeat in totum acceptari. ¶ Possidens Ecclesiam an habeatur pro possessore omnium bonorum Ecclesiæ. ¶ Præscriptio decimarum in vna parte agri an se extendat ad decimas eiusdem agri ad culturam redacti, & ad fructus non perceptos. ¶ Et quid quando sunt diuersa prædia. ¶ Emphyteota an possit diuidere fundos gratia commodioris culturæ absque incursu caducitatis.

426 Solutio partis pensionis, vel pro vno anno an sufficiat, vt quis dicatur constitutus in possessione exigendi totam, & pro omnibus annis. ¶ Implementũ conditionis appositæ in reseruatione pensionis, puta quod remaneant in vita, an sit probandum per pensionarium existentem in possessione exigendi. ¶ Et quid si beneficiatus consueuit pensioni. ¶ Confessio de recepto quibus casibus sufficiat pro manutentione. ¶ Quasi possessio, & simile præiudicium an recipiat suum esse ab animo, & patientia illius, contra quem quis prætendit eam acquisiuisse. ¶ In acquirenda possessione contra plures an requiratur consensus omnium. ¶ Et contradictio vnius an impediat, vt non acquiratur possessio.

427 Onera matrimonij an cessent illo soluto. ¶ Et an consistant tam in alendo vxorem, quàm liberos. ¶ Fructus dotis an debeantur marito post obitum vxoris tam si existant filij, quàm si non adsint. ¶ Et quid in anno in quo diuortium contingit. ¶ Fructus dotales an possint percipi mutata persona mariti per hæredes cessionarios, Moniales, aut similes. ¶ Obligatio alendi filios an oriatur ex iure patriæ potestatis, seu ob dotem habitam, vel ex charitate sanguinis. ¶ Actio pro exigenda dote ob quam causam competat marito soluto matrimonio. ¶ Filij an possint post mortem patris petere vt collocetur in tuto dos ob vergentiam viri ad inopiam, sicut posset vxor. ¶ Et an tale ius collocandi in tuto possit cedi. ¶ Mulier an iuste percipiat fructus dotis soluto matrimonio.

428 Appellatione parentum quo casu veniant ascendẽtes per lineam paternam & maternam. ¶ Statutum loquens de hæreditate ascendentium an comprehendat patrem & matrem. ¶ Agnati qui propriè sint. ¶ Fœminæ an includantur in substitutione facta pro familia conseruanda. ¶ Hæreditas an sit diuidenda inter filios non habita distinctione sexus. ¶ Stante statuto quod filia dotata à patre existentibus masculis non succedat patri aut matri, si pater habeat vnicam filia, & moriatur ea dotata, & vxor ex secundo matrimonio habeat filios masculos, an dicta filia excludatur ab hæreditate paterna à dictis masculis.

429 Impugnans testamentũ tanquã nullũ, seu inofficiosum an possit postea ex eo aliquid capere. ¶ Recognitio testiũ tam in materia *l. scripturas, C. qui potior. in pign. habeantur* quàm in similib. casib. quando omittatur, & sufficiat quod aliqui recognoscant. ¶ Hæres solues ex volũtate minus solemni an illam approbet. ¶ Et quid è cõtra de acceptãte legatũ sibi factum in testamẽto nullo an prohibeatur amplius

¶ Et an ignorans & dubitans in hoc æquiparentur. ¶ Dominus reinuestiendo vassallum priuatum de feudo quando censeatur remisisse caducitatem. ¶ Per aditionem hæreditatis an filij approbent dispositionem patris de emphyteusi ad eos spectante. ¶ Obseruãtia quando conualidet nullitatem actus. ¶ De cautelis vt testamentum valeat absque recognitione testium. ¶ Mors an det maiorem fidem scripturę, & habeat vim recognitionis, & iuramenti. ¶ Notarius vnius tribunalis an conficiat acta alterius. ¶ Testamentum scriptum & subscriptum manu testatoris cum die & anno, ac subscriptione septem testium, & sigillo proprio septies impresso vt probet quæ requirantur.

430 Beneficium Iurispatronatus an validè conferatur ipsi patrono. ¶ Laicus de proximo tonsurandus an possit præsentari. ¶ Ciuis an quis efficiatur loci in quo habet beneficium. ¶ Et quid in Monachatu. ¶ Clerici & laici nuti Episcopo quando ab eo ordinentur. ¶ Prohibitus ordinare Clericum an prohibeatur conferre primam tõsuram & ordines minores laico extero. ¶ In materia ordinum & dimissorialium an sit data facultas ordinandi tam Episcopo originis, quàm loci, in quo extat beneficium,

quam

[illegible] domicilij, & an sufficiat habitatio per decẽnium. ¶ Episcopus an possit ordinare laicum exterum, vt consequatur beneficium in sua diœcesi.

431 [illegible] ad certam generationẽ [illegible], & fœminibus an censeatur accepisse primo pro masculis, & postea pro fœminis. ¶ Et quid [illegible] statuto exclusiuo fœminarum propter masculos. ¶ Manutenendi an sit locus probata possessione anteriore. ¶ Subditus vnius ciuitatis in qua adest statutum excludens fœminas an illo ligetur quo ad bona alibi sita. ¶ Et quando requiratur subiectio tam respectu bonorum, quam personæ, vt similia statuta operentur. ¶ Et an sit admittenda distinctio statuti loquentis in rem siue in personam. ¶ [illegible] an dicatur quis in loco vbi deliquit, aut contraxit, aut vbi res est sita. ¶ Possessio an sit nulla si capiatur non citatis detentoribus. ¶ Et an requiratur [illegible] seu generalis.

432 Ædificia diruta quando possint reædificari absque [illegible] Superioris, & recuperẽt antiqua priuilegia [illegible] si deuastarentur propter delictum, quã [illegible] tempore [illegible], seu hostium deuastationem absque culpa Domini. ¶ Et quid si rebelles & corũ filij [illegible] reconciliati. ¶ Feudum an remaneat in area & solo, si destruatur domus, aut extirpetur silua, oliuetum, & vinea feudalis. ¶ In concessione oliueti & siluæ quando censeatur facta mentio de oliuis, & arboribus taxatiuè seu demonstratiuè. ¶ Et quid in [illegible] concesso ad molendum frumentum, & legato ad vsumfructum. ¶ Extincta domo an sit extinctus census.

433 Bona patrimonialia quando possint retrahi per filios etiam infantes, & in vtero existentes hæredes patris, qui illa vendidit. ¶ Et quid in vita ipsius patris. ¶ Ius retractus an dicatur aduentitium, & an detur filijs ex persona propria, & an requiratur, quod sint in rerum natura tempore alienationis. ¶ Et an [illegible] patri habeat vsumfructum stante alienatione, per ipsum facta. ¶ Hæres quando teneatur de [illegible] emptori ob retractum secutum. ¶ Testator quo casu possit obligare bona hæredum ita vt excludantur à retrahendo. ¶ Filius quando intret in locum patris in retractu, & fideicommissis, & in similibus priuilegijs. ¶ Ius redimendi an sit ad instar successionis ab intestato, & an sit transmissibile tam actiuè quam passiuè. ¶ Statutum vt ius retractus non possit vendi aut cedi an comprehendat alienationem quæ fit in hæredem suum. ¶ Titulus pro hærede an cadat in [illegible]. ¶ Priuilegium quando extinguatur cum persona. ¶ Requisitio agnatorum an præsumatur spatio longi temporis. ¶ Ius redimendi an sit præscriptum per triginta annos. ¶ Et an in eo detur restitutio ex causa ignorantiæ. ¶ In iure quærendo an consideretur titulus aut mala fides. ¶ Sciẽtia [illegible] quæ an sufficiat ad effectum, vt nõ possit [illegible] retrahere. ¶ Et per quæ inducatur illa scientia. ¶ Denunciatio requisita per statutum quando sit de forma. ¶ Statutum mandans quod requiratur omnes agnati in alienatione facienda an comprehendat patrem vendentem ita vt teneatur filiis denunciare. ¶ Filius quando dicatur vna persona cum patre, adeò vt scientia vnius dicatur scientia alterius. ¶ Filius repudians quando admittatur tanquã legitimus & agnatus. ¶ Præscriptio quo casu currat filiis in potestate existentibus. ¶ Tempus belli & feriarum an detrahatur de præscriptione.

434 Licentia transeundi ad laxiorem religionem an possit concedi per alium, quam per Summum Pontificem stante decreto *Conc. Trident. sess. 25. cap. 19. in fin. de regular.* ¶ Et quid si adsit causa legitima. ¶ Et qualis debeat esse ista causa. ¶ Et quomodo de ea dicatur constare. ¶ Et quando probet tam in foro iudiciali, quam in foro conscientiæ. ¶ Dare facultatem transeundi ad laxiorem regulam an sit absoluere à voto, seu parte voti seruandi strictiorem.

435 Permutatio dotis an valeat si notorie sit vtilis mulieri, quamuis non interueniat consensus vtriusque coniugis. ¶ Et ad hoc vt possit fieri quæ requirãtur. ¶ Et quid stãte incertitudine lucri vel damni. ¶ Vel causa necessaria & pia, ac tendente in honorem & decus vxoris. ¶ Et an sufficiat quod nõ sit damnosa. ¶ Sed potius quod fiat melior dotis conditio. ¶ Variatio quando permittatur non secuto effectu. ¶ Decretum iudicis quo casu habeat præsumptionem iustitiæ. ¶ Transactio super alimentis an sit valida sine Prætore stante vtilitate eius, qui est alendus. ¶ Et an satis sit quod non interueniat damnum. ¶ Et quid si vtilitas postea superuenit. ¶ Mulieri an magis expediat habere actionem ad pecunias dotales, quàm ad bona. ¶ Permutatio an veniat sub nomine transactionis. ¶ Pactum quod se habet ad damnum & lucrum an sustineatur, quamuis alias non valeret.

436 Monachus an habeat actionem contra Abbatem pro expensis necessariis. ¶ Et quando Abbas possit obligare Monasteriũ pro sumptibus factis per Monachum in studio. ¶ Et quo casu tertius, qui eidem Monacho præstitit alimenta, possit à Monasterio repetere. ¶ Et quod tempus sit competens ad studendum. ¶ Et an debeat excedere septenniũ. ¶ Argumentum de patre ad Abbatem an sit validũ circa expensas subministrandas Monacho. ¶ Et an propinquus, vel amicus possit illas supplere.

437 Pro picturis, & expensis voluptariis an detur rei vendicatio contra tertios possessores, & quæ actio loco illius subrogetur. ¶ Et quid si fuerint factæ de voluntate domini. ¶ Et an pro eis competat interdictũ, vnde vi. ¶ Et quando augeant valorẽ domus. ¶ Et quid in ædibus promercalibus & solitis locari, & domibus minorum, & mulierum, & diuitum. ¶ Oblectatio an idem operetur, quod fructus in re fructifera. ¶ Et an ex ea arguatur pignus. ¶ Picturæ quando cedunt parieti alieno, & lapidi marmoreo, ac muro communi. ¶ Et an in cautione damni infecti sint consideranda. ¶ Adiuncta quæ cedunt loco accessionis quando vendicentur, ac pro eis possit agi ad exhibendum. ¶ Et quid si non possit fieri separatio, quomodo succurratur dominis.

438 Terminus pro reseruato, & citatio ad sententiam, ac cõclusio in causa an dicatur [illegible] per admissionem articulorum & iurium cum clausula Sine præiudicio termini, & citationis, & conclusionis in causa. ¶ De stilo pronunciandi, prout in cedula, & an notarius adnotet diem subscriptionis, seu pronunciationis. ¶ Et si aliũde appareat ea die non fuisse pronunciatum an sententia sit nulla. ¶ Testis vnus deponens de veritate, & de fama an coniungatur cũ alio deponẽte de fama ad faciendum plenam probationem. ¶ Argumentum à coniunctione duarum legum, seu capitulorum, vel testium cum instrumẽtis quando valeat, ita vt possit dici probatum matrimonium incertum, vel aliquid esse liquidatum, vel quid simile. ¶ Et an coniunguntur acta cũ sententia ad effectum plenæ liquidationis probandæ. ¶ Statutũ prohibẽs probationẽ per testes an habeat

locum ſi probatio fieret per teſtes, & inſtrumenta. ¶ Teſtis vnus an poſſit pluſquã ſemiplene probare.

439 Tertius quãdo poſſit impedire executionem pro ſuo intereſſe. ¶ Et quomodo ſit probandum. ¶ Et an ſufficiat iuramentum, & imperfecta probatio, ¶ Et quo caſu admittatur cautio iuxta *l. ſi is à quo fundus, ff. de rei vend.* ¶ Et quãdo pignus cõtrouerſum ſit dimittendum, & recurratur ad alia. ¶ Et de vulgato adagio, Tene certum, & relinque incertum. ¶ Medicus per aduerſa medicamenta curans infirmum quomodo puniatur. ¶ Et vnde emanauerit diſpoſitio *text. in leg. medicus, ff. de var. & extraordin. cogn.* ¶ Tertius an poſſit venire coram Delegato in gradu appellationis pro ſuo intereſſe, quamuis non ſit expreſſum, in commiſſione. ¶ Iudicium ſummarium quod dicatur. ¶ Et quæ probationes in eo requirãtur. ¶ Et an detur reprobatio teſtium tam reſpectu perſonarum, quàm atteſtationum. ¶ Opponens de electione an debeat probare ſe canonicè electum. ¶ Probatio ſemiplena an ſufficiat in cauſa incidente ad finem alterius iudicij, vt in clericatu, exemptione, reſtitutione in integrum propter læſionem, aut lapſum fataliũ, dominio, matrimonio, & ſimilibus. ¶ Agens ad reſtitutionem poſſeſſionis beneficij an obtineat, ſi ſolùm producat collationem Vicarij, quamuis non doceat de mandato ſe extendẽte ad conferendum. ¶ Et quando ſufficiat titulus coloratus beneficij. ¶ Iuſiurãdum ſuper probatione intereſſe an ſit idem quod iuramentum calumniæ, vel veritatis, & probationis. ¶ Intellectus *leg. ſcire oportet. §. ſufficiat, de excuſ. tutor.* ¶ Statutũ quod quis teneatur ad exhibitionem libri, ſeu inſtrumenti an ſit intelligendum, ſi petens ſibi exhiberi probet ſuũ intereſſe per iuramentum. ¶ De forma ſententiæ quando tertius interuenit pro ſuo intereſſe.

440 Priuilegium fori an amittatur non geſtando habitum & tonſuram, & non inſeruiendo eccleſiæ, ſiue ſimus in clericis beneficiatis, ſiue non habentibus beneficia. ¶ In criminibus in quibus incurritur pœna ipſo facto, & iure, abſque aliqua citatione, & decreto Iudicis an requiratur declaratoria delicti. ¶ Et quid in his qui non deferunt habitum & tonſuram quo ad pœnas priuationis beneficiorum. ¶ Profeſſio ex quibus iudicetur nulla. ¶ Et quando cenſeatur ratificata. ¶ Et quæ ſcientia ſit neceſſaria. ¶ Et an tempus anni poſſit frangi, aut diſcontinuari. ¶ Et an iſtud tempus detur tam in fauorem nouitij, quàm monaſterij. ¶ Solus Abbas an recipiat Monachum ad profitendum, abſque conſenſu maioris partis Capituli. ¶ Nullitas profeſſionis quando poſſit allegari tam intra, quam poſt quinquennium.

441 In regalibus, & iuriſdictionalibus, ac Principi reſeruatis an detur præſcriptio ex ſola poſſeſſione longiſſimi temporis. ¶ Et an ſit docendum de titulo vero, vel ſufficiat putatiuus. ¶ Et quid ſi adſit ſpatium temporis immemorabilis. ¶ Et quomodo teſtes debeant de eo deponere. ¶ Et an ſit neceſſaria vera probatio, vel præſumpta. ¶ Bona fides quando requiratur in præſcriptione. ¶ Et an ſatis ſit malam fidẽ abeſſe. ¶ Durante probatione conſuetudinis immemorabilis an poſſit iuriſdictio exerceri per eum, qui prætendit eſſe in illius poſſeſſione. ¶ Et quid in cauſis matrimonialibus & criminalibus, quarum cognitio ſpectet ſolum ad Epiſcopum vigore *Concilij cap. 20. ſeſſ. 24.* quando ſpectet ad Archidiaconum & Abbatem, ac alios inferiores. ¶ Et an dicatur probata immemorabilis ante tres ſententias conformes. ¶ Titulus coloratus an poſſit dici ſi proceſſit ab eo, qui non habet poteſtatem. ¶ Et quando habeat vim priuilegij. ¶ Per productionem tituli inualidi an oriatur mala fides præſumpta, quæ impediat præſcriptionem etiam immemorabilem.

442 Arbitrio boni viri quando ſit locus tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus. ¶ Et an debeat eſſe magnus exceſſus. ¶ Verba *liceat libere, prout placuerit, vti frui*, aut ſimilia quid ſignificent. ¶ Poteſtas faciendi conceſſa ei, qui prius habebat facultatem an inducat liberum, & abſolutum arbitrium, ita vt non ſit recurrendum ad bonum virum. ¶ In conditionibus an requiratur ſpeciale mandatum, ita vt ſine eo non poſſit procurator acceptare conditiones in locatione appoſitas tanquam concernant declarationem animi. ¶ Mutatio voluntatis quando præſumatur ¶ Inquilinus, commodatarius, & ſimiles detentores quo caſu poſſint repetere expenſas factas. ¶ Et quid ſi detur facilis ſeparatio, & melioramenta non ſint exceſſiua, ſed commodè poſſint ſolui per dominum, & ſint facta ipſo ſciẽte, & non contradicente.

443 Per prohibitionem alienationis rei legatæ an cenſeatur relicta proprietas. ¶ Et quid ſi fuerit conceſſa facultas alienandi. ¶ Ex quibus verbis & coniecturis poſſit dici relictum dominium officij. ¶ Verbum voluit, quo caſu inducat diſpoſitionem in vltimis voluntatibus. ¶ Legatum ademptum ſub conditione alienationis an ſit datum ſub contraria diſpoſitione. ¶ Verba Abalienare & Retinere quid ſignificent. ¶ Onus an dicatur iniunctum ante aſſecutionem legati. ¶ Argumentum à contrario ſenſu an habeat locum in vltimis voluntatibus. ¶ In legatis an ſufficiant quæcumque verba & an ſtetur menti & nutui teſtatoris.

444 Iudex quando poſſit ferre ſententiam certam ſuper intereſſe probato, ſed non liquidato. ¶ Et an debeat reſeruari facultas liquidandi, vt ſententia ſubſiſtat. ¶ Succeſſor eius, qui liquidationem reſeruauit an habeat poteſtatem taxandi. ¶ Declaratio volũtatis quo caſu tranſeat ad ſucceſſorem. ¶ Quomodo ſit iudicandum ſuper intereſſe, ſi fuit propoſita actio vniuerſalis pro dote, aut petitio hæreditatis, vel generalis, vt tutelæ, & pro ſocio, ac negotiorum geſtorum, vel ſimilis. ¶ Et quid in intereſſe acceſſoriè, & principaliter petito. ¶ Appellatio an permittatur in iudiciis vniuerſalibus facta liquidatione. ¶ Vel latis tribus conformibus ſuper re controuerſa vna cum fructibus, damnis, & intereſſe, quorum liquidatio reſeruatur. ¶ Et de qua appellatione ſit intelligendum an de deuolutiua, vel ſuſpenſiua. ¶ In notoriis quamuis non appelletur an poſſit appellari à declaratione facti notorij. ¶ Et quid à ſimilibus declarationibus pœnarum ipſo iure fulminatarũ. ¶ Stante ſtatuto, quod inſtrumenta habeant executionem paratam, an detur executio pro intereſſe incerto promiſſo poſtea liquidato. ¶ Et an ſit vera diſtinctio, quod ſtatim poſſit liquidari, vel ex interuallo poſt longum tempus ad hoc, vt dicta executio competat. ¶ Et in quo differant hoc caſu actor & reus excipiens. ¶ Executio data per ſtatutum an procedat in eo, quod virtualiter ineſt. ¶ Appellans ab interlocutoria an dicatur exprimere cauſam grauaminis, ſi ex verbis illud comprehendatur, quamuis non exprimat.

445 Exceptiones quando iterum poſſint proponi in iudicio ordinario, ſi de eis fuerit cognitum in executiuo.

...no. ¶ Et quo casu dicatur facta plena cognitio ...eum, ita vt oriatur exceptio rei iudicatæ. ¶ Et quæ requirantur ad hoc, vt talis exceptio obstet. ¶ Et quid si adsit interlocutoria, per quam lis fuerit terminata. ¶ Et an sufficiat exceptionem fuisse examinatam, vel etiam necesse sit, vt Iudex illam expresse reprobet condemnando reum, non obstante exceptione opposita. ¶ Iudex pronunciando super principali, quando dicatur etiam pronunciasse super incidenti. ¶ Et quid in exceptionibus, quæ directò contradicunt sententiæ, an opus sit, quod de ea fiat expressa mentio. ¶ Succumbens in iudicio plenario, opposita incidenter simulatione, an prohibeatur opponere eandem simulationem in alio iudicio per viam principalis petitionis. ¶ Iudicatū an possit dici non solùm, quod in sententia legitur, sed etiam quod iuris præsumptione habetur pro iudicato. ¶ Exceptio compensationis an debeat expresse per Iudicem reprobari. ¶ Post publicatas attestationes in primo iudicio an sit locus vlteriori examini. ¶ *Probationes factæ in iudicio summario an faciant fidem in plenario.*

446 Testator quibus verbis vti debeat ad hoc, vt videatur demandasse legatariis nudum ministerium, ita vt commodum, quod superest, deducto onere, illis non debeatur, sed hæredi. ¶ Et de coniecturis, & præsumptionibus, ex quibus talis voluntas colligatur. ¶ Et quid si onus a directum potest ita commodè adimpleri per hæredem, sicut per legatarium. ¶ Vel summus in relicto dispositiue in eum collato non executiuè. ¶ Vel si præcedunt onera, & postea pro illis exequendis fit assignatio. ¶ Vel si onus habet expensam determinatam, seu indeterminatam. ¶ Et quid si onera sunt annua. ¶ Et an opus sit, vt testator disponat de reliquo ¶ Vel sit consideranda paritas, vel imparitas inter legatum, & onus illi adiunctum. ¶ Nudus minister an possit constitui etiā ... verbo iuris, & ... dicatur etiam illi, in quem verba legati sunt concepta, & in quo differant verba, lego, & lascio. ¶ Executor grauatus alicui tradere post tempus an percipiat commodum ex legato medio tempore. ¶ Testis deponens de facto proprio, vel de suo iudicio, & credulitate quando probet. ¶ Discreta locutio in vno casu quid operetur in alio non expresso ¶ Præstatio facienda in vsus pios an inducat causam finalem. ¶ Verba *acciocche, pro hoc; ... & altro,* quid significent. ¶ Nudus minister an dicatur respectu tituli, & commodi, vel respectu commodi, non tituli. ¶ Et an se repræsentet, vel alium. ¶ Et an illi possit relinqui ¶ Voluntas testatoris an declaretur ex vna parte testamenti quo ad alia etiam in dispositionibus separatis. ¶ Causa finalis dispositionis an censeatur repetita in sequētibus legatis. ¶ Vsus communis loquendi quando attendatur. ¶ Assignatio pro supplemento victus prius legato an faciat vnicum legatum, & includat præcedentia.

447 In cōtractu emphyteotico an requiratur scriptura. ¶ Et quando in eo possint extendi clausulæ ceteratæ. ¶ Consuetudo disponendi in præiudicium comprehensorum an sit admittenda ita vt stipulatio de emphyteusi recipiat interpretationem à tali consuetudine, & æquiparetur pacto expresso. ¶ Et quomodo illa sit probanda. ¶ Stante exclusione filiæ propter masculos, quando ei detur reintegratio. ¶ Ratione excessus etiam modici in decretum sit nullum. ¶ Ius particulare quod defertur iure contractus nominati, an differat à successione in bonis ita vt statutum excludens fœminas propter masculos ad illud non extendatur, tanquam sit intelligendum respectu bonorum patrimonialium, quæ deferuntur iure successionis vniuersalis. ¶ Identitas confinium quomodo probetur. ¶ Statuta exclusiua fœminarum propter masculos an habeant locum in emphyteusi Ecclesiastica respectu vtilis dominij. ¶ Et quid in Ægidiana, & aliis similibus casibus. ¶ Antiquitas temporis an possit operari circa substantiam actus, sicut circa solemnitatē. ¶ Clausulæ ceteratæ an extendantur iuxta stilum notarij rogati, vel aliorum notariorum loci, si de eo non appareat. ¶ Et qualiter idem stilus sit probandus. ¶ Oratio perfecta an dicatur post extensionem imbreuiaturę notarij. ¶ Et an illius extensio reiiciatur stāte diuersitate, vel oratione separata. ¶ Comprehensus in inuestitura, qui non est primus acquirens an possit aliquid facere in præiudicium eorum, quibus à principio fuit stipulatum.

448 Mater quando habeat legitimam in bonis filij etiamsi transeat ad secunda vota. ¶ Et an sit ea debita de iure naturali, seu positiuo. ¶ Et an ei inuitæ possit assignari in fructibus, & pecuniis. ¶ Et an sit relinquenda titulo honorabili institutionis. ¶ Et an sit debitum necessarium, ita vt compensetur cum legato ei facto. ¶ Et an sit tertia totius hæreditatis, vel tertia tertiæ. Et quid si aliquid fuerit relictum fratribus, & sororibus. ¶ Et an illam transmittat etiam non agnitam ad hæredes extraneos. ¶ Ascendentes quando dicantur sui. ¶ Clausula codicillaris an operetur, vt præteritus censeatur rogatus restituere hæreditatem hæredi scripto in testamento, detracta legitima. ¶ Primus substitutus, & alij sequentes an possint compellere heredem ad conficiendum inuentariū. ¶ Præteritio fratrum an reddat testamentum nullū, ... persona cum turpi ¶ Filia exclusa per statutū propter masculos, quæ debet dotari, an faciat partem in legitima masculorum. ¶ Et quid si fuerit renunciatum paternæ hæreditati.

449 Fratris appellatione quando veniat soror tam in prolatione facta à lege, quàm ab homine, tam si instituatur numero singulari, quàm plurali. ¶ Et quid in statutis, quæ mandantur intelligi ad literā. ¶ Sorores tertij Ordinis, an veniant in priuilegiis concessis fratribus Mendicantium. ¶ Statutum excludens sorores à successione, & hæreditate fratrum an excludat etiam à successione sororum ¶ Et quid in dispositionibus odiosis, & fauorabilibus. ¶ Vel quādo adest eadem ratio conseruandi agnationem in exclusione sororis ab hæreditate fratris, quæ militat in excludendo sororem ab hæreditate sororis. ¶ Dispositio excludens dotatam per fratrem à successione fratris an habeat locū in dotata à sorore. ¶ Verba concepta in vno casu, & persona quando trahantur in alium casum, & personam. ¶ Statutum excludens fœminas propter masculos an sit fauorabile ¶ Et quid si agatur de excludendo illas à successione transuersalis. ¶ Et an odium respectu fœminarum dicatur in consequentiam, ita vt præponderet fauor filiorum, & publicæ vtilitatis. ¶ Interpretatio comprehensiua, & extensiua quando sit facienda in statutis, & quo casu fiat restrictio contra masculos ad fauorem fœminarum. ¶ Subiectio an requiratur in statutis tam respectu bonorum, quàm fœminarum.

450 Possessio iure familiaritatis, quando præsumatur in filio, vxore, fratribus, & similibus. ¶ Et quo casu

ad illam excludendam opus sit probare, quod quis fuerit vsus iure proprio. ¶ Et an sufficiat titulus inuestitis. ¶ Et an in fratribus necessaria sit cohabitatio insimul, & in eadem domo, & existentia patrimonij non indiuiso. ¶ Possessio quando arguatur ex fructuum perceptione. ¶ Statutum inducens executionem paratam contra possessorem rei censuatæ an intelligatur de eo, qui possidet nomine suo, vel etia iure familiaritatis. ¶ Filiusfamilias an possit testari & esse tutor, & vocare patrem in ius sine venia in causa pupilli, & in ea esse in iudicio absque consensu patris. ¶ Coniunctus, amicus, & similes an retinerent, & acquirant illis possessionem. ¶ Et quid in alia libera persona, & an opus sit, quod sit procurator. ¶ Manutentio an concedatur stante possessione turbida, & offuscata. ¶ Hæreditas an sit repudiata, licet vnus frater passus fuerit alium fratrem solum possidere. ¶ Et an in hoc consideretur præscriptio longissimi temporis, ita vt illa non obstante possit peti diuisio. ¶ Ex coniecturis an dicatur constare, quod quis possederit suo, vel communi nomine.

451 In emphyteusi pluribus concessa an requiratur mors omnium ad hoc, vt reuertatur ad dominum, vel habeat locũ ius accrescendi per mortem vnius, & an sufficiat dictio *suorum*, vel debeat dici *omnium*. ¶ Et quid si fuerit acquisita ex causa onerosa, vel quasi lucratiua, & in contractu vltro citroq; obligatorio, & stante interesse concedentis ne fiat diuisio canonum, & quando in similibus casibus possit colligi, quod partes voluerint, vt portio vnius accrescat aliis. ¶ Vir & vxor si donant alicui post mortem, an donatio habeat effectum post mortem amborum. ¶ Verba vsq; in generationem completam quid operentur, & an habeant eundem effectum, ac si diceretur post obitũ omnium. ¶ Ex quibus colligatur, quod emphyteusis sit hæreditaria, seu ex pacto, & prouidentia. ¶ Verba, heredibus, & successoribus, quid significent. ¶ Proprietarius an possit cogi ad [illegible] non obstãte pacto, & pœna in concessione apposita.

452 ¶ Solemnitas an requiratur in alienatione territoriorum [illegible] stante [illegible] ¶ Et an [illegible] mentum Episcopi de non alienando [illegible] Pontifice. ¶ Et de quibus bonis tale iuramentum intelligatur. ¶ Et quando possint dici territoria [illegible] ¶ Reductio ad culturam an faciat, vt nõ sit augenda pensio, nec vt quis eiiciatur a locatione. ¶ Rector solus an habeat eandem auctoritatem, quam Episcopus cum Capitulo. ¶ Alienatio rerum Ecclesiæ in coniunctis alienantis an sit valida.

453 Thesaurus an acquiratur in totum emphyteutæ, siue per se solum inueniat, siue per operarios, & an debeat interuenire realis apprehensio, vel sufficiat sola intentio, si inuentor demonstrauit animum acquirendi. ¶ Et quid in statuis, & lapidibus vel petrolanæ arenæ, & cretæ fodinis, vel auri & argenti, vel cuiuscunq; alterius materiæ. ¶ Et an ista sint in fructu, & æquiparentur thesauris, ita vt in eis præferatur vtilis dominus directo. ¶ Et an sit admittenda distinctio quod sint naturæ renascentis, nec ne. ¶ Emphyteuta an habeat ius magis plenũ quam vsufructuarius. ¶ Et an ei competat vendicatio tanquam domino fundi, ita vt dominus directus illum ingrediens, dicatur ingredi locum alienũ. ¶ Superficies prædiorum an debeat esse libera emphyteutæ vsque ad cœlum, & quid in eo, quod est subtus terram vsque in profundum. ¶ Sciens thesaurum esse in prædio, & illum accipiens in emphyteusim, vel emens à domino ignorante an in totum sibi acquirat, vel contra eum detur actio doli, vel remedium *l. 2. C. de rescind. vend.* ¶ Extraneus inueniens thesaurum in fundo emphyteotico an debeat partiri cum domino vtili, non habita consideratione directi. ¶ Et [illegible] fructibus fundi.

454 Pensio an sit soluenda, si nõ fuerit capta possessio beneficij, non obstãte obligatione camerali iurata cum clausula habita, vel non habita possessione, si fuerit soluta per duos, aut tres annos. ¶ Et quid si adsit cedola cum obligatione ad tempus. ¶ Vel non probentur diligentię. ¶ Et quomodo de illis debeat constare. ¶ Et an requiratur prosecutio, & finis litis. ¶ Obligatio ad fauorem nominati in pensione, quando sit extendenda ad translatarios. ¶ Actio an detur ei, cuius cõtemplatione actus geritur, vel nominato. ¶ Pensio si est reseruata ad fauorem Itali an obligationes tendant ad eius commodum, vel ad vtilitatem Hispani, in cuius persona fuit posita. ¶ In translatione pensionis, & census an remaneant obligati primi fideiussores. ¶ Appellatio an detur in pensionibus. ¶ Et an debeant solui non existenti in possessione exigendi, si excipiatur de nullitate, quæ oritur ex ventre literarum expeditarum. ¶ Pensiones confidentiales quomodo sint probandæ. ¶ Clausula, habita, vel non habita, an differat à clausula, quod non possit cedi, aut resignari beneficium nisi prouisus dederit similes fideiussores, ita vt sufficiant diligentiæ factæ per resignantem contra resignatarium, vt soluat pensionem. ¶ Gratia reseruationis pensionis an sit iustificanda per pensionarium, quando titularis consensit pensioni.

455 Dos an sit restituenda vxori stante sententia sepa[illegible] menta. ¶ [illegible] ¶ Maritus an perdat lucrum dotis eiiciendo vxorem. ¶ Virtus sententiæ quando sit suspensa per appellationem. ¶ Instrumenta dotalia an habeant executionem de iure communi. ¶ Notarius an habeat facultatem faciendi præcepta guarentigiæ. ¶ Et an illa tribuant executionem instrumentis. ¶ Et quid sit probandum, vt talis executio competat. ¶ Clausulæ, Quorum interest, & generalia contra quid operetur. ¶ Interusurium dotis an censeatur remissa, si fuerit facta quietantia sortis principalis. ¶ Et an in hoc aliquid operetur protestatio. ¶ Fructus dotales an debeantur officio Iudicis mercenarij. ¶ Solutio an possit fieri illi, ad cuius fauorem actio dirigitur.

456 Ius primogenituræ an sit cessibile & alienabile in singularẽ successorem. ¶ Gradus quando inspiciatur in successione, respectu primi inuestiti, vel vltimi possessoris. ¶ Nepos ex filio primogenito prædefuncto antequam pater successerit in feudo an excludat secundogenitum eius patruum. ¶ Et quid si statutum loquatur de maiore. ¶ Et quid de consuetudine seruetur. ¶ In primogeniti institutione an censeatur vocata linea recta primogenitorum successiuè in infinitum propria vocatione, absque alterius iuris transmissione. ¶ Regnum Siciliæ, quare fuerit datum Roberto ex sententia Bonifacij. ¶ Et an ibi tractaretur de successione aui, vel patrui, vel alterius remotioris. ¶ Vel fuerit habita consideratio publicę vtilitatis. ¶ In feudo ex pacto & prouidẽtia nepos ex fratre an repræsentet patrem. ¶ Disposita in ne-

in nepote ex primogenito cõtra patruum secundogenitum an procedant in nepote ex secundogenito contra patruum tertiogenitum. ¶ Feudum concessum pro successoribus an sit hæreditarium, vel mixtum, vel ex pacto, & prouidentia, ita vt volens in illo succedere, debeat esse filius, & hæres, & in eo habeat locum repræsentatio. ¶ Remissio feudi an arguatur, si quis tacuerit per annum ex quo sciuit illius alienationem. ¶ Et qualis scientia sit necessaria. ¶ Differentia quæ sit, quando feudum aperitur per mortem aui, relicto nepote ex filio primogenito, & altero filio secundogenito, vel quando aperitur per mortem fratris, relicto fratre, & nepote ex altero fratre. ¶ In feudi successione an attendamus stipitem, ita vt vltimus vassallus dicatur succedere primo acquirenti, quando alius non superest ex linea vltimi possessoris, ¶ Ob defectum lineæ si fiat transitus ad aliam de qua intelligatur, & nepos ex fratre maiore an sit præferendus patruo minori, si agatur de feudo vacante per mortem patrui ¶ Professus in religione Hierosolymitana, & clericus an sint inhabiles ad feudum. ¶ Et an dominus possit illos recipere inuitis proximis successoribus. ¶ Et quomodo sit probanda voluntas domini, quod voluerit sibi deseruire per substitutum vassalli. ¶ Ius transmittendi in filium an debeat esse actu, vel sufficiat in potentia. ¶ Renouatio si non fuerit petita ante annum, & diem, & non præstitum iuramentum an inducat priuationem feudi. ¶ Et ista exceptio possit per tertium opponi. ¶ Ex quibus exceptionibus competentibus domino vtatur successor singularis. ¶ Et quid si requiratur declaratio voluntatis domini. ¶ Vassallus an teneatur petere inuestituram, & subire alia onera, si feudi possessio est apud alium. ¶ Inuestituræ tenor quando sit attendendus. ¶ Filius an vocetur prius, quando nepos superest ex filio præmortuo, si sit vocatus maior natu ex filiis. ¶ Et an qualitas filiationis cõueniat nepoti. ¶ Primogenitus viuo patre an habeat ius formatum transmissibile ad primum nepotem. ¶ Maior an accipiatur pro maiore natu, seu ætate, ita vt semper possessore mortuo antiquior succedat. ¶ Sententia lata contra vnum agnatum an præiudicet aliis. ¶ Et an per eos possit impediri executio, & detur appellatio. ¶ Et quid si fuerint æquales in gradu, & in iure litigandi. ¶ Verba, Quod succedat maior filius in perpetuum an habeant eandem vim cum verbis, Succedat maior ex descendentibus, adeò vt in testamentis accipiatur pro filio primi gradus, vel pro omnibus descendentibus qui veniunt appellatione filiorum. ¶ Vocatus in diem incertum an possit agere antequam casus venerit. ¶ Et an illi obstet exceptio iudicij elusorij. ¶ Filij hæredes patris an reuocent alienationem à patre factam in cõprehensos in inuestitura quando sumus in feudo ex pacto, & prouidentia.

457 Obligatio voti an sit de iure diuino, quamuis proueniat ex voluntate humana. ¶ Et an Papa in eo dispenset, vt Regularis, & Miles Hierosolymitanus possint accipere vxores. ¶ Et an requiratur magna causa, & vrgentissima necessitas tam in dispensando Monachum, quam dictum Militem. ¶ Et quales sint istæ causæ. ¶ Filius vnicus Regis an peccet ingrediendo monasterium. ¶ Per professionem emissam in religione Hierosolymitana an soluatur matrimonium ratum, non consummatum. ¶ Et quid in religiosis ordinum de Alcantara, & Calatraua. ¶ Milites Hierosolymitani an sint verè religiosi. ¶ Et faciant vota castitatis & paupertatis, & obedientiæ. ¶ Et gaudeant priuilegio fori. ¶ Et admittantur ad feuda, & fideicommissa. ¶ Et comprehendantur sub dispositione Concilij *sess. 3. cap. 3. & sess. 25. cap. 15.* cum aliis multis, & diuersis effectibus hîc enarratis. ¶ Papa an dispenset, vt frater se coniungat in matrimonium cum vxore fratris sui, & vt nepos ducat vxorem patrui. ¶ Et de multis similibus dispensationibus remissiuè. ¶ Et de monacho, qui solet dispensari, vt capiat vxorem ad tempus vsque ad sobolis procreationem, ne stirps nobilis deficiat sine hærede, & regnum non pereat.

458 Derogatio iuris quæsiti an sit necessaria in cõmutatione voluntatis facta per Papam. ¶ Et quando in ea sit apponenda clausula, Non obstãte. ¶ Et an illa operetur eundẽ effectũ, ac si dictũ fuisset, Cum plenitudine potestatis. ¶ Et an citatio requiratur ¶ Regula de iure quæsito non tollẽdo an cesset in materia de sui natura præiudiciali. ¶ Vel quando agitur de iure quærendo. ¶ Vel in concessione facta per Principẽ ad tempus. ¶ Vel quando adsunt clausulæ, Ex certa scientia, aut De plenitudine potestatis, seu Non obstãtibus, cũ similibus derogatoriis. ¶ Legatum etiam pro legitima an consistat in iure quærendo. ¶ Et an requiratur illius petitio & declaratio, ita vt ante eam nõ currat præscriptio, nec consideretur mala fides. ¶ Et an detur illius repudiatio in præiudicium creditorum. ¶ Et quando possit tolli per Principem etiam sine citatione. ¶ Ecclesia parochialis erecta in Collegiatam an præcedat alias parochiales, quamuis non sit derogatum regulæ de iure quæsito. ¶ Locus erectus in cathedralem an applicetur Episcopo cum derogatione iurisdictionis Archidiaconi, quam ibi prius habebat ¶ Et an priuilegia antiqua amplius deseruiant. ¶ Noua parochia erecta intra fines antiquæ an habeat decimas, quæ prius cõpetebant antiquæ. ¶ Papa an habeat plenitudinem potestatis in his, quæ inducũtur de iure positiuo, sicut in beneficialibus. ¶ Et quando in istis sit apponenda clausula, Non obstantibus. ¶ Testamentum, & contractus an sint de iure gentium. ¶ Et an actiones, quæ ex eis oriuntur sint de iure ciuili, ita vt illis per Principem possit derogari.

459 Dolus quando consideretur in fideiussore emente pignora debitoris, vel faciendo sibi cedi censum, pro quo fideiusserat, ita vt non possit acquirere fructus. ¶ Et an in hoc æquiparetur extraneo emptori. ¶ Intellectus *l. 1. Cod. de dolo.* ¶ Officium fideiubendi an sit ex gratia, & amicitia, & quando illam fideiussor seruare dicatur. ¶ Quod non possum vt ego, an possim vt quilibet. ¶ Facta emptione census per fideiussorem an extinguatur eius obligatio, ita vt non cõsideretur amplius in eo actus fideiubẽdi. ¶ Cessio quando valeat non interueniẽte pecunia. ¶ Si duo insolidum constituunt annuum redditum, & vnus recipit totam pecuniam, & alteri sit promissa indemnitas, & redemptio census, an alter possit redditum sibi comparare, & cogere principalem debitorem ad redimendum. ¶ Fideiussor, seu administrator habentes pecunias principalis, cum quib. possent luere censum an iuuentur simplici cessione nominis, vel omnia debeant computare in sortem.

460 Superficiarij, & habentes fundum vectigalem, seu partem colonicã consistentem in viribus viueç, quæ respondet proprietario, & emphyteutæ, vel conductores ad longum tempus, seu ad vitam, vel Domini directi, & similes, quando gaudeant beneficio iuris congrui. ¶ Et quid si pensio est non sub-

iacens redemptioni. ¶ Statutum retractus an comprehendat Ecclesias. ¶ Prædij appellatione quid contineatur. ¶ Superficies quæ sit,& an illam habẽs possit alienare sine consensu Domini. ¶ Exemplis quando sit iudicandum. ¶ Dispositio loquẽs de venditione an comprehendat omnẽm alienationem,& emphyteusim,& locationem ad longissimum tempus. ¶ Bulla iuris congrui an sit fauorabilis, & extendenda. ¶ Contractus emphyteoticus an dicatur, si fiat solutio canonis æquiualentis fructibus.

¶ Differentia an debeat constitui inter ista nomina emphyteusis,liuelli,census,& locationis perpetuæ. ¶ Locatio ad longissimum tempus quando transeat in contractum emphyteusis. ¶ Pretium laudemij, & beneplaciti Apostolici an sit soluendum pro parte pretij rei venditæ,ita vt de eo sit faciendum propositum,prout de sorte principali ad effectum, vt competat ius congrui. ¶ Dictiones In, & similes iunctæ actui,seu tempori,aut loco an denotent intrinsecitatem, & perfectionem, ita vt quod debet fieri,sit faciendum intra ipsum actum, non prope, aut extra,maximè in statutis,& probationibus,siue ponantur in ablatiuo,seu accusatiuo. ¶ Propter retractum an fingatur primus emptor numquam retro acquisiuisse, ita vt contractus censeatur gestus ad commodum retrahentis. ¶ Et an debeat retrahens subire omnia onera promissa, & stare pactis primę concessionis,& generationi in ea nominarę. ¶ Intimatio quomodo sit facienda, tam de pretio, quàm de aliis in venditione contentis,quando agitur vigore iuris congrui. ¶ Concessio in emphyteusim an veniat sub nomine alienationis.

461 Valor rei an sit probatus,si testes solùm deponãt de tempore conuentionis, non autem de anteriori & posteriori per multos annos. ¶ Et an per eos sit exprimenda qualitas venditoris implicitè debitis, cum oneribus canonis, ac seruitutis, & similium. ¶ Pretium affectionis, vel redactum ex bonis vicinis venditis, an arguat iustitiam pretij alterius rei contiguæ emptæ. ¶ Et quomodo testes super hoc debeant deponere. ¶ Et quot instrumenta sufficiãt. ¶ Læsio ex quibus probetur. ¶ Causa scientiæ an requiratur in teste probante æstimationem rei immobilis. ¶ Et quid in frumento,& aliis rebus modicis. ¶ Valor ad quam summam debeat ascendere, vt dicatur constare de iniustitia pretij, tam vbi agitur de rescissione venditionis ob læsionem, quàm ad probandum valorem ad effectum arbitrij. ¶ Et quando valeat renunciatio *l.2.C.de rescind.vendit.* ¶ Scientia quo casu excludat maiorem, vt non possit allegare læsionem.

462 Tutor an sit dandus filio bannito, ita vt mater illum non petens priuetur successione bonorum filij. ¶ Patria potestas an perdatur, quando bannitus potest impunè occidi. ¶ Mater quo casu debeat petere,vt detur alius tutor in locum tutoris defuncti, vel banniti,aut relegati. ¶ Filij bannitorum an possint testari. ¶ Et an faciant deficere conditionem fideicommissi. ¶ Banniti an retineant ius succedendi ab intestato,& ex testamẽto. ¶ Et quando possint impunè offendi. ¶ Et eis denegetur audientia. ¶ Vel beneficium primæ instantiæ. ¶ Vel ius prothomiseos. ¶ Et an veniant in dispositione loquente de mortuis. ¶ Tutor an possit dari impuberi per extraneum non habentem illum in potestate. ¶ Et quid si pupillus ab eo hæres instituatur. ¶ Et an talis tutor sit datiuus, seu testamentarius. ¶ Et quando præferatur legitimo. ¶ Et confirmatio illius an sit facienda sine inquisitione. ¶ Et an competat via executiua testamenti pro concessione administrationis faciendæ dicto tutori. ¶ Et quo casu debeat præcedere pronunciatio Iudicis, quòd talis tutor sit idoneus.

463 Statutum si disponat,quod maritus lucretur partem dotis non extantibus liberis, si mulier habens filios ex primo viro trãsiuerit ad secunda vota,& ex eis decesserit sine filiis,an tũc maritus possit lucrari maiorem partem dotis, quàm habeant liberi primi matrimonij. ¶ Quod reuocatur per medium *l. hac edictali.C.de secund.nupt.* an sit imputandũ in legitimam filiorum primi thori, vel prius sit illa detrahenda,& residuũ diuidi inter eos,& secũdũ virum, cui lucrum dotis defertur. ¶ Statutũ an possit derogare *d. l. hac edictali.* ¶ Et an in dubio intelligatur derogatũ. ¶ Prohibitus alienare quãdo debeat agere,ne sequatur alienatio ex actu per eũ celebrando.

464 Pater an perdat vsumfructum antea acquisitum per superuenientem clericatum filij,ita vt per eum possit condi testamentum in præiudicium eiusdem patris. ¶ Et an valeat cautela,vt filiusfamilias possit testari de bonis aduentitiis filij inuito patre, quod efficiatur clericus,& quomodo illa intelligatur. ¶ Bona omnia clerici quando habeantur pro castrensibus, ita vt in eis pater nõ habeat querelam inofficiosi, quamuis possit petere legitimam. ¶ In casibus,in quibus perditur patria potestas,an amittatur vsusfructus patri quæsitus. ¶ Per sententiam an transferatur dominium. ¶ Et an tempus illius attendatur,seu potius tempus delationis, & successionis bonorum. ¶ Legatum rei litigiosæ an censeatur acquisitum legatario post litis exitum, seu statim ipso iure,vt in aliis legatis. ¶ Et quando bona litigiosa sint in dominio hæredis. ¶ Declaratio quo casu retrahatur ad tempus actus.

465 Lex noua quando trahatur ad contractus præteritos,& futuros. ¶ Et quid si loquatur super obligationib. inducendis,seu tollendis. ¶ Vel in his quæ expectant perfectionem, aut executionem in futurũ, ¶ Vel quando tractatur de robore contractus ¶ Vel de iure quæsito tollendo. ¶ Dispositio moderans vsuras centesimas an habeat locũ etiam in cõtractib. celebratis tempore legis antiquæ permittentis maiores vsuras. ¶ Officia notariatus an possint locari post reformationẽ. ¶ Et quomodo illa intelligatur. ¶ Conuentio de soluẽdo pensionem quolibet anno cum consummetur de anno in annum post legem conditam an subiaceat eidem legi superuenienti. ¶ Pactum expressum quando æquiparetur his quæ sunt decisa per sententiam & præscriptionem.

466 Dos amissa,seu diminuta,quando sit iterum constituenda mulieri per patrem,siue fratrem. ¶ Ex primo actu solutionis quo casu obligatio sit perempta. ¶ Filia an debeat imputare in legitimã dotem perditam, ita vt ei sufficiat cedere actionẽ suis fratrib. contra maritum inopem. ¶ Fructus dotis quando sint soluendi mulieri viduæ tam de iure communi, quàm iuxta formam statuti Vrbis. ¶ Et an requiratur interpellatio ¶ Et quid si repetitio dotis nõ fiat ab hæredibus viri,sed ab eo, qui promisit eosdem fructus soluere. ¶ Interesse an sit debitum ante factam liquidationem.

467 Patriarchæ,Archiepiscopi,& Episcopi quando possint collocare cathedram in loco exempto,vel extra diœcesim, & prouinciam,& deferre crucem, & baculum pastoralem,& benedicere,ac celebrare cum pontificalibus, & habere canonicos, & ministros

stros sibi assistentes cum celebrant, vti pallio, verbū Dei prædicare, crismare, degradare, confessiones audire, & absoluere, indulgentias concedere, ordinare, processiones facere, consecrare Ecclesias, & portare rocchertum, rationale, annulum, & caudā. ¶ Prælatus inferior an vtatur insigniis dignitatis præsente superiore. ¶ Baculus iustitiæ quem deferebant prætores quid significaret. ¶ Et à quibus esset solitus gestari lituus incuruus. ¶ Et de more Assyriorum & aliorum circa illius delationem ¶ Et de puniceis calceis, quos pro insigniis deferebant Imperatores ¶ Et quid Basilius Patriarcha, & rex Antiochus, ac Dionysius Syracusanus circa hoc fecerint. ¶ De baculo Episcoporum, & quare summus Pontifex illo nō vtatur ¶ Oblationes ad quem pertineant, cum Episcopus celebrat in loco exempto. ¶ Benedictio Episcopi an remittat venialia, & quādo æquiparetur delationi crucis. ¶ Casus in quibus Episcopi possunt exercere in exemptos vigore Cōcilij ¶ Insignia denotantia proprietatem & perfectionem in quo differant ab insigniis denotantib. potestatem. ¶ Iura restringibilia quando comprehendant casum eiusdem rationis.

468 Stante amissione prothocolli an institutio hæredis probetur per duos testes, quamuis non recordētur de aliis contentis in testamento ¶ Et ex quibus defectus illius suppleatur ¶ Et an obseruantia sufficiat ¶ Laceratio testamenti in aliis, quam in institutione hæredis an noceat, ita vt possit valere pro parte. ¶ Depositio testis an sit indiuidua adeo vt in totum reiiciatur. ¶ De variis exceptionibus contra testes, & quomodo illorum depositio conualidetur, non obstante inimicitia, conuersatione, affinitate, crimine, mēdacio & similibus ¶ Amissio scripturæ ex quibus diligentiis probetur ¶ Quæ probationes sufficiant, quando agitur de matrimonio ad effectū succedendi. ¶ Dominium deductum in iudicio incidenter an possit sola possessione probari ¶ Quod tempus requiratur in probanda filiatione, & legitimitate. ¶ Et quomodo super ea debeant testes deponere. ¶ Parochi fides circa matrimonium contractum an probet, quamuis illud non reperiatur in libro scriptum. ¶ Notarius post datam copiam instrumenti an præiudicet parti, si prothocollum non custodiuerit. ¶ Enunciatio matrimonij in instrumento dotis an faciat semiplenam probationē. ¶ In causa honoris, & status an Iudex possit ex officio examinare testes in calculo ferendæ sententiæ. ¶ Matrimonium an accipiatur pro sponsalib. ¶ Et ex quibus arguendum sit illud non esse secutum. ¶ In matrimoniū contracto in facie Ecclesiæ, an filii ex eo procreati dicantur legitimi vere, & non fictè, & quo ad feuda, & ordines sacros, & qualcumque dignitates propter bonam fidem vnius ex coniugibus. ¶ Et quando excludant substitutum, & habeantur pro legitimis etiam extantibus filiis primi matrimonij validi. ¶ Et quid si non fuerint factæ enunciationes, vel remissæ. ¶ Et an bona fides Præsumatur stante lite, & pendente appellatione super causa matrimonij. ¶ Tam si agatur errore facti, quām iuris consanguinitatis. ¶ Lapso quinquennio post mortem patris an possit amplius quæri de statu filiorum. ¶ Nati ex coniugatis an sint naturales, vel spurij, si vnus ex eis sit in bona fide. ¶ Denunciationes in matrimonio an præsumantur per spatium 30. annorum. ¶ Disputatio validitatis testamenti an sit præiudicialis ad substitutionem. ¶ Dubia an sint de mediis causæ. Et an prius sint faciendæ probationes, antequam ad dicta media perueniatur. ¶ Substitutio pluribus facta quando requirat concursum omnium. ¶ Et quid si fiat cum adiectione copulatiuæ seu nominis collectiui. ¶ Et quo casu pluralitas resoluatur in singularitatem. ¶ Relatiuum, Quibus, quos comprehendat. ¶ Testes producentis quando sunt contrarij, quibus standum sit. ¶ Immixtio hæreditatis ex quibus præsumatur. ¶ Confessio cum clausula, Et alias, &c. quid operetur. ¶ Et quando possit reuocari. ¶ Habens cohæredem an veniat appellatione hæredis. ¶ Testes positi ad partes an fiant de actis. ¶ Et quo casu probent.

469 Ciuitas quando possit singulos obligare, & an sufficiat maior pars. ¶ Statuta, vt vnus teneatur pro delicto alterius, an sint irrationabilia. ¶ Et quando intelligantur confirmata per Papam. ¶ Et an possint fieri per vniuersitates. Et an debeat imminere necessitas, vt sint valida, ita vt illa cessante sit reuocanda. ¶ Et quid si adsit publica vtilitas ¶ Et an illa consideretur, quandò damnum priuati esset maius. ¶ Vel requiratur scientia damni inferendi, & quod illud potuerit prohiberi. ¶ Præsumptio culpæ per quem possit induci. ¶ Statutum an liget ante publicationem, quamuis constet de scientia. ¶ Populus quando possit facere statuta. ¶ Et illorum confirmatio ad quem pertineat. ¶ Et quando illa dicantur confirmata. ¶ Ægidiana in quibus locis sit obseruanda.

470 Pactum iuratum de instituendo fideicommissum vniuersale, & particulare, iuxta formam testamenti an expiret si de eo non constet, vel si illud reuocetur. ¶ Conuentio de succedendo in bonis alterius an sit valida accedente eius consensu. ¶ Et an illa possit reuocari. ¶ Et an dicatur continere virtualiter pactum affirmatiuum, quamuis sit concepta negatiuè. ¶ Et quando consensus superueniens conualidet renunciationem ex nunc, vel prout ex tunc ¶ Sententia lata iuxta formam statuti an valeat, si non existat, aut sit reuocatum. ¶ Confessio relata ad instrumentum an intelligatur de eo, quod habet effectū. ¶ Laudum, vt bona deueniant ad patruum, non ad matrem per mortem pupilli, an sit nullum ob defectum consensus illius, quamuis esset factum vigore statuti, & fuisset confirmatum per sententiam Iudicis, & super eo etiam transactum cum iuramento. ¶ Ratificatio an detur in actu nullo. ¶ Et præsentia partis quando requiratur. ¶ Filia renuncians hæreditati paternæ ob legitimam habitam an possit allegare læsionem. ¶ Et quid renunciauerit fauore conseruandæ agnationis, iuxta tenorem statutorum, quæ ferè sunt per totum orbem. ¶ Et an valeat talis assignatio legitimæ, quamuis sit minore, etiam absque iuramento. Agens ad rescissionem seu vtilitatem cōtractus quo casu restituat accepta. ¶ Iusiurandum an suppleat omnes defectus, licèt sit præstitum ab impubere doli capace. ¶ Absolutio à iuramento an detur stante periurio incurso.

471 Fructus pendentes mortuo feudatario, & emptore prædij ad vitam quomodo diuidantur. ¶ Et quid in hæredibus vxoris, & in venditione cum pacto de reemendo, & in emphyteusi finita absque culpa emphyteutæ, & domo vendita, quæ prius erat locata pro annua pensione. ¶ Vsufructuarius quando faciat fructus suos, & transmittat ad hæredes. ¶ Cōcessio ad vsum, & vsumfructum an intelligatur quo ad proprietatem. ¶ In legato fructuum prædij quo-

tannis dum viueret, vel cum esset vidua, quomodo sit facienda diuisio, si legataria non vixerit per totum annum, vel statim non nupserit.

471 Donatio inofficiosa re, & consilio facta vni ex filiia per matrem an reuocetur in totum, vel solum quo ad legitimam. ¶ Et quid si donatum esset extraneo. ¶ Dos excessiua an possit reuocari constante matrimonio ¶ Titulus dotis quando sit onerosus tam respectu viri, quàm mulieris. ¶ Consensus filij quo casu excludat reuocationem inofficiosæ dotis. ¶ Et an sufficiat tacitus, vt sibi præiudicet in legitima. Dos data filiæ spuriæ excedens quantitatem alimentorum an possit repeti viuente marito. ¶ Filia quando dicatur se liberare ab obligatione conferendi dotem ábstinendo ab hæreditate paterna.

473 In Ecclesia regulari quando possint poni seculares per Episcopum, seu Abbatē absque beneplacito Apostolico, vel è contra ¶ Et quo casu mutatio vnius Ecclesiæ in aliam, seu vnio, vel diuisio concedatur. ¶ Et an per talem translationem sit tacitè dispensatum cum Monachis ¶ Et fructus, ac reditus Ecclesiæ sint illis concessi ¶ Consensus Episcopi vbi Ecclesia est sita an sufficiat, vel debeat interuenire etiam auctoritas illius, in cuius diœcesi adsunt prædia alienanda ¶ Propter celeritatem coniungendarum actionum quando vnus actus occultetur, & habeatur pro expresso ¶ Ordinarius an possit applicare fructus superfluos fabricæ vnius Ecclesiç alteri Ecclesiæ indigenti sine consensu Papæ. ¶ Et quando illius beneplacitum suppleat omnes solemnitstes.

474 Insinuatio donationis an possit quandocumque fieri. ¶ Et quando præsumatur propter diuturnitatem temporis ¶ Et illius defectus per iusiurandum conualidetur. ¶ Et an sit de forma, ac substantia actus ¶ Donatio causa mortis, & ob causã matrimonij an veniat sub statuto requirente solemnitates in donationibus. ¶ In contractu gesto per duns notarios an sufficiat depositio vnius sine altero. ¶ Et an ob illorum contrarietatem actus annulletur. ¶ Iudex vnus ex duobus delegatis an prohibeatur aliquid facere sine alio. ¶ Solemnitates constitutionis Ægidianæ an debeant seruari in tota prouincia Marchię etiam in donationibus factis per Maiores. ¶ Antiquitas temporis an aliquid operetur circa substantiam actus ¶ Et quando præsumptio illa resultans sit exclusa.

475 Hæreditas aduentitia quando possit per filium adiri patre ignorante, & inuito. ¶ Et quo casu in ea currat eidem præscriptio ¶ Et an iuri adeundi præscribatur à die delatæ hæreditatis, vel scientiæ. ¶ Impedimentum iuris, & facti quale sit ad impediendum cursum præscriptionis. ¶ Dispositio *auth. nisi triceanalis. Cod. de bon. matern.* loquens in lucris nuptialibus, an extendatur ad omnia bona aduentiria. ¶ Præscriptio cœpta cum maiore an currat cõtra minorem, & pupillum eius hæredem. ¶ Filius familias an possit sine consensu patris producere instrumentum insinuationis, & an ligetur tempore dato ad insinuandum. ¶ Mulieri an præscribatur quo ad dotem durante matrimonio. ¶ Patria potestas quando impediat ius adeundi.

476 Transactio quando valeat super bonis fideicommissi, maioratus, feudi, emphyteusis, & aduentitiis, ac rebus Ecclesiæ, vel Minoris. ¶ Et quid si fuerit bona fide transactum, & de re dubia. ¶ Vel retineãtur bona per transigentem. ¶ Vel dimittantur penes possidentem. ¶ Et an possit repeti pecunia soluta à successoribus vocatis ¶ Et quãdo requiratur decretum. ¶ Fideicommissarius secundus an succedat primo, seu testatori ¶ Concordia per vocatos in fideicommisso quando censeatur ratificata. ¶ Alienatio an sit permissa stante consensu habentis interesse, quamuis postea superuenerit.

477 Legitimatus quando succedat in emphyteusi Ecclesiæ, & in bonis feudalibus, & excludat substitutum ¶ Res emphyteotica concessa cum pacto affrancandi an consideretur, vt emphyteusis ecclesiastica, vel extinguatur, & transeat in meram venditionem, ita vt nullum dominium remaneat apud concedentem. ¶ Et quid si istud pactum sit collatum solum in personam emphyteutæ, & an per illud excludatur contractus correspectiuus. ¶ Et an priuatus tali emphyteusi cadat à pacto affrancandi. ¶ Statutum loquens de venditione an habeat locum in bonis emphyteoticis concessis cũ dicto pacto affrancandi. ¶ Renouatio emphyteusis quando possit peti per proximiores. ¶ Remedium recuperandæ possessionis quo casu transeat ad hæredes, & an competat contra quemcumque successorem, & hæredem hæredis ¶ Interdictum Quorũ bonorum, an detur etiam ad res singulas adipiscendas, & an sufficiat sola probatio detentionis.

478 Primariæ, seu primariæ preces quæ sint, & quibus concedantur. ¶ Et quando reddant præbendam affectam, & ligent manus collatoris. ¶ Et an requiratur præsentatio. ¶ Et quid stante scientia, & decreto irritante. ¶ Et quo casu collatio dicatur facta animo illas eludendi. ¶ Sciens quando possit dissimulare, & valeat conferre. ¶ Processus cum procuratore reuocato an sit validus. ¶ Regalia quæ sint, & quibus competant. ¶ Clausula Ita tamen quod persona sic nominata de aliquo beneficio prouisa fuerit, eius nominatio quo ad alios collatores ipso iure expiret, quid operetur in primariis precibus. ¶ Et quando in eis locum habeat dispositio *l. boues §. hoc sermone ff. de verb. signific.*

479 Subhastationes cum dilatione viginti dierum an sint necessariæ de iure, & de consuetudine in alienandis rebus Minorum, & Ciuitatum, & Ecclesiæ. ¶ Et an sit leuis solẽnitas, vel de forma, & ei possit renunciari. ¶ Vel loco illius alia subrogari. ¶ Et quando competat restitutio si omittantur. ¶ Minor quomodo sit citandus. ¶ Contractus carcerati quando valeat ad fauorem eius, qui illum detinet. ¶ Obligatio filij, vel filiæ an sit iusta pro liberando patrem à carceribus. ¶ Discussio in rebus mobilibus quando debeat præcedere, vt valeat executio in stabilibus. ¶ Impugnans alienationem ex defectu subhastationum an debeat prius soluere pretiũ & melioramenta. ¶ Locus loci quando sit apponendus in instrumento, vel priuilegiis, ac aliis dispositionibus. ¶ Et quid de consuetudine seruetur. ¶ Et an vitietur in totũ instrumentũ ¶ Simulatio donationis an probetur per coiecturas. ¶ Et quales debeant esse ¶ Iuramentũ quando conualidet actũ simulatum. ¶ Reseruatio quam facit donans occasione testandi in quam summam debeat ascendere.

480 Vicinus superior quando possit facere molendinũ in præiudicium habentis molendinũ inferius ¶ Aggeres & similes munitiones quo casu licitè fiant pro tuendo prædio, immutando cursum fluminis publici, & priuati, seu torrentis antiqui ¶ Opus factum animo sibi proficiendi an sustineatur, si vici-

nus

aus damnum sentiat. ¶ Pactum & nihil quandoque æquiparentur. ¶ [illegible] an sit commune inter habentes prædia vicina. ¶ In materia aquarum an attendatur lex, seu pactum, natura; & vetustas.

481 Confraternitates laicorum, & Hospitalia quando sint loca pia, & possint per Episcopos visitari, quamuis existant in Ecclesiis regularium exemptorum, non obstante quacumque consuetudine immemorabili. ¶ Et an gaudeat restitutione in integrum. ¶ Substitutio in euentum quod puella efficiatur monialis an valeat, vel sit reiicienda conditio tanquam impediens matrimonium. ¶ Mors naturalis grauati an debeat expectari vt substitutus admittatur, vel sufficiat professio monachi. ¶ Emphyteusis quo casu sit concessa filiis post mortem patris. ¶ Dominium quando acquiratur ex descriptione in libris locorum montium. ¶ Emens aliquid super vita alterius au sibi, & hæredibus suis acquirat. ¶ Casus monachatus quando sit positus per testatorem taxatiuè, seu demonstratiuè, ita vt possit comprehendere etiam mortem naturalem, non ciuilem per professionem. ¶ Relictum in minori summa an sit validum tam si puella efficiatur monialis, quam si nuberet. ¶ Professus quando habeatur pro mortuo. ¶ Emphyteusis pro hæredibus, & successoribus quibuscumque; vel cum clausula, quib. dederis, an transeat ad hæredes extraneos, & ad Ecclesiam, & ad fiscum perpetuò, & irreuocabiliter, vel possit dominus cogere ad vendendum infra annum. ¶ Et an requiratur declaratio intra biennium, quod reuertatur ad dominum. ¶ Et an hoc tempus currat à die, quo monachus moritur, vel quo est professus. ¶ Inuestitura quando recipiat restrictionem.

482 Canonicatus Ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ, etiam insignis an requirat ordinem sacrum. ¶ Et quid in [illegible]. ¶ Et an sufficiat tonsura, & [illegible]. ¶ Capitulum quando possit statuere circa curam animarum, & quod Canonici sint saltem in ordine subdiaconatus. ¶ Et an requiratur [illegible] quo tempore debeat [illegible]. ¶ Non existens in sacris an possit optare maiorem præbendam, & suam hebdomadam ad effectum conferendi beneficium. ¶ Et quando ei committatur per Capitulum talis collatio. ¶ Receptio canonici noui an intelligatur saluo tenore literarum, quamuis aliud disponant statuta per eum iurata. ¶ Decanus non existens in sacris quando conuocet capitulum, & in eo proponat ac resolutiones accipiat. ¶ Dispositio *clem. vt hi qui de ætat. & qualit.* in quibus casibus procedat. ¶ Statutum non repertum in archiuio an liget. ¶ Verba enunciatiua Papæ quando [illegible]. ¶ [illegible] habens facultatem substituendi an possit substituere non existente in sacris. ¶ Confessio an releuet super eo, quod quis non potest disponere. ¶ Consuetudo [illegible], vt Canonicus clericus præcedat eos, qui sunt in ordine [illegible].

483 Statutum disponens, vt testamentum insinuetur intra 6. menses, alias sit nullum, an excludat hæredem, vt interim non adeat, & exigat credita hæreditaria, quamuis forsan reduceretur ad nullitatem, si contingat illud non insinuari. ¶ Constitutum quo casu transferat possessionem ciuilem & naturalem. ¶ Et quid si contractus fuerit inutilis. ¶ Donatio semel impugnata per donantem an possit amplius insinuari. ¶ Obligatio naturalis an oriatur ad fauorem donatarii ex donatione non insinuata. ¶ Donatio facta coram Iudice an requirat aliam insinuationem. ¶ Et quando sit valida, si non insinuetur, & acquirat aliquod ius donatario, ita vt possit capere possessionem rei donatæ pendente lite super insinuatione. ¶ Donatarius an prohibeatur insinuare inuito donante. ¶ Recursus an detur ad Ecclesiasticum ratione peccati, vel mutuo in possessionem concedatur in casu in qua deficit obligatio naturalis. ¶ Precarium & pignus rei suæ an consistat. ¶ Iudex [illegible] facultatem soluendi debitum sonus obligationis naturalis. ¶ Hæres qui debet soluere legata infra certum tempus, alias transferatur institutio in alterum, an interim possit facere omnia, quæ hæredi competunt.

484 Habitatio vera an dicatur, quando absens habitat per familiam ita vt statutum loquens de habitatione in ista verificetur. ¶ Dominus volens ædificare an præferatur vicino. ¶ Constitutio iuris congrui cogens ad vendendum domos, quæ non habitantur, an procedat, si solum pars habitetur, & in alia adsint inquilini tam gratis, quam pecunia accepta. ¶ Habitare an dicatur cum familia, qui habet vnum tantum famulum. ¶ Actio an competat non probatis qualitatibus statuti. ¶ Relictum familiæ an sit verificatum, si vni solum detur. ¶ Condecentia habitationis quando sit consideranda ad hoc, vt absens dicatur habuisse animum reuertendi. ¶ Familia tota an possit dici deliquisse, si vnus deliquit.

485 Depositarius, & sequestratarius ac similes soluentes præceptum iudicis quando liberentur. ¶ Et an requiratur contradictio, & appellatio ac denunciatio debitori. ¶ Et an Iudex debeat esse competens. ¶ Consensus an inducatur vltra illud, quod de necessitate infertur. ¶ Solutio vnius partis an indicat agnitionem totius debiti.

486 Cessio bonorum ad fauorem particularium creditorum quando prosit aliis. ¶ Et quo casu dicatur vniuersalis. ¶ Inuentarium vnicum an sufficiat tam respectu eorum, qui sunt citati, quam pro aliis creditoribus postea comparentibus. ¶ Cedens bonis quando remaneat dominus, & possit pœnitere, & repellatur ab agendo. ¶ Statuta ordinatoria & decisoria, ex quibus cognoscantur. ¶ Quietatio pro residuo an impediat, ne plus possit peti, quam fuit debitum. ¶ Pensio domus communis an sit soluenda. ¶ Compromissum ad res plures directum an finiatur restante vna re indecisa, ita vt sententia arbitri debeat integraliter ferri. ¶ Compensatio an sit admittenda stante iuramento. ¶ Denunciatio facta per creditores debitoribus cedentis an subsistat post sententiam. ¶ Actio, qui lite pendente cessit bonis, an possit prosequi iudicium cœptum. ¶ Clausula, *quomodolibet, & quibuscumque* quid operetur. ¶ Legitimatio personarum an sit necessaria in iudicio summarissimo. ¶ Et an sufficiat, si superuenerit. ¶ Exceptio cessionis bonorum an impediat litis ingressum.

487 Repræsentatio an attendatur in vocatis salua gradus prærogatiua. ¶ Appellatione cippi domus an veniant agnati iuxta ordinem graduum. ¶ Nepos an concurrat cum patruo, si substituatur cippus. ¶ Communicatio erronea bonorum, quando possit reuocari. ¶ Fideicommissum sub conditione, si hæres institutus decesserit sine filiis, an habeat locum in casu, in quo filius habuerit filios, qui postea sine filiis decedant. ¶ Et quid similibus coniecturis, & quales illæ debeant esse. ¶ Extensio de persona ad personam quando detur in substitutionibus. ¶ Clausula *tunc & eo casu*, an inducat restrictionem. ¶ Vocatio natu maioris proximioris agnati, quando excludat fideicommissum. ¶ Filius an succedat in locum patris tam in successione legis, quam hominis.

488 Census inualidus an sit ratificatus per solutionẽ fructuum. ¶ Filius immiscens se hæreditati paternæ an præsumatur habuisse scientiam testamenti propter consuetudinem illud publicandi mortuo testatore. ¶ Productio, seu retentio scripturæ an inducat scientiam omnium in ea contentorum. ¶ Dispositio patris, quod filius non administret, donec non peruenerit ad ætatem vigintiquinque annorum, an liget illum pro tempore, quo est minor, non quando est effectus maior vigore statuti constituentis eum in perfecta ætate, dum est in vigesimo anno. ¶ Emptor census an teneatur verisic [illegible] o melioramentis.

489 Æstimatio bonorum dotalium quo casu faciat emptionem. ¶ Modus citandi obseruatus ab vno ex litigantibus an possit dici inualidus, si ille ab altero obseruetur. ¶ Citatio generalis per edictum quando sufficiat. ¶ Vxor pro restitutione dotis an debeat agere solùm contra fundum dotalem non ad alia bona. ¶ Hypothecaria pro legatis, & pro dote, ac aliis creditis an detur solùm pro mensura debiti. ¶ Sententia ad fauorem vxoris super restitutione dotis an præiudicet creditoribus. ¶ Et quando bona illi assignata pro mensura suæ dotis possint ab ea auocari per creditores offerentes suas dotes. ¶ Adiudicatio an sit facienda præuia æstimatione per peritos, vel per subhastationem. ¶ Restitutio dotis an debeat fieri in pecunia, si pars illius in ea consistat, & pars in stabilibus.

490 Fructus censuum, & annuæ præstationes quanto tempore præscribantur tam de iure communi, quã iuxta statuta Vrbis. ¶ Et quando sufficiat vnica præscriptio. ¶ Statuta confirmata à Sede Apostolica an tollant actus iuratos. ¶ Et quid si per ea annullentur instrumenta conficienda debita. ¶ Qualitas præcedens statuti an intelligatur repetita in subsequenti. ¶ Compensatio quibus casibus sit admittenda cum legitima. ¶ Filia exclusa à successione propter dotem an possit dicere de nullitate testamenti, & petere legitimam, si fuerit præterita. ¶ Et quid si in eo non fuerit institutus hæres masculus, sed extraneus. ¶ Vel si essemus in testamento matris, in quo non consideratur agnatio. ¶ Dotata à matre an excludatur tam à successione illius, quàm patris. ¶ Reuocatio testamenti facta non simpliciter, sed animo condendi aliud an tollat primum. ¶ Et an ista exceptio reuocationis possit opponi per tertiũ, si hæres non declaret an velit adire.

491 Appellatione stipitis, seu cippi quando veniant fœminæ. ¶ Et quo casu censeantur vocati agnati iuxta ordinem graduum. ¶ Qualitas masculinitatis an intelligatur repetita in substitutionibus. ¶ Agens tanquam agnatus an debeat probare agnationem legitimam etiam parte non opponente. ¶ Testes qui deponunt præsumptiuè an probent concludenter. ¶ Consanguinitas, & fraternitas an probetur per tractatum, & nominationem, quamuis agatur de acquirenda hæreditate. ¶ Et an in fratribus detur quasi possessio fraternitatis, prout in vxore, & filio. ¶ Confessio agnationis facta per procuratorem an possit reuocari per principalem. ¶ Conditio *si sine filiis decesserit*, quando verificetur in fœminis.

492 Parochus an præferatur in sepultura Parochiani, sicut in administratione Sacramentorum. ¶ Et quando debeat præmoneri per fratres volentes deferre ad suas Ecclesias cadauera defunctorum.

[illegible]

¶ Et quid in hoc decreuit Sacra Congregatio Regularium. ¶ Verbum *libere*, quid [illegible]

¶ Cura animarum, & potestas absoluendi à pec[illegible] præscribi, & in alium transferri. ¶ Priuilegium concessum Ecclesiæ quando possit tolli per Prælatos. ¶ Consuetudo recitandi officium, & recipiẽdi funeralia per Canonicos, & Parochum in ecclesiis Mendicantium quando corpora defunctorum ibidem [illegible] ti quo casu censeatur datum antecedens. ¶ Consuetudo immemorabilis, quæ habet vim tituli, an sit sublata per derogationes vniuersales. ¶ Ius reuerentiale an amittatur per consuetudinem contrariam. ¶ Decretum irritans an aliquid operetur, si non appareat quod quis velit illo vti. ¶ Libera sepultura, quæ conceditur Fratribus ex Bulla Pij V. & ex Mare magno quomodo, & in quibus casibus procedat.

349 Conditio respiciens plures personas an debeat verificari in omnibus. ¶ Indefinita an æquipolleat vniuersali collectiuè, vel distributiuè. ¶ Testator si relinquat vsumfructum vxori vnà cum suis hæredibus, si vnus ex eis diuidat an vxor licitè petat aliud legatum sibi factum casu quo non possit stare cum eisdem hæredibus, quamuis alij cohæredes sint parati cum ea simul habitare. ¶ Et quomodo in hoc consulatur eis, qui volunt obedire præcepto testatoris contra alios contrauenientes. ¶ Proximitas grauantis, vel grauati quando attendatur in successionibus. ¶ Et quales coniecturæ debeant esse. ¶ Et quid si vocentur sibi proximiores, vel in sua familia, vel hæreditate sua, vel in suis bonis, vel quod sint sui hæredes, vel in vocatis nomine collectiuo, vel si vtrerque prouenit à testatore grauante. ¶ In substitutione proximiorum an omnes in pari gradu succedant.

494 Administrator an possit cõueniri spolio ante redditam rationem. ¶ Vxor an præsumatur scire ea quæ cõtinentur in capitulis matrimonialib. factis cum marito. ¶ Receptio pensionis nomine alterius an probet possessionem. ¶ Clausula, *quam, & quas*, quãdo inducat omne ius, & actionem spolij. ¶ Cõdemnatio in fructib. perceptis, & qui percipi potuerunt quo casu admittatur. ¶ Conclusio super remedio reintegrandæ qualis debeat esse. ¶ Bona fides, & probatio dominij & melioramentorum quando excludat spolium. ¶ Ægidiana an habeat locũ stante notorio grauamine. ¶ Actio spolij an detur contra cohæredem, & quanto tempore præscribatur.

495 Post sententiam quando possit opponi exceptio inuentarii tam in iudicio ordinario, quàm executiuo. ¶ Et quo casu dicatur plene cognitum super tali exceptione, adeò vt amplius illa non debeat admitti. ¶ Inuentarium factũ citato vno creditore, an valeat quo ad eum, ita vt nõ possit opponere defectũ, quod alij non fuerint citati. ¶ Exceptio falsi, & excommunicationis an admittatur post terminũ, si in eodem termino fuit specificata. ¶ Hæres condemnatus in solidum ad instantiam creditoris, seu legatarij, ac fideicõmissarij an possit in executione sententiæ excipere quod bona non sufficiũt. ¶ Reus an valeat se tueri pluribus priuilegiis. ¶ Impugnãs inuentariũ an debeat probare existentiam plurium bonorum vltra ea, quæ in illo non sunt descripta.

496 Collegium Archiuij, quando, & in quibus casibus possit legitimare. ¶ Et an valeat præiudicare tertio, & excludere substitutum. ¶ Et quid in hoc dis[illegible] ponant

ponant Bullæ Summorum Pontificum. ¶ Ius succedendi an sit separatum à filiatione. ¶ Dispensatio collatiua in quo differat à restitutiua. ¶ Legitimatus cum clausula, Sine præiudicio venientium ab intestato, an sit verè legitimus, & dicatur de agnatione patris. ¶ Et an habeat legitimam, & illius supplementum. ¶ Et quid si ei aliquid relinquatur ¶ Et an concurrat cum filiis legitimis, & naturalibus. ¶ Et quando succedat tam condito testamento, quàm ab intestato, tam secundum naturam patris, quàm contra illius voluntatem. ¶ Et an possit impugnare testamentum, si fuerit præteritus. ¶ Legitimatio an valeat, non facta mentione filiorum, & filiarum, ac nepotum, ac ventris prægnantis. ¶ Et quid in ea, quæ fit per Collegium Archiuij. ¶ Et an in illa requiratur citatio filiorum. ¶ Et quid si filij renunciauerant hæreditati paternæ, vel filiæ sint ab ea exclusæ per statutum ¶ Et an possit fieri ea lege, vt legitimatus non succedat simpliciter, nec æqualiter cum aliis filiis, vel quod non succedat, nisi de voluntate testatoris. ¶ Adoptatus cum limitatione successionis an habeat legitimam. ¶ Clausula, Sine præiudicio venientium ab intestato, an censeatur apposita per legitimantem, quamuis non fuerit expressa in legitimatione. ¶ Filij, qui renunciarunt hæreditati paternæ, an possit capere sibi in testamento à patre relicta, non obstante renunciatione, & dissensu fratrum, quorum causa fuit renunciatum. ¶ Filia exclusa à statuto quando petat supplementum legitimæ, si pater ei aliquid relinquat. ¶ Nullitas legitimationis an consideretur respectu substantiæ ipsius, vel præiudicij filiorum non nominatorum.

497 Statutum disponẽs quod notarius debeat cognoscere [illegible] es, quomodo intelligatur. ¶ Et an talis cognitio de iure sit necessaria. ¶ Verbum, suf[illegible] tum in aliqua dispositione, quid operetur. ¶ [illegible] ctus quando sit iterandus. ¶ Tabellio obl[illegible] ad suscipiendum iuramentum pro cogo[illegible] hentium an debeat illud suscipere ab eisdẽ personis, à quibus in aliis contractibus prius [illegible]. ¶ Et an valeat probatio postea facta, quod illud fuerit præstitum. ¶ Notarius an possit extendere iuramentum vnà cum clausulis cæteratis. ¶ Clausula, Pro habitis, & receptis, an extendatur ad tempus futurum. ¶ Facultas transferendi pensionem nunc, & pro tempore an comprehendat omnes pensiones reseruatas post facultatem. ¶ Verba præsentis temporis, quo casu mutent naturam, & trahantur ad futurum, & quid è contra. ¶ Mutuum quando sit conualidatum. ¶ Exceptio non numeratæ pecuniæ an tollatur per numerationem postea factam. ¶ Et an illa cohæreat rei, vel personæ, ita vt competat fideiussori.

498 Vxor confitens cum iuramẽto recepisse pretium censua dotalis vnà cum marito, an præsumatur participasse pro dimidia. ¶ Emptor census, qui debeat [illegible] nuestiri, quando teneatur probare conuersionem pecuniarum, vt liberetur. ¶ Confessio mulieris admanticulata an valeat, quamuis sit absque solemnitatibus statuti. ¶ Augmentum dotis quando possit fieri per maritum tam ante, quàm post matrimonium. ¶ Et quomodo statutum loquens de donatione in eo [illegible] ficetur. ¶ Pactum an sit validum, vt mulier lucretur donationem propter nuptias. ¶ [illegible] quid si fiat, vt matrimonium contrahatur. ¶ [illegible] inæqualis inter dotem, & donationem propter nupti[illegible]. ¶ Statutum loquens in donatione an habeat locum in remuneratoria, & lucro dotis, & in accessoriis ad alios contractus. ¶ Sponsalitia largitas an possit reuocari. ¶ Donatio ob causam nuptiarum an sit irrita si illæ non sequuntur. ¶ Effectus donationis propter nuptias quis sit. ¶ Et an ei possit per mulierem renunciari. ¶ Et an sit amplius in vsu. ¶ Et ex quibus colligitur quod non sit sponsalitia largitas. ¶ Dos taxata quando possit augeri, vel minui. ¶ Acconcium an sit pars dotis, & veniat appellatione illius. ¶ Et an pro eo concedatur alienatio bonorum fideicommissi, sicut pro dote. ¶ Dos congrua an consideretur tam respectu bonorum patris, quam matris. ¶ Acconcium quomodo sit restituendum. ¶ Et an veniat sub prohibitione rerum dotalium. ¶ Dignitas personarum an attendatur in constitutione dotis, si non suppetunt facultates. ¶ Et quando annulletur, si fuerit constituta.

499 Repetitio pecuniarum quando detur contra eum, pro quo fuit facta promissio de non offendendo de mãdato Iudicis. ¶ Et an requiratur actus positiuus circa approbationem dictæ promissionis, vel sufficiat sola scientia, & illius informatio. ¶ In actu necessario an sint adhibendæ solemnitates. ¶ Fideiussor verus an dicatur, qui ex officio Iudicis cogitur ad cauendum pro consanguineo de non offendendo, & an æquiparetur fideiussori iudicatũ solui. ¶ [illegible] an incurratur, si vnus fuit offensus, antequam ratum haberet. ¶ Et an ratihabitio retrotrahatur ¶ Consanguineus offendens quando debeat releuare promittentem ratificando promissionem. ¶ Et ex quibus censeatur facta ratificatio. ¶ Actus positiuus qualis debeat esse ad inducendam ratificationem. ¶ Statutum quo casu trahatur ad præterita. ¶ Et quid in negotiis pendentibus per appellationem. ¶ Tempus secundi fatalis quomodo sit calculãdus. ¶ Protestatio impedimẽti an sit necessaria, vt fatalia non currant. ¶ Appellanti quando detur bienniũ. ¶ Et an sufficiat comparere in vltimo termino inductarum.

500 Literæ inter Mercatores an habeant vim publici instrumenti, & probent stipulationem. ¶ Transmissio mercium, animalium, & similium rerum cũ nomine, & signo emptoris an transferat dominiũ, & possessionem ¶ Et an tale mercum seu signum debeat ad hunc effectum poni per emptorem, seu nuncium coram venditore ¶ Res empta de mandato alicuius an dicatur sua, antequam sit tradita. ¶ Pretium an possit conferri in arbitrium venditoris, seu emptoris, ¶ Venditio an sit valida, si fiat pro pretio declarando. ¶ Dominium an transferatur sine traditione de consensu partium. ¶ Commissio emptionis mercium facta mercatori, si per eum acceptetur, & merces consignentur portitori, seu procaccio an operetur perfectam venditionem, ita vt non sit locus pœnitentiæ, & periculum spectet ad emptorem, & pretium sit soluendum venditori pro summa inter eos taxata. ¶ Parua portio, quæ remanet domino de panno dato ad cimandum an inducat effectum recognitionis.

501 Soluens indebitum, vel suscipiens terminum ad soluendum per errorem an possit repetere. ¶ Et quomodo dicatur constare de errore. ¶ Et quid si adsit clausula Ex certa scientia, cum renunciatione condictionis indebiti, ac omnis iuris, & legum auxilij. ¶ Memoria seu fideisocietatis an sciat aliquã

probationem. ¶ Et an possit ex ea confici instrumentum per notarium, si ab originali non constet. ¶ Relatum si non verificetur aliqua probatio desumatur ex referente. ¶ Apocha recognita an præiudicet tertio quo ad hypothecam à die recognitionis, vel potius confectionis. ¶ Disiuncta societatis sine testibus an valeat. ¶ Acta iudicij quo casu probent absque interuentu testium. ¶ Cedens an debeat ostendere se verum creditorem antequam agat. ¶ Restitutio pretij, & sortis principalis an veniat appellatione damnorum & interesse. ¶ Pretens dilationem ad soluendum quando dicatur acquiescere sententiæ.

502 Constitutum quando transferat possessionem naturalem, & ciuilem. ¶ Pluralitas an præsumatur. ¶ Possessio quo casu probetur per locationem. ¶ Spolium quando cōmittatur in actu iudiciali. ¶ Executori an stetur, si asserat, quod bona, quibus fuit facta executio sunt debitoris. ¶ In remedio redintegrandæ quid debeat probari, & an vnus testis sufficiat. ¶ Immissio in possessionem an possit fieri contra tertium nō citatum vel iniustū detentorem. ¶ Statutum mandans, vt in bonis dandis in solutū fiat proclama generale ad hoc, vt habens ius in eis veniat ad se defendendum intra certum tempus an intelligatur solum de immobilibus vel etiā de certis possessionibus. ¶ In actione reali quando fiat executio contra non citatū, in quam fuit facta alienatio lite pēdente. ¶ Et an requiratur scientia litis. ¶ Et quando prius sit agendū reuocatoria. ¶ Et quo casu sit locus cōstituto, de quo in *l. si à quo. cum l. seq. ff. de rei. vend.*

503 Interdicto manutentionis, quæ probatio requiratur. ¶ Traditio clauium quando transferat possessionem, seu custodiam. ¶ Et an sit docendū de titulo, & possessione transferentis claues. ¶ Et an debeat esse in præsentia rei stabilis. ¶ Et quid in mobilib. & aliis inclusis in domo, seu horreo. ¶ Citatio, Relatio, Inhibitio, Libellus, Sententia, & similia acta iudicij an possint probari per testes, vel requiratur scriptura. ¶ Et quid in locis insignibus. ¶ Manutentio, & reintegratio an detur minori, & mulieri, qui nulliter ceciderunt à possessione facto proprio. ¶ Et an eis competat restitutio officio Iudicis. ¶ Possessio an transferatur per deliberationem vltimo oblatori factam, & per traditionem calami.

504 Dispositio loquens per verbū dare an significet ius, vel actum nudi ministerij. ¶ Statutum, quod dos data à fratre ad eum reuertatur, an habeat locum, si nō probetur quod fuerit de suis bonis. ¶ Socer an concurrat cum fratre in hæreditate pueri, & quando non sit dictum statute statuto Vrbis excludente fœminas consulitur. ¶ Et an sufficiat dare dotem quando interpellabitur. ¶ Soror si excludatur à successione fratris, quando ab ipso dotatur, an intelligatur exclusa, si frater illam dotauit de propria portione, vel de bonis communibus ipsius, & fratris. ¶ Constitutio dotis filiæ tam de bonis paternis, quam maternis an valeat. ¶ Et quando illi præiudicetur, vt non possit agere ad bona materna, si dos non fuerit illi promissa, sed genero. ¶ Et quid in hoc operetur ipsius filiæ renunciatio.

505 Mandatum procuratoris, et quibus coniecturis probetur. ¶ Et qualia illa debeant esse ad hoc, vt solutio illi facta liberet soluentem. ¶ Testis vnicus à parte productus an faciat plenam fidem. ¶ De præterito quando sit præsumendū in futurum etiam in materia [illegible]. ¶ Et quo casu testes coniungantur circa probationem temporis. ¶ Ratificatio personæ procuratoris quomodo inducatur. ¶ Et an sufficiat in genere cogitatū de actu per eum gesto. ¶ Confessio administratoris de recepto quando inducat liberationem. ¶ Et an solutiones anticipatæ illi rectè fiant. ¶ Reuocatio procuratoris quando præiudicet soluenti. ¶ Gesta cum administratore alicuius, qui publicè, & palàm se pro tali gerebat an valeant. ¶ Mandatum in quibus casibus possit probari per scripturam, seu per testem. ¶ Et quid in ratificatione, & in facultate concessa œconomo Ecclesiæ, vel Collectori dato cum iurisdictione exercenda, seu ad nudum tātum ministerium exigendi. ¶ Si fuerint constituti plures procuratores ad iudicia, cum reuocatione omnium procuratorum an intelligatur solùm reuocatio procuratorum quo ad iudicia. ¶ Ratificatio an probetur per testes, si statutum disponat quod mandatum non possit probari testibus, sed per scripturas. ¶ Procurator datus ad exigendum an possit recipere à sponte soluente. ¶ Et quid si dominus est præsens. ¶ Vel si fuisset datum mandatum diuersis personis, vni ad exigendum, alteri ad recipiendum solutiones. ¶ Qualitas administratoris quando sit acceptata ex productione instrumenti administrationis.

506 Mulieres, & senes an possint carcerari pro debito priuato, & fiscali. ¶ Verbum, potest, an inducat necessitatem, vel honestatem, & decentiam. ¶ Priuilegium datum causa miserationis an tollatur per renunciationem à miserabilibus factam. ¶ Et quales sint isti miserabiles. ¶ Senes quando æquiparentur pupillis, & fœminis. ¶ Et quo casu illis minuatur pœna sicut minoribus.

507 Debitor obligans creditori nomina suorum debitorum an faciat eum procuratorē in rem propriam, ita vt possit illa exigere non citato amplius eodem principali debitore. ¶ Et an detur saluianum interdictum, & via executiua contra dicta nomina. ¶ Et quando illa veniant in obligatione generali omniū bonorum. ¶ Et quomodo detur immissio in dictis nominibus. ¶ Et an prius debeant conueniri illa nomina quàm principalia. ¶ Et an illa possint dari in solutum, tam per debitorem, quàm per Iudicem creditori inuito & ignorante debitore. ¶ Mandatum procuratoris in rem suam an morte expiret. ¶ Solutio an possit negari per eum, qui non habet interesse.

508 In dispositionibus factis, ac factis motu proprio quando subintelligatur clausula, si preces veritate nitātur. ¶ Probatio clericatus quo casu sit necessaria in beneficiis etiam collatis à Papa alicui tanquàm clerico. ¶ Et an sufficiat clericatum superuenire. ¶ Et quid in pensionibus exigendis post litterarum expeditionem an satis sit tunc temporis ostendere clericatū. ¶ Possessio habitus, & clericalis tonsuræ an iuuet quo ad priuilegium fori, & ad obtinendum beneficia. ¶ Pensio quando sit inualida, si non exprimatur defectus infantilis ætatis. ¶ Et an infans sit capax illius. ¶ Clausula, Postquam idoneus repertus fueris, quid operetur. ¶ Prouisio in forma congrua an tribuat ius de nouo. ¶ Gratia relatiua ad primam pensionem translatam, quando sit valida, non constito de instrumento translationis, & facultate transferendi. ¶ Clausula De nouo reseruamus, an faciat, vt non sit necesse verificare priorem reseruationem. ¶ Dictiones, prout, ad instar, & similes, quid significent. ¶ Quasi possessio exigendi pensionem an suffragetur non probata reseruatione. ¶ Pensio exacta ante expeditio-

ditionem literarum quando sit nulla. ¶ Decretum inducens nullitatem actus quo casu sit pœnale.

509 ¶ Legatum dotis in testamento an sit nouatum per stipulationem subsequentem eiusdem summæ alteratæ circa modum soluendi. ¶ Et ex quibus sit inducta nouatio cumulatiua, sex extinctiua si aliquid detrahatur ex primo actu, aut addatur in secundo tam in substantialibus, quàm in qualitatib. ¶ Et an sit necessaria mutatio vniuersalis ¶Et quid si primum pactum fuerit imperfectum. ¶Et quando dicatur conuentio noua & incompatibilis cum prima. ¶ Priuilegium an transeat ad actionem cumulatam, vel ad nouantem. ¶ Verba, in solidatione, computato, &c. an inducant nouationem. ¶ Præscriptio an æquiparetur solutioni, pacto, & priuilegio, tollendo omnem actionem, & obligationem ciuilem, & naturalem. ¶ Et quid in statuto præsumente solutionem post lapsum temporis. ¶ Hypotheca specialis pro legato relicta in testamento an dicatur nouata ex instrumento cum hypotheca generali.

510 Perceptio fructuum an probetur per coniecturas. ¶ Et an inferatur ex annis antiquis ad redditum præsentis anni. ¶ Et quid in hoc operetur consuetudo. ¶ Valor beneficij quomodo sit iustificandus. ¶ Et quando deducantur onera, & reductiones monetarum ¶ Et quo casu dicatur valor excessiuus ad impugnationem gratiæ. ¶ Tertius habens interesse an possit deducere ius suum coram Delegato non suo iudice sine noua commissione. ¶ Sententia nulla tanquam lata extra diem citationis an præiudicet tertio. ¶ Diminutio sextæ partis quoad valorem beneficij quid operetur.

511 Feudum, & Emphyteusis an possint dari in dotem per primum acquirentem præiudicando aliis gratiosè vocatis. ¶ Consensus Domini quando requiratur in alienatione emphyteusis ¶ Et an illius defectus possit allegari per tertium. ¶ Concessio rei emphyteoticæ quo casu dicatur ex titulo lucratiuo, seu oneroso, quamuis in actu acquisitionis nihil fuerit solutum. ¶ Patiens alium inuestiri de sua emphyteusi an sibi præiudicet. ¶ Feudum alienatum quando possit reuocari per hæredem. ¶ Emphyteusis stipulata ad tertiam generationem vtriusque sexus an sit concessa pro masculis tantùm & illis deficientibus pro fœminis stante statuto exclusiuo fœminarum. ¶ Bona alienata quando possint reuocari per hæredem prætendentem sibi esse debita ex fideicommisso. ¶ Et quid si confecerit inuentarium. ¶ Vel quando adsunt bona alienantis per hæredem possessa. ¶ Et cui incumbat onus probandi equiualentiam bonorum per eum possessorum cum bonis alienatis. ¶ Inuentarium an faciat, vt actiones non confundantur, & quod hæres non habeatur pro non hærede, vel solùm operetur, vt fingantur non confusæ, quatenus confusio ei damnum afferat. ¶ Et an hæres teneatur ratificare alienationẽ, quatenus bona hæreditatis æquiualent.

512 Mensura vnius temporis, & per certam personam facta quando probet de alio tempore, & quo ad diuersas personas ad effectum excludendi spolium. ¶ Dictio, incirca, quo casu verificetur in modico. ¶ Et quid si agatur de certa quantitate præcisa. ¶ Remedium reintegrandæ possessionis an competat si fiat subhastatio, & deliberatio non præcedente mensura, & æstimatione. ¶ Post oppositam inobseruantiam an possit sequi adimplementum.

513 Iuramentum minoris an faciat illum maiorem, & suppleat alias solemnitates. ¶ Et quid stante statuto annullante iusiurandum tanquam metu extortum. ¶ Et quando probatio talis iuramenti possit desumi ex instrumento facto absque solemnitatibus requisitis. ¶ Ratificatio minoris post quinquennium quo casu possit allegari. ¶ Et quid de iure canonico, vel si adsit dolus tam præsumptus, quàm verus, vel allegetur læsio. ¶ Constitutio Ægidiana an sit seruanda in loco, vbi adest statutum particulare. ¶ Iuramentum an operetur si mulier & minor non fuerint certiorati de beneficio restitutionis. ¶ Dolus verus de præterito an possit remitti.

514 Contractus conditionalis an dicatur imperfectus tam respectu periculi, & actionis, & obligationis, quàm rescissionis, ita vt in eo sit locus pœnitentiæ. ¶ Declaratio, seu reuocatio voluntatis quando probet ad fauorem absentis. ¶ Confirmatio Apostolica an sit facienda in vita subinfeudantis, vel sufficiat illam fieri post mortem. ¶ Venditio facta saluo assensu domini an valeat, ita vt amplius non requiratur consensus contrahentium, postquam superuenit licentia. ¶Et an illa retrotrahatur ad diem contractus. ¶ Maritus an sine mandato possit gerere negotia vxoris etiam quo ad bona parapher-nalia. ¶ Mediatori an sit credendum circa qualitatem contractus iam in esse deducti. ¶ Alienans rem ecclesiæ saluo beneplacito Apostolico an possit interim pœnitere, antequam Papa consentiat. ¶ Vel post obtentum beneplacitum ante sententiã executoris, cui commissa est causa Si in euidentem. ¶ Et an dictum beneplacitum sit conditionale, seu potius impediat executionem in tempus, postquam de vtilitate alienationis constiterit.

515 Depositum quando dicatur conditionale, & non sit admittendum. ¶ Clausula, non aliter, quid operetur. ¶ Coniunctus an possit recipere solutionem pro coniuncto. ¶ Citatio ad docendum se soluisse an æquiparetur citationi ad soluendum ad hoc, vt sit remissa caducitas. ¶ Petitio canonis quando inducat remissionem. ¶ Et an debeat intelligi cum effectu, vt scilicet petens consecutus fuerit quod petiit. ¶ Et an sit soluendum sine contradictione, & dilatione ac statim sine termino. Exceptio habens causam successiuam, & reiterabilem an possit quandocunque opponi. ¶ Dominus si post alienationem feudi, aut ob non petitam inuestituram admittit vassallum donec stat res alienata, vel cessatur in petendo inuestituram an possit mutare voluntatem, & recurrere ad caducitatem. ¶ De differentia inter conductorem, & emphyteutam quo ad multiplicitatem pœnarum. ¶ Caducitas ob non seruata pacta an sit pæna, seu natura contractus. ¶ Mora quando purgetur, & concedatur restitutio. ¶ Negatio dominij an inducat priuationem à commodo locationis. ¶ Compensatio in quibus casibus admittatur, seu denegetur etiam contra executionem sententiæ. ¶ Petens solutionem canonis an possit redire ad viam rescissionis contractus. ¶ Tacita remissio non implementi an operetur tam respectu inobseruantiæ iam commissæ, quàm futuræ. ¶ Iuramentum an habeat vim clausulæ rato manente pacto. ¶ Petitio extraiudicialis an inducat remissionem, sicut iudicialis. ¶ Liberatio, Remissio, vel quod quis non possit expelli an iuuet si nullus pro absente acceptet, & quando possit reuocari.

516 Statutum continens plura & diuersa capita an possit recipi quo ad vnum, & quo ad aliud respui,

¶ In tranſlatioue,& nominatione periculi vitæ ſocietatis officiorum an de ſtilo requiratur intimatio. ¶ Et quomodo dictus ſtilus probetur. ¶ Decretum irritans quando operetur. ¶ Et an iuducatur per verba, non afficiat, aut cuique proſit. ¶ Et an requirantur clauſulæ vniuerſales,nullateous,vel omnimodo. ¶ Scieoter ſoluens quo caſu poſſit agere ad repetitionem iodebiti. ¶ Et quando habeat retentionem. ¶ Dilatione peodente, & durantibus feriis an poſſit exerceri iuriſdictio Iudicis etiam de cooſeoſu partium. ¶ Appellans à ſententia lata die feriata an illam videatur conualidare. ¶ Feriæ au habeant locum in cauſis reſtitutionis in integrum, ſtante ſtatuto Vrbis. ¶ Fatalia an currant exiſtente comptomiſſo. ¶ Et an requitatur acceptatio.

¶ Nuotius Apoſtolicus sn teneatur obſeruare ferias Curiæ Romanæ,vel illius loci io quo reſidet.

¶ Srilus fori in quo cauſæ ventilaotur an ſit ſeruandus,ſeu curiæ delegantis.

517 Bona Confraternitatum an poſſint alienari ſine ſolemnitatibus. ¶ Et quid in pecunia magnę quantitatis. ¶ Et quando illis detur reſtitutio in integrum, & competant priuilegia conceſſa Eccleſiis. ¶ Donatio an poſſit fieri per eccleſiam abſque ſolemnitatibus propter onera, quæ donatarij aſſumunt. ¶ Negligentia ſolius Prælati in adimplendo conditionem an noceat Eccleſiæ. ¶ Et quid in non implemento modi an reſoluatur contractus quamuis non obſeruetur. ¶ Ordinarij an poſſint concedere licentiam, vt erigatur aliquis conuentus etiam Mendicantium non vocatis prioribus aliorum conuentuum, & non conſtito, quod poſſint ſuſtentari ſine illorum detrimento.

518 Filij an debeant præferri matri in facieodo pacem de morte patris. ¶ Et quid ſi fuerint pupilli, & minores an ſit requirendus eorum tutor, & curator. ¶ Et an per eos poſſit fieri paa abſque decreto Iudicis. ¶ Minor an dicatur læſus ex remiſſione iniuriæ. ¶ Et an illi competat reſtitutio in integrum ſiue gratis,ſiue pretio recepto ſit facta remiſſio. ¶ Et ao in ea veniat damoa, & intereſſe. ¶ Mulier quando ſit habilis ad accuſandam, & ad faciendam pacem. ¶ Vſufructuarius omnium booorum an dicator hæres,& ao habeat ius vendicaodi defunctum. ¶ Et ao poſſit prætendere aliquid in pecunia data pro pace facta per hæredem ſuper nece defuncti. ¶ Pactum iuratum de oon faciendo pacem an ſit validum.

519 Pater an poſſit donare filio vſumfructū quem habet in bonis aduentitiis. ¶ Et quandiu duret talis donatio. ¶ Et an ſibi prejudicet in vſufructu, ſi cõſentiat, vt filius donet dicta bona. ¶ Vel inſinuet huiuſmodi donationem. ¶ Alimenta an ſint præſtanda filio ratione ſanguinis, vel vſusfructus, quẽ habet pater in bonis ipſius. ¶ Et an illum poſſit patee remittere filio vt ſe liberet ab ooere alendi.

¶ Proprietas bonorum patris, & patroni an debeat vendi pro alendis liberis,& libertis. ¶ Vſufructuarius an poſſit capere propria auctoritate poſſeſſionem bonorum,in quibus habet vſumfructum. ¶ Legitima an ſit debita patri in bonis filij ingreſſi religionem. ¶ Vſusfructus patris an amittatur ſi filius efficiatue monachus. ¶ Patee quando perdat adminiſtrationem bonorum filij, & vſumfructum alienando tam bona peopria,quàm aduẽtitia. ¶ Et qoo caſu admittatue cautio. ¶ Inſinuatio an ſit sctus confirmatorios donationis. ¶ Pater ſecundo nubẽs an teneatur ſatiſdare, & inueotarium, aut deſcriptionem conficeere tam de bonis ſtabilibus, quàm mobilibus filij. ¶ Et an in hoc æquiparentur vir, & vxor ſecundo oubentes. ¶ In remiſſione iuris an debeant iotetueoite ſolemnitates. ¶ Actus poſitiui quando reqoirantur vltra taciturnitatem tam in maioribus, quam in minoribus ad effectum,vt pacentes noo perdant vſumfructum,& proprietatem bonorum filij per tranſitum ad ſecunda vota. ¶ Et ao cohabitatio dicatur actus poſitiuus inducens conſenſum de ſecundis nuptiis. ¶ Pœnæ ſecuodo nubentium an habeant locum ſi non ſuperſunt alij fratres alterius filij. ¶ Vſufructuarius an oaturaliter poſſideat,& poſſit intentare eemedium recuperandæ poſſeſsionis. ¶ Incertitudo quando impediat tranſlationem poſſeſſioois,& quid in hoc operetor conſtitutum. ¶ Vſufructuarius ao poſſit de facto eiici finito vſufructu. ¶ Poſſidens per colonum quando priuetur poſſeſſione ſi per eum recognoſcatur alius,& an ſit neceſſaria expulſio. ¶ Debitor conſentiendo ſubhaſtationi bonorum an dicatur cecidiſſe facto proprio non ſecuto effectu. ¶ Pater in quibus caſibus amittat vſumfructum booorum filij.

520 Conductor habens bona obligata an poſſit expelli ab emptore, quamuis adſit pactum de non alienando. ¶ Conuentio vt in caſu venditionis domus locatæ inquilinus præferatur pro ſcutis ceotom minus pretio ab aliis repetiendo an operetur, vt durante locatione poſſit libere vendi, ita vt emptor non teneatur illi ſtare. ¶ Locatio ad decennium an ſit longum tempus. ¶ Euictio an detur in caſu occurrente poſt venditionem,vel facto Principis,vel ea natura rei, vel quando poteſt contingere augmentum ſicut diminutio. ¶ Et quid in reſtitutione pretij,& intereſſe. ¶ Et an requiratur ſcientia naturæ rei. ¶ Vtilitas ſeu ſterilitas bonorum Eccleſiæ an debeat attendi de tempore contractus, non inſpecto,quod res poſtea fiat deterior, ſeu magis fertilis. ¶ Conductor recognoſcens in dominum emptorem an ſibi prejudicet in iuribus ſuę locationis. ¶ Et quid in iure rettactus iuxta formam conſtitutionis Gregorianæ.

521 Hæreditas quomodo ſit diuidenda inter coniunctos & diſiuoctū. ¶ In inſtitutione,& ſubſtitutiooe facta diuerſis orationibus an omnes poſiti in voa habeãtur loco vnius reſpectu alterius. ¶ Diſpoſitio, in qua deficit verbum *hæres*, quando poſſit perfici. ¶ Et in quibus caſibus detur ſubauditio ¶ Vocatio quando dicatur in capita, vel ſtirpes. ¶ In iura patronatus an detur, repræſentatio. ¶ Filius an poſſit dici compatronus viuente patre. ¶ Vaor quaodo præferatur marito in præſentando. ¶ Conſenſus an habeatur pro præſentatione. ¶ Et an illum præſtet pater pro filio abſque mandato. ¶ Præſentationes an debeant ſortiri effectum,& admitti ſi agatur de obſeruantia iuriſpatronatus, non de acquiſitiooe quaſi poſſeſſionis. ¶ Diſtributio expenſarum an ſit actus præſeotationis. ¶ Et an ſignificent iuſpatronatus deberi io capita, vel in ſtirpes. ¶ Inſtitutus hæres pro minima parte an ſit patronus io ſolidum, & pro vna voce ſicut hæres ſcriptus pro reſiduo vniuerſo ¶ Iuſpatronatus gentilitiū, familiare,mixtum,& hæreditariū,ex quibus probetur,& ad quos pertineat ¶ Et an deferatur io capita,vel in ſtirpes. ¶ Et an ſint faciendæ præſentationes collegialiter, vel ſeparatim. ¶ Et quid in iſtis caſibus operetur obſeruantia. ¶ Et quomodo,& ex quibus coniecturis, & documentis illa colligatur. ¶ Iuſpatronatus hæredi-

hæreditarium an possit dici, si fuerint admissę præsentationes eorum, qui presentaruot cantum nomine proprio tanquam singuli, vel aliorum, qui repudiarunt hæreditatem paternam, quamuis successerint per fideicummissum etiam vniuersale. ¶ Dispositio *leg. cum ita, § in fideicommisso, ff. de legat.* 2. an procedat in iurepatronatus.

522 Deficiente vno ex pluribus executoribus testamentariis, vel declarationib. voluntatis alienæ, seu electoribus personarum, quãdo officiũ accrescat aliis. ¶ Et an isti æquiparentur quo ad omnes effectus. ¶ Verba *cedentium, aut decedentium* quid significẽt tam in expressione modorum vocationis, quàm in aliis actibus. ¶ Forma requisita an sit remittenda, si non potest impleri. ¶ Administratores locorum piorum an similes sint tutoribus, & curatoribus. ¶ Dispositio loquens de non volente an trahatur ad non valentem. ¶ Subrogatur in casu mortis ad admittatur in casu remotionis, seu recusationis. ¶ Recedẽdum quando sit persona electa. ¶ Mandatum procuratoris sicut expirat morte Episcopi, an etiam finiatur trãslatione, renunciatione, & priuatione ¶ Actus limitatus quando debeat trahi ad alium modũ. ¶ Patronus quo casu possit apponere conditiones sibi bene visas in limine fundationis absque consensu Episcopi.

523 Vendẽs vni quando possit alteri vendere si primus non soluit pretiũ in tempore conuẽto. ¶ Reseruatio dominij facta per venditorem an sit de natura contractus. ¶ ¶ Et an operetur solũ effectum prælationis contra quoscumq; creditores. ¶ Vel etiam vt possit recedi à venditione, si nõn soluatur pretiũ per emptorem. ¶ Et quando venditio cum tali reseruatione dicatur perfecta, ita vt periculum interitus spectet ad ementem, quamuis per eum fuerit res conducta cum pensione taxata soluenda donec pretium numeretur. ¶ Res duobus vẽdita cui præsumatur prius tradita. ¶ Interpellatio an debeat fieri ei, qui tenetur adimplere. ¶ Venditor an possit agere rei vendicatione contra emptorem non soluentem pretium. ¶ Fructus quando dentur ratione dominij, vel naturalis æquitatis, ne emptor locupletetur cum iactura venditoris. ¶ Per traditionem rei venditæ an transferatur dominium, nisi cum qualitate solutionis, vel fidei habitæ de pretio.

524 Arbiter, qui debet pronunciare cum voto, vel de voto alterius an teneatur illud sequi. ¶ Fructus recompensatiui an debeantur venditori tẽpore æstimationis, ac mensurationis prędij, & declarationis pretij. ¶ Productio iurium an sit facienda coram illis qui non tenentur iudicialiter procedere. ¶ Damnum emergens an sit debitum per emptorẽ, licet excedat fructus rei emptæ. ¶ Terminus si non fuerit præfixus ad æstimationem an intelligatur arbitrio boni viri, vt statim fiat absque interpellatione. ¶ Iudex an possit ex officio taxare interesse ad sex, vel septem pro centum, & an attendatur mos regionis. ¶ Laudum an sit propriè sententia, & an [illegible] ¶ Reductio laudi quando detur. ¶ Et an obstet res iudicata. ¶ Et quid stante statuto vrbis præfiniente tempus reductionis. ¶ Et an illud sit ordinarium, seu [illegible] probanda iniustitia spoliationis. ¶ Suscipiens terminum ad soluendum quo casu possit appellare, & recurrere, & agere spolio. ¶ Consentiens subhastationi bonorum an dicatur cecidisse facto proprio à possessione, ita vt sit excludendus à remedio reintegrande, quamuis simus in actu rescindendo per metum, seu per vim compulsiuam. ¶ Protestatio clandestina, & ex interuallo an iuuet soluentem. ¶ Suscipiens terminum pro residuo an approbet totam executionem. ¶ Soluens partem debiti confessati an possit allegare exceptionem non numeratæ pecuniæ. ¶ Laudum an sit approbatum per releuationem indemnitatis illius, qui pro releuante se obligauit soluere. ¶ Fructus dotis an debeantur soluto matrimonio. ¶ Conuentio ante moram an detur, si agatur de damno vitando, licèt adsit dilatio ad soluendum. ¶ Obligatio cameralis quando sit extendenda. ¶ Executio an debeat reuocari, si constat de bono iure. ¶ Appellatio an admittatur ante sententiam.

525 Testes minores, & inhabiles quando admittantur ¶ Incendium an probetur per coniecturas, & quales debeant esse. ¶ Condemnatio si non datur pro delicto, an subsistat pro restitutionẽ damni. ¶ Iudex an possit absoluere reum, & reseruare ius agendi pro interesse ciuili. ¶ Emendatio damni an competat non probato delicto ex confessione, sed ex contumacia. ¶ Incertitudo incendij an operetur, vt inquisiti sint absoluendi. ¶ Testibus affirmatiuibus quo casu magis standum sit, quàm negantibus. ¶ Testis deponens de iudicio suo quando probét. ¶ Negatiua parum coarctata an sit admittenda. ¶ Et an illa probetur, si testes non deponant, quod non potuisset esse, quod ipsi non vidissent. ¶ Depositio testis an sufficiat si dicat, quod non audiuit absque eo, quod addat non potuisse dici, quod non audiuisset. ¶ Causæ incendij an sint graues, & per quos cognoscantur, & de illarum pœna. ¶ Ordinarius Iudex quando efficiatur delegatus. ¶ Testes contrarij quo casu sint reducendi ad concordiam.

526 Socius an præferatur in re vendita, & locata. ¶ Et quid si habeat communionem in puteo, balneo, adito, fouea, fistula, aut minima parte. ¶ Præuentio, & maius ædificium an dent prælationem in retractu. ¶ Dominium an sit probandum per eum, qui vult vti beneficio iuris congrui. ¶ Et an sufficiat habere pignus, hypothecam, & vsumfructum. ¶ Vel possessionem cum perceptione pensionum. ¶ Dominus putatiuus, & bonæ fidei possessor, & emens à minore sine solemnitatibus an habeant ius retractus. ¶ Dominium incidenter quomodo probetur in actione confessoria, in iudicio familiæ erciscundæ, legis aquiliæ, petitionis hæreditatis ac similibus. ¶ Locatio sola, & possessio de recenti quo casu probet dominium. ¶ Possessio anterior quando faciat præsumi iuniorem clandestinam. ¶ Probationes instrumentorum an præualeant testibus. ¶ Dominus cum pacto retrouendendi an possit retrahere. ¶ Et an dicatur habere purum, & perfectum dominium, & faciat fructus suos.

527 Periculum nominis cessi, quando spectet ad cedentem, seu cessionarium. ¶ Et quid in societatibus officiorum an illæ debeant manuteneri vltra sex menses successiuis temporibus. ¶ Et quo casu negligentia in non exigendo consideretur. ¶ Obligatus ex pacto præstare fideiussorem an liberetur statim, quod illum dedit quamuis postea efficiatur nõ soluendo. ¶ Fideiussorem inueniens an dicatur esse idoneus facultatibus. ¶ Et quid in eo, qui habet bonum creditum stante fide, quam habent alij, qui cum eo contrahunt. ¶ Officiales an ponantur ad colorandas societates, & an habeant solum nudum

nomen, & an faciant partem quando agitur contra alios obligatos, ¶ Persona nominata an attendatur quando ad alterum transit commodũ dispositionis.

528 Substitutio compendiosa an dicatur, si fiat alicui si decesserit sine filiis, etiam absque clausula, Quãdocumque. ¶ Et an contineat pupillarem & excludat matrem. ¶ Et quid si testator se restrinxerit ad bona sua. ¶ Verbum, Substituit, & Succedat, quando trahatur ad fideicommissum. ¶ Pupillus an dicatur decedere sine filiis. ¶ Mentio pupillaris substitutionis facta demonstratiuè, non conditionaliter, an excludat pupillarem. ¶ Dictio, Quomodolibet, quos casus comprehendat. ¶ Vsufructuarius an sit proprietarius nullo sibi dato cohærede in vita. ¶ Substitutus vsufructuario post eius mortem an possit ante illius obitum adire, & transmittere hæreditatem. ¶ Bona pupilli an possint dici bona testatoris. ¶ Substitutus quando dicatur primus hæres fidicommittentis.

529 Prorogatio compromissi an sit intimanda parti. ¶ Processus an vitietur, si Iudex ordinarius, aut delegatus fundamentum scit suę iurisdictionis, sed nescit aliquid pertinens ad illã ¶ Arbiter cũ facultate procedẽdi sine scriptis quid possit facere. ¶ Et quãdo stetur eius assertioni in decisorijs, in leuib. & ordinatoriis, in requirẽtibus scripturã, in concernentibus iustitiam, & iurisdictionem, in gestis coram alijs, & in similibus causis ¶ Iurisdictio an competat si prius non verificetur conditio. ¶ Laudum quando sustineatur quo ad vnum, licet quo ad aliũ non valeat. ¶ Vtile per inutile an vitietur. ¶ Et quid in diuiduis, si ex voluntate contrahentium fiant indiuidua. ¶ Ratio banchariа an comprehendat quid vniuersum. ¶ Diuisio hæreditatis an possit fieri inter aliquos ex cohæredibus, quamuis absentibus non noceat. ¶ Iudici quando credatur circa iurisdictionem, & qualitates illius. ¶ Laudum excessiuum an sit nullum in totum. ¶ Simplex scientia an sufficiat in ratificationibus. ¶ Clausulæ, Iuramenti, &, Ex certa scientia quid operentur. ¶ Conuentio vt non possit pronunciari, nisi super omnibus, an reddat compromissum indiuiduum, ita vt laudum non subsistat vno deficiente ¶ Prorogatio iurisdictionis an possit fieri per epistolam.

530 Fœminæ an comprehendantur in dispositione loquente de filiis hæredibus, & successoribus, vel de descendentibus, de posteris, seu de genere, seu de familia. ¶ Masculinum quando concipiat fœmininum. ¶ Et quid in feudis, officiis publicis, Gabella, Telonio, Argentario, notariatu, Maioratu, mensa numularia, & comcessionibus factis à Summo Pontifice. ¶ Terminus personę an comprehendat vtrumque sexum. ¶ Fœminæ nuptæ an veniant in priuilegio pro masculis, & fœminis. ¶ Et quid in eorum filiis. ¶ Bona prohibita alienari extra familiam an licitè alienentur in filiam nuptam. ¶ Officium argentarij an sit munus publicum. ¶ Ius habẽdi mẽsam numulariam in quo differat ab eius exercitio. ¶ Appellatione viri an contineatur fœmina. ¶ Dispositio pro filiis, & hæredibus, ac successorib. an intelligatur coniunctiuè, ita vt verbum, hæredibus, qualificetur ex verbo, filiis, siue adsit copula, siue non ¶ Procemium an sit attendendũ si in dispositiua aliud afferatur. ¶ Gratia motu proprio facta an debeat intelligi, prout iacet. ¶ Et an dicatur acceptata per registrationem in Camera vel per illius vsum.

531 Insinuatio an possit fieri post propositam querelã super inualiditate donationis. ¶ Vel donatore mortuo, aut inuito, aut reuocãte donationem etiam incidenter. ¶ Recuperatio feudi à vasallo venditi an prosit, si super eo sit mota cõtrouersia. ¶ Ius superueniens actori, seu reo quando conualidet iudiciũ. ¶ Donatio nondum insinuata an sit nulla ipso iure. ¶ Insinuatio an sit de forma substantiali. ¶ Et an sit inducta ob fauorem publicum, vel contrahentium tantum. ¶ Et an illi possit renũciari cum iuramẽto. ¶ Et an sufficiat simplex iusiurandum, vel requiratur in specie, vel per verba æquipollẽtia. ¶ Effectus donationis an incipiat ab insinuatione, ita vt valeat ex nunc, non prout ex tunc ¶ Forensis donans, seu ratificans quæ statuta debeat seruare. ¶ Solemnitas loci in quo actus perficitur quando attẽdatur. ¶ Acceptatio donationis an sit necessaria pro illius perfectione. ¶ Et an donans possit illam reuocare antequam donatarius ratificet. ¶ Donator cõdemnatus an mutet statum, sicut mortuus, ita vt non valeat insinuare. ¶ Ius petendi insinuationẽ an transmittatur ad hæredes ¶ Sententia contra non subditum an sit nulla. ¶ Et quando præsumatur lata propter delictum, vel ob contumaciam. ¶ Et an probet sine actis etiam excipiendo. ¶ Procurator an reuocetur post litis contestationem. ¶ Et si sit constitutus in casis criminalib. an sit legitimus in aliis litibus. ¶ Causa criminalis quãdo præiudicet ciuili. ¶ Et quid si differatur querela post mandatum relaxatum. ¶ Cõmittens falsitatem in scriptura posita postea in actis an amittat causam. ¶ Donatio an fiat per epistolam. ¶ Et an tunc requirat insinuationẽ ¶ Et quid in donatione geminata. ¶ Contractus prohibitus per statutum absque solemnitatibus an debeat præsumi dolosus, ad hoc vt per iuramentum non confirmetur. ¶ Vitium litigiosi quando cesset. ¶ Et quo casu sit inducta litis pendentia tam per monitorium quàm per citationem, & accusationẽ. ¶ Stipulatio an requiratur in donatione, & mandato in rem propriam. ¶ Notarius an possit apponere clausulam iuramenti, & stipulationis. ¶ Sententia nulla quando vulneret obligationem cameralem. ¶ Iudex nulliter iudic[illegible]s an possit iterum iudicare. ¶ Tabellio condemnatus de falso in contumaciam an validè conficiat instrumenta. ¶ Et an illa produci possint per partem. ¶ Nomen accusati quando sit receptum inter reos. ¶ Citatio ad domum an sufficiat in causa graui. ¶ Accusatio sola an faciat supersedere iudicium ciuile. ¶ Pendente interrogatorio an pars velit vti testibus quos interrogans intendit redarguere de falso an impediatur processus ad vlteriora. ¶ Pendente exceptione furoris an sit concedenda immissio. ¶ Et an debeant solui fructus ex contractu, cuius rẽscissio prætenditur ob dictam causam. Sequestrum an sit reuocandum si fiat non propter litem, sed vt soluatur.
¶ Appellatio an detur de reuocatione sequestri.
¶ Commissio causæ restitutionis quando impediat executionem. ¶ Renunciatio cum iuramento omni priuilegio an operetur specialem renunciationem. ¶ Clausula De voto, posita in commissione, an censeatur repetita in aliis instantiis.

532 Hæres quando possit soluere creditoribus prius venientibus absque cautione in præiudicium anteriorum. ¶ Inuentarium an habeatur pro non facto, si non sint descripta omnia describenda ¶ Et an requiratur dolus. ¶ Et quid operetur protestatio de addendo. ¶ Et an in eo debeant poni nomina debitorum.

telligantur de proprio, & explicito rogitu, excludendo rogationem largo modo.

551 Iudex & executor, & similes, quando dicantur esse certi de sua iurisdictione ad hoc vt valeat trāslatio pensionis, & alius actus coram eis gestus ¶ Et an requiratur sciētia qualitatum dictæ iurisdictionis. ¶ Et an ex registratione facultatum per notarium in actis præsumatur quod illas viderint, & secundum eas iudicauerint. ¶ Clausula, Actum, quid significet. ¶ Institutio an valeat de eo, qui fuerit factus hæres in codicillis, vel in schedula existente apud talem, vel qui nominabitur per aliquem. ¶ Transumpta impressa quando fidem faciant absque subscriptione notarij, & sigillo personæ constitutæ in dignitate ecclesiastica. ¶ Bulla inserta in Bullario an probet. ¶ Translatio pensionis coram quibus possit fieri. ¶ Et an valeat quamuis non derogetur Concilio Lateranensi. ¶ Et an sufficiat derogatio generalis. ¶ Et an debeat produci reseruatio pensionis, vel sufficiat facultas transferendi. ¶ Clausula Litteris non expeditis, quid operetur. ¶ Contrarietas testium quo casu præiudicet. ¶ Defectus recognitionis quando opponatur. ¶ Et an possit quandocumque fieri. ¶ Gesta per procuratorem an sint valida ante acceptationem mandati. ¶ Milites S. Petri, & similes an habeant facultatem transferendi pensiones. ¶ Et an in ea comprehendatur pensio reseruata in Ecclesia Cathedrali. ¶ Translatio pensionis an valeat per eum, qui fuit promotus ad Episcopatum, quamuis habeat illius retentionem non obstante promotione.

552 Alimenta an sint præstanda fratri per Clericum de redditibus Ecclesiasticis. ¶ Et quando in hoc recurratur ad arbitrium Iudicis. ¶ Patronus quo casu debeat ali ab Ecclesia. ¶ Et quomodo patronis sit probanda descendentia à primo fundatore. ¶ Et an sufficiat, quod sit in quasi possessione recipiēdi candelā, quam idem fundator mandauit dari patrono in die Purificationis. ¶ Paupertas an debeat esse magna in materia aliměntorum. vel sufficiat, vt alendus non habeat quantum indiget pro condecentia sui status. ¶ Rector si non potest vacare curæ animarum, & deputetur Vicarius an sit detrahenda prius portio de redditibus ecclesiasticis pro alimentis Vicarij, quāuis illud, quod superest non sufficiat pro Rectore. ¶ Monasterium quando teneatur alere monachum. ¶ Vnicus actus an constituat aliquem in possessione. ¶ Iurisdictio existens apud plures insolidum quando debeat exerceri alternis annis. ¶ Et quid in præsentatione, & præstatione candelæ danda patrono iuxta mandatum fundatoris, quando sunt plures hæredes patroni. ¶ Pater quo casu debeat præstare alimenta filio seorsum habitanti. ¶ Dos data filiofamilias an acquiratur patri tanquā aduentitia, quo ad vsumfructum, filio autem quo ad proprietatem. ¶ Et quādiu filius est in potestate an ad patrem pertineat onus alendi. ¶ Pater an cōpellatur consignare dotem filio seorsum habitanti absque eius volūtate, vel possit illam administrare, & sibi acquirere, præstando alimenta eidem filio cum sua familia.

553 Promissio hæredis quo casu operetur remissionem inuentarij. ¶ Et quid si fuerit facta præuio mandato Iudicis præcipientis solui legatum per hæredem. ¶ Obligatio de soluendo, & vendendo an sit idem quod solutio, & venditio. ¶ Beneficium inuentarij quando possit diuidi, & prosit hæredi quo ad vnum, & non quo ad alium. ¶ Verba Hæres cum beneficio legis & inuentarij, an stent demonstratiuè, seu dispositiuè. ¶ Scientia, & certioratio iuris quæsiti mulieri an sit probanda, vt illi remissio præiudicet. ¶ Et an in ea requiratur solemnitas statuti, siue sit expressa, siue tacita. ¶ Clausula, Insolidum, an veniat in obligatione Camerali, si non exprimatur. ¶ Nouatio ex quibus sit inducta. ¶ Et quid si secunda obligatio venit in executionem primæ. ¶ Vel si promissio concurrit cum dispositione iuris, & illi non contradicit. ¶ Obligatio restitutionis dotis, & solutionis legatorum an intelligatur saluo beneficio lucri dotis, & falcidiæ. ¶ Conuentio quando dicatur informatio decreti Iudicis, seu nouus contractus. ¶ Renunciatio inuentarij simpliciter facta an præiudicet, vel requiratur certa scientia.

554 Primus acquirens quando possit præiudicare vocatis tam in acquisitione mediante pecunia, & ob benemerita, quàm ex liberalitate concedentis. ¶ Donatio sub cōditione, quod si donatarius moriatur sine filiis masculis, vel non extantibus nepotibus masculis, ex eis reuertatur ad donantem si superuixerit, seu ad suos filios, vel hæredes, an transeat ad hæredes donatarij, vel donantis, si conditio deficiat per superexistentiā filiorum, & nepotum, non considerato, quod non adsint descendentes masculi ex dictis filiis, & nepotibus. ¶ Verba, Tunc & eo casu, tantum pariformiter, aliqua, transferatur. & huiusmodi, quid significent. ¶ Clausula, Quod tot censeantur donationes, quot sunt personæ, ad quas bona donata transeunt, an operetur, vt dispositiones sint diuersæ, & separatæ absque aliqua dependentia vnius ad alterā. ¶ In donatione facta alicui cum qualitate, vt duret vsq; ad eius vitam, an censeatur ista qualitas repetita in substituto ipsi donatario. ¶ In feudalibus, & emphyteoticis ius vtile an transferatur in recipientem saluo iure directi domini. ¶ Testator in generali dispositione an censeatur comprehendere bona, quę alio iure erant futura hæredis, etiam si de eis potuisset aliàs disponere. ¶ Et quid si institutio fiat in omnibus suis bonis. ¶ Instrumentum antiquum, vel de longinquo, an requirat probationem notariatus. ¶ Et de ratione diuersitatis inter solemnitatem extrinsecam, & qualitatem tabellionatus, quare in ista præsumenda non sufficiāt triginta anni, prout in illa. ¶ Legitimitas quando probetur per leuiores probationes, si non agatur de matrimonio, sed de successione. ¶ Enunciatiuæ plurium instrumětorum an habeant in antiquis vim famæ, & plenè probent in præiudicium tertij. ¶ Bastardi descendentes à nobilibus an gaudeant nobilitate, & veniant appellatione nobilium, & retineant cognationem, vel agnationem. ¶ Depositio testium de publica voce, & fama super descendentia alicuius absque vlla macula illegitimitatis an comprehendat omnes descendentes ¶ Identitas quando probetur per duas demonstrationes nominis & cognominis. ¶ Et quo casu præsumatur pluralitas.

555 Ætas viginti annorum an habeatur pro perfecta iuxta statutum vrbis quo ad omnes effectus, etiam ad donandum. ¶ Solutio an sit rectè facta, quamuis pecuniæ non conuertantur in causam narratam. ¶ Et quando stetur assertioni minoris, quod illæ fuerint versæ in eius vtilitatem. ¶ Obligatio maioris an sit valida, si cum eo se obliget mi-

tint contrahere in scriptis. ¶Emptor quando dicatur esse in possessione de consensu venditoris. ¶Versio quando sit probanda in venditionib. bonorum ciuitatis,& minorum. ¶Promissio de vendendo an idem operetur quod venditio. ¶Pisces, & columbæ an sint pars feudi. ¶Molendina an possint construi per vassallos,& alios,non obstante prohibitione Dominorum & spatio longissimi temporis, per quod quis erat solitus accedere ad molendina prohibentium. ¶Et an similia statuta comprehendant clericos,& sint contra libertatem Ecclesiasticam. ¶In iuribus negatiuis & facultatiuis quando acquiratur titulus, & quasi possessio. ¶Et quot anni requirantur. ¶Et cui incubat onus probandi patientiam,& obedientiam prohibitioni. ¶Conuentio an sit valida, vt quis non possit molere in alio molendino,quàm vnius. ¶De prohibitione molendinorum & nundinarum remissiuè. ¶Causæ iustæ quæ sint, vt valeat prohibitio, ne quis accedat ad aliud molendinum quàm Domini. ¶Concessio facta per subditos, vt domini habeant molendina publica, & furnos publicos an operetur, vt concedens non possit molere,nisi in molendino ipsius. ¶Operarij molentes in molendinis Ecclesiæ an possint carcerari sub prætextu, quod domini temporales prohibuerint accessum ad alia molendina quàm illorum. ¶Et an eos carcerantes incurrant pœnam excommunicationis. ¶Minor an restituatur in emptione molendinorum. ¶Tempus antiquum an faciat præsumere solemnitates fuisse adhibitas. ¶Iuramentum Officialis de seruando statuta an porrigatur ad futura. ¶In alienatione bonorum Ciuitatis quæ requirantur remissiuè.

565 Legatum an debeatur in moneta currente in loco,vbi est conditum testamentum,vel vbi legatarius habitat. ¶Venditio facta Perusiæ quãdo intelligatur de modio Perusino,vel de modio regionis,vbi situm est prædium. ¶Dignitas personæ legatarij an sit inspicienda ad hoc vt sciatur, in qua moneta sit soluẽdum legatum. ¶In relictis ad pias causas an veniat quod maximum est. In exactione dotis an sit inspiciendum domicilium mariti,vel vbi dos fuit data. ¶Valor an debeat attendi iuxta locum vbi gratia facta est,vel in quem illa confertur. ¶Intellectus *l. exigere, de iur. dot.* remissiuè. ¶Extraneus quis dicatur, & quando videatur dotasse animo donandi, seu compensandi. ¶Præsumptio compensationis quo casu perimat legatum dotis. ¶Et quanto tempore illud præscribatur. ¶Hæres an dicatur in mala fide, si legatum non soluit ¶Scientia testamenti an præsumatur. ¶Maritus quando possit renunciare legatum factum vxori. ¶Et quomodo valeat ratificatio talis renunciationis. ¶Et quæ in ea requirantur. ¶Et an possit fieri sine solemnitatibus statutariis. ¶Et quid si in illis sit vtilis. ¶Et an debeat esse vtilitas euidens. ¶Processus falsi delegati an possit ratificari. ¶In alienatione bonorum minoris ad vitam an sint necessarię solemnitates. ¶Renunciatio filiæ an extendatur ad ea quæ pater illi relinquit in testamento. ¶Et quid si erant ei relicta ante renunciationem. ¶Legatarius acceptans legatum cum onere nihil amplius petendi an sibi præiudicet, si minus sit in legato, quàm in debito. ¶Transactio quando comprehẽdat ea, quæ non sunt dependentia à lite super qua transigitur, sed penitus extranea, & dissimilia.

¶Virgines,& orphanæ an æquipatentur viduis ad effectum, vt gaudeãt priuilegio *l. vnic. C. quand imper. int. pupill. & vid.* ¶Et an possit illi renunciari. ¶Et an habeat locum in quacumque instantia. ¶Dispositio quando sit consumpta in primo actu. ¶Iudex medius quo casu possit omitti in appellationibus. ¶Ægidiana an procedat in omnibus instantiis.

566 Pretium quando sit restituendum emptori, si sequatur euictio,non obstante pacto,quod venditor de ea non teneatur, nisi facto,& culpa sua. ¶Venditio quo casu dicatur ad mensuram, seu corpus. ¶Decretum excessiuum an valeat in summa debita. ¶Emphyteuta non possidens an teneatur ad onera. ¶Contractus an iudicetur potius censualis, quàm emphyteoticus. ¶Et quid si fuerit petitus alternatiuè canon, seu census. ¶De differentia inter contractum emphyteusis, & censualem. ¶Solutio, seu petitio pro virili quando inducat diuisionem debiti, ita vt non possit agi, nisi pro rata. ¶Et quid stante decoctione vnius ex debitoribus. ¶Vendens fundum centum iugerum certis finibus designatum an teneatur de euictione, si quid fuerit euictum ex comprehensis intra fines, licèt supersint centum iugera. ¶Concessio alienationis bonorum Ecclesiæ an fiat sub alia forma, quàm dationis in emphyteusim. ¶Res iudicata an attendatur in supremis Tribunalibus.

567 Legitimatus cum clausula, sine præiudicio eorum, qui succedere debent quando possit petere legitimam. ¶Et quid si adsint verba, *vt succedat in portione, quam ei pater reliquerit.* ¶Vel *prout patri videbitur.* ¶Vel quando instituuntur extranei. ¶Et quales dicantur isti extranei an vltra quartum, seu decimum gradum. ¶Filia exclusa per statutum an habeat legitimam si fuerint instituti extranei. ¶Legitimatio an dicatur facta iuxta supplicationem patris, si in ea petatur, vt filius legitimetur sine præiudicio venientium ab intestato, quamuis in rescripto nihil de hoc dictum fuerit. ¶Filius naturalis an possit prætendere legitimam in bonis patris instituentis extraneos. ¶Et an impugnans testamẽtum paternum habeat interim alimẽta, & sumptus litis. ¶Et quando possit capere vnam vnciam, seu duas ex hæreditate patris. ¶Alimenta, & sumptus litis an debeant decerni ei, qui petit se ali, & lis pendet super alimentis. ¶Filiatio ex quibus probetur. ¶Et quid in hoc operetur similitudo cum effigie patris ¶Multa de simili sobole ex inspectione imaginũ. ¶Et de mulieribus defensis ab adulterio ob partum dissimilem à parentibus. ¶Natus ex ea, quę statim secundo nupsit, priori viro defuncto, an præsumatur filius, & hæres primi, vel secundi viri. ¶Varia exempla similium. ¶Et eorum qui ex vtero referunt aliquod genitale. ¶Et an argumentum similitudinis sit lubricum & incertum. ¶De cogitatione mulieris tempore conceptionis. ¶Et an sit vera causa effigiei. ¶De cognominibus inuentis ob similitudinem. ¶De cura in generatione canum, & equorũ, vt fiat ex optimis, ac pulcherrimis. ¶De consuetudine, vt filij sint illius, cuius imaginem repræsentabant. ¶Et de aliis moribus populorum communes vxores habentium, & filios accipientium ob similitudinem.

568 Renunciatio successionis quando præsumatur facta ob ingressum religionis, vel ob aliam causam. ¶Et an possit reuocari sub prætextu enormissimę læsionis, & ob defectum causæ. ¶Agnatio an cesset,

an cesset, si superest soror nupta nata ex masculis. ¶ Monasterium, in quo mulier est professa, quando [illegible] bonis per eam renunciatis ante ingressum. ¶ Et quid in bonis subiectis fideicommisso [illegible] ante emissam professionem. ¶ Donatio restricta ad descendentes masculos nascituros ex corpore donatarij, si tales non supersint, an vadat ad hæredes [illegible], seu reuertatur ad donantē. ¶ Renunciatio quo casu comprehendat fideicommissum, & omnia iura competentia, & competitura, absq; restrictione causæ expressæ. ¶ Verba renunciationis [illegible] recta in hæreditatem an faciant, vt censeatur [illegible] etiam si ex mille capitib. esset [illegible]. ¶ Dictio, alias, quando implicet casus [illegible]. ¶ Probatio scientiæ fideicommissi an sit necessaria, vt [illegible] sit renunciatum. ¶ Et an sufficiat, quod [illegible] cum iuramento *l. de his, ff. de transact.* [illegible] & Abbatissa an possit in acquirendis præiudicare Ecclesiæ iam in renunciatione legatorum quàm hæreditatum. ¶ Et an hoc ei permittatur ab [illegible]. ¶ Vel in hoc obstet [illegible] Paulina. ¶ Aditio hæreditatis, seu illius repudiatio [illegible] possit fieri per Monasterium ab [illegible], & interuentu Monachi.

568 [illegible] an spectet ad eum, qui habet priuilegium, vt possit conueniri coram pluribus iudicibus. ¶ [illegible] ex quibus cōtrahatur. ¶ Et quid si ad [illegible] residendi. ¶ Et an sufficiat sola habitatio. ¶ Vel requiratur animus perpetuò permanendi. ¶ Maritus an dicatur subditus in loco, & patria vxoris, vbi illam accepit. ¶ Et quid è cōtra in muliere. ¶ Roma an sit communis patria ad effectum, vt possit quilibet ibi conueniri. ¶ Mercator recipiens litteras an sibi præiudicet, vt non possit [illegible]. ¶ Casus mixtus quādo contineatur sub [illegible]. ¶ Litteræ cambij an habeant executionem paratam, & habeantur pro publicis instrumentis. ¶ Consuetudo an possit facere solemnem [illegible] priuatam. ¶ Clausulæ, Manu regia, [illegible] facti veritate inspecta, & similes [illegible] iuris [illegible], & substantialia iudicij. [illegible] faciant, vt lite pendente non debeat dari [illegible]. ¶ Appellatio prohibita à Principe an [illegible] à subrogato ab eo. ¶ Remedium ma[illegible]nis an detur pendente lite super possessorio ordinario, quamuis firmus in causa appellationis. ¶ Et quomodo intelligatur, vt duret, donec fuerit lata sententia super dicto possessorio ordinario. ¶ Iurisdictio concessa priuatiuè an possit [illegible]rogari de consensu partium.

569 Dominium bonorum relictorum pro legitima etiam incerta an sit statim translatum in filios vna [illegible] fructibus, & accessionibus, & augmentis seu diminutionibus. ¶ Et an permittatur illorum alienatio pro soluendis dotibus. ¶ Et quid si testator mandauit illas solui in pecunia. ¶ Et an tunc sint soluendæ ex fructibus stabilium per substitutos, & fideicommissarios. ¶ Probatio quod alia bona nō existant in hæreditate an spectet ad hæredem sine inuentario. ¶ Confessio testatoris circa valorem suorum bonorum an præiudicet hæredi. ¶ Solutiones dotium quādo præsumantur factæ ex pretio rerum hæreditariarum venditarum. ¶ Diuturnitas temporis quo casu arguat, quod fuerint soluta debita hæreditaria. ¶ Recognitio an requiratur in scriptura antiqua. ¶ Soluens pro residuo an præsumatur alias partitas soluisse. ¶ Liber in vna parte verificatus an sit iudicandus in totum verus. ¶ Executor testamenti soluens partem, an præsumatur aliam soluisse stante diuturnitate temporis.

570 Legatarius quando possit accipere possessionē rei legatæ propria auctoritate, & nō de manu hæredis. ¶ Clausulæ, Omni meliori modo, & similes positæ in fine testamēti an alterent dispositionem, & habeant vim institutionis, vel confirmationis tantum. ¶ Ratificatio an operetur actum nouum, prout est nunc, vel retrotrahatur, prout est tunc. ¶ Mandatum de associando an possit concedi hæredi, non probata possessione bonorum tempore obitus testatoris. ¶ Statutum, vt possessio defuncti continuetur in hæredem quid operetur. ¶ Institutio an dicatur conditionalis, si fuerit institutus aliquis quatenus Titius præmoreretur. ¶ Fideicommissum relictum in codicillis quando inducatur distinctum, & non subordinatum ad institutionē tollendo qualitatem & conditionē in testamento appositam. ¶ Et quo casu illæ cēseantur repetitæ. ¶ Vel debeat fieri declaratio referēdo singula singulis. ¶ Statutū vrbis vocās filios in conditione positos an habeat locum in transuersalibus. ¶ Testamētum, & codicilli an reputētur pro vnica dispositione. ¶ Vocatus in vno capitulo testamēti per vulgarem an sit vocatus per fideicommissum in alio, in quo est positus sub conditione. ¶ Et quid in eadē clausula, & dispositione. ¶ Relatio quando fiat ad omnes. ¶ Verba directa an trahantur ad fideicommissum stante clausula codicillari.

571 Argumentum à contrario sensu an habeat locum in sententiis, arbitramentis, & contractibus. ¶ Absolutus in expensis quatenus sententiæ acquiescat an censeatur condemnatus si appellet, & appellationē prosequatur, & sinat causam deseri. ¶ Iudex declarans, vt durante descriptione focorum quis soluat, an illa non durante videatur condemnasse, vt non teneatur soluere. ¶ Renunciatio appellationis in præiudicium appellati an sit valida. ¶ Et quando liberet ab expensis. ¶ Minor an possit non vti sententia restitutionis in integrum. ¶ Et quid in aliis non priuilegiatis, vt in consanguineo obtinente in causa retractus, & in emptore in redhibitoria, & similibus. ¶ Dilationi an possit renunciari. ¶ Desertio appellationis quos effectus operetur. ¶ Consensus non appellātis iunctus cum sententia an inducat naturalem obligationem. ¶ Deserens causam an dicatur succumbere. ¶ Instrumentum an possit negari esse publicum, quāuis contra illud nihil debeat opponi. ¶ Notorium an sit probādum. ¶ Et an excludat appellationem. ¶ Conuentio vt fiat murus diuisorius an inducat seruitutem, vt in eo non possit ædificari. ¶ Peritis quando sit standum circa parietem aptum ad ædificiū. ¶ Procurator an possit imponere seruitutem in præiudicium domini. ¶ Caminus an licitè construatur in muro communi. ¶ Renuncians liti quando condemnetur in expensis. ¶ Restitutio in integrum an dicatur sententia condemnatoria. ¶ Appellans si non potuit habere Iudicem an debeat protestari, vt causa non dicatur deserta.

572 Repræsentatio appellationis infra quod tempus sit facienda iuxta statutum Vrbis, ad hoc vt causa non sit deserta. ¶ Et an possit fieri per extraneum sine mandato. ¶ Et an requiratur ratihabitio infra tempus, quo reproductio debeat fieri. ¶ Bonorum possessio per alium agnita, & appellatio no-

mine alterius interposita quando sit valida. ¶ Et quid in cæteris actib. iudiciariis. ¶ Ratificatio quo tempore debeat fieri, vt æquiparetur mandato. ¶ Extraneus quando possit retrahere pro alio. ¶ Vel acquirere possessionem. ¶ Vel constituere se pro eo possidere. Vel adhærere appellationi. ¶ Vel impetrare rescriptum. ¶ Vel renunciare appellationi. ¶ Vel petere confirmationem. ¶ Vel purgare moram. ¶ Vel protestari. ¶ Vel declarare rem dubiam, & similia facere. ¶ Exceptio quando debeat esse de regula. ¶ Appellatus an possit vti commissione impetrata nomine appellantis per falsum procuratorem, & in causa procedere, si non sequatur ratihabitio. ¶ Protestatio ne quis audiatur absque mandato quando faciat, vt acta non reconualidentur per ratificationem. ¶ Et an satis sit, vt solùm fiat in prima instantia. ¶ Mandatum quando non possit probari per coniecturas, & præsumptiones, sed requiratur realis productio ipsius. ¶ Commissiones in Curia an tribuant aliquam iurisdictionem. ¶ Gestum alieno nomine an possit haberi ratum in quibuscumque dispositionibus. ¶ Ratificatio an detur mortuo vno ex contrahentibus. ¶ Sententia lata ad fauorem minoris an valeat ipso iure, vel demum illo ratificante.

574 Reseruatio Papæ quid operetur in beneficiis ¶ Et quando expiret. ¶ Possessio qualiscumque an sufficiat si agatur incidenter inter prouisos de validitate collationis. ¶ Et quid si tractaretur de immutanda qualitate beneficij, vt fiat de regulari sæculare. ¶ Status vltimus quo casu attendatur in beneficialibus. ¶ Dispositio *c. consultationibus. de iur. patron.* an habeat locum in collationibus. ¶ Beneficia collectorum, & subcollectorum an sint reseruata Sedi Apostolicæ. ¶ Et an satis sit deputatio, & acceptatio, quamuis officium non exerceatur. ¶ Possessor triennalis beneficij reseruati an possit molestari. ¶ Terminus vnius anni, de quo in regula de annali quando incipiat currere. ¶ Et an impedimentum attendatur. ¶ Et quale illud esse debeat. ¶ Regula de annali an sit producenda. ¶ Instituta accusatione de simonia aduersus annales possessores an habeant locum termini dictę regulæ. ¶ Productio in iudicio quando operetur. ¶ Regulæ Cancellariæ an sint seruandæ vbique locorum. ¶ Et an obtineant vim legis. ¶ Et an sufficiat publicatio illarum facta Romæ, absque eo quod alibi publicentur. ¶ Oppositio regulę de annali an admittatur in secunda instãtia, & post rem iudicatam, & post relaxatas executiones, & in causa restitutionis in integrum. ¶ Signum notarij in fine libri instrumentorum an censeatur appositum in fine cuiuslibet instrumenti eiusdem libri.

575 Donatio facta alicui, ita vt post eius mortem succedat Ecclesia in bonis donatis an possit reuocari. ¶ Et quid si adsit constitutum, vel reseruatio vsusfructus, vel pactum de nõn reuocando, & non contraueniendo, vel iuramentum, vel stipulatio notarij, seu donatoris, vel extranei, vel primi donatarij. ¶ Vel quando adest contemplatio expressa, seu tacita eorum qui sunt substituti. ¶ Pater an possit reuocare donationem factam filiis in merè profectitiis. ¶ Nuncius quando validè acceptet donationem pro absente. ¶ Et an requiratur ratificatio. ¶ Dispositio alternatiua in qua fuit vocata mater, vel hæres an intelligatur, vt post mortem matris succedat hæres per fideicommissum. ¶ Alternatiua posita inter personas honoratas, in quibus cadit ordo charitatis an resoluatur in coniunctam. ¶ Clausula codicillaris an operetur circa non dispofita. ¶ Dictio, infra, ita, vt supra, quid significet. ¶ Destinatio semel facta an possit reuocari. ¶ Dicta in præfatione an censeantur repetita in conclusione. ¶ Et quid si magnum interuallum intercesserit. ¶ In fideicommisso facto in contractibus an sit facienda strictior interpretatio, quam in eo quod fit in vltimis voluntatibus.

576 Filiusfamilias clericus habens peculium castrẽse, vel quasi an validè obligetur non obstante statuto Vrbis. ¶ Et an possit stare in iudicio absq; cõsensu patris, & constituere procuratorẽ suo nomine, & testari de redditibus ecclesiasticis, & in eis an sit fictè paterfamilias. ¶ Priuilegia militum armatæ militiæ an concedantur Clericis, & Doctoribus. ¶ Statutum prohibens filium obligari an cõprehendat Clericum. ¶ Absolutio à iuramento an requiratur in casib. in quib. illud habetur pro dolo, & metu extortum. ¶ Receptio pecuniarũ an operetur, vt Ecclesia, Mulier, Minor, & filiusfamilias rectè obligentur non seruatis solẽnitatibus statuti. ¶ Et quando per talem receptionem quis dicatur factus locupletior. ¶ Læsio an consideretur quando quis potest consequi lucrum, & dãnum ¶ Dos an possit constitui per mulierem nuptam absque solemnitatibus statuti. ¶ Obseruantia quando declaret mentem statuentium. ¶ Acceptata an restituantur per eum, qui non vult stare contractui. ¶ Minor iurans se maiorem an possit dicere de nullitate obligationis. ¶ Et quid in eius hærede.

577 Possessio iuris præsentandi quando acquiratur per patronum in præiudicium compatroni. ¶ Et an sit necessaria sciẽtia, & bona fides. ¶ Et ex quibus illa præsumatur. ¶ Vltimus status quando debeat attendi in quasi possessione iuriũ incorporaliũ. ¶ Et quid si constet de proprietate. ¶ Et quomodo de ea dicatur constare. ¶ Præsentatus à possessore bonæ fidei an præferatur aliis, & an sit amouendus, quamuis postea appareat præsentantẽ nõ esse verum patronũ ¶ Præsentatio sola absque cõfirmatione an tribuat aliquod ius. ¶ Et an sit fructus iurispatronatus. ¶ Præsumptio qualitatis an detur magis, quàm substantiæ. ¶ Diuturnitas temporis, quæ non est sufficiens ad præsumendũ mandatum an operetur circa præsumptionem qualitatis illius. ¶ Quasi possessio iuris præsentandi quando attendatur, & præualeat præsentationi factæ à proprietario. ¶ Exẽplũ vt probet quæ requirantur. ¶ Et an sit faciendũ per Iudicẽ, corã quo potuisset moueri quæstio principalis negotij contẽti in originali. ¶ Et an circa hoc stetur consuetudini. ¶ Et quid stãte lite an tunc sint necessariæ compulsoriales. ¶ Cõstitutio Marchiæ an habeat locum in donatione iurispatronatus. ¶ Consensus Episcopi an sit adhibendus quando patronus donat compatrono. ¶ Et in casibus, in quibus dictus consensus est præstandus an possit interuenire post factam donationem. ¶ Et an sufficiat tacitus. ¶ Dictio, postea, denotat interuallũ. ¶ Patroni quando possint præiudicare successoribus in iure patronatus gentilitio, seu hæreditario. ¶ Et an patiendo illud præscribi obsit dictis successoribus. ¶ Et quando dicatur hæreditarium. ¶ Et fundetur pro filiis, & descendentibus an intelligatur pro hæredibus.

578 Erectio in ecclesiam collegiatam quando præiudicet

iudicet iuribus, & præeminentiis prius competentibus ecclesiæ matrici. ¶ Et quid si adsit clausula, Sine alterius præiudicio. ¶ Et quis effectus ex ea te... ¶ Testis deponens aliquid factum coram T... & Caio, si postea dicat non esse gestum in præsentia alterius an debeat declarari præter expectiot. ¶ Decretum Iudicis cum clausula, Si & quatenus de iure, an intelligatur præter adiectum decreti interpositi, cuius defectus suppletur. ¶ Ecclesia collegiata quæ dicatur. ¶ Et illius Canonici quibus sint præferendi. ¶ Pulsatio campanæ in die Sabbati sancti an spectet ad ecclesiam matricem. ¶ ... an illa sit loco cathedralis. ¶ Consuetudo immemorabilis an sit sublata, si derogetur cuicumque consuetudini.

579 Obligatus ad deponendum pecunias ad effectum illas reinuestiendi in locis montium seu bonis stabilibus quando teneatur ad fructus si non adimpleuit. ¶ Et an requiratur interpellatio. ¶ Interesse certum cum potentia propinqua quo casu sit probandum, vt illud sit debitum. ¶ Pecunia an sit promissa si mandetur dari speciem, vt illa vendita soluatur pecunia. ¶ Et quid è contra si promittatur pecunia ad effectum emendi speciem, an dicatur promissa species. ¶ Et quando talis promittens teneatur ad factum. ¶ Mora irregularis in quibus casibus contrahatur. ¶ Scientia quando probetur. ¶ Vendens loca montium quæ vendere non debebat an habendus sit pro possessore, ita vt possit cogi ad solutionem fructuum. ¶ Verba impersonalia quando inducant obligationem. ¶ Filia an reputetur extranea, stante statuto exclusiuo fœminarum. ¶ Esse in mora, vel conuertere in suam vtilitatem an æquiparentur. ¶ Statutum mandãs consignari dotes competentes iuxta conditionem personarum an intelligatur, vt dos non sit debita, nisi secutis nuptiis, & quod interim dotãda debeat ali. ¶ Dos de paragio qualis sit. ¶ Finis dispositionis, & solutionis quando attendatur.

580 Bona feudalia quando cadant in obligatione. ¶ Et quid in officiis vacabilibus reductis ad stabilia, & allodialia. ¶ Vel stante licentia Principis, vt de eis possit disponi, sicut de bonis propriis. ¶ Et quomodo intelligatur hoc verbum, disponere. ¶ Actus voluntarius an extinguat hypothecam. ¶ Fructus fideicommissi etiam nascituri quando possint alienari, & liberè vendi, & dari in solutum. ¶ Et an quo ad eos aliquid operetur prohibitio expressa testatoris, & tacita legalis. Adiudicatio de fructibus annalibus an possit fieri quando non potest adiudicari fundus feudalis, seu fideicommisso subiectus. ¶ Caducitas an possit allegari per alios, quàm per vocatos in fideicommisso in casu alienationis. ¶ Cessibilia, & transmissibilia an recipiant hypothecam.

581 Solutio an probetur cõiecturis. ¶ Obligatio soluendi dotẽ concepta ad fauorem secundi mariti, pro qua rata trãseat ad eius filios si extant liberi ex primo matrimonio. ¶ Statutũ exclusiuum fœminarum an habeat locum extra iurisdictionem statuentium. ¶ In exactione iurium parsonalium, & creditorum quis locus attandatur in materia regulandę successionis. ¶ Petitio residui quid operetur. ¶ Statutum domicilij mariti an attendatur in succedendo vxori defunctæ. ¶ Exceptio nullitatis notoriæ an admittatur contra tres sententias conformes. ¶ Taxatio certa fructuum quo casu possit admitti. ¶ Restitutio an detur, si constat ex conuentione partium de dominio ad commodum eius, qui prætenditur spoliasse. ¶ Et quid si quis cecidit facto proprio, vel sui auctoris. ¶ Consuetudo an valeat, vt probentur fructus ex solito redditu. ¶ Iudex cum facultate habendi fidem testibus arbitrio suo an possit sanare nullitatem primæ sententię, & credere testibus non iuratis. ¶ Princeps an rescribat, vt testes probent absque iuramento. ¶ Et quando talis nullitas sanetur si supetueniat consensus partis. ¶ Et an debeat esse expressus. ¶ Tres sententiæ an dicantur, si nullitas primæ transfluat in alias, & idem vitium perseueret in eis. ¶ Et an ex hoc retardetur executio. ¶ Condemnatio fructuum quando fiat ad eos, qui percipi potuissent.

582 Archiuium quale debeat esse, vt scripturæ in eo repertæ faciant fidem. ¶ Et quando tempus repositionis dictarum scripturarum sit probandum, vt illis stetur in iudicio. ¶ Et an requiratur subscriptio Archiuistæ. ¶ Et illius legalitas. ¶ Consuetudo an faciat, vt priuatæ scripturæ archiuij sint in forma probanti. ¶ Et ex quibus illa probetur. ¶ Et an comprehendat forenses. ¶ Instrumentum subscriptum, & publicatum à notario, qui se de illo rogauit an habeatur pro originali. ¶ Transumptum vt probet quæ requirantur.

583 Dos quando possit constitui per fratres sorori minori de omnibus suis bonis. ¶ Minor quo casu possit se obligare pro dota absque solemnitatibus. ¶ Vtile an sit mulieri dare omnia bona sua in dotem. ¶ Et quãdo præsumatur illa dedisse. ¶ Et quid si fuimus in minore. ¶ Et an operetur patiẽtia, quod maritus illa possederit. ¶ Ratificatio præsumpta dotis per matrimonium subsecutum, quando debeat attendi. ¶ Substitutio pupillaris facta per matrem filio an valeat, vel resoluatur in fideicommissum. ¶ Et an ex ea sit debita legitima, & trebellianica patri. ¶ Dos data primo & secundo viro cum eius augmento, an censeatur repetita tertio. ¶ Et quid si adsit statutum, vt mulier non contrahat sine consensu propinquorum. ¶ Trebellianica an deducatur de relictis ad pias causas tam si restitutio sit facienda ecclesiæ immediate, quàm mediate. ¶ Et quid si vocetur prius ecclesia, & post illam laicus. ¶ Restitutio si non fiat incontinenti an sit cauendum de restituendo trebellianicam. ¶ Clausula codicillaris an operetur ad fauorem hæredis scripti, si testamentum rumpatur quetela inofficiosi per descendentes præteritos.

584 Feudum, & emphyteusis pro se, hæredibus & successoribus quibuscumque an transeat ad extraneos. ¶ Et quid si adsit clausula, Ad habendum, & quibus dederit, cum similibus. ¶ Concessio castri cum iurisdictione an comprehendat merum imperium etiam priuatiuè. ¶ Licentia reædificandi castrum dirutum, quando requiratur. ¶ Et an per eam sit restituta omnis iurisdictio. ¶ Et an amittatur per non vsum. ¶ Confirmatio an trahatur ad tempus confirmationis, quando actus cõfirmatus retro habuit vigorem, & illum non sumit ex confirmante. ¶ Reseruatio aliquorum iurium an operetur concessionem aliorum etiam meri & mixti imperij. ¶ Enunciatiuæ quando probent. ¶ Cõfirmans veterem inuestituram an dicatur alienare.

585 Vocatio plurium an intelligatur pro virili. ¶ Cẽsus, loca montium, & credita perpetua quando veniãt appellatione bonorum stabilium. ¶ Et an cõ-

prehendantur in legato vsusfructus. ¶Solutio æris alieni an spectet ad hæredem, vel vsufructuarium. ¶Et quid si fuerit legatus vsusfructus quartæ vel quintæ partis bonorũ immobiliũ. ¶Institutio per verba collectiua quãdo iudicetur ordine successiuo. ¶Et an coniecturæ sufficiant. ¶Vsusfructus quomodo constituatur in rebus mobilibus, & animalibus. ¶Vsufructuarius quando possit accipere vsumfructum propria auctoritate, & exigere omnia absque cessione hæredis tanquam procurator in rem propriam. ¶Retrouenditio censuum an sit facienda vsufructuario, seu proprietario. ¶Fructus recollecti antequam dies legati cedat an pertineant ad vsufructuarium, seu hæredem.

586 Donatio an sit inter viuos, seu ob causam mortis, non obstante mentione obitus, & interuentu quinq; testium, & effectu illius collato post mortem, quãuis adsit iuramẽtum cum clausula, Omni meliori modo, & ad habendũ &c. stipulatio notarij, ac constitutio procuratoris, vel obligatio hæredum aut insinuatio cum simili b. ¶Confessio facta in testamento an sit reuocabilis. ¶Et an in rescripto subreptio præiudicet. ¶Confirmans actũ nullum quando dicatur de nouo dare. ¶Noua acquisitio hæredis de rebus defuncti an consideretur vt de bonis propriis, vel hæreditariis. ¶Confirmatio ex certa scientia an tribuat nouũ ius, nõ inspecto, quod actus confirmatus sit nullus. ¶Et quid in cõfirmatione in forma cõmuni. ¶Et quando adiunt aliqua capitula inualida. ¶Pater an possit relinquere spurio, qui habet vnde se alat. ¶Ordo scripturæ an sit attendendus. ¶Testis adhibitus in instrumẽto an sit à partibus approbatus. ¶Causa simulationis quãdo sit probanda. ¶Spurij an sint alendi secundum dignitatẽ, vel necessitatem. ¶Et an illis possit donari pro alimẽtis, non obstãte Bulla. ¶Exhæredatio an sit sublata per actus reconciliationis. ¶Verba, Quidquid voluerit, quã significationẽ habeant. ¶Curator minoris an cõpromittat absque solẽnitatibus. ¶Interesse arbitrorũ quando inducat nullitatem laudi. ¶Necessitas superueniens an faciat resurgere donationẽ, quæ non valebat tanquam factam diuiti pro alimentis. ¶Prout è contra an illa euanescat superuenientibus diuitiis.

587 Contractus census an sit inualidus quãdo illius resolutio ponitur in voluntatẽ emptoris tã in casibus spectãtibus ad venditorem morosum in soluendo, quàm in aliis, qui de iure diuino, vel humano possunt accidere ob non perceptionẽ fructuũ. ¶Conuentiones in censu contra formam Bullę an vitient contractum in totum, vel potius illis remotis remaneat validus. ¶Et quid stante clausula, Nõ aliàs, Nec alio modo. ¶Sors principalis census an possit repeti stante pacto permittente talem repetitionem in pœnam non soluentis fructus. ¶Declarans velle vti instrumento in omnibus in eo cõtentis, an reddat illum inualidum in totum.

588 Constitutio Greg. XIII. mandans in Regno Siciliæ seruari Bullam Nicolai V. super censibus, perinde ac si Bulla Pij V. non emanasset an reuocet contractus præteritos, vel loquatur solum de censibus faciendis post eius concessionem. ¶Lex superueniens quãdo tollat actum perfectum, & quo casu liget. ¶Contractus census inualidus, si reformetur iuxta Bullã Pij V. an incipiat valere vt nunc, vel vt ex tunc ad effectum cognoscẽdi, an fructus computẽtur in sortem. ¶Fructus recõpensatiui an debeantur absque aliqua mora. ¶Et quid si fuerit translatũ dominium. ¶Vel habita fides de pretio. ¶Vel concedatur dilatio ad illud soluendum. ¶Vel fiat oblatio. ¶Vel antequam declaretur pretium. ¶Vel immineat periculũ euictionis in limine contractus, vel in similibus causis. ¶Taxatio interesse an admittatur, ne emptor habeat rem & pretium.

584 Contractus quando sit illicitus si mutentur pecuniæ pro lucro assecurationis. ¶Et an debeant fieri plures contractus separati, vel vnus sufficiat. ¶Assecuratio an permittatur aliis præter mutuantes. ¶Ex mutuo an aliquid possit percipi, si secundariò illud proueniat. ¶Taxatio iusta quę sit in cõtractu assecurationis. ¶Et an remoueatur excessus taxatus firmo remanente contractu in reliquis. ¶In censu an licitè capiantur decem pro centum.

590 Precaria concessio an consideretur stante reciproco facto, & adimplemento, etiam si adsint verba Indulgemus, cum similibus. ¶Et quãdo transeat in contractum irreuocabilem. ¶Notarius, & officialis semel approbatus an possit remoueri absque causa, licèt concessio sit ad beneplacitum, vel quandiu placuerit. ¶Solemnitates an præsumantur ex temporis longinquitate. ¶Dignitas Episcopatus, & nobilitas inde proueniens an iuuet etiam collaterales, & fratres. ¶Et an sit maior Cardinalatu respectu ordinis. ¶Consuetudo an attendatur in præcedentiis, & dignitatibus. ¶Parentes an nobilitentur per filios. & Magistri per scholares, & Præsides per subditos.

591 In canonicatibus ecclesiæ cathedralis, & collegiatę quæ ætas requiratur tam de iure communi, quàm iuxta regulas Cancellariæ & Concilium Tridentinum. ¶Episcopus quando dispenset cum illegitimo pro obtinendo canonicatu. ¶Habens ordinem, seu ætatem maiorem, quàm requirit beneficium an sit ad illud admittendus. ¶Canonicatus an sit beneficium simplex, & exigat ordinem sacrum. ¶Per Concilium Tridentinum an sit aliquid innouatum super canonicatibus ecclesiarum collegiatarum. ¶Ordinandus ad Subdiaconatum an debeat habere annum vigesimumsecundum completum, vel sufficiat vt illum attingat. ¶Innocens an possit reconciliari adultero iam expreisè, quam tacitè. ¶Et de effectu talis reconciliationis. ¶Mulier an possit profiteri, non expectato anno probationis. ¶Et an illi possit renunciari de consensu profitentis, & Monasterij. ¶Maritus, vel vxor si ingrediantur religionem, an remanens in sæculo debeat expectare annum antequam cum alio contrahat. ¶Distributiones quotidianæ an debeantur impedito residere tam propter necessitatem corporalem, quàm propter detentionem iniustam, seu occasionem se absentandi, & recurrendi ad superiores, vel impedimentum illatum à Iudice, vel præuisum, vel ob similes causas. ¶Et an requiratur protestatio impedimenti. ¶Vel probatio, quod erat solitus residere, & inseruire.

592 Curiales, Mercatores, Scholares, & similes an comprehendantur in statuto loquente de habitatoribus. ¶Et quando ab eis præsumatur contractum domicilium per cursum decennij. ¶Habitator, & habitans quis propriè dicatur. ¶Domicilium an possit retineri in pluribus locis. ¶Et an illud sit extinctum per recessum, & recuperatum per reditum. ¶Et an constituatur per fi-

per filiumfamilias vbi voluerit. ¶Statutum an valeat si admittat ad ciuilitatem eos qui veniant ad habitandum, non autem illos qui inhabitant. ¶Vxorem ducens in loco, in quo per decennium commoratus est, an dicatur ibi habitare.

593 Fideiubens an dicatur promittere solutionem, & obligationem alterius in se suscipere. ¶Iuramentum, & obligatio cameralis an tollat excussionem. ¶Variatio quando sit permissa, vt de via ordinaria recurratur ad executiuam. ¶Probans solutionem per confessionem an possit repetere. ¶Executio quando iterum fiat. ¶Cassatio, seu lineatio instrumenti quando obstet. ¶Et quo casu censeatur apposita in signum remissionis, & reportationis. ¶Et quando possit extendi. ¶Instrumentum repertum cassum penes debitorem, seu creditorem, seu tertium, an inducat liberationem. ¶Stante statuto, quod solutio debiti non probetur nisi per instrumentum, an valeat probatio, si illud exhibeatur cancellatum debitori traditum.

594 Prohibitio alienationis legitimę an valeat si fiat *ad tempus, & in perpetuum*. ¶Et quid si contineat *commodum filij, vel* vocatorũ in fideicommisso. ¶Verba, *vendere & alienare* simul posita an operētur, vt sicut vendere intelligitur de actu inter viuos, ita etiam alienare de eodem actu intelligatur non autem de vltima voluntate. ¶Prohibitio alienandi an trahatur ad institutionem hæredis ¶Priuilegium legitimæ, vt in ea nullum onus apponatur, an transeat sine onere ad hæredes extraneos, & ad fiscum si filius in vita non declarauerit, vt illud teneatur. ¶Et quando petitio, seu declaratio sit necessaria, vt legitima transmittatur. ¶Legitima an sit semis stante numero quinque filiorum, quamuis adsint fœminæ per statutum exclusæ.

595 Decimę an debeãtur Rectori de prędiis, & molendinis existẽtibus intra limites suæ parochiæ, vel ecclesię, in qua domini prædiorũ percipiunt sacramenta. ¶Et quid si prædia sint dotalia ¶Confines an probentur ex planta, ex actibus iurisdictionalibus, ex partitis catasti, ex cõfessione, ex sententia, ex depositionib. vicinorũ, ex coniecturis, & præsumptionibus. ¶Et quid si agatur de limitibus antiquissimis, & incidenter ad effectum decimarum. ¶Præscriptio quadragenaria exẽptionis decimarũ quãdo suffragetur laico. ¶Argumentum an sit validum à limitibus territorij ad limites parochiales. ¶Consuetudo locorum vicinorum, & dominantium an attendatur in solutione decimarum.

596 Notorium quando releuet ab onere probandi, si probatio requiratur pro forma. ¶Et per quę verba censeatur talis forma inducta. ¶Publicatio resignationis beneficij an sit facienda, si resignatio sit nota populo. ¶ecclesia an debeat restitui, si ab ea extrahatur delinquens, non seruata forma Bullæ, quamuis notoriè constet illum non gaudere immunitate ecclesiastica. ¶Actus à principio nullus an conualidetur per superuenientem probationem. ¶Extractio delinquentis ab Ecclesia an pertineat solum ad Iudicem ecclesiasticum tam de iure, quàm ex forma Constitutionis Gregorij XIV. ¶Episcopus qualem cognitionem debeat adhibere in remissionem delinquentis ad Curiam sæcularem. ¶Et an sufficiat summaria, & extraiudicialis informatio. ¶Verba, *iudicio tuo*, an æquiparentur verbis *discretioni tuæ*, & importent arbitrium boni viri, ita vt in commissione causæ eidem facta non sit necessarius ordo iudicialis.

597 Vasallus quando possit testificari, & aduocare contra dominum iurisdictionis, tam in causa criminali, quàm ciuili etiam leuissima. ¶Et quid in subditis ratione patriæ, seu dominicæ potestatis. ¶Vel si materia sit talis, vt non possit ab aliis ita facile probari. ¶Vel quando concurrunt adminicula. ¶Immemorabilis quasi possessio præsentandi ex quibus probetur, etiam in persona, in qua adsit suspicio vsurpationis. ¶Dictio, *semper*, an sit continuatiua temporis. ¶Fama an sit probata, quamuis testes non deponant à quibus, & ob quam causam habuerit originem. ¶Et an sufficiat, vt dicant se publicè audiuisse.

598 Crimen assasinij an cõmittat nõ solùm qui accipit pecuniã & mandatum ad occidendum, sed etiã ad vulnerandum. ¶Et quando talis non gaudeat immunitate Ecclesiæ tam de iure communi, quàm ex forma Bullæ Greg. XIV. ¶Et an requiratur, quod mãdatarius sit infidelis, nõ Christianus. ¶Et an pecunia debeat esse certa. ¶Et an sufficiat, quod accipiatur mandatum, & pretium, vel eius promissio, quãuis nihil postea fuerit attentatum. ¶Committens furtum in ecclesia an potiatur priuilegio immunitatis. ¶Et quid stante constitutione Gregor. XIV. ¶Et quando furta sunt leuiora.

599 Alienatio feudi quando valeat, si confirmatio illius sit facta post obitũ subinfeudantis. ¶Et quid si Princeps confirmans habuit scientiam talis obitus. ¶Et ex quibus illa probetur. ¶Et an sufficiant clausulæ, *quorum tenores, & pro expressis, &c.* cum similibus. ¶Præscriptio quadragenaria an resultet ex confirmatione in forma communi. ¶Et an habeat locum in feudis. ¶Actus an debeat cõfirmari tempore congruo in vita alienantis. ¶Hæres quando possit contrauenire facto defuncti sub prætextu fideicommissi, vel feudi sibi debiti. ¶Et quid si confecit inuentarium. ¶Verba, *reseruatis iuribus*, an intelligantur præter expressa. ¶Oppositio iuris tertij, & defectus beneplaciti quando possit opponi. ¶Gratia, quæ transiuit in contractum an valide reuocetur per successores etiam per viam electionis. ¶Priuilegium quando detur defuncto, conualidando illius testamentum.

600 Modicitas pretij cum pacto retrouendendi quando probet simulationem. ¶Æstimatio quomodo sit facienda ad docendum de læsione. ¶Et an admittatur cumulus viginti ann. ¶Et an sufficiat considerare fructum solitum percipi ex locationibus. ¶Vel potius sit standum relationi peritorum, non autem testibus. ¶Et quæ onera sint deducenda, vt probetur verus rei valor. ¶Et an pactum retrouendendi illum minuat circa tertiam partem. ¶Contractus pignoratitius ex quibus præsumatur, & quando sufficiant coniecturæ, & an illæ operentur contra mulierem, minorem, rusticum, & militem. ¶Probatio præsumptiua quando sufficiat ad colligẽdam fraudem vsurarum. ¶Causa simulationis quo casu sit probanda. ¶Et an illa arguatur ex pacto retrouendendi non simpliciter apposito, sed post certum tempus. ¶Peritiores an debeant assumi, si probetur læsio æstimationis factæ per primos peritos. ¶Et an talis assumptio extendatur vltra primam vocem. ¶Lex noua quando dat certum remedium causæ ex relatione peritorum, an tunc gesta vigore illius irritentur per magis peritos admissos per legem nouam.

Imprimatur si videbitur Reuerendiss. P.Mag.Sac. Pal.Apost.

Cæsar Fidelis Vicesgerens.

EGo Angelus Lucianus I.V.D.& in Gymnasio Almæ Vrbis publicus Ciuilis facultatis professor, de mandato Reuerendissimi P.F.Hyacinthi Petronij Sacri Palatij Apostolici Magistri, vidi diligenterque perlegi. Tertium volumen DISCEPTATIONVM FORENSIVM D.STEPHANI GRATIANI, & in eo nihil reperi, quod vel Religioni, vel bonis moribus aduersetur, immo dignissimum esse censeo pro communi bono, vt typis edatur. In quorum fidem hanc mea manu subscriptam dedi Romæ die 12. Februarij 1616.

Ita est Angelus Lucianus.

Imprimatur.

Fr. Gregorius Donatus Romanus Mag.& Reuerendiss. P.Fr. Hyacinthi Petronij Romani Sac.Pal.Apost.Mag.Socius Ord.Prædic.

xix

DISCEPTATIONVM FORENSIVM IVDICIORVM.

STEPHANI GRATIANI ROMANI V. I. D.

TOMVS TERTIVS.

EPITOME.

Solutio facta patri, seu matri, & auiæ, ac coniunctis quando liberet soluentem, & sit admittenda cautio de rato, & quid si fiat socio, filio, seruo adiecto, & similibus, & an per eos possit fieri nouatio obligationis. ¶ Ex venditione facta à patre, & filio quo casu arguatur rem venditam esse filij seu patris, & quid in hoc operetur habitatio filij seorsum à patre, & negotiatio illius. ¶ Iuramentum an possit deferri per coniunctum pro coniuncto & per eum quando petatur restitutio, seu aliud requirens speciale mandatum. ¶ Pater petens in iudicio quod filio debetur, seu adiens hæreditatem pro eo an debeat exprimere nomen administratoris, & quid in tutore & curatore & an hoc respectu eis obstet excommunicatio filij, & pupilli doli capacis. ¶ Actus quando censeatur gestus nomine administratoris, seu procuratoris. ¶ Alienata per patrem an possint per filium ipso viuente reuocari. ¶ Acquisitio filij an præsumatur ex bonis patris si contrahens cum eo asserat illa bona esse filij, & pater tali assertioni consentiat.

SVMMARIVM.

1 *Patria potestas est causa acquirendi vsumfructum patri & concedendi legitimam administrationem in bonis filij.*

2 *Alienata per patrem legitimum administratorem an possent per filium, viuente eo, reuocari.*

3 *Solutio facta patri tanquam legitime administratori de eo, quod debetur filio an liberet soluentem, & n. 11.*

4 *Coniunctus non potest recipere solutionem pro coniuncto, n. 55 quamvis haberet communionem cum eo, n. 5. Et an sit admittenda cautio de rato, nu. 6. & 7.*

8 *Solutio potest fieri filio si actio & obligatio fuerit quæsita patri ex contractu illius. Intellige vt n. 25. & 26.*

10 *Matri, & auiæ non potest solui quod debetur filio, vel nepoti. Declara vt nu. 13.*

14 *Iuramentum non potest deferri per coniunctum pro coniuncto, nec per eum peti restitutio, aut aliquid requirens speciale mandatum. Fallit vt n. 15.*

16 *Venditio facta à patre, & filio non arguit rem venditam esse filij.*

17 *Omnia quæ habet filius, præsumuntur ad patrē pertinere, n. 18. & 19. Et de coniecturis probandi, quæ bona erant filij, vel patris, n. 20.*

21 *Habitatio seorsum à patre, aut negotiatio filij an faciat præsumi bona esse illius, vel patris.*

22 *Peculium profectitium an dicatur si filius negocietur ex substantia patris etiam ex nomine proprio.*

23 *Acquisitio filij præsumitur ex bonis patris, quamvis contrahens cum eo dicat bona esse filij, & pater tali assertioni consentiat, & n. 24.*

27 *Filius heres patris tenetur approbare solutiones ei factas. Et quid in reb. ipsius filij per patrem venditis, n. 28.*

29 *Nomen filij quando censeatur per patrē in instrumento appositum non animo ei aliquid acquirēdi.*

30 *Pater petēs in iudicio quod filio debetur an debeat exprimere nomen administratoris, & n. 34.*

31 *Agens pro coniuncto quomodo debeat concludere libellum.*

32 *Pater nomine infantis adiens hereditatē debet adire tanquam eius administrator.*

33 *Tutor, pater, & Curator agendo pro filio pupillo debeat facere mentionē de filio, & eius nomine agere, ita vt hoc respectu eis obstet excommunicatio filij, & pupilli doli capacis, & adulti.*

35 *Actus sustinetur, quāuis non sit gestus nomine illius, pro quo debeat geri, si fuerit factus ob causam ad eum spectantem. Et quid in procuratore, tutore, & similibus, n. 38.*

37 *Nomen facientis quando sufficiat solum exprimi quamvis actus ad alium pertineat, & n. 38.*

39 *Administrator faciēs illud ad quod tenetur præsumitur facere nomine eius, cuius bona administrat ex vi præcedentis mandati, n. 40. & 41.*

42 *Habēs mādatū ad aliquid faciēdū præsumitur facere procuratorie nomine quāvis nō dicat, & n. 43.*

44 *Per venditionem ſimul factam dicuntur venditores ſocij contractus.*
45 *Solutio vni ex ſocijs poteſt in totũ fieri, & ſoluens liberatur, nu.52.*
45 *Socius non poteſt nouare, & facere pactum de non petendo in præjudicium ſocij.*
47 *Adjectus poterit recipere ſolutionem non tamen poteſt nouare, vel paciſci.*
48 *Seruus rectè recipit ſolutionem eorum, quæ debentur ratione peculij, non tamen poteſt nouare, vel delegare, & n.50.*
49 *Nouatio obligationis, quando concedatur ei, cui rectè ſoluitur, & n.51.*

Caput CCCCI.

QVANDO ſumus in filio,
qui non eſt ſui juris, ſta-
tim patria poteſtas eſt
cauſa acquirendi vſũfru-
1 ctum, patri, † & conce-
dendi legitimam admi-
niſtrationem in bonis e-
iuſdem filij, quidquid a-
liud ſit in emãcipato, &
in eo, qui eſt ſui juris, quo caſu ceſſat patria po-
teſtas, & adminiſtratio *l. cũ oportet, §. non autem, C. de bo. quæ liber.* & benè declarat *Pariſ. conſi. 153. n.*
2 *21. li. 4. Hõd. cõſ. 19. n. 12. li. 2.* † Adeo vt pater admi-
niſtrator bonorum filij, & conſequenter vſufru-
ctuarius, ſi alienauit, nõ poſſit filius viuente pa-
tre agere contra emptores bonorum ſecundùm
Aym. conſ. 285. quãvis aliud sẽtiat *Meno. conſ. 626 n. 10. poſt Bal. in l. vlt. § in cõputa n. 7. C. de iur. delib.*
Ex hoc ſequitur, quod ſolutio pecuniarum, de quib.
agimus, facta patri liberauit debitorem, cũ po-
3 tuerit ei rectè ſolui, † quod erat debitũ filio tan-
quã legitimo adminiſtratori, & coniunctæ per-
ſonæ, vt in ſpecie cõcludit *Ang. in l. qui aliena, §. quanquam, ante med. de negot. geſt.* quem ſequitur
Iaſ. in l. 3. n. 5. ff. ſolut. matri. & in l. filius paciſcendo. 23. in fi. ver. & vltra eos adde vnum n. 8 & ibi Dec. n. 9. verſ. & hoc limitatur, C. de pact. Caſſan. poſt I-
mol per eum adductum *ſupra conſuet. Burgu. rubr. 6 §. 5. n. 8. & 9 fol. 857.*
Quidquid alias ſola coniunctio, ſiue paterna, ſiue
materna ſine iſta qualitate legitimæ adminiſtra-
4 tionis non ſufficeret, † vt conjunctus poſſit reci-
pere ſolutionem pro conjuncto *Alex. con. 4. n. 3. in ver. tamen quia, lib. 2. Rip. in c. cum in. ferrarienſis,*
5 *col. 16. ad fi. verſ. ex iſtis modo, de conſti.* † Quamvis
talis cõjuncta perſona haberet communionem,
& ſic ſolutio fieret ad propriam vtilitatem *Iaſ. in*
6 *l. 1, n. ff. ſolut. matr.* † Et quamvis etiam cõjunctus
volens recipere ſolutionem offerret cautionem
de rato *Imol. in l. vero procurat. in pr. n. 1. ff. de ſolut. Alex. Duen. Tiraq. & alij,* de quibus per Barbo. *in l. 3. & 4. nu. 10. in pr. ff. ſolut. matr.* vbi teſtatur de
7 magis recepta ſententia, † licet ipſe diſputando
teneat contrarium, quod cũ dicta cautione poſ-
ſit ſolui coniuncto ſequendo *Dec. in c. cum in. n. 14. de conſt* tamen cujus opinio non eſt admittẽ-
da tanquam contra commune, dummodo tamẽ
8 non eſſet quæſita actio, † & obligatio patri ex
contractu filij, quia tunc illi rectè ſolueretur *l. quod ſeruus, ff. depoſ. Dec. in l filius, 23. n. 6. verſic. 2. limitatur, C. de pac. latè Surd. conſ. 43. n. 2. Becc. conſ. 19. nu. 8.* Intelligendo quando factum patris non
9 interuenit, † nam ſi illud interueniſſet, videlicet
ſi deduxit in judicium actionem ſibi quæſitam,
& fecerit reum condemnari tunc non poſſet ſo-
lui filio provt in Procuratore, Monaco, Abbate,
& ſimilibus *Bart. in l. in qui ita, 56. § qui ſibi, n. 2. de verb. obliga. Alex. in l. hoc iure, num. 8. de ſolut. Auffrer. ad dec. capell. Tholoſan. 122. Stract. de adject. par. 3. n. 42. & 47.* & de ſolutione valide factâ
matri in caſu, in quo ipſa contraxit *Bal. in l. qui aliena, §. quanquam, in fi. de neg. geſt.*

Quare concludunt Doctores, quod matri & auiæ
10 tanquam legitimæ adminiſtratrici, † ſeu conjun-
ctę perſonę non poterit ſolui, cum tales non di-
cantur habere legitimam adminiſtrationem bo-
norum filij, vel nepotis, licèt poſſit dari ſimplex
adminiſtratio bonorum, vt explicat *Alexandr. conſi. 37. viſo d. ſtlo inſtrumento, numero primo, libro*
11 *tertio* Quaſi actus ſolus affinitatis, † aut conſan-
guinitatis hoc nõ operetur etiam in primo gra-
du. *Bal. in l. cum maritum, 11, ad med. verſi. conclude*
12 *ergo, C. de ſolut.* † vbi bene exemplificat in patre
emancipati; cum in alio diuerſum ſit ob legiti-
mam adminiſtrationem conceſſam patri in bo-
nis filij non ſui juris, in quibus etiam majorem
habet poteſtatem quam tutor in bonis pupilli
Aym. conſil. 74. numero primo, poſt Iaſ. in l. filius familias, col. fin. verſic capio, nu. 9. ff. qui ſatiſd. cogant.
13 † Verum eſt quod debitor ſoluens matri non li-
beratur, ſi ſciuerit rem ad filium pertinere, ſecùs
autem ſi ignorauerit, quia liberatur ex æquitate,
ſi mater ſit ſoluendo alias non, & requiritur, vt
ſit ſoluendo tempore, quo filia agit *Bec. conſil. 19 in fin. num. 10. poſt Caſtrenſ. & Cuman. in l filia, C. de ſolution.*

Ideò neq; ſola coniunctio dabit facultatem con-
14 juncto deferendi juramentum pro conjuncto, †
aut petendi reſtitutionem in integrum, neq; a-
liud ſimile faciendi in caſibus, in quib. require-
retur ſpeciale mandatum, quamvis adiecta qua-
litate legitimæ adminiſtrationis, pater omnia
15 prædicta poſſet facere, † etiam mandatum ſpe-
ciale requirentia, vt per *Iaſ. in l. exigendi, col. 3. in pr. nu. 9. fallens. C. de procur.*

Quæ magis procedunt, quia prædium, quod præ-
16 ſupponitur venditũ à patre, † & filio; non ex hoc
dicitur eſſe filij; quaſi nomen illius videatur in
inſtrumento tantùm appoſitum ad alium effe-
ctum, quam quod ei ſit àliquod jus quæſitum,
quamvis nomine fuerit inſtrumentum celebra-
tum, vt dicit *Socin. conſil. 61. colum. penult. ad med. nu. 8. verſicul. quia imò attentari poteſt. lib. 4.* argu-
mento *l. quamvis, 7. & leg. cum propria, 5. C. ſi quis alteri vel ſib.*

Prę̨ſertim quia omnia, quæ habet filius præſumun-
17 tur ad patrem pertinere, † niſi ex aduerſo probe-
tur non eſſe res ad eum ſpectantes *Bald. in leg. 1 in principio, Codice de patr. poteſtat. Soccin. conſil. 92 column. vltim. in princ. libro primo, Alexand. conſil. 1. numero octauo, libro quarto.* Ita vt ſi aliquis non
18 habeat proprium, † ſemper præſumatur habuiſſe
à patre, cùm hoc etiam probetur coniecturis. I-
dem *Alexand conſil. 13. in fi. numero vigeſimoquarto, lib. 3.*

Et generale eſt, vt non probata aliunde acquiſitio-
ne ſemper præſumatur emptum, aut factum de
19 bonis patris, † & acquiſitum de ſubſtantia illius
Bartol. in l. 1. §. ſed nec caſtrenſe, de collation. bonor.

Berta-

Bertaz.vol.consil.ciuil.119.n.16. vbi etiam *n.10.& 11*
20 † de coniecturis ad probandum quæ bona erant filij, vel patris *Calcan.consil.* 18. Maxime in filio cũ patre habitante, provt sumus in casu nostro.
21 † Quidquid aliud sit probata habitatione seorsum a patre, aut negociatione filij *Bald. in l. cum seimus, in prin. nu.11. C. de bon. quæ liber. Rom. consil. 159. in fi. Rolan. consi. 90. n. 8. lib. 1. Soci. consi. 249. in*
22 *fi. vers. ex quib. infero. lib. 2.* † ita vt etiam qualitercumq. filius negotietur ex substantia patris illud hodie remaneat profectitium, quamvis nomine suo negotietur, provt erat de jure antiquo, quod hoc non corrigitur *Socin. consil. 92. col. pen. in fin. versi. istu tamen non obstantibus. n.18. lib.1.*

Et adeo præsumeretur acquisitio de bonis patris,
23 † vt neq; obstaret quod recipiens, aut contrahẽs cum filio dicat bona recepta esse filij; nõ patris, quamvis etiã ipsemet pater consensisset tali assertioni, neqne enim talis assertio patre patiẽte facta ipsi noceret, cùm sit inter personas suspectas, quasi pater filio donare prohibeatur, vt cõcludit *Socin. consi. 61. col. 2. post med. versic. quinimo videtur posse attentari, num. 5. lib. 4.* Quidquid contrarium sequatur *Salicet. in l. cum propria. C. si quis*
24 *alt. vel sib.* † Cum verior sit opinio contra eũ ob prædictam rationẽ, quod ista confessio gratuita re nulla accedente videatur esse quædam donatio, quæ non consistit inter patrem & filium in potestate *Bal.* in specie *in l. iubemus. §. in supradictis, ante fi. versi. sed quid si cedens, nu. 4. ad Trebell.* quem sequitur *Ias. consil. 25 n. 1. lib 1.*

Non est igitur facienda aliqua vis in venditione facta per filiũ vna cum patre, cum ex hac cõmunione aliquod ius non sit ei acquisitum, neque potuerit ei expressè acquiri ex supra allegatis:
25 † Non negando tamen, quod si filius recepisset solutionem ex tali contractu per ipsũ celebrato super re patris esset liberatus etiam debitor a patre, *l. si vnus, de pact. Alex. in l. filius paciscendo, 24*
26 *in prin. eod. tit.* quando enim filius, † vel seruus contraxit, potest ei solui ex eorum contractu, quasi ex forma illius in eorum persona sit collata solutio *Bal. l. in filius paciscendo, in fin. C. de pact.* cum declarationibus, de quibus *suprà versi. quidquid alias sola coniunctio, in fi.*

Addendũ est etiam, quod sumus in filio hærede patris, qui tenetur approbare solutiones eidẽ patri
27 factas, † cũ non simus in bonis filij ex supra allegatis; licet etiam quando essemus in rebus eiusdẽ filij per patrem venditis, neq; daretur ei hæredi, & successori aliqua actio contraueniendo gestis
28 per suum auctorẽ, nisi † quatenus inuentario facto in bonis patris nihil vltra legitimam debitã ad filium peruenisset, si enim de substãtia paterna remansit ei tantum, quantum sit illa portio, quam vult vendicare, non admittitur contrauẽtio siue fecerit inuentarium, siue non, late *Boer. dec. 23. nu. 20.* quidquid aliud sit in legatario, qui quamvis capiat lucrum à testatore, tamen potest impugnare factum defuncti *Castr. in l. cum à matre, C. de rei vend.* quam opinionem dicit veriorem esse Surd. qui omnibus contrarijs respondet *consi. 237. n. 22. vsq; ad n. 27. lib. 2.*

Vlteri⁹ per exactiones factas a patre de pretio possessionis venditæ vna cũ filio magis apparet noluisse eidem filio aliquod ius fuisse acquisitum;
29 † Præsertim stante assertione, de qua in instrumẽto, quod pecuniæ debitæ ex dicto prædio debent inseruire pro collocandis in matrimonium eius filiis quod onus nubendi ad patrem spectat, ita vt ex hoc magis colligatur nomen filii non fuisse appositum in instrumento ad effectum ei aliquid acquirendi ex dicto pretio cum stantibus similibus coniecturis ita sit iudicandum, vt per *Soci. consi. 61. n. 8. lib. 4.*

Non obstat, quod in receptione solutionis debebat addi qualitas illa administratoris, exẽplo patris
30 petentis in iudicio, † quod filio debetur, qui debet exprimere istud nomen *Pinel. in l. 1. p. 2. n. 64. post Bar. ibid. n. 2. C. de bon. matern. Felin. in c. cum olim, 34. col. 4. post med. versi. quo autem, de test. ib. Mo-*
31 *nac. consi. 332. n. 12. lib. 3.* † Vnde agens tanquam cõiũctus debet cõcludere in libello peto condemnari mihi tanquã coniunctæ personæ, non tanquam procuratori talis *Bar. in l. vero procuratori, nu. 12. de solu. Bal. in l. 1. C. de procurat.* Quare neq; debet dicere, peto condemnari ad dandum mihi coniunctæ personæ *Bar. in d. l. verò procuratori.*
32 *Quemadmodũ etiam pater potest nomine infantis hæreditatem adire, debet tamen dicere, quod facit nomine infantis tanquam eius administrator legitimus *Bar. in l. si infanti, n. 2. C. de iur.*
33 *delib.* *Et adeo tutor, & pater aut curator agẽdo pro filio adulto, & pupillo debẽt facere mentionem de filio, & eius nomine agere, vt hoc respectu & per hãc rationem sibi obstet excommunicatio filii, provt etiam tutori, & curatori excõmunicatio pupilli doli capacis, & adulti *Anch. in c. accessorium, 42. col. 17. in pr. versic. quid si excommunicato, n. 11. de reg. iur. in 6.*

Quia omisso quod omnes prędicti loquuntur in iu-
34 dicialibus in quibus modo non versamur * cum adsit magna ratio diuersitatis respectu eorũ, quæ fiunt extra iudiciũ. Et omisso etiam quod *Pinell.* cõtrariã opinionem sequitur tanquã magis verã *in d. l. 1. p. 2. n. 64. in fi. v. tutius igitur. C. de bo. mater.*

Respondetur solutionem, & receptionem, de qua agimus fuisse factam ob causam prædii venditi,
35 † quod prætenditur spectare ad filiũ, Vnde quãvis non fuerit expressum quod illius nomine pater recipiebat, tamen cũ non adsit alia causa, satis dicitur factũ nomiñe illius, & solutio & actus sustinetur Bar. *in l. si pupilli. §. item si procuratori, n. 4. in fin. vers. si vero non dixit, ff. de neg. gest. & in l. post mortem, §. tut. n. 2. & 3. ff. quand. ex fact. tut. vel*
36 *curat.* vbi ampliat ad institores, procuratores, tutores, & similes. *Idem Bar. in l. 1. §. nunciatio, col. 2 ad med. n. 12. vsque ad n. 16. ff. de nou. oper. nunciat. Tiraq. de retract. ligna. §. 10. gl. vni. n. 5*

Vnde etiam quando actus potest tantũ ad dominũ
37 pertinere, * & ille cũ quo actus geritur hoc scit, & scit illũ esse procuratorem, videtur quod procuratorio nomine faceret, adeo vt tunc sufficiat exprimi solum nomen facientis *Bar. in l. 1. § nunciat. n. 15. ver. fateor tamen ff. de nou. oper. nunci. tex.*
38 *in d. l. post mortem, §. 1. quando ex fact. tutor.* * Et declarat idem *Bar. in l. 3. §. sed & quod de tutor. n. 1. v. si vero non facit mentionem, ff. iud. sol. & ibi Ang. in §. stipulationem, ad fi. v. idẽ si non expressit, n. 4. latè Marian. Soci. in c. 1 n. 115. v. fatetur tamen, q. 6. art. 7. de libel. obla. fol. 409. Bar. de duob fratr. col. pen. in*
39 *pr. n. 16.* * Præsertim quando tutor, vel sim. admi. facit illud, ad quod tenetur, qui licet faciat suo nomine, tamẽ videtur facere pro pupillo, & pro eo, cuius bona administrat ex vi præcedẽtis mãdati, *Bar. post Din. in l. Titiũ, § altero, col. 2 ad med.*

versi.3.casu,ff.de administ.& pericul. tutor.
Provt regulare est, vt actus qui reperitur gestus sẽ-
40 per præsumatur factus ab illo,† qui ratione ad-
ministrationis ad eum spectãtis facere tenebatur
Alex.consi.90.n.9.lib.3.Iac.Mannell.consi.2. nu.3
Bec.cõs.211.n.7.lib.2.Tiraq.de retrac.lign.§.10.gl.
vn.n 4.Grat.cõsi 24.n.4.li.1.Pari.cõs.72.n. 34.lib.2
41 *Mascar.*† qui loquitur de tutore, procuratore, &
sim.*concl.3* 8.*n.2.& 3.Alcia.præsumpt.24.reg.2.*
Hinc dicimus quod habens mandatum ad actũ fa-
ciendum censetur illũ fecisse procuratorio no-
42 mine,† quamvis non dicat *Gl.in l.qui in alie.§.si*
is qui putabat,& ibi Bar.de acquir.hered. Maximè
quando actus fit in re pertinente ad dominum,
43 †dicitur.n.semper fieri nomine domini *Bal.in l.*
vlt.col.1.in fi.ff.si quis cautionib.Surd.de alim.tit.6
q.14.n.9.& latius *consi.19 n.24.vsq; ad n.29.lib.1.*
Vltimo obseruandum est, quod quãvis filius habe-
ret aliquod jus in hujusmodi vẽditione commu-
44 niter facta cum patre;† Tamen per eandem vẽ-
ditionẽ tales simul contrahentes fuerunt effecti
socij contractus *Mago.dec.Lucen.5.n.51.* Et mul-
ta de hujusmodi socijs adduxi *s.c.320.n.10.cũ seq*
Vnde rectè potuit fieri solutio patri tanquam so-
45 cio, †cum vni ex sociis possit in totum solui. *Idẽ*
*Magon.d.dec.5.n.21.*vbi adducit *Bal. in c.cum m.*
Ferrariensis,n.19 de const.& Boer.cons 45.viso facto
n. 2.ad med. Sed clarius hoc voluit *Ias.in leg.si v-*
nus,in pr.n.3.in 2.nota.ff de pact. vbi quod vnus ex
pluribus socijs potest totam solutionẽ recipere,
46 *quamvis non posset nouare, aut facere pactum
de non petendo, quia in hoc non præjudicat so-
cio, provt adiectus solutioni cui potest solui *l.cũ*
47 *qui,§.2 de solut.**Et tamẽ nõ potest nouare, vel
pacisci *l.si quis delegauerit,de nouation.* Quemad-
modum etiam seruus, cui peculium concessũ est,
qui recipit solutionem eorum, quæ debẽtur ra-
48 tione peculij, non tamẽ potest nouare, vel dele-
gare *l.fugitiuus,19.in fi.de sol.l.seru.neq; 16.de don.*
Quamvis.n cõcedatur nouatio obligationis ei,
49 *cui rectè soluitur.*l.qui rectè,10.de nou* Tamen
seruus recipit solutionem tãquã debiti alieni, sc.
domini; Vnde non est mirũ si obligationẽ mero
50 jure ipsi domino quæsitã*nõ potest nouare absq;
eius voluntate *l.si mandato 43.§ 1 ff.mand.l.non i-*
deo,25.de nouat. Contraria autem procedunt in
eo, qui recipit solutionem tanquã proprij debi-
51 ti,*tunc.n.militat dispositio *d.l.qui rectè, de nou.*
provt declarant *Castr.& Imol.in d.l.non ideo,eod.*
tit.& sequitur *Barbo.*qui alijs contrarijs respon-
det *in l.si cum dotem,25.§ transgrediamur,n.4 in fi.*
52 *versi.vlt.concl.ff.solu.matr.* † Ex prædictis igitur
erit agendum contra alium socium, non contra
soluentem, qui fuit liberatus *Castr.consi.36.statu.*
clare.alias incip.satis clare apparet,n.2.lib.1.

EPITOME.

Tituli probatio quãdo sit necessaria pro ob-
tinenda manutẽtione.¶ Successor an possit
agere vt manuteneatur nomine Ecclesiæ. ¶ Et
quãdo possessio antecessoris iuuet successorem.
¶ Habẽs titulũ cũ pössessione quo casu præfera-
tur habenti solùm possessionem. ¶In interdicto
vti possidetis an sit vtile annectere proprietatẽ.
¶Articuli an sint impertinentes, si in eis petatur
quo titulo & qua causa quis possideat. ¶ Prouo-
catus ad judiciũ manutentionis an sit præferen-
dus prouocanti, & se habeat ad instar rei tam in
præparatorijs, quã in decisorijs. ¶Sequestrũ quã-
do detur, si probationes nõ sunt pares circa pos-
sessionẽ ¶In cõtrouersia anterioritatis prouisio-
nis an præferatur qui prius possessionẽ accepit,
quãvis illã posteà amiserit, vel ijs qui fuit poste-
rior in possessione, licet possideat de tẽpore quo
controuertitur dicta anterioritas prouisionis.

SVMMARIVM.

1 *Habens titulum dicitur habere possessionem magis iustam, & debet manuteneri contra eum qui non habet titulum. Amplia n. 3.& 12.*
2 *Articuli non sunt impertinentes, in quibus petitur quo titulo, & qua causa quis possideat.*
4 *In interdicto vti possidetis vtile est annectere proprietatem.*
5 *Titulus quando non sit necessarius pro obtinenda manutentione, & n.13.*
6 *Prouocatus ad iudicium manutentionis quando sit præferendus prouocanti, & se habeat ad instar rei tam in præparatorijs, quam decisorijs, n.7.*
8 *Successor potest agere in iudicio manutentionis nomine Ecclesiæ. Intellige vt n.9.*
10 *Possessio antecessoris quando iuuet successorem.*
11 *Reus in sua exceptione dicitur auctor.*
14 *Manutentio est concedenda habenti possessionem magis claram.*
15 *Sequestrum non datur, quando probationes non sunt pares circa possessionem.*
16 *In cõtrouersia anterioritatis prouisionis præfertur qui possessionẽ prius accepit, quamvis postea illam amiserit, non autem is qui fuit posterior in possessione, licèt possideat de tempore quo controuertitur dicta anterioritas prouisionis, & n.20.*
17 *Duo simul non possunt habere idem beneficium.*
18 *Ius extinctum non reuiuiscit.*
19 *Sufficit, quòd qualitas anterioritatis adsit de tẽpore quo dispositio sumsit effectũ, quamvis postea cesset.*
21 *Occasio delinquendi est euitanda.*
22 *Conditio possidentis est melior, & magnum est commodum possessionis.*

Caput CCCCII.

PRæferendum dixi D. Antonium in manutẽ-
tione possessionis, de qua agebatur. Cum.n.
1 †habeat titulum, dicitur habere possessionẽ ma-
gis justam, ob quam debet obtinere in mandato
de manutenendo contra eum, qui non habet ti-
tulum, quamvis etiam prætẽdat probasse posses-
sionem quasi patitas probationum reducatur ad
imparitatem propter potiora jura possidendi, vt
concludit *Bal. in l vn.col.vlt.post pr.10.in fin. ver.*
2 *si autem vterq; proba.C.vnde vi.*†vbi etiam notat,
quod ob justam rationẽ non sunt impertinentes
articuli, in quib. petitur qua causa & titulo quis
possideat, *l.momentanea,C.qui legit. person.* Et est
communis opinio quam sequuntur omnes *in c.*
licet causam.vbi Gl.in ver.tit.ad med.Card.col.vl.
ante med.ver.dic ergo quod aut pro alter.de prob.&
ibi latius *Henri.Boich.col.vlt.in pr.ver.item appa-*
3 *ret quis potior,n.9.in fi.**vbi ampliat quãvis æqua-
liter possessio esset inchoata dãdo cautelã, quòd
semper in hoc interdicto vti possidetis vtile est
4 annectere*etiã de proprietate post *Iaco.de Aren.*
Cyn.& alios ibi.allegatos.& ita limitatur regula il-
la quod non sit necessarius titulus pro obtinen-
5 da manutentione *Rot.diuer.dec.595.n.1.pag.1.
Quod magis est concedendum, quia D.Antonius
fuit prouocatus ad judicium manutentionis, de
qua

qua agimus quo casu licet etiã non probasset ti-
6 tulum suæ institutionis,† esset præferendus pro-
uocanti,& actori *Card. in d. c. licet causam col. vl.*
ad med. vers. sc. aut constat quis reuocauerit & vers.
si vterque praesertur, de prob. post Gl. ibi in verb. vti
possidetis ad med. vers. sed si constat quis primũ &
ibi Abb. n. 36 ad fi. ver. si verã probationes. Henric.
Boer in fi. ver. idec dic. n. 7. ad mid. quod etiam tã-
quam notatu dignum sequitur *ibi. Bal. col. 9 in fi.*
7 *n. 21.*† subdens rationem, quia semper ad judiciũ
prouocatus non solum in præparatorijs, sed etiã
in decisorijs se habet ad instar rei per *tex. in c. di-*
lectus, in fi. de fid. instr. & in c. ex literis, de probat.

Quibus stantibus non obstat, quod ea aduerso præ-
tendatur antiquior possessio ea persona antecel-
8 soris,† quasi possit agi hoc judicio manutentio-
nis, etiam per successorem nomine Ecclesiæ as-
serendo illam esse turbatam *Fab. in § retinendæ,*
n. 8 inst. de interd. Menoc. de retinend. poss. remed 3.
n. 54 in fi. vers. intellige etiam.

Quia hic non fuit actum nomine Eccl. sed nomine
proprio, & ita loquuntur *Menoch. & Fab. s. alleg.*
9 †ubi quod successor debet caperi nomine Ec-
clesiæ ad hoc, vt habeat hujusmodi mandatũ, cũ
alias possessio antecessoris nõ juuaret successo-
10 rem † *Boer. cons. 49 n. 9. & 10. Gom. de triennal. qu.*
13 Rebuf de pacif. poss. n. 187, quasi alia sit possessio
viuus & alterius *l. cum hæredes, de acq. poss.* siue
simus in Ecclesia siue in Fisco, & similib. de quib.
late *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gl. 34 n. 103 vsq; ad n.*
108. Præterea si hoc conceditur actori, vt possit
nomine Ecclesiæ agere ad istam manutentionẽ,
quamvis sit successor, multo magis poterit con-
cedi D. Ant. tanquam reo, qui ea jure suorũ au-
ctorum habebit possessionem antiquiorem, &
præferetur excipiendo de sua possessione nomine
11 Ecclesiæ,† cum etiam reus in sua exceptione sit
actor *Bart. in l. 1 in pr. de except. Rol. consil. 100. n.*
23. lib 2. Surd. consil. 248. n. 3. lib. 2.

Vlterius stante titulo institutionis, de quo in actis
12 non attenditur ista possessio antiquior cũ*dici-
tur melior, potior, & certior, probatio, & magis
consonãs rationi illa, quæ habet titulum cũ pos-
sessione, quam alia non titulata cũ possessione,
ideo illa erit præferenda, quasi tũc, nec per vim,
nec clã, nec præcario possit quis dici possidere,
quidquid hoc cessante cõtingeret dubitari *Gl. in*
c. licet causam 9. in verb. tital ad med. de prob. Lap.
alleg. 58 pralatus, n. 6. & alleg. 49 'nut & aly, n. 2. &
ibi Mando. in verb. in capitulo Idem Mando regu.
16 q. 2. n 4. Dec. cons. 410. in causa, n. 3.

Accedat quod tunc successor agẽs nomine Ecclesię
potest intentare judiciũ manutentionis, quando
13 exhiberet titulum, † quamvis. n. nemo cogatur
probare titulum suæ possessionis *l. cogi. C. de pet.*
her. Tamen hoc habet locum, quando non præ-
sumeretur contra possessorẽ, secus quãdo, prout
in casu nostro, cõtrouersiam patitur super bene-
ficio, maximè in novitate ipsius, vt quia duo in-
teruenirent, quorum quilibet diceret beneficiũ
ad se spectare *Innoc. in c. quia cunctis, quod est 1. col.*
2 ante med. ita, v. nec obstat si dicas, de concess. preb. in
6 quem sequitur *ib. Gemin. col. 3. ante med. vers. &*
hæc sunt vera, n. 10. & 11. & Fran. col. 2. ad fi. ver. &
procedunt hæc etiam, nu. cum alijs per *Innoc. in c.*
transmissam, 15. ad med. de elect. & voluit etiã *Rot.*
dec. 1. alias 4 n 3 de rest. spoliat. in nou. Abb. in c. cum
super, 4. in fi. ver. 2 casu. de caus. poss. & propriet.
.183

Quæ omnia dicta sunt ex abundanti, cũ ex testib. si
rectè inspiciantur, non fuerit concludenter pro-
14 bata possessio, quæ ex aduerso prætenditur †Ita
vt cessante dicta probatione magis sit cõcedẽds
manutentio D. Ant. cujus possessio est clara. vl-
tra titulum legitimum suæ institutionis, ita vt ex
prædictis sit magis præferendus, vt per *Doctor.*
15 *in d. c. licet causam, vbi Abb. n. 56. de probation.* † A-
deo, vt neq; sit dandum sequestrum, cum illi sit
locus quãdo probationes essent pare circa pos-
sessionem, quod non est in casu nostro *Bal. in l.*
ab executore, 5 n. 14. appel. non recip. Prædictis ad-
de quòd si cõtrouerteretur de anterioritate pro-
16 uisionis † esset pręferendus ille, qui prius posses-
sionẽ accepit, quamvis postea illam amiserit, nõ
autem is, qui fuit posterior in possessione, licet
possideat de tempore, quo controuertitur dicta
anterioritas prouisionis. Etenim possessio vali-
dat jus illius, qui primo eam est adeptus, vnde se-
quitur extinctio juris alterius quod nũquã am-
17 plius reconualescit, † quasi duo simul nõ possint
habere idem beneficiũ *c. non ignoret, de preb. in 6*
Quare licet alius de facto postea acquirat pos-
18 sessionẽ beneficij, † tamẽ jus extinctũ nõ reuiuis-
cit *l. qui res, § aream de solut. c. quam sit periculosum,*
7 q. 1 c. quarto, de consecrat. dist. 1. a. Cum etiam
sufficiat, quod adsit qualitas anterioritatis de tẽ-
19 pore, † quo dispositio sumit effectum, quàvis po-
stea cesset *Gl. in c. statutum, 11 § insuper, in verb.*
canonicè, in fi. de rescrip. in 6. Sarnens. reg. de annal.
q. 50. & ibi Mando. q. 54. reg. 33. n. 2. cum similib. de
quib. per *Dec. cons. 24. & pra senti, col. 1. & 2. Ias. in*
20 *l. 3. § veteres, n. 32 de acq. poss.* † & in specie ita cõ-
cludit *Gemin. in c. si à sede 31 n. 7 & ibi Franc. n. 2*
ad med. de preben in 6. Gonzal. qui de veriori opi-
nione testatur *ad reg. 8 Cancell. in proœm. § 3 n. 75*
Quod etiam notat *Rebuff de pacif. poss. n. 373 alias*
n. 297 ad med. vbi addit rationẽ, quia daretur ma-
teria spoliandi primum, si secundus obtineret,
21 quod est faciendum, † vt eulteur occasio de-
linquendi juribus exosa *l. conuenire, de pact. dotal.*
l. iurisgentium, § si paciscar, de pac. Quidquid con-
trarium sequatur *Lapus Abb. in d. c. si à sede.* Et
22 quidquid alias*melior sit conditio possidentis,
& magnum sit possessionis commodum *l. res alie-*
nas, C. de rei vend. quæ commoda latè ponit *Me-*
noch. præsum. 69 li. 6. Tiraq. de primogen. q. 17 opi. 11
Mascar. concl. 1200.

EPITOME.

Executioni sententiæ, & laudi quãdo præscri-
batur spatio triginta annorũ. ¶ Et an ex illis de-
tur victori verũ dominium & inducatur obliga-
tio naturalis, & mala fides ac vitiũ litigiosi. ¶ Sta-
tuta excludentia creditores ab eorum jurib. per
aliquot annos an obligẽt stante mala fide, & quid
si fuerint cõfirmata à Papa, & verba dirigãtur ad
creditores ¶ Præscriptio an currat tẽpore pestis,
belli, penúrię, inundationis, feriarum repentina-
rum, Sedis vacantis, nouendij luctus, & absentiæ
causa reipublicæ, quid si modico tempore dura-
verint, & quo casu minimum debeat attẽdi ¶ Ius
canonicum quando sit servandum in foro civili.
¶ Restitutio ex capite ignorãtiæ an detur cõtra
præscriptionem 40. an etiam post lapsum qua-
driennii † Mala fides defuncti an impediat, quòd
hæredes tam primi, quàm sequentes non possint
inchoare præscriptionem, & illam perficere ex
propria persona. ¶ Cõtra pupillum, & minorẽ an

currat præscriptio,& quid si sint hæred.maiores, cum quibus erat cepta. ¶Præscriptio immemorabilis an attendatur stante mala fide.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio an detur contra sententias quæ transierunt in judicatum,& quarum fuit petita,& cepta executio,& n.13.*
2 *Obligatio naturalis non inducitur ex sententia.*
3 *Sententia quando præbeat victori verum dominium.*
4 *Forus contentiosus Ecclesiæ nititur probationibus,& quid in foro conscientiæ,& n.5.*
6 *Præsumptio iuris & de iure adest pro sententia in judicatum transacta.Intellige vt n.7.*
8 *Officium Iudicis,& actio in factum quæ datur pro executione sententiæ quando sit litigiosa, ita vt pendente lite non currat præscriptio.*
9 *Instantia in curia est perpetua,& lis nunquã finitur.*
10 *Mala fides inducitur per sententiam condemnatoriam,& vitium litigiosi.*
11 *Executioni sententiæ, aut laudi an præscribatur triginta annis,& n.12.*
14 *Præscriptio etiam immemorabilis non attenditur stante mala fide præscribentis.*
15 *Mala fides defuncti impedit,quòd heredes nõ possint incohoare præsumptionem,& illam perficere ex propria persona. Amplia in hærede hæredis, n.16.*
17 *Ius canonicum seruandum est in foro ciuili cùm agitur de peccato.*
18 *Leges ciuiles in materia præscriptionis sunt correctæ.*
19 *Statuta circa præscriptiones excludentia creditores ab eorum iuribus per spatium aliquorum annorũ non obligant stante mala fide, quamvis fuerint confirmata a Papa,& verba dirigantur ad creditores,nu.20.& 21.*
22 *Præscriptio quando currat cõtra pupillum,& minorẽ etiam hæredem maioris,cum quo erat cepta,n.23.*
24 *Tempore pestis,& belli dormit præscriptio, nu 25. & 28.*
26 *Nouem dies luctus propter obitum consanguineorum faciunt, vt non currat tempus, & excusant matrem non petentem tutorem.*
27 *Inundationes fluminis,Sedes vacantes,feriæ repentinæ,& absentia causa reipublicæ impediunt præscriptionem.Intellige vt n.31.33.& 34.*
29 *Mala fides modici temporis non interrumpit præscriptionem incohoatam etiam de iure Canonico.*
30 *Penuria parui temporis non est in consideratione.*
32 *Minimum quando debeat attendi.*
35 *Restitutio ex capite ignorantiæ an detur contra præscriptionem quadraginta annorum,& quid si post illos lapsum sit quadriennium,n.36.*
37 *Ignorantia præsumitur in hærede,& successore in ius alterius,n.38.*

Decisio CCCCIII.

NVllas præscriptiones dicebam extare, quæ possint impedire executionem in casu,&ad effectum de quo agebatur.Etenim eramus in sẽ-
1 tentijs,† quæ transiuerunt in rem judicatam, & quarum executio fuit petita,&cœpta,adeo vt ex hoc simus certi de lucro cũ jactura alterius, ob quam causam talis præscribens poterit denũciari,ita vt præsumptio,quæ aliàs est pro sententia non recesserit propter præscriptionem,imo neque erit necesse,vt probetur justitia sententiæ ad hoc,vt nõ currat præscriptio,cùm semper forus Ecclesiæ contentiosus præsumat pro illius rectitudine,donec non apparet de contrario: Quare impossibile est dari præscriptionem ejus, quod scitur esse alteri debitum, prout neque sufficiet sententias esse iniquas: nam etiam debitum ex contractu potest esse male debitum, vt quia cõtractus fuerit simulatus,nec poterit contrahens præscribere:vnde etiam in sententia,cùm in judicijs quoq;quasi contrahatur.Ita omnia prędicta declarat *Fel.in c.fi col.3.in pr.versi.3. declara.nu.4 de præscript.*& latè sequitur *Paris.ibid.col.25 in fi.n.35.*

Neq; obstat, quod ex sententia non inducatur na-
2 turalis obligatio † *l.Iulia,de cond.ict.indeb.Bar.in l.ab eo,n.4.C.quomod.& quand.iud.Abb.& Fel.in c.quo ad consultationem de re iud.* Quia satis est, quòd si sententia est justa,præbet victori verùm
3 dominium,*&impedit præscriptionem:Vnde idem si de injustitia nõ apparet,cùm pro ea adsit præsumptio vtriusq; juris, & hoc quo ad forum
4 contentiosũ Ecclesiæ,* qui nititur probationib. *c.inquisitioni, de senten.excommu.* quidquid aliud sit in foro conscientiæ,in quo admitteretur talis declaratio, quãdo præscribẽs esset certus de injustitia sententiæ, licet eam probare non posset
5 * *Feli. in d.c.vlt.n.4.in fi.versic.nec obstat quod ex sententia,de præscr.* Maxime quia cùm sententiæ transiuerint in rem judicatã,præsumuntur iustæ
6 præsumptione juris,& de iure,†adeo vt earũ injustitia non possit probari *l.fi.C.arbitr.tut. Abb. in c.is qui fidem,de sponsal.b.& in c.quoniam contra. vbi Paris.in gl.vl.de prob* Nisi iniustitia &iniqui-
7 tas talium sententiarũ probaretur,vel*per confessionem partis,in cujus fauorem fuerunt latæ, vel quia de facto admissæ essent probationes absq;contradictione, vel aliàs essent notoriæ, vel similibus modis,quorum nullus adest in casu nostro:Tunc enim præscribens ita probando iniquitatem, bene esset tutus, & non poterit ei denunciari, quasi tunc recesserit præsumptio, quæ erat pro sententia,vt per *Paris in d. c.fi.n.35 de præscript.*

Quæ magis procedunt in casu nostro,quia jam fuit
8 cœpta executio. Illud enim officium Iudicis, * vel actio in factum, quæ datur pro executione est effecta litigiosa, & pendente lite non currit præscriptio,quæ lis nunquam finitur in curia,&
9 instantia est perpetua* *A bb.l.dec.5 num.2 & 3.de senten.& re iudic.Caputaq.dec.362.nu.3. & 4.p.2.* Cum etiam fortius inducatur mala fides, tam per sententiam condemnatoriam, quàm per vi-
10 tium litigiosi † *l 1 C.de præscr.long.tempo.Bald.in rubr.extra de præscr.col.pen.in fi.vers item per sententiam,n.22.*Et ita limitatur opinio illa,quod executioni sententiæ, aut laudi præscribatur tri-
11 ginta annis,*de qua per *Lanfr.de arbit.q.10.ver. quod dixi per mod.nu.49 te.3 p.5.fol.219 Bald. in rub.extra de præsc.in fi.vers & dico quod contra,n. 22 & in c.vlt. in fi.de except. Paris.consil.111 n.58 lib.2 Bald.de præscri.4.par.pr.q.31.fol.381.cum alia*
12 *per Gab.cons.149 n.57 lib.2.* * Quamvis ipse indistinctè teneat,quod propter defectũ bonæ fidei post transitum in rem judicatam non possit præscribi adversus executionẽ sententiæ,cùm receptus sit, quod ad inchoandam præscriptionem etiam 30. ann. requiratur bona fides positiuè *Dec.cons.271.viso processu col.4 in fi.nu.5.* Maximè
13 in casu nostro,† quia iam erat ius plene quæsitum propter inceptam executionem,& petitam

tam, quo casu magis præscriptio non procedit, quidquid aliud posset dici quãdo penderet à voluntate acquirentis an vellet acquirere nec-nc *Bald.consil.366 quadam n.4 lib.5 Socin.consil.64 in causa vertente, col.5 in princ.n.7 lib.1 post Anchar. in c.sine possessione, col 18 de regul.iur.in 6 Balb.de præscript.2 part.3 princ.q.13 n.9 fol.238.*

Præterea cum in casu nostro appareat de mala fide
14 præscribentium, sequitur † nulla præscriptio currat, quamvis essemus in præscriptione immemorabili centum annorum, *Franc.in cap.vlt.in fi.de præscript.in 6 Ruin.consil.150 n.13 lib.4.* cum alijs, de quibus latè *Hond.consi. 82 nu.39 usq. ad n.44*
15 *lib.1.* † Adeò vt ista mala fides defuncti impediat quòd hæredes vniversales ex propria persona etiam sine accessione temporis auctoris non possint præscriptionem inchoare, & perficere æquitate canonica attenta. *But.Imol.& alij in c.si diligenti, de præscript.Dec.consil.271 viso processu, nu.4 & 6 Aym consil.149 n.7 Purpur.consi.542 n.25 lib. 2 Alex.* qui de magis communi, *nu.21 lib.2 Gabr. consil.163 n.14 lib.1 Menoch.consil.231 n.41 & 42*
16 *lib.3.* † sive simus in primo, & immediato hærede, sive in hærede hæredis, & sic mediato *Aym.consi. 431 n.2 lib.3 Honded.consil.82 n.47 lib.1.*

Et quamvis etiam essemus in foro civili, esset in hoc casu servandum jus canonicum, cum agatur
17 de peccato, † ita vt omnes leges civiles loquentes in materia præscriptionis hodie sint correctæ *Alex.* qui de communi *consil.51 n.6 lib.5 & consil. 93 lib 4 Cephal.consil.102 n.19 & 20 Roman.in l.*
18 *sequitur, § si viam de vsucapion.* † & concludunt omnes *in cap.vltim.de præscript.Surd.consil.73 numer.11 lib.1.* Maximè in materia præscriptionis, vbi mala fides est in consideratione, *Idem Surd. dec.158 n. 6*

Quæ bona fides adeò erit necessaria, vt etiam non obstaret statutum, per quòd creditores exclude-
19 rentur ab eorum juribus, & creditis † per spatium aliquot annorum in pœnam, & negligentiam ipsorum non petentium, hujusmodi enim statuta circa præscriptionem non obligant, si adsit mala fides, quamvis essent confirmata generaliter per summum Pontificem, cum talis cõfirmatio non trahatur ad invalida, & peccatum indu-
20 centia latè *Surd.dec.158 n.5 vsque ad n.18.* † Quòd procedit quamvis similia statuta dirigent verba ad creditorem, quia neque operabuntur cum mala fide, quidquid aliter concludat *Castr.in l. sequitur, 4 § si viam, ad fin.de vsucap.Gabr.de præscript.concl.4 n.4.* Cum contrarium servet *Rot.de qua per R.P.D. Gypsium Auximana tutela 23 Januarij 1593 & coram R.P.D.Robuſterio Recanaten. pecuniaria, 27 Iunij 1576 & per Card.Seraph. Auximana dotis 27 Aprilis 1583 in impress.dec.614.*
21 † Et de similibus statutis quòd semper intelligãtur cum bona fide. *Abb.consil.76 in præsenti consultatione in fin.n.3 lib.1 Alex.consil.185 viso titulo quæstionis col.pen.n.27 versi.nec prædictis debet obstare, lib.2* dixi *supra c.52 n.12 cum sequentib.*

Vlterius observandum est in casu de quo agimus, dedocenda esse multa tempore, ex quibus non possent dici completæ prætensæ præscriptiones,
22 † adsunt enim pupilli, & minores, contra quos nulla currit præscriptio, quæ solum incipit post pupillarem ætatem, & interim dormit *Bald.in l. sicut, n.16 C.de præscript.30 annor.& in l.cum notissimis, in princ.C.eod.tit. Bart.in l.etiam, de minor.& in l naturaliter, nu.18 vers.finit.de vsucap. Abb.in c.constitutus, nu.6 vers.idem dicendum, de restit.in integr. Alex.consil.89 nu.4 lib.2.*

Immò omnis præscriptio, quæ est cœpta in majore currit contra minorem ejus hæredem etiam pu-
23 pillum † excepta præscriptione 30 annorum tanquam odiosa, quæ tunc in eo dormit *Gloss.magna ad fi.l.vnic.C.si advers.vsucap.& in l sicut, in ver.b. servanda, C.de præsi.30 an.Balb.* qui de communi *de præscr.6 part.in pr.cas.23 n.34 Bout.de statut.verbo præscript gloss.19 n 284 Gund.Pap.q.31 n.31 in fi. Bart.in l.naturaliter, col.penult.post med.nu.18 ff.de vsucap. Rot.d.vers.dec.504 n. 9 part.3 lib.3.*

Item subducendum est tempus pestis, & belli, cum vtrúmque impedimentum occurrerit in casu, de
24 quo agimus, † quibus temporibus præscriptio dormit *cap.ex transmissa, de præscript.vbi Innoc.& Abb.n.4. Idem Abb.consil.18 col.penult & vlt.lib. 2 Corn consil.277 n.9 lib.4 Paris.consil.92 n.38 lib.*
25 *3.Gonded.consil.89 nu.18 lib.1.* † Ita vt tempore pestis præscriptio dormiat quando nimis sævit, esto etiam quod in illo loco jus redderetur, quasi talis timor sit justa causa non comparendi *Paris. in c.ex transmissa, nu.10 in princ.versic.& ad illud de præscript.*

Provt etiam detrahendi sunt novem dies luctus, qui præbebant excusationem multorum dierum
26 cum in cursu tot annorum obierint plures consanguinei, nam durantibus dictis diebus impedimentum luctus est considerabile, adeò vt neque tunc currat tempus matri ad petendum tutorem filio, si decessetint ejus consanguinei propter istud novendium, ita vt si in illo anno plures ejus consanguinei obierint possit habere excusationem plurium mensium, quamvis hæc obligatio petendi tutorem descendat ex propria persona matris non defuncti *Bart.in l.final.§ donec, C.de cur.del.ber. Roder. Suarez in l. post rem iudicam.li-*
27 *mit.9 nu.212 de re iudic.* † Vltra inundationes fluminis, sedes vacantes, ferias repentinas, tempus absentiæ causa Reipublicæ, & alia, quæ sæpissimè in spatio 100 annorum occurrerunt, ex quibus possunt dici impediti in casu, & ad effectum de quo agimus, ita vt eis tempus non currat *l.1 in fin.C.de annal.except. Abb.in cap.ex transmissa numer 9 & 13 & ibi Matth. Coler.num 7 cum seq.de præscrip.*

Et prædicta procedunt tam in ecclesiis, quam in a-
28 licis, tam de jure canonico, † quam civili, sive impedimentum hostilitatis humanæ, & divinæ, vel alterius causæ duraverit longo tempore, seu modico etiam vnius diei, vt de communi, & approbata omnium opinione testatur *Paris.in c.ex trãsmissa n.7 de præscr.& ibi Matth.Coler.c.3 & 6.*

Neque obstaret quòd mala fides, quæ modico tempore duravit non interrumpat præscriptionem
29 inchoatam † etiam de jure canonico *Bart.in l.naturaliter ff.de vsucapio.* Provt dicimus de penuria
30 parvi temporis † quæ non habetur in consideratione *Idem Bart.in l.pretia rerum ad leg.falcid.* Et
31 de inundatione maris, vel fluminis, † quæ non interrumpit præscriptionem, si modico tempore duravit *Cuman.in 3 § adeo de acquir.possess.Bald.in c.illud, nu.2 de præscrip.*

Quia quando aliud conceditur secundum jus com-
32 mune, & de eo agitur, † quamvis minimum sit, debet attendi, maximè si competit per remedium ordinarium, non extraordinarium, & adeò

eadem ratio proportionabiliter in minimo, quæ in magno *Bart. in l. proprietarius, in 1 oppos. n. 2 de damn. infect. per text. in l. 1 § illud, de coniungend.*
33 *cum emancip. liber. & in l. quamvis, vt in possess. leg.* † & in materia præscriptionis notat *Paris. in cap. ex transmissa, n. 8 de præscript.* Maximè quia *Bald. & alij sup. allegati* loquuntur in modico tempore vnius diei, seu tridui, quòd non est in casu nostro,
34 cùm majus tempus intervenerit. † Quamvis secundùm veriorem opinionem etiam debeat considerari hoc spatium temporis parvum, sicut magnum, *vt per Matth. Coler. in d. c. ex transmissa, n. 6 & ibi Paris. n. 7 de præscript.*

Vltimo quatenus essent etiam decursæ præscriptio-
35 nes, de quibus tamen non constat, † adversus illas deberet dari restitutio ex capite ignorantiæ, sive loquamur in Ecclesia, sive in privatis secundum magis veram opinionem, de qua per *Bart. in l. 1 § si quis autem, ff. de itin. act. privat. & in l. cum filius, § in hac* vbi *Alex.* de communi *ff. de verbor. oblig. Alex. consil. 71 videretur, n. 3 lib. 1 Affl.* qui de magis vera, & recepta opinione testatur *dec. 37 n. 1 & dec. 319 n. 8 Rot. diversf. dec. 39 n. 1 part. 3 lib. 2*
36 vbi etiam docet de magis communi, † subdens quod licet post 40 an. esset lapsum quadrienniũ, quòd datur ad petendum restitutionem, tamẽ ex quo currit contra ignorantem non relevat, quia tempus restitutionis est vtile quantum ad vnum instans, id est quantum ad principium, nec ignoranti currere potest, vnde post centum annos ignorans posset petere restitutionem in integrum *Balb. de præscr. 4 part. princ. q. 29 ad fi. versic. & pro præmissorum, n. 10.* & voluit prius *Bal.* dicens esse menti tenendum *in l. 3 ad med versic. sed restitutio in integrum, n. 3 C. si ex falsi. instrum. Card. in clem. 1 q. 25 n. 30 in fi. de restitut. in integr.*

Dicitur autem satis constare de ignorantia in casu,
37 de quo agimus, cum contra tot hæredes † prætendatur cucurrisse præscriptionem *Affl. dec. 329 n. 2 Rot. diversf. dec. 29 n. 2 part. 3 lib. 2* Et ex succes-
38 sione in jus alterius ignorantia præsumitur, † nisi probetur scientia *l. verius, de probat. cap. cum quis in ius alterius, de reg. iur. in 6.*

EPITOME.

Dispositio generalis præcedens, quando restringatur per subsequentem dinumerationem specierum. ¶ Prælegata an veniant in restitutione fideicommissi. ¶ Distributio totius patrimonij facta per dinumerationem rerum particularium quo casu inducat fideicommissum vniversale, & ex quibus cognoscatur illud esse tale. ¶ Legitima an sit detrahenda ex fideicommisso, & an stetur assertioni testatoris quòd ex alijs bonis illa possit detrahi. ¶ Prohibitio alienationis facta in certis rebus an faciat diversum fideicommissum à primo.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum vniversale dicitur si commodum & gravamen continet quid vniversale vt bona remaneant in familia, & in dubio præsumitur tale; Amplia quamvis specificentur bona n. 3 & 8.*
2 *In institutione venit vniversa hæreditas, in fideicommisso n. 3.*
4 *Totum iudicatur vniversale assumpto nomine à parte institutionis vniversalis.*
6 *Dispositio generalis præcedens non restringitur per subsequentem dinumerationem rerum.*
7 *Dinumeratio specierum dicitur potius facta gratia demonstrationis, quam derogationis.*
9 *Distributio totius patrimonij facta per dinumerationem rerum particularium inducit vniversalem dispositionem non particulare fideicommissum. Limita n. 10. 11. & 17.*
12 *Prohibitio alienationis facta in certis bonis non facit novum fideicõmissum diversũ à primo vniversali.*
13 *Non est facienda divisio, vt vnum fideicommissum sit vniversale, aliud particulare. Et de ratione, n 14 & 15.*
16 *Prælegata non veniunt in restitutione fideicommissi, quando substitutio est facta in alijs bonis.*
18 *Fideicommissum vniversale quomodo cognoscatur.*
19 *Legitima est detrahenda de fideicommisso vniversali non particulari, & de ratione, n. 20.*
21 *Non statur assertioni testatoris dicentis quod legitima potest detrahi de mobilibus, & alijs bonis.*

Caput CCCCIV.

Fideicommissum, de quo agimus dixi esse vniversale, non autem particulare, Etenim ex verbis testamenti colligitur adesse commodum,
1 & gravamen quoddam vniversale, † vt omnia, & singula bona testatoris debeant permanere in ejus familia, & præcipuè in filijs masculis, & illis deficientibus in proximioribus, qui de jure succedunt, quod facit vt inducatur fideicommissum vniversale, cùm etiam in dubio sit ita præsumendum *l. cogi, 16 in princ. & l. nam quid 14 9 fi. ff ad Trebell. Alex. in l si legatus 39 § 1 eod. tit.* late *Paris. consil. 43 n. 47 cum seq. lib. 3,* cum alijs per *Sim. de Pret. de interpret. vlt. volunt. lib 3 solut. 1 dub. 3 interpret. 3 n. 2 fol. 173.*

Et verè in casu nostro non est dubitandum, quia testatrix tam in institutione, quam in substitutione semper loquuta est de omnibus bonis, & idem expressit in prohibitione alienationis reddendo rationem dum dixit, & hoc ideo fecit, quia voluit omnia, & singula ejus bona permanere in sua fa-
2 milia, & præcipuè in filijs masculis; † adeò vt quemadmodum in institutione venit vniversa hæreditas, *l. 1 § si ex fundo, de hæredib. instituend.* Ita etiam in fideicommisso talis vniversitas debet
3 venire † *Bart. in d. l. cogi. § sed & similes, ad Trebel.*
4 *Sim. de Pret. d. interpret. 3 fol. 2 col. 2 in fi. n. 2.* † cum totum sit judicadum vniversale assumpto nomine à parte institutionis vniversalis *Cephal. consil. 634 n. 13 & 16 lib. 5.*

Neque obstat specificatio, & nominatio bonorum
5 facta à testatrice, nam illa non potest dici, † quod fuerit occasione restringendi fideicommissum vniversale præcedens, sed solum gratia majoris expressionis, & ad abundantiorem cautelam, vt scirent hæredes omnia ejus bona, in quibus alienationem prohibuit, vt in specie concludit *Paris. consil. 43 n 68 cum seq. lib. 3 Corn. consil. 289 col.*
6 *4 post med. versic. nec faciunt vim, lib. 4.* † ob illam rationem, quia quando præcedit dispositio generalis, quamvis subsequatur dinumeratio rerum, talis specificatio sequens non debet restringere genus præcedens tanquam facta ex abundanti *l. legata supellectili, in princ. de suppell. legat. l. quæsitum, § si quis fundum, ff. de fund. instruct.*

Maximè

Maxime quia semper dinumeratio specierum censetur facta gratia demonstrationis, non limitationis, aut derogationis generis, * vnde allegant incumbit probatio, quod species fuerit adiecta ad limitandum *Socin. consil. 300. n. 2. lib. 2. Affl. dec. 106. n. 2. late Surd. consil. 152. nu. 14.* vbi quod magis procedit, provt in casu nostro, quando constat ex antecedentibus de voluntate generali dispo-
8 nentis *Ces bal. consil. 372 n. 26 & 27 lib. 3.* Et ita etiam in specificatione bonorum quod non intelligatur facta restrictio dispositionis generalis concludit *Aym. consil. 228 n. 8.*

Accedat quod distributio totius patrimonij facta
9 per dinumerationem rerum particularium * inducit etiam vniuersalem dispositionem non autem particulare fideicōmissum *Paris. cons. 43 n. 63 & 98 lib. 3 post Alex. in l. cogi, 16 § sed & similes, col. 1 post med. vers. & ideo, l. per fideicommissum, & ibi Imol. col. 1 in fi. vers. sed potes exponere. ff. ad Trebell. Idem Imol. in l. his verbis, 48. col. vlt. in princ. versic. sed secundum istam, ff. de hæredib. instituend.*

Neque obstat *consil. Nat. 199 in princ.* Quia ibi fideicommittuntur certæ res particulares, & in certo
10 loco positæ, * quod non est in casu nostro, cum simus in dispositione vniuersali omnium bonorum, quorum locus nullus designatur, quamvis postea specificentur, vnde non mirum si vniuersitas bonorum, aut iurium per testatorem restricta cum expressione certi loci, vel qualitatis faciat fideicommissum particulare, & limitatum,
11 * provt declarat *Idem Natt. cons. 234 n. 1 & consil. 236 in princ. & consil. 238 n. 1* quem etiam refert, & sequitur ita distinguens *Sim. de Pret. interpret. 3. vlt. volunt. solut. 2. col. penult. in fi. fol. 273* & faciunt similia, de quibus per *Tiraq. in l. si vnquam, in verb. bona, n. 13. C. de revocand. donatio.*

Minus facit, quod prohibitio alienationis fuerit facta in certis bonis: Quia non per hoc efficitur
12 novum in fideicōmissum diversum à primo, * cū etiam quod nō expressisset testatrix prohibitionem alienationis, tamen adesset prohibitio legalis, & adhuc fideicommissum extaret, quod per d. ob sequentem specificationem non fuit limitatum *Paris. d. consil. 43 n. 68 cū alijs supra allegatis,*
13 * & non debet fieri ista divisio, vt vnum cēseatur vniuersale, aliud particulare *Cephal. cons. 634 n. 13 & 16 lib. 5.* Prohibitio enim ista tanquā accessoria à substitutione regulatur, vnde non mirum si ex
14 prohibitione alienationis accessoria, * & immediatè subiecta post fideicommissum non inducatur particulare fideicōmissum *Gabr. cons. 138 n. 26 & 27 l. b. 2.* vbi ita sæpius *in Rota* resolutum esse testatur, maximè quando disponens, provt in casu nostro, declaravit prohibitionem facere ad fi-
15 nem, vt bona irent ad substitutos, * secūdum formam, & modum substitutionis præcedētis, & sic non ad fidem inducendi aliud fideicommissum, sed ad firmitatem vniuersalis, vt ex *Dec. Alex. & alys* concludit *Gabr. d. consil. 118 n. 28 lib. 2.*

Vltimo à prædicto fideicommisso est detrahendum prælegatum, de quo in testamento ducatorum 1250. ita vt non suffragetur adversarijs, quod filij illud noluerint, cum hoc sit probandum per
16 allegantem, * & generale est, vt prælegata non veniant in restitutione fideicommissi, quando, provt in casu nostro, institutio facta est in alijs bonis *Bart. in l. Marcellus, § quidam liberis, nu. 11 ad Trebell. Ias. consil. 175 col. pen. post med. ver. tertio principaliter, lib. 4 Cephal. consil. 231 nu. 7 Surd. dec. 269 n. 1 & consil. 265 n. 5 lib. 2.*

Alia quę opponuntur non obstant, quia omnes Doctores ex adverso allegati præsupponunt testatorem restrinxisse suam dispositionem ad bona par-
17 ticularia, * provt loquitur *Bere. cons. 81 nu. 1 lib. 2.* vbi fuit dispositum de bonis immobilibus tantum, quod facit fideicommissum particulare, seu generale, non autem vniuersale. *Cuman. cons. 133. filius, n. 1 Bald. cons. 46 quidam nomine, l. b. 2 Bart. cons. 51 n. 2 & in l. si arrogator, col. 11 vers. item diligenter, de adopt. & in l. si quis servum, in fin. cum l.*
18 *seq. de leg. 2.* Et de fideicommisso vniuersali, quomodo cognoscatur multa *Peregr. de fideic. art. 5*

Et vltra prædicta de prælegato cum Iuistis bonis alienari prohibitis non fuerit factum aliquod par-
19 ticulare fideicommissum, vt dictum est, * sequitur ex eis esse detrahendam legitimam. Nam in reb. prohibitis alienari favore alicuius personæ, ideo non datur electio legitimæ, quia tunc dicitur fideicommissarius ille, cuius favore est facta prohibitio, & admittitur in casum alienationis *l. peto, § fratre, de leg. 2 l. cū pater, § liberis, eod. tit.*
20 * Vnde prohibetur electio ne fiat præiudicium fideicommissario singulari, provt quando sumus in rebus legatis, in quibus neque datur electio legitimæ, ne fiat præiudicium in legatarijs. Aliud est quādo restitutio rerum prohibitarum est faciēda eidem fideicommissario vniuersali ex substitutione vniuersali, tunc enim talis prohibitio non impedit electionem legitimæ *Castr. cons. 247 n. 4 lib. 1 Ias. in l. filiusfamilias, § divi, in 2 lectur. n.*
21 *30 de leg. 2 Gabr. consil. 138 nu. 30 lib. 1.* * vbi etiam quod non statur assertioni testatoris dicentis, quod de nobilibus, & alijs bonis possit detrahi legitima, cum nullo modo pater possit illis in ea præiudicare *§ auth. i de trient. & semiss.*

EPITOME.

DOnatio facta alicui cum pacto, vt post ejus mortem transeat in tertium, an possit revocari, & quid si intervenit stipulatio notarij, & non constet de acceptatione. ¶ Primus acquirens quando possit præjudicare vocatis in emphyteusi & an requiratur quod sit in potestate. ¶ Peculium quomodo dignoscatur an sit profectitium, seu adventitium. ¶ Stipulatio emphyteusis facta à patre quando sit judicanda ordine successivo. ¶ In actione dotis quæsita per patrem filiæ an possit per acquirentem imminui jus ejusdem filiæ. ¶ Donatio patris vt valeat ad favorem filiorum an requiratur perseverantia donantis vsque ad mortem, & quando detur illius revocatio.

SVMMARIVM.

1 *Primus acquirens potest præiudicare alijs in emphyteusi vocatis. Intellige in patre, & alijs, qui habent filios sub potestate, nu. 2. 3. 6. 9. 11. 17 18. 27 & 30.*

4 *Acquisitio descendens à patre ex pecunia, sive ex contractu paterno dicitur peculium profectitium, & n. 28.*

5 *Filius non habet titulum, sed nudam administrationem in profectitijs.*

7 *Stipulatio emphyteusis facta per patrem quo ad*

filius intelligitur ordine successivo,& descendit ex causa profectitia, non adventitia quando merita filij non praecesserunt, & potest per patrem tacitè, & expressè revocari, n.8.

10 *Profectitium dicitur quod datur filio contemplatione patris.*

12 *Concessio praesumitur in dubio facta contemplatione patris.*

13 *In actione dotis quaesita filia per stipulationem patris non potest per eum imminui ius ipsius filia.*

14 *Favor dotis ad alios casus non extenditur.*

15 *In revocationibus iurium acquisitorum consideratur an tertius sit in potestate providentis,& quomodo hoc procedat, n.16.*

18 *Donatio facta à patre filio non valet, nisi donans perseveret usque ad mortem, & potest revocari tanquam sit profectitium, quidquid secus sit in adventitijs & n.29.*

19 *Donans alicui cum pacto, ut post mortem illius res donata transeat in tertium, an in praeiudicium ipsius possit eam revocare, n. 20.& 23.*

21 *Absenti quaeritur ius per notarium absque acceptatione.*

22 *Medium datur inter impugnare & acceptare.*

24 *Ius quaesitum tertio modo contractu illius quando possit tolli eo invito,& n.26.*

25 *Habens aliquem in potestate censetur habere etiam eius bona.*

Caput CCCCV.

IN casu proposito videbatur concludẽdum Iu-
liam esse primam acquirentẽ,& per cõsequẽs
potuisse praeiudicare alijs in emphyteusi vocatis
1 †iuxta veriorem opinionem Doctorum,&magis
cõmunem quam pluries sequuta est Rota, *ut corã
R.P.D. Sacrati Beneuen.de Bonys 19.Decembris
1612.& coram R.P.D.Litta roma.domus de Crescis
4.Febr.1605.& coram R.P.D. Cavalerio Romana
emphyteusis,12.Novembr.1612 post Rip.in l.in quartam col.34.ad med.ff.ad leg.falcid. Ruin.consil.154.
in fi.lib.1.cum alijs per Bero.consil.56.n.21. Surd.dec.
209.n.16. & latius consil.351.nu.34. usque ad 29 &
consil.395.n.9.cũ seq.lib 3.Hond.cons.14.n.37.lib.2.*
Nihilominus admisso sine veri praeiudicio,quod si-
2 mus in primo acquirente, †praedictis obstat do-
ctrina *Bald.in l.1.in fin.Cod.per quas person.nob.acquiris*,vbi intelligitur tunc primum acquirentem
posse alijs vocatis in emphyteusi praeiudicare,
quando essemus in parte,seu alio,qui haberet fi-
lios,&nepotes sub sua potestate,quasi in hoc ca-
su filius capiat talem emphyteusim tanquam ex
donatione paterna,cum secus sit in acquisitione
facta pro filijs emancipatis,vel similibus,tunc e-
nim non haberet locum revocatio patris, quia
donatio est perfecta *l.2.de inoff.testam.*

Quae ratio non militat in casu,de quo agimus. Ete-
nim sumus in acquisitione emphyteusis mater-
3 nae, †& sic in donatione, quae irrevocabiliter te-
nuit à principio tanquam facta à matre in filium,
in qua nõ habet locum amplius revocatio,quid-
quid sit in donatione paterna,quam pater potest
revocare quo ad filium in potestate,cùm illa non
sit perfecta donatio, nisi pater remaneat in ea-
4 dem voluntate, † ista enim acquisitio descendit
à patre in filium ex pecunia, sive ex contractu
paterno, & sic est peculium profectitium *l.illud,
5 §.fin.C.de collat.l.profectitium, de iur.dot.* †In quo
peculio filius non habet titulum, sed nudam ad-
ministrationem *l.certum, C.de famil.ercisc.in d.l.
Titij,de pecul.legat.*& ita in specie per supradictã
rationem differentiae inter emphyteusim pater-
6 nam & maternam †distinguit *Bald.in auth si quas
ruinas,col.penult.in princ.versic.sed vbi hoc probatur,
nu.5 & ibid.post med.versic.nunc hoc quaero utrum
pater n.6.C.de sacros.eccles.*

Quibus adde, quod idem voluit *Anchar.consil.143.
col.in princ.versic.& maximè videtur hoc verum, n.*
7 3. †vbi quod stipulatio emphyteusis,& acquisitio
per patrem facta quo ad filios intelligitur ordine
successivo,& descendit ex causa profectitia,non
autem adventitia, quando nulla merita filij prae-
8 cesserunt *auth.vnde si parens,C.de inoff.test.* † Ta-
lis autem donatio potest per patrem expressè,vel
tacitè revocari *l.filia, C.famil.ercisc.l.2.C.de inoff.
dona.* & satis dicitur per patrem revocata,quan-
do d.bona alijs reliquit.

Praedictam *Baldi* distinctionem tanquam optimam
9 & iuridicam sequitur *Aret.in l.apud Iulianum,* †
alias incipit *Africanus,40.si quis alicui col.penult.
ad med.& in fi.versic.secunda conclusio.nu 7.ad fin.*
quam repetit *in l.cum servus, ff.de leg.1.* Vbi si filij
erant in potestate tempore concessionis donatio
& acquisitio talis emphyteusis non valuit, nisi
quatenus pater persistat in eadem voluntate,vn-
de valebit revocatio in praeiudicium ipsorum fi-
liorum,ita vt etiam hoc sit verum,quando appa-
reret ex forma concessionis, vel alio modo, quod
concedens concessisset huiusmodi emphyteusim
10 filijs contemplatione patris, † cum omne, quod
illis detur contemplatione patris dicatur profe-
ctitium, *l.sed si plures,§.arrogato,de vulgar.& pupill.l.fi.* cum ibi notatis, *C.de usufruct.*

Idem sequendo *Bald.* voluit *Corn.cons.281.col.7 an-
11 te med.versic.contrarium est verum,nu.10.lib 3.* †&
latius sequitur *Natt.consil.475.nu.4 5.7.14 & per
tot.* vbi quod quando pater virtute sua, & indu-
stria,aut etiam pecunia acquirit feudum,seu em-
phyteusim ita quod contemplatione patris, non
filiorum est facta concessio, tunc filij illam con-
sequuntur à patre tanquam quid profectitium,
vnde non mirum, si potest in praeiudicium vnius
12 alteri praelegare,& alijs concedere, † ita semper
in dubio praesumatur concessio facta contem-
platione patris,nisi coniecturę extent in contra-
rium pro filijs, adeo vt etiam si esset quaesitum
filijs de praesenti,& non in spe semper dicendum
sit,quod fuerit revocabiliter,scilicet patre in ea-
dem voluntate permanente *Salic.in l.quoties,n.3.
ad fi.C.de donat.quae sub modo.Natt.consil.457.n.17
ad med.*

Vnde est speciale in actione dotis,vt si quaeratur fi-
liae ex stipulatione paterna non possit pater in il-
13 la imminuere ius ipsius filiae, † in ea enim pater
est debitor necessarius ex dispositione legis, hic
autem voluntariè pater stipulatur filijs post eius
mortẽ ideo debet faciliùs posse disponere de eo,
quod ipse quaesivit,cum etiam de dote ad caeteros
contractus argui non possit, quasi in ea multa
14 sint specialiter constituta favore reipublicae, †
quae ad alios casus trahi nequeunt *l.1.ff.sol.matr.*
& in proposito ita declarat *Nat. consil.475 n. 15*

Quare in huiusmodi praeiudicijs,& revocationibus
iurium acquisitorũ in stipulatione emphyteusis,
15 & similium † Doctores considerant,an iste tertius
sit in potestate providẽtis,tunc.n.quia providen-
do sibi relativè resultat provisionis effectus in ipso

pro-

providente ideo tunc à tali provisione potest re-
cedere, vt si dominus providet servo suo, vel pa-
16 ter filio in potestate *l.1.C si cer.excer.* †Quidquid
aliud sit quando non resultat ista relativa provi-
sio in suam personam, tunc enim non datur re-
vocatio, & recessus a provisione, vt in specie di-
stingoit *Bald.in l. cum a socero, 7.ad fin.versic.&
considera, C.de iur.dot.in 1.lectura illius tituli.*

Ex prædictis apparet hanc esse communem, & ve-
17 ram distinctionem quam etiam sequendo *Bald.*†
approbat *Surd.consil.351.n.27 vsque ad 29.& n.39
lib.3.* vbi quod pater consentiens, vt feudum, seu
emphyteusis ad filium devolvatur, videtur tacitè
filio donare, ita tamen vt talis donatio facta à pa-
18 tre filio in potestate non valeat, †nisi perseveret
in eadem voluntate vsque ad mortem. nam si in-
terim illam mutet, non sustinetur, *l.donationes
quas parentes, 25.C.de donat.inter vir.& vxor* Ideo
pater tanquam profectitium dumvixit potuit re-
vocare, & de eo aliter disponere quam prius fe-
cisset, quidquid aliud sit in adventitio, quod fi-
lius habuit aliunde, quam à patre, de quo non
potest disponere in præiudicium filiorum *Rum.
consil.48.n.5.lib.1.cum alijs per Surd.d.consil.351.n.
28.lib.3.* Neque obstat quod etiam idem sit in a-
lijs, qui donant cum pacto vt post mortẽ res do-
19 nata transeat in tertium, † tales enim sic contra-
hentes possunt discedere à conventione in præ-
iudiciũ illius tertij *Bart.in l.qui Romæ §.Flavius,
de verb.oblig Rum.consil 182.nu 22.versic.quinimo
20 potuisset, lib.1.* Quia verior est contraria opinio,
maximè quando notarius, vel donatarius pro illo
tertio substituto acceptasset, tunc enim quæritur
ius absenti per stipulationem notarij absq; alia
21 † acceptatione *consil.90 col.pen.lib.3. Bald.consil.
16.n.21.lib 1.Surd.dec.211.nu.6.* Dicitur enim per-
fecta donatio, quando fuit à notario acceptata.
22 Nam quamvis illa non acquiratur invito. † ta-
men alia acceptatio non est necessaria, cum inter
impugnare & approbare detur medium Bart.*in
l.iam dubitari, de hered.instit, Surd.consil.115.n.6.
23 lib.2.& dec.121.n.7.* †Vnde non mirum, si non da-
bitur revocatio in præiudicium istius tertij absẽ-
tis, cui fuit donatum, provt contra Bart. esse ve-
riorem sententiam, & magis communem testatur
*Aym.consil.135.n 10 & consil.19.nu.11.post Bald.in
l.cum a socero, col.fin.C.de iur.dot.in 1.lectura illius
tit. Cast.consi.164.in præsenti causa quæ vocatur, col.
7.ante med.versic.sed illud dictum, n.7.lib.2. Rum.
consil.54.n.3.ad med.lib.1.cum alijs per Card. Man-
tic.de tacit.& ambig.convent.lib.13.tit.48.n.13.* vbi
testatur ita conclusum fuisse per *Rotam coram
Card.Seraph.Portu bonon ̃ 27.Decem.1579.Dec.
reg.216.in fin.versic.est tamen notandum, Gulielm.
Bened.in c.Raynutius, in verb.si absque liberis, el se-
cundo, n.23.de testam.* late Soar.*alleg.19.& in l.quo-
niam in prioribus, in declarat.leg.reg.qua.8.nu.2.C,
de inoff.testam.*

Et ita etiam intelligitur conclusio illa, quod ius
quæsitum tertio mediante contractu illius non
24 potest tolli eo invito † *l.qui Romæ, § flavius, de
verb.oblig.* Nam hoc est verum, nisi ille, qui con-
traxit esset dominus illius, ad cuius vtilitatem
cõtrahebat, quia sicut habebat in potestate eum,
25 † ita etiam & vitam ipsius, ac bona *l.3.ff de serv.
exportand.l.si.de pact.l.post mortem, §.vlt.ff.contra
26 tabul.l.filia emancipata, ff.solut.matr* & in terminis
notat Bald.*in l.si constante, 19.in fi.n.1.C.de donat,
ante nupt.vel propt.nupt & sponsalib.* quem etiam
in specie emphyteusis sequitur *Alvar.Valasc.de
27 emphyt.q 49.n.7.* vbi multa adducit circa †distin-
ctionem Bald. supra allegatam primi acquirẽtis,
pro illis qui sunt in potestate, tũc enim talis em-
phyteusis pertinet ad filium mediate tanquam
28 acquisita ex pecunia, seu Industria patris, † vnde
est profectitia *l.cum modo, § sin vero, vbi Bart.nu
6. C.de inoffic.testam.Oldrad.consil.149.num.3* In
profectitijs autem potest pater filijs præiudicare
29 *l.filia cuius, C.famil.ercisc.* † Maximè quia ista ta-
cita donatio patris expectat confirmationem ex
tempore mortis ipsius *l.donationes quas parentes,
C.de donat.inter vir.& vxor.*

Quibus stantibus non obstant contraria, cùm de-
beant intelligi secundum prædictam distinctionẽ
30 patriæ potestatis, † qua non existente non atten-
ditur, quod quis sit primus acquirens, nec ne, &
hoc sufficiet pro decisione præsentis dubitatio-
nis, absque eo quod videatur, an in stipulatione
facta absenti sit necessaria clausula, &c. & quod
ratificatio debeat esse in forma iuris valida, ita vt
tacita non sufficiat, & debeat solvi medietas pe-
cuniæ promissæ erogati in melioramẽtis domus,
& an clausula pro quibus comprehendat non so-
lum observationem promissorum, sed extẽdatur
etiam ad omnes quorum interest, cum alijs mul-
tis quæstionibus propositis, & excitatis, quarum
resolutio non est necessaria, cum ex prædictis
constet non potuisse præiudicari vocatis in em-
phyteusi in casu, & ad effectum, de quo agimus.

EPITOME.

STatutum concedens marito dilationem resti-
tuẽdę dotis an habeat locũ in eo, qui sine cau-
sa expulit vxorẽ, & in viro putativo. §Hæredes,
& socij, qui ex eorum culpa desinunt esse tales
an comprehendantur in dispositione tam quoad
cõmodum, quam onus. § Mulier quæ divortium
fecit cum viro an gaudeat privilegio *l.vnic.Cod.
quand.imperat.int.pupill.& vid* §Maritus pauper
ex suo delicto an conveniatur in quantum face-
re potest. §Dispositio vt non possit per primum
creditorem revocari pecunia soluta secũdo cre-
ditori an intelligatur si consumpserit mala fide.
§Stipulatio dotis restituendæ an comprehendat
eam quæ fit ob matrimonium non secutum, &
illam quæ est facienda ob vergentiam viri ad i-
nopiam tanquam non dicatur vera restitutio.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio restitutionis dotis concessa per statutum, non
est concedenda marito, qui expulit vxorem abs-
que causa, n.23. Et quid in viro putativo, n.25.*
2 *Propter culpam quis ligatur statuto quoad onera,
quamvis commodum ex eo non possit percipere.*
3 *Hæres qui sua culpa desinit esse hæres, non habet v-
tilitatem statuti, licet in odiosis sub statuto com-
prehendatur. Idem in socio, n.4.*
5 *Maritus, & vxor dicuntur socij, & vna caro.*
6 *Mulier quæ divortium fecit cum marito dicitur vi-
dua, & gaudet privilegio* l.vnic.C.quand.impe-
rat.inter pupill. & vid. *dummodo non sua culpa
diverterit.*
7 *Maritus factus pauper culpa sua non habet in resti-
tutione dotis beneficium, quod conveniatur, nisi
in quantum facere potest.*

8 *Mens statuentium principaliter attenditur.*
9 *Ex facto iniusto non debet quis cōmodum percipere.*
10 *Casus dolosus verus, & non præsumptus, non comprehenditur in statuto.*
11 *Statutum vt non possit à primo creditore revocari pecunia soluta secundo creditori, intelligitur si secundus non consumpserit mala fide.*
12 *Constitutio recipit interpretationem à iure communi, & debet intelligi, vt minus illi deroget, n.13. & vnum casum comprehendit, nu.14.*
15 *Stipulatio dotis restituendæ intelligitur de ea quæ fit soluto matrimonio, non si illud non sequatur.*
16 *Argumentum de pacto ad statutum valet, & tam vnum, quam aliud strictè debet interpretari, n.17.*
18 *Pactum restitutionis dotis an comprehendat eam quæ fit ob vergentiam viri ad inopiam, & nu.20.*
19 *Restitutio dotis ad inopiam viri an sit plena & propria restitutio.*
20 *Mulier debet ali ex dote.*
22 *Statutum non excludit interpretationē rationabilē.*
24 *Maritus expellens vxorem sine causa, non meretur nomen mariti.*

Caput CCCCV.

NOn esse concedendam dixi dilationem restitutionis dotis iuxta formam statuti, de quo agimus, † sumus enim in marito, qui tenetur dotem restituere ex culpa sua propter expulsam vxorem absque causa. quod facit, vt non iuvetur commodo, & beneficio statuti circa ea, quę concernunt illius vtilitatem, † quamvis ligetur oneribus in eodem statuto cōtentis: Soc. *consil.59. visis privilegijs, col.pen.ad med.n.10.lib.1.post Bart.q.1 in solut.col.3.post med.n.6.Surd.consil.314.n.4.lib.3.*
1
2

Et facit nam vbi quis sua culpa desinit esse, & haberi pro eo, quod erat, non percipit cōmodum statuti, † licet in odiosis teneatur ac si esset in statuto cōprehensus, quemadmodū dicimus de hærede, qui sua culpa desijt esse hæres, & de socio qui ex proprio delicto desi, t esse socius, & in similib. de quibus Surd. *d.consil.314.n.4 lib 3.per text.in l. actione distrahitur, 66 §.hæc ita, ff.pro socio.* † vbi de eo, qui ante tempus conventum renunciat sine causa societati, talis enim socium à se, non se à socio liberat, adeo vt si quid compendij postea factum erit, eius partem nōn feret, at si dispendium, ęquè pręstabit portionem, quod etiam notat *Gloss. in d.l.actione, §.diximus, in verb.pro socio, in princ.* & hoc propriè convenit Marito, & Vxori, qui sunt socij, & vna caro, *Marc.10.Tiraq.in l. si vnquam, in præfat.n.121.C.de revocand.donation.* † Provt etiam mulier, quæ divortium facit cum marito, licet dicatur vidua, & habeat privilegium *l.vnic.C.quand.imper.int.pupill.& vid.* Tamen hoc fallit quando divortium eius culpa fuit secutum *Caravit.rit.magn.cur.19.nu 23.* ex his quæ latè tradit Felin. multa similia adducens *in c.quæ in ecclesiarum, n.67.col.29 ante med.versic.& in quantum sentit, de constit.* † vbi etiam de marito facto paupere ex culpa sua, cui non competit in restitutione dotis beneficium, ne conveniatur plus quam possit *l.etiam, §.licet, ff solut.matr.*
3
4
5
6
7

Præterea ex mente rationabili statuentiū, quę principaliter attenditur in statutis † *Dec.consil.64.n.6.* Non est credendum voluisse talem dilationem suffragari illis, qui ex eorū culpa, & dolo tenētur ad dotis restitutionem, ne aliàs dicamus, quod ex facto suo iniusto quis cōmodum reportet, quod
8

9 non permittitur *c.sedes, de rescr.l.1.§.1 ff.de excep. dol. Aym.consil.100.n.11. Bucr.consil.106.n.15.Corn. 256.n.2.in fi.lib.3.* Et generale est, vt nunquā constitutio, & statutū extendatur ad casum dolosum, 10 † ne aliàs ab ipsa cōstitutione præbeatur occasio delinquendi, *l.convenire, ff.de pact.dotalib.l.creditor, § huius, ff.mandat. Socin.iun.consil.48.n.52.lib.1 Ioseph.Ludou.des.Perus.18.n.58.Rol.consil.60.nu. 42.lib.4.* sive loquamur in dolo vero, sive præsumpto *Henden.consil.32.nu.127.lib.1. Surd.consil. 48.& 49.lib.1.* † vbi de statuto disponente non posse à primo creditore revocari pecuniam solutam secundo creditori, quod intelligitur, dummodo secundus creditor non consumpserit mala fide, & cum dolo, quia stante huiusmodi causa 12 non gaudebit dicto statuto, † quod recipiet interpretationem à iure communi *l. vt gradatim, de muner.& honor.l.quamvis, de in ius voc.*
11

Accedat quia statutum, de quo agimus, tanquam contra ius commune debet intelligi, vt quominus fieri potest illi derogetur † *l.2.ff.de noxal.Rō. consil.90.n.4.Surd.consil.449.& consil.382.nu.87. lib.3.* loco satis erit quod habeat locum, quando dos restituitur, propter solutum matrimonium ob causam mortis, non vbi fit divortium ob culpam mariti, & ob illud fit restitutio dotis, & sic 14 vnum tantùm casum comprehendet, † & in vno solum adversabitur iuri communi *Rot.divers.deci 432.n.10.p.1.Rom.consil.199.n.6.*
13

Vnde etiam in pacto & stipulatione dotis restituēdæ debemus interpretationem facere, quod illud 15 intelligatur † de restitutione facienda soluto matrimonio, non de ea, quæ debet fieri, si illud non sequatur, cum ad hunc casum stipulatio tāquam stricti iuris non trahatur *Surd.consil.131 n.20.cum 16 seq.lib.1.per l.si extraneus, ff.de cond.ict.ob caus.* † Et de statuto ad pactum & è contra valet argumentum *l.vlt.C.de fideiuss.Gloss.in l.non solum, §.final. in verb.hæredis, in princ.ff.de nou.oper.nunc. Everard.loco arg.119.nu.1.* Et tam vnum, quam aliud 17 sunt strictè interpretanda † *l.non aliter, de leg.3. Surd.consil.416.n.22.lib.3 & consil.151.n.13.lib.1.*

Provt stipulatio, & pactum de restituendo dotem tanquam stricti iuris non comprehendet eam, 18 quæ † fit ob vergentiam viri ad inopiam *Bart.in l. si constante 25.n.55. vbi Alex.nu.4.& ibi Barbos.in prin.n.54.ff.sol.matr.Campeg.de dot.3.p.q.37.Palat. in c.per vestras, §.31.n.1.de donat.inter vir.& vxor.* sive illa dicatur impropria restitutio, sive pro- 19 pria, & plena, † provt talem dicit *Imol.in l.si quis sic stipulatur, 57.in fi.ff.sol.matr.Rom.consil.392.n.2 & ibi Mandos.in verb.restitutione.Dec.consil.45.n. 20 4.* de quo † tamen modo non quæritur, & multa ponit *Natt.consil.81.per tot.Ojasc.dec.135.n.9.*

Erit igitur dos restituenda absque dilatione, cùm 21 præsertim ex ea mulier sit alenda † *l.3.§.sed virum, de moribus.* ob quam rationē, minus talis restitutio erit comprehēsa in huiusmodi statuto, quod 22 nunquam excludit bonam, † & rationabilem interpretationem *Dec.consil.64.n.7.Rot.divers.486. n.9.p.1.* Et sibi imputet maritus, si absq; causa, & 23 propria culpa expellendo vxorē † teneatur statim ad dotis restitutionem, *Socin.in l.2.n.6 ff.sol.matr. Rol.de lucr.dot.q.68.n.4.& 5. Surd.de alim.tit.1.q. 32.n.10.& 21.Tiraq.de retr.lignag.Gloss.vnic.n.13. 24 §.10.* † Maximè quia maritus expellens vxorem sine causa, non meretur nomen mariti, quamvis enim ex hoc nō solvatur matrim. *c.ex publico, de con-*

in verf. coniugator. Tamen quoad hunc effectum, perinde est, ac si verè dissolueretur. Ideo dilatio, quæ datur tam de iure communi, quàm secundum statutum non est concedenda istis, qui indigni sunt ob eorum culpam nomine mariti, † sicut etiam non datur putatiuis, qui non gaudent priuilegio dilationis, & habentur tanquam extranei. *Glossa in lege prima.§ cum autem, ad finem versiculi exaction. in verbo restituendis, post principium Codicis de rei uxor. action. Alex. in lege si cum dotem, 23.§. vltimo & ibi Barbes. n. 1. ff. solut. matr. Abb. in c. de prudentia 3. n. 4. de donat. int. vir. & uxor. Tiraq. leg. connub. 16. glo. 8. num.* 259. Quamuis *ibid. n.* 266. referantur alij contrarium sequentes & multa quo ad personas putatiuas quomodo de eis sit iudicandum *Tiraq. d. glos. 8. nu. 234. vsque ad* 277.

EPITOME.

Mater quando excludatur per substitutionem compendiosam à legitima, & quid si institutio sit restricta ad bona testatoris, non autem substitutio. ¶ Verba succedat & substituit, quo casu sint executiua, vel obliqua, & faciant pupillarem directam. ¶ Ex quibus verbis, & coniecturis colligatur testatorem voluisse pupillariter substituere, seu per fideicommissum. ¶ Substitutio compendiosa an dicatur si fiat alicui si decesserit sine filiis, quamuis non adsit dictio quandocunque, & quando comprehendat pupillarem, ita vt dicatur expressa verbis generalibus.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio dicitur compendiosa si fiat alicui, si decesserit sine filiis, quamuis non adsit dictio, quandocumque.*

2 *Compendiosa substitutio comprehendit pupillarem expressam verbis generalibus, n. 3. 4 & 25.*

5 *Substitutio compendiosa directè facta à patre pupillo excludit matrem à legitima, nu. 6. & 7.*

8 *Verba ei succedat sunt executiua, & faciunt pupillarem directam, & quid si dicatur ei substituit, nu. 9. & 10. quando sint obliqua, n. 36.*

11 *Substitutio in dubio iudicatur directa & trahitur ad casum magis necessarium.*

12 *Directa substitutio est magis necessaria pupillo.*

13 *Mater si obiisset tempore testamenti, substitutio compendiosa tempore pupillaris ætatis est directa pupillaris.*

14 *Ex ratione maioris dilectionis an colligatur testatorem voluisse pupillariter directè substituere, & numer. 15.*

16 *Clausula omni meliori modo facit vt substitutio valeat iure directo intra pupillarem ætatem.*

17 *Testator restringens se ad propria bona videtur voluisse vt non inducatur pupillaris directa ad exclusionem matris, n. 26. Intellige quando tam institutio, quam substitutio esset ita facta, numero 18. 19. 20. 28. 29. 30. & 31. Item declara vt numero 21. & 27.*

22 *Legitima non debetur matri si substitutio est pupillaris.*

23 *Filius habet legitimam ex bonis patris, quæ non potest grauari fideicommisso.*

24 *Mater succedit filio ab intestato.*

32 *Ex quib. verbis inducatur pupillaris, seu fideicommissaria substitutio.*

33 *Fideicommissum potest extendi vltra vigesimum ætatis annum.*

34 *Non debet adimi facultas disponendi de rebus suis.*

37 *Intellectus c. si pater de testam. in 6. & n. 38.*

39 *Ex coniecturis colligitur an substitutio sit directa, vel fideicommissaria, & quales sint, nu. 40. 41. 42. & 44.*

43 *Anima viri contristatur ex secundis nuptiis vxoris.*

CAPVT CCCCVII.

SVbstitutio, de qua agimus est cõpendiosa, cũ sit facta Adrianę si decesserit sine filiis legiti-
1 mis, & naturalibus, † quamuis etiam non adsit dictio illa quandocumque *Glossa in capit. si pater. in verb. absq; deductione, ad finem versiculi. si autem testator sic dixisset, de testam. in 6. Bart. in l. centurio, n. 17. & ibi Alex. n. 17. Ias. n. 33. Rip. n. 89. de vulg. & pupill. Couarr.* qui de cõmuni *in cap. Raynutius, §. 9 nu. 3. versic. vndecimo illam esse veram, de testament. Curt. Iun. in lege precib. nu. 66. C. de impuber. & aliis substitution. Alciat. lib. 10. parerg. c. 2. Surd. decisione 37. nu. 8. Grass. in §. substitutio, q. 60. in fin.* vbi de cõmuni.

Compendiosa autem substitutio continet pupilla-
2 rem, quæ dicitur expressa verbis generalibus † *Menoch. præsumpt. 34. n. 5. lib. 4 & cons. 751. nu. 7. li. 8. & cons. 417. nu. 28.* & de magis recepta, & communi opinione testatur. *Idem Menoch. cons. 551. nu. 11. versi. cæterum, lib. 6. Ruin. consi. 105. nu. 10. lib. 2. Roland. consi. 69. n. 21. lib. 1. Aym. consi. 62. n. 3. Rip. in l 1. num. 77. de vulg. & pupill. & in l. centurio, n.*
3 118 *ff. eodem tit.* † Quidquid alij voluerint hanc pupillarem esse tacitam, non expressam verbis generalibus in compendiosa *Decian. consi 82. nu. 9. lib 3. Hieron. à Valla inter cons. Bursatt. 327. nu. 6. lib. 3. Leonius de compendiosa. n. 40. in tractat. substitut. post Gl. in l. precibus, in verbo, compendiosa.*
4 *C. de impuber.* † Quia contra eos est verior opinio, vt per *Menoch. d. consi. 551. numero 11. Rim. Iun. con. ducentesimo septuagesimo, numero 60. vers. verum quia proponitur lib. 3.*

Quibus stantibus dixi per hanc compendiosam substitutionem tanquam directam à patre pupillo
5 factam † excludi etiam matrem à legitima filij, nedum Auum maternum, & esse locum substitutioni, de qua agimus, cum fauor pupilli debeat semper præualere fauori matris; magis enim expedit pupillo: vt decedat testatus, quamuis matri magis expediret, vt moreretur ab intestato, *c. 1. de*
6 *testam. in 6.* † & ita se habet communis opinio Doctorum, qui concludũt hanc compendiosam substitutionem semper esse directam intra pupillarem ætatem; etiam matre existente in medio, prout voluit *Franc. in c si pater, nu. 82. & 83.* & ibi late *Costa p. 3. in verb. & contra, nu. 10. de testam. in 6. Rim. Iun. cons. 270. nu. 6. vsque ad 66. lib. 3. & in l. precibus, nu. 472. vbi Sanc. Fulgos. Castr. Ias. & alij, C. de impuber. Gabo, consi. 169. nu. 45. cum seq. &*
7 *consi. 130. n. 4. lib. 1. & consi. 120. n. 9. lib. 2.* Et † quidquid alij contrariũ sentiãt, hodie ista est magis vera, & recepta opinio, & secundũ eã passim iudicatur. vt per *Surd. cõ. 273. n. 2. & 12. in fi. & cõ. 363 n. 4. lib. 3.* late *Cepk. cõ. 524. n. 27. lib. 4. Honded.* qui testatur ita seruari in praxi *cõ. 73. nu. 36. lib. 1. & cõ. 52. n. 54. lib. 2. Thab. cõ. 30 n. 3* & infinitus adducit *Bur. cõ. 8. n. 30. cũ seq. lib. 1. Grass. in § substitutio. q. 30 Menoch.* qui de magis cõmuni *cõ. 427. n. 18. lib. 5.*

Quæ sine difficultate procedunt in casu, de quo a-
gimus: ubi substitutio est facta pupillo per verba
8 ei succedat, † quæ dicuntur executiua, & faciunt
pupillarem directam, quidquid aliud sit, quando
dictum esset, ei substituit: tunc enim non ita con-
iecturatur mens testatoris, quod voluerit pupil-
lariter directè substituere, quasi illud verbũ pos-
sit referri ad actum, & personam testantis & idẽ
9 importet, † quod iu locum eius statuo, seu subro-
go, quod non est iu verbo, succedo; quod est ma-
gis executiuum, quamuis vtrumque sit commu-
ne. Ita in specie declarat *Bere. cons. 125. n. 19. lib. 2.*
post Bald. in l. vlt. ad fi. vers. idem dico, n. 17. ad med.
C. de sacros. eccles. quod etiam sequitur *Fulgos. cons.*
33. Titius in testamento, col. vlt. in princ. vers. item ibi
plus est verbum, num. 1. ad fin. Ias. cons. 134. ad fin. lib.
Curt. Iun. cons. 73 n 7 libro 1 Dec. cons. 572 in casu
proposito, col. vlt. ante med. numero 5 & 6 & late ex-
plicat *Menoc. cons. 144 n. 24 l. b. 2 Rip. in l. centu-*
rio, nu. 139 col. 45 in fi. vers. vltima coniectura, & ibi
Alciat. nu. 90 ff. de vulg. & pupill. Surd. dec. 173 nu.
90 ff. de vulg. & pupill. Surd dec. 273 nu. 6 cum seq.
10 † Quamuis posset rectius dici quod idem sit in
verbo substituo, cum tam istud, quàm verbum,
succedat, sit executiuum, & vtrumque tanquam
relatum ad personam importet pupillarem, vt
declarat *Odd. de cõpendios. subst. art. 3 parte 5 f. 159*
col. 2. v. sublimitatur sexto & v. ego puto veram limi-
tationem Franc. in c. si pater, col. 45 post princ. nu. 84
vers. item adde aliam coniecturam, numero 84 de te-
stam. Menoc. præsumpt. 34 numero quinto libro 4.

Maximè quia in dubio semper substitutio indicatur
directa *c. si pater de testam. in 6. l. verbis ciuilibus, de*
11 *vulgar. & pupill.* *& quia etiam in dubio semper
substitutio debet trahi ad casum magis necessa-
rium *Bald. cons. 2* *lib. 2 Dec. cons. 572 n. 7* & dire-
12 cta videtur magis necessaria, * quia per illam pro-
uidetur, ne pupillus decedat intestatus. & trahi-
tur ad bona patris, & si ij, per fideicommissariam
autem substitutionem solum patri succeditur *l.*
13 *cohæredi, §. cum filia de vulg. & pupill.* † Præsertim
quia in casu nostro mater non erat in medio,
cum tempore conditi testamenti, & factæ substi-
tutionis per multos annos ante obiisset, & iam
vir ad secundas nuptias conuolasset: tunc enim
semper compendiosa tempore pupillaris ætatis
est directa pupillaris. *Ang. cons. 96 Anan. cons. 79*
Aret. cons. 155 cũ aliis de quib. per *De. cons. 572 n. 4.*

Accedat, quod sunt substituti fratres testatoris, qui
præsumũtur magis dilecti, quàm auus maternus
14 † ea qua ratione maioris dilectionis colligitur
voluisse testatorem pupillariter directè substi-
tuere *Sim. de Pret. consilio 61 numero 38 Rip. in l.*
centurio, nu. 137 in fine ver. septima coniectura, ff. de
vulg. & pupill. vbi loquitur de fratre testatoris
Menoch. præsumpt. 56 nu. 17 libro 4 Thebias cons. 30
n. 8 Corn. cons. 316 col. 3 libro 3 Butr. cons. 53 num. 3
Cephal. cons. 424 n. 79 libro 4 Cagnol. in l. precibus,
numero 224 C. de impuber. Gabr. consilio 120 nu. 13
15 *libro 2.* † Quamuis de dicta coniectura fratris ad
exclusionem matris dubitet *Aym. consilio 141 nu-*
mero 7 in fine. Ita vt quæ dicuntur de excludenda
matre extendantur etiam ad auiam maternam,
Surd. decisione 273 numero 4.

Additur clausula omni meliori modo, de qua iu te-
stamento & substitutione, per quam præsumitur
16 † testatorem voluisse, quod illa valeret iure dire-
cto intra pupillarem ætatem *Io. de Amic. cons. 15*
numero 11 & 12 per doctrinam *Bald. in lege quo-*
ties, col. 2 vers. quæro si pater C. de hæred. instit. & se-
quitur *Rot. diuers. decis. 81 numero 6 parte 2.*

Neque obstat quod testator videatur se restrinxisse
17 ad propria ipsius bona, quod facit, † vt non indu-
catur pupillaris directa ad exclusionem matris
latè *Menoch. cons. 144 nu. 13 ad finem vers. et late cõ-*
probatur libro 2 & cons. 243 numero 39 & 40 lib. 3
18 *& cons. 681 n. 14 & cons. 467 numero 3.* † Quia pro-
cedit quandu tam institutio, quàm substitutio
esset facta pupillo in propriis bonis testatoris, se-
cus quando institutio esset iu particularibus bo-
nis, vel in rebus certis, substitutio autem fieret
simpliciter absque vlla expressione bonorum,
provt est in casu nostro in quo prius testator iu-
stituit Adrianam iu omnibus suis bonis, postea
simpliciter illi decedenti sine filiis voluit succe-
dere suos fratres; sic enim inducitur directa pu-
pillaris, & talis substitutio simpliciter facta tra-
hitur ad vniuersum patrimonium pupillæ, ità in
specie concordando opiniones concludit *Imol.*
in c. Raynutius, col. 8 9 in princ. v. vel potes dicere, &
melius *numero 18, in fine de testamẽto* sequitur *A-*
lex. cons. 45 habita super his, col. 4 post med. v. & cum
hac sententia transeunt communiter, numero 9 libro
1 Aym. cons. 210 numero 1 v. aduertendum tamen cir-
ca præmissa, Castr. cons. 49 notandum est in princ. li-
bro 1 Aret. *cons. 154 alias 175 periculosum col. 9 post*
19 *med. v. nec obstat textus numero 14.* † Et hic proprie
est casus *in capite si pater, de testam. in 6* vbi filia
fuit instituta in re certa, substitutio autẽ fuit facta
simpliciter, quæ trahitur ad vniuersum patrimo-
nium pupillæ, provt declarant *Alex. Castr. Aret.*
& alij supra allegati, & notat etiam *Surd. cons. 365*
numero 3 & 4 libro 3 Menoch. cons. 362 numero 20
libro 4 vbi addunt etiam *Corn. consi. 291 numero 2*
v. nec obstat, libro 2 & Aym. consi. 623 n. 22 v. tertio
respondetur. Et multis similibus comprobat *Idem*
20 *Menoch cons. 362 numero 17 vsque ad 21 libro 4* †
Et ita loquuntur omnes doctores, qui ex aduerso
possent allegari, præsupponunt enim, quod sub-
stitutio sit etiam facta in re certa, non autẽ sim-
pliciter, vt declarat *Bere con. 125 n. 31 cum seq. libro*
2 post Bart. in lege centurio. col. 4. v. quid si testator
de vulgar. & pupillis & latè etiã sequitur *Rot. corã*
Card. Pamphilio Romana successionis, 11 Martii 1596
& corã R. P. D. V restrio Rom. legiti. 24 Maij 615.

Vlterius opinio illa de restrictione quoad bona te-
statoris procedit, nisi ratio subiectæ materiæ cõ-
21 trarium suadeat † *Imol. in lege ex facto, in princ. nu-*
mero 2 in glossa in verbo sine, ff. ad Trebell. Hic au-
tem ratio subiectæ materiæ, quæ est prędilectio
substitutorum, suadet contrarium, & est tantæ
potentiæ, vt præualere debeat etiam proprietati
sermonis, vt in proposito concludit *Rota diuersis*
decisione 181 ad finem numero 10 pagina 1.

Pro confirmatione eorum, quæ supra dicta sunt est
addenda decisio *Rota corã Cardinale Mantica in*
causa Romana legitima seu fideicommissi 22 Martij
1596 quam volui infra subiicere, vt clarius appa-
reat conclusiones per me iu proposita facti spe-
cie firmatas magis esse attendendas tanquam ap-
probatas per Sacram Rotam Romanam, à cuius
opinione propter illius auctoritatem non est in
iudicando discedendũ *Cardinalis Mantica Rom.*
legitima seu fideicommissi Veneris 22 Martij 1596

PRæsupposito testamento q. D. Gregorij Glisassi,
& morte Petri Pauli filij infantis, apud me
quæsi-

...um fuit, an in casu de quo agitur matri legitima debeatur, & difficultas in eo versatur, an substitutio facta intra pupillarem ætatem sit pu-
22 pillaris, vel fideicommissaria.† Nam si est pupillaris legitima matri non debetur *c. si pater. de testa. lib. 6 l. Papinianus. § sed neque impuberis, ff. de*
23 *inoff. testam.* Sed si sit fideicommissaria, * legitima, quæ filio debetur ex bonis patris *§ 1 in auth. de trien. & semiss. aut. novissima, C. de inoff. testam.* non potuit grauari fideicommisso *leg. coheredi. § cum filio. de vulg. & pupill. subst. l. omnimodo & leg.*
24 *quoniam in prioreb. C. de inoff. testamen* † & consequenter debetur matri, quæ filio succedit ab intestato *aut defuncto. C. ad Tertull.*

Cum verò hoc dubium in Rota proposuissem Domini pro matris parte censuerunt hãc substitutionem intra pubertatem, magis intelligi pupillarem, quàm fideicommissariã, quæ cum sit compendiosa restricta ad certam quãtitatem, si filius intra vigesimum annũ decesserit sine liberis defuncto eo in pupillari ætate, locum habet pupil-
25 laris, † quæ verbis generalibus est expressa, sin autem filius decessisset post puberratẽ, tunc quidem habuisset locum fideicommissaria *l. centurio ff. de vulg. & pupill. subst. l. precibus. C. de impub. & alijs subst. & D. D. vtrobique.*

Non obstat, quod hæc substitutio sit facta per verbum substituit, & succedat, quæ sunt communia,
26 † & sit restricta ad bona testatoris vt colligitur ex procemio testamenti, & hæredis institutione; & ex eo quod post factam substitutionem, testator subjungit, & postquam dictus Petrus Paulus ejus filius dictum 20. annum cõpleuerit de hujusmodi sua hæreditate, & bonis ad ejus libitum disponere possit, & ideo non possit intelligi pupillaris, præsertim cũ mater etiam superstit *Bald. in l. precib. n 44. Salic. n. 26 versi. sequor igitur opinionem in. C. de impub. & alijs subst. Aret. consi. 154 incip periculosum, n. 12 & 13 Alex consi. 45 n. 15 vers. fortificantur, lib. 1 & consi. 162 nu. 5. versi. quin imo etiam lib. 2* cum alijs adductis per *Crauet consi. 8 n. 10* & fuit resolutum *coram bon. memb. Bubalo in Firmana bonorum. 5 Novembris, & 10 Decembris, 1584. & coram R. P. D. Litta in Faventina bonorum, 14. Novemb. is 1594.* & nouissimè *coram R. P. D. Pamphilio in Rom. successionis die 11. mensis Martij 1596.*

Quia huic objecto, in quo difficultas versatur fuit responsum pluribus modis, & primo quod in casu proposito substitutio nõ est restricta ad bona
27 testatoris, * nam postquam testator Petrum Paulum filium suum instituit hæredem vniuersalem, statim subjunxit, cui si decederet sine filijs legitimis & naturalibus antequam attingat 20. annum & non alias postea substituit, & succedat Archihospitale sancti Iacobi Incurabilium, ex quibus verbis apparet in contextu substitutionis nullam factam fuisse mentionem bonorum, ergo substitutio dicitur non restricta ad bona testatoris.

Nec ad rem pertinet, quod ex procemio testamẽti colligatur testatorẽ voluisse disponere de bonis
28 suis: * Quia hoc quidem intelligitur per prius, & principaliter, & ideo in bonis etiam suis filium hæredem instituit vniversalẽ & multa legata reliquit, sed ex hoc non sequitur, quod post posterius, & secũdario noluerit filio pupillariter substituere, nã etiã si filio hæredi instituto vulgariter substituisset adhuc intelligeretur voluisse pupillariter substituere *l. jam hoc jure, de vulg. & pu-*
29 *pill. subst. & l. quamvis, C. de impub. & alijs subst.* † Vnde si ex institutione filij, & vulgari substitutione expressa, quę sine dubio intelligũtur de bonis ipsius testatoris *l. c. de vulg. & pupill. subst.* nõ excluditur tacita pupillaris, quæ à lege subintelligitur, multò minus potest dici quod si testator generaliter filio substituerit si decesserit sine filijs antequã attingat 20. ętatis annũ intelligatur exclusa substitutio pupillaris, quia priore casu
30 tacita pupillaris ex verbis non concipitur, † imo verba repugnant vt colligitur *ex d. l. iam hoc iure de vulg. subst.* & dixi *lib. 5 tit. 19 n. 6 de conject. vlti. volunt.* Posteriore autem casu verba in generali significatione deseruiũt etiã pupillari substitutioni, neq; ex præcedenti institutione substitutio ab bona testatoris restringi debet. Et quod substitutio ad bona testatoris non debeat restringi
31 ex verbis præcedẽtis institutionis, * & quod matri legitima non debeatur quia pupillaris substitutio facta intelligitur fuit in specie decisum *coram Illustrissimo & Reverendissimo Plato in Casenaten. bonorum de Aldinis 26 Martij 1590.*

Nec etiam refragatur, quod testator post factã substitutionem illico subjunxit, & postquam dictus Petrus Paulus ejus filius dictum 20. annum cõpleverit de hujusmodi sua hæreditate, & bonis
32 ad ejus libitũ disponere possit: † Quia hæc verba non repugnant pupillari substitutioni, sicuti quando in contextu ipsius substitutionis illa est restricta ad bona ipsius testatoris. quia cũ generaliter fuerit expressa pupillaris, & fideicommissaria substitutio pupillaris expirat adveniẽte pu-
33 bertate *l. verbis ciuil. & l. papi. de vulg. subst.* * Verum quia fideicommissaria posset extendi vltra 20. ætatis annum *d. l. centurio de vulg. subst. & leg. precib. C. de impuber. & alijs subst.* Testator voluit apertius diffinire, quod omnino debeat extingui postquam compleverit dictam ætatem, & ideo expresse voluit, quod tunc possit de hujusmodi sua hæreditate & bonis ad ejus libitum disponere, quam facultatem non dedit in bonis proprijs
34 ipsius filij, * quia nec adimere potuit *l. in re mandata, C. manda. & l. 2 si à par. quis fuerit manum.* Et ideo ex his verbis non potest capi aliqua conjectura, quod substitutio sit restricta ab bona testatoris quia salua pupillari substitutione, possunt sortiri illum effectum ad quem fuerunt pronunciata, vel saltem hujusmodi cõiectura est admo-
35 dum levis * In omnibus autem prædictis decisionibus substitutio ad bona testatoris fuerat restricta ex verbis quibus erat concepta, & mens testatoris erat certa, ita vt ex probabilibus etiam conjecturis non posset excludi, vt in *d. Firmana & alijs* dictum fuit.

Secundo etiam respondetur quod substitutio in casu proposito facta est his verbis, substituit, &
36 succedat, † quę quidem sunt cõmunia, vt dictum est, sed cũ hoc verbum succedat refertur ad bona intelligitur obliquũ, cũ verò refertur ad personam, vt in casu proposito, ibi cui substituit, & succedere voluit, intelligitur directum, & ideò nõ potest intelligi substitutio fideicommissaria, sed pupillaris si filius decesserit in pupillari æta-
37 te, vt est cas' in *c. si pater. de test. lib. 6.* & ita distinguendo declarat *Bal. in l. vlt. n. 17 vers. idem dico. C. de sacr. eccles. & Raph. Fulgos.* in proprijs termi-

nis consuluit in *consil.33 incip. Titius in testam. in*
versi sunt autem, & sequitur *Lanfra. de Oria. in l.*
conturne, n. 4 & Rip. n. 159 de vulg. substit.
Non obstat quod in *c. si pater de test. lib. 6* Pauperes
38 Christi erãt substituti *Quia in casu etiam pro-
posito Archihospitale Incurabilium, & sic pau-
peres Christi sũt substituti, tametsi illa decretali
non sit fundata in fauorem piæ causæ, sed quia in
substitutionib. semper sit interpretatio facienda
(dummodo sicut in casu proposito eorũ verbis,
& personis conueniat institutis) vt substitutio
directa intelligatur potius quàm obliqua, quam-
uis matri superstit, vt in ea expressum est.
Ex his ergo manifestè apparet hanc substitutionem
intelligendam esse pupillarem, cũ filius decesse-
rit in pupillari ætate, & verba non repugnent,
sed conveniant directæ substitutioni.
Sed supponendo sine veri præjudicio nos in casu
39 dubio versari, certè hujusmodi substitutio† de-
bet recipere interpretationem ex conjecturis.
In proposito autẽ plures concurrunt conjecturæ,
quod testator per directam pupillarem substitu-
tionem voluerit matrem ipsam excludere.
Prima est quod piam causam substituit, quæ exclu-
40 dit favorem matris *c. si pater de testam. lib. 6.
Secũda est conjectura, quod testator magis dilexit
piam causam, quam matrem pupilli: nã vxori le-
gavit id quod ei adimere nõ poterat, hoc est do-
tem, donationem propter nuptias, & scuta cen-
tũ, quæ ab ea recepit, & acconciũ prohibuitque
41 †vt nihil amplius petere possit, & tamen filius
decesserit intra 20 ætatis annũ sicuti decessit, &
substitutio Archihospitalis locum habeat, plura
etiam legata reliquit ad pias causas, igitur fauor
matris ex verisimili testatoris voluntate non po-
test ei adversus piam causam suffragari.
Tertia accedit etiã vehemens conjectura, quod te-
42 stator filium suum † quamvis esset ætatis duorũ
mensium noluit ab ipsa matre gubernari, sed à
muliere eligenda à tutore dato in testamento, &
specialiter prohibuit, ne ipsa mater possit quo-
quo modo dictam mulierẽ electam impedire, i-
gitur fauore matris, quam testator odio habuit,
vel saltem non dilexit, neque de ea confidit, non
est intelligenda substitutio fideicommissaria, sed
directa pupillaris, per quam omnino excluditur.
Quarta etiam accedit conjectura, quod mater ipsa
vt mihi in facto propositum est, intra annum lu-
43 ctus ad secundas nuptias convolavit, * ex quib.
animus testatoris contristatur *§ qua verè sequitur*
causa. & § ars igitur videntes, auth. de nupt. Æmil.
consil. 316 n. 2 in fi. Ang. in l. x § prim. n. 2 in fi. de
vulg. subst. Corn. cons. 322 n. 4 vers. item in casu isto,
lib. 3 & consi. 28 n. 3 vers. 2 quia dicta mater, lib. 4 cũ
44 alijs per me deductis *li. 6 tit. 15 n. 28 de comedi.*†
& licet ista conjectura sola non possit sufficere
vt à me *ibi n.* 28 & 29 dictum est, tamen conjũ-
cta cum alijs superius inductis perspicuã reddit
voluntatẽ testatoris, quod voluerit matrẽ pupil-
li excludere per pupillarem substitutionem, cui
consequens est, vt eidem legitima nõ debeatur.

EPITOME.

Repetitio quãdo concedatur si causa propter quã fuit judicatũ devenit ad non causã ¶Et an tunc licitum sit impugnare sentẽtiam etiã in judicio executiuo. ¶Exceptio dolo facis petere quod restituturus es quando possit opponi, & detur officium Iudicis. ¶ Ignorantia præsumpta an sufficiat vt dicatur constare de impedimento. ¶ Restitutio in integrũ an sit danda ex clausula generali si qua mihi. & quid operetur lapsus quadriennij, & an incipiat currere à die læsionis, seu scientiæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata pro maiori summa est in totum nulla quamvis excessus sit modicus.*
2 *Causa propter quam fuit judicatum, si devenit ad non causam facit vt detur repetitio.*
3 *Exceptio, dolo facis petere quod restituturus es, validè opponitur contra sententiam, & in judicio executiuo, n. 8. Amplia n. 4 & 6.*
5 *Solutio quando ex noua causa retractetur.*
7 *Retentio facilius conceditur quàm actio.*
9 *Restitutio in integrum conceditur adversus rem judicatam ex generali clausula si qua mihi. Et quid siante lapsu quadriennij, & an incipiat currere à die læsionis, seu scientiæ, n. 11.*
10 *Ignorantia etiam præsumpta sufficit, vt dicatur constare de impedimento ad effectum restitutionis.*
12 *Tempus à principio vtile debet currere scienti non ignoranti.*
13 *Officium Iudicis datur contra eum, qui sine iusta causa detinet rem alterius, vel cum iactura alius locupletatur.*
14 *Sententia non dicitur impugnari cum asseritur illam corruere ex defectu causæ.*
15 *Exceptio rei judicatæ non consideratur quando agitur ex noua causa superveniente.*

Caput CCCCVIII.

Rem judicatam, de qua agebatur, dixi nõ ob-
stare. Etenim constabat de euidẽti nullita-
te, & iniustitia sententiæ latæ pro maiori sum-
1 ma, quod efficit, † vt stante huiusmodi excessu,
illa sit in totum nulla, quãvis etiã excessus sit in
modico *Castr. in l. si non fortem. § si centum, n. 2 &*
ibi Jas. n. 1 de cond. indeb. Rot. divers. dec. 220 n. 1 p.
2 Alex. in l. vlt. in gl. fi. de jurisd. om. jud. Nat. cõsi.
631 n. 37 Put. dec. 323 lib. 1. cum alijs decisionibus,
quas adduxi supra *c.*
Secundo, Nam causa, propter quam fuit lata sentẽ-
tia, devenit ad non causam stãte productione in-
2 strumentorum, *ex quibus colligitur adesse vere
societatem officij, quamvis in sententia præsup-
poneretur illã non extare, quod facit, vt non at-
tendatur sententia, neq; res judicata, cum de ea
nõ agatur, sed de cessatione causæ, & de jure su-
perveniente post sententiam, ex quo insurgit æ-
quitas concedens repetitionem *Gl. in l. Iulianus,*
in verb. absolutio. vbi Bar. n. 9 versi. respondeo. Jas. n.
12 & 17 Cast. n. 10 de cond. indeb. Idem Cast. in l. e-
leganter, in prin. n. 9 ff. eod. tit. Felin. in c. suborta, 2 &
col. 8 ad med. versi. dicit tamen, n. 10 & 11 de re jud.
Rom. consi. 89 n. 15 ad med. versi. quinimo secundum
eum, lib. 1 Surd. consi. 298 nu. 18 & latius *consi. 268*
n. 15 Alex. consil. 69 n. 9 lib. 3 Vbi addit. intelligit
dummodo fateatur se debuisse, secus si vellet
probare nunquam debuisse.
Tertio, Quia non obstante sententia semper potest
3 opponi exceptio dolo facis petere, *quod resti-
tuturus es *l. dolo facit. ff. de dol. exceptio.* quæ quidem
exceptio

exceptio potest opponi etiam in iudicio executiuo quando non requireret altiorẽ indaginem,
vt hic *l.2 C.de ad.ct.diu. Adrian.toll.* & non solũ
4 † quando debet fieri restitutio recipienti, sed etiã
quando alteri, qui tamen recipienti restiturus
est, *l.si donationis, § fin.de condict.ob caus. Bart.l.si
socer, § Lucius, ff.sol.matr.* Quod propriè est in casu nostro, quia si executio sententiæ fieret, posset
semper quis repetere per condictionẽ sine causa.
Nam licèt illa solutio fieret ob causam senten-
5 tiæ declarantis tale debitum. † Tamen postquam
noua causa superuenit, potest retractari dicta solutio tanquam redacta ad non causam, ideo vt
euitetur circuitus, poterit recta via talis exceptio dolo facis opponi, adeo vt quamuis petens
huiusmodi debitum non fecerit à principio do-
6 lo, quia potuit ignorare existentiam officij, † nihilominus si hodie, cum sciat perseueraret, dolò
faceret, ita in specie late concludit *Castr. consilio
257 in causa qua vertitur Parmæ, col. 3 in fine versiculo remanet ergo desinsata. numero 3 & 4 libro 2.*
Et cum ex prædictis detur repetitio eius, quod solutum est, multo magis impedietur executio, & dabitur, compensatio, seu retentio, antequam sol-
7 uatur, † cum illa facilius sit concedenda, quam
actio *l. per retentionem, C.de vsuris l.2 C.de fideicommiss. Aym consi.148 n.2* & in terminis ita con-
8 cludit. † [Bald. in l. sub specie, 4 post med. ver. modo quarto, nu.3 C.de re iudic. Cast.consi.257 col.
4 in princ. v. & isto modo intelligendo, nu.4 ad
med. li.2 Felin. in c. suborta col.8 ad fi. v. & si non
fuit adhuc solu. n.10 post med. de sentẽ. & re iud.
Quarto debet dari etiam restitutio aduersus rem iu-
9 dicatam ex generali clausula † si qua mihi, &c.
[Bald in l.1 n. 4 post med. C.de cond. Indeb. Bart.
in l.1 n.4 C.de sent. aduers. fisc. Ang. & Imol. in l.
imperatorea, de re iud. Iusta autem causa adest
propter ignorantiam, ob quam non potuerunt
produci iura, ex quibus apparebat de existentia
societatis negatæ quę ignorantia sufficit, vt dicatur constare de impedimento ad effectum resti-
10 tutionis, & retractationis sententiæ, † etiam si
ignorantia sit præsumpta, late *Cephal.* qui de verissima opinione testatur [consi.180 n.32 & 33 *li.2*
Alex consi.84 nu.3 li.1 Roman. consi 477 in fine
cum alijs per Surd. consilio 268 n.18 libro 2 Osasc decisione 69 n.26. Marsil. sing.129 numero 1
Neque obstat prætensus lapsus quadriennij, per
11 quod denegatur restitutio [† Glos. in l. agnitis, de
exceptio. Vant de nullit defect. process n.34 Bal.
in l. querela, C. ad l. Cornel. de falsis Castr. & alij
in l. Diuus, de re iudic.) quia illud non incipit
currere à die læsionis, & sententiæ latæ, sed à
12 tempore scientiæ ipsius læsionis, cum † enim tale
tempus sit à principio vtile, debet tantum currere scienti, & non ignoranti, *Bald. in l.3 C. si ex
fals. instrum. Alex. cons.71. ad fin. n.7 li.1 late Becc.
consilio 50 n. 4 Ruin. cons.68 in fine num.25 li. 1* cum
alijs per *Cephal. cõ.180 n. 26 vsq; ad 31 li.2 Surd. cõ.
268 n. 19 & 20 li.2 Vestr. li.4 t.4 nu.11.* Quidquid
ibid. Granat. nu.34 velit currere à die læsionis.
Quinto, & vltimo competit officiũ iudicis aduersus dictam rem iudicatã, & sententiam tanquam
13 generale remediũ, † quod datur contra eum, qui
sine iusta causa detinet rem alicuius: vel cum eius
iactura locupletatur *l. si me & Titio. ff. si cert. pet.
Host. & Io. Andr. in c. bona, de appellat. Menoch. de
recuperand. possess. remed. 4 per tot. Bero. consilio 44
numero 3 lib.3 & consilio 59 numero 23 eodem libro.
Nat. con.332 n.12 Surd. con.268 lib.2 n.21 & 21.*
Quę omnia dicta sunt ad abundantiorem cautelam,
cum solum sufficeret, quod talis res iudicata non
obstat, tanquam cessauerit causa, ob quam senten-
14 tia fuit lata, cum appareat de existentia officij, †
neque impugnetur sententia, sed asseratur illam
corruere ex defectu causæ *Tiraq. cessan. caus. p.1 n.
21 & 232 & de retr. lignag gl.7 § 8 n.3 & 4.* Et ideo
15 exceptio rei iudicatæ non consideratur, † quando
agitur ex noua causa superueniente *l. si fullo, de
condict. sin. caus. l. in commodato, § si. ff. commod. Doct.
in l. Iulianus, de cond. indeb. cum alijs supra allegatis. Surd. latè consilio 268 n.16 vsque ad 30 libro 2.*

EPITOME.

Renũciatio generalis iurata an sufficiat in exceptione cedendarum. ¶ Tutor quando dicatur
contumax non administrando, & an debeat præcedere iussus Iudicis pręcipientis vt administret.
¶ Insinuatio an sit adhibenda in liberatione debitorum etiam ex causa meritorũ in genere, & debiti non liquidi, & pacto de non petendo, renunciatione iurium, cessione, vel similib. dispositionibus gratuitis. ¶ Exceptio cedendarum an sit exclusa per statutum tollens omnes defensiones, &
quid in muliere & pupillo, & aliis remittentibus
pignus, seu liberantib. vnum ex fideiussoribus, &
stante clausula renunciationis omni legum auxilio. ¶ Iuramentum quando suppleat defectum insinuationis. ¶ Decretũ Iudicis an sit interponendum probatis & excussis causis in scriptura separata, & quo casu habeat præsumptionem iustitię.
¶ In constitutione procuratoris facta per mulierẽ ad aliquid specialiter faciendũ, si interueniat
solemnitas, an sit amplius adhibenda, cum postea
contrahitur. ¶ Fideiussio quando censeatur præstita contemplatione mutui periculi, ita vt obstet
exceptio cedendarum, si creditor vnum ex fideiussoribus liberauit, & an in liberatione possint
reseruari iura faciendi cessionem contra fideiussorem liberatum. ¶ In concernentibus solemnitatem contractus, an debeat attẽdi statutum loci
vbi actus geritur, ¶ Mulier Domina loci an debeat obseruare solẽnitates per statutũ requisitas.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio cedendarum nunquam dicitur exclusa, quamuis per statutum tollantur omnes exceptiones, & defensiones, etiam si opponatur post sententiam, & in executione illius, & licet sit inops is contra quem est facienda cessio, numero 2.3 & 4.*
5 *Per clausulam renuncians omni legum auxilio non tollitur exceptio cedendarum actionum.*
6 *Renunciatio specialis requiritur in exceptione cedendarum, neque sufficit generalis, quamuis esset iurata, numero 7.*
8 *Iuramentum non trahitur nisi ad illos casus, ad quos traheretur renunciatio non iurata.*
9 *Creditor remittens pignus, vel liberans vnum ex fideiussoribus repellitur ab agendo, tanquam non possit cedere iura culpa sua. numero 13.*
10 *Conditio cessionis iurium tacitè inest obligationi, & impedit executionem.*
11 *Exceptio cedendarum obstat etiam mulieri in dotẽ sua.*

12 *Fideiussor non tenetur mutata causa & actione.*
14 *Pupillus liberans vnum ex tutoribus repellitur exceptione cedendarum. Fallit in tutore doloso, n. 15.*
16 *Dolus in emittendo considerat in vno ex tutorib. contumace, & non administrante.*
17 *Tutor dicitur contumax si non administrauit, neque in hoc requiritur praecipium Judicis, vt mandet illum administrare tanquam sufficiat quod lex praecipiat. Intellige vt numero 18*
19 *Insinuatio requiritur in liberatione debitoris, & ex causa meritorum in genere, & debiti non liquidi, pacto de non petendo, renunciatione iurium, cessione, vel simili dispositione gratuita, numero 20 24 & 25.*
21 *Causa est probanda, ob quam fit remissio iuris ad hoc vt non requirat insinuationem.*
22 *Liberatio sine causa quando valeat.*
23 *Liberatio dicitur donatio.*
26 *Iuramentum supplet defectum insinuationis, numero 27 Intellige vt n. 28 & 29.*
30 *Decretum Iudicis est adhibendum probatis, & excussis causis, & in scriptura separata. Fallit de consuetudine, n. 31 quamuis etiam negotium esset graue, numero 32.*
33 *Decretum Judicis habet praesumptionem iustitia. Fallit quando constaret de lesione etiam per coniecturas, ne dum per apertas probationes, numer. 34 & 35.*
34 *In constitutione procuratoris facta per Mulierem ad aliquid specialiter faciendum, si interueniat solemnitas per statutum requisita, non est amplius adhibenda quando postea contrahitur, secus in mandato generali ad contrahendum, numero 45.*
37 *Fideiussio quando censeatur facta contemplatione mutui periculi, ita vt obstet exceptio cedendarum, si vnus fideiussorum liberetur, n. 38 & 44.*
39 *Creditor liberans confideiussorem an possit reseruare cessionem faciendam aliis fideiussoribus contra confideiussorem liberatum, & n. 40.*
41 *In his quae concernunt solemnitatem contractus attenditur statutum loci vbi actus geritur. Intellige vt numero 43.*
42 *Contractus gestus per mulierem Dominam loci non requirit insinuationem, nec alias solemnitates statuti.*

CAPVT CCCCIX.

PLura dubia in casu proposito adsunt, quae sigillatim ex infrascriptis conclusionibus videntur posse resolui.

Primo, Exceptio cedendarum nunquam videtur à statuto exclusa, quamuis disponat nullam exceptionem posse opponi contra instrumētum guarantigiae, & tollat omnem defensionem, † cum illa
1 descendat ex eodem fonte, & insit ipsi petitioni [Felin. in c. ex parte. il. 2 quod est 13 col. 5 in prin. ver. decimo fallit, n. 12 de offic. deleg. Bald. Ruin. Barb & alij per Mars. sing. 7 cōmuniter per Italiā n. 1 late Mat. Coler. de process. execut. p. 4 c 1 nu. 106 & 107 fo. 749 Carp. super constitut. Mediolā c. 42 n. 191 Mass. ad oblig. carmer. particul. 4 q. 2 Asin, in prax. § 31 c. 155 n. 1 Franc. dec. 662 nu. 7
2 parte 4] vbi † etiam multa, quod huiusmodi exceptio potest opponi post sententiam, & in executione illius, quāuis etiam esset inopsille, contra quem esset facienda cessio, neque enim considératur, quod nō suppetant facultates, cū in futurū
3 possint acquiri, † maximè quia cessio est iuris vnde nō est considerãda inopia [Bald. in l. 1 § fi. col. penult. v. quid dicemus, C. de vsur. rei iudic. Pract. Papiē. in form. libell. in act. hypothec. col pen. vers. quid si ille. n.

Et in specie census, de quo agimus, vt contra illius
4 executionem possit talis exceptio opponi *Grass.* † qui de communi tēstatur *de exceptione c. 10. nu. 15 post Milanes. Petrum Gregor. Intrigliol. & alios ibi per eum adductos.*

Secundo, Per clausulam renuntiationis omni legum
5 auxilio, vel similem † nunquam tollitur dicta exceptio cedendarum actionum iuxta opinionem magis ęquam veram, & receptam, de qua testatur *Bertazzol. claus. 40 glos. 6 n. 2 Dec. con. 99 incip. in*
6 *causa Joannis, n. 3,* † Ideo specialiter erit renunciādum dictae exceptioni, cùm aliàs clausulae generales non sufficerent, *Coler. de process. execut. p. 1 c. 10 nu. 434.* Quamuis etiam in tali renunciatione
7 generali adesset iuramentum † *Grass. de exception. c. 10 numero 40 ante finem post Montan de tutela c. 39 numero 133* contra *Afflict. decisione 82 in fine nu. 13 & ibi etiam Vrsill. in fine numero 13.* Et ita etiam non obstare iuramentum concludit *Rom. con 472 in fine vbi Mandos. in verb. non vltra Mancin. de iuramento pagina 4 effect. 216 numero 11.* Quasi iusiurandum nunquam trahatur, nisi ad illos casus
8 † ad quos traheretur renunciatio non iurata, cum illud habeat vim specialis dispositiō. in eo quod consentitur, non in casu in quo non fuit cogitatum, late *Alex.* qui de communi opinione, & in praxi seruanda testatur *cō. 28 visis & accurate, col. pen. ad fi. v. nō obstat quod interuenerat, n. 12 libro 1.*

Tertio, Si creditor remiserit pignus, vel vnum ex fideiussoribus liberauit, semper repellitur ab a-
9 gendo, † quia propter suam culpam non potest cedere iura *l. Stichum aut Pamphilum, § si creditor, ff. de solut. Papien. in forma libell. act. hypothec. ad fi. in verb. cedentem, n. 2.* cum tacitè insit talis conditio obligationi, sine qua se non obligasset debi-
10 tor, † ideo impedit executionem *Coler. de process. execut. p. 4 c. 1 n. 106 & 107 fol. 749.* Cum etiam videantur fideiussores fideiubere ratione mutui periculi, quo casu etiam mulieri in dote sua ob-
11 stabit exceptio cedendarum, * quasi tunc sit in culpa remittendo pignus, aut liberando vnum ex fideiussorib. cum alias non fuisset facta fideiussio, nisi contemplatione alterius fideiussoris, & bonorum quidquid in aliis casibus mulieri non opponeretur talis exceptio, & semper eius iura remanerent illaesa, provt cum dicta distinctione transeunt omnes Doctores, de quib. per *Grass. de exception. c. 10. nu. 30 & 31. post Cennan. in tract. de pact p. 1. c. 6 nu. 100. Rom. cons. 472. v. t. in fine.* Prae-
12 sertim † quia fideiussor nunquam tenetur mutata, & variata actione, vel causa *Surd. decis. 212 vin 2. post Roland. cons. 58. numero 20. libro 1.*

Et generale est, vt in omnibus similibus dispositio-
13 nibus obstet ista exceptio cedendarum, † vnde vno ex correis liberato per creditorem poterit per alium correum conuentum dicta exceptio opponi etiā in executione sentētiae late *Frā. dec.*
14 *662 n. 1 & 2* † Immo etiā si pupillus vnū ex tutorib. liberasset, alter contra eum posset opponere dictam exceptionem cedendarum *Bart. in l. pupillus, oppos. 2. de admin. tut.* Quia cum pupillus adultus factus non possit actiones cedere, ęquum est, vt à iudicio repellatur *Curt. Iun. in l. 1. nu. 70 C. de trans-*

transact. dummodo † non simus in tutoribus dolosis, quibus non competit beneficium cessionis,
16 quamuis dolus esset in omittendo. † sc. quando vnus ex tutoribus contumax, & non administrauit *l. si plures § fine de administr. tut. Gl. in l. 1 § nūc tractemus de tutel. in v. vlla societas. & ibi Bart. nu.*
17 † Ita vt hoc casu contumacia dicatur contracta ex eo solum, quod tutor non administrauit absq; eo quod non interuenerit præceptum iudicis, quia non requiritur tale præceptum, vt iudex mandet administrari, & quod in illius contemptum non administretur, cum hoc verbum contumacia possit referri tam ad inobedientiam iudicis, quàm etiam legis præcipientis, quod tutor teneatur administrare tutelam ei relictam, quan-
18 do iustam excusationem non habet, † quidquid aliud sit in actibus in quibus est necessarius iussus iudicis, vt quis administret, nam in istis sola cessatio ab administratione non induceret talem contumaciam *Franc. dec* 662 *n.* 12 *vsque ad* 17 vbi ita intelligit *Purpur. in l.* 1 *col.* 11 *n.* 32 *C. de transact.*
Quarto in liberatione debitoris, & pacto de non
19 petendo, seu renuntiatione, aut remissione, † quę fit alicui bonorum, seu iurium super eis existentium, vel cessione, & similibus dispositionib. gratuite factis requiritur insinuatio secundùm magis communem opinionem, quidquid alij contrarium sentiant, de qua per Doct. in lege si creditor. vbi Ias. in prin. C. de pact. Ruin. cons. 133 n. c. li. 4 Clar. in § donatio. q. 6 v. idémque si sit facta cess. n. 4 Curt. Iun. cōs. 126 ante fin. Calcā. cons. 25 n 21 v. sed potest. *& voluit Gl.* in lege si quis obligatione. 115 vbi Dec. in fine n. 7 & ibi Add. in v insinuatio ff. de reg. iur. Alex. cōs. 137 in causa & lite ad fi. v. imo etiā si expresse n. 28 lib. 2 & in l. si mulier. in princ. ff. de cōdict. ob caus. datorum *cum alijs late per* Carpā. super constit. Mediol. c. 314 n 17 vsque ad n. 28 Couar. lib. 2 var. resol. c. 4 n. 8 Rebuff. de donat. insinuāda art. 1 gl. 1 n. 7 to. 2 fol. 369 *vbi de communi* Doctor. in lege mode-
20 stinus, de donation. † & in remissione, seu liberatione gratuita facta per verba directa, quod requiratur d. insinuatio latè cōcludit *Canar. de insinua. par.* 2 *q.* 13 *n.* 17 *&* 18 *to.* 2 *par.* 2 *fol.* 278 vbi etiā
21 quod debet probari causa, † ob quā fuerit facta ad hoc, vt non sit insinuanda, nam quamuis liberatio sine causa valeat *l. tale pact. in prin. ff. de pact.*
22 † tamen procedit, quādo fit ab eo, qui potest donare, aliàs sine causa nō valet *l.* 1 *C. de apoch. publ. lib.* 10 sed sine insinuatione quis nō potest dona-
23 re, vnde neque poterit liberare, † cùm liberatio sit donatio, *l. si mul. ff. de condict. caus. dat. Cā. de insin. d. q.* 13 *n.* 18 *parte* 2 vbi *n.* 15 idem concludit in liberatione ex causa meritorum in genere, cum ex
24 hoc non probentur merita, † quasi ex tali incertitudine generetur obscuritas *l. si donatio. C. de collat. auth. vnde si parens. C. de inoff. testam. l. si forte. de castr. pecul.* Quæ etiā ampliantur ad remissionem, seu liberationem factam debitori de debito non
25 liquido † quod neque tutor, curator, aut administrator poterit remittere, cùm semper satius sit rem suspensam relinquere, quam ius ipsum gratis remittere, quasi prosperior fortuna possit succedere, quæ probationes suggeret, cum etiam dubius iuris euentus, de quo non liquet, si alicuius æstimatio. ideo non mirū si etiā in eo requiratur insinuatio, quod tamē erit in arbitrio iudicis, qui consideratis circunstātiis facti, & rei litigiosę iudicabit de validitate, seu nullitate talis remissio. iuxta adducta per *Tiraq. in l. si vnquā in verb. donat largitus n.* 198 *vsq; ad n.* 202. *C. de reuoc. donat.*
Quinto, in istis remissionibus factis ex causa donationis gratuitæ excedentis summam quingento-
26 rum aureorum, † si adsit iuramentum, suppletur defectus insinuationis, vnde quia passim in huiusmodi contractibus solet apponi iusiurandum; ideo videtur non esse tractandum amplius de insinuatione. Ita in specie similium remissionum concludit *Cagnol. in l. si quis obligatione.* 116 *n.* 4 *&*
27 *5 de reg. iur.* † Prout generaliter valet donatio iurata absque insinuatione secundum magis communem sententiam, de qua per *Alex. cons.* 4 *col. pen. ad fi. n.* 10. *lib.* 1. *Imol. & alij in c. cū contingat de iur. iurand. Alex. cons.* 77 *ad fi. Cephal. con.* 3 *n.* 18 *li.* 1 *late Ceual. q.* 222 *n.* 13 *v. sed cōtrariam col. pen. in fi.*
Sexto, Vt iuramentum tollat defectum insinuationis requiritur, quod donans in specie re-
28 nunciet insinuationi † adhibito iure iurando *Corn. con.* 69 *libro* 2 vbi testatur de recepta opinione Canonistarū, & Legistarum *Curt. Iun. con.* 74 *num* 1 *Piat. cor.* 79 *num.* 6 *Clar. in § donatio. qu.* 7 *ver. retenta igitur. num.* 18 quos omnes refert & sequitur *Menoch cons.* 451 *nu.* 18 *lib* 5. vbi quod ita ab omnibus communiter distinguitur *Idem Me-*
29 *noch cons.* 465 *num.* 16 *eod lib.* † Et quod non sufficiat generale iuramentum ad effectum tollendi insinuationem voluit etiam *Castr. in l. si quis pro eo. col. vlt. de fideiussor. Rom. in l. modestinus. de don. Canar. de insinuat. q* 30. *Gabr. de donation. conclus.* 1 *num.* 69. Quæ tamen intellige iuxta ea quę dicam infra *capite* ....
Septimo, Quamuis decreta, quæ interponuntur in contractibus mulierum debeant adhiberi pro-
30 batis, † & excussis causis, & in scriptura separata *l. minorum. C. de præd. min. Men. de recuper. remed.* 15 *numer.* 148. Tamen de consuetudine sufficit, quod in huiusmodi contractibus interuenerit præsentia consanguineorum, de quorum consilio fiunt alienationes, à quibus præsumitur, iudex habuisse
31 informationem † præuio eorum iuramento circa vtilitatem, & necessitatem contractus, ex qua relatione saluantur omnia decreta, ita vt non sit aliter facienda scriptura separata de huiusmodi causæ cognitione *Imol. cons* 99 *num.* 6 *Alex. con.* 80 *n.* 10 *&* 11 *li.* 5 *Gabr. de sent. cōcl.* 5 *n.* 34 *Put. dec.* 34 *libro.* 1 *Ruin. con.* 41 *in fine li.* 5 & multa adduxi
32 *sup c.* 153. † Quod procedit in negotio quantumuis graui, cū sēper præsumatur habita informatio de veritate causæ, quamuis in scriptis non redacta à consanguineis stante dicta consuetudine, per quam potest tolli ius positiuum contrarium disponens, vt latissimè concludit *Surd. deci.* 334 *numero* 3 *vsque ad numerum* 23 *pagina* 2.
Octauo, Licèt decretum habeat præsumptionem pro se, ita vt præsumatur interpositum ex iusta, &
33 rationabili causa, † & cum interuentu omnium solemnitatum requisitarum *Alex. in l. sciendum n.* 26 *de ver. obligat. Soc. con.* 15 *column.* 11 *ad med. lib.* 1
34 Tamen quando verè constat de læsione, † tunc contractus est nullus, & rescinditur non obstante decreto Iudicis *Castr. con.* 134 *contra superius. column.* 1 *sub numero* 2 *ver. nec obstat. li.* 1 *Ruin. consi.* 98 *nu.* 34 *lib* 1 *Honded. con.* 29 *nu.* 52 *& consi.* 32 *nu.*
35 *lib.* 1 *Cephal consi.* 344 *nu.* 13 *lib.* 3. † Quod non solum intelligitur per probationes apertas, sed etiā per alias coniecturas, & præsumptiones *Spec. de*

empt.& vend.§ nunc videndum.versic.& breuiter. Menoc.præsum.75 n.52 & 33 lib.2 Pantal. Cremen. in l.2 n.106 C.de rescind.vend.

Nono,In cōstitutione procuratoris facta per mu-
36 lierem ad aliquid specialiter faciendum, † si intervenit solemnitas à statuto requisita,non opus est postea illam adhibere , quando procurator contrahit,quidquid aliud sit in mandato generaliter & simpliciter facto ad contrahendum, tūc enim est seruanda solemnitas statuti,cùm illi nō fuerit satisfactum,prout quando specialiter super re particulari fuit constitutus procurator cū solénitatibus,quasi tunc interuenerit plena discussio,quæ non cadit in generali mandato *Socin. in l.1 § item acquir.n.18 de acquir.poss. post Fedar. consi.95.* & esse veriorem distinctionem testatur *Bertaz.cl.7 gl.16 n.10 ad med.Tiraq.de legib.connub.l.vlt.gl.5 n.196 & 197 Simoncel.de decret.lib. 2 tit.5 n.52 Canale.de tut.nu. 130 Alex.consil.189 viso statuto.col.3 versi.est verum.lib.7.*

Decimo.Cùm à principio contractus debitor pro-
37 mittit omnes fidejussores accessuros,†semper fidejussio postea subsecuta in executionem dictæ promissionis dicitur facta per fidejussores cōtéplatione mutui eorum periculi,quando enim ab initio conuentum est,vt alius daretur,tunc omnes fidejussores videntur simul dari,&obstat exceptio cedendarum, sicut quando dantur simul *Bar.in l.si stipulatus esses à me.16 § si ex duob.ante fi.ver.quam vera est.nu.3 ad med. de fideiuss.& ibi Castr.in fi.ver.secus si fuisset actum.de secundo in 4 casu Neguss.de pign.3 n.5 p. col.5 in 5 fallent. versic.*
38 *quod tamen intellige & declara,nu.36 ad fi.*† & ita concordantur sequentes contrariam opinioné, debent enim intelligi, quando vnus solus intercessit non sperans alios intercessuros,& per cōsequens non sperans periculum cum alio communicare,talis enim nō habet beneficium diuisionis,vel simile *Rot.coram R.P.D.Litta Auximana fideiuss.1.Junij.1598. Salic.in l.2 in pr. versic. quintam conclusionem.C.de fideiuss.*& declarat etiam *Imol.in c.si plures.28 in pr.ver.sed tu dic quod dictum aliorum.n.1 ff.eod.tit.*

Vndecimo.Creditor si in instrumento liberationis confideiussoris reseruauit sibi jura contra alios
39 fidejussores† nō potest prætēdere,quod reseruauerit jus faciendi cessionem alijs fidejussoribus contra fidejussorem liberatū,cùm enim simul fidejusserint videntur facti socij,& per consequēs vnus contemplatione alterius dicitur obligatus &sub spe cessionis,vnde talis protestatio seu reseruatio creditoris liberantis vnum ex fidejussoribus non iuvat,& contra eū datur exceptio cedendarum,quidquid aliud sit quando non essent socij,& vnus non esset obligatus contemplatione alterius Castr.cons.458 quando credit.liber.
40 post.med.ver.2 ratio est lib.1 † & ista est verior opinio,quamvis contrarium aliqui tenuerint,vt per Affl.dec.182 in fi.nu.14.licet neque ipse firmet,sed cogitandum esse asserat.

Duodecimo.In his quæ concernunt solemnitatem
41 contractuum attenditur statutum loci,† vbi actus geritur Bar.in l.cunctos populos.n 13 vers. nunc veniamus.C.de sacr.Eccl.Abb.cons. 53 col. 1.in fi.n.3 li.2 Caput.dec. 283 p.1 cùm patia sint forum sortiri,& statutis ligari Soc cons. 79 n9. li.4 Rui.cons.200 n.4 li.2 Surd. cons.575 nu.34
42 li.4 †Intelligēdo in statuto nō inhabilitāte personā contrahentis, sed in eo quod dat formam, aut certam solemnitatem requirit,quando enim statutum non est prohibitiuū absolutè,sed ratione certæ solemnitatis requisitæ non interueniētis,tunc nunquam dispositio talis statuti extenditur extra territorium., quia respectu solemnitatis seruādæ inspicitur locus contractus,nō autem locus,ex quo est persona contrahens.ita declarat Aret.cons.73 diligenter & maturè cōsideratis col.3 ad fi.vers.his ergo præmissis:& ita intelligēdus est Gab.con.169 n.57 li.1 vbi loquitur de statuto circa rē,&inhabilitāte personas fauore Reipublicæ,& voluit etiā Bal.cons. 744 sta-
43 tutū est in ciuit.n.1 ad fi.li.4 †& concludūt omnes de quib.per Lamber de contract. mulier.ad fi.ti.q.68 n.216 quem sequitur Rot. dicens melius omnium loqui in hac materia coram R. P. D.Litta Romana hæreditatis.14.Martij.1603.

Ex prædictis colligitur quòd stante liberatione facta per mulieré vnius fidejussoris,obstaret exceptio cedendarum . cùm non sit ei specialiter renunciatum per fidejussores,neque illa censeatur sublata per statutum rejiciens omnem exceptio-
44 nem,& defensionem,† quamvis etiam adesset juramentum , & creditor sibi reseruauerit jura contra alios ob rationem mutui periculi contéplati per simul obligatos vt in 1.2 3.10.& 11. *conclusione.* Verum quia liberatio, de qua agimus, præsupponitur esse sine insinuatione tāquā nulla non considerabitur dicta exceptio cedendarum,licet etiam prætendatur juramentum quod non tollit defectum insinuationis, nisi quādo ei esset in specie renunciatum,vt in 4.5.& 6.*cōclusione*,ita vt neq; obster decretū judicis,cūm contra illud appareat de læsione mulieris,quæ semper excluderetur ab omnibus fideiussoribus per dictam exceptioné cedendarum,si liberatio valeret , Vnde ob euidens præiudicium, decretum nihil operatur , quamuis alias præsumendum sit pro eo,vt causa cognita fuerit interpositum licet nō adsit scriptura separata,vt in 7.& 8.*conclusio-*
45 *ne*,†Quare neque erit attendendū,quod valide contraxerit procurator absque solemnitatibus, cùm satis sit illas fuisse seruatas per mulierem in
46 loco cōtractus,vt in 9 & 12.*cōclusio.*† Nisi fortè essemus in Muliere Domina loci, quia tūc talis liberatio,& contractus gestus per eā non requireret insinuationem, neq; alias solemnitates *Tiraq.de Nobil.c.37 n.51 Ceuall.q.222 nu.9.*quamvis isti loquantur in Principe.vnde esset videndum an idem sit in vxore Principis , de quo tamen modo non quæritur,& hæc breuiter dixisse sufficiat , cùm temporis angustia non sinat plenius omnia tractare.

EPITOME.

Ecclesiastica sepultura , an concedatur decedenti in duello si ostendat ante obitū signa pœnitentiæ, & sumpserit viaticum. § Excommunicatus qui decedit ante absolutioné si moriens ostendit signa contritionis an absoluatur post mortem,& in Ecclesia sepeliendus sit § Ex facto alterius quando quis debeat puniri.

SVMMARIVM.

1 *Decedēs in duello debet carere Ecclesiastica sepultura, quamvis ante obitum ostenderit signa pœnitentia,*

*tantia,& etiam si confessus,& communicatus obi-
ret, numero 3 & est casus specialis, numero 4 &
13 & de ratione, numero 9 & 18.*

1 *Sepultura vilis non obest mortuis quoad animam, nec
prodest pretiosa.*

5 *Excommunicatus qui decedit ante absolutionem si
moriens ostendit signa contritionis absoluitur post
mortem, & in loco sacro sepelitur.*

6 *Ecclesia non denegat sepulturam his, quos in vita fi-
ne pœnitet.*

7 *Duellantibus pœnitentibus non denegatur viaticum.*

8 *Sepultura Ecclesiastica est minor Eucharistia.*

10 *Ex facto alterius quando quis punitur.*

12 *Vsus duellorum detestabilis in quorum abominatio-
nem multa specialia permittuntur, quæ alias non
concederentur.*

CAPVT CCCCX.

COmmittentes duellum, & in cōflictu dece-
dentes, quamuis ante obitum ostenderint
1 signa pœnitentiæ † debent carere ecclesiastica se-
pultura, licet enim in decreto *Concil. Trident. sess.
25 c. 19* non exprimatur aliquid de signis pœni-
tētiæ, tamen illa non sufficiunt ad hunc effectum
sepeliendi in loco sacro, cum adsit illa ratio, vt
scilicet viuis consulatur potius, quàm mortuis,
2 hoc est vt viui terreantur, & à talibus prohibitis
abstineant, cum viderint in campis ibidem mor-
tuos sepeliri, quasi mortuis quoad animam non
obsit vilis nec prosit pretiosa sepultura: ita in spe-
cie de duellantibus concludit *Glos. in c. 1 per il-
lum tex. in verb. sepulturā, in fi. & ibi Card. nu. 1 An-
char. in fi. in 3 notab. post Host. in fi. ver. generale est,
de torneament.* quod etiam repetit *Idem Host. in
sum. eod. tit. de torneament. § qua pœna. vers. contra-
3 rium vere sunt, nu 3 Nauar. cons. 1 in fine eod. tit.* † qui
amplius loquitur in confessu, & communicato,
ne dum in eo qui ostendit signa pœnitentiæ, siue
sit prouocans, siue sit prouocatus. Et hic est ca-
sus specialis, in quo denegatur ecclesiastica se-
4 pultura etiam pœnitenti, vt declarat † *Abb. in d.
c. 1 ad fin. vers. nota casum, numero 2.* Prout est in
similibus casibus, de quibus *in capite 2 de raptor.
& in capite ex parte, libro 2 de sepultur.*

Nōobstat, quod excommunicatus, qui decedit an-
te absolutionem, si moriens ostendet signa con-
5 tritionis † etiam post mortem absoluitur, & in
loco sacro sepelitur *c. à nobis, ii. 2 de sent. excom-
munic. Abb in c. fi. de sepult. Nauar. de pœnit. dist. 7
6 c. 2 n. 3 in fi. f.* 840. Prout generale est, † vt nun-
quam ecclesia tollat sepulturam his, quos in vitæ
fine pœnitet, *c. si quis autem de pœnit. dist. 7.* Vnde
idem erit dicendum in istis duellantibus, maxi-
me cum etiam illis pœnitentibus non negetur
7 viaticum, † quasi illud veniat in consequentiam
pœnitentiæ *Host. in summ. de torneamen. § qua pœ-
nam, nu. 3 col. vlt. in princ. ver. si autem quis, & in c. 1
post med. in verb. pœnitentia, eod. tit. per tex. in cap. si
quis de corpore. 26 q. 6 cap. pœnitentes, 50 distinct. c.
quod in te, de pœnit. & remiss.* † Immo multo magis
erit concedenda sepultura ecclesiastica, quæ mi-
nor est eucharistia *cap. Episcopus, dist. 88 lege gu-
bernationem, de vet. nupt. c. oratione, 1 q. 1.*

Quia prædicta procedunt, quando adesset solum v-
nica ratio respectu pœnitentiæ, hic autem adest
alia quoad viuentes, vt magis terreantur ob hu-
iusmodi illicitis pugn. quod facit, vt propter hāc
causam reprehendatur interdum, qui non pecca-
uit, & hanc pœnam incurrat quis ex facto alte-
10 rius † sine sua culpa post mortem obueniente *c.
postquam 13 qu. 2* prout in specie notat *Io. Andr.
in c. 1 post pr. in verb. sepultura, de torneament.* & sic
in hoc casu prohibetur quod minus est ob dictā
11 rationem terroris aliorū, † quamuis maius con-
cedatur, vt concludunt omnes *in d. Ro capite 1 vbi
Host. in fine & in summ. de torneament. § qua pœna,
numero 3.* Neque hoc videri debet rigidum prop-
ter detestabilem vsum duellorum, † in quorum
12 abominationem multa specialia permittuntur,
quæ alias non permitterentur *Gregor. Sayr. in the-
saur. cas. conscientia lib. 3 c. 5 numero 34. Ignat. ad
Diaz. in prax. crimin. Doct. in c. monomachiam 2. q.
5.* Et secundum prædicta ita resoluit sacra Con-
13 gregatio Concilij de mense Octobris 1611. †
Quod videlicet tales careant ecclesiastica sepultura
quamuis ostenderint signa pœnitentiæ.

EPITOME.

Executio obligationis cameralis, seu instrumen-
ti ac sententiæ quando impediatur per exceptio-
nem rei non traditæ, vel non liberè traditæ, vel
pretij non soluti. ¶ Et quid si fuit cognitum de
huiusmodi exceptione. ¶ Et an in hoc obstet re-
nunciatio seu iuramentum & constitutum. ¶ E-
xecutor quando possit cognoscere de nullitate
euidenti. ¶ Traditio mentalis extra conspectū rei
quid operetur. ¶ Exceptio peremptoria requirēs
altiorem indaginem quando faciat supersedere
executionē. ¶ Emphyteota soluens per plures an-
nos censum an possit petere à Domino, vt osten-
dat bona super quibus illum soluit. ¶ Statutum
reiiciens omnes exceptiones, de quibus excep-
tionibus intelligatur, & an excludat officium Iu-
dicis. ¶ Re non tradita an debeatur laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei non traditæ an impediat executionem
obligationis Cameralis, & n. 3. 4. 7. 22. 23 & 24.*

2 *Obligatio Cameralis continet renunciationem cuiusf-
cumque legalis auxilij.*

3 *Traditio mentalis facta extra conspectum rei opera-
tur licentiam capiendi propria auctoritate.*

6 *Possessio est quid facti, & non probatur per verba.*

8 *Emphyteota soluens per plures annos censum potest
petere à domino vt ostendat sibi rem pro qua sol-
uit censum.*

9 *Renunciatio generalis non sufficit vt dicatur renun-
ciatum exceptioni rei non traditæ. Nec aliquid o-
peratur constitutum, & laudimium an debeatur
re non tradita.*

10 *Statutum reiiciens omnes exceptiones non dicitur
renecere exceptionem rei non traditæ. Amplia vt
neque obstet obligatio Cameralis, neque Iuramen-
tum, & quamuis etiam exciperetur de re non li-
bere tradita, numero 11 & 12.*

13 *Exceptio rei non traditæ an impediat executionem
sententiæ, & numero 16 & 19.*

14 *Bartolus appellatur à Baldo Doctor modernus.*

15 *Venditor condemnatus tradere rem venditam an pos-
sit opponere in executione quod pretium non fuit
solutum.*

17 *Sententia & Iuramentum æquiparantur.*

18 *Executio instrumenti an impediatur per exce-*

ptionem rei non tradita.numero 20.

21 *Exceptio quamuis non possit opponi, poterit tamen loco illius implorare officium Iudicis.*

25 *Exceptio peremptoria vt solutionis, transactionis, & similis facit supersedere executionem, quamuis requireret altiorem indaginem Intellige vt n.26.*

27 *Executor quando possit cognoscere de nullitate candente.*

CAPVT CCCCXL

POsset prima facie defendi exceptionem rei non traditæ non obstare in casu, & ad effe-
1 ctum, de quo agimus, † Etenim ex instrumento societatis non potest colligi, quod vnus ex sociis teneatur dare aliquam frumenti quantitatem alteri socio, cum solum inter eos fuerint solidata computata, & reddita fidelis ratio administrationis, de qua idem socius se vocat satisfactum, liberando eundem consocium, & assumendo in se omne onus & commodum dictæ societatis, vt latius in instrumento continetur, Vnde stante huiusmodi confessione, & liberatione dicendum est illam statim præiudicare confitenti, & quatenus etiam adesset aliqua obligatio tradendi per eum, qui liberauit, esset probandum rem non fuisse traditam. *Salic. in l. generaliter, col. 2. in princ. quæstione 2 v. sed quia, n 3 C. de non num. pecun.*

Maximè quia in dicto instrumento renunciator o-
2 mnibus, & quibuscunque prætensionibus † cum obligatione camerali, quæ etiam continet renunciationem omnis, & cuiuscumque legalis auxilij, quod facit, vt censeatur remissa exceptio rei non traditæ, cum illi per partes possit renunciari, *l. si quis in conscribendo Cod. de pact Grat. consilio 84 numero 5 libro 1.*

Verum tutius dicendum est obstare dictam exceptionem rei non traditæ. Quia clarum est, quod liberatio administrationis, & solidatio computorum, & assumptio onerum, & censuum dictæ
3 societatis fuit ea causa emptionis frumentorum, quæ erant consignanda per socium alteri consocio, qui ex hoc sibi accollauit huiusmodi census, vt haberet frumenta empta occasione appaltus, adeo vt ista confessio socij, quod fuerit satisfactus de administratione non importet realem traditionem, sed mentalem tanquam facta extra
4 conspectum rei, etiamsi vlta confessionem adesset clausula, dedit, consignauit, & tradidit; vnde multo magis in casu nostro, in quo talia verba non leguntur, sed adest simplex confessio *Natt. consi. 360 n. 4* per doctrinam *Bart. in l. post autem q. 1 nu. 20 & 21 ff. solut. matr.* & bene declarat *Bal. in rub. C. de contrahenda emptione quæstione 19 col.*
5 *penultima post med. numero 19* † vbi etiam quod talis traditio mentalis non est sine effectu, cum operetur licentiam capiendi propria auctoritate *Bar. in lege pradia ff. de acquirenda poss.* Et est ratio, quia propter distantiã loci non potuit vere
6 transferri possessio. † quæ cum sit facti nõ probatur per verb. *Bald. in § per traditio. in Inst. de re. diui.*

Non cõstat, quod dictum est de confessione, quæ statim præiudicat, quia verum est, quod confitẽs non potest venire contra suam confessionem, & liberationem per eum factam de administratis,
7 † Non tamen ex hoc sequitur, vt non possit opponere rem sibi non fuisse traditam, quia durum videtur esse, vt quis soluat census non ostensa, aut consignata re, pro qua illos soluere debet *Nat. qui ita respondet cons. 360 nu. 8 & 9.*

Exemplo emphyteutæ soluentis aliquo tempore
8 censum qui potest dicere Domino, † vt ostendat sibi rem, pro qua soluit censum, tenetur enim dominus ostendere, alias absoluetur emphyteuta non obstante quod iam cœpisset soluere *Specula. de locat. § nunc aliqua. versi. sexagesimo tertio. nu 80 per tex. in ca. peruenit 5 de censibus* vbi quod non debetur census ignorãtiæ, id est cuius causa ignoratur *l. si quis postquam. 38 de fideicommiss. l. huiusmodi legatum. 13 ad med ff. quand. dies legat. ced.* Dũmodo tamen longo tẽpore non soluerit censum, quia tunc cõtradicere nõ poterit, obstante præscriptione vt per *Speculat. d. q. 63 in fi.* Prout è cõtra dicimus de Domino cum vult cogere emphyteutam vt ostendat inuestituram *Socin. consi. 31 numero 14. ad med. Cerbul. de emphyt. cau præuaricationis 3 ad finem.* Quod etiam multum facit ad casum nostrum, cum ex hoc colligatur non obstare, quod prius fuerit cœptum per socium adimpleri, soluendo census accollatos, cum ista inchoatio non impediat, vt res non sit tradenda, vt dictũ est, & notat etiã *Nat. d. cõsi. 360 numero 10.*

Minus obstant renunciationes, de quibus in instru-
9 mento quia cum sint generales non faciunt, vt † sit renuntiatum exceptioni rei non traditæ, quasi etiam requiratur specialis, & indiuidua, & ideo non comprehendit futuras exceptiones tãquam traditio & assignatio rei fiat post contractum, & non sit verisimile, quod per contrahentem fuerit cogitatum, vt res sibi non traderetur, vnde velut exceptio de futuro non includitur generalibus exceptionibus *Bocc. consi. 85 num 9 & 16 cum aliis per Graff. de exceptio. c. 13 n. 16 & per Cornazar. dec. 168 n. 13* vbi etiam quod nihil operabitur constitutum, & quod re non tradita neque etiam debebitur laudimium, distinguendo tamen prout *ibid. n. 9 & 10 post Bertr. con. 99 lib. 1 p 1 Tiraq. de retract. lignag. glos. 2 p. 1 nu. 50 ad med. Mas. de retract. sol. vlt. § 11 è pone emptor. versi. quia de domino.*

Ideo etiam stante pacto, seu statuto rejiciendi omnes, & quascunque exceptiones, nunquam cen-
10 setur reiecta exceptio rei non traditæ, † tanquam oriatur ex eodem contractu, ex quo actio oritur *Bald. in l. ex his prædict. 5. num. 1 Cod de euict. Rom. Sen. cons 89 num. 2 lib. 1 Alex. cons. 119 visa processu. n. 2 lib. 1 Surd. cons 19 n. 3 lib. 1 Mandos. ad Rom cons.*
11 *224 in verbo contractus. n. 5* † Ita vt neque obstet obligatio cameralis, & admittatur etiam talis oppositio contra executionem sententiæ *Arm. cons 158 nu. 10 v. alibi scribit. late Canar. de execut. instrum. q. 27 Corn. cons. 267 li. 3 Gemin. cons. 149 post princ. quem refert Card. Thusc. in verb. obligatio cameral. qu 40 Anton. August in epitom. in verb. obliga. camer. v. excep. rei non tradita. Galles. ad form. oblig. ca-*
12 *meral. 4 articul. q. 1 n. 10 fol. mihi 91.* † Etiam non stante iureiurando apposito super instrumento, de cuius executione agitur cum iuramentum nunquam excludat exceptionem prouenientem ea natura contractus *Ias. in l. si duo. § si quis iurauerit. col. 1 in fin. ver. in adde. numero 4 ff. de iureiurando per l eũ qui § fi. & l. sed & si possessori. § item si iurauero. in fine ff. eodem titul. Magon. dec Lucen. 11 numero 4 Graff. de excep. cap. 13 numero 6.* Quod etiam procedit si excipiatur de re non libere tradita, vt quia erat grauata aliquo onere, vel fideicommisso vt per *Galles. d. q. 1 numero 10 particu. 4*

Quæ

Quæ tamen sunt intelligenda, vt per *Rotam Romanam non adimplementi 27 Nou. 1597 corā Card. Serafhin. quæ est impressa dec 1743 & coram R.P.D. Ludouisio Roman. censuum 16 Febr. 16 7 & coram R.P.D. Coccine* ; *executionis* 8 *April.* 1611

Addendum tamen est circa illud, quod diximus de
exceptione rei non traditæ, vt per eam impedia-
23 tur executio sententiæ, †quod in hoc variarunt
Doctores, Nam aliqui concludunt negatiuè, vt
non possit impediri executio, licet possit postea
agi ad rei traditionem iure actionis, quasi hoc
casu non sit hinc inde quantitas, vt in specie te-
net *Specul. de execut. sentent. § vlt. col. 6 ad med. v.*
item pone emptor. numero 8 Idē sequitur *Bart. in le-*
ge si duo patroni. § si quis iurauerit in fine nu. quarto
de iureiurando Rom. consilio 76 in causa nobilis co-
lumna 4 in fine versiculo primo quia vt dixi numerō
7. Et in hac opinione videtur etiam residere *Bal.*
in lege peremptorias, quæ est e columnu 3 numero 12
C. sent. rescindi non posse vbi prius arguit contra
14 *Bar.* †quem appellat Doctorem modernum, po-
stea respondēdo adducit multa pro cōtraria sen-
tentia, & illam tanquā vltimo loco relatam vide-
tur approbare, Idem etiam sequitur *Felin. in ca.*
cum Ioannes 10 col. 10 ad finem v. sed videtur indi-
stincte dici nu. 34 de fid. instru. vbi post distinctio-
nes adductas indistinctè concludit, quod talis
exceptio nō opposita tempore debito non impe-
diat executionē sententiæ, quæ transiuit in rem
15 iudicatā. Prout † idem erit è contra si venditor sit
condemnatus tradere, & opponat in executione,
quod pretiū non fuit solutum, Idem voluit *Castr.*
in lege 1 col. penult. ad med. ver. sed in exceptione
pretij non soluto n. 15 C. de iure & facti ignorantia v-
bi quod ista est verior opinio, quia nō debet sen-
tentia impugnari de iniquitate, prout impugna-
retur si talis oppositio admitteretur contra exe-
cutionem sententiæ, vnde prius est tradenda res,
& postea agatur actione ex vendito ad pretium
Imol. in capite cum Ioannes, numero 12 ad finem de
fide instru. vbi quod simpliciter est tutior opinio
Speculator. quod nō impediatur executio sētētiæ.

Secunda est opinio affirmatiua, quod ista exceptio
rei non traditæ possit opponi aduersus executio-
16 nē sentētię, quasi per eā non impugnetur dire-
ctè dicta sententia, sed solū limitetur, aut differa-
tur executio, donec fuerit impletū. & sic videtur
idē, quod in illa quæ limitat respectu rerū, prout
concludit *Castr. cōs. 166 visis actis & actitatis, ad fi.*
v. tum quia ista exceptio non impedit simpliciter lib.
2 Aym. cōs. 151 n. 10 ad med. v. & quod appenatur, Io.
de Mont. Sperell. cōs. 198 n. 3 Gemin. consi. 149 n 1. v.
quinimo etiā Carcasson. Sard. in add. ad Ias. in § item
si quis postulante, n. 88 instit. de actionib. vbi latè de-
17 fendit † æquiparādo sententiā, & iuramentū *Dec.*
consi. 119 pro tenui facultate, col. 1 in prin. ver. sed ta-
mē his & similib. n. 1 & 2 vbi testatur de cōmuni,
& quod in cōsulendo & iudicando non est rece-
dendū ab hac opinione. Idē *Dec. in c. ex parte, col.*
6 ad med. v. secundo prædicta limitatio, de offic. deleg.
Boer. dec 45 n. 16 Coler. de process. execut. p. 4 c. 1 nu.
57 vsq. ad 104 & in c. cū venerabilis, n. 35 de excep.
Castr. Alex. Corn. Salic. & Ias. nu. 14 in l. si 2 patroni
13 § si quis iurauerit, ff. de iur. iurā. cū aliis, quos ad-
duxi *supra capite 235 numero 23 & 24.*

Tertia est opinio, quod aut loquimur in executione
instrumenti, & tunc per exceptionem rei non
traditæ executio illius impeditur, †& ita proce-
dit secunda opinio, aut sumus in executione sen-
tentiæ, & tunc talis exceptio non poterit illam
impedire, Nam dicta executio præcludit viam
peremptorij, licet non fuerit disputatum, quia di-
sputari potuit, & sic est quod imputetur oppo-
nenti, quod non est in executione instrumenti,
per quod non excluduntur exceptiones perem-
ptoriæ, quia nullā præiudicialis causæ cognitio
præcessit, & ita procedit prima opinio *Bar.* qui
loquitur in sententia, †prout distinguit *Canar. de*
execut. instrum. quæstione 17 numero 61 tom. 5 fol. 43
quem etiam refert *Dec. consilio 119 columna 2 ante*
med. versiculo vel secundo dictum numero 2.

Quarta est opinio, quod licet nulla exceptio possit
opponi contra agentem ex instrumento iurato
20 emptionis: seu rei iudicatæ, †Tamen poterit re-
tineri res vendita loco pignoris, donec pretium
soluatur, quasi hoc non sit excipere, sed pignori
incumbere, quod pariter dicendum est in exce-
ptione rei non traditę, vbi fuerit iuratum, vel per
sententiam decisum, quod pretium sit dandum,
non enim erit excipiendum de re non tradita,
sed cautius opponetur de retētione pretij, quam-
21 uis enim †exceptio opponi non possit, tamen po-
terit officium iudicis implorari loco exceptio-
nis, Ita post *Corn.* distinguit *Asin. de executione*
capite 171 § 9 numero 7 ad med. v. cautius tamen fol.
356 col. 4 per doctrinā *Bald. in l. si traditio col. 2 C.*
de act. ē. ēpt. Butr. & Imol. in c. cū Ioānes de fid. instru.

Pro decisione tamen prædictorum distinguendum
est; quod si nihil fuit disceptatum in iudicio de
hac exceptione rei non traditæ, aut pretij nō so-
22 luti, †tunc poterit opponi, ex quo illa non im-
pugnat sententiam, quia fatetur emptor se debe-
re pretium sed dicit rem sibi tradi argumento *l.*
Nesennius de re iudic. secus si fuisset in iudicio di-
cta exceptio opposita, & illa non obstante lata
sententia, quia tunc videtur reiecta, & non pote-
rit opponi in executione illius, iuxta *legē quod in*
die, § si ratione, ff. de compēsat. licet salua remaneat
actio emptori, vt possit petere rem sibi tradi, vel
23 venditori, vt pretium soluatur, † Ita distinguit
But. in capite cum Ioannes, post prin. numero 8 versi.
quære an emptor condemnatus, & ibi Fel. numero 34
vers. subdunt etiam hic. Imol. col. 3. in princ. versi. sed
24 *dom. n. meum, n. 12 de fid. instr.* †& ita etiā loquitur
Cast. cōsi. 166 ad fi. v. propter quæ videtur decidēdū lib.
2, Canar. de exec. instr. q. 17. in fi. n. 61 tom. 5 folio 43.

Et facit quod generaliter dicimus de exceptionib.
peremptoriis, veluti solutionis, pacti, transactio-
nis, rei iudicatæ, & similium, † quæ faciunt
supersedere executionem, quamuis requirerent
altiorem indaginem. *Alex. in lege 4 § con-*
demnatum, n. 18 de re iudic. Nat. consi. 651 n. 6. Tamē
26 si dicta exceptio fuit opposita, †vel de ea disce-
ptatum non esset admittenda ad effectum retar-
dandi executionem, quamuis incontinenti pro-
baretur *Glo. in l. Nesennius 41 § fi. in verb. non tene-*
tur de re iudic. Ias. in l. 1 col. vlt. v. 2 limita. n. 19 C.
de iur. & fact. ignor. Seraph. de priu. iur. pri. 77 n. 80.

Quare etiam videmus quod si de articulo execu-
tionis fuit cognitum coram iudice, qui manda-
uit illam fieri, quamuis sententia esset notorie
27 iniusta non † posset executor cognoscere de
huiusmodi nullitate euidenti, aut iniustitia, sed
deberet exequi, cum sit merus facti executor,
qui nihil omnino quærit, præter nudam facti
executionem, citra quam nullam habet iurisdi-

ctionem, aut cognitionē, cum enim semel fuerit exceptum de tali nullit. e, nō debet amplius excipi, & imputet sibi pars, quę tunc nō appellauit. Ita declarat *Felin. in c. pastoralis, § quia vero, n. 17. v. executor merito, de offic. deleg. Afflict. in cōstit. reg. in proœm. post prælud. n. 52. Abb. in c. de cætero, 5. col. in fi. vers. posset tamen sic distingui, nume. 5. de re iudic.*

EPITOME.

De vsu antiquo sumēdi manib. sanctissimam Eucharistiam per viros antequam communicarēt, & quoad fœminas quid obseruaretur & de Velamine seu Dominicali. ¶ Et de solēnitatibus eā deferendi ad infirmos, & quādo illis derogetur. ¶ Et an possit deferri tam per Presbyterum, quàm per Diaconū ¶ De miraculo dū S. Tharsicius Acolythus gestās sanctissimū Christi corpus fuit captus à Paganis. Et de more ātiquo vt Eucharistiam percepturi se deosculatentur. ¶ Et de Romanis Pontificibus quos peregrinantes illa præcedit.

SVMMARIVM.

1 *Sanctißimum Christi corpus debet deferri ad infirmos cum solemnitatibus, & quando illis poßit derogari. Et quales sint istæ solemnitates, numero secundo & tertio.*

4 *Sanctißima Eucharistia debet deferri ad infirmos per Presbyterum, non per Diaconum. Intellige vt numero quinto.*

6 *Sacerdos mutus potest consecratam hostiam administrare.*

7 *Sanctus Tharsicius Acolytus solitus erat deferre sanctißimum Christi Corporis Sacramentum. Et de miraculo cum Paganis disquirerent quid afferret, numero 8.*

9 *Acolythi cur antiquitus portarent domum sanctißimum Christi corpus. Et quid in Laicis, numero decimo, & 11.*

12 *Vsus sumendi manibus Eucharistiam diutius perseuerauit in Oriente, & in Occidente, & numero 16.*

13 *Fœminæ non sumebant nuda manu Eucharistiam, sed cum velamine, quod etiam dicebatur dominicale, & numero 14.*

15 *Eucharistia defertur per itinerantes & nauigantes.*

17 *Romanos Pontifices peregrinantes solet præcedere Eucharistia.*

18 *Mos erat antiquus vt Eucharistiam percepturi mutuo se deoscularentur.*

19 *Eucharistia mitti solet absentibus.*

CAPVT CCCCXII.

Solemnitates introductę in deferendo sanctissimum Sacramentum ad infirmos sunt insti-
1 tutæ de iure humano, † cui potest ex iusta causa derogari, vt concludit *Nauar. consilio primo, numero 79. quæstione quadragesima de constitut.*
Ideo quando extra ciuitatem defertur ægrotis san-
2 ctissima Eucharistia in locis longinquis, † aut per vias difficiles, & periculosas omittitur vmbella, & pixis continens vnam tantum hostiam, & reponitur in bursa sericacondecenter ornata collocando eam ad collum Sacerdotis ad euitandā irreuerentiā, aut scandalū, quod orietur, si cōtingeret, ꝙ Sacerdos in via caderet, prout ita ordinatū fuit *in Act. Eccl. Mediol. p. 4. f. 684. per 684 per S. Carolū tunc eiusdē Ecclesiæ Archiepiscop.*
Quidquid aliàs sanctissimum Christi Corpus debeat deferri ad infirmum per Curatum cum decenti habitu super pelliceo, † vel etiam in cappa
3 rotunda, cum stola, manifeste, cum duabus hostiis, ad hoc, vt cum vna ex illis reuertatur, quæ in regressu adoretur ab omnibus cum luminibus & apparatu, & campanella, & aliis, de quibus in *c. sanè 10. vbi Abb. in princ. & Cardin. nu. 1. de celebrat. missar. Fuscus de visitatio. lib. 1. c. 5. numero 16. post Gul. in ratione libro quarto capite 41. n. 53.*
Quamuis autem Eucharistia non debeat deferri ad
4 infirmos, nisi per Presbyterum † c. peruenit, de consecrat. dist. 2. Tamen stante necessitate, aut absentia, vel impedimento Sacerdotis, cum de hoc quæreretur, dixi posse concedi, † vt Diaconus deferat, solus enim Sacerdos consecrare potest verbis à Christo institutis, sed consecratam admini-
6 strare potest etiam mutus Sacerdos, † & Diaconus, qui Sacerdote impedito defert ad infirmum *c. præsente dist. tract. 94 Glos. in cap. 1. in verb. de fidelis. de custodia Eucharist. Pauin. de visitat. pag. prima quæstione 8 numero 30 tomo 14 folio 167 Fuscus eodem titulo, libro 1 capite quinto num. 10 Henriq. in summ. libro primo capite 26. numero quarto.*
Vnde legimus sanctum Tharsicium, quamuis Acolythum solitum portare sanctissimum Corporis
7 Christi Sacramentum, † quem, cum Pagani inuenissent, ceperunt disquirere quid gereret, at ille indignum iudicans porcis prodere margaritas, tamdiu ab illis mactatus est fustibus, & lapidibus, donec exalaret spiritum, & reuoluto eius corpore sacrilegi discussores nihil Sacramentorum Christi in manibus, aut in vestibus inuenerunt; Christiani autem corpus Martyris collegerunt, & in cœmeterio Calixti honorifice sepelierunt *Beda, Vsuar, Ado, & alij ex actis S. Stephani Papæ, & Martyris,* in quibus eius certamen describitur sub die 15 Augusti, in qua eius festiuitas celebrabatur.
Neque est mirandum Acolythos Christi corporis sacramenta portare. Olim enim ingruentibus in
9 Christianos persecutionibus † permissum erat etiam laicis domum ferre Eucharistiam certis diebus sumendam, quod non esset liberum, cum vellent ad Ecclesiam conuenire, ac synaxim celebrare *Tertullian. lib. 1. ad vxor Cyprian. libro de lapsis Clem. Alex. lib. 1. stromat. Card. Baron. ad Martyrol. g. 15. August.* vbi etiam addit, quod redddita pace Ecclesiæ sub Christianis, ac Orthodo-
10 xis Imperatorib. idem † vsus diuturnus aliquando permansit *Gregor. Nazianzen. in oratione in laud. Gorgoniæ, Hieronym. apolog. pro libris aduers. Iouinian. ad Pammachium Ambros. in orat. in funere fratris Satyri. S. Basilius ad Cæsaream Patriciam de per-*
11 *cept. Sacramen.* † Et idem vsus perseuerauit etiam temporib. Zenonis, Anastasij, ac Iustini Imperatorum, quibus temporibus, cum Hormisda Papa præsideret Romanæ Ecclesiæ, in occidente celebrata est Synodus Cæsaraugustana, in qua eā consuetudo antiqua habetur.
In Oriente etiam vsus ille sumendi manibus Eu-
12 charistiā diutius perseuerauit, † vt in *canon. 102. sextæ Synod. Cyrill. in mystagog. 5. in fin. cum aliis per Card. Baron. ad Martyrolog. 15. Aug.* vbi etiam de eiusdē ritus vsu in Ecclesia occidentali ex *D. August.*

gust. serm. 252. de tempor. vbi ait quod omnes viri, quando communicare desiderant lauant manus suas, & omnes mulieres nitida exhibent lintea-
13 mina, vbi Corpus Christi accipiant, † & hoc linteamen dicebatur etiam Dominicale, de quo in *Concil. Antissiodorensi c. 42.* ex quibus apparet, & si viris, fœminis tamen inconcussum nuda manu
14 Eucharistiam sumere, † sed iam tum velamine, quæ omnia etiam latius habentur per eundem *Card. Baronium. anno Christi 390 tom. 8 fol. 14 post med.* vbi de dicto Dominicali, *& an. Christi 57 p. 2. fol.*
15 4 . † vbi etiam de Eucharistia, quæ defertur per Itinerantes, & nauigantes, & *anno Christi 1635. tom 8 fol. 358 & an. Christi 1631. tom. 4 fol. 2 in fi.* vbi de more olim in Ecclesia, vt communicantes manib. sumerent à Sacerdote oblatam Eucharistiam,
16 † eamq; ori admouerent suo, *& an. Christi 921 tom. 10. fol. 656 post med. & an. Christi 753. tom. 9 fol. 208.* vbi de Eucharistia quæ solet præcede-
17 re Romanos Pontifices peregrinantes, † *Thom. Boz. de sign. Eccl. Dei, l. b. 14. c. 5 col. pen. in pr. fol. 64* vbi de antiquo more, vt Eucharistiam percepturi mutuis se osculis basiarentur ducto à Sacerdote celebrante, vt palam fieret, scilicet per Eu-
18 charistiam † maxime corpora nostra in vnũ spiritum & corpus conjungi *Dionys. lib. de Eccl. hierarch.* vbi quod diuina salutatio, seu osculum adhiberi in Eucharistiæ contemplatione *idē Bozz. lib. 13 c. 5 col. 2. in fi. & c. 3. colum. 4 post med. eod. lib.*
19 † vbi de Eucharistia mitti solita absentib. & quod dum conficiebatur populus acclamabat Amen cum alijs per *d. Bozz. lib 13 c. 5. col. 3. in prin.*

EPITOME.

QVæ requirantur ad hoc vt quis audiatur super nullitate professionis tã expressæ quã tacitæ. ¶ Et an dimissio temeraria habitus obstet si iterum idem habitus assumatur. ¶ Et quãdo post quinquenniũ invalidè professus possit audiri, & in conscientia fugam arripere & ad Monasteriũ non redire, & vxorẽ ducere. ¶ Professio facta eadẽ die, in qua habitus probationis fuit susceptus an sit valida, quamvis adsit defectus sex horarũ. ¶ Et quando dies termini cõputetur in termino, & annus cœptus habeatur pro cõpleto in professione, matrimonio, & similibus. ¶ Moniales Mendicantium, vulgo Bizzoche & Oblati qui se offerunt perpetuò in manibus Superiorum tertij Ordinis S. Francisci an ligentur statutis laicorũ vel sint personæ religiosæ, ita vt gaudeãt priuilegio fori & immunitate Ecclesiastica, & canone si quis suadente diabolo, & succedant in feudis & comprehendantur circa professionem sub Concilio Tridentino *sess. 25. c. 5. de regul.*

SVMMARIVM.

1 *Inualidè professus reclamans quando audiatur, ita vt sit liber à vinculo religionis. Et quid in professione tacita n. 2.*

3 *Regulares non debent clam effugere à Monasterijs habitu dimisso ne in via capiantur ad reclamandum de nullitate professionis. Intellige vt num. 4.*

5 *Concilium solum punit temerariam dimissionem habitus, non autẽ eam quæ fit præcedẽ à iusta causa.*

6 *Dimissio temeraria habitus non impedit vt regularis nõ audiatur super nullitate professionis si eundem habitum reassumat. Et de ratione n. 7. & 8.*

9 *Professus non audietur nisi post quinquennium à die professionis, & quando hoc intelligatur, & n. 10.*

11 *Restitutio in integrum est concedenda vt quis possit audiri super dimissione habitus.*

12 *Professus etiam transacto quinquennio quando possit in conscientia fugam arripere & non redire ad Monasterium sub prætextu nullitatis professionis, & n. 13. Et quando possit vxorem ducere, num. 14.*

15 *Professio ficta quando obliget profitentem, ita vt ei non concedatur recessus à Monasterio.*

16 *Professio facta eadem die, in qua habitum probationis fuit susceptus an sit valida, quamvis adfuerit defectus sex horarum, & n. 20.*

17 *Iudicandum est pro validitate professionis.*

18 *Dies termini computatur in termino in fauorabilibus.*

19 *Appositio horæ facit vt fiat computatio de momento ad momentum.*

21 *Terminum statutum ipsi actui non diei actus operatur vt tempus statutum computetur.*

22 *Dies cœpta habetur pro completa in susceptione Ordinum, & in sponsalibus, n. 23. & 24.*

25 *Vltima dies anni inchoata habetur pro completa in fauorabilibus quando tempus designatur per annum.*

26 *Dictio per annum adiecta implemento temporis significat perfectionem. Intellige vt n. 28.*

28 *Annus completus non dicitur nisi constet de omnibus suis momentis.*

29 *Lex non curat de paruissimo momento.*

30 *Modicum spatium horarum idem est respectu totius diei, quod punctum respectu horæ.*

31 *Præcepta sunt moraliter intelligenda.*

32 *Moniales Ordinis Mendicantium vulgo Bizoche quando gaudeant priuilegio fori & immunitate Ecclesiastica; & dicantur personæ religiosæ, & succedant in feudis, & ligentur in statutis laicorum, n. 33. 34. 35. 39. 41. 42. 44. 45. & 48.*

36 *Concilium Tridentinum circa professionem an comprehendat oblatos qui se offerunt perpetuò in manib. Superiorum tertij Ordinis S. Francisci. n. 37.*

38 *Assumens habitum tertij Ordinis habet priuilegium Canonis si quis suadente diabolo, & n. 43.*

40 *Regula tertij Ordinis est approbata, & in ea viuentes habentur pro personis Ecclesiasticis ; num. 46. & 47.*

Caput CCCCXIII.

SAcrum Concilium Tridentinum *sess. 25. c. 19 de regu.* tria requirit, vt invalidè professus recla-
1 mans possit audiri. † Primum, vt reclamet intra quinquennium à die professionis computandũ. Secondum, vt causas nullitatis, quas prætendit deducat corã Superiore suo, & Ordinario. Tertium, vt non dimiserit habitum ante hanc deductionem ; & si quid horum deficiat non debet audiri, nimirum ad eum finem vt juridicè declaretur liber à vinculo religionis, adeo vt dimittens spontè habitum nullatenus admittendus sit ad quamcunque causam allegandam, sed ad religionem redire compulsus apostatæ pœnis subjicietur; & hujusmodi decretum procedit in pro-
2 fessione quacumque tam expressâ † quàm tacitâ cum loquatur generaliter, & indistinctè, vt in specie docet *Nauar. de regular. comment. 4. nu. 73 ante med.* quem sequitur *Sanc. de matr. lib. 7 d.*

sput.37.n.1.in fi. Azor.lib.12.instit.moral.c.4.q.13. ante fi.versi.obseruandum est.

Quo stante videtur concludendum N. qui prædi-
3 ctum decretum Concilij non seruauit,* non esse liberum à monastica professione in foro exteriori,& teneri reassumere habitum *Nauar.de regul.commen.4.n.77.in princ.* vbi ex hoc concludit male quosdam consuluisse multis regularibus, vt clam fugerent à monasterijs etiam habitu dimisso,ne in via caperentur ad reclamandum de nullitate professionis,cum obstet Concilium *ex supra alleg.*

Prædicta tamen dispositio Concilij quoad forum exterius non procedet in eo qui professus habe-
4 ret justam causam dimittendi habitum,* vt quia non posset habere licentiam eundi ad reclamandum,nec ire nisi habitu deposito, vel quia ei nõ permittitur proponere causas coram Ordinario & ob id habitu dimisso fugit,vt reclamet: nam per Concilium punitur solum temeraria dimis-
5 sio habitus†, quæ temeritas non consideratur in eo qui id facit, vt possit vti remedio sibi à jure concesso,& allegare causas nullitatis, vt declarat *Nauar.de regular.commen.4.in fi.versic.secundo quod etiam quoad forum,nu.78. Azor instit.moral. lib.12.c.4.ad fi.Sances de matrimon.lib.7.dispu.37. num.3.*

Secundo Dictum Decretũ Concilij intelligitur ex bono,& æquo, quatenus non reassumat habitũ.
6 †Nam illo reassumpto poterit audiri,quasi non videatur humanum denegare perpetuo audientiam ei,qui iustam causam reclamandi habet ex sola habitus dimissione etiam temeraria.præsertim quia mens Concilij videtur esse,vt consula-
7 tur spolio religionis;* ob quod jura denegant prorsus audientiã spolianti, donec spoliatus ad pristinam possessionem sit restiturus *c.1.de restit. spoliat.& c.2 eod.tit.* Restituto ergo Monasterio ad suam possessionem per reditum monachi, & reassumptionem habitus poterit concedi audiẽtia,vt in specie declarat *Nauar.de regular.commen.4.in fi.n.78* & sequitur *Sances,de matrim.lib. 7.disput.37.n.4.Leonar. Lessius de iust.& iur.lib.2 c.41 de statu religioso,dub.7.n.63 ver.notandum se-*
8 *cundo,fol.590 in 3.edit.*† vbi quod Concilium statuit hoc in pœnam dimittentis habitum;vt non audiatur,vnde non habet locum,si bona fide deposuerit habitum ad tempus,vel si illum reassumat,cum hoc sit intelligendum de bono, & æquo, nempe si habitum dimiserit, vt non reassumpserit,si enim resumit,erit audiendus *ex supra alleg.*

Idem dicitur de eo,quod disponit Concilium, vt non audiatur nisi intra quinquẽnium à die pro-
9 fessionis,* quia hoc erit intelligẽdum cum simili exceptione,nempe nisi toto illo tẽpore quinquennij duraverit impotentia reclamandi *c.1.de his quæ vi vel met.caus.Gloss.in c.2. in verb.permaneat,de regul.* vbi quod verba non reclamauerit
10 intelliguntur *si potuit reclamare,& ita in specie dicti decreti Concilij concludit *Leonar.Lessius de iust.& iur.lib.2.c.41. dubit. 7.num.3 versic. notandum 2.*

Verum, quia vt plurimum non potest constare de hujusmodi impotẽtia reclamationis & de justis causis dimissionis habitus,vel similibus,opus est
11 plerumq;restitutione in integrum,*vt quis possit audiri,quæ erit concedenda, vt multis com-
probat *Lessius ibid.n.64.& 65.*

Quo vero ad forum interius concludunt doctores simpliciter dictum decretum Concilij nõ ligare
12 in conscientia,†poterit .n.talis professus translato quocumq;tempore dum priorem professionem non ratificavit,cessante tamen scandalo,omissa reclamatione,& non deductis causis nullitatis coram ordinario,& superiore, fugam arripere & non tenebitur redire ad monasteriũ, nec erit apostata,cum enim non sit vera professio in foro conscientiæ nullo vinculo est adstrictus religioni,provt neq;Concilium intendit illum o-
13 bligare in conscientia ad manendum in ea.†Imò oblata occasione tenetur fugere, vel ratificare suam professionem, quia non potest frui commodis religionis,& sustentatione,nisi velit esse religiosus, aut nisi res sit ita constituta,vt non possit se subducere sine scandalo, quamdiu autẽ non potest se subducere non tenetur ratificare suam professionem,etiam si culpa ipsius professio fuisset irrita,vt si ficte esset professus, vt late declarat *Leonard. Lessius de iust.& iur.lib.2 c.41 dubit.7.n.65 versic.notandum 4.Sances de matrim.*
14 *lib.7 disput.37.n.11.* † vbi etiam quod tuta conscientia poterit vxorem ducere,quod etiam voluit *Nauar.consil.89.n.6.& 7.de regul.& commen. 4 eod.tit.nu.77 Emanuel Sa in sum.m.in verb.religio.n.71.*

Provt dicimus de professione ficta,in qua est cõtractus onerosus,quo monachus se obligat mona-
15 sterio,& monasterium monacho, & monesteriũ implet ex parte sua illum verè acceptando,& tamen non est vera professio, imo neq: decipiens manet aliqua obligatione cõstrictus nisi per accidens ratione scãdali,eo quod consensũ fictum probare non potest, quare posset fugere in locum,vbi scandalum cessaret *Henriq.in summ.lib. 11.de matri.c.11.nu 3.Sances,eod.tit. lib.4 disp.15 nu.5.versic.4 probatur,& lib.2.disput.39 n.11 Sotus de iust & iur.lib.7. q.1 art.2. § an verè qui tale votum. Arag.2.2.q.88 art.1.ante tertiam conclusionem Nauar.de regul.comm.4 n.75.versic. aduertendum quarto.*

Quoad secundum videtur concludendũ,quod professio facta eadẽ die,in qua habitus probationis
16 fuit susceptus sit valida.†quamvis adfuerit defectus sex horarum in circa, sumus enim in actu professionis, quæ est favorabilis,cum per eam quis vniatur Deo,cui servire regnare est. Maxi-
17 mè respectu religionis, cui in dubio fauendum est,† & pro validitate professionis judicandum *Sances de matri.lib.7.disput.37.n.12. in fi.post Nauar.consil.13.n.10.de regul.*

In favorabilibus autem dies termini computatur in
18 termino,si favor id suadet,* quidquid alias non deberet computari *Oldrad.consi.49 n.1 Bal.in l.à caligato,21 q.2.n.2 C.de nup.Dec.consil.511 n.3 Tiraq.de retract.lignag.gl.11.n 45.§.1.*

Maxime quia in casu nostro fuit apposita hora sus-
ceptionis habitus:tunc enim fit semper compu-
19 tatio†de momento ad momentum *Bonif. Vital. in,in tract. malefic. in tit.forma citationis accusati, n.27 Tiraq.d.gl.11.n.41.Cassa.super consuet.Burgu.*
20 *rubr.1.§.8.n.12.post med.fol.26.*†& in specie professionis,quod annus incipiat ab hora quia habitus imponitur concludit *Henriq.in summ.tom.1. c.40.lib.13.n.3.ad fi.*

Præsertim,quia Concilium requirit annum post susceptum

sceptum habitum, & sic terminus statuitur ipsi
21 actui,* non dici actus, quod facit vt tẽpus statim computetur, & sic incipit ab hora susceptionis habitus *Anan.cons.93 col.vlt.post med.versi.ad hoc est quod v lueruntn.6 post Doct.in c.super,in secundo.* vbi Abb.*col 4 & prepos. Alex.nu. 24 ad fi.col.3 de appell.Bald in leg.cum anterioril.col.2 n. 2 C.de temp.appell.Franc.in c.1 in fi.pr.n.5 versi. & idem quando assignatur, de restit.Spol. Tiraqu.de retract. lig.nag.§ 1 gl.11 n.24.*

Neq; annullabitur professio ex eo quod vltima dies anni non sit completa, quia sufficit annum esse
22 perductum ad vltimã diem,* cum in favorabilibus dies cepta habeatur pro perfecta, provt ita in susceptione ordinum servari dicit *Menoc. de arbitr.cas.427 n.25 post Gl.Bal.& Aret.in l.qua atate,ff.de testam. Alciat.in l.anniculus,134 in pr.de verb.sign.Couar.super 4 decret.p.1.c.3 nu. 2 in fi.* vbi
23 quod sponsalibus vltimus dies anni etiam inceptus sufficit *Abb.in c.attestationes 10 n.10 n.7 ad fi.de spons.impub.* vbi quod hoc est verius fauore matrimonij, & licet *Fenus.de moment.tempor.c.30*
24 *n.8.* aliter distinguat.† Tamen hoc sequitur *Sanc. de matri.lib.1 disput.6 n.4 in fi. Henriq. in summ. lib.13 c.40 n.3 in fi.fol.805.* vbi loquitur in specie professionis, quem latè sequitur *Roder.q.reg.tom. 3.q.15 art.4 per tot.*

Et facit, qui quando tempus designatur per annum provt in casu nostro, tũc semper vltima dies an-
25 ni statim, atq; fuerit inchoata † habetur pro cõpleta in fauorabilibus, quidquid aliud sit, quando tempus non designaretur per annos, sed per dies, tunc .n. magis dubitaretur, an vltima dies cepta haberetur pro completa, sicut enim in termino plurium annorum vltimus annus inceptus non habetur pro completo, ita neq; in termino plurium dierum dies inchoatus habebitur pro perfecto secundum distinctionem *Castr.in leg. si cui legetur,§1.in fi.pr.ff.de leg.1.Soci.in l.si in annos, 48 de cond.& demonstr. Paris.de resign.lib.12 p.29. 8 n.16 & 17.*

Nec obstabit quod Conciliũ loquatur per dictionem per annũ, quæ adiecta implemento tempo-
26 ris significat perfectionem* *Soci.in l.nõ putabam 47 in pr.ff.de cond.& demonstr.* & non potest dici annus completus nisi cõstet ex omnibus suis
27 momentis* *Bal.in c. cum vigesimum, in fi.de offic. deleg.* Quia vt dictum est sufficit in fauorabilib. ingressus vltimi diei anni, quamvis non cõpleti
28 † *Cuman.in l.si cui legetur, de l.1 Menoc.de arbitr. cas.417 num.25.* Maximè quia sumus in modico spacio quinq; horarum, de quibus lex non curat
29 † tanquã de paucissimo momento *Bal.in c.cũ in cunctis,nu.3 de elect.* Et quamvis Bal. loquatur de punctis horarum, non de horis, tamen idem est in modico spatio horarum respectu totius diei provt est de punctis respectu horæ *Tiraq.de iud. in reb.exig.forend.col.19 ad med.versi.69 his proximum est,per tex.in l.si fundum,versi.planè,de fund. dotal.Bal.in c.vlt.col.2 versi.modo quæro,de præsc.*
31 *Fenus.de moment.tempor.c.33 in fin.** Cum etiam præcepta sint moraliter intelligenda, & moraliter potest dici perfectum, quod parum distat à perfectione, vt post multos relatos dicit *Sances de matr.lib.1 disput.16 n.4.* Quamvis alij dubitent in anno decimosexto qui debet esse completus vt professio valeat, ita vt punctus horæ debeat respondere puncto natiuitatis *Sanc. de matrim.* *disput.24 lib.2 num.24 ad med.* Cum agatur de majori præjudicio & obligatione in professione quam in matrimonio *Abb.in c.significatum,11. n. 4.de regul.*

Quoad tertium Doctores hinc inde sunt contrarij,
32 alij enim concludunt,† quod Moniales ordinis mendicantiũ, quæ vulgo appellantur Bizochę à Prioribus seu Guardianis locorum ejusdẽ ordinis benedictæ in domibus proprijs, seu cũ parẽtibus habitantes non gaudeant priuilegio fori, nec immunitate Ecclesiastica quoad personas, & bona, tales .n. nõ sunt personæ religiosæ *Rom.*
33 *consil.357 n.14 & 15.*† vbi ex hoc concludit quod succedunt in feudo, provt etiam ibi notat *Mando.in fi.Capi.dec.10.n.3 & 17.* quia inquit nõ profitentur regulam quoad tria substantialia, sed habent certum quendam modum vivẽdi; non servantes continentiam, cum habeant conjuges nec paupertatem, cum habeant proprium, nec obedientiam, cum maneant in conjugio, & non habent potestatem sui corporis *Paris.cons.40 n.*
34 *14 lib.3.*† vbi etiam quod ligantur statutis laicorum *Menoch.de arbit.cas.231 in addit.n.32 & 33.*
35 vbi quod succedunt in feudo, † contrahunt matrimonium, & negocijs secularibus se immiscẽt *idem Menoc.cas.56 in addi.n. 11.* vbi etiam quod Concilium Tridentinum circa professionẽ *sess.*
36 *25 c.15 de regu.*† non comprehendit tales *Rot.diuer.dec.591 n.7 p.1.* cum alijs adductis per *Alex.in addit.ad Bar.in l.semper,§ quibusdam,in pr.ff. de iur.immun. Marsil.sing.354 attende ad vnum, in fi. Rosental.de feud.c.7 concl.30 num.28 par. 1 fol.353.*
37 § & ita etiam censuit *Congregatio Concilij 22 Nouemb.1584.* vbi quod *d.c.15 & 16 sess.25.* non cõprehendit oblatos qui solemniter & cum juramento se & sua offerunt perpetuo in manibus Superiorum tertij Ordinis S. Francisci, neq; ad eos extenditur, nisi profiteantur tria vota juxta Bullam Pij V. cum non sint propriè regulares *Abb.in rubr.de regul.n.1 & 2.Calde.consi.vlt.eod. tit.* Vnde valebunt renunciationes & obligationes absq; solemnitatibus requisitis *in d.c.15* vt per *Menoc.& Rot.& alios supra adductos.*

Contrariam opinionem, quod imo gaudeãt privi-
38 legio fori, & subsint Episcopo * tenet *Felin. in c.1 col.penul.in fi.n.10 de foro compet.* vbi quod assumptio hujus habitus eximit à judicio seculari, ampliando etiam ad priuilegium canonis si quis suadente diabolo, cũ talis status magis participet de vita clericali, quam seculari, subdens
39 super hoc adesse † *extrauag.Nicolai Pap.* & quod ita fuit decisum in constitutione *Sixti Pontificis Maximi* iuxta consilium plurium solemnissimorum doctorum, qui ita tenuerunt *Fulgo.cons.241.*
40 *ad fi.versi.non me mouet,n.2.* vbi concludit talem regulam fuisse approbatam per *Nicol.3.* & quod in ea viventes sunt habendi pro personis Ecclesiasticis, & religiosis *Calde.consi.15 in pr.de censib.* vbi etiam de approbatione d. regulæ testatur *Bart.in l.semper,§ quibusdam,n.1 ff.de iur.immun.* vbi quod sunt exempti à jurisdictione seculari, quamvis subdat contrarium servari *Abb.in c.2 n. 11 vers.hæc etiam faciunt pro fratribus, de foro com-*
41 *pet.** vbi quod est tutior, & magis æqua opinio, vt gaudeant privilegio fori, quamvis contraria sententia sit verior *Dec.in prax.crimin.lib.4 c.9 num.34 ad med.* vbi quod si habent dependentiam à regula S Francisci, & ab illa reguntur, ei-

que inseruiunt præcedēte auctoritate Episcopi, vel Superioris debent gaudere priuilegio fori,
42 quidquid aliàs illo non fruerentur,* si talem viuendi modum,& habitū propria auctoritate assumpsisset, si enim familia religiosorum gaudet priuilegio fori, multo magis istis erit illud cōcedendum, quod etiam sequitur *Socin.in c. 2 nu.21*
43 *col.6 ver.9 declar.ad med.de foro compet.** vbi etiā quod gaudent priuilegio canonis si quis suadente diabolo, dummodo assumant habitum auctoritate Superioris,& non in fraudem,& sint perpetuo Deo dicatæ , & mortuis viris alios non ducant, quasi tunc videantur esse quodammodo personæ Ecclesiasticæ, provt etiā concludit *Rot.*
44 *dec.8.in fi.de iur.patro.** vbi quod istæ Beguinæ, seu Bizochæ, tanquam miserabiles personæ sunt conveniendæ coram Ecclesiastico,& talibus injuriādo incurreretur sententia canonicis si quis
45 suadente diabolo,†& sequitur *Feli.in c.dilecta,12 col.2 pr.ver.vide etiam,n.2.de maior.& obedien.* vbi etiā quod quamvis tales mulieres possint cōtrahere matrimonium in futurum, tamē interim donec de præsenti religiosè viuunt, videtur personæ Ecclesiasticæ,& gaudent priuilegio fori,& canonis, sicut Clericus in minorib. & nouitius,
46 licet possint contrahere matrimoniū,† quod etiam prius voluit *Rot.dec.1.ad fi.de regu.& transl. ad relig.in antiq.late Magda.de n.test.in testa. requisi.c.2 n.32 vsq; ad 34.* Et ista opinio est tenenda tanquam verior,& magis recepta, ac fauens Ec-
47 clesijs,† cum istorum regula sit approbata à Sede Apostolica, vt dictum est, ideo debent gaudere priuilegio fori, provt latissime per multas rationes,& auctoritatēs concluditur in *Defensorio pro Fratrib. tertij Ordinis S.Francisci* inserto inter opera *B Io.Capistr.* cui se subcripserunt multi de quibus per *Joseph.Rust.ad l.cum auus,de cond.*
48 *& demonst.lib.5 c.3.n.17.** vbi etiam testatur ita se obtinuisse juxta prædictum defensorē in causa cujusdam Sinceri Fratris dicti tertij Ordinis, qui inquisitus de crimine blasphemiæ fuit ad forum Ecclesiasticum remissus.

EPITOME.

Dispensatio,& absolutio ab excommunicatione nō reservata Papæ, quando Episcopo & ejus Vicario concedatur. ¶Extrahētes reos ab Ecclesijs non seruata forma constitutionis Gregorij X I V. an possint absolui per Episcopos. ¶Tollens, seu diminuens libertatē Ecclesiasticā quādo incurrat in pœnas Bullæ Cœnæ Domini. ¶Et quid in eo, qui illam offendit de facto absq; eo, quod præcedat statutum, seu ordinatio. ¶Absolutio Episcopis concessa per Concil. Trident. *sess.24.c.6.* an sit sublata per Bullam Cœnæ tā in causa hæresis, quàm in alijs in dicta Bulla cōtentis ¶Et quando potestas generalis absoluendi ab excommunicatione includat casus speciales. ¶Episcopus an possit absoluere ab hæresi in foro exteriori in officio sanctæ Inquisitionis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest absoluere ab excommunicatione non reseruata Papæ. Idem in dispensatione n.2. Intellige vt n.3.& 7.*
4 *Extrahentes reos ab Ecclesijs non seruata forma constitutionis Gregorij X I V. an possint absolui per Episcopos, n.5.*
6 *Libertatem Ecclesiasticam tollens, seu in aliquo minuens, aut restringens, incurrit excommunicationem Bulla in Cœna Domini.*
8 *Relatio debet continere omnes qualitates relati, & num.9.*
10 *Expressum dicitur quod ad aliud refertur etiam in pœnalibus, n.11.*
12 *Qualitas absolutionis debet expresse reseruari à Papa vt excludat Episcopum.*
13 *Expressio relatiua non sufficit quando aliquid patenter exprimi debet.*
14 *Offendens libertatem Ecclesiasticam de facto absq; eo quod præcedat statutum, seu ordinatio, an incurrat in Bullam in Cœna Domini.*
15 *Vicarius Episcopi quando absoluat ab excommunicatione Iuris, vel Canonis,*
16 *Permissa dispensatione à Canone intelligitur solum permitti Episcopis, non Vicarijs, numer. 17.18. & 19.*
20 *Absolutio Episcopis concessa iuxta Concilium sess. 24.c.6. est sublata per Bullam in Cœna Domini tam in casu hæresis, quam in alijs dicta Bulla reseruatis.*
21 *Non potest quis absolui ab hæresi, quamvis expresse daretur facultas absoluendi à casibus contentis in Bulla Cœnæ Domini.*
22 *Potestas generalis absoluendi ab excommunicatione non includit absolutionem illius quæ specialiter non fuisset concessa. Et de cautela super hoc n.23.*
24 *Episcopus potest absoluere ab hæresi in foro exteriori in officio Sanctæ Inquisitionis.*
25 *Episcopi non possunt absoluere à casibus reseruatis Papæ in alijs legibus extra Bullam Cœnæ.*

Caput CCCCXIV.

Absolutio ab excommunicatione, si non est expressè reseruata Papæ, potest concedi ab
1 Episcopo * *c.nuper 29 ad fi.versi. quia tamen conditor canonis.* & ibi Glos. arguit de dispensatione *in verb.non retinuit, ad med. vbi Abb.in 5 notab.n.*
2 *5 Feli.n.1.& 4.*† qui etiam loquitur de dispensatione, *de sent.excomm Gloss.in c.sciant cuncti, 12.in verb.scientia, de elect.in sexto, & in c.vnic.in verb. excommunicationis, ad fi.de his qui vi vel met.caus. eod.lib.& in c.quoniam,4 in verb.absoluatur, de immun.eccles.eod.lib.* cum alijs per *Duen.reg.252 n.11* vbi similia adducit *Couar.in c.alma mater, p. 1.§ 12.n.4 fol.430 Henric.Bott.de sinod.Episc.art.5 p.*
3 *3 n.1.& 2.tom.13 p.2 fol.405.*† Dūmodo consuetudo ipsi solum reseruaret absolutionē, quia talis consuetudo valeret,& non posset alius absoluere, quamvis non esset reservata *Henric. Bot.ibid.n.13 vers.limita quarto, post Cald consil.6.in fi. de sent.excomm. Feli.in c.pastoralis,9 prætrea,n.9 versic.cum istis concordat, de offic.ordi. per tex. in c cum contingat, de foro compet.*
Ex istis videbatur cōcludendum, quod extrahentes reos de Ecclesijs non seruata forma constitutio-
4 nis Greg.XIV.* possint absolui ab excommunicatione per eos incursa per Episcopos, cum Sūmus Pontifex talem absolutionem sibi expressè non reservavit , provt in specie dictæ Bullæ concludit *Praxis Archiepisc.c.22 n.5 & in addit. num.12.*

Verum

Verum prædictis obstat, quia in *d. Bulla in fi.* Summus Pontifex declarat, quod qui contra dictam constitutioné aliquid facere præsumpserit ipso
5 facto incurrat easdem censuras, & pœnas, † quæ sunt promulgatę cōtra violatores libertatis, juris, & immunitatis Ecclesiæ, tam per sacros Canones, quàm Concilia generalia, & alias constitutiones Pontificias. Quare ex hoc videbatur
6 absolutio solū reseruata Papæ.* Quia *in Bulla in Cœna Domini n.14 in fi.* excommunicantur omnes, qui aliquid fecerint vnde libertas ecclesiastica tollatur, seu in aliquo lędatur, aut deprimatur, aut aliàs quovis modo restringatur, vel quarumcumque Ecclesiarum juribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè præjudicatur.

Neque aduersatur *Gl. in c. quoniam, 4 in fi. in verb. ab-*
7 *soluatur, de immun. eccl. in 6.* † vbi tenet in specie libertatis ecclesiasticæ posse absolutionem concedi ab Episcopis, cum Papa non reservaverit *jux. d. c. nuper, de sent. excomm.* Quia *d. Gl.* loquitur de jure communi, non autem sumus in casu Bullæ in Cœna Domini, per quam, vt dictum est hujusmodi absolutio est de reservatis Summo Pontifici, & cum ad eam constitutionem fuerit
8 facta relatio † debent omnes qualitates in relato contineri *Bar. in l. 1 ff. de recep. & in l. 2 ad fi. ff. fam. ercisc. & in l. si quis seru. § vlt. versi sed quæro iesta.*
9 *ff. l. 1 Aym. consi. 45 n. 4 Surd. consi. 209. n. 5.** Et sic de pœna habenda est, ac si esset in ipsa constitutione inserta *Natt. consi. 204 n. 12 Surd. consil. 188*
10 *n. 24* Ita vt etiam expressum dicatur, † quod ad aliud refertur *l. aie prat. § 1 vbi Bp. de re jud.* cum alijs per *Tiraq. de legib. connubia. gl. 7 n. 182 fol. 351*
11 *leg 16.* Quæ etiam procedunt † in pœnalibus *Bal. consi. 13 magnifici, li. 5* quod est repetitum *cons. 181. factum super quo, eod. lib. Tiraq. ibi. n. 186 Bar. in l. 1 § & post operis, col. 2 versi. quandoque continet. vbi Ias col. 1 in fi. de oper. nou. nunciat. Bald. in l. acceptam, q. 7 C. de vsur.*

Istis tamen non obstantibus contrarium est tenendum tanquam tutius ob illam rationem, quia
12 ista qualitas † absolutionis debet expresse reservari à Papa *c. nuper, de sent. excommun.* Vnde non includitur in dispositione referente, cum enim
13 aliquid patenter exprimi debet, nunquam † satis est expressio relativa *Abb. & alij in c. penult. de iur. iurand. Socin. consil. 99 colu. 1 ad med lib. 3* cum alijs per *Tiraqu. de legibus connubial. gle 7 nu. 199 fol. 353.*

Et facit, quia in excōmunicationem Bullæ in Cœ-
14 na Domini non incidunt, † qui offendunt libertatem ecclesiasticam de facto, absq. eo quod pręcedat statutum, seu ordinatio, cum Bulla requirat, vt fiant statuta ad hoc, vt illa excommunicatio incurratur, vnde extrahens de facto aliquem ab Ecclesia non incidit in Bullam; requiritur enim, vt adsit statutum permittens, & disponens, vt liceat extrahere eum, qui ad Ecclesiam confugit, ita in specie dictæ Bullæ declarat *Ugolin. de censur. Pontific. reservatis, versic. nec non qui statuta ordinationes & c. p. 2 § 4 versi. 5 in excommunicationem fol. 388* per doctrinam *Socin. Sen. in c. venerit, n. 5 versi. & ex prædictis infert, de senten. excommun.*

An autem vicarius dispenset, & absoluat ab hujusmodi excommunicationibus, concludendum
15 est, quod non. † Quidquid enim sit de excommunicatis ab Episcopo, siue ejus Vicario, aut Delegato. Aliud est dicendum de excommunicatione juris, vel canonis, quia Vicarius Episcopi non poterit hujusmodi excommunicatos absoluere sine mandato speciali *Fel. in c. pastoralis, 2 § præterea, n. 10 ver. pro quo facit solemne dictum,*
16 *de offic. ordin.* vbi quod permissa dispensatione à canone, intelligitur permissa solis Episc. *Innoc. in c. vlt. in fi. versic. & hi omnes irregulares, de postul. prælat. & in c. 2 de eo qui furt. ordi. suscep. Abb. in c.*
17 *1 n. 3 in § nota. de privi.* † quod etiam disponitur in *Concil. Trid. sess. 24 c. 6 de reform.* & voluit etiam *Gl. in c. 2 in verb. reseruantur, in pr. de pœnit. & re-*
18 *miss. in 6.* vbi quod solus Episcopus, † non autem Vicarius sine speciali mandato absoluit *Fel. in c. nuper, 29 col. 2 in pr. versi. quia autem fit ille inferior, de sent. excomm.* cum alijs per *Sbroz. de Vicar.*
19 *Episc. c. 179 nu. 1 cum seq. lib. 2.** vbi multas declarationes adducit, de quibus etiam *Nauar. in manual. cn. 27 Couar. in c. alma mater, p. 1 § 12 Duen. reg. 152 Henric. de sinod. Episc. art. 5 conclus. 1.*

Et quoniam supra loquuti sumus de absolutione Episcopis concessa justa dispositionem *Concilij*
20 *Trid. sess 24 c. 6 de reform.** Notandum est hodie hanc potestatem, quam à dicto Concilio habebát esse illis sublatam per Bullam in Cœna Domini, nedum in casu hæresis, sed in alijs casibus in dicta Bulla reseruatis, prout pluries Sacra Congregatio Concilij resoluit, & in sacro foro pœnitentiariæ est conclusum, & quotidie seruatur; Vnde quidquid prius Concilium Episcopis concederet facultatem absoluendi hæreticos occultos, stante bulla in Cęna Domini talis potestas expirauit, quod erit etiam extendendum, ad alios casus in Bulla reservatos, in quibus idem statui debet, quod hæresi occulta *Vivaldus in suo candelabr. aureo, p. 1. tit. 11 de absolu. Sacram. n. 13 in impressione Venetia apud Scottum 1602. Bar. Vgolin. de censuris Rom Pontifi. reseru p. 3 versi. etiam prætextu quarumuis facultatum, n. 3 fol. 479 post Nauar.*
21 *in manual. c. 27 n. 275 tom 1 fol. 552.* † vbi etiam addit quod neq; poterit quis absolui ab hæresi quámvis expresse daretur facultas absolvendi à casibus contentis in Bulla Cœnæ Domini *arg. c. frater noster, 16 q. 1 S. Ant. 3 p. tit. 24 c. 77 § 1* vbi quod potestas generalis absoluendi ab excommunica-
22 tione † non includit absolutioné illius, quę specialiter non fuisset concessa. Ideo quando conceditur facultas absoluendi in casibus reseruatis,
23 tis,* solet dici exceptis reseruatis in Bulla Cœnæ *Sarnen de breuib. n. 26 Mandos. de signatur. gratiæ, in verb. confessionale.*

Poterit tamen Episcopus absolvere ab hæresi in foro exteriori in officio Sanctæ Inquisitionis *Ey-*
24 *mericus* † *in direc. inqui. 3 p. q. 92 Simācas de cathol. instit. tit. 3 Prax. Archiep. c. 67 n. 10.* vbi etiam *n. 11. in fi.* quod neq; hodie Episcopi possūt absoluere à
25 casib. reservatis Papæ † in alijs legibus extra Bullam Cœnæ, quasi non requiratur derogatio Cōcilij in lege posteriori Papæ, cum Concilium Tridentinum omnibus reseruet auctoritatem, aut contrariam declarationem, seu diffinitionem Summi Pontificis *vt in c. 21 sess. 25 de reform. & sess. 7 de reform. in pr. ante c. 1.*

EPITOME.

Surreptio quando attendatur in alienatione

rerum Ecclesiæ stante vtilitate. ¶ Et an solénitates requirantur si interueniat sola auctoritas Pōtificis. ¶ De tempore ad tempus an arguendū sit circa æstimationem bonorum Ecclesiæ tam in permutatione, quàm locatione, & similibus. ¶ Et quādo detur rescissio, si res fuerit facta deterior. ¶ Et vtilitas, seu læsio de quo tēpore debeat interuenire. ¶ Constitutiones Summorum Pōtificū prohibentes alienationem bonorum Ecclesiasticorum in consanguineos quomodo intelligantur, & per quas clausulas illis sit derogatum. ¶ Titulus præsumptus quando tollatur per exhibitionē veri. ¶ Temporis antiquitas quo casu faciat præsumi solénitates, & excludat surreptiones. ¶ Decretum irritās quādo inficiat possessionem. ¶ Notitia in Principe quib. casib. præsumatur ad hoc, vt non possit dici gratia surreptitia.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum Ecclesiæ est valida si fiat seruatis seruandis cum solemnitatibus requisitis. Et quid si interueniat sola auctoritas Sūmi Pontificis, n. 2.*
3 *Surreptio non attenditur in alienationibus rerum Ecclesiæ si constet de illius euidenti vtilitate.*
4 *Vtilitas Ecclesiæ attenditur de tempore alienationis non inspecta læsione temporis præteriti, seu futuri, n. 6.*
5 *Dictio tunc denotat extremitatem temporis.*
7 *De tempore ad tempus non arguitur quando interuenit guerra, seu alia mutatio.*
8 *Tempus contractus attenditur circa æstimationem rerum, & nu. 10.*
9 *Præsumptio valoris præteriti cum præsenti non admittitur stante extrinseca causa belli, vel similis.*
11 *Permutatio rerum Ecclesiæ non potest rescindi quāuis post permutationem res sit facta deterior, intellige vt n. 12.*
13 *Locatio rerum Ecclesiæ facta consanguineis an sit valida, & quomodo intelligantur constitutiones Summorum Pontificum prohibentes similes alienationes fieri in eos, n. 14 & 17.*
15 *Alienatio rerū Ecclesiæ facta consanguineis, exclusa læsione magis sustinetur quam si fiat extraneis.*
16 *Sententia lata vigore Breuis si in euidentem facit cessare omnem sinistram suspicionem.*
18 *Clausula non obstantibus, & quorum tenores, & pro expressis declarat mentē Pontificis volentis derogare constitutionibus prohibentibus alienationes rerum Ecclesiæ in consanguineos, & n. 23.*
19 *Temporis antiquitas facit præsumi solemnitatas requisitas in alienationibus rerum Ecclesiæ & derogationem constitutionum respectu cōsanguineorum.*
20 *Titulus præsumptus tollitur per exhibitionem tituli veri.*
21 *Solemnitas quæ potest adhiberi ante, vel post actum præsumitur interuenisse per spatium longi temporis, neque tunc inspectio tituli probat eam non fuisse adhibitam.*
22 *Decretum irritans non semper inficit possessionem, nisi quando de ea mentio facta est in dicto decreto.*
24 *Notitia Summi Pontificis præsumitur constitutionis confirmata, quod sufficit ad confirmandam surreptionem.*
25 *Princeps præsumitur scire constitutiones vulgares maximè illius loci in quo ipse residet.*
26 *Gratia non dicitur surreptitia si sub expressione nominis continetur aliquid tacitè, puta quod esset Canonicus.*
27 *Nulla est differentia inter tacitum quod includitur de natura expressi & expressum.*
28 *Surreptio non datur quando non potest cadere in Principe ignorantia.*
29 *Obseruantia diuturna & scientia, ac patientia eorum cum quibus res gesta est, facit præsumere solemnitates interuenisse, & excludit surreptionem nu. 30.*
31 *Solemnitas non præsumitur ex temporis antiquitate, si non apparet de vera seu præsumpta scientia.*

Caput CCCCXV.

LOcationem, de quo agimus dixi judicandā
validam, cum fuerit facta seruatis seruandis
in euidentem vtilitatem Ecclesiæ præuio bene-
1 placito Apostolico, † vt in processu, & sententia
lata cum alijs solemnitatibus requisitis in hu-
jusmodi alienationibus juxta *Extrauag. Pauli
II.* & notant *Abb. Card. & alij in c. super, de rebus
eccle. non alie. Couarr. lib. 2 variar. resolut. c. 17 nu.
4 & 5.*
Cum etiam sola auctoritas Summi Pontificis suffi-
2 ceret in alienatione rerū Ecclesiæ, * quando fuit
legitimè obtenta, vt in casu nostro, quidquid a-
liud sit quando esset subreptitia, quia tunc est
nullius momenti *c. super literis, de rescrip. Dec.
consil. 142 col. 2 vers. non obstat quod cum auctorita-
te n. 5.* Quamvis si appareret de euidenti vtilitate
3 Ecclesiæ surreptiones non essent attendendæ †
*Rot. coram Cards. Seraphino Placentina beneficiorum
7 April. 1581. & coram R. P. D. Bobalo Romana
domus 2 Decembr. 1588.* prout etiam refert & se-
quitur *Cards. Mantic. de tacit. & ambig. conuen-
tional. tit. 7 lib. 4 n. 49.*
Non obstat prætensa læsio desumpta ex locationi-
bus factis ante istam, de qua modò agitur. Quia
4 † satis est quod tēpore præsentis locationis cō-
stiterit de vtilitate Ecclesiæ, cum non debeat at-
tendi præteritum, aut futurum, prout loquitur
5 *Extrauag. ambitiosæ.* vbi adest illa dictio tunc, *
quæ denotat extremitatem temporis *l. 43 de
cond. & demonst.* & ita in specie etiam quod dici-
mus in re solita locari ex multis decisionib. Ro-
6 tæ * declarat *Handed. consi. 51 in fi. n. 6 & 61 lib. 1
Cas. de Graff. decis. 3 & 4 de reb. eccl. non alie.* Præ-
sertim cū contigerit mutatio status propter sac-
cū Vrbis, ita vt non possit considerari quod per-
maneat eadem causa concessionis propter diru-
ptionem domus & alis, de quibus in facto, adeò
vt hoc casu nō liceat arguere de tempore ad tē-
7 pus. † cū propter guerras, & alias hominum pas-
siones fiant in rebus stabilibus magnæ mutatio-
nes *Bal. in l. 2 col. pen. in fi. n. 29 C. de rescind. vend.*
Prout regulare est, vt circa æstimationem rerum
8 attendatur tempus contractus, † nulla habita cō-
sideratione temporis præteriti, maximè quando
modicum interuallum non intercessit, prout in
casu nostro *c. ad aures, de reb. eccl. non alie.* cum a-
lijs per *Surd. consil. 151 nu. 71.* & stante extrinse-
ca causa belli, vel similis rei, propter quam po-
9 tuit contingere mutatio, nunquam admittitur *
præsumptio valoris præteriti cum præsenti
*Nat. consil. 355 n. 2 post Cin. in l. si minor, C. de re-
stit. in integr.*
Et generale est quod quādo quæritur, an melior sit
conditio

conditio Ecclesiæ, si inspiciendum tempus con-
10 tractus, † puta permutationis, vel similis *cap. vt super de reb. Eccles. non alien. l. ex mille, § 1 de evict. Paris. consil. 24 n. 7 libr. 4 Rot. coram Card. Seraph. Anconitana. terrarum, 13 Iunij 1570.* de qua per *Card.*
11 *Mant. de tacit. & ambig. convent. lib. 6 tit. 25 n. 61.* †
vbi ex hoc concludit, quod si res data Ecclesiæ post permutationem sit facta deterior, vel si res ab E[illegible] sia tradita sit melior effecta, permutatio rescindi non potest *Calder. consil. 5 de rer. permut.* Quidquid aliud sit, quando permutatio esset nul-
12 la, & postea sequeretur ratihabitio, tunc enim †
esset novus contractus, & ideo deberet inspici tempus ratihabitionis, quo solemnitas est adhibenda *Card. Mantic. d. tit. 6 n. 64.*

N[illegible] facit, quod talis locatio fuerit facta cōsanguineis Canonici cōtra prohibitionem summorum Pontificum cum clausula sublata, & decreto ir-
13 ritanti ac al[illegible]js, de quibus per *Put. dec. 2 part. 1.* †
Quia d[illegible]ctæ constitutiones sunt conformes juri communi, se[illegible]ndum quod prohibentur similes alienationes rerum Ecclesiasticarum in consanguineos propter præsumptionem fraudis, & læsionis [illegible] *quibuscunque modis, C. de sacros. eccl.* [illegible] *in c. si œconomus § nam hac vsus*
14 [illegible] *7. 2* † Vnde debent recipere interpretationem passivam a jure communi, ita vt cessā[illegible] fraude debeat etiam cessare talis prohibitio, & exc[illegible] læsione potius sustineatur alienatio fa-
15 cta [illegible] quam in extraneos † *Abb.* [illegible] *§* [illegible] *penult. ad med. n. 18 & 19 de reb. Eccl.* [illegible] *alienand. Feder. consil. 210 casus talis, n. 2* [illegible] *Episcopus, in fi. 10 quæst. 2 Bald. in auth. quibuscū que, ad med. n. 4 & ibi late Aloys. de* [illegible] *C. de sacros. Eccles.* Quod autem in casu, de quo agitur, non adsit fraus, neque aliqua læsio
16 Ecclesiæ patet ex processu, † & sententia lata vigore B[illegible] in evidentem cum augmento redditu[illegible], & alijs, de quibus in facto, quæ faciunt cessare omnem sinistram suspicionem *Menoch. consil.* [illegible] *n. 19 & 2 lib. 1.* vbi quod debet adesse
17 † aliqua conjectura fraudis, vt non possit concedi emphyteusis consanguineis, qua fraude cessante non est prohibita talis concessio *Bald. in c. 1 in princ. de his qui feud. dar. poss. Card. consil. 84 in fi. R p de remed. conservand. vbere. n. 170.*

Immo etiam dato & non concesso, quod dictæ cō-
18 stitutiones obstarent, † tamen in beneplacito obten[illegible]o adest clausula non obstantibus, & quorum t[illegible]ores, & clausula pro expressis cum alijs verbis amplissimis, ita vt ex materia subjecta, & natura causæ appareat de mente Pontificis volenti derogare prædictis constitutionibus, adeo vt non sit dubitandum, quod tunc istæ clausulæ operentur individuam, & expressam mentionem *Abb. in c. cum instantia, 17 num. 5 de censib. Rot. divers. dec. 157 nu. 6 lib. 1 Gamb. de legat. lib. 8 tit. de potest. legat. in leg. b. & statut. condend. nu. 38 Aym. consil. 126 n. 7 & consil. 241 col. 8 ad med. ver. ista tamen responsio, n. 20.*

Præterea concurrit lapsus 76 annorum cum observantia subsecuta receptionis canonum per to-
19 tum dictum tempus † ex quo non solum est sublata facultas impugnandi locationem, sed etiam præsumuntur adhibitæ omnes solemnitates necessariæ pro validitate talis concessionis, & consequenter derogationes sufficientes prædictarum constitutionum respectu consanguineorum *Alex. consil. 79 circa primum de quo quæritur col. 2 in fi. vers. sed præmissis omnibus, n. 4 lib. 1 Dec. consil. 151 in causa exemptionis, col. 3 in princ. n. 4 Aret. consil. 35 casus talis est, n. 6* & ita servari passim per *Rotam* testatur *Gabr. consil. 28 n. 14 vsque ad n. 21 lib. 1.*

Neque obstat, quod per beneplacitum obtentum solum sit sublata prohibitio *extravag. Pau. 2* non autem alia dispositio contra consanguineos, ita
20 vt ex hoc non possit præsumi talis solemnitas, †
quasi tituli veri exhibitio tollat titulum præsumptum *Rot. coram R. P. D. O[illegible] ane Elnon. muneriarum, 16 Decembris 1585 cum alijs ex adverso allegatis.* Quia dictum beneplacitum solum fuit exhibitum ad removendam obstantiam Paulinæ, non tamen ex hoc sequitur, vt non potuerit etiam intervenire alia solemnitas, circa derogationem
21 dictarum constitutionum, † cum simus in solemnitate, quæ potuit intervenisse ante, vel post ipsum actum, tunc enim antiquitas temporis operatur istam præsumptionem, neque sola inspectio tituli, aut auctorum probat eam non intervenisse *Dec. consil. 341 viso puncto, col. 7 in fi. vers. sic. non obstat si doceatur, n. 13 & consil. 409 nu. 12 Rol. consil. 99 nu. 33 & 34 lib. 2. Cephal. consil. 171 nu. 40 lib. 2 Surd. decisi. 334 num. 19 in fi. part. 2.* Quamvis hoc dictum sit ex abundanti cum ex clausulis, de quibus in eodem beneplacito sit satis derogatum dictis constitutionibus ex superius allegatis.

Minus faciunt, quæ dicuntur de decreto irritanti cum alijs ex adverso adductis Quia cùm jam dictum fuerit esse derogatum præfatis constitutionibus, vel præsumi derogatum ob temporis diuturnitatem, non est amplius quærendum de vi i-
22 stius decreti: † Maximè cum illud non semper inficiat possessionem, nisi quando de ea mentio facta est in decreto irritanti, provt ita frequentius servari testatur *Gonzal. ad reg. 8 cancellar. gloss. 67 nu. 46 vsque ad n. 47 Achil. dec. 8 nu. 4 de restit. spoliat.*

Et hanc opinionem ex prædictis pro validitate locationis amplexa est Rota in hujusmodi causa Romana locationis domus, 3 Decembris, 1612. coram R. P. D. Coccino. vbi etiam, quod quamvis adsint constitutiones Sixti IV. Clem. VII. & Pauli IV. prohibentes non posse fieri locationes
23 consanguineis Canonicorum sancti Petri, † non tamen censentur ipsi Pontifices ligasse manus sibi, & successoribus, vnde potuit illis derogari, provt in specie derogatum fuit ex clausulis supra adductis *Butr. consil. 2 Felin. in cap. nonnulli, n. 6 ad fi. de rescript. Cassador. dec. 10 num. 20 super regulis.*

Quæ omnia confirmantur ex supplicatione, in qua narratur quod Oratores erant nepotes Bartholomæi Farratini, quod sufficit pro narrativa, quod essent nepotes Bartholomæi Canonici, nam Paulus III. cui fuit directa dicta supplicatio habebat notitiam istarum Cōstitutionum prohibentium
24 locari consanguineis, cùm illas confirmasset, †
quod satis erat ad evitandam surreptionē quamvis de eis nulla fuisset facta mentio *Rot. decisio. 32 numer. 4 de rescript. in nou. Felin. in cap. super litteris, 20 col. 7 ad med. num. 8 versic. tertia regula, eod. tit. de præscript. & latius in cap. in nostra, 32 col. 12 post princ. n. 15 versic. quintum corollarium, eod. titul. post Feder. de Sen. in tract. de rerum permutat. qu. 4.*

Petr.de Vbald.eod.tit.part.4 q.3 Imol.in clem.1 ad fi. n 43 etiam de rerum permuta. Et faciunt dicta per
25 Bald.*in l.2 in fi.C.quæ sit long. consuetud.* † quod præsumitur Princepa scire consuetudines volgares, maximè illius loci, in quo ipse resides Felin. qui alia similia adducit *in c.1 nu.4 col.2 an.e med. vers.amplia tertio,de sent.& re iudic.*

Cum etiam talia scientia sumatur ex literis ejusdem Sūmi Pontificis, in quibus mandat Baldo Fattatino, vt Casalia per ipsum conducta à Canonicia Sācti Petri dimittat libera in manibus Capituli, quod ideo fecit, quia locatio doctorum Casaliū erat nulla tanquam facti nepotibua præfati Bartholomæi staute prohibitione dictatū constitu-
26 tionū, vnde gratia non est dicenda surreptitia, † sed sustinetur, quasi sub illa expressione Bartholomęi comprehendatur illud tacitum, quod esset Canonjcus, cum hoc esset notum Papæ *Bal.cons. 209 casus talis est,lib.1* quasi in puncto juris nulla sit differentia inter tacitum, quod includitur de
27 natura expressi, † & expressum *l.cum quid.ff.si cer. petat.l.non recte,C.de fideiuss.l.hæc verba,de legat.2* Quidquid aliud sit in tacito, quod nō includitur de natura expressi, quod faciet literas cęteri surreptitias, vel talem casum in literis non includi *c.cum in illis,§ in illis vero,& § sequen.de preb.in 6. Bal.cons.209 post med.lib.1.*

Præsertim quia Bartholomæus erat Episcopus in Curia conspicuus, & magni nominis, ita vt non sit verisimile, quod Papa ignorauerit illum esse
28 Canonicum. † Vnde cum aliquo modo non posset cadere in Papa talis ignorantia, nō datur surreptio, quidquid diuersum sit quando verisimiliter posset ignorare, tunc enim non sufficeret q materia esset publica, & notoria in Curia *Ægid. decis.9 nu.2 Felin.in c.super litteris, 20 na.8 ad fi. vers.limita hanc regulam,de rescr.* Maximè quia à tempore Pauli III. vsque ad tempora hodierna Domini Fattatini nunquam fuerunt molestati, quod non extitisset, si Papa ignorasset locationem fuisse factam nepotibus Bartholomæi Canonici, & tunc iustè Capitulum recuperasset hujusmodi bona locata consanguineis, cum non vi-
29 deatur absurdum, † immo sit juri consentaneū, vt diuturna observantia; & scientia patientia eorum, cum quibus est res gesta, faciat præsumi solemnitates, quasi actus non fuisset toleratus, sed impugnatus ab habentibus notitiam defectu solemnitatis, si à primordio fuisset minua solemnis *Felin.in c.sicut,16 col.20 ad fin.vers.& hoc pata su-*
30 *stent abilius,n.33 de re iudic.* † Quia scientia stante non adest aliqua subreptio, quidquid alias non præsumatur ex diuturnitate temporis solemnitas quando non constat verè, vel præsumptiuè, quod Papa habuerit scientiā contractua, prout de Episcopo, qui juravit non alienare inconsulto Romano Pontifice, si enim reperiatur facta aliena-
31 tio, quæ de licentia Papæ nihil exprimit, certè † talis solemnitas non pręsumetur ex temporis antiquitate, cum non appareat neque vera, nec pręsumpta scientia dicti contractua Felin. qui dicit non obliniscendum *in c.sicut,16 col.20 ad fin.vers. bene fateor,n.33 de sentent.& re iudic.*

EPITOME.

Alienatio facta de mandato testatoris quando operetur fideicōmissum limitatum. ¶ Et sit reservanda quarta fideicommissario. ¶ Et an talia bona alienata imputensur in legitimam, & trebellianicā. ¶ Prohibitio facta filio ne alienet, nisi com cōsensu alicujua an inducat expressam, seu tacitam licentiam alienandi. ¶ Dictio, nisi, quando affirmet, si oratio pręcedens est negativè cōcepta. ¶ Filius prohibitus alienare ante 20 annum an possit post dictum tempus alienare. ¶ Habena bona alienata de præcepto testatoris an dicatur habere ab eo, seu ab alienante.

SVMMARIVM.

1 *Licentia alienandi medietatem in filio idem operatur, ac si concederetur facultas alienandi totum.*
2 *Alienatio facta de mandato testatoris operatur vt is in quem bona sunt alienata dicatur illa habere ab eodem testatore non alienante.*
3 *Prohibitio alienationis facta filio, nisi cum consensu executorum facit vt habeat expressam licentiam alienandi si consensus interveniat.*
4 *Dictio nisi affirmat quando oratio præcedens est negativè concepta.*
5 *Testator non præsumitur quod se in cōtinenti corrigat.*
6 *Fideicommissum dicitur limitatum, cum testator mandat non posse filium alienare nisi cum consensu alicuius.*
7 *Gravatus onere fideicommissi potest bona omnia alienare si habere licentiam alienandi à testatore, neque hoc casu tenetur reservare quartam fideicommissario, & n.8.*
9 *Bona alienata de mandato testatoris non in putantur in legitimam, nec trebellianicam.*
10 *Dispositio testatoris in vna parte testamēti permittēs alienationem, in alia prohibens dicitur contraria, & attenditur secunda prohibitiva. Intellige vt n.11.*
12 *Filius prohibitus alienare ante annum vigesimum an possit post dictum tempus alienare.*

Caput CCCCXVI.

* *Adde sup ad c.59.*

PRo * confirmatione eorum quæ scribuntur circa validitatem alienationis stante permissione testatoris cum consensu executorum, pauca sunt dicenda, cum solum de subscriptione rogatus fuerim, tantum addam Surd. qui late hanc opinionem defendit *cons.71 per tot.lib.1 post Soc. in l.Marcellus, § res quæ, in fi.ff.ad Treb.& cōs.114*
1 *1 post med.vers.secunda ratio lib.3* † vbi quod in filio, cui debetur legitima & trebellianica, idē est concedere licentiam alienandi medietatem, ac si cōcederetur facultas alienādi omnia bona, quādo enim datur potestas alienādi medietatem potest filius omnia distrahere, videlicet dimidium jure proprio pro legitima. & Trebellianica, aliā verò medietatem vigore licentiæ à testatore cōcessæ. † Adeo vt isti, in quos est facta alienatio de
2 consensu & mandato ejusdem testatoris dicātur habere talia bona alienata ab eo, non autem ab alienante *Aym.consil.144 n.1 in fi.per text in l.vnum ex familia,69 § si de fide.& § etsi duos, a bigl, in verb.hæreditario de leg.2 l.assignare,7 de assignā. liber.l.si hæres testamento, 5 de actio.empt.Castr. consil.442 pro declaratione, col.1 ad med.lib.1.*

Quod verò fuerit data licentia alienandi non potest controverti, quia verba testatoris sunt clara,

† dum

4 * dum dixit quod nō possit fieri alienatio nisi cū consensu executorū, ex quibus verbis colligitur expressa licentia alienandi. Nam cū oratio præcedens sit negatiue concepta, ipsa dictio nisi affirmat, quasi tunc aduersetur præcedentibus, & ponatur quoad illa priuatiue, non secus ac si dictum fuisset per testatorem, quod fiat alienatio cum consensu executorum, ideo vt non dicatur concessio ta: ita à contrario sensu, sed directa & expressa *Soci. Iun. consi. 163 n. 36 lib. 2 Bero. cons. 84 n. 17 lib. 2 & consi. 333 n. 3 eod. lib. Ruin. consi. 132 n. 3. & 4. lib. 2 & consi. 127 col. penul. post pr. versi. quandoque & tertio, eod. lib. Surd.* qui multa similia adducit *consi. 71 n. 6 lib. 1.*

Nec oberit quod daretur correctio fideicommissi,
5 quod tamen non est dicendum † ne præsumatur quod testator statim se corrigat contra *l. non ad ea 88 de cond. & demonst. l. cum hic status 33. in pr. de donat. int. vir. & ux.* Quia potius ista dicitur
6 limitatio, quæ permittitur, † cum sufficiat fideicommissum posse operari effectum, in casu in quo non fuerit facta dispositio per executores *Ias. cons. 175. col. 2 in fi. ver. nec obstat si diceretur, n. 1 & col. 4 ante med. ver. prædict. veriora apparebunt, li. 2 Paris. consil. 25 nu. 25 lib. 2. Ruin. consi. 124 n. 11. lib. 2 cum alijs per Pereg. de fideicom. art. 40. nu. 45.*

Vnde grauatus onere fideicommissi potest bona omnia alienare, si ei cōcedatur licentia alienandi
7 à testatore, † ita vt neq; teneatur seruare quartam fideicommissario iuxta *auth. contra cum rogatus, C. ad Treb.* Quia fideicommissum videtur limitatum, vt vendicet sibi locū, quando non esset deuentum ad alienationem *Ias. cons. 232. ad fi. vers.*
8 *nihil etiam obstare, lib. 2. Surd. consi. 71. n. 7 lib. 1.* † vbi etiam quod grauatus fideicommisso cum facultate disponendi per institutionem hæredis censetur grauatus casu quo intestatus decederet *Ruin. 76 n. 14. lib. 2.*

Ex quib. non obstat quod bona alienata sint imputanda in legitimam. Quia stante validitate alie-
9 nationis ex permissione, & licentia testatoris † non imputatur aliquid in quartā. Maximè quando ex tali alienatione non conuertitur aliquid in vtilitatem hæredis, secundum distinctionem de qua per *Bar. in l. Marcellus, 3 § res quæ, in prin. ff. ad Treb. & ibi Soci. col. penul. post med. versic. testator prohibuit, n. 14 idem Soci. consi. 114 col. 2. ante med. ver. aliquando potest fieri, n. 2 lib. 3.* Quidquid Rip. Curt. & alij dubitent, cum ista sit verior opinio, vt testatur *Surd. consil. 71 n. 5 lib. 1. Bero. consil. 93 n. 27 lib. 2.*

Neq; obstat *Dec. consi. 35. num. 4. lib. 3.* Quia loquitur quando testator in vna parte testamēti permisit
10 alienare, * in alia vero parte prohibuit, tunc. n., ad euitandam contrarietatem vltima ordinatio attenditur, tāquam illa deroget primæ, vt etiam
11 declarat *Pereg. de fideic. art. 30 n. 45. ad fi.* * Aliud est in casu nostro in quo facultas alienandi non contrariatur fideicommisso, cum testator illud voluerit habere locum, si non fuerit facta alienatio per executores *Ias. consi. 175 col. 4 ante med. lib. 2 Pereg. de artic. 40 num. 45 in pr.*

Et ista sufficiāt omisso simili de filio prohibito alienare ante vigesimumquintum ætatis annum qui
12 † à contrario sensu poterit alienare post dictum tempus, vt late concludit *Surd. consil. 294. per tot. lib. 2 & dec. 75. nu. 7.* vbi sæpius ita iudicatum testatur *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 17. n. 11. versi. sed contrariū. Bero. cons. 86. n. 24. lib. 2 Menoc. consil. 152. n. 35 vsq. ad n. 50 & consi. 152 n. 60 vsq. ad 68 liq. 2 Ruin. consi. 76 lib. 2.* Quia ista opinio non est tuta vt patet ex multis adductis § 69. Ideo non est arguendum ab isto contrario sensu, cum in casu nostro adsit expressa volūtas testatoris & directa, non tacita, dum permisit alienationem per illa verba nisi cū consensu executorū, quæ idem important, ac si dixisset testator quod fiat alienatio cum eorū consensu *Soci. Iun. consi. 193 n. 36 lib. 2 cum alijs supra allegatis.*

EPITOME.

Valor monetæ quādo attēdatur tēpore solutionis. ¶ Et quid in hoc operetur obseruātia & qualis debeat esse, & an requirat prescriptionē. ¶ Æstimatio monetæ quo casu dicatur facta taxatiuè, seu demōstratiuè, ita vt augmentū seu diminutio debeatur. ¶ Pensio reseruata in ducatis, quæ taxantur in scutis, quomodo sit soluenda, & an augmentum cedat cōmodo pensionarii. ¶ Et quid in dote consistēte in aureis, & postea taxata in moneta. ¶ Solutio faciēda in ducatis de Camera an possit fieri in aureis. ¶ Ex qua forma solutionis declaretur precedēs obligatio ambigua ¶ Manutentio an sit danda, si non constat de reservatione pēsionis. ¶ Literæ an probent contra scribentem. ¶ Condictio indebiti quando detur, & quid si fuerit solutum vigore rei judicatæ.

¶ Soluens ex causa transactionis, si illud idem cogatur soluere, an repetat primam solutionem, & qua actione.

SVMMARIVM.

1 *Pensio ducatorum centum constituentium summam scutorum centum viginti quinque moneta an sit soluenda in dictis scutis taxatiè, vel potius in ducatis, ita vt augmentum ducatorum cedat commodo pensionarij.*

2 *Valor moneta quando attendatur tempore solutionis nu. 3.*

4 *Æstimatio moneta facit vt non sit in consideratione augmentum & diminutio: & quando dicatur facta taxatio n. 5. 9. 10. & 11.*

6 *Verba non debent esse superflua.*

7 *Promissio restitutionis dotis in tot aureis valoris librarum sex, an significet quod fuerit promissa æstimatio aureorum, vel potius debeantur aurei. n. 8. 12. & 15.*

13 *Verba potius præsumuntur prolata ob causam demonstrationis, quam taxationis.*

14 *Declaratio* cons. Bal. 339. lib. 2. & cons. 213. in fi. lib. 5. *cum cæteris qui eum sequuntur.*

16 *Demonstratio per necesse quando habeat vim taxationis.*

17 *Ducatus de Camera hodie est aureus cum additione vnius iulij.*

18 *Pensio reseruata in ducatis potest solui in aureis addito iulio si soluenda sit in Vrbe, secus in partibus, in quibus sufficit solui in moneta.*

19 *Obseruantia in solutione attenditur secundum quā præsumitur facta promissio, neq; requirit prescriptio, n. 20. Intellige vt n. 21.*

22 *Moneta certa quando est soluenda non potest oriri obseruantia interpretatiua circa solutionem. Declara vt n. 23. 24. & 25.*

26 *Ex forma solutionis quando declaretur praecedens obligatio ambigua.*

27 *Successori debent intimari bullæ reservationis pensionis, & si de ea non appareat non datur manutentio, quamvis fuerit sæpius soluta pensio.*

28 *Litteræ probant contra scribentem, & videntur præsentata de mandato ipsius, & nu.29.*

30 *Scientia præsumitur omnium contentorum in litteris receptis.*

31 *Condictio indebiti non habet locum quando scienter fuit solutum. Amplia idem in promissione, nu.33. Intellige vt n.34.*

32 *Error non consideratur in sciente.*

35 *Res iudicata habetur pro veritate, & facit ius & ens de ente, & de vero falsum, & de indebito debitũ.*

36 *Non condicitur vt indebitum quod fuit solutum auctoritate rei iudicatæ, nec potest repeti per condictionem sine causa.*

37 *Sententia habetur pro causa.*

38 *Solvens vigore transactionis si illud idem sit coactus solvere quando possit repetere primam solutionem & qua actione, n.39.*

Caput CCCCXVII.

**Adde sup. ad c.51 n.17.*

FVit*reservata pensio ducatorum centum au-
ri de Camera constituentium in totum sum-
mam scutorum centum triginta quinque mone-
tæ Papalis juliorum decem pro quolibet scuto,
1 super cujus pensionis solutione contigit in facto
dubitari, an ista pensio esset talis, vt reciperet
augmentum, ita vt si modo ducati cẽtum de Ca-
mera constituerent majorem summam, quã scu-
torum centum triginta quinque, esset solven-
dum pensionario istud augmentum, vel potius
satisfactum sit obligationi, si solvantur dicta
scuta centum triginta quinque taxata.

In prædicta difficultate dicebatur solutionem esse
faciendam secundum valorem ducati de tempo-
re solutionis, cum ducatus fuerit in obligatione
propter illa verba reservamus annuam pensionẽ
ab omni decima exemptam ducatorum centum
auri de Camera, quando autem ducatus est in o-
bligatione, & non est mutata bonitas intrinseca,
2 † tunc attenditur valor de tempore solutionis
juxta doctrinam *Bart. in l. Paul. n.6 de solut.* quem
sequitur *Rota coram R.P.D. Decano Cesenat. pecuniaria, 14 Maij 1597 & per Card. Seraph. Narnien. legitima 7 Aprilis 1581 & coram R.P.D. Sacrato, Forolivien. census 8 Martij 1602 & coram R.P.D.*
3 *Gypsio. Cæsar augustana pensionis, 11 Martij 1591.* †
Dummodo debitor non fuerit in mora *Aret. consil. 21 num.3.* vbi de communi opinione testatur
Surd. qui alios allegat *consil. 220 n.3 ad med. versi. non tamen prædictis, lib.2.* & latius idem Surd. qui
multas declarationes adducit *consil. 335 n.8 cum seq. lib.3 & consil. 368 n.10 eod. lib.*

Neque videbantur obstare illa verba constituen-
tium in totum summam scutorum centum tri-
4 ginta quinque, † quasi tunc per ea sit facta æsti-
matio, quæ facit, vt non attendatur augmentum,
aut diminutio Surd. qui alios refert *consil. 392 n.2 3 & 11 lib.3.* Quia hujusmodi verba stant demon-
strativè, non autem taxativè, vt in specie pensio-
5 nis consistentis in similibus verbis † resolvit *Rota coram R.P.D. Sacrato Assisien. pensionis, 24 Januar.* 1607. vbi assignatur ratio, quia alias illa verba
ducatorum centum fuissent superflua, si solum
6 Papa voluisset reservare scuta 135. † quod non est
dicendum *l. si quando, ff. de leg.3 cap. si Papa, de privileg. in 6.* quam rationem in terminis etiam
considerat *Boer. dec. 327 col.2 in princ. n.3.*

Quibus adde *Menoch. consil. 9 a n.15 & 16 lib.10* vbi
sequitur *Boer. dict. dec. 327.* subdens in simili pro-
7 missionem † restitutionis dotis in tot aureis valo-
ris librarum sex non significare, quod fuerit pro-
missa æstimatio aureorum, sed valor ipse fuit ad-
jectus, vt sciatur an aureus crescat, vel decrescat,
vnde dos erit restituenda in aureis, neque credi-
tor erit cogendus recipere aliam monetam, etiã
ejusdem æstimationis, adeo vt obligatio, & dis-
positio facta aliter quam in aureis esset nulla.

Idem voluit *Ceph. consil. 31 nu. 6 & 12 lib.1.* vbi quod
promissio solvendi ducatos 44. Venetos boni,
8 auri, † & justi põderis valoris solidorum 75. Mar-
chiæ ad monetam Ferrariæ pro quolibet ducato
est facienda non ad rationem solidorum, sed in
ducatis, quia illa expressio monetæ fuit facta gra-
tia demonstrationis, vt partes ipsæ ostenderent
9 clarius, de quibus † ducatis sentiebant ob varias
species ducatorũ *l. nummis, de leg.3 Bart. in l. Paul. in princ. de solut.* Aliud esset si fuerit promis-
sum, quod solvantur ducati 44 auri boni, ac justi
ponderis in tanta moneta, vel si dicatur, vt sol-
vantur ducati 44. vel tanta moneta ad rationem
10 solidorum 57. pro quolibet ducato, † tunc enim
ducatus esset taxatus, & possent dari solidi 57. &
pro singulis ducatis solutio deberet admitti *Cephal. d. consil. 31 n.7.* juxta notata per *Bart. & Castr. in l. sed addes, 21 § si dominus, ff. locat.*

Et sequitur etiam *Surd. consil. 368 nu. 13 versic. non etiam monet, lib.3.* vbi quod licet æstimatio faciat
11 emptionem, † adeo vt æstimatione facta non sit
curandum amplius de augmento, aut diminutio-
ne, tamen aliud est quando æstimatio fuit facta
ad demonstrandum, non æstimandum vt scili-
cet sciatur valor aurei propter multas species
aureorum *Barbat. consil. 19 lib.4 Alc. consil. 115 & 156.*

Et faciunt similia quæ dicũtur per Doctores de ju-
dicando potius verba prolata ob causam demõ-
12 strationis, quam taxationis, de quibus per *Castr. in l. Stichum qui meus. 6 nu.1 & 2 de legat.1 Bald. & Salic. in l. si quis argentum, § 1 C. de donat. Felin. in c. super litteris, 20 nu.4 col.3 in fi. de rescript. Signorol. consil. 74 n.8.* quos in proposito pro firmanda
sua opinione adducit *Boer. d. dec 327 n.3.*

Verum prædictis obstat *Bal. cons. 213 punctus quæstio-*
13 *nis, in fi. lib.5.* alias est *cons 339 lib. 2.* vbi † in specie
concludit, quod si tempore cõtractus fuisset da-
tus florenus ad rationem tot librarum pro quoli-
bet floreno, tũc illa æstimatio debet reddi, & nõ
major, sicut in qualibet re data in dotẽ vera æsti-
matio juxta dispositionem *l. æstimatio, ff. solut. matrim. Et dictum cons. Bald.* in proposito sequuntur
Soc. Corn. & Anchar. quos adduxi supra *c.51 n.17 & Bertaz. claus. 30 gl.9 nu.12 in fi.* vbi late defen-
dit hanc opinionem contra *Boer. d. dec. 327 n.3* I-
dem sequendo *Bald.* voluit *Io. de Anan. in c.2 col. pen. ante med. ver. & hoc credit verũ, n.23 de maled. Cur. Sen. de monet. q.3 in fi. n.14 tom.12 fol.205 Aret. cons.12 n 3 post med vers. & hanc opinionem, & cons. 84 in pr. vers. hãc concl. & col. vlt. post med. vers. veniunt ad secũdum, n.5 & cons.112 post pr. vers. & ita in terminis, Alber. Brun. de augm. & dimi. monet, parte.18 limit.8 in prin. & n.4 & 7 tom.12 fol.218*

Cephal.

Cephal.consil.31 n.7 in fi. Surd.consil.225 nu 6 lib.2 & consil.368 n.3 lib.3.

Sed non est discedendum à præfata dec. Rotæ, cum
14 non obstet *Bald.dict.cons.213.* † Quia loquitur quando apparet verè de taxatione monetæ, prout in casu suo, in quo fuit taxatus florenus ad rationem tot librarum, per quæ verba apparet de clara mente contrahentium, quod fuerit facta taxatio, non demonstratio *Cephal.consil.31 num.7*
15 *Surd.d.consil.225 n.6 lib.2* & ita † omnes supra relati, qui sequuntur *Bald.* illum intelligunt *Covar. in tract.numism.c.7 § unico, versi.8 concl.& ver.10 concl.n.5* Et de verbis ad rationem, & ad computũ, quòd idem significent *Surd.cons.368 n.11 lib.1.*

Quæ etiam procedunt quamvis non habeamus hodie speciem ducati aurei de Camera, quia non ex hoc standum est demonstrationi Pótificis reser-
16 vantis pensionem, † quamvis enim demonstratio per necesse succedat loco taxationis, tamen in casu nostro satis est quod adsit communis taxatio ducati de Camera ad scutum cõmunem auri in auro cum additione unius Iulij, ita ut modernis temporibus tantum sit dicere unum ducatum
17 de Camera, quãtum unum scutum auri * cum additione unius julij, quo stante bene infertur ducatos servatos per Pontificem esse satis certos, & per consequens nulla adest necessitas, quod verba alias demonstrativa fiant taxativa, ne alias reservatio ducatorum dicatur superflua & sine effectu ex supra allegatis, & voluit *Rot.in d.Assisien.pensionis 24 Ianuarij 1607 coram R.P.D. Sacrate, post med.versic.in casu nostro proposito.*

Ideo pensiones, quæ solvuntur in Curia debẽt solvi in ducatis auri de Camera, & pro eis scuta auri in auro cum additione unius julij, prout dispo-
18 nunt litteræ Apostolicæ, * quidquid aliud sit in solutione facienda in partibus, in quibus sufficeret solvere in moneta propter difficultaté reperiendi aureos, dummodo illa tantum valeat, nec cogitur quis solvere pensioné in auro juxta opinioné magis æquã rejecta cõtratia nimis rigida, licet forsã veriore, quã ita servari in Rota testatur *Gom.de valor.exprim.in impetr.benef.q.8 ad fi.*

Nec prædictis oberit observantia subsecuta, secundum quam modus solvendi prævalet alijs conje-
19 cturis, * & generali statuto & consuetudini, cum talis præsumatur fuisse promissio, qualis apparet sequens solutio *Bald.in l.si certis annis, 28 col.3 ad versi.& ista sunt mul um, n.9 C.de pact.* & declarat *Brun.de augm.monet.in 2 præsuppos.n.17 in fi.Corn. consil.181 col.ante pen.in princ.versi.quod & satis est*
20 *verisimile, n.73 post med.lib.2.* * Ita ut in tali observantia non requiratur præscriptio, & sufficiat modicum tempus secundum *Aym.consil.201 n.12 in princ.* cum alijs per *Surd.consil.335 nu.27 lib.3.* Quamvis etiam solutio sit facta semel tantum, vel pro parte debiti *idem Surd.consi.220 n.3 lib.2.*

Nam respondetur, quod observantia subsecuta tũc declarat qualitatem monetæ solvendæ, quando
21 est dubium, † de quo partes senserint, ut quia promissi sint floreni, quorum duæ species currant in loco contractus, ita quòd ignoretur, de quibus fuerit per contrahentes cogitatum, tũc enim solutio facta in una specie sufficit ad demonstrandum, quid fuerit conventũ secus ubi est expressa certa moneta, ut in casu nostro, Nam stante tali certitudine erit solvenda pensio juxta formã re-
22 servationis, * nec ex solutionibus factis potest obriri observantia interpretativa, cum verba reservationibus sint clara *Rot.corã R.P.D.Orano Cõch. pẽsionis, 28 Iunij 1585* & bene declarat *Surd.consil. 220 n.18 & consil.224 n.14 in fi.lib.2* ubi etiam requirit in tali casu observantiam præscriptam, &
23 longissimam triginta annorũ, * quãdo est taxata certa moneta, ad hoc ut observãtia obstet, quidquid aliud sit quando est dubia species monetæ, tunc enim sufficeret modicum tempus latissimè *idem Surd.consil.335 n.28 lib.3 Gabr.consil.164 n. 8*
24 *ad fi.versi.5 quia tempore, lib.1.* ubi * quod tollitur obligatio solvendi antiquam monetam, & jus acquiritur ne illa solvatur, sed erit solvenda ea quę currit secundum pręsentem æstimationem si probetur observãtia adversus Ecclesiam quadraginta an. adversus alios triginta *Bald.cõsi. ult.lib.1 Curt.Iun.consil.24 n.7 col.pen.in fi.versic.sed quod fortius, Purpur.in l.cum quid, nu.173 col.antepen.in*
25 *princ.ff.si cert.pet. Menoch.consil.49 n.20.* * Quasi tunc talis præsũptio habeat vim contractus, cõventionis & veritatis *Surd.d.consil.335.n.29 lib.3.*

Et est ratio, quia facilius ex forma solutionis decla-
26 ratur præcedẽs obligatio ambigua † quam quod certa tollatur, quare ubi agitur de declarat.actus dubij allegari potest qualitas secutæ traditionis, sed nõ ubi agitur de certi debiti remissione, *Surd. consil.224 nu.14 post pr.ver.diversitas autem lib.2.*

Nec facit, quod ea quæ diximus non præjudicent successori, cum illi non fuerint intimatæ bullæ
27 reservationis pẽsionis, * de quibus debet constare, adeo ut quamvis, quis certo tempore recepisset pensionem, tamen si appareret illam non esse reservatam negaretur manutẽtio quia ante omnia debet doceri de existentia actus *Bart.in l.1 § & parvi, nu.3 ff.quod vi aut clam.* & in terminis est decisio *Achil.4 de rescript.* ubi quod sẽper Auditor Cameræ vult videre reservationem pẽsionis, nam alias commissio sine retardatione solutionis pensionis non produceret effectum, nisi constaret, quod præcesserit talis reservatio.

Quia ex litteris ejusdem successoris apparet de clara scientia bullarum quarũ copiam fatetur habuis-
28 se, * quę litteræ probant contra scribenté, *Gloss.in § si quis igitur in ver.faciamus, auth.de instrum.cau. & fid. Alex.cons.191 col.1 lib.2 Rebuff.de chirograp. n.25.* cum videantur pręsentatę de mandato scri-
29 bentis * *Ceph.consil.272 n.89 & 90 lib.2 Rim.Iun. consil.9 n.30,* scientia omnium in bullis contẽto-
30 rum pręsumitur, * ex quo illas ad eum pervenisse fatetur *Aym.cõs.73 n.39 ad med.ver.imo ex eo solũ.*

Quia scientia stante non est attendenda prætensa condictio indebiti quoad solutiones factas, quia
31 * illa habet locum, quando ignoranter fuisset solutum *Bart.in l.1 in princ.ff.de condict.indeb.* Requiritur enim, quod intervenerit error solventis,
32 * qui non consideratur in sciente *Bald.in l.1 in 1 notab. C.de condict.indeb. Cast.in l.ex hoc iure, 5 col. pen.in princ.versic.breviter, in hoc n.36 ff.de iust.&*
33 *iur.* * Sive simus in solutione, in promissione *Alex.cons.4 circa primum, col.pen.in princ.vers.nec in casu isto, n.9 ad med.lib.1 per text.in l.si, C.ad l.falcid.* Maximè in solvẽte scienter indebitum prin-
34 cipale, prout in casu nostro, * quidquid aliud sit in usuris accessorijs ad ipsum debitum. quasi illæ videantur potius solutę, ne quis molestetur super debito principali *Bart.in l.si non fortè, 29 § si quis falso, in princ.ff.de condict.indeb. Dec.in l.cujus per errorem, 53 ad fi.n.4 de reg.iur.*

Amplius quòd ad solutiones aliquorum terminorum factas post sententiam & rem judicatam
35 non datur repetitio, † quia res judicata habetur
pro veritate, & facit jus, & ens de non ente, & de
vero falsum *l. ingenuum, de stat. homin. Gloss. in l. si non sortem, § heredi, de cond. indeb. l. res judicata, de*
36 *reg. jur.* & facit de indebito debitum. † Nam estò
quod alias non deberetur, tamen incipit deberi
ex re judicata, vnde non cōdicitur vt indebitum
illud, quod solvitur auctoritate rei judicatę Cin.
Bart Bald. & Salic. *in l. 1 C. de cond. indeb.* Surd.
consil. 194 n. 9 & 10 lib. 1. vbi etiam quod solutum
ex causa judicati non repetitur per conductionem sine causa,
37 † cum sententia ipsa habeatur
pro causa, & quando detur talis condictio late
idem Surd. *consil. 435 n. 1 lib. 3.*

Neque id quod fuit solutum potest repeti, cum supra ostensum fuerit verè esse debitum, vnde non
38 datur condictio indebiti, † cum etiam si aliquid
solvissem vigore transactionis, & illud iterum
fuissem coactus solvere, potero quidem repetere
primam solutionem non per condictionem indebiti, quia tempore quo solvi erat debitum ex
causa transactionis, sed per condictionem sine
causa, quia causa redacta est ad non causam, quāvis enim non possit repeti, quod fuit solutum vi-
39 gore sentētiæ, † tamen hoc procedit quando vellem repetere id quod solvi vigore sententiæ, sed
si volo repetere, quòd solvi ante judicium nihil
mihi obstabit, quasi causa ob quam solvi redacta
sit ad non causam, & tu venisti contra primam
solutionem petendo aliam *Castr. in l. eleganter, in princ. n. 8 de cond. indeb. & in l. si fullo, n. 9 ff. eod. tit. & consil. 257 n. 4 lib. 2 Ruin. consil. 89 n. 15 lib. 1 cum aliis per Surd. consil. 134 n. 11 lib. 1 late Felin. in cap. suborta, 21 col. 8 vers. si n. 10 de sent. & re judic.*

EPITOME.

STatutum disponens quod agnati masculi præferantur omnibus agnatis fœminis transversalibus vsque ad quartum gradum præterquā sororibus & filiabus fratrum defuncti, quæ si concurrant cum patruo defuncti, cum eo pariter admittantur an procedat si adsit cum patruo & sorore nepos alterius sororis. ¶ Qualitas quando sit verificanda vt statutum habeat locum. ¶ Clausula infrascriptis an restringat dispositionem ad casus literaliter decisos.

SVMMARIVM.

1 *Statutum mandans quod agnati masculi præferantur omnibus agnatis fœminis transversalibus vsque ad quartum gradum præterquam sororibus & filiabus fratrum defuncti, quæ si concurrant cum patruo defuncti cum eo pariter admittantur an habeat locum si adsit cum patruo & sorore nepos alterius sororis, n. 3. 7. 8 & 15.*
2 *Statutum est attendendum tanquam casus legis.*
4 *Casus omissus à statuto regulatur secundum jus commune.*
5 *Nepos in succedendo avunculo subintrat in locum matris.*
6 *Clausula infrascriptis in statuto illud restringit ad casus literaliter decisos.*
9 *Statutum non extenditur nisi in quantum loquitur.*
10 *Statutum contrarium juri communi magis debet restringi.*
11 *Dispositio statuti non verificatur si qualitas agnationis, aut similis in eo requisita non verificetur.*
12 *Qualitas non potest separari ab ipsa dispositione.*
13 *Qualitate detracta dicitur nova dispositio.*
14 *Repetitio orationis præcedentis debet fieri cum suis qualitatibus.*

Caput CCCCXVIII.

PAtruum dicebatur esse admittendum ad suc-
1 cessionem defuncti vna cum sorore. † Ita enim disponit statutum, dum mādat, quod agnati
masculi præferantur omnibus agnatis fœminis
transversalibus vsque ad quartum gradum præterquam sororibus, & filiabus fratrum defuncti,
quæ si concurrant cum patruo defuncti, cum eo
2 pariter admittantur, vnde cum habeamus † casum
statuti illud est attendendum *Aym. consil. 4 nu. 21 Bald. consil. 174 in fi. lib. 1 Hond. consil. 22 nu 4 lib. 1.*

Neque obstat quod adsit vna cum patruo & sorore
3 nepos alterius sororis. † Quia talis nepos est exclusus ab eodem statuto, dum disponit quod dicti agnati masculi vsq; ad quartum gradum præferantur omnibus transversalibus cognatis etiam translatis in jus cognationis, puta natis ex
sorore, vel amita defuncti, qua conclusione stante non debet attendi persona dicti nepotis, sed
solum patruus cum sorore admittetur, vt ex dispositione ejusdem statuti colligatur.

Verum prædictis obstat, quia tale statutum non disponit, quod sorores & filiæ fratrum defuncti excludant natos ex sorore prædefuncta à succes-
4 sione communis patrui. † Vnde tanquam casus
omissus à statuto debet regulari secūdum dispositionem juris communis *l. commodissimè, de liber. & posth. l. si cum dotem, ff. solut. matr. l. extraneus, de*
5 *condict. ob caus.* De jure autem communi † nepos
in succedendo avunculo subintrat in locum matris *auth. defuncto, de hered. ab intest. veniente auth. cessante, C. de legit. heredib.*

Maximè quia statutum de quo agimus defert successionem ab intestato secundum dispositionem
Juris communis, præterquam in casibus ibidem
6 expressis, † vt colligitur ex clausula infrascripta
in eodem statuto posita, quæ illud restringit ad
casus literaliter decisos, inter quos iste non reperitur *Bart. in l. quæ liberis, § hæc verba, ff. de vul-*
7 *gar.* † & in propriis terminis hujusmodi statuti
Grat. consil. 19 n. 19 & consil. 35 n. 5 lib. 2 Lament. de Pin. consil. 66 n. 3 Boio. consil. 150 n. 4 lib. 2.

Et ita etiam resolvit *Rota coram R.P.D. Latta Bonon. hereditatis de Beroaldis, 10 Martii 1597 & coram R.P.D. Cordubén. Bonon. successionis, 10 Martii 1597*
8 † vbi in specie interpretati sunt dictum statutum,
vt non habeat locum, quādo sorores & filiæ fratrum defuncti prætenderent excludere natos ex
sororibus prædefunctis, quamvis enim statutum
disponat quod agnati vsque ad quartum gradum
præferantur omnibus agnatis fœminis, præterquam sororibus & filiabus fratrum, non tamen
mandat, quod sorores, & filiæ fratrum excludant
agnatos, & quod præferantur cognatis in pari
9 gradu existentibus, † cum statutū non extendatur
nisi in quantum loquitur *l. si servum, si non dixit, de acq. hered. c. cum dilectus, de consuet. l. si vero, § de viro, ff. solut. matr. Bald. in l. illam, nu. 13 C. de collat.*
10 † Maximè cum sit contrarium juri communi,
quod magis debet restringi Bart. *in l. omnes populi, n. 56 de just. & jur. Rol. consil. 21 n. 7 lib. 1.*

Neque

Neq; obstat quod dictum statutum videatur factũ favore agnationis transversalis. Quia nõ simpliciter fuit contemplatus talis favor, sed cum illa qualitate masculinitatis, quę non cócurrit in huiusmodi sorore volente excludere natos ea alijs
11 sororibus vigore huiusmodi statuti, † vnde cum non verificetur qualitas neq; etiam verificabitur dispositio *Bar. in l. non solum. § sed & probari. nu. 9 de non. oper. nunciat. Fel. in c. audit is. n. de praescrip.*
12 † cum qualitas non possit separari ab ipsa dispositione *Bal. in l si quidem. de except. Grat. consi. 151 n. 2 lib. 2 Rota diuer. dec. 166 n. 1 p. 1* quasi detrahẽdo dictam qualitatem non posset amplius dici
13 comprehensio sub eadem dispositione, † cùm potius tunc dicatur omnino noua dispositio *Bal. in l. penul. in fi. pr. de excus. tut. Socin. consil. 87 in fi. nu 9 lib. 4.*
Et quamuis pro exclusione cognatorum statutum loquatur indistincte ad fauorem omnium agnatorum transversalium, & sic ad fauorem foeminarum
14 † tamen in eodem statuto fit mentio de praedictis agnatis, per quae verba fit repetitio orationis praecedentis cum suis qualitatib. & per consequens cum statutum loquatur tantum de agnatis transversalibus praeferendis omnibus agnatis foeminis, praeterquam personis ibidem expressis, ita etiam dicendum erit illud intelligi debere de eisdem tantum agnatis transuersalib. masculis praeferendis omnibus cognatis masculis, & sic repetitio fiat cum eadem qualitate masculinitatis *l. liberis. § haec verb. ff. de vulg. & pupil. lar. l. 1 ... de his quae in testa. de lent. Decia. consil. 51 n. 5 lib. 1 Paris. cons. 49 nu. 52. lib. 3 Aym. consil 98 num. 8.*
Et ita in specie hujusmodi statuti quod debeat fieri
15 talis repetitio resoluit † *Rota coram R. P. D. Lutio Bononiensis haereditatis. 10. Martij 1597. & coram R. P. D. Corduba Bononien successionis.* 10. *Martij* 1597. in quibus decisionibus tolluntur omnia alia objecta quae possent allegari pro inclusione statuti, & exclusione juris communis.

EPITOME.

DEscendentes an ingrediatur locum ascendentiũ, si agatur de succedẽdo ab intestato seu ex fideicommisso. ¶ Et quid si fuerint vocati proximiores & plures nomine collectiuo, vel proprio, vel in stirpes, aut in capita, vel salua gradus praerogatiua. ¶ Et quid in successione transversalis. ¶ Filius an per fictionem, seu verè repraesentet patrem. ¶ Successio in bonis liberti in quo differat à successione in bonis patrui, vel aui, & quando in ea admittantur nepotes vna cum filijs. ¶ Iuspatronatus liberti an sit deferendum jure haereditario, & transmittatur. ¶ Prohibitis alienare quando intelligatur si sine filiis decesserit. Possessio bonorum defuncti seu dominium quo casu sit probãdum, vt res dicatur sua. ¶ Probatio gradus an sufficiat absque eo quod probetur quem esse proximiorem.

SVMMARIVM.

1 *Filius, nepos & pronepos ingrediuntur personam parentum siue agatur de succedendo ab intestato, siue ex fideicommisso. n. 3 4 & 5.*
2 *Effectus repraesentationis non tollitur quando vocantur plures nomine collectiuo, non proprio.*
6 *Filius an ingrediatur locum patris si vocentur proximiores. n. 9. 11. 20 22 & 23. & quid si adsit dictio meos. nu 12.*
7 *Libertus si decesserit relicto filio patroni, & ex altero filio duobus nepotibus non admittuntur nepotes quamdiu adest filius.*
8 *Filius an per fictionem repraesentet locum patris, n. 15 & 16.*
10 *Testator praesumitur se velle conformare cum jure communi.*
13 *Successio in bonis liberti differt à successione in bonis patrui, vel aui.*
14 *Iuspatronatus liberti non defertur iure haereditario, & non transmittitur tanquam personale.*
15 *Fictio habet locum in dispositionibus quando est secundum naturam rei, & fundatur in aequitate.*
18 *Proximitas per legem inducta quamvis ficta aequiparatur vera.*
19 *In vocatione in stirpes non in capita filius ingreditur in locum patris, etiam si agatur de succedendo transversali.*
25 *Verba sunt seruanda secundum eorum sonum in dispositionibus hominum.*
24 *Filius non ingreditur locum patris si testator noluit substitutos succedere salua gradus praerogatiua. n. 25. & 26.*
27 *Grauatus propter prohibitionem alienationis intelligitur dummodo sine filijs decesserit. Amplia ut nu. 28.*
29 *Possessio defuncti facit praesumi rem fuisse in suis bonis, nec dominium erit probandum. n. 30.*
31 *Probatio gradus an sufficiat absque eo quod probetur quem proximiorem. n. 32.*

Caput CCCCXIX.

DIfficultas in casu proposita tota reducitur an filij Francisci repraesentẽt personam parentum suorum, & ob id sint in pari gradu cum Hirena, atq; ita cum ea concurrant ad successionem fideicomm. q. Petri: Et quidem prima facie videbatur concludendũ affirmativè pro repraesentatione. † Etenim hic agitur de succedendo
1 Petro testatori proauo, quo casu nepos, & pronepos ingreditur personam patris sui, vt vna cũ patruo, seu auũculo, amita, vel matertera aut similib. succedat in bonis proaui, nã semper agitur de persona ascendentis nullam faciendo differentiam, quod agatur de succedendo ab intestato, seu fideicommisso, cum etiam in eo paritatione filius, nepos, & pronepos subintrent locum parentum suorum, vt concurrant cum eorum patruis, & auunculis juxta opinionem *gl. in l. cum ita. 33 §. in fideic. de leg. 2.* quam magis communiter receptam testatur *Menoch. consil. 124 n. 56 lib. 2 Ias. consi. 159 col. penul. in pr. versic. 3 pro ista par. n. 2 lib. 2 Rom. Iun. consi. 183 n. 7 vsq. ad 19 lib. 1* & est tex in *§. cum filius. inst. de hared. qua ab intest. defer. & in auth. vt fratr. filij per tot.* cum aliis de quibus per *Ceph. consil. 16 n. 34 lib. 1 Tiraq. de primog. q 40 n. 191 cum seq. Cou. pract. q. c. 38 col 9. ver. 9. secluſis. n. 4 ad fi. Dec. consi. 116 in casu proposito. n. 2 Curt. Iun. in l. si auia. n. 11. C. de success. edict.*
Maxime quia in casu nostro non potest considerari major affectio erga proximiores in gradu, quam
2 erga remotiores, † cum sint vocati plures colle-

&iuè nomine appellatiuo, non proprio, tunc e-
nim non tollitur effectus repræsentationis, ob
quam nõ inspicitur maior affectio circa patruũ,
quã circa nepotes, præsertim quia illi filij Fran-
cisci nõ ea persona sua sed patris sui volunt suc-
cedere, ita vt pariter cadat in patre eadem affe-
ctio, quæ in Hitens vt prædicta omnia in specie
declarat *Menoc.consi.367 n. 12 & 13 l. 4 & consil.
124 n.78 in pr.lib.2 post Feral.in repet.l.cum ita 33
§ in fideicommisso.n.55 de leg 2.*

Neq; est attendenda opinio eorum, qui volunt in
2 successione fideicommissi filium non ingredi in
locum patris, vt vna cum patruis, & auunculis in
3 eo succedat, * quasi tunc sola gradus proximitas
consideretur, vt tenuit *Bald. in d.l.cum ita.§ in fi-
deic.in fi.vbi Corn.& Florian.ff.de l.2 Alex.consi.
204 n.5 lib.5 Berir.consi.207 col.vlt.lib 2 Ias.Dec.
& alij in l.si ama.C.de success.edict.* & ita judica-
tum *in Rota Romana* testatur *Bellon.consil. 50 nu-
mero 2.*

Quia verior est contraria sententia, & magis rece-
pta, quod etiam in successione fideicommissi fi-
4 lius repræsentet personam patris, * quando agi-
tur, vt in casu nostro, de succedendo in fideicó-
misso aui patris, vel patrui, quidquid aliud sit
quando ageretur de fideicómisso alterius, sicut
loquuntur omnes, qui contrariũ sequuntur, pro-
vt hanc distinctionem communiter approbari
testatur Iste *Menoc.consi.128 n.81 vsq; ad num.85
lib.5 post Corn.in l.vlt.n 9 C.de verb.signif.Ias.in l.
2 n.4 C.de success edict.Cur.Iun.consi.128 n.11 Al-
ciat.in l.cum ita § in fideic.n.11 versi.ego à sententia.
de l.2 Rum.consi.163 n.13 & 14 lib 3 Alex.* qui de
communi *consi.88 n.1 lib.1 Aym.consil.67 n 5 latè
Rot.Bonon.per Bemnt.dec.88 Bero.consi 71 n.34 &
consi.93 n.35 lib.1 Ferret.consil 3°4 n.7 post pr.lib.5
Roland consil.68 n.31 lib 1 Bologn. consil. 17 in fi.
Vasq.de success.creat.§ 26 limit.31 in verb.juxta su-
periore.n.31 Zanch.in l.heredes mei,§ cum ita.p 4 n.
5 145 ad Treb.* † cum alijs per *Menoc.consi 357 n.21
lib.4* latissimè *Honded.* qui infinitos allegat, &
testatur de magis recepta, æquiore, & magis ve-
ra opinione *consi 70 n.41 col.15 & 16 lib..*

Nec facit quod in casu nostro fuerint per testato-
6 rem vocati proximiores quod operatur, † vt nũ-
quam sit præferendus nepos patruo, sed potius
patruus nepoti & sic non debet dari repræsenta-
tio *Castr.consi 1 4 in præsen causa, col. 6 ad med.
versic respondetur, n 5 l b 2 Bald.in l.iubemus §
vlt.C ad Treb.cum alijs per Roland.consil. 38 nu.33
ad med.versi.verum quia multi lib. 4* Et est *tex.in
7 l.si libertus prateritо. 3 ff.de bon.lib.* † vbi si liber-
tus decesserit relicto patroni filio, & ex altero
filio duobus nepotibus, non admittentur nepo-
tes, quandiu filius est, quia proximum quemque
ad hæreditatem liberti vocari manifestum est, vt
etiam notat *Gloss.ibid.in verb.proximum, per tex.
in l.à duobus, de operib.liber. & l.tutela, §.si duo. de
8 legitim.tut.* † Maxime quia videtur quædam fi-
ctio, vt filius ingrediatur locum patris. & illum
repræsentet. *Bal.in auth cessante, col.vlt.C.de legit.
hered. Alex.consi.204 n 7 lib 2 Rum.consi.171 n. 11
ad med.lib.5.*

Nam potius videtur cócludendum, quod filius in-
grediatur locum patris, etiam quando testator
9 vocauit proximiores, * Quia expressio ista nihil
operatur cum exprimatur id solum, quod tacitè
inerat quod scilicet in vocatione descenden-
tium & agnatorum, seu familiæ censeantur vo-
cati proximiores *l.cum ita § in fideic.de l.2.* & sic
nihil est immutatum quo ad dispositionem juris
10 communis, cum * quo potius testator credédum
est se voluisse conformare juxta *l. heredes mei. §
cum ita vbi Rip.n.74 ff.ad Treb.* Voluit itaq; testa-
tor secundum legis dispositionem succedere de-
scendentes proximiores, de quorum numero sũt
filij ingredientes locum parentum, vt concurrãt
cum patruo, efficiuntur enim æquales nepotes
isti patruo, nec gradus proximitas tollitur, aut
11 corrumpitur, sed repræsentatur. Ita * in specie
non obstante, quod sint vocati proximiores có-
cludit *Bal.consi.488 casus talis est quidam Titius,
post med.versi sed in contrarium nu. 3 lib.5* vbi lo-
quitur de filia, quæ ingreditur in locum matris,
vt concurrat cum patruo, & amita, quamvis te-
stator filio suo decedenti sine filijs substituerit
proximiores, cum verba sint ciuiliter intelligen-
da *l si cui ff.de servit* & per alias rationes, de qui-
bus *ib d.per.Bald.* quem sequitur *Alex. consi. 8
quod concurrere nu 2 lib.1 Ias.consil.159 in præsenti
consultatione, col.3 post med.versi. 4 in terminis, lib.
4 Dec.cons.427 in ciuitate, n.4 Aym.consi.64 n.1
in fi.Ceph consi 537 n 14 l b.4 & consil.489 n.60
eod.lib.Dec consil. 7 n.80 lib.1 & consi.9 n 48 vers.
neq; his obstat.l b.2 Zanchius in l.heredes mei, § cum
ita, 4 nu.100 & & 145 ff.ad Treb.latè Menoch.*
qui de communi & veriori opinione testatur
*consi. 5 n.27 vsq; ad 33 lib.4 & præsump.55 nu 51
li.4 Tiraq.de primog.q. 40 n.193 Peregr. de fideic.
art.21 n.17 Port.Imol.consi.55 num.65 cum seq.Soc.
Iun.consil.126 n.12 & 13 lib.1 Castr.454 quæritur,
ad fi.lib.5 Molin de Hispan.primog. lib.3 c.8 nu 11
versic.imo nec etiam Corn.consil.125 nu. 35 ad med.
12 lib.2.* † Maxime quando in substitutione non
adjecta illa dictio meos proximiores *Ias. consil.
159 col. vlt.in pr.n 2 in fi.versi. 7 istam partem, lib.
4 post Bald d.consil.488 ad fi.lib.3 Thesaur dec.63
nu.1 in fi.*

Nec obstat *tex.in l si libertus prater. ff.de bon. libert.*
Quia magna est differentia inter successioné in
13 bonis liberti, * & inter successioné in bonis pa-
tri, vel aui etenim in succedédo in bonis liberti
nepos ex fratre non concurrit cum patruo, vt li-
bertatis favor extédatur, ne libertus habeat plu-
res patronos, cum etiam jus patronatus liberti
14 non deferatur jure hæreditario.* Maxime quia
illud est mere personale, vnde non ita facile
transmittitur, vt nepotes cum patruo concurrát,
ita in proposito respondet *Ias.consi 215 col.penul.
in fi.versic.& in successione ac tutela, lib 2 post Io.
Fab.in § vlt.Inst de success.libert.& in § cum filius.
Instit.de hered.qua ab intest.deferuntur.* sequitur
*Menoc.consi.357 in fi n.15 lib.4 post Christoph. Ca-
stellion.* per eum allegatum *in l si duo patroni in
pr.de tut.*

Minus obstat quod sit fictio, vt filius patré repræ-
sentet, ideo hoc non dicitur admitti in disposi-
15 tione hominis ex supra allegatis.* Quia imo ta-
lis repræsentatio non est ea fictione legis sed ex
præsumptione, cum lex præsumat, quod auus
decedens intestatus, seu testatus voluerit nepo-
tem concurrere debere cũ patruo in sua succes-
sione. provt hanc esse præsumptionem non fi-
ctionem dicit *Menoc.consi.357 n.33 lib.4 post Pa-
ris.*

16 *ris.consil.38 n.14 lib.Cepha consil.489 n.57 lib.4* †
Imo potius est secundum veritatem, vt filius sit
in eodem gradu, in quo erat pater, quem repræ-
sentat vt per Tiraq. de primog. *q.40 n.135* & 219.
Adeo vt pater non dicatur extinctus, & non ex-
tare, cum adsint illi, qui ejus gradum ingrediun-
tur. ita vt nepotes cum eorum patre eandem si-
militudinem habeant, & vtantur jure patris, &
ex persona illius succedant & non velut filij, sed
tanquam pater, & ideo non sunt in remotiori
gradu, sed in pari sicut patruus Ias. Rip. Burs. & a-
lij, de quibus per Honded. cons.70 *n.51* lib.1. Ro-
17 land. cons.68 *nu.*41 & 42 lib.2.* vbi etiam quod
quamvis sit fictio, tamen etiam illa habebit lo-
cum in hujusmodi dispositionibus, tanquam sit
secundum naturam rei. Maximè quia est funda-
ta in æquitate, quæ est pro nepotibus, qui saltem
habent conjecturatam voluntatem testatoris,
vnde illis nocere non debet Soci. in l. cum auus,
18 *n.*73 de condit & demonst. † Vltra quod ista pro-
ximitas est per legem inducta, ideo etiam si esset
ficta debet æquiparari veræ, & idem operari l. fi-
lio quem pater. de liber. & posthu. Cephal. cons.
489 *n.*66 lib.4.

Accedat quod vocatio fuit in stirpes, non in capita
quo casu filius ingreditur in locum patris, non
solum quando agitur de succedendo auo, &
19 proavo, † sed etiam si ageretur de successione
transversali, quia stirps ex pluribus diversisque
gradibus conficitur, & vnum corpus reputatur
ex toto ipso genere, & ideo nulla est differentia
inter paulò proximiorem, & paulò remotiorem,
cùm is paulò remotior ratione vnitatis æquipa-
retur illi proximiori. ita in specie concludit *Cast.
consi.438 quantum ad primum, col.vlt. ad med. vers.
ad septimum respondetur, n.5. lib.2 Ruin. consil.* 171.
*col.3 in fi. ver. accedit, lib.2 Ceph. consi.600 n.29 lib.
4 & consi.489 n.54 eod. lib. Decia. consi.18 n.27 &
32 lib.1 Bursa. consi.67 n.2 lib.* 1 & de magis re-
cepta opinione testatur *Menoch. cons.357 n.7 vs-
que ad 12 lib.4.*

Hæc multum faciunt pro admittenda repræsenta-
tione, & concursu pronepotum, quæ videntur
reddere dubiam opinionem pro Hirena nepote
proximiore testatoris. quã si quis velit defende-
re non potest se fundare, nisi teneat contrariam
20 sententiam ejus, quam supra firmavimus, videli-
cet, quod filius non ingrediatur locum patris, cũ
simus in expressa vocatione proximiorum, quasi
tunc appareat de clara & aperta volũtate testa-
toris, vt verè proximior admittatur, qui est ma-
gis propinquus in gradu, non autem qui per re-
præsentationem dicitur talis, cum in dispositio-
nib. hominũ verba sint seruanda secundum eorũ
21 sonum, † quoniam ipsorum sunt leges particula-
res l. verb leg. de verb signif. Maximè quia testa-
toris affectio est magis proclivis ad sibi proxi-
22 miorem; vnde non mirum, * si gradus propin-
quitas attendi debet, provt consuluit *Cels. Vgo.
cons 39 lib.1. Paris. consi.10 n.55 cũ seq. lib.2 & cõs.
39 n.10 & cons.40 n.17 & 18 & consi.90 n.48 eod.
lib. Rimi. Sen. consi. 233 li.2 Rolan. consil.38 n.33 ad
med. versi. verum quia multi, lib.4 Cardi. Mant. de
coniect. vl. volun. lib.8 tit.9. n.10. ad fi. ver. sed quid-
quid alij contradixerint, latè Ceval. in suis commu-
nibus opinionib. q.762 n.60. vsq. ad n.68 p.3* & ita
omnes tenere dicit *Grass. in § fideicommissum. q.11
adsi. n.9 Cou. prac. q. c.38 n.4 col.7 in pr. versi. 3. ad
intellectum. Dec. consil.1 n.11 in fi. Rub. Alex. consil.*
149 *n.*8 *Port. consi.128 n.8 Cassan. consil.53 n.18.*

Et facit voluit Castr. con.164 in præsenti casu, col.
23 6 ad med. vers ad secundum respondetur, lib.2 †
vbi concludit, quod quãdo ad aliquam rem vo-
catur proximior, nunquam præfertur nepos ipsi
patruo, sed patruus præfertur nepoti, licet enim
aliquando sequens in gradu repræsentet proxi-
miorem. Tamen vbi in dispositione hominis fit
mentio de gradu, non comprehenditur sequens
in gradu quamvis talis sit, qui jure repræsentet
proximiorem Bal. in l. jubemus, § vlt C. ad Treb.

Ideo etiam quando testator voluit substitutos suc-
24 cedere salua gradus prærogatiua, † filius non in-
greditur locum patris, vt vna cũ gradu anterio-
rib. succedat *Castr. in auth. defuncto, col.2 n.3 C. ad
Tertul. Dec. consi.1 n.8 & cõsi.308 n.11 Cur. Jun. in
l. si auia. col. pen. ver. postreme, C. de success. edict. &
consi.154 n.8. Soc. Jun. con.20 in fi. lib.3 Gozad. con.4
col. pen. ver. præterea & secundo. Paris. cõsi.30 n.58
25 lib.2* † Nam si vult testator saluam fore gradus
prærogatiuam sequitur quod patruus, auũculus,
& similes tanquam gradu priores sunt preferen-
di filio fratris, vel sororis *dict. auth. defuncto. C. ad
Tertull. cum alijs per Pereg. de fideic. art.2 num.3.* †
25 cum distinctionibus tamen, de quibus per *Me-
noc. consil.124 n.85 & 86 lib.2.*

Qua opinione retenta quod non detur repræsenta-
tio, resultat conclusio ad fauorem Hirenæ nepo-
tis quæ tanquã proximior succedet testatori, &
per consequens, quamvis intelligatur grauata
propter illam reiteratam prohibitionem aliena-
27 tionis, *Tamen intelligetur dummodo si sine fi-
lijs, qui cum existant non est aliud quærendum
l. cum auus, ff. de cond. & demonst. Intelligendo nõ
28 solum quando grauatur filius, vel nepos, † sed e-
tiam si alius vlterioris gradus descendens fuerit
grauatus *Bal. Salic. & Castr. in l. cum acutissimi, C.
de fideicom. Ruin. consi.131 n.4 lib.3 Grat. consi.6 n.
9 lib.2 Gozad. consi.4 n.15 Cassan. cons. 7 nu.11. Jas.
& Raph. Cuman. in l. generaliter, § cum autem, C. de
insti. & substi.*

Ex quibus etiam resultat altera conclusio, quod Io.
Baptista & Anibal nullum jus habent in hujus-
modi bonis fideicommisso subjectis per Petrum
testatorem, quamvis enim per eos prætendatur
fideicommissum ad fauorem domus de Codesta
vigore nonnullorum testamentorum de Code-
sta antecessorum Petri per quos fœminæ fuerũt
exclusæ. Tamen non probatur, quod ista bona
sint illamet, de quibus disposuerunt dicti ante-
cessores Petri, cum imo cõstet, quod eadem bo-
29 na per dictũ Petrum possidebantur, † quod suf-
ficit, quia ex possessione, & detensione defuncti
præsumitur rem fuisse in suis bonis, nisi aliud in
contrarium probetur, cum possidens in dubio
præsumatur possidere vti Dominus, & pro suo
non alieno nomine *Bal. consil. 352 materia feuda-
rum. in fi. lib 1 Aym. consi.61 n.6 versi. aut non pro-
batur, col.3 in pr. Peregr. de fideic. art.42 n.3 Alex.
consi.136 viso, & examinato, col.2 ad med. n. 2 lib.1.*
30 *Neque hoc casu opus erit probare dominium,
cum satis sit possessio defuncti, quasi ex ea præ-
sumatur dominium, & sic sufficit probare rem
fuisse in bonis testatoris *Alex. consil.136 col. vlt.
lib.5 & consi.139 n.8 lib.6 Aret. consi.102 in ...*

Guid.Pap.q.442 Aym.conſil. 316 in fi.Natt.conſil. 440 n.6 Darzar.de fideic.q 92 Pereg.eod.tu.art. n 14 poſt med.

Probata autem poſſeſſione,vt ſupra erit etiã probã-
35 dũ quod ſint proximiores,† quamvis enim aliàs
ſufficiat probatio grados concludẽter abſque eo
quod probetur proximioritas in genere *Ceph.cõſ*
533 n 53 li.1. Tamen in hac materia verior eſt illa
diſtinctio,quod aut agitur de fideicommiſſo, &
dubitatur,an ille qui venit ad fideicõmiſsum ſit
intra decimũ gradũ , & tunc eſt neceſſaria pro-
batio gradus, ſed in genere,modo appareat eſſe
31 infra decimũ gradũ,* Aut comparet alius,qui di-
cit ſe proximiorem,&tunc eſt neceſſaria proba-
tio gradus in ſpecie , & in individuo,aut nullus
alius cõparet,&vocat* eſt proximior agnatus in
gradu ſuccedẽdi,& vnus probat ſe eſſe de agna-
tione,nõ tamẽ poteſt probare gradum ſpecifice
& tunc non eſt neceſſaria probatio grados, ſed
ſufficit probare ſe eſſe agnatum, & ita loquitur
Pereg.de fideic.art.33 n.65. Et cum hac diſtinctio-
ne judicatum dicit *Theſau.q.61 in fi.n. 11 & 12.*

EPITOME.

STatutum prohibens alienationem & pignus, ac hypothecã an cẽſeatur prohibere vẽditio-nes cenſuum. ¶ Et quid e contra ſi permittatur alienatio pro dote an dicatur conceſſa impoſitio cenſus. ¶ Bona fides quãdo proſit emptori quoad fructuũ acquiſitionem. ¶ Cenſus conſtitutus,ſeu conſtitutivus in quo differat à reſervativo ¶ Et quo caſu vendens cenſum transferat dominiũ & poſſeſſionẽ rei cenſuatæ ¶ In inſtrumento cenſus an ſit apponẽda clauſula conſtituti & preca-rij. ¶ Appellatione bonorum quando veniat cẽ-ſus tam in materia favorabili, quàm odioſa. ¶ Em-phyteuſis in quo differat à contractu cenſuali.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio cenſus an dicatur prohibita ſi prohibeatur alienatio,ſeu pignus & hypotheca.& n. 11.*
2 *Vendens cenſum nihil alienat, ſed remanet dominus & poſſeſſor rei cenſuatæ,& tenetur ad collectas, n, 3. Intellige vt n.5.9 8.& 20.*
4 *Emphyteuſis in quo differat à cenſu.*
7 *Clauſula conſtituti & precarij non debet apponi in inſtrumenta cenſus.*
9 *Cenſus reſervativus,& conſtitutus,ſeu conſtitutivus quis dicatur.*
10 *Emens cenſum conſtitutivum acquirit ſolum commoditatem perceptionis fructuum.*
12 *Appellatione quorumcumque bonorum venit cenſus Amplia etiam in materia odioſa, vt in confiſcatione.n.13. Intellige vt n.14.*
15 *Conceſſa alienatione pro dote cenſetur etiam conceſsa impoſitio cenſus,& n.16.*
17 *Non eſt diſputandum vbi adeſt caſus legis.*
18 *Bona fides prodeſt emptori quoad fructuũ acquiſitionem. Amplia vt ſufficiat malã fidem abeſſe.n. 19.*
21 *Taciti & expreſſi non eſt eadem vis,ſtante ratione diverſitatis.*

Caput CCCCXX.

IN conſtitutione,de qua agimus prohibetur alienatio bonorum immobilium in perſonam
1 extraneam. † vel forenſem,quæ non ſit ſubdita
Sedi Apoſtolicæ,vel quę non contraxerit domi-
cilium in ſtatu Eccleſiaſtico, ex quib. verbis vi-
debatur dicendum non poſſe comprehendi cõ-
ſtitutiones cenſuum,cum illos vendẽs remaneat
dominus & poſſeſſor rei cenſuatæ,& nõ dicatur
2 aliquid alienare , * quia cenſum ſoluimus de rę
noſtra,non autem aliena *Gla.in c.conſtitutus,de cenſib. Menoch.conſi.983 num.16 lib.1* .vbi ex hoc
concludit venditorem cenſus teneri ad colle-
3 ctas,*quaſi illæ pertineant ad Dominum,& poſ-
ſeſſorem,prout etiam latè dicit *Surd.conſi.162 n. 26 & 27 lib.2.*

Neq; obſtat,quod venditor pro ea parte, quam cen-
ſui ſupponit non remaneat dominus , quaſi per
dictam venditionem alienet,&transferat domi-
nium tam vtile , quàm directum in emptorem
4 cenſus,*& hæc eſt vna de differentiis inter em-
phyteuſim,& cenſum,quia in emphyteuſi domi-
nus rei illam alteri tradit, quoad vtile dominiũ
reſervato directo ſub annua penſione, vel prop-
ter aliud pretium ſimul, & recognitionis ſolu-
5 tionem *l.1 vbi Iaſ.n.48 C.de iur.emphyt.*† Secus
autem in cenſu,in quo etiam dominium directũ
transfertur *Can.lib.3 var.reſ.l.c.7 n.1 Affl.de jur. prothom.in pr.legis,in 7 notab ad fi verſi.contractus cenſualis dicitur,n.24 per l 2 C.ſin.cenſ.vel reliqu. fund.compar.non poſſ.*

Quia prædicta ſunt vera in eo qui tradit rem alteri
6 vt ſibi ſolvat aliquid annuum.*Tũc enim trans-
fertur omne jus in emptorẽ de quo nihil diſpo-
nit Bulla ſuper impoſitione cenſuum,quæ ſolum
loquitur de cõſtituẽdo cenſu ſuper re, quæ reti-
netur à venditore,& de vno ad aliud non infer-
tur neq; eſt eadem ratio *Nauar.* qui ita diſtin-
9 guit in tra..de vſur.n.110 ſubdens*n.137 eſſe inè-
ptam clauſulam illam per quam venditor cẽſus
conſtituit ſe poſſeſſorem nomine precarij, cum
venditor cenſus non vendat rẽ cenſuatam,nec
minus deſinat illam poſſidere poſt vendiũ cen-
ſum quem antea poſſidebat, quia poſſidet ſicut
prius vnde non mirum ſi imponendo cenſũ ſu-
per ſuis bonis non transferat neq; vtile,neq; di-
rectum dominium , ſed illud retineat venditor
penes ſe , cum obligatione tamen ſoluendi illa
decem, aut ſeptem pro centenario Redoan. de
reb.eccl.non alie.rubr.16 de conſtitut ann.cenſ.
n.2 & 3 tom.15 p.2 fol 48.

Prædictam diſtinctionem ſequitur etiam Menoc.
8 conſ.98 n. 12 cum ſeq.lib 10.*vbi quod transfer-
tur dominium directum.& vtile in cẽſu reſerva-
tivo quãdo traditur res alicui cũ onere, vt illam
recipiẽs teneatur aliquid ſolvere Aym.conſ.217
9 n 4 Sot.de iuſt & jur.lib.6 art.1 col.2*cum aliud
ſit in cenſo,de quo agimus qui appellatur con-
ſtitutus,ſeu conſtitutivus,in quo nihil transfer-
tur Menoc.præſum.107 nu.5 & 6 lib.3 vbi etiam
n 2 quod emptor talis cenſus conſtitutivi dici-
tur ſolùm acquirere commoditatem perceptio-
20 nis fructuum.* & emere quantitatem illorum
ſibi quotannis præſtandam.non autem bona ſeu
prædia,ſuper quibus cenſus conſtituitur Idem
Menoch d conſ.98, n.19 in fi verſ.2 ſuffragatur
lib.10 poſt Io.Lignan.per eum allegatum in c in
civitate & in c.vlt.q.1 de vſur. Vio.dec.361 n. 2
in fi.

Hæc videbantur multum facere pro validitate cẽ-
ſus. Tamen illis obſtat, quod in conſtitutione,
de

de qua agimus, non solum prohibetur alienatio
11 bonorum immobilium in forenses, † sed etiam
pignus & hypotheca, quòd facit vt imponens
censum super domo, & obligans bona pro evi-
ctione incurrat pœnas prohiti alienare,& cadat
à tota domo, quia imponendo censum totam do-
mum hypothecavit, vt in specie census resolvit
Rot.ver Capuz aq.decisio.17 libro 1. Maximè quia
constitutio loquitur per verba vniuersalia quæ-
12 cúmque bona, † quæ comprehenduntur etiam
census rei immobili inhęrentes, adeò vt etiam dę
illis censeatur disponens cogitasse *Gabr.cons.*143
*in fi nu.*25 *lib.*1. Præsertim quia sumus in materia
favorabili, & vtili subitis, vt illis bona conser-
13 ventur provt declarat dicta constitutio. *Quam-
vis etiam in dispositione odiosa, & stricta tales
census rei adhærentes venirent sub immobili-
bus, & in confiscatione immobilium, quidquid
aliud sit in illis, qui habentur pro tertia specie
14 tanquam rei non cohærentes, † sed sola actione
personali debiti, vel non perpetui, sed ad modi-
cum tempus *Alexand in l si constante, § vltimo, in
fi. versic. si autem essent annus redditus*, *num.*9 *ff. so-
lut. matrim. Gabr. consil.* 141 *num.*15 *vsque ad* 20 *li-
bro* 2.

Putarem tamen omissis prædictis cōcludendum es-
se pro validitate census, quia præsupponitur in
facto illum fuisse constitutum occasione solven-
dæ dotis, provt postea ex pecunia habita pro di-
cto censu fuit eadem dos soluta, qui casus spe-
15 cialis dotis reservatur in constitutione, in qua †
licet solum permittatur alienatio pro dote in
forenses, non autem impositio census quæ vi-
dentur diversa. Tamen si conceditur alienare, &
vendere bona pro constituendis dotibus, quòd
plus est, magis erit concedenda constitutio cen-
sus, tanquam minus præjudicialis cum per eam
non transferatur dominium, nec possessio, vt di-
ctum est & concludit in specie *Milanens.dec.Si-
16 cil* 8 *n* 360 *v que ad nu.*370 *p.*1. vbi † loquitur in
feudalibus, in quibus permittitur impositio cen-
sus ob causam dotis, quemadmodum alienatio,
& sequitur *Peregr.de fideicommiss.art.* .3 *num* 96
versic.ex adverso consideratur.

Accedat, quòd in prædicta constitutione declara-
tur, quòd bonorum appellatione non veniant
17 census, & loca montium, † quòd cum decidat in
specie casum nostrum, non est vlterius disputan-
dum *Bart.in l.quod constitutum*, *de testam.milit.*
*Dec.consil.*503 *nu.*4. Et quamvis in aliquibus im-
pressionibus earumdem constitutionum desint
illa verba census. Tamen in concursu istarum
impressionum debet potius admitti illa, quæ stat
pro validitate actus 1 Maximè quia emptor cen-
18 sus est in bona fide, † cum non contraxerit con-
tra dispositionem constitutionis, in qua eaci-
piuntur census, licet aliundè de illis non fiat mē-
tio, vnde etiam hoc proderit emptori quoad fru-
ctuum acquisitionem *l sed si lege.§ scire, de petit.
hered. Gloss. in l. quod uxor, de acquir. possess Osasc.
19 dec.*160 *n.*5. cum alijs late per *Becc.consil.*65 *n* 15. †
vbi etiam quo ad hunc effectum sufficiet malam
fidem abesse *Gabr.consi.*53 *n.*6 *&* 7 *lib.*1 *Curt.Sen.
consil.*71 *nu.*14 *Menoch de recuper.possess.remed.*15
*n.*59 *Bero.in c.gravis, n.*24 *versic.subdo tamen, de
restit.spoliat.*

Quòd magis suadetur, quia in confirmatione con-
stitutionis *Sixti V.* facta per *Clem.VIII.* dum de-
clarando illam loquitur de Collegijs, Commu-
nitatibus & Principibus extraneis, qui non pos-
sunt venire ad statum Ecclesiasticum, reddit illos
incapaces non solum quoad acquisitionem bo-
norum stabilium, sed etiam censuum, quos in
20 specie Summus Pontifex exprimit, † cùm tamen
loquendo prius de alijs personis privatis nihil de
dictis censibus loquutus fuerit. Adeò vt ex hoc
colligatur, quòd quemadmodum in prędicto ca-
su illos expressit, & voluit esse comprehensos sub
dictis bonis, ita etiam eosdem expressisset si vo-
luisset eos comprehendi, cùm præsertim major
ratio prohibitionis adsit in prædictis Collegijs,
& Principibus, qui nunquam possunt venire ad
statum Ecclesiasticum, & si aliquando veniunt
sunt recessuri, quòd non est in alijs privatis, in
quibus potest esse spes accedendi ad statum Ec-
21 clesiasticum, & ibidem habitandi, † vnde ob hu-
jusmodi rationis diversitatem non debemus ju-
dicare idem de tacito, quòd de expresso *l.huc fo-
lis, C.de revocand.donat. Bald.in l.data, col.*8 *C.qui
accus. Aym.consil.*186 *n.*11.

EPITOME.

PRivilegium *l.vnic.C.quand imper.int.pupil & vid.* an sit sublatum per facultates Auditoris Cameræ & per Eugenianam ad favorem Curia-lium. ¶ Electio Iudicum quo casu concedatur personis miserabilibus. ¶ Dispositio *c.oblata de appellat.* de non pręveniendo appellantem in impetratione rescripti quando habeat locum. ¶ Curiales qui sint, & de eorum Iudicibus. ¶ Vocatus in judicium si postea efficiatur Curialis, seu Miles, aut Legatus an habeat jus revocandi forum stante præventione. ¶ Et quo casu privilegium superveniens motu proprio, seu ad partis postulationem, & propter vtilitatem publicam & ob modicum pręjudicium trahatur ad lites pendentes. ¶ Et de contrarijs sententijs Canonistarum & Legistarum in hoc. ¶ Et multa de intellectu *l.si quis postea, ff.de iudic.* ¶ Et quando liceat impetrare privilegium super causa, quæ agitur ¶ Et de differentia inter privilegium declinationis fori & alia privilegia. ¶ Motus proprius an excludat surreptionem, & validet gratiam. ¶ Dilatio solvendi concessa euntibus in exercitum an prosit illis, qui erant in iudicio conventi. ¶ Mulier nupta in alieno domicilio an possit conveniri in loco originis, & contractus ¶ Princeps quando censeatur voluisse derogare tertio, & privilegio in corpore juris clauso. ¶ Præventio quo ad pœnam, & quo ad forum quæ sit. ¶ Virgo existens in potestate patris, & pupillus in potestate avi, vel patris an gaudeat privilegio *l.vnic.Cod.quand.imper.inter pupill.& vid.* ¶ Curiales Vrbis an possint revocari per dominos ad habitandum. ¶ Vivere sub justo Principe summa libertas. ¶ Metus & dolus cessat in Curia Principis. ¶ Eugeniana an comprehendat Clericos.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Senatorum & Curialium, tam Vrbis Romæ, quam aliorum locorum quis sit, n.*2 *&* 6.
3 *Privilegium Curialium respectu fori fuit revocatum per Adrianū & Honorium Imperatores, & post*

ea per Eugenium IV. Papam, n. 4.

5 Ex prohemio colligitur causa finalis.

7 Privilegi. in l. vnic. C. quand. imper. int. pupill. & vid. an potius sit attendendum, quam Eugeniana ad favorem Curialium. Et an illi sit derogatum, n. 10 17. & 73.

8 Clausula generales sufficiunt ad tollendum privilegium concessum miserabilibus.

9 Clausula quorum tenores operatur expressam mentionẽ derogandi cuicumq; privilegio etiam habenti clausulam derogatoriam ad futura privilegia.

11 Limitatio privilegij facilius permittitur quam derogatio. Amplia vt nu. 12.

13 Privilegium d. l. vnic. an fuerit sublatum per facultates Auditoris Cameræ.

14 Miserabiles personæ eligunt Iudicem dũmodo talis electus habeat iurisdictionem in reum conventum.

15 Nova dispositio cum clausula non obstantibus non tollit privilegium clausum in corpore iuris. Intellige vt n. 16.

18 Metus & dolus cessat in Curia Principis.

19 Libertas summa est vivere sub iusto Principe.

20 Dispositio c. ublatæ ad appellat. de non præveniendo partem appellantem in impetratione rescripti non habet locum in Curia.

21 Lites sunt abbreviandæ.

22 Vocatus in iudicio, si postea efficiatur Curialis non habet ius revocandi forum ob præventionem, numer. 23.

24 Intellectus l. si quis postea, de judic. n. 56. & 67.

25 Privilegium fori superveniens pendente iudicio motu proprio Principis non ad partis postulationem an trahatur ad litem pendentem, n. 26. 27. 28. 35. 36 37 & 50 & de contrarijs sententijs Canonistarum & Legistarum, n 57 & 58.

29 Miles factus ex necessitate pendente lite an possit conveniri in causis prius inchoatis.

30 Legatus dum est in legatione an conveniatur in causis antea coeptis, & n. 31.

32 Statutum concedens dilationem solvendi euntibus in exercitum prodest etiam illis qui erant in iudicio conventi.

33 Locus originis est immutabilis.

34 Mulier nupta in alio domicilio non potest conveniri in loco originis nec contractus.

38 Princeps non vult præiudicare tertio, quamvis motu proprio rescribat.

39 Leges generales fiunt motu proprio Principis, non tamen trahuntur ad lites pendentes, n. 40.

41 Privilegium Principis debemus interpretari, vt non deroget iuri communi, seu tertio, nu. 51 & 52.

42 Motus proprius excludit surreptionem, non autem validat gratiam contra mentem Principis, qui non vult præiudicare tertio, n. 44 & 45. Nisi adsit certioratio de iure illius, n. 43.

46 Non licet impetrare privilegium super causa quæ agitur, quidquid aliud sit in non dependentibus per litem motam.

47 Privilegium obtentum ad exceptionem quando porrigatur ad litem pendentem.

48 Privilegium etiam prodest quoad lites motas quando tractatur de modico præiudicio.

49 Tutor vnus non potest dari, dabitur alius.

53 Privilegium concessum ad postulationem alicuius, si non sit generale, sed faciat mentionem de Iudice, coram quo fuit præventus an faciat vt non teneatur respondere coram eo, n. 54 & 55.

59 Differentia quæ sit inter privilegium declinationis fori, & aliud privilegium & n. 61.

60 Lex generalis indistinctè est intelligenda.

62 Præventio quoad pœnam, & quoad forum quæ sit & quomodo intelligatur, & n. 63.

64 Clausula non obstante titulo vt lite pendente, vel lege aliqua operatur vt privilegium prosit quoad causas cœptas.

65 Vtilitas publica facit vt privilegium prosit etiam quoad lites inchoatas dummodo e converso non adsit similis vtilitas, n. 66.

68 De Curialibus multa remissivè, & n. 71.

69 Virgo in potestate patris existens non gaudet privilegio l. vnic. C. quand. imper. inter pupill. & viduam.

70 Pupillus in potestate avi vel patris non habet privilegium, d. l. vnic.

72 Curiales qui sint & an possint revocari ad habitandum per suos domines.

74 Eugeniana non gaudet Clericus Cameræ non residens in Curia.

75 Eugeniana comprehendit etiam Clericos.

76 Ægidiana non habet locum contra res & personas Ecclesiasticas.

Caput CCCCXXI.

* Adde sup. ad c. 182.

CVriales * Vrbis Romæ, tam in criminalibus,
quam in civilibus debent conveniri coram
Magistratu Decurionum, qui est specialis eorũ
1 Iudex, † quamvis Senatores, qui etiam ipsi sunt
Curiales, habeãt alium specialẽ judicem, scilicet
Præfectum prætorij, & Præfectum vrbis & Magistrum
officiorum, quidquid aliud sit in cæteris
Curialibus, qui possunt conveniri coram quolibet
Iudice provinciæ, cũ in hoc magis sint privilegiati
Curiales Vrbis Romæ. Ita omnia prædicta
declarat *Io. de Plat. in l. 1 C. de curial. vrb. Rom.*
2 *lib. 11.* † vbi cũ sup. dicta distinctione concordat *l. omnes iudices, 33 C. de decurio. & fil. cor. lib. 10 & Gl.*
in d. l. in verb. iudicem, in fi. C. de curialibus, lib. 11.

Hoc autem privilegium Curialium respectu fori
cum alijs eisdem competentibus fuit renovatum
3 per Arcadium & Honorium, quia vel erat perditum,
vel antiquatum, vel de consuetudine innumbratum,
vel quia successerunt novi Imperat. vel
Pontifices, per quos solent renovari privilegia
c. cum olim, in 1 de privileg. Glos. in l. fi. in verb. civitatibus, Cod. de divers. præd. vrban. & rustic. lib. 11.
notat *Io. Plat. in l. 2. C. de curialib. lib. 11 & in l. evidenter, C. de excus. mun. lib. 10 & in l. ne casu, de defensorib. eod. lib.*

Supervenit postea cõstitutio *Eugenij IV.* per quam
in specie cõfirmatur hujusmodi privilegium of-
4 ficialibus † concessum ad hoc, vt tutius, & quietius
se promptiores exhibere valeant obsequijs
Sedis Apostolicæ, ad quam veluti omnium fidelium
matrem pro animarum salute quærenda, &
justitia consequenda de diversis mundi partibus
multitudo confluit, vt in prohemio ejusdem
5 constitutionis, † ex qua colligitur causa finalis
Bart. in l. vlt. de hered. instit. Aym consil. 192 n. 21.

Et ne ambigeretur circa Iudices istorũ officialium,
6 cum multi adsint in Vrbe, † statuit Summus Pontifex,
vt debeant conveniri coram Auditore Cameræ,
qui solus privativè quoad alios erit eorũ
Iudex competẽs, vt in facultatibus ejusdem Au-
ditoris

ditoris Cameræ latius continetur.

Quibus stantibus dicebam non esse revocandam in-
hibitionem, de qua agimus, fuit enim rectè con-
7 cessa † non obstante privilegio quod ex diverso
prætenditur *ex l. unic. Cod. quando imper. int. pupill.
& vid.* Cum ultra jus commune, per quod offi-
ciales in hoc sunt privilegiati, ut supra dictum
est, adsit etiam Eugeniana, per quam est subla-
tum omne aliud privilegiũ, quamvis de eo esset
facienda expressa mentio, maximè cum Summus
Pontifex motus sit propter favorem Sedis Apo-
stolicæ, ex quo magis & clarius ejus voluntas
8 colligitur, †ita ut tunc sufficiant etiam clausulæ
generales ad tollendum quoq; privilegium per-
sonis miserabilibus concessum *Rip. in c. 1 nu. 54 de
rescript. Gabr. de reg. iur. concl. 9. n. 6 & 7.* Præsertim
9 stante clausula quorum tenores, †& alijs de qui-
bus in eadem constitutione Eugeniana, quę ope-
ratur individuam, & expressam mentionem, de-
rogando quibuscunque privilegijs in contra-
rium facientibus, etiam habentibus clausulam
derogatoriam ad futura privilegia *Abb. in c. cum
instantia, 17 nu. 5 de censib. Rot. divers. dec. 137 lib. 1
Pur dec. 199 n. 3 lib. 1 Aym. consil. 126 n. 6 & consil.
241 n. 20 Gambar. de legat. lib. 8 tit. de potest. legat.
in legib. & statut. condend. n. 38.*

Quod magis procedit quia sumus in privilegio *d. l.
unic.* cujus notitiam Princeps præsumitur habuis-
10 se, *tanquam sit privilegium vulgare, & noto-
rium, adeo ut ex tot clausulis amplissimis, de
quibus in dicta Eugeniana per hoc secundum
privilegium censeatur facta derogatio, quamvis
de primo nulla fuerit facta mentio *Rip. in c. 1 n. 57
de rescrip.* cum alijs per *Menoch. præsumpt. 40 nu.
16 versic. declaratur quarto lib. 6.*

Accedat quod in hoc casu non tollitur privile-
gium pupillo in totum, sed limitatur, & minui-
tur tantùm in causis Officialium Urbis Romæ,
11 quod faciliùs permittitur, *cùm limitatio minus
præjudicet, quam derogatio *Franc. in c. si duobus,
7 § denique, n. 5 versic. & adverte, de appell. Butr. in
c. quod clericus, col. 8 ibi Imol. col. 1 in fi. de for. com-
12 pet.* *Adeò ut quando per secundum privilegium
derogatur primo in aliqua parte, non in totum,
censeatur facta derogatio, quamvis in secundo
nulla fiat mentio de primo * *Menoch. præsumpt.
13 40 num. 21 lib. 6.* *Prout dicimus de facultatibus
concessis per summum Pontificem Auditori
Cameræ, per quas est derogatum privilegio *d. l.
unic.* respectu obligationum cameralium, & exe-
cutionum, cùm non sit totalis derogatio, ut mul-
tis comprobavi *sup. c. 182 per tot.*

Ulterius neque obstabit privilegium *d. l. unic.* Cum
Iudex aditus sit incompetens officialium Urbis
14 Romæ, * quasi tunc permittatur miserabilibus
personis electio Iudicum, dummodo tales electi
habeant jurisdictionem in ipsam cõventum, vel
ratione personę, vel ratione causę, quæ tractatur
*Affl. super constit. Regn. rubr. 37 incip. statuimus, col.
5 in fi. ver. an autem Ecclesia, n. 17 lib. 1 post Isern. ib.
ver. item si pupillus & vidua. Idem Affl. dec. 257 n. 2
& 3 & ibi Ursil. n. 3 in fi. Menoch. de arbitr. cas. 66
col. ult. ad med. n. 30 in addit. Caran. rit. mag. cur. 233
col. 3 in pr. ver. & adverte in ista materia, n. 7 Nevi.
in silv. nupt. lib. 6 n. 44 post pr. vers. & limitat proce-
dere Io. Ant. Nig sup. c. Regn. in tit. de offi. iust. n. 10.*

Non obstat, quod nova legis dispositio, etiam facta
cum clausula non obstantibus non tollat privi-
15 legium clausum in corpore juris *Franc. dec. 18 n.
8 & dec. 192 n. 6 cum alijs ex adverso allegatis* Quia
supra ostensũ est nos esse in privilegio inserto in
corpore juris, & confirmato per Summos Pon-
tifices cum clausulis quæ important expressam
16 derogationem. *Immò cum simus in derogatio-
ne facta in propria materia sufficient dictę clau-
sulę etiam ad tollendum privilegium clausum in
corpore juris, & ita declarat *Idem met Surd.* ex
adverso allegatus *consil 325 nu 8 post princ. ver. ubi
tamen dicit procedere, lib. 3 post Lancell Galliag. in
l. centurio, n. 168 de vulg. & pupill.*

Neque obstãt disparitates privilegiorum ex adver-
17 so adductæ. Quia illæ non attenduntur * stante
derogatione ex superius allegatis & favore Sedis
Apostolicę considerato in Eugeniana cum clau-
sulis amplissimis in ea positis. Præsertim cùm si-
mus in eo qui est nixus plurib. privilegijs & illi
conventionibus juri communi respectu proprij
fori, & domicilij, quo casũ excluderetur privilegiũ
pupilli *Covar. pract. quæst. cap. 7 col. 5 post med. vers.
6 idem probatur, nu. 4 post Bald. in l si quis in gravi,
§ ult. & in l. qua posthumus, ff. ad Syll. Aret. consil. 83
col. 4 Dec. in c. præsentia, n. 51 de probat.*

Consideratio favorum, & aliorum, quæ ex adverso
adducuntur non militat in Curia Principis, in
18 qua † cessat omnis suspicio doli & machinatio-
nis, ita ut nec aliquis metus allegari possit ad cõ-
parendum coram eo *Aym. consi. 23 n 8 & 9* Ma-
ximè hisce temporibus, in quibus adest princeps
19 justissimus, * sub quo vivere summa libertas est;
juxta illud *Senec.* de quo per *Ang. in l. 1 ad fi. ff. de
servit. urb. prædior. Aym. consil 241 n. 14.*

Minus obstat *c. oblata 57 de appell* de non præveniẽ-
do partem appellantem in impetratione rescrip-
20 ti *Quia dispositio illius text non habet locum
in curia, ubi statim pars appellans potest impe-
trare commissionem super appellatione *Io. Mo-
nach. in rub. de rescrip. & ibi Preb. in verb. valet im-
21 petratio. Rot. decisio. 16 de appellat. in nou.* *ut citius
imponatur finis litibus *c. finem, de dol. & contum.*
& ut circuitus evitetur *clem. auditor. de rescript.*

Hujusmodi causa fuit remissa in partibus, & con-
cessa moderatio inhibitionis, declarando non es-
se locum Eugenianæ, & cum quæreretur aliqua
ratio decisionis, ut saltem posset sciri, an supra
adducta pro contraria opinione essent juridica,
22 nec ne. Fuit respõsum †constare de lite inchoa-
ta, antequam ille qui obtinuit dictam inhibitio-
nem esset factus Officialis Papæ. Unde intrabat
dispositio *l. si quis postea 7 de iudic.* ubi in specie
concluditur, quòd si quis postea quam in jus vo-
23 catus est miles, vel alterius fori esse cœperit, *in
ea causa jus revocandi forum non habebit, quasi
præventus. Et ad idem est *text. in l. cum quædam
puella 29 ff. de iurisd. omn. iudic.* cum alijs concor-
dantibus allegatis *ibid. per Gloss. in verb. quod ge-
neraliter, in princ.*

Verum observandum est nõ ita simpliciter esse ad-
mittendam dispositionem *d. l si quis postea, de iud.*
24 † Quamvis enim ibi disponatur quòd privilegiũ
fori superveniens pendente judicio non eximat
quem à jurisdictione. Tamen hoc intelligitur,
quando precibus oblatis & ad partis postulatio-
nem fuit obtentum, secus si motu proprio Supe-
25 rioris, †quia tũc etiam privilegium obtentũ lite
pendente trahitur ad litem pendẽtem. Ita distin-
guit *Gl. § si quis postea, in verb. non habebit, ad med.*

de indic. & in l. qui autem, 12 in pr. in verb. novo, ff. si
quis cautio. quam sequitur Alex. in l. si quis quem-
quam, alias incip. si quis indicio, 11 in fi. princ. & ibi
Castr. n 2 Bald. in 2 notab. n. 2 ff. eod. tit. Rom. consil.
327 ista sunt rationes, col. penult. in princ. versic. se-
cundo quia motus proprius, nu. 12 vbi dicit singula-
re, quamvis non firmet Ang. in d. l. si quis postea
antea fi. versic. quod autem privilegium, n. 4 in fi. &
in l. omnes in fi. princ. num. 3 Cod. quadrien. præscript.
Bart. in l. 1 in fi. princ. versic. & in illis proprio n. 4 ff.
de pœnis, Curt. Iun. in l. cum quadam puella. nu. 3 no-
tab. nu. 12 versic. nisi sustinendo dixeris, ff. de iurisd.
omn. iud. Soc. in c. proposuisti, col. pen. in princ. versic.
& in istis habet locum, n. 54 in 2 membr. de for. com-
pet. fol. 356 & videtur etiam tenere Bald. in l. 2 in
fi. Cod. vt lit. pend. dum allegat, dict. l. qui autem, ad
27 quam se remittit: † provt etiam colligit hoc Fe-
lin. in c. causam quæ il. 2 nu. 5 de testib. & commu-
nem opinionem dicit Gabr. conclus. 4 n. 20 versic.
contrarium fovet, de iudic. Ruin. consil. 76 col. 3 ad
med. n. 6 lib. 5 Rip. qui etiam de communi in cap. 1
in fi. nu. 81 de rescript. Gomes. in cap. 1 n. 199 de con-
stitut. in 6 tom 5 fol 37 Dec. in cap. ad aures, colum. 3
ante med. vers. & facit quod de clausula de rescript.
Claud. in l. si quis iniquum, col. 2 versic. tertio opera-
tur, ff. quod quisque iur. Rebuff super concordat. tit.
de form. mandat. apostol. in 8 effect. & in prax. benef.
tit. de non toll. iur. quæsit. gloss. 6 num. 9 fol. 201 Brun.
28 consil. 21 col. si versic. non obstat si dicatur, † vbi de
communi quem refert licet non firmet Lancel-
lot. de attent. lit. pend. illat. 7 num. 643 & 644 tom. 5
fol. 318 Rim. Iacob. & alij de quibus per Franc. dec.
544 nu. 5 p. 4 vbi etiam nu. 18 post med. admittit i-
stam opinionem, pro qua allegatur quoque Bel-
lug. in specul. tit. de milit. gratia. rubr. 20 § quia post
Ecclesiam, fol. 105.

Idem in milite, qui ex necessitate factus est miles
Io. Andr. in d. verb. interest, in fin. † & est text. in l.
qui cum vno, § reus, de re milit. & an sit speciale in
milite armatæ militiæ, & an in eo procedat dis-
positio l. si quis postea, de iudic. Alber. ibid. qui
concludit affirmativè, vbi de intellectu d. § reus,
de quo etiam alij, de quibus per Sebast. Navium
in systemat. iur. p. 3 in d. § si reus.

Quare Legatus si non data opera in legationē mis-
sus fuerit interim à causis ante inchoatis excusa-
30 tur † l. non distinguemus, 37 § item si quis Romæ. ff. de
arbitr. per quem text. idem tenendum esse in pri
vilegio fori dicit Ang. in l. si quis postea, nu 4 in fi.
de iud. & Io. Andr. ad Specul. de dol. & contumac. §
31 restat. col. pen. in princ. in verb. interest. in fi. Quasi
tunc non cōsideretur litis pendentia, ideò debet
eximere à foro, cùm privilegiū supervenerit reo
citra factū ejus voluntarium provt etiam ad hoc
propositum illum text. allegat Gloss. in d. l. qui au-
tem, 12 in verb novo ad med. ff. si quis cautio. quid-
quid Ias. in l. si quis quemquam, 11 in fi. princ. ff eod.
tit. teneat contrarium, quod immò Legatus dum
est in legatione possit conveniri in causis antea
inchoatis per text. in l. eundem, 16 ff. de legatio.

Vnde etiam si fiat statutum, quòd omnes euntes in
exercitum habeant dilationem biennij ad sol-
32 vendum suis creditoribus, † illud proderit etiam
eis, qui jam cœperunt in judicio conveniri Bald.
qui dicit menti tenendum in l. si quis quemquam,
n. 2 fi. ff. si quis cautionib.

Et facit, quòd dicitur de muliere nupta in alio do-
micilio, quæ non potest conveniri in loco origi-
33 nis, † quamvis talis origo dicatur immutabilis l.
fi. § item rescripserunt, ff. ad munic. pal. Ergo nec e-
34 tiam in loco cōtractus, † quia militat eadem ra-
tio ne distrahatur à servitijs viri, & ita intelligi-
tur l. 2 C. de iurisd. omn. iud. quæ loquitur in mu-
tatione domicilij voluntaria, ista autem, quæ fit
per matrimonium dicitur necessaria tanquam fa-
cta à lege Bald. in l. cum quadam puella, in 1 lectur.
n. 1 & ibi Curt. Iun. n. 9 de iurisd. omn. iudic.

Non desunt tamen, qui contrariam opinionem se-
quuntur, quòd videlicet privilegium concessum
35 pendente lite, † etiam motu proprio superioris
non nocet causæ pendēti, nec parti adversæ pro-
vt late defendit Ias. in l. si quis quemquam, 11 vsque
ad 9 ff si quis cautionib. & in l. 1 col. 1 ante med. ver.
circa quam doctrinam, n. 2 vt lit. pēd. Host. in c. cau-
sam quæ il. 2 quod est 19 in pr. versic. vobis indultum,
n. 1 & ibi Abb. n. 3 & 4 Butr. n. 5 ad med. ver. dicit,
Imol. in fi. & Aret. n. 2 de testib. Io. Andr. ad Specul.
de dol. & contumac § fi. col. pen. in pr. ver. verro, n 20
35 in verb. interest, in fi. † vbi quòd in dubio censebi-
tur respicere futura non incepta, ideo quo ad istā
non proderit per l. leges, C. de legib. quod etiā vo-
luit Gl. in l. qui autem, in pr. in verb. novo, in fin. ff. si
37 quis cautionib. vbi relatis opinionibus † hanc vlti-
mam putat veram Ruin. cōs. 80 in fi. lib. 5 Gl. in clē.
in ver. directas, & in clem. si Romanus, 4 in verb. va-
lidū, de præbend. Paris. cons. 74 n. 17 lib. 4 Gabr. de
clausul. concl. 2 n. 18 & de iudic. concl. 4 n. 20 Milius
in verb. gratia si est impetrata pendente lite fol. 181.
Rol. cons. 31 in fi. n. 19 lib. 2 Menoc. de arbitr. cas. 202
n. 12 vbi allegat etiam Aym. in respons. pro Republ.
Savilliani n. 51 Ruin consil. 81 in fi. lib. 5 Ceph. consil.
133 n. 111 lib. 1 Lancellot. licet non firmet de attent.
lit. pend. illat. 7 n. 643 & 644 tom. 5 fol. 318.

Quæ opinio habet regulam pro se, quod Princeps
38 non vult præjudicare tertio, † etiam si aliquid fa-
ciat, vel rescribat cū clausula motu proprio Bal.
in c. ad audientiā, de rescr. Gemin. in c. si propter, col.
39 6 eod. tit. in 6. † Maximè quia leges generales fiūt
motu proprio Principis l. humanū C. de leg b. Bar.
40 in auth. quas actiones col. 2 C. de sacros. Ecc. c. † Et
tamen non trahuntur ad lites pendētes l. leges &
constitutiones, C. de legib. Ias. in l. si quis quemquam,
41 ad fi. n. 8 ff. si quis cautio. † Cum etiam privilegium
Principis debeamus ita interpretari, vt nō dero-
get juri communi, nec juri tertij l. ex facto in prin.
de vulg. & pupill. nec avus, Cod. de emancip. liber. l. si
42 quando, in princ. C. de inoff. test. † Præsertim quia
motus proprius excludit dumtaxat surreptionē,
nec aliud operatur vltra intentionem scribentis,
& sic non validat gratiam contra illius mētem,
quæ in dubio non est intelligenda, vt voluerit
43 alteri præjudicare, † nisi adsit certioratio de ju-
re illius Abb in c. causam quæ, il 2 n 3 & 4 de testib.
per c. super eod. de offic. deleg. l 2 § si quis a principe,
ff. ne quid in loco publ. late Mand. ad reg. 16 q 4 n.
8 & q. 6 n. 10 Gonzal. ad reg. 8 cancell. gl. 32 n. 5 & 6.
44 † Et generale est, vt ista clausula motus proprij
nihil operetur in præjudicium tertij, late Felin.
in c. ad aures, 8 col. 6 post princ. versic. tertius casus
n. 8 de rescr. Rot. divers. dec 421 n. 4 p. 1 Ruin. consil.
45 23 nu. 16 lib. 3 quamvis † non sit jus de præsenti
Rot. divers. dec 240 n. 3 post med. p. 2 post Sey. ell. in l.
fi. n 45 de constitut. princip.

Quare si quis vult impetrare aliquod privilegiū su-
per causa, quæ agitatur, nō est audiendus: In alijs
46 † autem non dependentibus per litem motā, lici-
tum

tum est privilegium impetrare, provt hanc esse
distinctionem doctorum concludit *Bald. in l. 2 in*
fi. C. si contra ius, vel vtilit. public. per text. in l. cum
ex ratione. ff. ne quid in loc. public. & in l. idem Vul-
pianus de excusat. tutor. auth. vt in mod. lit. in princ.
de quo etiam per *Butr. & alios in cap. fi. vt lite pen-*
47 *dent.* Vnde † *Ang. in l. qui autem, ff. si quis cautio.*
notat quod privilegium impetratum ad excep-
tionem non porrigitur ad litem pendentem, nisi
de ea fiat mentio nominatim motu proprio, vel
cum clausula non obstantibus *auth. in med. lit. non*
fiant iussio. Din. in l. leges, C. de legib.
Secunda est opinio, quod quando tractatur de mo-
dico, præjudicio, tunc privilegium proderit e-
48 tiam † quo ad lites motas *Curt. Iun. in l. cum qua-*
dam puellã, n. 12 ad med. de iurisd. omn. iud. per text.
in l. idem Vulpianus, de excusat. tutor. vbi si non
49 habebit vnum tutorem poterit habere alium; †
& ideo hoc ibi toleratur: provt in simili respon-
det *Bart. in l. liberorum 220 col. 3 de verbor. signific.*
quod etiam voluit *Franc. decis. 554 n. 15 Rebuff. in*
prax. beneficial. tit. de non tollen. iur. quæsit. gl. 6 nu 9
fol. 201 vbi quod quamvis privilegium motu pro-
prio concessum extendatur ad litem pendentem,
tamen debet intelligi quando nulli afferret præ-
51 judicium, nam alias contrarium esset * per regu-
lam quod juri tertij non videtur Princeps dero-
gare *Speculat. de dispensat. col. 3 ad med. versic. deci-*
mum ergo, n. 7 & 8 Staphil. de litt. grat. rubr. de effect.
& vi claus. versi. primo principaliter, n. 2 fol. 241 vbi
quod est verior opinio, & quod Canonistæ ita
tenent *in cap. cam. am. lib. 2 de testib. Gabr. de iudic.*
53 *concl 4 nu. 22* * vbi etiam loquitur de dispositio-
ne non præjudiciali, distinguendo inter leve, seu
magnum præjudicium *Rot. divers. decis. 451 nu. 6*
part. 1.
Tertia est opinio, quod quamvis privilegium con-
53 cedatur ad postulationem alicujus. * si tamen non
erat omnino generale, sed faciebat mentionem
de illo judice, coram quo fuit præventus, non te-
nebitur respondere coram illo, & tunc potest
procedere dispositio *l. qui autem 12 & ibi Gloss. ff.*
si quis cautionib. vnde si quis promisit eum siste-
54 re, non videretur illum sistere in eadem causa, *
quia actor non potest ibi eum convenire, quare
committitur stipulatio contra promissorem, ad
interesse: Intelligendo nisi ille sponte offerret se-
paratum judicium suscipere non obstante privi-
legio, *vt in l. 1 ff. si quis in ius vo. non ier. l. si fideius-*
55 *sor in princ. qui satisd. cog.* * Si autem privilegium
sit generale, & concessum ad sui postulationem
non prodest, & hoc vult verbum præventus sed
debet restringi ad futuras causas, & ita intelligi-
56 tur *l. si quis postea, de iudic.* provt ita distinguit
Castrens. in l. si quis iudicio, 11. alias incipit si quis
quemquam post med. versic. ex vltima etiam collige,
ff. si quis cautio.
Quarta opinio, Secundùm Canonistas privilegium
non debet intelligi esse concessum quo ad lites
pendẽtes quidquid aliud sit secundùm Legistas,
57 * Ita *Bald. in l. si quis quemquam post med. vers. Ca-*
nonistæ ff. si quis cautionib. Franc. dec. 544 & ita te-
neri per Canonistas dicit etiam *Sta. bil de litter.*
grat. rubr. de effect. & vi clauf. versic. primo principa-
liter n. 2 fol. 241 provt tenet *Host. in cap. causam, il.*
2 19 in prima in verb. vobis, vbi Abb. quæst. 2 num...
Imol. in fi. n. 3 Butr. n. 5 ad med Aret. c l. 3 versic. &
licet Felin. n. 5 versic. tertio adverte, col. 3 in fi. de te-
stib. Idem Felin. in c. col. 7 post med. versic. vigesimo
58 *respondere potest, de constitutio. Dec.* * qui de com-
muni *in r. 1 col. 2 in princ. versi. similiter ampliatur,*
de confirmat. vtil. vel inut. Melius in verb. gratia si
est impetrata pendente lite non facta mentione, fol.
181 *Franc.* qui etiam de cõmuni *dec. 544 n. 15 p. 4.*
Quinta est opinio, quod sit facienda differentia in-
59 ter privilegium declinationis fori, & aliud privi-
legiũ, vt per *Oldrad* de quo *Alber. in l. si quis po-*
stea, n. 1 post princ. ff. de iud. Licet ibi nõ admittat
talem distinctionem, cùm leges generaliter & in-
60 distinctè loquantur, * vnde de omni privilegio
debent intelligi *l. de pretio, 10 ff. de public. in rem*
act. l. patri, 4 ff. si à parent. qui fuer. ma um l. quæ
prohibet, 7 ff de pollicitat. * Quamvis *Idem Alber.*
in l. qui autem, 12 ad med ff. si quis cautio videatur
admittere istam distinctionem inter privilegium
declinationis fori, vel alia similia.
Sexta opinio, Omissa præventione quoad pœnam,
62 de qua modo non loquimur, * & ponit *Alber.*
in l. si quis postea de iud. circa præventionem, quo
ad forum, aut intervenerit præventio, & tunc
non prodest mutatio, vel privilegium, aut non
est præventum, & tunc si constat de fraude mu-
63 tationis, & non prodest, * aut non adest fraus, &
mutatio proderit, aut erat diffamatus de crimi-
ne, & præsumitur fraus ita distinguit *Alber. in*
d. l. si quis postea, nu. 1 ad fi. & in l. penult. ff. si ex no-
xal. caus. agat.
Septima opinio. Si in rescripto seu privilegio adsit
clausula non obstante titulo *Cod. vt lit. pend.* aut
64 * non obstante lege aliqua, & tunc proderit quo
ad causas ceptas & non obstabit dispositio *l. re-*
scripta, C. de precib. imper. offer. Alias comprehen-
det solum causas futuras *Alber. in l. qui autem,*
12 ad med. & ibi Ang. in fi. si quis cautio.
Octava opinio. Si privilegium fuisset indultum
65 propter publicam vtilitatem, tunc * prodesset e-
tiam quo ad lites cœptas, quidquid illa cessante
posset dubitari in aliis causis *Io. Andr. ad Specul.*
de dolo & contumac. § restat. col. pen. in princ. ver. in-
terest, in fi. quem sequitur quo ad istam publicam
vtilitatem *Felin. in c. causam quæ, 19 il. 2 col. 4 in fi.*
versic. tertio adverte, n. 5 de testib. & in cap. vlt. col. 6
66 *post med. vers pro qua ratione, de constitut.* * Dum-
modo non adsit è converso alia vtilitas similis
Rot. divers. dec. 240 n. 3 p. 1.
Et ex hoc capite quidquid sit de aliis opinionibus
supra relatis, poterat dici non esse revocandam
inhibitionem, cùm illa fuit obtenta per perso-
nam à Sanctiss. D. N. motu proprio electam ad
officium de quo agebamos, adeo vt propter pu-
blicam vtilitatem quam similia officia & guber-
nia respiciunt deberet ei prodesse hoc privile-
gium superveniens etiam quo ad causas cœptas
ex supra allegatis Maximè quia de modico præ-
judicio partis tractabatur, cui parum intererat
causam cognoscere in Curia Perusina, seu Ro-
mana cum vbique in aliena patria opus esset li-
tigare, provt postea litigatum fuit cum majori
forsan dispendio partis, quam factum esset in vr-
be, cum etiam fuerit renuntiatum liti, & causæ,
stante non bono jure in negotio principali, vltra
multas nullitates in eadẽ causa factas, ita vt mili-
tẽt quę sup. dicta sũt *in secunda opinione* de modi-
co præjudicio, quod facit vt etiam privilegiũ ad
lites motas extendatur, vnde hoc casu judiciũ nõ
67 erat terminandum, vbi erat cœptum, † quidquid

alias secus esset juxta *l. vbi cœptum, de iud.* ad cujus textus intelligentiam multas declarationes & fallentias ponit *Feli. in c. ex tenore, 16 n. 5. cum seq. de rescrips.*

De Curialibus autem vltra s. adducta multa ponũtur *in consuet. Neapol. fol. 286 & 287 & in constit.*
68 *Regni rubr. de offic. mag. st. iustit.* † vbi quam plures conscripserunt commentaria *fol. 62 & 63.* vbi etiá aliqua circa *l. vnic. C. quand. imper. inter pupill. & viduam,* cum alijs per *Carpan. supra. consuetud. Mediolan c. 47 n. 101 Thes. dec. 177 & ibi Add. n.*
69 *1 Couar. pract. q. c. 7 Franc. dec. 100.* † vbi de Virgine in potestate patris existente, quæ non gaudet priuilegio *d. l. vni.* Provt nec pupillus, qui est
70 in potestate, aui, vel patris *Franc. dec. 671.* † vbi quod per *Gl. in d. l. vnic.* fuit ita decretum, licet alias per Magnam Curiam contrarium esset decisum. Et multa etiam de curialibus* *Mandos.*
71 *reg. 5 & Menoc. cons. 1176 n. 7* vbi qui sint Curiales propriè, strictè, & largè, & ibi an Dux Parmę pos-
72 sit reuocare suos subditos ad habitandũ, † quãvis essent Curiales detenti à summo Pontifice.

Præterea notandum est, quod *Marche. de commi. p.*
73 *2. ca. 11 n. 25* intestatur in signatura conclusum † quod privilegium *l. vni. C. quand. imper. int. pup. & vid.* prævaleat Eugenianæ quę non est in corpore juris clausæ. Sed *ib.* subdit hoc maxime obtẽtũ quia Archiepiscopus qui allegabat Eugenia-
74 nam non residebat in Curia † quamvis esset Clericus Cameræ, vnde non poterat illis beneficio gaudere *l. si duas, 6 § Philosophi, de excus. tut, Bero consil. 24 n. 5 lib. 1.*

Insuper obseruandum est, quod Eugeniana cõprehendit Clericos, cùm loquatur de omnibus Ro-
75 manam curiam sequẽtibus. † Curia autem est vnum corpus comprehendens tam clericos quã alios *Oldra, cons. 211 n. 4 & 5 Marches. de commiss. p. 2 c. 11 n 60.* vbi alijs rationib. cõprobat quãvis subdat contrarium teneri per *Rot. coram R. P. D. Manzanedo Romana Baluiani interdicti, 1. Iunij 1609.* Sed dicta decisio nõ loquitur de Eugenia-
76 na,* sed de Ægidiana, quæ non habet locũ contra res, & personas Ecclesiasticas, cùm sit constitutio secularis edita per Ægidium Cardinalem, qui non habebat jurisdictionem nisi in temporalibus *Rot. coram Cardi. Seraph. Auximana bonorum. 20 Nouem. 1579. inter impressas dec. 424 Hõded. consi. 20 nu. 8 lib. 2.* vbi multas alias Rotæ decisiones refert, attestando ita passim obseruari. Ideo non est discedendum à supradicta opinione, quod Eugeniana etiam Clericos comprehendat, cum decisio Rotæ non obstet, vt ex ejus lectura patet.

EPITOME.

IN judicijs vniuersalibus an fructus veniãt ab initio, seu à die petitionis. ¶ Et quando bona fides illos percipientes operetur, vt nõ teneatur eos consumptos restituere, maximè stante lapsu triennij. ¶ Et an sit probandum quod fuerit factus locupletior, & qua species locupletationis. ¶ Mala fides auctoris an noceat hæredi existenti in bona fide quoad fructuũ restitutionem. ¶ Bona obligata pro debito excedente valorem illorũ quando censeatur derelicta, ita vt sint acquisita liberè creditori quo ad dominium & possessionem, & quo ad excusationem ab onere satisdandi. ¶ Et quid in bonis majorum suorum, & alijs in quibus cadit affectio, vt conseruentur in familia. ¶ Fructus pignoris quando spectent ad creditorem. ¶ Legatum quo casu censeatur adẽptum per pignorationem rei legatæ. ¶ Retractus an habeat locum in re pignorata. ¶ Dominium pignoris quando remaneat apud debitorem.

SVMMARIVM.

1 *Fructus in judicio vniversali petitionis hæreditatis veniunt ab initio non quando petuntur.*

2 *Bona fides percipientis fructus tam naturales, quàm industriales operatur, vt illos consumptos non restituat etiam in judicio vniuersali, si non probetur quod sit factus locupletior. n. 3 & 7. & 10.*

4 *Qualitas locupletationis est probanda, nec sufficit quod quis præsumatur locupletari, & est verior opinio n. 5.*

6 *Species locupletationis debet probari, nedum locupletatio.*

8 *Mala fides auctoris nocet heredi in judicio vniuersali, licèt existenti in bona fide quo ad restitutionem fructuum.*

11 *Bonæ fidei possessor non restituit fructus consumptos post triennium, & n. 12.*

13 *Bona præsumuntur haberi pro derelictis quando sũt obligata pro debitis excedentibus valorem illorũ & iudicatur de eis, prout de rebus quæ pleno iure spectant ad creditorem. & n. 14.*

15 *Fructus pignoris quando spectent ad creditorem, & nu. 16.*

17 *Legatum non censetur ademptum per pignorationem rei legatæ. Intellige vt n. 18. 19 & 20.*

21 *Possidens fundum pignoratum pro summa quanti valet excusatur ab onere satisdandi, cùm dicatur proprius ipsius.*

22 *Pignorans rem pro quantitate valoris ipsius censeatur illam habere pro derelicta.*

23 *Retractus non habet locum in re pignorata. Declara vt nu. 25.*

24 *Dominium pignoris remanet apud debitorem.*

Caput CCCCXXII.

* *Adde s. ad cap. 101.*

FVit* actum judicio petitionis hæreditatis, quod tanquam vniversale dicebatur operari,
1 † vt fructus prætensi venirent ab initio & cõsequenter ab obitu Antonij, non à die petitionis *Bal. consi. 313 ad fi. lib. 1 & in l. non est ambiguum, 9, in prin. & ibi Cyn. ad fi. C. famil. ercisc.* cum alijs concordantibus pro hac opinione adductis, quę omnia solum tendebant ad confirmandam sententiam in huiusmodi causa latam.

Verum dicebam istam regulam non esse ita simpliciter admittendam, provt fuit admissa in prædicto casu, in quo plene cõstabat ex allegatis in facto de bona fide ejus qui fructus percepit, qua
2 stante non datur illorum restitutio, quamvis † simus in judicio vniversali, nisi quatenus probetur illũ esse factũ locupletiorem *Ru. cons. 25 n. 11 in pr. ver. & hoc indistincte, lib. 1 & consi. 294 n. 15 eod. li. & cõsil. 29 n. 12 li. 2* & est text. in *l. sicut veniunt, 22 § præter hæc multa, ad fi. versi. item eos qui bona, ff. de pet. hæred. l. sed si lege, 28 § consuluit, ff.*
eod.

eodem tit Bart. in l. ex diverso, 36 col. antepenult. in § verf. pro hoc dico quod in præsenti casu, n. 6 ff. de rei vendicat. Gloss. in l. non est ambiguum, § in verbo augere, in si versic. & ad instar petitionis, C. famil. ercifcund. Cyn. in l. certum, 22 col. 2 ad med. versic. si de naturalibus aut extant, sub n. 3 Cod. de rei vendicat. Gabr. consil. 35 n. 21 & 22 lib. 2 & consil. 108 n. 8 usque ad nu. 12 lib. 1 Bald. in l. ancillæ subtracto, 12 col. 2 in fin. versic. iterum dubitatur cum bona fidei possessor, n. 5 Cod. de fur. 1. Iaf. in l. Nefennius, § fundum, nu. 3 de rei vendic. Menoch. de recuper. possess. remed. 15 n. 582 usque ad n. 586 & n. 597 usque ad nu. 600.

3 ubi † loquitur tam de fructibus industrialibus,
quam naturalibus *Laderch. consil. 165 nu. 7 versic.
neque obstat quod in petitione, col. 5 post princ. Socin.
consil. 251 colum. penult. ad fin. versic. secunda conclusio, numero 25 libro 2 Covar. libro 1 variar. resolut. cap. 3 colum. 6 in princ. versic. tertia conclusio, in fi. Socin. Iun. 81 num. 6 libro 1 & consil. ultim. num. 20 & 22. vbi de communi eodem libro Rom. consil. 150 colum. 2 in princ. versic. eo' dem casu, num. 2 Alex. in l. in insulam, 43 § fructus, ad fin. nu. 6 ff. solut. matrim. Corn. consil. 301 col. penult. in fi. n. 4 lib. 1 Bal. in l. 1 col. 2 ad med. nu. 3 C. de usur. & fruct. legat. seu fideicommiss.*

Cùm igitur possessor bonæ fidei non teneatur ad istos fructus consumptos, nisi in quantum est fa-
4 ctus locupletior, † ista qualitas locupletionis erat probanda, cum alias non sit præsumenda, quasi non valeat consequentia fructus cósumpsit in proprios usus, ergo fuit locupletatus, cum potuerit fortè vivere splendidius, secundùm magis receptam, ac veriorem opinionem, de qua per *Ang. consil. 160 in fi. Felin. in cap. de quarta colum. 12 versic. secunda restrictio, nu. 31 de præscript. Curt. Iun. consil. 6 col. ult. n. 27 in fi. lib. 1 Ruin. consil. 204 n. 15 versic. est bene verum, lib. 1 Menoch.* qui de magis communi *præsumpt. 27 nu. 6 libr. 3 & de recuper. rem. 15 num. 586 & 587 Laderch. consil. 165 col. 6 in princ. versic. præterea etiam, n. 8 Gabr. consil. 108 n. 10 usque ad nu. 14* & latiùs *consil. 35 num. 21 usque ad num. 33 lib. 2 Surd. consil. 115 num. 20 lib. 1.*
5 † & ab ista sententia non est recedendum, ut post 25 Doctores per eum relatos concludit *Menoch. consil. 1173 n. 12 lib. 12 Peregr. de fideicom. art. 49 n. 11 fol. 464* quamvis contrarium tenuerit *Franc. dec. 31 in fi.*

Immò neque sufficeret probare quem esse factum
6 locupletiorem, sed etiam erit probanda † species locupletionis *Curt. Sen. consil. 71 col. 5 versic. 7 conclus. post Ang. consil. 160 in fi. Bero. 95 n. 16 versic. & hanc opinionem, Surd. consil. 290 n. 50 ad fi. lib. 2.* cum alijs per *Claud. ad Bertazol. consil. crim. 478 in verb. locupletior. versic. contraria tamen opinio ad med. dixi sup. cap. 101 Cagnol. in l. ex pœnalibus, n. 5 de reg. iur.*

Neque obstat decisio *Affl. 240 num. 2.* Quia solum concludit in judicio universali venire fructus e-
7 tiam bona fide perceptos, † quod non negatur, sed aliud est in consumptis, in quibus requiritur dicta probatio locupletionis ex supra allegatis, prout etiam ipse *Affl. num. 2 ad med.* concludit:
8 † Quamvis etiam ibi præsupponatur mala fides auctoris, quæ nocet hæredi in judicio universali, licet existenti in bona fide quo ad restitutionem fructuum *Bart. in l. & ex diverso, 36 ad fi. de rei vendic. per l. 2 in fin. Cod. de fructib. & lit. expens.*

Et ita loquuntur *Gloss. Cyn. & Bald. in l. non est ambi-
9 guum, Cod. fam. ercisc.* † Immo *Ruin. consil. 25 nu. 13 lib. 1,* qui ex adverso allegatur, contrarium expressè tenet, quod stante consumptione & bona fide non veniunt tales fructus, nisi probata dicta
10 locupletatione, † quod voluit etiam *idem Ruin. consil. 204 n. 15 lib. 1 & consil. 29 nu. 12 lib. 2 Surd.
11 consil. 115 n. 1 cum sequentib. lib. 1* vbi † quod magis hoc procedit quando, prout in casu nostro, lapsum est triennium *Bart. in l. sequitur, § fructus, n. 4
12 de usucap.* † quasi per tantum spatium temporis bonæ fidei possessor illos usucapiat *Bald. in l. 14 colum. 2 Cod. de usur. & fruct. legat. Hended. consil. 30 num. 14 lib. 1 Menoch. de recuper. remed. 15 numer. 588.*

Nec facit quod non possit deduci bona fides per retentionem bonorum hæreditatis pro debito adæquante valorem illorum ad effectum consequendi fructus. Quis omisso quod ex multis alijs, de quibus in facto constat de hujusmodi bo-
13 na fide, † dicitur verius esse, quod stante debito excedente valorem bonorum, de quibus agimus præsumitur illa haberi pro derelicta, & dominium eorumdem translatum ad creditorem, cui talia bona sunt debita, quasi non sit verisimile ipsum debitorem illa luiturum, & sic videtur facta alienatio, ita ut res dicatur exiisse de dominio
14 & potestate debitoris, † & judicetur prout de rebus, quæ pleno jure spectant ad creditorem *Bal.* in c. 1 § aut si libellario, nu. 4 & 5 quibus modis, feud. amitt. *Imol.* in l. 1 § per servum corporaliter il. 2 in & ibi late *Alex.* col. 1 in fi. vers. una tamen datur limitatio, nu. 7 *Aret* ad fi. *Zas.* col. penult. num. 11 ff. de acquir. possess. *Bart.* in l. legata, § supellectili, ff. de supell. legat. *Castr.* in l. 2 n. 4 Cod. de reb. alienis non alienand. *Barbat.* ad *Bald.* in l. voluntas, in verb. quæro nunquid, Cod. de fideicommissarijs, *Iaf.* in l. manumissiones, nu. 10 de just. & jur. *Alex.* consil. 169 inspecto in fi. lib 6 & in l. interdum, § quod ex naufragio, in fi. ff de acquir. possess.

Cum igitur simus in vero possessore, & in rebus
15 quæ pleno jure spectant ad creditorem, † sequitur etiam quod fecerit fructus suos, ita ut ad omnes effectus & indistinctè talis res habeatur, ac fiesset pleno jure ipsius creditoris, sive loquamur in re pignorata & tradita creditori, sive non sit secuta traditio, cùm semper dicantur percepti fructus ex re propria creditoris *Alex.* in l. si rea obligata, 60 col. 1 in fi. vers. subdit tamen, nu. 3 ff. de legat. 1 *Negus.* de pignorib. p. 3 membr. 1 nu 29
16 & 30. † Quidquid aliàs fructus pignoris non spectent ad creditorem *Bald.* in l. 1 & 2 Cod. de pignor. act.

Quibus additur quod dicunt Doctores de legato ut
17 non censeatur ademptum si res legata † fuerit pignori data l. qui post testamentum, § si rem suam vers. idem rescripserunt, Cod. de legat. Cum hæc sit propria natura pignorationis ut res redimatur & revertatur ad testatorem *Iaf.* in d. l. qui post te-
18 stamentum n. 1 in fi. † Dúmodo tamen non fuerit talis res obligata quanti valeret, aut pluris, cùm hæc sit species alienationis absque verisimilitudine illam amplius redimendi *Bart.* in l. rem legatam, in fin. de adimend. legat. & in l. legata, § 1 de supellect. legat. *Tiraquell.* de retract. lignag. in
19 præfat. num. 16. † Nisi tamen res fuisset majorum suorum, quasi tunc ratione affectionis cre-

dendum sit quod voluerit illam redimere & conservare in familia, vnde hoc casu non erit revocatum legatum, *Card. Mantic. de conject. vlt.*
20 *volunt. lib. 12 tit. 6 num. 23 ad med.* † Intelligendo quatenus, ipsa res non sit legata extraneo, nam tum hæc ratio singularis affectionis quod fuerit antecessorum non potest adduci, cùm non videatur voluisse eam in sua familia conservari *Tiraq. de retract. lignag. in præfat. num. 36 in fi. Cardin. Mantic. d. tit. 6 n. 23 in fi.*

Quare etiam dicimus quod fundus obligatus pro summa quanti valeret censetur ita esse proprius
21 creditoris, † vt illum relevet ab onere satisdate, non secus ac si illum emisset *Rom. Alex. & alij in l. sciendum, § possessor, ff. qui satisdar. cog. Aret. in l. 1 § qui servum, ff de acquir. possess. Tiraq. de retract.*
22 *lignag. in præfat. n. 36 ante med.* † Cum semper hujusmodi pignorationi proximum sit habere rem pro derelicta *Bald. consil. 21 ô pres. sp. sita statuto, in 1 artic. lib. 1 Castrens. in l. 2 C. de reb. alien. non alien. per text. in l. qui habeat, ff. de legat. 3 l. legata, § 1 de supellect. legat.*

Vnde etiam in re pignorata non habet locum re-
23 tractus † *Ignens in l. 1 § servus, ad Syllanian.* cùm
24 semper debitor maneat dominus pignoris † *l. generaliter, 29 in princ ff. qui & à quib. manumiss. l. 1 § per servum, de acquir. possess l. sin. n. liber. ad legem*
25 *falc.* † Dummodo res non sit tanti pignorata vt nulla spes sit luitionis, tunc enim habebit locum jus retractus tanquam simus in vera alienatione per quam fuit abdicatum dominium à debitore, & translatum in creditorem *Tiraqu. de retract. lignag. § 1 gloss. 14 n. 127 ad med.*

EPITOME.

PEr publicationem bonorũ an debitor liberetur ab obligatione civili, & naturali, ac personali, ita vt si postea restituatur ad gratiam, & aliquid acquirat teneatur pro tributis ac muneribus publicis, ac alijs suis debitis. ¶ Obligatio semel extincta quãdo reviuiscat. ¶ Fiscus quo casu habeatur pro hærede & successore vniversali. ¶ Et debeat præstare factum condemnati, & cedere fidejussori contra eum. ¶ Et teneatur ad debita delinquentis etiam contracta post delictum. ¶ Et an possit cõveniri per fidejussorem qui promisit reum non discessurum è palatio, qui postea aufugit propter indẽnitatem promissam à principali. ¶ Restitutio per Principem concessa an comprehendat actiones & obligationes & dignitatem. ¶ Negligens recuperare bona sua an possit conveniri ac si recuperasset. ¶ De actione an judicetur idem quod de re. ¶ Mors civilis an dissolvat obligationem sicut naturalis. ¶ Deportatus quando retineat ea quæ sunt juris gentium. ¶ Contra Principem an sit agendum petita venia sicut filius patrem conveniret. ¶ Actio personalis an detur contra tertium pro tributis publicis, alimentis, anniversarijs, decimis, ac pensionibus. ¶ Obligatio Cameralis, pactum executivum, guarentigia, Iuramentum, ac similia accessoria quando annullentur sublato principali contractu, vel si opponatur de defectu causæ, vel quod obligatio non contineat causam. ¶ Restitutus an possit cedere bonis. ¶ Fiscus succedens in bonis delinquentis qua actione conveniatur per creditores. ¶ Promittens cum obligatione Camerali, ac juramento solvere pensionem habita vel non habita possessione an liberetur si post duos aut tres annos non potuit illam capere.

SVMMARIVM.

1 *Debitor liberatur per publicationem bonorum, & Fiscus solum tenetur eo iure quo tenebatur privatus, ita vt postea acquirat tanquam novus homo, qui nihil negotij habet cum creditoribus nisi restituatur etiam ad bona, n. 3 & 4. Intellige vt nu. 20 23 & 25.*

2 *Tutor deportatus cum confiscatione bonorum quando teneatur pupillo si fiat locupletior.*

5 *Obligatio semel extincta per mortem civilem amplius non reviviscet, n. 6 & 22.*

7 *Debitor publicatis bonis habetur pro mortuo.*

8 *Mors naturalis dissolvit obligationem. Idem in civili, n 9 & 11.*

10 *Amittens bona dicitur amittere personam & reputatur pro mortuo.*

12 *Nomen deportationis est spoliatio omnium rerum.*

13 *Actio non datur in eum, cui omnia bona sunt ablata.*

14 *Fiscus succedens ex confiscatione bonorum dicitur quasi hæres, n. 15 & habetur pro successore vniversali & hærede anomalo, non ad instar successoris ex cõtractu, nec loco filiorũ sed hæredis extranei, n. 16*

17 *Fiscus tenetur præstare factum condemnati cessante fraude, nu. 73. Declara si acceptet, & requiritur præmonitio an velit acceptare, n. 18 & 19.*

21 *Princeps restituens deportatum, & concedens illi bona censetur etiam restituere actiones, & obligationes, n. 24.*

26 *Debitor liberatur etiam ab obligatione naturali nedum civili publicatis bonis, & in fiscum illa transfunditur, n. 27. Intellige vt n. 29 & 30.*

28 *Deportatus quando retineat ea quæ sũt iuris gentiũ.*

31 *Creditores non agunt cõtra bannitũ sed contra Principem petita venia, ac si filius patrem conveniret.*

32 *Publicatio bonorum eximit debitorem etiam ab obligatione personali n. 33 Amplia quamvis restituatur ad gratiam, n. 34 & 37. Et quamvis ad meliorem fortunam devenerit, n. 40 & 41. Et licet adsit iuramentum, 43. 44 & 60.*

35 *Nudus exulans nudus revertitur.*

36 *Restitutus ex indulgentia Principis recuperat dignitatem, non autem bona, ita vt neque pro tributis & muneribus publicis possit conveniri.*

38 *Actio personalis datur etiam contra tertium pro tributis publicis, alimentis, pensionibus, anniversarijs, & decimis, n. 39.*

42 *Actio personalis procedit ab ipsis obligationibus.*

45 *Iuramentum tollitur secundum naturam principalis obligationis.*

46 *Promittens solvere pensionem cum obligatione cãmerali & iuramento habita, vel non habita possessione liberatur, si vltra duos, vel tres annos non potest illam habere.*

47 *Antecessoria cessant sublato principali.*

48 *Pactum executivum, guarentigia, & obligatio cameralis annullantur annullato contractu, & deficiente causa obligationis, non autem si opponatur non adesse causam.*

49 *Restitutus plenariè vel per viam gratiæ, vel quoad res particulares quomodo teneatur creditoribus, & n. 51.*

50 *Totum ita se habet quoad totum, sicut pars quoad partem.*

51 *Resti-*

52 *Restitutus ad bona tenetur creditoribus quamuis negligat illa recuperare a Fisco, & n. 58.*
53 *Habens ius recuperandi dicitur habere ipsam rem.*
54 *Idem iudicatur de actione sicut de re.*
55 *Meum dicitur quod mihi debetur.*
56 *Res dicitur esse in bonis si actio competit ad illam recuperandam.*
57 *Paria sunt amittere possessionem vel actionem competentem pro ea.*
59 *Negligens recuperare iura sua tenetur ac si recuperasset.*
61 *Fiscus non tenetur ad soluenda debita contracta post delictum, sed ad ea, quæ delinquens contraxit tempore criminis perpetrati. Intellige vt n. 62 & 63.*
64 *Fiscus non debet satisfacere creditoribus de bonis delinquentis, ratione sui interesse, sed de bonis habitis ratione pœnæ.*
65 *Obligatio personalis passiua non transit in immissum in possessionem bonorum.*
66 *Actio personalis passiua non intentatur contra Fiscum successorem in bonis delinquentis, sed hypothecaria.*
67 *Actio personalis non potest diuelli ab ossibus debitoris, & non datur contra tertium, & n. 69.*
68 *Obligatio personalis non impedit incorporationem.*
70 *Fiscus an cedat fideiussori contra condemnatum.*
71 *Restitutus an possit cedere bonis.*
72 *Fiscus tenetur fideiussori qui promisit reum non discessurum e palatio, qui tamen postea aufugit, quamuis hoc debitum sit contractum post delictum.*

CAPVT CCCCXXIII.

PRo vera decisione eorum, de quibus in casu proposito quæritur. Firmanda est conclusio,
1 † quod quando bona publicantur, statim liberatur
debitor, & Fiscus solus est obligatus, qui subintrat in obligationib. debitoris & eo iure tenetur,
quo tenebatur priuatus, & ideo licet postea bona
quærantur, tamen non quæruntur per obligatum
priuato, qui iam est exemptus, sed quæruntur per
hominem nouum, qui nihil amplius negotij ha-
2 bet cum suis creditoribus, † nisi restitueretur ad
bona quia tunc esset restitutus etiam ad obligationes passiuas. Ita bene declarat *Boss. in tit. de proclamat. quod sit bon. publicat. n. 14 ad fi. vers. aduerte tamen per tex. in l. tutor filiorum, 4 C. de senten. pass.*
3 † vbi de tutore, qui tenebatur pupillo ex mala
administratione, si fuerit deportatus, & omnia
eius bona sint confiscata, & postea pœna sit illi
remissa, non tenebitur āplius actione tutelę, quāuis etiam locupletior fiat, nisi in casu in quo fuis-
4 set etiam ad bona restitutus. † Idem disponitur in
l. 2 vbi Sal. in princ. C. ad l. Iul. de vi pub. & in l. si
debitor. 3 vbi Ang. n. 2. v. & attēde. C. de sent. pass.
l. deportationis, 12 C. eod. tit. l. si vt proponis, C.
de bon. proscript. l. 2 C. sol. mat. l. inter eos, § vl. de
fideiussorib. l. 2 § 1 de alim. leg. l. res, de iur. fisc. l. si
tutor, 9 § vl. ff. de tu. & rationib. distrah. l. in facto,
60 § fi. de cōd. & demonst. l. cum de in rem v. § 1
de v. s. l. si marito, 32 in prin. vbi Glos. in verb aliqua, & in verb. necesse, & ibi Alex. n. 4 Bald. in fi.
prin. v. sed pone, ff. solut. matri. l. si maritus, 36 ff.
eod. t. Cassan. super consuetud. Burgund. rub. des
confiscations, § 1 in fi. n. 34 f. 378 Gig. de cri. læs.
mai. ti. de pœnis cōmittent. crimin. læs. maiestat.
q. 24 in fin. n. 7 to. 11 f. 71 Corn. cōsi. 190 ad num. 4
l. 1 Farin. q. 25 n. 177 Io de Amic. con. 68 n 3 Plot.
inter con. crim. diuers. li 2 con. 130 nu. 83 ad med.
Raph. Comēs inter dicta con. crim con. 35 nu. 4
eod. li. 1 Aym. con. 263 n. 7 Rebuff in l. princeps 21
col. 1 ad fin. & col. 2. ff. de verb. sign. Menoch. de arbitr. cas. 137 nu. 3 & 4 Henriq. de fideiussorib. c. 20 §, 14 n. 8 Becc. cons. 57. nu. 4. & 5. Surd. de aliment. tit. 8 priuil. 59. n. 9. & 10. late Honded. cons. 58 n. 44 lib 2. Peregr. de iur. fisc. li. 5 tit. 2. n. 17 post med. fol. 284.
Quorum rationem reddunt Doctores, quia obliga-
5 tio semel extincta † per mortem ciuilem sępe adæquatam naturali amplius non reuiuiscit *l. qui res 9 §. aream. ff. de solutio. l. eius qui, §. fin. de iur. fisc. Glos. in l. si eum quis, 42 §. vlt. ff. de fur. Surd. de alim. tit. 5. q. 1. n. 6 4. Tiraq. in l. si vnquam, in verb. suscepe-*
6 *rit liberos, num. 191. in fi. C. de reuoc. donat.* † quando
præsertim ius fuit funditus extinctum *Bald. in l. 1 nu. 2 C. qui non poss. ad libertat. peruen.* Cum etiam
7 debitor † facta publicatione bonorum habeatur
pro mortuo *§. publicatione, instit. de societat. Azo. in*
8 *l. 1 post princ. C. de fide iussorib.* † Et sicut mors naturalis dissoluit obligationes *§. deinceps, in authent. de*
9 *nupt.* ita & mors ciuilis † *Alber. in l. actione, 66 §. publicatione, post princ. ff. pro socio. Gail. obseru. 89. n. 10. li. 2. Bald. in l. 2. ad fi. vers. si destruntur. C. ad leg.*
10 *Iul. de vi public.* † Adeo vt amittens bona dicatur
quodammodo amittere personam, cum reputetur
pro mortuo *Alber. in d. l. actione, § publicatione, in*
11 *princ. ff. pro soc.* † Et tota obligatio extinguitur, si
deportatio vna debitori irrogetur *l. si debitor, 47. ff. de fideiussorib. l. vlt. de duob. reis, l si. C. de sentent.*
12 *pas.* † vbi quod ipsum nomen deportationis est
spoliatio omnium rerum. Vnde esset iniquum
13 dati actionem in eum, † cui omnia sua bona sunt
ablata *l. vlt. §. fi. ff. quæ in fraud. cred.*
Quare merito liberator eo debet dari actio aduersus
14 Fiscum bona illius occupantem, † cum onera ad
eum transeant cum dictis bonis tam actiue quàm
passiue. Nam fiscus succedens vniuersaliter alio
titulo, quam hæreditario, puta ex confiscatione
bonorum, dicitur quasi hæres, & habetur loco
hæredis *Glos. in l. non intelligitur. §. cum ex causa in*
15 *verb. pertinent. ff de iur. fisc.* † quam pro singulari
commendat *Rom. cons. 73 in princ. & cons. 93 num. 2 Aym. cons. 263 nu. 7. Dec. in l. in pari causa, 170. §. hi qui in vniuersum, n. 3 ad med. ff. de reg. iur. Menoch. de arbitr. cas. 137 nu. 4 Fachin. lib. 8. controuers. iur. c. 55 vers. fundamentum. & vers. ad primum. Gig. de crim. læsæ maiest. q. 12 n. 7 tom. 11 p. 1. fol. 87 & q. 6. n. 3 & q. 19 n. 5 Martini Laudens. de fisco, q. 127 tom. 12 fol. 5 Roland. de inuent. q. 11 Surd. de alim. tit. 1 qu. 31 n. 7. vsque ad 11 & q 34 n. 11 cum seq. eod tit. & q. 15 nu. 196 & 197 tit. 2 & latius tit. 8 priuil 59 n. 1 Becc. cons. 57 n. 4 Honded. cons. 98 nu. 108 lib. 1 Cyn. in l. 2 ad med. C. ad leg. Iul. de vi pub. Boss. de publicat. bo-*
16 *nor. num. 13 Gail. obseruat. 86 n. 6 lib. 2* Et † dicitur
successor vniuersalis vel hæres anomalus, & successor iuris, & loco successoris in prelatura reputatur, non autem ad instar successoris ex contractu, nec loco filiorum, sed ad instar hæredis extranei, vt late per *Peregrin. de iur. fisc. tit 1 l. 5 n. 53*
17 † vbi quod ex hoc tenetur præstare factum condemnati, cessante tamen fraude *Alciat. cons. 24 n. 8 lib. 3 com. 8* Dummodo tamen fiscus velit ac-
18 ceptare bona confiscata, † quia non secutâ ista acceptatione, non tenetur creditoribus, sed condemnatus poterit agere, & conueniri, cum paria
sint factum non esse, & non acceptatum. vt in

specie notat *Bald.in l. si vero in 1. lect.ante fi.prin.*
19 *cip.vers.secundo quaero.ff.qui satisd.cog.*vbi † tamen requirit praemonitionem fisci an velit agere, & acceptare argumento *l.necesse, de in diem adiect.l. ergo,§ si bona.de fideicommissar.libertatib.*

Aduertendum tamen est circa praedicta, quod non
20 debemus simpliciter admittere, † vt facta publicatione bonorum, obligationes extinguantur, cum verius sit illas nõ esse extinctas. Nam si Princeps concedat bona deportato & illum restituat,
21 † censetur etiam restituere actiones & obligationes *l.princeps.21 ff.de verb.signif.l.si deportationis,*
22 *cum l.seq.C.de senten.pass.*† Et tamen si essent extinctae obligationes non possent amplius reuiuiscere, vt dictum est *l.qui res,98 § aream,ff.de solu-*
23 *tionibus.* † vnde potius dicendum est, quod dictae obligationes non sint extinctae, sed translatae in fiscum *Bart.in l 1 post med. vers.veritas est, C.de fi-*
24 *deiussoribus.*† Quae obligationes rursum redeunt in hunc restitutum per concessionem bonorum eidem à Principe factam, vt notat *Rebuff.in dict.l. princeps.21 col.1.in princ.vers.dubitatio, ff.de verbo. significat.& in tract.de liter.obligator.art.1 glos.3 numer.5.*

Nihilominus quidquid sit de praedictis; semper verum est quod siue sint obligationes extinctae, siue
25 † transfusae in fiscum non tenebitur amplius debitor publicatis bonis, sed liberatur à suis creditoribus, à quibus non potest vlterius molestari *l.si debitori deportatio,48 & ibi Glos.in verb fideiussorẽ accipi, ff.de fideiussorib.Bart.in l.vbicunque,61 n.5 ff.eod.tit.Calcan.cons.68 n 5 in fi Surd.de alim.tit.8 priuil.59 nu.10.*

Quibus adde, quod non solum obligatio ciuilis dici-
26 tur extincta seu transfusa vt dictum est, sed † etiã obligatio naturalis, à qua debitor dicitur liberatus post condemnationem, cum iura naturalia transeant etiam in fiscum *Surd.de alim.tit.1 qu.31 n.5 & 6 & tit.8 priuileg.50 nu.10* quod prius voluit *Glos.in l.si debitori deportatio, 48 in verb.fide-*
27 *iussorem accipi in princ.*vbi † *Imol.nu.* testatur de communi. *ff de fideiussorib.Bart.in l.vbicunque, 61 n.5 eod.tit.Calcan.cons.68 nu.4 in fi.Castr.cons.209. circa primum notandum est, nu 1 vers.pro hoc etiam ratio viua & manifesta, lib.2 Cin.in l.1 ad fin. & ibi Bart.n.2 post med.vers.veritas est. Alber.ad med.C. de fideiussorib.Peregrin.de iur.fisc.tit.1 lib.5 n.55 fol. 236 Salic.in l.tam mandatori,n.4 ad fi.col.2 ad med. & ibi etiam Din.C.de non numerat.pecun.Bald.in l. si vero, in 1 lectur.ante fin.princ.vers.extra quaero vtrum,ff.qui satisd.cog.*

Neque oberit quod naturales obligationes sint de
28 iure gentium & deportatus retinet ea, † quę sunt iuris gentium, quod facit, vt apud eum reperiatur obligatio naturalis. Maxime in his, qui banniuntur ex forma statuti, quasi auctoritas legis municipalis non sit tantae potentiae, quod possit extinguere iura naturalia, vt per *Bald. in l. tam mandatori, num.2 post med.C.de non numerand.pecun.*

Quia verior est opinio, vt pro obligationibus de
29 praeterito cõtractis † liberetur deportatus à ciuili & naturali obligatione, quae in fiscũ trãsfunditur, prout etiam in obligationibus de nouo perficiendis ex causa tamen de praeterito, in quibus
30 nullo modo remanet obligatus. Quidquid † secus sit in obligationib⁹ de nouo cõtrahẽdis, in quib⁹ deportatus obligabitur naturaliter, quasi retinens ea quae sunt iuris gentium secundum distinctionem *Bart.in l.quoties, ad fi.vers.& ideo aduerte,n.3 ff.de nouationib.*

Cum igitur ista publicatio faciat condemnatũ ha-
31 beri pro mortuo, vt dictũ est † Creditores debent agere contra Fiscum, non autem contra bannitũ *Alber.in l.actione,66 §.publicatione,post princ.ff.pro socio.* Vel via supplicationis Principem adire petita venia, ac si filius patrẽ conueniret *Guliel.Benedict.in c.Raynutius,in verb.& vxorem, nu.289 de testam.* Qui summatim faciet, vt procurator fisci soluat *Bart.in l.quae res,§.res autem,de iur.fisc.*

Quod adeo verum est, vt neque talis condemnatus
32 possit personaliter conueniri † quia omnis obligatio est funditus sublata, & cessat tam ciuilis, quã naturalis obligatio, non quod dicta obligatio tollatur, sed quod transferatur in fiscum tanquam successorem, vt dictum est: Et sic solummodo eximitur persona, obligatione firma remanẽte apud fiscum. Ita Bene explicat *Bart.in l.1 post med.vers. veritas est, & ibi Salic.nu.2 ad med.oppos.1 in fin.& Ang. ad med.C.de fideiussorib. Imol.in l. si debitori*
33 *deportatio, 48 in princ.ff.eod.tit.*† Vbi etiam considerat quod litera illius textus non dicit, quod obligatio sit simpliciter extincta, sed solùm quod sit extincta contra debitorem, cum remaneat actio aduersus fiscum, & sic substantia obligationis non est ex iusta simpliciter, licet persona obligari eximatur ab obligatione, cum non sit conueniens, quod remaneat obligatus ille qui nudus exulat. *l.2 ff.de capit.diminut.*

Et nihil in hoc operabitur restitutio facta à Princi-
34 pe quoad gratiam tantum, † & non quoad bona, cum non reuiuiscat obligatio ex qua prius tenebatur vt antiquis creditoribus obligatus existat,
35 neque enim ab illis poterit conueniri, † non sicut nudus exulauit, vt dictum est, ita nudus reuertitur *l.tuteias.7 §.vlt.ff de capit.diminut. Ang.in l.si marito,ante med vers.& licet confiscatio.& ibi Bald. in fin princ.ff.solut.matrim.Io.de Amic.cons.68 n.3. Imol.in l si debitori deportatio, 48 in princip.de fideiussorib.*

Vnde etiam deportatus, si restituatur, dignitatem
36 quidem indulgentia Principis recuperat, † nihil autem de suis bonis consequitur, ita vt nec publico nomine, nec à quocunque creditore possit conueniri *l. 2 ff. de sentent. pass. Peregrin. de iur. fisc.tit.1 lib.5 nu.14 ad med.Calcan.cons 68 num, 5*
37 *Henriq.de fideiussorib.c.20 §.14 n.1 & 2* Quod est † notandum, nam pro istis publicis muneribus, & tributis dantur etiam actiones personales non solùm contra principalem debitorem, sed etiam contra eum, qui acceptauit aliquam rem grauatam similibus oneribus, quasi tunc videatur quasi
38 contrahere, † & se personaliter obligare ad dicta onera *Guid.Pap.dec.576* vbi quod hoc est speciale in alimentis, pensionibus, anniuersariis, decimis, & tributis publicis, cum in aliis esset contra ius commune, licet de stilo Curiae parlamenti idem sit in omnibus, vt testatur *Idem Guid.Pap.*
39 *qu 42.*† Et de pensionibus est decisio *Rot.coram R.P.D.Marco Montio Comen.pensionis, 22.Maij 1606. Caputaquen decis.302 nu.3 lib. 2 & dec. 13. pag.1.*

Immo etiam in omnibus casibus, in quibus talis debitor est liberatus ob confiscationem bonorum,
40 † censebitur quoque exemptus, ne conueniri possit à suis creditoribus, quamuis restitutus, & habens

habens gratiam de delicto ad meliorē fortunā devenerit *l. inter filiorum & ibi Glos. in verb. locupletior, C. de senten. pass. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1 n. 15 post princ. vers. nec prę postea quęsitis, fol. 136. Menoch. cons. 103 nu. 20 lib. 1 Biss. de proclam. quod fit bo. publ. n. 14 in fi. Fulgo. in l. in insulam, in prin. C. de senten. pass. Ang. in l. si debitor, n. 4 C. eod. tit. Odd. de restit. in integr. p. 2 q. 97 art. 2 nu. 13.*

41 † Nam omnes actiones & obligationes passivæ debitoris semel sunt trāsfusæ & trāsierunt in fiscum, qui semel cœpit esse debitor, & cum per restitutionem & gratiam debitori factam, de crimine non fuerint reversæ ad debitorem, sequitur quod Creditores quemadmodum ante dictam gratiam & restitutionem non poterant nisi fiscū convenire, non autem debitorem. Ita etiam neq; hoc potuerunt facere post gratiam & restitutionem quia non superveniēte obligatione, nec ad debitorem revertente, non potest dari actio
42 personalis contra non obligatum, † cum actiones personales procedant ab ipsis obligationib* *leg. licet § ea obligatio, ff. de procurator. Ias. in § omnium autem, in princ. instit. de actionibus, Rebuff. in l. princeps, 2, & l. 2 in fi. vers. & licet hic non exprimat, ff. de verb. signif.* & in proposito nostro ita declarat *Odd. de restit. in integr. p. 2 q. 97 art. 2 n 13 Farinac. q. 25 n. 179.*

Amplius neque obstabit juramentum, illud enim
43 non potest operari, * vt debitor teneatur post spoliū subsecutū de suis bonis per fiscum occupatis, quidquid aliud sit ante iusiurandum, vt in specie notat *Imol. in c. 2 col. 4 ante fi. vers. an autem contra petentem, n. 24 de ordin. cognition. per tex. in cap. quemadmodum de iureiur. & in l. pen. ff. qui satisd. cogant.*
44 * Et sequitur etiam in nostris terminis Grammat. *dec. 85 n. 3 post Socin.* per eum allegatum *reg. 225 & Franc. in c. frequens ad hoc, in princ. de restit. spol. in 6. Marchesan. in commiss. relaxat. iuram. p. 1 c. 1 n. 56.*

Maxime quia regulariter juramentum tollitur se-
45 cundum naturam principalis obligationis * *l. fi. C. de non numer. pecun. Paris. cons. 92 n. 41 lib. 4 Lapus allegat. 11 n. 2 Rot. divers. dec. 138 n. 3 p. 1* vbi de eo qui juravit solvere pensionem habita, vel non
46 habita possessione, † quod si vltra duos vel tres annos non potest habere dictam possessionem, liberabitur non obstante juramento, & obligatione camerali. & dicam infra c. . vbi multa ad intellectum hujus conclusionis, cum i-
47 sta sint accessoria, † quæ cessant sublato principali *c. 2 de precar. Bald. in l. ex testam. 19 in fi. C. de fideicomm. Alex. in l. 1 § si vir, C. de acqu. possess. Aym. cons. 299 n. 3* & in ista materia guarentigię,
48 * pacti executivi, obligationis cameralis, & similium *Socin cons. 78 nu. 3 lib. 3 per Gl.* quam dicit notabilem in *l. si patronus, 3 § patronum. in verb. faviana, in fin ff. si quid in fraud. patron. Phanuc. de invent. p. 5 n. 104 cum seq.* vbi ex hoc infert quod deficiēte legitima causa obligationis omnia ista accessoria corruunt. Nā extincta substantia contractus, vel eius solemnitate præceptum guarātigiæ, jusiurandum, & similia non attenduntur, cum impossibile sit q. accessoria vestiant principale, & dent illi robur & vires, si de se est inualidum ac inefficax *Ias. in l. legitima, col. 2 de pact. Bald. in l. etiam, C. de execut. rei indicat. Marsil. in rubr. de fideiussor. n. 352 vsque ad nu. 156* Quidquid aliud sit quando allegaretur obligationem fuisse sine causa, tūc enim ista exceptio non impediret obligationem cameralem, ac iuramentum, seu guarentigiam *Galles. de oblig. camer. 4 p. q. 1 n. 15 Mancin. de iuram. p. 4 effect. 24 Decian. cons. 682 in causa domini. nu. 4 vsque ad 8 Bar. de guarentig. p. 2 q. 10 Felin in c. si cautio. n. 15 vers. fallit decimo. de fid. instrument. Rot. coram Cardin. Lancellot. Bononien. pecuniaria, 22 Martij 1602 & coram R. P. D. Vbaldo Bononien. executionis apocharum, 27. Iunij 1611.*

Idem dicendum est quando bannitus fuisset restitu-
49 tus ad aliquam rem particularem. † Nā ad hoc vt per restitutionem dicantur reversæ actiones passivæ, requiritur vt restitutio sit plenaria quoad omnia, vel per viā quotæ. In primo enim casu restitutionis plenariæ convenitur debitor nō secus ac si nunquam fuisset bannitus, cum in alio casu per viam quotæ teneatur solū pro rata bonorum primis creditoribus & pro residuo agetur
50 contra fiscum, quia † sicut se habet totum quoad totum. Ita se debet habere pars quoad partē proportionabiliter *l. 2 vbi Bal. in princ. C. ad l. Iul. de*
51 *vi publ. l. tutelas ff. de cap. dimin.* † ideo merito non sufficit quod quis sit restitutus ad rem tantum particularem per tex. notabilem *in l. si debito 3 & ibi Ang. n. 3 Bald. in princ. Salic. num. 1 C. de senten. pass. Idem Bal. in l. si marito, in fi. princ & ibi Alex. n. 4 ff. solut. matr. Nell. de bannit. in 1 p. 5 tempor. n. 21. Odd. de restit. in integ. q. 97 p. 2 not. 2 nu. 11 Farinac. q. 25 n. 177 & 180 ad med. Costa de portion. rat. q. 120 n. 7.*

* *Adde 3. ad c. 223.*

Verum * est quod recuperans talem portionem per viam quotæ, seu omnia bona per restitutionem plenariam tenebitur creditoribus, vt supra dictū
52 est, † quamvis restitutus negligat recuperare bona à fisco, cum enim habeat actionem, & jus re-
53 cuperandi dicitur habere ipsam rem † *l. qui actio-*
54 *nem, 15 ff. de reg. iur.* Nam idem judicatur † de actione, sicut de re, adeo vt illud quod mihi debi-
55 tum est, meum appelletur *Glos.* † *in l. si tibi pecuniam, 20 in verb. meum ff. si cert. pet. & in l. eius qui in provincia, 41 in verb. defuncti, in fi. & ibi Bart. n.*
56 *3 ff. eod. tit.* † Et quando actio competit ad rem recuperādam talis res dicitur esse in bonis *l. bonorum appellatione, ff. de acqu. rer. domin. Rom. sing. 542 ad med. Decian. in l. qui actionem 3 num. 2 post med. & ibi Add. in verb. esse in bonis, ff. de regul. iur.*
57 † Et paria sunt amittere possessionem, vel actionem competentem pro ea *Bart. in leg. si prius, 14* quam repetit post *l. non solum, 9 col. antepenultim. in fin. vers. veniamus ad quæstiones, n. 20 ff. de nov. o-*
58 *per. nunciat.* † & ita in specie restitutionis notat *Ang. in l. si debitor, in fi. C. de sent. pass.* & est *Gl. in l. 4 in verb. recuperavit, C. eod. tit.* & sequitur *Odd.*
59 *de restit. in integr. p. 2 q. 97 art. 2 nu. 12.* Et multa similia de negligentibus recuperare jura sua q. teneantur ac si recuperassent adduxi supra cap. 223.

Ex istis concluditur fuisse liberatum debitorem in casu de quo agimus tam ab obligatione ciuili,
60 † quam naturali, neque posse contra eum agi actione personali, non obstante iuramento, obligatione camerali & alijs clausulis, de quibus in instrumento ex supra allegatis, cum restitutio non sit plenaria, sed solum quoad pœnam, quæ non restituit bona, neque obligationes contra

reuersum, etiã in postea quæsitis, ideo non tenetur prioribus creditoribus, neq; agit contra debitores suos, cùm omnia jura actiua, & passiua fuerint translata in fiscum, qui ad hujusmodi debita tenebitur *l.2 & l.tut.Cod.de senten. pass.* cum multis alijs superius adductis *Peregr. de iur.fisc. lib.5 tit.1 n 53 usque ad 56.*

Qualia autem debeant esse ista debita ad quæ fiscus teneatur, erit particulariter videndum, cum nõ sit ad præsentis inspectionis neq; hoc pertineat
61 ad dubium, de quo fuit quæsitum Et regulariter fiscus non tenetur ad soluenda debita ab ipso delinquente contracta post commissum delictum, tenebitur tamẽ soluere illa, quæ tempore criminis perpetrati ipse delinquens contraxerat *Cona. in epitom. de sponsal. 2 p. c.6 § 8 n.9 in fi.* vbi allegat *Bar. in l.1 § an bona, de iur. fisc. & Guliel. Bened. in ca. Rainutius, in verb. vxorem, n.30 de testam.* Nisi
62 * ex causa alimentorum, & defensionum ipsius rei contractum fuisset Pereg. de jur. fisc. li.5 tit.
63 1 n.54 ver. intellige in debitis, fol.236 Et † ad materiam Doct. in l. post contract. ff. de dona. Surd. de alim. tit.8 priu.35 Et de bonis debitis per fisc. cum ratione sui interesse non tenebitur idem fi-
64 scus creditoribus satisfacere, † cum secus sit de bonis habitis ratione pœnæ l.1 § an bona, ff. de jur. fisc. Monta. de reprob. sent. pilat. art.3 nu. 46
65 tom.14 fol.15 Et † in immissum in possessionem bonorum, quod non trãseant obligationes personales passiuæ Bal. in l. si debit.3 in fi. C. de sent. pass. gl. in l.2 C. ad l. Iul. de vi publ. vbi quod cõtra fiscum non potest intentari actio personalis,
66 sed solum hypothecaria, quidquid aliud sentiat Fachi. contro. lib.8 c.55 post med. ver. ad primum
67 fol.1055 † Cum actio personalis non possit diuelli ab ossibus debitoris l.1 § hæres, ff. ad Treb. Ideo non datur contra tertium possessorem Ma-
68 gon. dec. Florent. 102 Et * de personali obligatione quod non impediat incorporationem Bal. in l. si marito, post prin. ff. solut. matrim. Et quando
69 successor particularis & vniuersalis, * ac possessor conueniatur actione personali Hond. consi. 8 n. 47 lib. 2 Et an cedat fiscus fidejussori con-
70 tra condemnatum * *Raph. Fulgo. inter consi. crim. diuer. consi.36 n.14* Et an restitutus possit cedere
71 bonis * Rom. sing.2 12 deportatus, n.1 Et quod fiscus teneatur fidejussori, qui promiserat reum
72 non discessurum è palatio, * qui tamen postea aufugit propter relationẽ indemnitatis promissam à principali, concludit *Becc. consil.57* quãvis
73 hoc debitum fuerit contractum post delictum, † cum teneatur præstare factum condemnati *Alc. consil.24 n.8 lib.3 tom.8* de quib. omnibus essent multa dicenda, quæ Deo dante in alijs capitibus discutientur; cum hæc sufficiant pro decisione præsentis difficultatis.

EPITOME.

HÆredes quando teneantur ad dãna, seu lucra societatis. § Compendiũ acquisitũ post mortem socij ex pretio rerum communiũ, quas consocius vendidit convertẽdo pretium in aliã negotiationem an debeat communicari hæredibus socij defuncti. Damna, seu lucra præparata societate durante an debeãt esse communia post mortẽ socij. § Et quid si opera & industria fuerit deducta in societate. § Lucrum seu damnum non momentaneum, sed pro parte de præterito, & pro parte habens causam operarum de futuro quomodo sit diuidendum inter socios, & eorum hæredes. § Mors quando distrahat commercia præterita sociorum.

SUMMARIUM.

1 *Damnum seu lucrum debet esse commune etiam post mortem socij si erat praparatum societate durante, n.2.3.& 4. Intellige vt n.5.7 & 25.*

7 *Compendium acquisitum post mortem socij ex pretio rerum communium quas socius vendidit & conuertit pretium in aliam negotiationem, non debet communicari haredibus eiusdem socij defuncti.*

8 *Emolumenta non veniunt quando non tractatur de lucris ante mortem, nec de lucris perceptis ex rebus communibus post mortem socij, ut in appaltis in quo dietim fructus percipiuntur.*

9 *Opera & industria deducta in societatem facit, vt lucrum & damnum etiam praparatum non communicetur post mortem socij, & n.20.*

10 *Societas quando censeatur facta vt haredes teneantur ad damnum seu lucrum, v.11.12.& 15.*

13 *Contributio conuenta legibus societatis, & est modus acquirendi ius in re conducenda, n.14.*

16 *Factum alicuius mandantis idem est, ac si cum ipsemet negotium gestum esset.*

17 *Conductio quando censeatur facta nomine socij mandantis, n.18.*

19 *Societas contracta propter operam ab aliquo ponendam operatur, vt nihil possit peti communicari ab eo, qui operam non prastitit.*

21 *Opera haredis non sunt illa qua erant defuncti, & nu.22.*

23 *Lucrum quod est pro parte de praterito, & pro parte habens causam operarum de futuro debet diuidi, secus in momentaneo in quo inspicitur solùm principium, non inspecto futuro. Amplia idem in damno, n.24.*

26 *Præteritum non tollitur per mortem superuenientem.*

27 *Durante societate etiam vnius diei si empta sint aliqua communi nomine etiam pro mille annis, mors non distrahit commercia praterita.*

Caput CCCCXXIV.

* *Adde 5. ad c.277. n.42. cum seq.*

LVcrum, * seu damnum debet esse commune,
1 etiam post vnius socij mortem, * quando adhuc societate durante illud erat præparatum *Ruin. consi.116 num.1 lib.1 & consi.90 v. 11 versic. non obstat in super, eodem lib.* cum ali s quos addu-
2 xi supra *c.277 n.42 vsque ad 56* § Quibus addẽdum est quod idem resoluit *Rota, coram R.P.D. Bubalo Romana participationis, 9. Maij 1593 & coram R.P.D. Pirouano Ferrar. affectus, 14 Ianuarij 1611. & coram eodem Romana, pecuniaria de*
3 *Cuppis 26 Ianuarij 1614 in pr.* § quod etiam voluit *gl.* quæ multos casus distinguit, & contrarijs respondet in *l. actione, 66 in princ. § si in rem certam, in verb. quidquid lucri. & in § morte, in verb. gesto, ff. pro socio per l. verum, § in hæredem & l. cum*
4 *duobus, in princ. ff. eod. titul.* § Et ita etiam dictam *gloss.* declarat *Ruin. consil.116 col. penultim. in princ. versic.*

verſ. & hoc eſt quod voluit, lib. 1. cum aliis per
Parif. con ſ 82. nu. 38 lib. per tex. in l. cum ſocieta.
tis contra. l. 3 C. pro ſocio.
Prædicta tamen ſunt intelligenda in duobus caſib.
quando d. licet lucra ante mortem fuerunt ac
5 quiſita* iuxta *l. actione, §. morte, ff. pro ſoc. Bart. conſ.*
48 n. 1. Vel quādo lucra ſunt percepta poſt mor-
6 tem ſocij ex rebus communibus† *Petr. de Vbald.*
de dub. frat. p. 11. n. 25. Vnde ſi compendium poſt
mortem ſocij eſt acquiſitum ex pretio rerum cō-
7 munium.† quas ipſe ſocius vendidit, & pretium
cō uertit in aliam negotiationem non debet il-
lud cōmunicare hæredibus ſocij defuncti, quia
non ſolum ex rebus communibus acquiſiuit, ſed
etiā ex propria pecunia & induſtria ſua, vt poſt.
Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 6. tit.
24. nu 33. & 34. multo. adduxi ſupra, *c. 276. n. 49.*
vſque ad 56. & hanc diſtinctionem approbat et-
iam *Rot. coram R. P. D. Vbaldo Romana participa-*
8 *tionis 16 Iun. 1614. col. penultim princ.* †vbi ex hoc
declarauit quod emolumēta in iſto caſu non ve-
niebāt, quia non tractabatur de lucris ante mor-
tem, nec de lucris perceptis ex rebus cōmunibus
poſt mortem ſocij, eum eſſe appaltus, ex quo per
cipiebatur fructus dietim ex delatione rerum ad
Vrbem. prout etiam fuit in ſimili caſu deciſum
per Rot. coram R. P. D. Bubalo Romana participa-
tionis, 9. Maij 58 in fi.
Item prædicta ſunt declaranda dummodo opera &
induſtria non fuerit deducta in ſocietatem, tunc
9 enim† illa opera ceſſante per mortē ſocij vel ſi-
ne no. eius, ceſſarent etiam lucra & damna-
tāquam quid proportionabile ad vſum pecuniæ
ab altero ... commiſſæ cum aliud ſit quando
præcedit cauſa habilis ad communicationem &
conſortiū ipſius rei, quia tunc tranſit ius in pro-
prietate, non autem in ſolo vſu, & commoditate
ex ſolo vinculo ſocietatis cauſata, & cum hac di-
ſtinctione intelliguntur deciſiones *Rota coram*
R. P. D. Bubalo Romana participationis, 9. Maij
1593. & coram R. P. D. Pirouano. Ferrarien. affectus,
14. Ianuar. 1611. prout declarat *Rot. coram eodē Pi-*
rouano. Romana pecuniaria de Cnotis, 26. Ianuarij
10 *1614.** vbi etiam multa quando quis cenſeatur
feciſſe ſocietatē, vt hæredes teneantur ad lucrū,
ſeu dānum ex ea proueniēs, videlicet ſi in proœ-
mio ſeu tractatu adeſſent verba, deſiderās habe-
11 re talem in ſocium,* tanquam ex illis oſtendatur
cauſa finalis ſubſequentis obligationis *Bald. in l.*
12 *pacta nouiſſima C. de pact. Ayn. conſ. 301 n. x* Vel ¶
ſi fuerit promiſſa cōtributio capitalis neceſſarij
13 pro complemento negotij conductionis, ¶ quæ
contributio conuenit legibus ſocietatis *l. ſi non*
fuerint, ff. pro ſocio. Bald. con. 343. num 1. lib. 1. Card.
14 *Mantic. de tacit. lib. 6 tit. 24. n. 9* & eſt ¶ modus ac-
quirendi iuris in re conducenda *l. cum duobus, § 2*
poſt princ. verſ. ſi vero id actum ſit, ff. pro ſocio. Bald.
in l. 1. n. 15. q 11. verſ. reſpōdetur ſicut ementes, C. eod.
tit. Iaſ. conſ. 33 in fin. verſ ſimiliter conducentes, lib. 3
15 *Vel ſi fuerit data facultas ſonans in mandatum
alicuius concludendi partium affictus, ita vt eo
16 mandante perinde ſit ¶ ac ſi cum ipſomet negó-
tium geſtum fuiſſet *Caſtr. in rub. C. de exercit. act.*
Albenſ. conſ. 104. n. 5. Dummodo quis vtatur fa-
17 cultate, & mandato ſibi in apocha præſcripto: ¶
nam ſi proprio nomine conduxiſſet, & pro ſe &
hæredibus ſuis ſtipulatus fuiſſet tunc videretur
18 totus affict* ſibi acquiſitus *Natt. conſ. 262. n. 12.*†
quæ tamē cōuentio, ſeu cōductio cēſeretur facta
nomine ſocij, quamuis nomine proprio fieret, ſi
in mandato fuiſſet dictum, quod poſſet conclu-
dere affictum omni meliori modo, quo poterit,
aut iudicabit expedire tunc enim poſtea contra-
hendo videretur ... forma præcedentis manda-
ti habilis ad obligandum mandantem *Surd. conſ.*
19. nu. 24. & 30 lib. 1 poſt Bart. in l. qui aliena. § ſi in
pubertas, de acq. hæ. ed. & in l. ſi pupilli, § 1 ff. de neg.
geſt. Iaſ. in l. poſt dotem, ff. ſolut. matr. Natt. conſ. 135
n. 8. Rom. conſ. 91. n. 9. Alex conſ. 25. n. 10. & lib. 2. &
in l. 1. § nunciatio, n. 16. de nou. oper. nunciat. Baum-
bertens. de contract. mulier. gl. ſ. 8. nu. 1. Alciat. præ-
ſumpt. 24. reg. 2. n. 4.
Et pro cōfirmatione ſupradictæ diſtinctionis quā-
do opera & induſtria eſt deducta in ſocietatem,
19 ſeu conſortiū ipſius rei †facit *conſil. Bald. 87 fa-*
ctum tale eſt poſt med. lib. 3. vbi in ſpecie conclu-
dit, quod quando ſocietas celebratur propter
operam ab aliquo ponēdam, nihil poteſt peri ſi-
bi communicari ab eo, qui operam non poſuit.
20 Vnde idem erit ſi deceſſerit, cum poſt mortem
non poſsit operari, & ſic fiet diuiſio temporis *l.*
ſi ſeruus communis Maeuij, § final. de ſtipul. ſeruor.
21 † operæ enim hæredis non ſunt illæ eædem cum
operibus defuncti *l. ſi non fortem. 26. §. libertus, ff.*
de cond. ĩl. indeb. l. ſi operas, 27. de præſcription. ver-
bor. Gloſ. in l. neme 5. in verb. eaſdem ff. de duobus
reis.
Maxime quia hæres petendo communi ex ri dictum
22 lucrum debet prius implere ex parte ſua, quod
non poteſt facere, cum non ſit eadē opera, vt di-
ctū eſt *l. inter artifices, 31. & ibi Gloſ. in verb. reū,*
ff. de ſolution. Cum etiam lucrum quod pro parte
eſt de præterito, pro parte verò habet cauſam o-
perarum de futuro eſt neceſſe, vt diuidatur,
23 †quidquid ſecus ſit in lucro momētaneo, in quo
inſpiceretur ſolum principiū, non habita conſi-
24 deratione, quod de futuro cōtingeret.† Prout è
contra eſt in damno, Nam ſi poſt mortem illius,
qui promiſit operas occurrat ſterilitas: nō noce-
bit hæredibus defuncti, quemadmodum nō pro-
deſſet lucrum ex rationibus allegatis, quas in
ſpecie ſequendo *Bald.* comprobat *Ruin. conſil.*
25 *26. nu. 9. & 10. lib. 1.* ¶ Et cum iſta diſtinctione
debent intelligi, quod lucrata durante ſocie-
tate tranſmittuntur ad hæredes ſociorum, ſicut
26 damna, quod † enim præteritum eſt non tollitur
per mortem ſuperuenientem *l. actione, §. ff. pro*
ſocio. Et ideo ſi durante ſocietate etiam vnius
diei empta ſunt aliqua communi nomine etiam
27 pro mille annis † mors non diſtrahit commer-
cia præterita, quia poſt mortem noua poſſunt
inchoari ſociali nomine *l. hæres ſocij. ff. pro ſocio.*
l. nam & ſeruus, § ſi viuus, de negot. geſt. l. Titium &
Maeuium, §. alere, de adminiſt. tutor. Bald. *conſil.*
86. num. 3. lib. 2.

EPITOME.

Acceſſiones concretæ fundi an poſsideantur
ipſo iure abſq; aliquo corporis tactu. ¶ Et quid
in inſula & ſeruitute aquæductus ¶ Eiectus à poſ-
ſeſsione fundi quādo habeat publicianam etiam
pro incremento alluuionum. ¶ Præſcriptio deci-
marum, aut certorum iurium de præſenti an ex-
tēdatur ad futura conſimilia iuribus præſcriptis.
¶ In contractibus, & præſcriptionib an fiat ex-

tensio.¶ Apprehendēs possessionem vnius partis prędij, quo casu dicatur apprehendisse possessionem totius. ¶ Et quid in eo quod creuit per alluuionem ¶Et quid si fundus sit diuisus gratia cōmodioris culturæ, vel alius fundus sit contiguus habens tamen confinia.¶ & quid in frumento & aliis rebus consistētibus in pondere & mensura, & in grege ouium, equitij, & choro cantorū,& in iuribus incorporalibus.¶Fur modici frumenti an dicatur fur totius aceruı.¶Retinēs actus possessorios in certa portione muri an sit manutenendus in possessione totius muri ¶Causa actus vniuersalis quando attendatur magis quam ipse actus seu illius exercitium.¶Manutentio an detur Episcopo ex persona sui Curati.¶ Et an hoc casu possessio probetur per testes singulares deponentes de locis diuersis & an sufficiat dictum vnius.¶ Legatum de octo lectigariis an vnicum dicatur ita vt debeat in totum acceptari.¶Possidens Ecclesiam an habeatur pro possessore omnium bonorum Ecclesiæ.¶ Pręscriptio decimarum in vna parte agri an se extendat ad decimas eiusdem agri ad culturam redacti,& ad fructus non perceptos.¶ Et quid quando sunt diuersa prædia.¶ Emphyteota an possit diuidere fundos gratia commodioris culturæ absque incursu caducitatis.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio decimarum seu certorum iurium de præsenti non extenditur ad futura consimilia iuribus præscriptis, n.3 & 7 Intellige vt n.14.*

2 *Verba contractus referuntur ad tempus conuentionis non ad futurum.*

4 *In contractibus fit plena interpretatio, secus in præscriptione.*

5 *Præscriptio venit ad detractionem iuris alterius.*

6 *Extensio non fit in contractibus, nec in præscriptionibus. Declara vt nu 8.*

9 *Præscriptio decimarum in vna parte agri an se extendat ad decimas eiusdem agri ad culturam redacti, n.11.12. 3. 5 & 6 Et quid quando sunt diuersa prædia, n.17.*

10 *Ecclesia præscribens decimas in certa terra quando illam habeat de fructibus non perceptis.*

18 *In beneficiis Ecclesiasticis possidens Ecclesiam dicitur esse in possessione omnium bonorum Ecclesiæ.*

19 *Curatus dicere potest se possessorem etiam turbatum post adeptionem beneficij, quamuis nullus receperit decimas.*

20 *In acquirenda possessione non est necesse glebas omnes totius fundi percurrere, & n.47.*

21 *Apprehendens possessionem partis fundi censetur apprehendere possessionem totius etiam eius quod creuit per alluuionem, & fundi diuisi gratia commodioris culturæ, nu.27 & 29. Et quid in fundis contiguis diuisis tamen per confinia, n.32.*

22 *Alluuio est de natura fundi.*

23 *Electus à possessione fundi habet publicianam etiam pro incremento per alluuionem.*

24 *Accessiones concretæ fundi possidentur ipso iure absque aliquo corporis tactu. Fallit in insula, & seruitute aqueductus n 25 & 26.*

28 *Emphyteuta non cadit ab emphyteusi si diuidat agros causa facilioris culturæ.*

30 *Possessio apprehensa in parte rerum consistentium in pondere & mensura, intelligitur capta in omnibus. Et quid in grege ouium, & equitij, nu.33. & in choro cantorum, n 34. & in iuribus incorporalibus, n 40.*

31 *Fur modici frumenti an dicatur fur totius aceruı.*

35 *Legatum vnum dicitur relictis octo lectigariis, & non datur acceptatio vnius sine altero, n.36. Intellige vt n.37.*

38 *Retinens actus possessorios in certa portione muri, videlicet fenestras, aut claues, est manutenendus in possessione totius muri.*

39 *Iura incorporalia magis intellectu quàm corpore percipiuntur.*

41 *Testis probans de possessione decimarum aliquorum locorum dictæ ẽsis probat etiam de omnibus in ea comprehensis, n.42 44.45. & 48.*

43 *Causa actus vniuersalis magis attenditur, quam ipse actus, seu illius exercitium si intentio vniuersalis est in viente, n.46.*

49 *Ius reale ad omnes extenditur*

50 *Præscribens iurisdictionem in aliquo loco potest punire aduenas ibi delinquentes, licet quoad eos nunquam fuerit illa vsus.*

51 *Manutentio datur Episcopo ex persona Curati per eum deputati ad curam animarum, & n 53.*

52 *Curatus non possidet sibi sed Episcopo.*

54 *Possessio quando probetur per testes singulares deponentes de locis diuersis, nu.55. Et an dictum vnius sufficiat, n.56.*

CAPVT CCCCXXV.

* *Adde ĩ ad c.113.n.27.*

PRæscriptio * certorum iurium de præsenti non extenditur ad futura omnia consimilia
1 iuribus præsentibus præscriptis.† Quare decimæ noualium quamuis sint eiusdem iuris, cuius sunt antiquæ. Tamen ad præscriptionem antiquarū non sequitur præscriptio futurarum, provt dici-
2 mus de verbis contractus,† quę referuntur ad tēpus ipsius cōuentionis, non ad futurum, *l. rustica pollà. 69. ibi Glo. in verb. tunc fuit, ff. de cōtrah. empt. l.2.§ 1. de hæredit. vel act. vendit. l. sed quæ loca* alias incip. *sed que eius fundi loca, 22. ff de seruit. rustic.*
3 *prædior.* Vnde † multo fortius præscriptio nō debet extendi ad iura futura: Nam in contractib. fit
4 plene interpretatio† *c. cum dilecti, de donation.* In præscriptione autem stricta, cum veniat ad de-
5 tractionem iuris alterius † *Abb. in c. cum inter vos n.29. post princ. de verb. signif.* Ergo si non fit extē-
6 sio in cōtractibus,† multo minus nec in præscri-
7 ptione. Ita omnia prædicta declarat† *Idē Abb. in c. cum contingat, 19. nu.5. & 9. de decim. post Innoc. in c. tua, il. 1. eod. tit. latè Couar. lib.1. var. resolu. c.17. n. 13. Monet. de decim. c.4 n.79. cū seq. Rebuff. eod. tit. q.14. n.9. & 12 Aym. cons. 258. n.25. ante fi.* Quid-
8 quid sit in accessoriis, & connexis rei principalis possessæ, ad quę extenditur præscriptio quamuis sit stricti iuris *l. si aliena. §.1 de vsucap. Bart. in l. ne quibus, col.2. de legib. Add. ad Abb. in d. c. cum cōtingat in verb. extenditur, de decem.* & dicetur ĩ. n...
In casu tamen, de quo agebamus aliud concludendum est. Nam eramus in præscriptione decima-
9 rum in vna parte agri † quæ se extendit ad decimas eiusdem fundi vel agri hodie ad culturam redacti in alia parte, provt dicimus de Ecclesia præscribente decimam in certa terra, quę si illam percepit

percepit de omnibus fructibus inde prouenienti-
bus, præterquam de certis fructibus ibidem an-
nuatim perceptis, de quibus nulla fuit decima
10 persoluta, † habebit tamen decimam illorum
fructuum non perceptorum qui erunt dandi di-
ctæ Ecclesiæ quæ præscripsit decimam illo a-
gro, non autem Ecclesiæ parochiali, ad quam de
iure communi pertinet eiusdem terræ decima,
re vera, & eadem res diuerso iure censeatur, cum
etiam percipiendo decimas aliquorum fructuū
in vno agro, nemine percipiente decimas alio-
rum fructuum, videatur ius decimandi in totum
acquisitum ipsi præscribendi, quasi non habuerit
respectum, & animum acquirendi partem, sed
totum propter vnitatem subiecti *c.cum in tua.3 1 de decim. Aym.de antiq.tempor.p.4.sect.2.nu.57 ad med. Menoch.consil.56.num.31.* Vnde multo ma-
11 gis hoc erit in casu nostro, † cum simus in perci-
piente decimas omnium fructuum, qui in dicto
agro colligebantur, quasi videatur præscripsisse
quo ad ius decimandi totum illum agrum, etiam
pro parte incultum, vt sic habeat in habitu ius i-
bidem decimandi, Maximè quia non potuit sibi
imputari quare non perceperit decimas ex par-
12 te inculta, cum nil inde peruenerit. † Ita notabi-
liter concludit *Abb.cons.71.videtur prima fronte. num.2.lib.2.* quem sequitur *Felin.in cap.causam.7. ad fi.vers. fuit etiam dubium nouum. de præscripi.*
13 † vbi dicit esse decisionem peregrinam *Claud. Seisel. in l 3.vbi etiam Zas.col.4.post med.ver.se-cundo amplia ue.n.120.in fin ff.de acquir.possess. Aym. de antiq.tempor.n.4.sect.1.n.57.ad fi.vers.& ita per illum textum in iure vniuersali, Brun.de augm. & diminut.conclus.17.n.3 tom.17.fol. 368. Rebuff. de decim.q.14 num.20.*

Neque obstat supra allegata *ex ca.cùm contingat.de decim.* Quia intelliguntur de præscribente decimas
14 in parochia, in qua sunt diuersi agri, quorum † a-
liqui penitus sunt inculti, si enim illi de nouo re-
ducuntur ad culturam, oriuntur ibi noualia, quæ
omnia sunt diuersi iuris, & separati ab agris cul-
tis, cùm verum sit dicere tales agros nunc pri-
mum esse præcisos. Diuersum est in casu, de quo
15 agimus† sumus enim in eodē agro, qui pro par-
te erat cultus, nec potest dici, quod de nouo re-
ducatur ad culturam. cùm etiam ratione partis
videatur totus possideri, quod non est qãdo da-
tur agrorum pluralitas, quasi in eodem fūdo de-
16 tur vnitas terminorum, † & ita specie respon-
det *Abb.cons.71.colu 3.ad med.vers.& per hoc satis paret responsion.3.lib.2.* & ita loquūtur Doctores,
qui hanc opinionem sequuntur, quod videlicet
appareat vnum esse prædium, vel per limites, &
clausuras, vel vno prætio emptū *Rebuf.de decim. quæst.14.n.21.Monet.eod.tit.cap.4.nu.84.* & post
Iacob.de Beluis.& alios, ita etiam concludit *Natt.*
17 *cons.446.n.2.& 3.Surd dec.295.n.18.* Quidquid †
aliud sit quando sunt diuersa prædia, in quibus
terminis debent intelligi omnes sequentes aliam
opinionem, vt declarat *Natt.cons.429.nu.2.& per Menoch.de retin.poss.rem.3.num.283.& adipiscen.rem.4.num.799.Surd.cons.160.nu.12.lib.2.& cons.*
18 *135.nu.62 vsque ad 68.lib.1.*† Quamuis in benefi-
ciis Ecclesiasticis possidens Ecclesiam dicatur
esse in possessione omnium bonorum Ecclesiæ
ex speciali quadam ratione, de qua per *Natt. cons.429.nu.7.*

Et facit quod dicimus de Curato, qui potest dicere
19 se possessorē & turbatum intra annum, † & po-
stea quod adeptus est beneficium, licèt nullas re-
ceperit decimas quia per adeptionem possessio-
nis, & instuctionis in eam est effectus possessor
omnium rerum & iurium suæ curæ, cùm non sit
necesse in acquirenda possessione glebas omnes
20 totius fundi percurrere † *l.3.de acquir.possess.* &
sic nec omnes decimas capere ratione sui bene-
ficij, ideo sufficit, quod recipiat aliquas, & pro-
bet se in aliis turbari *Rebuff.* qui ita seruari testa-
tur *de decim.q.9.n.5.post princ.*

Apprehendens autem possessionem partis fundi
non solum censetur apprehendere possessionē
21 totius fundi, vt dictum est, † sed etiam si intereà
fundus augeatur per alluuionē, ita vt coalescat
aliqua crustra ad fundum, tale augmētum intel-
22 ligetur possidere, † quia alluuio est de natura fū-
di *l.ergo.30.§.alluuio.ne acquir.rer.domin. Bart. in tract.Tyberiad.in verb.acquiritur.in princ.n.2.B ū. de augm.& diminut.conclus.17.num.2..Tom.17.fol. 368.*† est *tex.in l.si ego emi.13 §.idem ait ff.de pu-*
23 *blic. in rem action.* vbi deiecto à possessione fundi
datur publiciana, si bona fide possedit, & si inte-
rim fundus crescat per alluuionem eadem actio
publiciana comprehendet hoc augmentum *Ias. in l.3.in princ.n.3.in 3.not.ab. & ibi Zas.n.19.ad fin de acquir.possess.* & bene declarat *Bald. in rub. de rer.diuision.colum 5.in fi.ver.sed an istas accessiones.*
24 *n.u.24* † vbi quod huiusmodi accessiones con-
cretas fūdis nostris ipso iure incipimus posside-
re absque aliquo corporis tactu, neque enim o-
pus est singulos cespites terræ calcare. quoniam
vnicum totū integrale vnico iure possessionis &
proprietatis censendum est *l.eum qui ades. de*
25 *vsucap.*† Quidquid secus sit in insula, nam domi-
nium ipso iure peruenit, sed non possessio, cùm
sit locus distinctus ab agro, & aqua, quæ est in
medio inter agrum & insulam *Bald.in d.rubr. de*
26 *rer.diuis.n 24.Brun. de augm.d.conclus.17.n.2.*†.
Et quidquid sit in seruitute aquæductus debita
fundo, quæ non extenditur ad augmentum fun-
di *Bald.in l. non modus.12.Co.de seruit. & aqua, Brun.de augm.conclus.5 n.20.*

Pro vt etiam si fundus fuerit diuisus gratia commo-
27 dioris, & facilioris culturæ, † ita quod pars ad
Orientem habeat speciale nomen, altera ad Oc-
cidentem etiam speciale nomē quamuis videan-
tur esse duo fundi, quia in latifundiis consueuit
fieri ista diuisio per colonos, Tamē hoc loco ap-
prehensio possessionis in vna parte fundi diuisi
arguit apprehensionē possessionis totius fundi,
licet per septa per sepes & per macerias sit diui-
sus, semper enim est vnus fundus, sed vt facilius
colatur per partes dissectus *l.Caius Seius.88.in fi. vbi Glos.in verb.vno quidem. de legat.3.Bar.in d.l. 3 ante fi.vers.& dico quod sic.n.5 Natt.cons.446.n. 5.* Vnde quamuis emphyteuta non debeat diui-
28 dere curiā † nec agros, aliàs caderet ab emphy-
teusi, Tamen poterit diuidere agros inter filios,
& generum causa facilioris culturæ, vt per mul-
tos facilius curia colatur. Adeò quod si nouo
29 emphyteutæ conferatur dicta curia, † sufficeret
apprehendere possessionem aliquorum fundorū,
cum in veritate omnes agri sint vnus fundus, sed
propter commoditatem diuisus *Zas.in l.3.in prin. col.5.in fi.n.21.ff.de acquir.possess.*

Idem est in rebus liquidis pondere, & mensura cō-
30 sistētibus sicut in vino, oleo, † & maximè in fru-

mento, quia is qui frumentum emit, vel cui donatur, si aliquam particulam granorum apprehendat totum aceruum frumenti apprehendisse dicitur. Ita vt qui modicum ex frumento fura-
31 tur de stricto iure dicatur fur totius aceruí, § quamvis de æquitate aliud sit *Zas. in d. l. 3 in princip. col. 5 in 4. ampliat. num. 2 de acquirend. possess. per text. in l. vulgaris est quæst 21 vbi Gloss. in verb. verum ff. de furt.*

Immo etiam apprehensa possessione vnius fundi si certi fundi ita essent confines, & contigui, vel in
32 loco plano, † quòd possent ostendi, & subiici oculis, hoc sufficeret, cum vera, & ficta traditio concurrant secundùm *Zas. in d. l. 3 in princ. nu. 26 ad med. de acquirenda poss.* de quo tamen *Bald. in l. 2 colum. 10 in fine versiculi super tertio numero 58 C. de seruitute & aqua Specul. de princ. & secun. decret. § 1 versiculo iam de effectu.*

Quod etiam est in possessione gregis ouium, capra-
33 rum, armentorum, equitij, † & similium, sufficeret enim aliquot ex capitibus gregis apprehendere, nam quamuis sint plures res distantes, sunt tamen sub vno nomine gregis, & faciunt vnum corpus, argumento *§ si grex inst. de legat.* & notat
34 *Zas. in d. l. 3. in prin. nu. 26 ad med. de acquir. poss.* † vbi idem concludit de choro cantorum, si enim venderentur, vel legarentur serui cantores, vel serui comœdi, citharedi, seu animalia iugata, bijugata, quadrijugata, vbi alterum sine altero nihil valet, apprehensa possessione in vno capite, censeretur apprehensus totus chorus, quasi ista sint simul connexa *l. cũ eiusdem 34 vbi Glos. in v. omnes, ff. de ædil. ed. l. ple umque 35 & l. si plura 36*
35 *eod. t.* † Et facit *l. si ex toto. 8 & vlt. ff. de legat. 1.* vbi de octo lecticariis legatis, quibus olim Romani vehebantur, qui censentur vnum legatum, cum
36 alter sine altero nihil possit. † Ideo neque datur acceptatio vnius sine aliis *l. neminem 4 ff. de legat. 2* Quidquid aliud sit quándo singulariter essent
37 nominati, vel pro quibuslibet fuissent relicta, † puta decem, quia tunc plura essent legata, & non attenderetur connexio, vt notat *Gl. in d. l. si ex toto 8 § si in verb. lecticarios ff. de legat. 1 per tex. in l. scire debemus. 29 § stipulationem, vbi late Glos. in v. plura legata ff. de verb. oblig.*

Hinc etiam dicimus, quod si quis retineat actus
38 possessorios in certa portione muri, † videlicet fenestras penetrantes totam partem muri, vel claues ferreas, aut similia, debet manuteneri in possessione totius muri, tanquam sit vnicus, & vnus murus *Ruin. cons. 55 num. 1 lib. 4 per tex. in l. 1 in princip. ff. de acquir. possess. Menoch præsumpt. 73 nu. 19 libro 6* ex notatis per *Socin. cons. 44 col. 2 ad med. versiculo & optime probatur libro 4 & per Innoc in c. dilectus 2 col. 2 ante med. versi. sed si alius est in possessione de capell. monach.*

Et considerando istam vnitatem, hoc magis erit in
39 iuribus incorporabilibus, † in quibus acquiritur possessio generalis per acquisitionem partis, cùm talia iura magis intellectu quàm corpore percipiantur *l. quod legatur. 38 § 1 de iudicat. l. fideicommissum. 50. § tractatum ff. eod. tit. l. fin. C. de præscrip.*
40 *long. tempor.* † & declarat in specie *Bald. in l. 2 col. 10 in fine versiculi super tertio puncto. numero 58 C. de seruitute & aqua.*

Vnde etiam saluantur dicta testium, & probabunt ad effectum concedendi mandatum de manute-
41 nendo, † quamvis non deponat de tota diœcesi, sed de locis particularib. in quibus fuerunt perceptę oblationes, primitiæ, & similia per Episcopum. & Curatos ab eo deputatos ratione administrationis Sacramentorum, baptismi & matri-
42 moni, † talis enim causa habet assistentiam iuris communis, à quo dicitur prouenire, & est vniuersalis in tota diœcesi, & ciuitate, cuius Episcopus est solus parochus, vnde quasi possessio probata de locis particul ribus extenditur ad om-
43 nes alios in eadem diœcesi comprehensos, † quasi magis debeat extendi causa actus, quæ est vniuersalis, quam ipse actus, seu illius actus exercitium, quando causa, & intentio vniuersalis adest in vtente *l. verum. il 2 ff. de furt. c. cum dilecti. il 1. de accusat. c. intell gentia. 2 b: Glo. in verb. ex*
44 *causis. de ver. significat. Bald.* † in specie possessionis *in l. 1 num. 24 ad med. C. de emancipa: l. liber. Aym con'. 75 nu. 15* & ita in terminis oblationum, & primitiarum, & testium loquentium de locis particularibus diœcesis, quod possessio probata de aliquibus locis extendatur ad omnes alios in
45 eadem diœcesi comprehensos: † fuit decisum *per Rot. coram R. P. D. Pamphilio. Hispalen. iuris nominandi. 29 April. 1613 per doctrinam Oldra. cons. 71 quia omnes. col. vlt. ad med. vers. deinde opponitur. n. 24* vbi quòd si exerceo vnum, vel duos
46 actus ratione vniuersalis iuris, † quod mihi prætendo competere, fit extensio etiam ad alias personas, & ad alios actus, dummodo non diuersos ab actibus, in quib. fuit inducta præscriptio, seu possessio *Idem Oldrad. cons. 254 quia tota. col. 5 in*
47 *prin. ver. 5 opponitur quod artic. nu. 17* † vbi etiam dat exemplum de re corporali, ad cuius possessionis acquisitionem non est necesse quod quis perambulet singulas glebas terræ *l. 3 in princ. de*
48 *acquir. poss.* † & late sequendo *Old.* concludit *Aym. consil. 55 n. 1 & de antiq. temp. p. 4 sect. 1 n. 57 cum seq.* & multis comprobat *Alex. cons. 68 col. 6 in princ. ver. non obstat quod quo ad onera. n. 17 & 18 lib. 2 Roman. cons. 368 præsen. consultatio. n. 15 & 16 Rot. diuers. decis. 17 p. 2 & 3 p. 2 & coram R. P. D. Sacrato Assisien. Canonicatus 14 Iunij 1600 Socin. cons. 111 abunde & subtiliter col. penul. in fi. ver. sed est diligenter aduertendum numero 3 libro 1.*

Quamvis in iure vniuersali decimarum, iurisdictionis, aut similium, non solùm fiat extensio ob ra-
49 tionem vniuersitatis, vt dictum est, † sed etiam quia in talibus agitur de iure reali, quod ad omnes extenditur: Ideo qui præscripsit iurisdictionem in aliquo loco potest punire aduenas ibi
50 delinquentes, † licet quoad eos nunquam fuerit vsus iurisdictione *Bald. in l. si quis diutur no. in 1 lectur. post princip. ff. si seruit. vendicet. Aym. de antiq. temp. p. 4 sect. 1 numero 59 Ias. in l. 3 in fine princ. numero 39 ff. de acquirenda possessione.*

Prædicta autem manutentio dabitur Episcopo etiam ex possessione Curatorum, quamuis enim regulariter illa non detur ex persona aliorum,
51 Tamen † quando Curati sunt deputati ab Episcopo ad curam animarum, & ab illo causam habent, non dicuntur possidere sibi, sed Episcopo
52 & Domino † *cap. si diligenti. de præscrip. l. malè agitur Cod. de præscript. trig. annor. Vital. in Clemen. 1 numero 23 de offic. vicar. Host. in summ. eodem titulo*
53 *§ in quibus. Lapus allegat 5 numero 8.* † Ideo simul cum Curatis ab eo deputatis erit concedendum mandatum de manutenendo, vt in specie resoluit *Rot. corã R. P. D. Pamphilio. Hispalen. iuris nomi-*

nominandi, 29 Aprilis 1613 in fi. versic. nec demum obstat.

Amplius sufficiunt in hoc casu testes singulares, quamvis enim vnusquisque deponeret de locis
54 diversis. † Tamen hic non agitur de probanda possessione in aliquo loco particulari, sed de probanda possessione in genere, quæ resultat ex actibus particularibus, tunc enim probatio per testes singulares admittitur *Castr. con. 151 viso puncto in facto, n. 1 vers. secundo videntur dicta depositiones, lib. 1 per Gl. in l. ob carmen, § fi. de testib. Innoc.*
55 *in c. qualiter, & quando, de accusat.* † & in specie resolvit *Rot. coram R. P. D. Pamphil. Hispalen. iuris nominandi, 21 Iunij 1613 ante fi.* vbi etiam ad-
56 ditur quod ad istum effectum manutentionis, † possessio per dictum vnius testis sufficienter probatur *Bart. in l. 1 nu. 5 quor. bonor. & in l. 1 § vlt. n. 1 ad fi. C. vbi in rem actio. Mathesil. notab. 2 Grat. consil. 120 n. 8 lib. 2 Rot. coram R. P. D. Iusto. Reatina decimarum, 17 Iunij 1605.*

EPITOME.

Solutio partis pensionis vel pro vno anno an sufficiat, vt quis dicatur constitutus in possessione exigendi totam, & pro omnibus annis. ¶ Implementum conditionis appositæ in reservatione pensionis, puta quod remaneant mille an sit probandum per pensionarium existentem in possessione exigendi. ¶ Et quid si beneficiatus cōsensit pensioni. ¶ Confessio de recepto quibus casibus sufficiat pro manutentione. ¶ Quasi possessio & simile præiudicium an recipiat suum esse ab animo, & patientia illius, contra quem quis prætendit eam acquisivisse. ¶ In acquirenda possessione contra plures an requiratur consensus omnium. ¶ Et contradictio vni an impediat vt non acquiratur possessio.

SVMMARIVM.

1 *Per solutionem partis pensionis dicitur quis constitutus in possessione exigendi totam. Intellige in dubio, secus quando apparet de animo agnoscendi debitum pro parte, n. 3 & 11.*
2 *In iuribus incorporalibus sufficit adipisci possessionem vnius rei pro tota.*
4 *Solutio decimæ pro vno anno non constituit in possessione pro alijs annis.*
5 *Quasi possessio recipit suum esse ab animo & patientia illius, contra quem quis prætendit eam acquisivisse, n. 6. Idem in simili præiudicio, n. 7.*
8 *In acquirenda possessione contra plures requiritur consensus omnium, & vnius contradictio impedit, vt possessio non acquiratur. Declaratur vt num. 9 & 10.*
12 *Pensio non est solvenda, si pensionarius non probet implementum conditionis appositæ in reservatione quod mille remaneant. Amplia quamvis Beneficiatus consenserit pensioni, n. 13. Limita quando pensionarius est in possessione exigendi, nu. 14 etiam contra successorem, n. 15. Intellige vt num. 16 & 17.*
18 *Confessio de recepto non sufficit ad effectum manutentionis, nisi concurrentibus adminiculis pro integra solutione totius pensionis, & nu. 19.*
20 *Possibilitas excludit probationem totius.*

Caput CCCCXXVI.

**Adde sup. a 2 c. 113 n. 28.*

Solutio* partis pensionis sufficit ad effectum, vt quis dicatur constitutus in quasi possessio-
1 ne exigendi totam pensionem, † vt resolvit *Rota coram Card. Pamphil. Reatina pensionis 15 Decēbr. 1599 & coram R. P. D. Pamphil. Pampelon. pensionis 16 Ianuar. 1613* Provt dicimus de iuribus in-
2 corporalibus, † in quibus sufficit adipisci possessionē vnius rei pro tota, ita vt ille dicatur possedisse & præscripsisse novalia, qui possedit & præscripsit decimas etiam vnius prædij quia ob vnitatem subiecti dicitur acquisivisse totū *Abb. cons. 71 lib. 2, Menoch. consil. 36 nu. 32 cū seq. lib. 1* & dixi *sup. c. 113 n. 27 & latius in præcedēti capite per totū.*

Prædicta tamen quoad effectum constituendi quasi possessionem non sunt ita simpliciter intelligen-
3 da, † nam quamvis solutio partis pensionis sufficiat respectu manutētionis totius, vt dictum est. Nihilominus hoc procedit in dubio, & quando non apparet quod solvens habuerit in animo agnoscendi debitum pro parte, secus si constaret quod solvens intellexit solum agnoscere debitū pro parte, tunc enim non est constituta possessio in totum, cùm in hac materia semper & princi-
4 paliter attendatur animus solventis. † Provt dicimus de eo qui solvit decimam, seu pēsionem, vel similia, vt solveret pro vno anno tantùm non pro quolibet anno, non enim est manutenendus pro singulis annis, cùm nō habuerit talem animum, qui ad hunc effectum requiritur *Castr. consil 130. præmittendum est, ad med. n. 2 lib. 2 per tex. in l. 1 § quod autem, de aqua quotid. æstiu. Bart. in l. 1 § 2 de itin. act. privat. Glo. in cap. cum Ecclesia Sutrina, in verb. trium Episcoporum, de caus. possess. & propriet.*

Et facit quia regulariter ista quasi possessio recipit
5 suum esse ab animo & patientia illius, † contra quem aliquis prætendit acquisivisse quasi possessionem vel simile præiudicium *Bald. in l. 2 n. 1 & ibi Paul. C. de servit. & aqua, Alex. cōs. 16 n. 3 lib. 5 Felin. in c. de quarta, col. pen. in fi. ver. dum subdit de præscript. Cæsar, de Graff. dec. 7 nu. 9 de test. Rot. divers. dec. 184 n. 1 p. 1 & coram R. P. D. Gypsio Calagurritana iuris conferendi 1 Februar. 1591 & 30 A-*
6 *pril. 1593* ¶ & late declarat *Covar. in reg. possess. 2 p. in princ. nu. 8 Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina, nu. 64*
7 *de caus. possess. & propriet.* * vbi ampliat in acquisitione conferendi in præiudicium Principis, cuius scientia requiritur *Innoc. in c. bona, il. 2 num. 1 vers. item de illo, de postul. prælat. Rota coram R. P. D. Iusto, Novarien. Canonicatus 1 Decembris 1608.*
8 *Adeo vt ad acquirendam quasi possessionē contra plures requiratur omnium patiētia, cùm alias contradictio etiam vnius impediret acquisitio-
9 nem talis possessionis, *dummodo non simus in præscriptione immemorabili *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glo. 45 § 2 n. 33.* Quamvis non esset necessaria scientia eius, qui possessionem non habe-
10 ret, *licet alias bonum ius prætenderet. *Rot. divers. dec. 209 nu. 2 p. 1.* & ita in materia pensionis resolvit *Rota coram R. P. D. Sacrato Forosempro-*
11 *nien. pensionis 16 Decembris 1611* vbi *fuit denegata manutentio cùm non constaret per Episcopū fuisse agnitum totum & integrum debitum pensionis, sed tantùm solutam partem illius absque

eo quod voluerit constituere pensionatium in possessione totius pensionis, adeo vt deficiente tali animo solventis non sit acquisita huiusmodi possessio *Castr.consil.131 n.2 lib.2.*

Vnde in prædicto casu neque beneficiatus tenebi-
12 tur solvere pensionem* si pensionatius non probet implementum conditionis appositæ in reservatione, quod videlicet mille remaneant pro beneficiato (*assador.* dec.10 n.8 de rescript. *Gig.* de pensio.qu.85 n.10 Rota coram Card. Seraph. Vincent. Pensionis 13 Martij 1595 quæ est in impressis 112 n.2 p.2. Quod † procedit quamvis etiam beneficiatus consenserit pensioni, cùm talis consensus habeat in ventre eandem conditionem, quam habet gratia, cui accessit consensus, nempe dummodo remaneant mille pro beneficiato Rota coram R. P.D. Litta Aretina pensionis 24 Maij 1599 & per Card Seraph. Lunen. seu *Sarzanen.* pensionis 13 Februarij 1593 quæ est impress. 1017 n.3 p.2.

Neque obstat quod ista non habeant locum quando pensionatius est in quasi pensione exigendi,
4 † tunc enim non retardatur solutio sub prætextu quod non sit probatum mille remanere pro beneficiato *Mohed.* dec.9 n.1 de caus. poss. & propriet. *Cassad.* dec.10 n 8 vers. nisi agens, de rescr. Rota coram Card Mant. Senen. pensionis 12 Ianuar. 1596. † Et iam quod essemus cótra successorem illius qui solvit *Guidop.* q.629 n.: *Put* dec.131 lib 3 *Gig.* de pensio. q 47 n.10 *Ro*. coram R.P.D. *Vbaldo* Campanien. pensionis 3 Iunij 1611.

Quia prædicta procedunt quando constat de quasi
16 possessione exigendi totam pensionem; vel † de agnatione totius debiti pensionis quamvis fuerit solum recepta pars illius; secus autem quando non constaret de dicta quasi possessione, provt non dicitur apparere si pars fuerit soluta absque animo agnoscendi totum debitum vt supra dictum est, & distinguit *Rota* coram R P.D. Sacrato, Forosempronien. pensionis 16 Decembr.
17 1613 † vbi ita declaratur omnes præfatæ decisiones, & similes, dum volunt quod non debeat retardari solutio sub prætextu, quod nó sit probata conditio, vt remaneant mille pro Rectore, quando pensionarius est in quasi possessione exigendi *Rot.* coram R P D. Orano, *Asculana* pensionis 23 Iunij 1593 & coram Card. Blanchetto, *Fulmana* pensionis 16 Ianuarij 1592.

Item etit in confessionibus de recepto quæ sive fa-
18 ctæ fuerint ab antecessore, † seu à successore, non sufficient ad istum effectum manutentionis nisi concurrentibus adminiculis pro integra solutione, vt in Reatina pensionis 15 Decembr. 1599 coram Card. Pamphil & in d. Forosempronien. pé-
19 sionis coram R.P.D. Sacrato, † vbi etiam additur quod talis cófessio de recepto debet esse de toto ita & taliter, vt confitens fateatur se habuisse puta scuta mille pro duobus terminis maturatis, secus si talis confessio posset adaptari ad partem
20 tátùm, † quia possibilitas excludit probationé totius l. nó hoc 4 C. vnde legit. & vnde cognat. l. neq; natales, 10 C. de proba. l. ad probationé dominij 2 & l ad probationé servitu. 22 C. eod. tit.

EPITOME.

Onera matrimonij an cessent illo soluto. ¶ Et an consistant tam in alendo vxorem, quam liberos. ¶ Fructus dotis an debeantur marito post obitum vxoris, tam si existant filij, quam si non adsint. ¶ Et quid in anno in quo divortium contingit. ¶ Fructus dotalea an possint percipi mutata persona mariti per hæredes cessionarios, Moniales, aut similes. ¶ Obligatio alendi filios an oriatur ex iure patriæ potestatis, seu ob dotem habitam, vel ex charitate sanguinis. ¶ Actio pro exigenda dote ob quam causam competat marito soluto matrimonio. ¶ Filij an possint post mortem matris petere vt collocetur in tuto dos ob vergentiam viri ad inopiam sicut possit vxor. ¶ Et an tale ius collocandi in tuto possit cedi. ¶ Mulier an iustè percipiat fructus dotis soluto matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis non debentur marito post obitum vxoris tam si existant filij, quam si non adsint, n.4.5.6 8.12 15.26. 27 & 28.*

2 *Interusurium dotis conceditur marito propter onera matrimonij.*

3 *Onera Matrimonij tam consistunt in alendo vxorem quam liberos. Contrarium, n.9.10.19 & 25.*

7 *Post mortem vxoris cessant onera matrimonij.*

11 *Vxori non debentur vsura dotis soluto matrimonio, & recepta computantur in sortem.*

14 *Fructus dotales non debentur mutata persona mariti, vt hæredi cessionario, vel Monialibus, aut similibus.*

15 *Vxor constante matrimonio potest petere dotem à marito vergente ad inopiam, quod secus est in filijs mortua vxore.*

16 *Mulier non potest cedere alteri ius collocandi dotes in tuto ob vergentiam viri ad inopiam.*

17 *Fructus dotis percepti per maritum soluto matrimonio sunt restituendi & augent dotem.*

18 *Dos non dicitur amplius soluto matrimonio.*

20 *Filij sunt reliquia Matrimonij. Et de dote matris sunt alendi. Intellige vt n.21 & 21.*

23 *Obligatio alendi filios non oritur ex iure patriæ potestatis, seu ob dotem habitam, sed ex charitate sanguinis.*

24 *Actio pro exigenda dote competit marito soluto matrimonio ob causam onerum alendi filios, & quia ad eum pertinet dos tanquam vsufructuarium bonorum filiorum.*

29 *Maritus iustè percipit fructus dotis in anno in quo divortium contingit, quasi duraverit matrimonium pro aliqua parte anni.*

Caput CCCCXXVII.

**Adde sup. ad c.140 n.19 & c.241 n.15.*

PRo* decisioné propositi dubij satis esset allegare auctoritatem *Rot. in causa Bononien. dotis coram Card. Pamphil. 4 Iunij 1597.* quæ fuit postea confirmata *coram Cardinal. Lancellote in eadem causa*, 24 *Maij* 1600 quod etiam voluit *Rot. coram R.P.D. Cavalerio, Nepesina Laud.* 10 *Martij*
1 1614. * in quibus decisionibus in specie deciditur, quod post obitum vxoris non debeatur marito aliquod interesse ratione dotis non solutæ, cùm illud sit permissum propter æquitatem correspectivam ad onera matrimonij, quæ considerantur solùm respectu vxoris, cui viventi per

virum

virum ſobminiſtrantur alimenta, quaſi illa mor-
2 tua ceſſet talis æquitas onerum matrimonij, † ob
quæ huiuſmodi intereuſurium conceditur *Bart. in l. at quæ natura. §. non tantum. ff. de negot. geſt. & in l. in ſolam. § vſuras ff. ſolut. matrim. per tex. in cap. ſalubriter. 16 de vſur. Alexand. conſ. 74 viſo titulo quæſtionis. nu. 1 & 2 lib. 5 Bald. in rubr. Cod. de vſur. verſ. quarto quæro. & in l. fi. §. præterea, & in l. pro oneribus. C. de iur. dot.*

Prædictis tamen partes non acquieuerũt, tanquam plenè eis non fuerit ſatisfactum, quaſi deciſiones ſolum loquantur ſimpliciter non facta diſtinctione, an adſint filij, necne, cum illis exiſtenti-
3 bus, provt erat caſus de quo agebamus, † poſſit dici, quod adhuc durent onera matrimonij, quę conſiſtunt non ſolum circa alimentationem vxoris, ſed etiam liberorum, provt ad hoc allegabamus altera *deciſio Rot. coram R. P. D. Pamphilio. Senegalien. dotis. 25 Iunij 1606.* per doctrinã *Bart. in l. poſt dotem col. 6 ante fin. verſ. dos datur. n. 29 q. 3. ff. ſolut. matrim.* & declarat etiam *Rom. conſ. 57. col. 2 poſt med. verſ. volens quod ſecundum. num. 2 per tex. in l. dotem 16 ff. de caſtr. pecul.*

Quibus tamen non obſtantibus concludendum eſt non eſſe attendendam huiuſmodi diſtinctionem
4 exiſtentiæ filiorum, † cùm ſiue adſint filij, ſiue non adſint, verius ſit, vt poſt obitum vxoris non debeatur marito aliquod intereſſe ratione dotis non ſolutæ, provt in ſpecie etiam extantibus filiis concludit *Io. de Anan. in c. ſalubriter. 16 col. pen. ad med. verſ. & ex prædictis videtur po e dec. di. de vſur.*
5 * vbi loquitur in prædio, quod eſt magis de ſui natura fructiferum, cùm aliud ſit in pecunia provt eſt caſus noſter, quę nullum fructum reddit, & tamen concludit quod ſunt computandi fructus in ſortem per Maritum, in quo ceſſant onera matrimonij, cùm ab illis liberetur per mortem vxoris, neque filij, penes quos remanet dos, habent hoc priuilegium retinendi pignus, cum fructibus, provt habebat maritus cõſtante matrimonio, qui in hoc debet eſſe cautus, vt illo diſſoluto inſtet pignus liberari, vel ſibi adiudicari vel
6 alio modo dotem ſolui ¶ Idẽ ſequendo *Io. de Anan.* voluit *Rum. conſ. 165 nu. 3 lib 5* & multis comprobat, quamuis dicat parum dubitabile *Palat. Rub. in ca. per veſtras notab 6 § 8 incip. octauo infertur. col. 4 poſt princ. verſ ex quo dicebat. n 4 de donat. int. vir & vxor. fol. 404.*

Et in effectu hoc idem volunt *omnes in d. c. ſalubriter*
7 *de vſur.* ¶ vbi *Innoc. nu 2* conſiderat onera matrimonij, pro quibus maritus tandiu licitè percipit fructus, quamdiu tenetur alere vxorem, vnde, cùm poſt mortem illius non duret amplius iſta cauſa alendi, non mirum, ſi eoſdem fructus de-
8 bet in ſortem computare, ¶ Provt idem voluit *Hoſt. in d. c. ſalubriter in verb ſupportanda, col. vlt. in fi. Anchar. in 4 notabili. nu. 2 Cardin. oppoſ. 2 verſ. quæro ergo non lucrantur. nu. 2 & Io. Andr. ad med. in gloſ. 2* & de communi teſtatur *Gabr. conſ. 10 in fi.*
9 *nu. 88. lib. 2* * Et ita etiam quod iſta onera matrimonij conſiſtant in alenda vxore explicat *Gloſ. in l ſi is qui Stichum 57 § ſi ibi dos. in verb. onera de iur. dot. & in l. pro oneribus. 20. C. eod. tit.* vbi ſe remittit ad *text. in l ſi cùm dotem. 23 § ſi autem in ſatiſſime.*
10 *ff. ſolut. matrim.* dum * ibi conſiderantur iſta onera alimentis præſtandis vxori nihil prætermittendo, quòd maritum illi afferre decet *Surd. de alim. tit. 1. q. 33. n. 8.*

Et vltra auctoritates prædictas facit etiam ratio.
11 Nam ipſa mulier ſi viueret * teneretur fructus computare in ſortem, cùm illi non debeantur vſuræ dotis ſoluto matrimonio ſecundum veriorem opinionem, de qua per *Anchar. conſ. 150 nu. 4 Rol. conſ. 55 n. 18 lib. 3 Caſtr. in l. diuortio. in princ. nu. 6 ff. ſolut. matrim.* latè *Barboſ. in l. 1 in princ. nu. 40 vſq. ad 44 ff. eod. tit.* cum aliis, de quibus ſupra *c. 340.*
12 *n. 3. & 4* † vnde multo magis non poterunt percipere iſtos fructos filij, qui ſunt hæredes, & pro quibus maritus tãquam eorum pater, & legitimus adminiſtrator, & vſufructuarius illos percipere intendit, provt hanc rationem in propoſito adducit *Pala. Rub. in d. c. per veſtras. not. 6 §. 8 num. 4 de donat. inter vir. & vxor.*

Maxime quia hoc caſu mutatur perſona mariti, qui
13 amplius non conſideratur, ¶ vt talis in perceptione fructuum dotis ſoluto matrimonio, cum, vt dictum eſt, alio titulo accipiat, vnde ſtante iſta mutatione, non conſideratur aliquod priuilegium, quod tanquam perſonale fuit ſublatum, Ideo meritò fructus non debentur, provt in ſpecie iſtam rationẽ applicat ad caſum noſtrum *Io.*
14 *de Anã in d. c. ſalubriter. col. pen. ad med. de vſur.* *
Et generale eſt, vt huiuſmodi fructus dotales non debeantur mutata perſona mariti adeo vt neque competant hæredi, vel ceſſionario illius, immo neque Monialibus, quidquid alias matrimonium ſpirituale gaudeat priuilegio competẽte coniugio carnali *Rot. coram Card. Seraph. in Romana fructuum. 10 Maij 1581 inter impreſſas deciſ. 317 poſt Abb. in d. c. ſalubriter. nu. 4 de vſur. Negus. de pigno. 3 p. m. 1. nu. 16 verſ. iſta tamen limitatio. & verſ. ſecundo reſtringitur. Surd. conſ. 169 nu. 9 10 & 11 lib. 2* & multos adduxi ſupra *c. 143 nu. 39 vſque ad 44 & cap. 140 n. 17.*

Vnde etiam licèt vxor conſtante matrimonio poſſit petere dotem à marito vergẽte ad inopiam, mor-
15 tua tamen vxore filiis non cõceditur hoc priuilegium *Bart. in l. ſi conſtante. col. 4 ff. ſolut. matrim.* quem ſequitur *Palat. Rub. in c. per veſtras not. 6 §. 8*
16 *num. 4 de donat. int. vir. & vxor.* ¶ Quare etiam neque per mulierem poterit cedi alteri hoc ius collocandi dotes in tuto ob vergentiam viri ad inopiam, quia iſta collocatio fit ad ſuſtinẽdum onera matrimonij, quæ principaliter cõſiſtunt circa alimẽta, quæ cedi non poſſunt *Bald. in l. vnic. n. 7 ad med. verſ. modo ego quæro, & ibi Salicet. nu 3. C. de priuileg. dot. Surd.* qui de magis communi opinione teſtatur *conſ. 169 n. 5 lib. 2.*

Et quatenus per virum fuiſſent iſti fructus percepti
17 poſt matrimonium, teneretur illos reſtituere, * & augent dotem *Barboſ. in rub. ff. ſolut. matrim. p. 3 num. 64 & 65* cum maritus non faciat fructus ſuos dotis ratione dominij, ſed ratione onerum matrimonij, quæ illo ſoluto non dicitur amplius ſuſtinere, vnde tanquam perceptos ex re aliena reſtituit, *Idem Barboſ in l. ſi mora. 10 nu. 1 or ff. ſolut.*
18 *matrim.* * Maxime quia tunc temporis non dicitur amplius dos, provt ad hũc effectum conſiderat *Hoſtienſ in c. ſalubriter ad fin. verſ. vel dic quod diuerſa ratio. & ibi Io. And poſt med. verſ. tamen provt dixit de vſur.*

Neque obſtat, quod onera matrimonij durent etiam illo diſſoluto ſtãtibus filiis, quos pater tene-
19 tur alere; ¶ Quia huiuſmodi onera conſiderantur principaliter in alenda vxore ſecundum quãtitatem dotis, & dignitatẽ ſuam, vnde licet etiã filij

20 sint reliquiæ matrimonij,& † ex dote matris sint alendi. Tamen intelligitur constante matrimonio,nã iu illo soluto debet Pater filios de suo ali-
21 mentare † *l.si quis à liberis,ff.de liber. agnoscend.l. qui liberas, § fi.ff de rit.nuptiar.*& ita in proposito casus nostri respondet *Palat.Rub.in c.per vestras, notab.6 § 8 nu.4 versic.cessat etiam hoc casu ratio.de*
22 *donat.inter vir.& vxor.* † vbi etiam quod ita propriè constante matrimonio loquitur *text. in l.si maritus,47 ff.famil.ercisc.*Præsertim cum ista obligatio alendi filios non oriatur ex iure patriæ
23 potestatis, † seu ob dotem habitam,tam constante,quam soluto matrimonio aut ex simili causa, sed ex charitate sanguinis *lege si quis à liberis , § vtrum.*vbi *Bart.in princ.ff de liber.agnoscend.Surd. de alimento titulo 1 quæstione 1 numero 22.*

Minus obstat *decisio Rot. coram R. P. D. Pamphilio.*
24 *Senogallien.dotis 26 Iunij 606.* † Nam ibi solum deciditur,quod actio pro exigenda dote competit marito soluto matrimonio ob causam onerum alendi filios , & quia ad eum pertinet dos tanquam vsufructuarium bonorum filiorum , in quibus est legitimus administrator. Non autem ex hoc sequitur,quod ad eum pertineant fructus dotis, cum alimentatio filiorum non consideretur in isto casu tanquam principale onus matrimonij, quod solum consistit in alenda vxore, vt
25 dictum est*ad hoc vt dentur fructus recompensatiui, non autem in alendis filiis, qui sunt reliquiæ matrimonij, & quos Pater tenetur alere ex alia causa quàm dotis *ex superius allegatis.*

Erunt igitur veræ decisiones , & simpliciter tenendæ in vtroque casu tam non existentiæ filiorum,
26 etiam si illi adsint , * & quamis in *d.decisionibus* parum , aut nihil adducatur , tamen forsan hoc fuit qui dubiũ habebat modicam difficultatem, quam non habere dicit *Palat.Rub.in c.per vestras notab.6 § 8 numero 4 de donat.inter vir.& vxor.*

Nec me latet quod contrarium stantibus filiis sequitur *Cumia.super ritib.Sicil.c. 94 num.22* provt
27 etiam *Borgnin.dec. 22 n.18 p.5 & dec.26 nu.25 p.3.* quod etiam voluit *Card. Thuscus concl.741 nu.111*
28 *112 & 118 in verbis dotis fructus, p.2.* † Sed quidquid prædicti & alij,qui possent adduci,concludant,non est discedendum ab opinione supra firmata,tum ob maiorum auctoritatem doctorum, qui eum sequuntur , tum ob validiores rationes, quæ pro ea militant. Maximè cùm huiusmodi opinio fuerit sæpius per Sacram Rotam approbata,vt dictum est supra *numero 1.*

Posset tamen maritus iustè percipere fructus dotis
29 soluto matrimonio in anno † in quo contingit diuortium , quasi durauerit matrimonium pro aliqua parte anni,& sic attento initio anni licitè dicetur fructus percepisse argum.*l.vnic. C. de vsucap.transform.* provt in specie concludit *Barbos.in l.diuortio,8 § ob donationes,numero 20 ff.solu. matr.* per ea quæ adducit *Socin.Iun.in l.stipulationes non diuiduntur,numero 199 de verborum oblig.*

EPITOME.

Appellatione parentum quo vsu veniant ascendentes per lineam paternam,& maternam. ¶ Statutum loquens de hæreditate ascendentium an comprehendat patrem & matrem. ¶ Agnati qui propriè sint. ¶ Fœminæ an includantur in substitutione facta pro familia conseruanda. ¶ Hæreditas an sit diuidenda inter filios non habita distinctione sexus. ¶ Stante statuto quod filia dotata à patre existentibus masculis non succedat patri aut matri si pater habeat vnicam filiam & moriatur ea dotata & vxor ex secundo matrimonio habeat filios masculos , an dicta filia excludatur ab hæreditate paterna à dictis masculis. ¶ Descẽdentes à fœminis etiã masculi & per masculos an dicantur descẽdere per lineã masculinam.

SVMMARIVM.

1 *Parentum appellatione veniunt ascendentes tam per paternam , quàm maternam lineam. Amplia vt numero 2 Intellige vt numero 13.*

3 *Statutum loquens de hæreditate ascendentium comprehendit patrem & matrem , & numero 4. Declara vt numero 15.*

5 *Paria sunt aliquid exprimere verbis generalibus, seu specialibus.*

6 *Hæreditas est diuidenda inter filios æqualiter non habita distinctione sexus.*

7 *Agnati propriè sunt qui descendunt per lineam masculinam.*

8 *Fœmina est finis suæ familiæ id est agnationis.*

9 *In substitutione facta pro conseruanda agnatione non includuntur fœminæ.*

10 *Mulieres siue nuptæ,siue innuptæ comparantur ramusculis & frondibus, non autem stipiti. Amplia vt numero 11.*

12 *Descendentes à fœmina etiam masculi & per masculos non dicuntur descendere per lineam masculinam.*

14 *Agnatio non consideratur in matre,& linea materna.*

16 *Stante statuto quod filia dotata à patre existentibus masculis neque patri neque matri succedat, si pater habeat vnicam filiam & moriatur ea dotata, & vxor ex secundo matrimonio habeat filios masculos, dicta filia non excludetur ab hæreditate paterna à dictis masculis,& numero 18.*

17 *Pater non præsumitur per suam dispositionem voluisse fauere extraneis contra proprios filios.*

CAPVT CCCCXXVIII.

Videbatur prima facie concludẽdum locum esse dispositioni statuti,de quo erat quęstio. Etenim sumus in filiab. quę ab intestato non admittuntur ad bona parentum stantibus aliquibus masculis, sed per idem statutum sunt exclusæ, cũ debeant esse contentæ dotibus sibi assignatis,vel sint dotandæ,condecẽter,ita vt nihil amplius de bonis parentum petere possint: ex quibus verbis colligitur quòd quamuis non sit facta expressa mentio de matre. Tamẽ generaliter fuit dispositum de hæreditate parentum, † quorum appella-
1 tione non solũ comprehenduntur pater & ascẽdentes per paternam lineam,sed etiam mater, & ascendentes per lineam maternam *l. 4 § 1 ff.de in ius vocando.l.appellatione, 51 vbi Rebuff.in princ.ff.*
2 *de verb.signif.* † siue nomen parentis proferatur in plurali, siue in singulari, quia semper veniunt superiores vtriusque sexus in infinitum *l. 2. qui satisd.cogant.auth. vnde si parens, C.de inoff.testam.l. in arenam. C.eod. tit. c. vnic. in fi.de desponsat.impub. in 6.Rebuff.in d.l.appellatione,col.3 in princ.v. amplia parentis nomine,ff.de verb.signif.*

Idem dicimus in statuto loquente de hæreditate ascendentiũ, quod licet non faciat expressam mẽ-
3 tionem de matre.† Tamen quia generaliter disponit de hæreditate ascendẽtium, comprehendet non solum patrem & ascendentes per lineã paternam, sed etiam matrem, & ascendentes per lineam maternam, quasi per statutum considerētur sexus virilis & votum parētum, quod pariter viget in matre, sicut in patre, quia vterque optat, vt filij masculi, & nepotes & pronepos masculi descendentes ab eis succedant vniuersaliter tanquam per illos cōseruetur magis eorum memoria, quàm per fœminas, & ita in specie similis
4 statuti concludit † *Castr. consi. 91 prasu. quod dictũ, col. pen. in pr. versic. quæram ab eis, num. 4 lib. 2* Vbi etiam addit, quod sufficit statutum loqui per verba generalia ascendẽtium, cum similibus, ad hoc
5 vt veniat tam pater, quam mater cum † patria sint aliquid specificate verbis generalibus, seu specialibus ad notata in *l. 1 de vulg. & pupill. l. si chirogr. ff. de l. 3 l. si duo, de administr. tut. Surd. dec. 254 n. 38 & 39.*

Verum prædictis non obstantibus tutius dicendũ est in casu de quo agimus non esse locum hujusmodi statuto, ideo spectandam esse dispositio-
6 nem juris communis † quoad successionem, de qua quæritur, & sic quod hæreditas debeat diuidi æqualiter inter filios non habita distinctione sexus *aut. in successione, C. de suis & legit. § cum filius, inst. de hered. quæ ab intest. defer. Socin. cons. 84 in pr. lib. 1.* Nam statutum non facit mentionem simpliciter de masculis, sed de agnatis masculis vsque ad secundum gradum de jure canonico computandum quibus existentibus filij fœminę ab intestato non admittuntur ad bona parentũ sed debent condecenter dotari ex quibus verbis claré apparet, quod prædictum statutum non potest habere locum in hæreditate materna, vel bonis ascendentium per lineam fœmininam, sed solum in successione ascendentium per lineam masculinam, quia in illa tantum possunt saluari verba statuti dum loquitur de aliquo, seu aliqui-
7 bus agnatis masculis, † propriè enim loquendo agnati sunt illi, qui dicuntur descendere per lineam masculinam *§ 1 inst. de legiti. agna. succes. & § 1 insti. de legit. tut.* Mulier autem non potest habere suos descendentes agnatos licet habeat ascendentes & transuersales agnatos Ideo quia descendentes mulieris non poterant venire de jure ciuili duodecim tabularum tanquam agnati, sed solum de jure prætorio vt cognati, emanarunt Senatusconsulta Orphicianum & Tertullianum, & regulare est vt liberi fœminarum nō
8 sint in earum familia & agnatione,* quia fœmina est finis suæ familiæ, id est agnationis *leg. pronunciatio, 195 in fi. & l. familiæ, 196 ff. de verb. signif. l. assumptio, § filios, ad municip. Bero. consil. 120 nu. 14 lib. 2.*

Quare semper fœminę excluduntur à substitutione
9 facta pro conseruanda agnatione.* Quia per eas illa non conseruatur, sed finitur, & ideo fœminæ non comprehenduntur in hujusmodi dispositionibus, quando vocatur agnatio, cum comparentur ramusculis, & frondibus, nō autem stipiti, si-
10 ue fœminę sint nuptę, siue innuptę, † vt late post multos allegatos concludit *Surd. consil. 443 n. 23 cum seq. lib. 3* siue simus in vltimis voluntatibus
11 † siue in statutis de agnatione loquentibus. *Idem Surd. consil. 96 nu. 28 lib. 1 post Aym. consil. 180 nu. 1 in prin. Cur. Iun. consil. 154 numer. 1 Dec. consil. 12 num. 4.*

Ex prædictis sequitur quod verba statuti nō possũt verificari in descendẽtibus à fœmina, etiã quod
12 sint masculi, & per masculos,* quia illi nō dicũtur descendere per lineam masculinam, cum nō sint agnati. Vnde neq; dispositio statuti habebit locum in successione matris, vel ascẽdentiũ per lineam maternam, sed solum in paterna, in quia verba statuti possunt verificari *l. hos accusare, § omnib. de accusat. l. 4 § toties, de dam. infect.*

Neq; obstant quæ superius in contrarium adducta sunt. Quia procedunt quando statutũ revera nō haberet respectũ ad agnationem, sed solum ad
13 sexum virilem, & ad votum parentum, † quod pariter viget in matre, prout in patre, quasi tũc statutum sit factũ gratia conseruandi masculos, licet matri non sint agnati, cum votũ matris potius dirigatur ad eos, quàm ad fœminas. Aliud quãdo prout in casu nostro statutum vocaret &
14 præferret masculos* fœminis propter agnationem, qui in matre, & linea materna agnatio cōsiderari non potest, cum secus sit quando absolute idem statutũ videretur fauere masculis qualitercumq; nascantur, & ex qualicunq; linea prouenerint, nulla habita consideratione agnationis, sed potius favore nudæ masculinitatis, & ita loquitur & distinguit *Castr* ex aduerso adductus *consil. 91 col. pen. & vlt. n. 4 lib.* quem etiam ita declarat *Dec. consil. 302 in casu occurrenti, col. vlt. in pr. versic. ex quo sequitur, nu. 6 in fi. & latius Bero. consil. 120 n. 13 vsque ad 17 lib. 2.*

Minus obstat quod statutum loquatur de hæreditate parentum, quorum appellatione venit tã ma-
15 ter, quam pater.* Quia hoc habet locum quãdo essemus in materia congruente etiã mulieribus. Aliud quando illis non esset adaptabilis, prout est agnatio, de qua fit specialiter mentio in statuto. Tunc enim nomine parentum non venit mater, nec alius ex fœmineo sexu *lig. 1 ff si quis à parent. fuer. manum. l. moris, § planè ff. de pœnis. Rebuff. in l. appellatione, 51 col. 3 in pr. vers. 1 perdit officium ff. de verb. signif.*

Ex quibus dicta opinio satis videtur firmata, cũ vltra rationes habeamus in specie doctores, qui ita interpretantur hujusmodi statutum. Vnde nõ est quęrẽda alia interpretatio, quæ non est tuta ex supra allegatis Et quamvis adducantur multi pro confirmatione dictæ sententiæ. Tamen non sunt in terminis casus nostri. Nam loquuntur in
16 statuto* quòd filia dotata à patre stantib. masculis neq; patri, neq; matri succedat, si enim pater habuit vnicam filiam ex vxore, & moritur ea dotata, & vxor ex secundo matrimonio habuit liberos masculos, dubitatur an ab istis masculis dicta filia excludatur ab hæreditate paterna, & tunc dicendum est, quod non, quia absurdũ videbatur vt dotatio patris excluderet proprias filias propter masculos ipsi patri extraneos, neq;
17 enim dicendũ est, ¶ quod pater per suam dispositionem voluisset fauere extraneis contra proprias filias argumento *l. cum acutissimi, C. de fi-*
18 *deicomm. & l. tale pactum, in fi. C. de pactis.* ¶ Vnde in isto casu censebitur solum pater per suam dispositionem voluisse tantum includere filios proprios non alienos, & ita loquitur *Socin. in l. cum vir, 25 nu. 2 ff. de condit. & demonstra. & consil.*

84 *n*.1.3 *&* 6 vbi etiam considerat causam agnationis, & quod ita consulerunt multi integerrimi & solemnes aduocati, & sequitur *Socin. Jun. consi.* 23 *n*. 32 *lib*. 1 & facit in simili *Ang. consi* 119. *n*. 2 *post med. Bal. consil. præsupposito statuto nu*. 4 *lib*. 1.

EPITOME.

Impugnans testamentum tanquam nullum, seu inofficiosum an possit postea ex eo aliquid capere. ¶Recognitio testium tã in materia *l. script. C. qui pot. in pign habeant*. quam in similib. casib. quando omittatur, & sufficiat quod aliqui recognoscant. ¶Hæres soluens ex voluntate minus solemni an illam approbet. ¶Et quid e contra de acceptante legatum sibi factum in testamento nullo an prohibeatur amplius illud impugnare. ¶Et quæ scientia sit necessaria. ¶Et an ignorans, & dubitans in hoc æquiparentur. ¶Dominus reinuestiendo vassallum priuatum de feudo quando censeatur remisisse caducitatem. ¶Per aditionem hæreditatis an filij approbent dispositionẽ patris de emphyteusi ad eos spectante. ¶Obseruantia quãdo conualidet nullitatem actus. ¶De cautelis vt testamentum valeat absq; recognitione testium. ¶ Mors an det majorem fidem scripturæ, & habeat vim recognitionis, & juramenti. ¶Notarius vnius tribunalis an conficiat acta alterius. ¶Testamentum scriptum & subscriptum manu testatoris cum die & anno ac subscriptione septem testium, & sigillo proprio septies impresso vt probet quæ requiruntur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum scriptum & subscriptum manu testatoris cũ appositione diei & anni, & subscriptione septem testium & sigillo proprio septies impresso non facit fidem nisi post mortem testatoris testes recognoscant subscriptiones & signa, & Iudex illud publicet. Amplia vt n*. 2.

3 *Cautela vt testamentum valeat sine vlla recognitionẽ testium est, vt postquam testator illud scripsit, & testes signauerint & subscripserint, Notarius à tergo clausi instrumenti scribat ibi esse scriptum testamentum. Et de alia simili cautela, n*. 4.

5 *Nuncupatiuum testamentum non indiget testium recognitione ant depositione, si per notarium scribatur septem testibus adhibitis, & n*. 6.

7 *Publicum instrumentum testamenti æquiualet tot testibus quot sunt in eo descripti, & est necessarium ad substantiam actus, & illius validitatem, & n*. 8.

9 *Recognitio testium est facienda in casu, in quo possibile est illam interuenire.*

10 *Ad effectum* l. scripturas, C. qui pot. in pign. habeant. *requiritur vt testes recognoscant eorum subscriptionem, sufficit tamen recognitio duorum, si alios morte præuentus id agere non potuerit, & n*. 11.

12 *Mors testium habetur pro recognitione & iuramẽto.*

13 *Instrumentum notarij mortui carens signo & subscriptione non facit fidem, potest tamen eo mortuo confici publicum instrumentum.*

14 *Major fides datur scriptura mortui, quàm si viueret.*

15 *Notarius unius tribunalis non potest conficere acta alterius etiam ex prærogatione partium. Secus illo impedito, n*. 16.

17 *Obseruantia subsequuta tollit nullitatem, & comprobat scripturam.*

18 *Approbatio actus nulli censetur facta per solutionem in vim illius sequutam.*

19 *Hæres soluens relicta in voluntate minus solemni, censetur approbare testamentum inualidum. Intellige vt n*. 20.

21 *Acceptans legatum sibi factum in testamento minus solemni non potest amplius impugnare. Declara vt n*. 22. 23. 26. 31. *&* 34.

24 *Cognitio non stat in sola scientia verborum, sed in intelligentia virtutis & potestatis, & cognitione causarum, & n*. 25.

27 *Perfecta notitia ipsius actus requiritur, vt quis dicatur scire.*

28 *Non dicitur scire qui ignorat rei qualitatem, & an requiratur scientia juris & facti, nu*. 29 *&* 30.

32 *Dominus inuestiens de nouo vasallum de feudo de quo erat priuatus, videtur remisisse caducitatem, dummodo illius habuerit notitiam, n*. 33.

35 *Filij non dicuntur approbare dispositionem patris de emphyteusi ad eos spectante si adiuerint eius hæreditatem si eo tempore ignorabant illa bona esse emphyteotica.*

36 *Dubitans & ignorans æquiparantur.*

37 *Impugnans testamentum tanquam nullum ob non seruatam solemnitatem illum non prohibetur posse petere legatum, si re vera testamentum subsistat. Aliud si impugnaretur testamentum tanquam inofficiosum. Et de ratione differentiæ, n*. 38 39 40 *&* 41.

42 *Super facto impugnato quando quis possit se fundare, & n*. 42.

Caput CCCCXXIX.

Testamentum exhibitum videbatur non esse validum, quamvis enim fuerit scriptum &
1 subscriptum manu testatoris † cum appositione diei & anni, & subscriptione septem testium, & sigillo proprio septies impresso. Tamen hujusmodi scriptura tanta solemnitate munita fidem non facit, nisi post mortem testatoris testes per Iudicem vocentur, & subscriptiones, & signa agnoscant, & post factam agnitionem testamẽti Iudex illud publicet decernẽdo hujusmodi scripturæ plenam fidem esse adhibẽdam. Adeo vt si interim moriantur testes antequam prædicta
2 fiant, testamentum reddatur invtile. † Quod procedit tam in testamento in scriptis, quàm in nũcupatiuo, in quo licèt solum requiratur, vt testes eodem tempore voluntatem testatoris exaudiãt. Nihilominus illud quoq; infirmum est, nisi per depositiones testium coram Iudice confirmetur. Ita omnia prædicta declarat *Gualden. de art. testandi, tit. 2 de testamen. ordin. caut*. 1 *num* 1. *vsq; ad* 41 *tom*. 8 *p*. 1 *fol*. 113 *post Bar. in l*. 2 *num*. 1 *ff quemadmod. testam. aperiant. per tex. in l. hac consultissima, § si quis autem & ibi gloss. in verb. depositiones, C. de testament. Magdalen*. qui alios adducit in *tractat. de numer. testium in testament. requisit. c*. 29 *limitat*. 14 *num*. 6 *&* 7 *fol*. 332 *Castr. consil*. 93 *num*. 3 *lib*. 1.

Quare ad hoc vt testamentum valeat sine vlla recognitione testium, datur cautela, vt postquam
3 testator scripsit testamentum, † & testes signa-

uerint & subscripserint, notarius publicus à tergo clausi instrumenti scribat ibi esse scriptũ testamentum provt coram dicto notario, & testibus ascriptis testator asseruit, tunc enim scriptura fidem faciet, quamvis non viuant testes, quasi tunc probet tanquam roborata manu publicá tabellionis, ita vt aliquã testium agnitione non indigeat *Fulgo.consil.56 quæritur quomodo, n.1 & 2 Ias.consi.62 lib.3 Castr.consil.93 num.3 & 4 lib.1*
4 *cum alijs per Gual.d.tit.2 caut.1 num.3* *vbi etiam addit cautelam, quod testator dum viuit faciat per Iudicem authenticari testamentum etiam clausum recognitis per testes subscriptionibus & sigillis *Fulgo.d.consil.56 in fi.Roland.consi.36 in fi.lib.1.*

Provt etiã nuncupatiuum testamentum non indigebit aliqua testiũ recognitione aut depositio-
5 ne.* si per notarium scribatur septem testib. adhibitis & conscriptis, quãvis enim tabellio non sit necessarius in confectione testamentorũ, siue fiat in scriptis, sive sine scriptis *§ vlt.inst.de te-*
6 *sta.** Tamen hoc fit, vt sine aliqua vlteriori examinatione testium probetur per publicum instrumentum *Gloss. in l.hæredes palam.in prin. § de testa.& in l.vlt.C.de fideic. Abb.in c.vlt.n. 9 de fid. instr.Con.in c.cum esses, n.2 in fi.de testa.* cum alijs per *Card.Manti.de coniect.vlt.volunt.lib.2 tit.12*
7 *n.2 Surd.consi.414 n.21 li.3* Istud enim* publicum instrumentum æquivalet tot testibus, quot sunt in eo descripti & necessarij ad substantiam actus & illius validitatem *Innoc.in c.cum Io.col.11 versi. alij dicunt de fid.instru.Bal.in l.in exercendis, nu.4*
8 *C.eod.tit.* ¶ Ideo tale testamentum probabit etiam mortuis testibus, & cautius quis testabitur cum scriptura notarij, qui faciat mentionem de septem testibus, quorum amplius recognitio non erit adhibenda *Castr.in leg.hac consultissima, 21 § per nuncupationem quoque, n.1 C.de testa.& quemadm.testa.ord.nent.*

Hæc multum faciunt pro invaliditate testamenti. Verũ posset pro illo sustinendo cõsiderari, quod præsupponitur factam fuisse recognitionem per quinque testes ex septem, qui fuerunt in eo sub-
9 scripti. ¶ Vnde quamvis deficiat recognitio aliorum tamen non obstabit, cum debeat intelligi, quod sit facienda in casu, in quo possibile est illam posse intervenire *leg.cum non facile, ff.si cui plusquam, per l.Falc.l.stipul.ista, § hi qui, ad fi.de verb.obl.Castr.in auth.cui relictum, n.5 C.de indict. viduit.tollen.& consil.33 1 n.3 lib.1 Aym.consi.203 n.13 cum seq.*

Vnde cum non stet per partem, quin recognitio fiat
10 censeri debet pro facta, ¶ provt dicim⁹ in simili, quod quamvis ad effectum *l.scrip. C.qui pot. in pign.* requiratur vt omnes tres testes recognoscant eorum subscriptionem. Tamen sufficit recognitio duorum, si alius morte præuentus id agere non potuerit *Ceph.consi.270 per tot.lib.2 post Bal.Sali.& Castr.in l.comparationes, C.de fid.instr. Idem Cast.consi.134 col.1 ad med.versi. istud enim*
11 *procederet, lib.1* ¶ & de veriori opinione testatur *Menoc.de arbitr.cas.134 n.31 Bursat.consi.103 nu.6 lib.1 Thob.consi.79 n.7 & 9 Calc.consi.29 col. vlt.* Quidquid contradicant relati per *Card.Mantic. de tacit.& ambig.conuent.lib.11 tit.24 n. 11 Socin. consil.41 n.10 lib.1.*

Maximè, quia mors testium, qui non potuerunt re-
12 cognoscere habetur pro recognitione, ¶ cũ etiã habeat vim juramẽti *Castr.consi.301 n.3 lib.1 Dec. in l.1 col.1 n.4 C.de edend. Alex.consil.14 col.in pr. li.6 Cur.Iun.consi.162 col.1 in fi.* vbi de instrumento notarij viuentis, quod caret signo, & subscri-
13 ptione, quod licet fidem non faciat. † Tamẽ si est mortuus poterit ex eo confici publicum instrumẽtum, quod probabit, quasi mors illius habeat vim signi & subscriptionis *Ias.in l.1.col.3 vers.ex*
14 *his esset vidend.ff.si cert.pet.* † Cum etiam semper major fides detur scripturæ mortui, quam si viueret *Dec.consil.42 nu.6 post Io. Andr.in c.cum quid, de reg.iur.Bal.in l.comparationes, nu.14 C.de fid.instr. Affl.dec.40 n.20.*

Poterit igitur ista recognitio fieri per alios testes, qui se subscripserunt in testamento supplendo
15 pro defunctis. † Sicut dicimus quod licet notarius vnius tribunalis non possit conficere acta alterius etiam ex prorogatione partium Bald.in l.repetita, C.de episcop. & cleric. Fallit tamen quando vnus esset impeditus, vel non posset in-
16 teruenire, ¶ quia tunc alter subrogaretur, provt in proposito recognitionis arguit Cephal.consi. 270 n.11 lib.2.

Vlterius pro validitate testamenti plurium confert, quod venientes ab intestato, qui illud infirmare intendunt, tanquam legatarij receperũt ab hærede legata eis relicta cum plena notitia ejus-
17 dem testamenti, & qualitatum illius, ¶ adeo vt ex ista obseruantia tollatur defectus quicumq; alterius nullitatis, & invaliditatis, & comprobetur fides ipsius scripturæ *Bal.consi.402 alias 398 quæritur an per solam, in fi.ver.ad vlt.veniendo, n. 9 li. 5 Becc.consi.103 nu.26 Surd.de alim.tit.8 priuil.22*
18 *n.11 Aym.consi.101 n.4 & consi.158 n.2* ¶ vbi de approbatione actus nulli, quod censeatur facta per solutionem in vim illius secutam *Calca.consi.101 col.vl.in fi.* Adeo vt stante dicta obseruãtia, & de solutionibus vt s. factis, non datur amplius re-
19 uocatio, aut retractatio. ¶ Quemadmodũ è contra dicimus de hærede, qui obseruans relicta in voluntate minus solemni præstando legata, aut similia, ex tali obseruantia dicitur approbare testamentum invalidum & voluntatem minus solemnem sine vlla spe repetẽdi illud quod prestitit *l.1 & 2 & l.si veritas vbi Bal. n.8 C.de fideic. Aym.consi.277 col.pen.antè fi.ver.& quod ex obser.*
20 *Becc.consi.6 col.5 in pr. n.17* ¶ Declarando tamen juxta distinctionem Doctorum, de quibus per *Surd.de alim.tit.8 priuil.22 n.11 & 12 Ias.& aly in l.non dubium, C.de testa. Albis.de Leo.in l.1 in pr. C.de fideic.Magdalen.de num.testium in testam.requisit.p.3 c.2 num.8 cum seq.fol.499* Et regulare est quod acceptans legatum sibi factum in testa-
21 mento † non possit amplius illud impugnare *l.si pars iudicantium, 10 § illud & l.nihil interest, 12 in pr.ff.de inoff.testam.l.post legatum 5 in prin. ff.de his quib.vt indig.*

Quæ tamen sunt intelligenda, dummodo probare-
22 tur scientia invaliditatis testamenti, † nam aliàs qui ignoranter, aut erroneè peteret legatum ex testamento minus solemni & nõ justo, quod putabat esse legitimum ac validum non sibi præjudicaret *Dec.consi.350 viso puncto & septem dubijs, n.10* quem sequitur *Becc.consil.111 nu.10 in prin. versi.& in eo qui ignorans Menoc.consil.162 n.30 & 41 in fi.lib.2* vbi allegat *Bar.in l.demonstratio. § 1 de cond.& demonstr.& Ias.in l.Stichus, § idem*
23 *quæsitum.de verb.oblig.* † sed quia istos non reperiri

hoc dicere,ideo melius probat. Ang.consi.94 cum lis & qu.col.5 in pr.versic.dico 2 n.5 vbi quod non sufficit habere certitudinem legati & testamenti factum, nam ex hoc non dicitur cognouisse te-
24 stamentum,si nullitatem illius ignorauit,* quasi non stet cognitio in sola scientia verborum, sed in intelligentia virtutis, ac potestatis l. scire leges,ff.de legib. Vnde dicit Philosoph.in pr. Physicor. quod tunc arbitramur agnoscere vnumquodq;
25 *cum causas cognoscimus,prima etiam principia & elementa Ang.ibid. quem sequitur Aym. consi.193 n.8 ad med.versic.fortius,col.3 ad med. vbi quod loquitur in transactione facta super testamento, quæ regulariter prohibetur etiam data scientia testamenti, nisi visis & cognitis verbis
26 illius juxta l.de his,de transact.* Sed quod requiratur scientia inualiditatis testamenti est tex. in l.3 C.ad l.Cornel.de fals.vbi Gl.in verb.ignoraret in pr.ob illam rationem,quia si esset sciens sibi præjudicaret quasi tunc transigeret l.si ipse, 7 vbi Gl.in verb.suspect.C.eod.tit.de fals.Gl.ff.in l. post legatum,5 in verb.acceptum ff. de his quib. vt
27 indig.per l.si quis ignorans.ff.de fals.† Cum semper debeat apparere quod quis habuerit perfectam notitiam ipsius actus Corn.consil.153 numer.4 lib. 4 Aym.consi.193 n.8 Mascar.concl.1294 n.12 Quia
28 non dicitur scire,† qui ignorat rei qualitates gl. in c.concer.de appel.in 6 Dec.consi.445 n.3; Osasc. dec.176 n.4 Bec.consi.110 n.20 Gabr.consi.56 n.60
29 lib.1 † vbi etiam quod debet haberi scientia vera juris & facti Idem Gabr.consi.61 n.27 lib.2 & cir-
30 ca scientiam juris* quomodo intelligatur Ruin. consi.63 n.13 & 24 lib.1 Feli.in c.de 4 num.27 de prascr. Bar.in l.si vir,n.1 ff.pro dona. Rot.dec.214 n. 5 & dec.561 p.1 & dec.131 n.1 p.2 Capic.dec. 10 n. 19 Cest.de jur.& fact.ign.inspect.2 nu.2 fol. 6 Et de approbatione testamenti nulli quod requiratur
31 scientia nullitatis* est decisio Rot.coram R.P.D. Sacrato Romana de Marescottis 20 Martij 1615. col.3 versi.3 visum fuit per tex.in l.mater,§ cæterum de inof.testam.gl.in l.non dubium,in verb.agnouerit; C.de testam.

Et facit quod in simili dicimus de domino inue-
32 stiente de nouo vassallum de feudo,* de quo erat priuatus, nam videtur illi caducitatē remittere Bal.in c.1 in pr.col.2 ad med.versi.sed pone,n.5 quo tempor.miles inuest.per deb. Tamē hoc intelligitur,quomodo dominus scientiam habebat hu-
33 jusmodi priuationis,* nam alias remissio nō inducitur Alex.consi.14 lib 2 Dec. qui hoc applicat ad casū nostrum scientiæ inualiditatis testamēti
34 * consi.530 viso puncto,n.11 ver.& videmus in simili,col.3 ad med.& consi.450 nu.26 Affl.dec.53 Ias. consi.107 lib.4 cum alijs per Rosental.de feud.c.6 concl.79 litera c.in pr.versi.item exigit.

Ideo etiā in emphyteusi Ecclesiastica recepta per
35 patrem pro se & filijs† non censebuntur filij approbasse dispositionem patris eam prælegantis, quamvis adiuerint hæreditatem,si eo tempore ignorabant illa esse bona emphyteotica Ruin. consi.48 n.12 lib.1 Menoc.consil.162 nu.31 lib.2 & multa similia adducit Becc.consi.110 vbi etiam
36 n.21 ampliat omnia* quæ dicuntur de ignorante ad eum qui dubitat,quia in hoc æquiparantur,l. 1 § sin autem dubius,C.de furt. Dec.consil.180 visa dubitatione,col.3 versic.3 non obstat,& in l. qui cum alio,col.1 de reg.iur.

In prædictis tamen annotandum est adesse differētiam quod testamentum redarguatur tanquam
37 falsum & nullum,aut nunquam inofficiosum.† Nam impugnans testamentum tanquam nullū, puta quia non sit seruata solemnitas juris, non prohibetur postea petere legatum, si re vera testamentum subsistit l.pen.ff.de his quib.vt indig.l.
38 post legatum,ff.eod.tit. Aliud* tamen est, quando quis impugnat testamentum tanquam inofficiosum,vel quando quovis modo impugnat voluntatem testatoris.Nam tunc non poterit legatum petere d.l.post legatum & ibi gl.in verb.conuen.re.
39 †Et ratio differentiæ est,nā qui dicit solemnitatē deficere remittit se ad dispositionem juris,cū hoc non dependeat à voluntate sua, nec cēsetur impugnare testamentū aut voluntatem testatoris.Vnde non mirum si postea reperto testamēto solemni,non prohibeatur petere legatum, & approbare quod voluit testator,quasi ex hoc nō
40 incidat in aliquam contrarietatem.† Secus autē quando dicit testamētum inofficiosum,vel aliter iniquum, & excedens facultatem testatoris, nam tunc impugnat illius voluntatem, & talis impugnatio dependet ab ejus voluntate,quia ipse posset approbare si vellet scilicet tacendo. Quare quidquid postea succedat,non potest am-
41 plius petere legatum,† quia petendo approbaret voluntatem testatoris,quam tamen* prius impugnauerat,& sic incideret in manifestam contrarietatem,quod non permittitur Bar.in l.post legat.col.2 post med.ver.quæro de ratione n.4 de his quib.indig. Salic.in l.alia causa,in pr.C.eod. tit Dec.consi.116 visis quæ accuratissimè, in fin. vers.sicut ille qui dicit Menoch.consi.162 n.18 & 19 lib.2 Alben.consi.16 n.3.

Quibus adde quod quis potest se fundare super eo,
41 quod impugnauit,§ quando non impugnat ipsū factum,sed solemnitatem facti Abb.in c.ex parte decani,33 n.5 col.2 in fi.versi.nota 5 de rescrip. Butr. in c.cum olim,n.19 in fi versic.sed quæro de vno,col. pen.in pr.de censib. Dec.consi.316 visis,in fi. Felin.in
43 c.capitulum,30 n.9 de rescrip.§ Quasi tunc impugnatio videatur facta ad alium effectum, quàm respectu ejus,super quo quis se fundat,quo casu potest quis se fundare ex eo quod impugnauit Ias.in l.qui Romæ,§ Seia,n.5.ff.de verb.oblig.

EPITOME.

Beneficiū Iurispatronatus an validè conferatur ipsi patrono.§ Laicus de proximo tonsurādus an possit præsētari.§ Ciuis an quis efficiatur loci in quo habet beneficium. § Et quid in Monachatu. § Clerici & laici noti Episcopo quādo ab eo ordinentur. § Prohibitus ordinare Clericum an prohibeatur cōferre primā tonsurā & ordines minores laico extero.§ In materia ordinum & dimissorialiū an sit data facultas ordinādi tam Episcopo originis,quàm loci,in quo extat beneficium,quàm domicilij,& an sufficiat habitatio per decennium. § Episcopus an possit ordinare laicum exterum,vt consequatur beneficium in sua diœcesi.

SVMMARIVM.

1 *Clerici,siue laici noti Episcopo possunt ab eo ordinari absque*

absque litteris commendatitijs.

2 *Notus potest promoveri sine examinatione.*

3 *In materia Ordinum, & dimissorialium datur facultas ordinandi, vel Episcopo loci, in quo est oriundus, vel in cuius diœcesi obtinet beneficium, vel vbi habet domicilium, & sufficit habitatio per decennium nu.4.*

5 *Beneficium iurispatronatus potest conferri ipsi patrono.*

6 *Laicus de proximo clericandus potest præsen. .ri ad beneficium, & sufficit quod ante institutionem sit tonsuratus.*

7 *Prohibitus ordinare clericum alienum non prohibetur conferre Ordines laico extero, & illum ad primam tonsuram assumere absque litteris dimissorijs. Intellige vt n.8.*

9 *Episcopus an possit ordinare laicum exterum ad effectum vt consequatur beneficium in sua diœcesi, & nu.13.*

10 *Ciuis an quis efficiatur illius loci in quo habet beneficium, & quid in monachatu n.11 & 12.*

Caput CCCCXXX.

Litteræ commẽdatitiæ requiruntur pro ignotis, Vnde qui sunt bene noti siue sint clerici,
siue laici, possunt absq; hujusmodi litteris reci-
1 pi ad ordines ab Episcopo, † in cujus loco commorentur, quod etiam est ob illã rationẽ, quia
clerici sæculares, vel laici non sunt ita subjecti
proprio Episcopo, vt nõ possint trãsferre domicilium, & acceptare alibi beneficium sine licentia
Prælati, Maximè quia istæ litteræ dicuntur commendatitiæ, quasi cõmendent mores proficiscẽ-
2 tium, quod in notis non requiritur, † cum etiam
notus possit promoveri sine examinatione *cap.3 distinct.23* Ita omnia prædicta declarat Abb. *in c. fraternitati 3 col.1 ad med. n.4 versi. & limita hunc textum de cleric. non residen.* Quod etiam prius
voluit Innoc. *in c. cum jamdudum 18 col.2 in pr. n. 3 in fi. ver. dic in illud verum. de præbend.*

Ideo in *c. cum nullus 3 de tempor. ordinat. in 6* in ma-
3 teria ordinum, vel dimissorialium ad ordines †
conceditur facultas ordinandi tribus Superioribus, vel loci in quo quis est oriũdus, vel in cujus
diœcesi obtinet beneficium ecclesiasticum, vel
vbi habet domicilium, quamvis alibi natus fuerit, quod etiam notat Nauar. *consi. 39 an episcopus possit n.1 de tempor. ordin.* Franc. *in dic. nullus in pr.*
4 *& n.4* *vbi intelligit de habitatione per decennium, de qua etiam per *Doctor. in l. ciues C. de incol. lib.* 10 Felin. *in c. dilectus filius, il.2 quod est 29 col.2 ad med. in 4 concl. versi limita nisi aliquis staret n.4 de rescrip.* Fran. *in c. eos qui 2 nu 4 de tempor. ordinat. in 6 Doct. in c. quod clericus de for. compet.*

Ex prædictis videtur concludendum posse conferri
tonsuram per Episcopum absq; litteris dimissorijs Archiepiscopi Genuensis, stante habitatione
per decem & octo annos, vt præsupponitur, &
quod sit bene cognitus in dicto Episcopatu ad
effectum obtinẽdi beneficium iurispatronatus,
5 *quod poterit cõferri etiam ipsimet patrono, ad
cujus preces Episcopus potest illum prouidere
de dicto beneficio, maximè si non est curatũ, &
patronus sit indigens, juxta ea quæ ponit in spe.
Abb. *in c. per vestras 26 col.2 post med. n 4 ver. patet etiam posse attentari de iurepatr.* Lambert. *eod. tit. p.1 lib.2 art.8 qu.8* Ludou. *concl.42 colum.16 ante med. versi. ampliatur 6 quod clericus patronus* Caual. *dec.23 n.44 p.3.*

Præsertim cum etiam laicus de proximo clerican-
6 dus possit præsentari ad beneficium, * cum hoc
casu præsentatus non sit penitus indignus, si ante institutionem sit tonsuratus, quicquid aliàs
præsentatio facta de laico non subsistat provt
resoluit *Rot. coram R. P. D. Orano Iuuol. Iurispatronatus 19 Nouembris 1574. de qua per Paris. de resignat. lib.4 c.2 n.6.*

Accedat, quod prohibitus ordinare clericum alienum, non prohibetur conferre ordines laico ex-
7 tero, † & illum ad primam tonsuram assumere
absque litteris dimissorijs Guid. Pap. *decisio. 449 Lapus alleg. 138 n.11 Prob. ad Monac. c.4 n.6 cum sequ. de temper. ordinat. Nauarr. consil.31 Hispanus eod. tit.*

Sed prædicti Doctores loquuntur quod si fuerit
8 tonsuratus, valebit tonsura, *quamvis laicus non
deberet tonsurari à non suo Prælato, vt declarat
latè Guid. Pap. *dec.449* quod non est applicandum ad casum nostrum, cum quæratur an faciendum sit.

Quo ad aliud dubium an Episcopus possit ordinare
laicum exterum ad effectum vt consequatur be-
9 neficium in sua diœcesi, * videtur dicendum,
quod non: quia *Concil. Trident. sess.23 c. 9* requirit
seruitium per triennium, & quod postea illi conferat beneficium, Vnde cessante seruitio dicti
triennij, cessat etiam facultas ordinandi, & ratio
est, quia ad hoc vt Episcopus possit ordinare nõ
subditum ratione beneficij, prius debet ordinãdus habere beneficium, ob quod poterit postea
promoveri ad alios ordines, quos prius non ha-
10 bebat, ¶ cũ quis efficiatur civis illius loci, in quo
habet beneficium, quidquid aliud sit in monachatu Boet. *dec.260 n.20 post Ang. consi. 23 nulla persona, in fi. versi. prædicta autem vera* Albet. *in l. 1 versi. vidi etiam dubitari, ff. quod cuiusque vniuer. nomin.* Quare ratione istius civitatis datur facultas ordinandi & sic beneficium debet præcedere, vt ordinatio subsistat.

Verum est quod Luc. de Penn. *in l. cum neq; 4 in fi. versi. ex hac lege collig. C. de incol. & vbi quis domi-*
11 *cil. haber. intend. lib.* 10. ¶ concludit quod etiam
clericus habens alicubi præbendã non sortiatur
ibi domicilium, nisi sit quæstio de ipsa præbẽda
12 ¶ Sed contrarium est verius, vt testatur Boet. *d. dec.260 n.20* provt etiam tenet Albet. *in d. l. 1 ff. quod quisq; vniuer. nom.*

Et quamvis *Prax. Archiep. c.48 in fi.* videatur tene-
13 re quod possit prius ordinari, ¶ & postea conferri beneficium, tamen nihil allegat, ideo non videtur recedendum à supra firmatis, per rationes
& doctrinas adductas.

EPITOME.

Acquirens emphyteusim ad tertiã generationẽ masculinã & fœminam an censeatur accepisse pri^o pro masculis, & postea pro fœminis. ¶ Et quid stante statuto exclusiuo fœminarũ propter masculos. ¶ Manutentioni an sit locus probata possessione anteriore ¶ Subditus vnius ciuitatis in qua adest statutũ excludens fœminas an illo ligetur quo ad bona alibi sita. ¶ Et quando requiratur subjectio tam respectu bonorum

quam personæ, vt similia statuta operentur. ¶ Et an sit admittenda distinctio statuti loquentis in rem siue in personam. ¶ Subditus an dicatur quis in loco vbi deliquit, aut contraxit, aut vbi res est sita. ¶ Possessio an sit nulla si capiatur non citatis detentoribus ¶ Et an requiratur citatio specialis seu generalis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur constito de possessione tempore litis mota. Amplia sufficere possessionem anteriorem probatam. num. 2.*

3 *Possessio est nulla capta non citatis possessoribus seu detentoribus anterioribus, & Iudex debet iterum expulsum in ea ponere, quamvis possessio vigore statuti esset translata, n. 4.*

5 *Citatio specialis requiritur & non sufficit generalis per edictum, vt possit capi possessio quando scitur, vel sciri potest, quis prius possideat.*

6 *Acquirens emphyteusim ad tertiam generationem masculinam & fœmininam, censetur accepisse prius pro masculis, & postea pro fœminis stante statuto exclusiuo fœminarum propter masculos, & nu. 7. Intellige vt n. 8 & 10.*

9 *Natura copulæ est æqualiter diuidere.*

11 *Ratione domicilij quis efficitur subditus statuentiū.*

12 *Domicilium propriè dicitur locus habitationis, non originis, vt n. 13.*

14 *Subditus non potest dici quis in loco vbi deliquit, vel contraxit, aut res est sita.*

15 *Forum sortiri & statutis ligari idem est.*

16 *Statuta excludentia fœminas vt habeant locū requiritur, quod adsit subiectio tam respectu bonorum, quam persona, & quod ista subiectio sit in vno & eodem statuto. num. 17 18 19 & 18.*

20 *Statutum Vrbis excludens fœminas non porrigit effectum suum ad bona sita extra territorium.*

21 *Subditus iurisdictioni Parmæ nō ligatur statuto dictæ ciuitatis excludēte fœminas quo ad bona alibi sita. n. 22 & 23 Amplia siue statutum loquatur in rem, siue in personam. n. 24. 25 & 27.*

26 *Statutum excludens fœminas non comprehendit forenses.*

29 *Statutum originis non porrigit vires extra territorium.*

Caput CCCCXXXI.

Manutentionem petitam dicebam esse cōcedendam, cum constaret de possessione
1 tempore litis motæ, quod sufficit ad obtinendū in hujusmodi interdicto Bal. *consi.* 438 *promittendum est, n.* 1 *versi. item in his vincit. lib.* 1 Io. Fab. *in § retinendæ instit. de interd. Caputaq. dec.* 198 *par.* 2
2 Quamvis etiam sufficeret possessio anterior probata, cum illa censeatur continuata, quasi olim possidens præsumatur hodie possidere in interdicto vti possidetis Abb. *in c. cum ad sedem* 10 *de restit. spolia.* Alexand. *consil.* 133 *n.* 3 *lib.* 1 *Rota coram R. P. D. Manzanedo. Aquilegien pensionis* 25. *Martij* 1610.

Neque obstat prætensa possessio aduersariæ, Quia est nulla tanquam capta non citatis existentibus
3 in possessione anteriori, † Cum non solum possessor, sed etiam detentor injustus non possit expelli de possessione absq; citatione, ita vt si Iudex expulit talem possessorē intrusum non citatum debeat reuocare traditionem possessioni & expulsum iterum in ea ponere Card. cons. 75 ad med. Cald. cons. 4 de dilat. Felin. in c. cum olim. col. 11 & 12 n. 11 de sent. & re judic. latè Hond.
4 cons. 10 n. 46 & 47 lib. 1 † Quamvis possessio vigore statuti esset translata, cum tale statutum intelligatur, nisi illa possessio jam esset apud alium Alex. cons. 87 n. 2 & 3 lib. 2.

Maximè stāte notitia partis aduersæ de possessione capta, tūc enim magis requirebatur specialis ci-
5 tatio, † cum neq; illa per edictum sufficeret quando scitur, vel sciri potest quis sit possessor Feli. *in* c. cum olim. col. 12 n. 11 de re judic. & in c. 2 nu. 8 ad med. vers. & possent ista, de consti. Aym. cons. 319 in fin. vers. 3 respondeo, Paris. cons. 25 nu. 42 lib. 1 latissimè Menoc. de recuper. poss. remed. 8 n. 101 vsq; ad 112 Ruin. cons. 62 n. 20 lib. 5 Et hæc quoad possessorium.

Quantum verò attinet ad petitorium, Concludendum est etiam pro dictis possessoribus: sumus e-
6 nim † in emphyteusi acquisita ad tertiā generationē masculinam & fœmininam, quo casu acquirens intelligitur illam accepisse ordine successorio, vt prius admittantur masculi, & postea fœminæ succedant, stantib. statutis, de quibus agimus, excludentib. fœminas propter masculos, quasi contrahentes videantur voluisse sequi dispositionem statuti, quamvis etiā verba repugnarent Bar, *in specie in l. vt iurisiur. § si liberi nu.* 5 *de oper. liber. & consi.* 60 *n.* 3 *lib.* 1 Alex. *consi. post prin.*
7 *lib* 5 † & ita communiter seruari dicit Mandos. ad Rom. cons. 22 in verb. admittatur Pereg. de fideicom art. 17 n. 24 Aldobrand. cons. 5 n. 3. Cephal. cons. 451 nu. 197 lib. 4 & de communi latè testatur Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5 tit. 8 n. 19 & lib. 22 tit. 16 n. 20 dixi ʋ. c. 347 in fi.

Neq, obstat quod ista emphyteusis censeatur stipulata ordine successiuo respectu patris stipulātis,
8 cui prius totaliter competit, † cum post illius obitum filiæ, & filij ad eam simul admittātur, Bar. in l. quod dicitur de verb. obl. Clar. in §. emphy-
9 teusi q. 35 † propter naturam copulæ, quæ æqualiter diuidit l. reos, § cum in tabulis, ff. de duobus reis & notat etiam in specie Card. Manti. de ta-
10 cit. & ambig. conuent. tit. 17 lib. 22 nu 1 †. Quia hoc procedit secundum dispositionem juris cōmunis, cum aliud sit stāte statuto exclusiuo fœminarum, quasi tunc contrahentes videantur voluisse sequi dispositionem statuti, provt distinguit Bar. *in l. vt jurisiurar. § si liber. n.* 5 *de oper. libertor.* cum alijs supra allegatis, declarat latè Card. Mantı. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 22 *tit.* 18 *n.* 22 *&* 23.

Quæ sine difficultate procedunt cum cōtractus de quo agimus sit celebratus in Vrbe, & bona in ēphyteusim concessa sint posita etiā in Vrbe, & primus acquisitor tunc temporis ibid. habitaret
11 cum tota ejus familia, † quod facit, vt ratione istius domicilij quis efficiatur subditus statuentium, & per consequens talis ligetur hujusmodi statutis. Gl. in clem. vni § eisd. etiam in verb. ditos. in fi. de foro comp. Dec. in c. ad nostram, il. n. 3 de appel. & cons. 660 reuocatur in dubiū col. 1 in fi. n. 6 Socin. cons. 79 si essemus col. 3 in fi. n.
12 13 lib. 4 vbi † etiam quod propriè domicilium dicitur habitationis, non originis Gl. in c. statutum 11 § cum reo in verb. vnam dictam ante fi. vers.

versfatis videtur, de rescript. in 6 *Innoc. in cap. si. de*
consuet. cum alijs per Andr. Gail. de pigniorat. ob-
13 sieru. 15 n. 7 & 8 † vbi etiam quod propriè subditus
dicitur ratione domicilij & habitationis leg. si in
patria, C. de incol. l. li. 10 l. domicilium, ff. ad muni-
14 cip. † Quidquid alias sine domicilio ratione con-
tractus, vel delicti, aut rei suæ non posset quis di-
ci subditus illius loci vbi contraxit, aut deliquit,
aut res est sita *Gail.* obseru. 17 n. 15 lib. 2 cùm aliud
15 † sit forum sortiri, aliud subditum esse, licet fo-
rum sortiri & statutis ligari paria judicentur I-
dem Gail. de pignor. obseru. 15 n. 6.

Quibus tamen addendum est, quod ad effectum vt
habeant locum dicta statuta exclusiva fœmina-
16 rum, † requiritur quod adsit subjectio, tam respe-
ctu bonorum quàm respectu personæ, & quòd
ista subjectio sit in vno eodémque statuto, si e-
nim bona emphyteotica essent in Vrbe, & fue-
runt accepta per forensem nõ intrabit statutum,
prout si persona esset subdita statuentibus, & bo-
na essent extra locum & jurisdictionem illorum,
neque erit locus statuti, cùm enim vnumquód-
que statutorum sit imperfectum, talis conjunctio
& combinatio nihil prodest, nam duo imperfe-
cta simul juncta non inducunt dispositionem
quando sunt ita imperfecta, vt vnumquódque de
per se nihil operaretur, quidquid aliud sit quãdo
vnum de per se posset operari *Bald.* in l. si quis ex
argentarijs 6 § cogentur, versic. quòd enim si hu-
milis, no. 2 cum sequent. in 4 notab. ff de edeod.
Ias. in l centurio, col. 22 ad med. n. 58 ff. de vulg.
& pupil. per text. in l. vnic. vbi Gloss. in verb. non
pertineant, & ibi *Bald.* n. 1 C. qui muner. tutel se
17 excus. † & in specie similium statutorum est de-
cisio Rotæ corã R. P. D Ludovisio Civitatis Ca-
stelli hæreditatis 10 Maij 1606 & coram R P. D.
Bravo. Rom. de Vitellis 21 Octobris 1580. Vbi in
loco Citeenæ, & Civitatis Castelli aderãt similia
statuta excludẽtia fœminas propter masculos &
tamen neutrum ipsorum habuit locum, quia cõ-
binatio hujusmodi statutorum non potest fieri,
nisi adsit vtráque subjectio tam respectu bono-
rum, quam personarum, respectu originis seu do-
18 micilij, † quòd etiam latè comprobat Purpur.
consil. 320 p. 2 vbi in fine præsupponit adesse in-
colatum, & originem, prout ita intelligit Rot. d.
dec. Civitatis Castelli, coram R. P D Ludovisio.
19 † vbi etiam ita declarat Castr. consi. 32 qui loqui-
tur stante domicilio in Civitate Paduę, per quòd
domicilium efficitur quis subditus Decia. consil.
661 n 6 cum alijs supra allegatis. Et ad prædicta
etiam est consil. Francisc. de Ramponib inter
consi. Caldet. 32 de testam.

Imperfectio autem vniuscujúsq; statuti colligitur,
20 quia statutum Vrbis excludens fœminas non †
porrigit effectum suum ad bona sita extra terri-
torium. Quamvis enim illud sit favorabile. Ta-
men iste favor non consideratur deficiente po-
testate statuentium, qui extra suum territorium
nõ habent jurisdictionem, neque possunt statue-
21 re extra illud Put dec. 511 no. 1 p. 1 † vbi loquitur
de subdito jurisdictioni Parmæ, qui tamen non
ligatur statuto dictæ Civitatis excludente fœ-
minas quo ad bona alibi sita, quam decisionem
secuta est Rota coram Card. Blanchetto. Roma.
seu Terracinen. bonorum 10 Martij 1576 & co-
ram Card. Pamphil. Balneoregiẽ. bonorum 11 Fe-
bruarij 1594 & 7 Iunij 1595 & coram R. P. D. Lu-
dovisio: Civitatis Castelli hæreditatis 10. Maij
1606. vbi allegantur concordantes decisiones;
22 & voluit † late *B. un.* de statut. quòd stantib. mas-
cul. art. 8 q. 25 n. 119 tom 2 fol. 104 juxta doctri-
nã *Bart* in l. cunctos populos q. 7 ante §. versi. sed
posset dubitari, nu 41 in fi C de sacros. eccl. bene
23 *Alex.* † qui etiam loquuntur de similibus statutis
exclusivis fœminarum consil 16 viso tit. quæst.
colum. 2 in princ. n. 1 ad med lib. 1 vbi testatur de
24 magis cõmuni opinione, † sive statutum loqua-
tur in rem sive in personam, cùm talis distinctio
sit reprobata, prout etiam dicit *Mandos* ad Lap.
25 alleg 91 nu. 7 in verb. extra territorium, *Pary.* *
qui etiam reijcit dictam distinctionem consi. 68.
in fi. n. 9 lib. 2. *Anchar.* in cap. 1 n. 52 cum seq de
constit. *Ias* in repet. l se conjuncti, n. 25 de leg. 3
Ruin. consi 148 n. 2 lib. 3 *Grad.* consi. 49 n. 1 & *A-
lex.* consi 18 consideratis n. lib. 1 *Dec.* consil 313
pro resolutione, ad fi. n. 6 *Ias.* consi. 163 col. 1 & 2
lib 2. *Curt. Iun.* consi. 08 col 9 in fi. versi præterea
& secundo, n 30.

Provt etiam dicta imperfectio statutorum colligi-
26 tur. * Quia statutum excludens fœminas non
comprehendit personas forenses *Alex.* consi. 114.
videretur, post princ. lib. 7 & consil. 44 col. 3 & 4
lib. 5 *Ias.* consi 80 n. 1 Rom. consi 244 vbi *Mados.*
in addit. in verb. consi. *Ang.* consi. 73 cum alijs per
Paris. consi 12 n. 26 lib. 3 *Tiraquel* de jur. primog.
quę. 44 n. 4 *Brun.* de statut. excludent. fœmin. art.
6 n 2 cum seqq. tom. 2 fol. 177 *Surd.* consi. 257 nu.
16 lib. 2 *Ruin.* consi 119 in fin. lib. 1 *Dec.* consil. 134.
pro tenui, post princ. Rot. coram Card. Pamphil.
Balneoregien. bonorum 11 Februarij 1594. & 1
Iunij 1595. & coram eodem Cametinen. hæredi-
tatis 25 Ianuar. 1588 & coram R. P. D Bravo. Ro-
man de Vitellis 21 Octubris 1588.

Ex istis appatet simpliciter esse sequendam opinio-
27 nem supra firmatam omissa distinctione, * aut
statutum loquatur in rem, aut in personam, quã
non esse approbandam testatur *Put.* decis. 358 p. 1
Rot. coram R. P. D Litta. Romana de Salviatis 14
Martij 1603 *Alex.* consi. 16 nu. 1 lib. 1 vbi latè Ad-
dit. in verb. non in alijs, in princ testatur ita pra-
cticari. Idem *Alex.* consi. 128 lib. 1 & consi. 19 lib.
6 *Carpan.* super constit. mediolan cap. 288 nu 25
& sequitur etiam Rota coram R. P. D. Ludovisio
Civitatis Castelli hæreditatis 16 Maij 1606, vbi
28 * etiam declaratur alia distinctio doctorum, qui
volunt quòd sint attendenda statuta vtriusque
loci, quia sunt intelligenda præsuppositis termi-
nis habilibus, concurrente videlicet in singulis
jurisdictione statuentium, quæ tunc dabitur
quando concurrit vtráque subjectio tam perso-
narum, quam bonorum in quolibet statuto, nam
alias illa cessante, statutum quóque cessabit *ex
supra allegatis.*

Nec facit decisio *Putei* 29 *lib* 2. vbi tenet quòd sta-
tutum originis porrigit vires extra territorium,
29 * cum illa non sit decisio *Rotæ*, sed particulare
votum *Putei*, quòd ex supra adductis non subsi-
stit, & in specie illud damnat *Rota coram R. P. D.
Ludovisio, Civitatis Castelli hæreditatis 10 Maij*
1606.

EPITOME.

Ædificia diruta quando possint reædificari
absque consensu Superioris, & recuperent

antiqua privilegia tam si devastarentur propter delictum, quam ob iniuriam temporum, seu hostium devastationum absque culpa Domini ¶ Et quid si rebelles & eorum filij sint reconciliati. ¶ Feudum an remaneat in area & solo, si destruatur domus, an extirpetur silva, olivetum, & vinea feudalis. ¶ In concessione oliveti & silvæ quando censeatur facta, mentio de olivis, & arboribus taxativè, seu demonstrativè ¶ Et quid in molendino concesso ad molendum frumentum, & legato ad vsumfructum. ¶ Extincta domo an sit extinctus census.

SVMMARIVM.

1 *Feudum remanet in solo, & superficie si destruatur domus, aut extirpetur silva, olivetum, aut vinea feudalis.*

2 *In concessione oliveti, seu silve in emphyteusim censetur facta mentio de olivis, & arboribus demonstrativè non taxativè, prout in concessione molendini frumenti, vel ad molendum frumentum, ideo poterit aliud molendinum construi, idem in legato fundi ad vsumfructum.*

3 *Ædificium funditus destructum an possit reædificari sine licentia Superioris ob existentiam soli.*

4 *Iudæis an sit licitum reædificare synagogas combustas & destructas absque auctoritate Episcopi.*

5 *Prohibitus ædificare castra an possit reficere, nu. 6. 7. & 8.*

9 *Habens potestatem ædificandi potest reficere castra destructa absque alicuius licentia, dummodo non ad æmulationem alterius, n. 10.*

11 *Castra diruta propter delictum non possunt refici sine consensu Superioris. Amplia quamvis rebelles, & eorum filij essent conciliati, n. 12.*

13 *Ædificia destructa propter delictum si reficiantur non recuperant privilegia antiqua.*

14 *Castra diruta ob devastationem hostium aut temporum iniuria absque culpa Domini recuperant pristina privilegia si reficiantur de licentia Superioris, n. 15.*

Caput CCCCXXXII.

**Adde sup. ad c. 217 n. 28.*

Silva, * vel oliveto, aut vinea in feudum concessis, dicitur datum etiam solum, quòd rema-
1 net apud vassallum feudi nomine, † quamvis illa penitus extirpentur *l. certo generis 13 ff. de servit. rustic. prædior. Alex. & Ias. in l. si quis legaverit 75 ff. de leg. 1 Schrad. de feud. p. 3 c. 4 n. 13 lib. 1 fol. 54* vbi etiam addit idem in domo, seu ædificio concesso in feudum, nam superficie destructa, remanet feudum in solo *l. si fundum sub conditione 83 § qui fundum, de legat. 1.*

Et facit quia si quis concessit in emphyteusim olivetum vel silvam, non dicitur concessisse olivas & arbores, quia censetur de illis mentionem fe-
2 cisse demonstrativè, ideò in quamcúmque formam superficies, seu fundus mutetur, concessio non expirat *Schrad. de feud. p. 6 cap. 6 n. 116.* Exemplo eius qui concedit alicui ædificare in flumine publico molendinum frumenti, vel ad molendum frumentum, videtur enim simpliciter permittere constructionem molendini, quasi illa verba ad molendum frumentum sint adiecta nõ gratia taxationis, sed demonstrationis, vnde quodcúmque molendinum ibi construatur, non intelligetur quid novi in flumine publico factos dummodo excedatur modus in concessione expressus *Bald. in l. 2 & ibi Ias. n. 100 Cod. de iur. emphyt. Schrader. d. cap. 6 num. 115.* Provt etiam dicimus de concedente fundum ad alimenta, seu vsumfructum, qui censetur dedisse proprietatem, quasi illa verba dicantur adiecta demonstrativè, non taxativè *Bart. in l. donationes in concubinam 32 § species, de donat. Ias. in l. cum ij quibus 8 § si vnus. de transactio.* & multa adduxi *supra c.*

Ideò destructo funditus ædificio, cùm remaneat so-
3 lum, dicebatur posse illud reædificari † sine licentia Superiotis *Ang. in auth. de non alienand. § hoc ius, ad fi. collat. 2.* quem citat *Benedict. de Vadis in addit. ad Felin. in repertorio, in verb. Synagoga* v-
4 bi ex hoc dicit posse concludi, † quòd Iudæis sit licitum reædificare synagogas combustas, vel in totum destructas absque liceotia Episcopi, cùm remaneat solum & arca, quasi remanentibus vestigijs prioris ædificij res non dicatur nova, quamvis esset in totum & funditus destructa, ideò merito videtur posse permitti reædificationem, vt etiam considerat *Dec. in l. domum suam 61 n. 3 de reg. iur.*

Vnde etiam prohibitus ædificare castra non prohi-
5 betur reficere *Bald. & Ang. in l. 1 § ædificare, de mort. inferend.* quos citat *Felin. in c. cum accessissent, n 33 de const.* cum alijs per *Boer. dec. 44 n. 4* & ita servari dicit *Ias. in l. ex hoc iure, n. 23 de iust. iur.* vbi quòd licitum est reficere muros Fortilitij seu Villæ sine licentia superioris *Gloss. & Bart. in l. sacra loca 9 § muros de rerum divis.*

Verum prædictis non obstantibus cootrsrium dixi concludendum esse. Nam quando castrum esset in totum & funditus destructum, vel alias mate-
6 ria penitus abolita, † tunc dicitur castrum novum si reædificaretur, ideò non licebit illud ædificare sine licentia superioris & taliter ędificanti potest renunciari novum opus, quoniam hæc refectio antiquam non sustinet. sed castrum novum facit *Boer. dec. 44 n. 5.* vbi multos allegat attestando ita fuisse iudicatum contra Dominum,
7 *qui volebat in area castrum ædificare, *post Alber.* qui etiam ita attestatur *in l. 1 § si quis ædificium ff. de oper. nou. nunciat. & in l. inter stipulantem § sacram. de verb. oblig. Felin. in cap. coniuncti in 2 n tab. de Iudæis, & in cap. cùm accessissent, 8 col. penult. in princ. versic. hæc & similia limita, nu. 33 de const.* Et quamvis *Dec. & alij supra allegati* aliud
8 concludant. * Tamen eorum opinio non est tuta, & contraria sententia est magis communis, & in iudicijs approbata, vt per *Doctores supra adductos, & per Alex. & Ias. in l. 1 § si quis ædificium, de nou. oper. nunciat. Idem Ias. in l. quominus, col. penult. numero 184 de flumin.* vbi multa similia adducit.

In eo autem qui haberet potestatem ædificandi
9 non datur ista differentia. *quia vnicuique in suo est licitum de anno ædificare seu reficere castra & similia, dummodo non ad æmulationem alterius, cùm enim habeat omnimodam iurisdictionem, nõ requiritur auctoritas alicuius, quidquid aliud sit in subditis & vassallis, qui non possunt ædificare castrum, aut fortilitium, nec barbacanas, archerias, & canonerias sine voluntate Domini superioris ius directum habentis

vt

vt late declarant ita distinguendo *Boer.dec.310 column.2 & 3 n.4 vsque ad 7. Dec.in l.dominum suam, 61 n.4 de reg.iur. Ias.in l.ex vere, nu.6 & 7 de iust. & iur.*

Et quòd dictum est de æmulatione voluit etiam *In-*
10 *noc.in c.pisanus,19 ad fi.de restit spoliat.* †vbi quòd non licet nova castra facere ad æmulationem alterius, prout neque incastellare vetera, ad quorum demolitionem poterit agi condictione legis, vel officio iudicis *Fel.n.in c.cum accessissent, ad fi.versic.secundo limita,de constit. Abb.in d.c.pisanus,col.vlt.versic.dicit etiam,n.15.* Quidquid *Iacob.de Aren. Ang. & Flor.* dissentiant, cùm contra eos sit verior opinio, vt latè declarat *Boer.dec. 310 n.8 vsque ad 12.*

Minus esset dubitandum in castris dirutis ob deli-
11 cta quæ non poterunt reædificari †nec restaurari absque Superioris licentia *Salic.in l.servus,in fin. C.de pæn. Frãc.in c.felicis,in princ.n.4 eod.tit. Ang. in l.numeratorum.n.44 de solut. & consil.34 col.2 in princip. Bald.in l.si vt proponis,la 2 ad fi.C.de nupt.*
12 † vbi ampliat quamvis rebelles, vel eorum filij essent reconciliati, quia stante constitutione, quod nullũ fortilitium seu castrum fiat sine consensu Papæ, si illud propter rebellionem fuisset funditus destructum, non licebit illis reficere absque consensu Papæ *Andr.Gail.obseru.61 lib.2 n.4 Ias.in l.quominus, col.fi.de fluminib.*

Immò neque ista castra destructa propter delictum si reædificentur, & restaurentur recuperant sua
13 privilegia antiqua, †puta iurisdictionem, merum & mixtum Imperium, exemptiones, & immunitates, & alia privilegia *Bellon.*latè *consil.1 n.7 post Alex.consil.43 lib.1 Curt.Sen.consil.26 lib.2.* dixi sup *c.217 n.28 Gail.obseru.61 n.4 lib.2.*

Quæ tamen sunt limitanda non procedere in castro diruto, & solo æquato temporum iniuria aut ho-
14 stium, & prædonum devastatione, †aut ex particulari alia provisione destructo absque aliqua culpa & delicto domini Castri, tunc enim, si fuerit reædificatum de licentia Principis, recuperat omnia iura & privilegia, cùm talis destructio fuerit casu fortuito, qui non debet nocere Domino, in quo nulla culpa potest considerari, & ita communiter distinguunt *Doctores in c.vbi lis n.n.26 & ibi Prepofit.n.2 in fi. Affl.n.18 de cap. Conrad. Bald.consil.322 in primis considerandum, lib 4 & de pact.constant.in princ.vers.imperialis clementia, col 4 in princ.versic.quid ergo si huiusmodi, n.10 & in Margar.in verb.civitas, Panorm.in cap. Abbate, 25 nu.16 de verb.signif. Alex.consil.193 ex themate, n.7 lib.2.*

Licet autem in supradicto casu recuperentur privilegia, & iura pristina quando Castrum fuit diru-
15 tum sine culpa Domini, † nihilominus hoc erit intelligendum dummodo reædificatio fiat de licentia Principis, quia stante totali dirutione nõ datur reædificatio absque illius auctoritate, vt conclusũ est sup. *versic.verum prædictis,n.6.* Vnde non esset quærendum de iuribus recuperatis nisi ædificium fiat servatis his quæ servanda sunt.

EPITOME.

Bona patrimonialia quando possint retrahi per filios etiam infantes, & in vtero existentes hæredes patris, qui illa vendidit. ¶Et quid in vita ipsius patris. Ius retractus an dicatur adventitium, & an detur filius ex persona propria, & an requiratur quod sint in rerum natura tempore alienationis. ¶Et an in eo pater habeat vsumfructum stante alienatione, per ipsum facta. ¶Hæres quando teneatur de evictione emptori ob retractum secutum. ¶Testator quo casu possit obligare bona hæredum ita vt excludantur à retrahendo. ¶Filius quando intret in locum patris in retractu, & fideicommissis & in similibus privilegijs. ¶Ius redimendi an sit ad instar successionis ab intestato, & an sit transmissibile tam activè quam passivè ¶Statutum vt ius retractus nõ possit vendi aut cedi an comprehendat alienationẽ quæ fit in hæredem suum. ¶ Titulus pro hærede an cadat in suo. ¶Privilegium quãdo extinguatur cum persona. ¶Requisitio agnatorum an præsumatur spatio longi temporis. ¶Ius redimendi an sit præscriptum per triginta annos. ¶ Et an in eo detur restitutio ex capite ignorantiæ. ¶ In iure quærendo an consideretur titulus aut mala fides. ¶Scientia præsumpta agnati an sufficiat ad effectum, vt non possit retrahere. ¶Et per quæ inducatur ista scientia. ¶ Denunciatio requisita per statutum quando sit de forma. ¶Statutum mãdans quod requirantur omnes agnati in alienatione facienda an comprehendat patrem vendentem ita vt teneatur filijs denunciare. ¶Filius quando dicatur vna persona cum patre, adeo vt scientia vnius dicatur scientia alterius ¶ Filius repudians quando admittatur quando legitimus & agnatus ¶Præscriptio quo casu currat filijs in potestate existentibus. ¶ Tempus belli & feriarum an retrahatur de præscriptione.

SVMMARIVM.

1 *Filij & heredes patris possunt retrahere bona patrimonij, vel avita à testatore vendita. nu.3.4 5.6 & 7. Amplia etiam in minore infante, & in vtero existente, n.8.*

2 *Heres quando possit venire contra factum defuncti, & nu.34.*

9 *Ius retractus etiam vivente patre datur filijs minoribus & pupillis, n.14.17 & 18.*

10 *Filius quidquid acquirit patri acquirit.*

11 *In adventitijs proprietas est filij, vsusfructus patris.*

12 *Ius retractus dicitur adventitium.*

13 *Pater non habet vsumfructum in bonis alienatis, & retractis per filium.*

15 *Potestas patris intelligitur quoad commodum filiorum.*

16 *Filius dicitur agnatus proximus.*

19 *Heres non tenetur emptori de evictione, nisi vendens rem subiectam redemptioni promisisset in specie illam esse securam adversus retractum.*

20 *Ius retractus non datur filio si evictio sit promissa per venditorem obligando bona heredum, & numer.24.*

21 *Effectus obligationis augetur si obligentur bona heredum.*

22 *Testator potest obligare heredes, & eorum bona.*

23 *Facta obligatione heredum per testatorem si adeatur hereditas sine inventario talis obligatio censetur per heredes ratificata.*

25 *Ius retractus datur filijs tam ex persona patris, quam propria, n.31 & 33.*

26 *Repræsentatio procedit tam si agatur de iure competente alicui ex dispositione legis, quam hominis.*

ut in fideicommissis, ac beneficijs, & privilegijs, in quibus filius ingreditur in locum patris, n. 27. 28 & 30.

29 *Ius redimendi quod datur agnatis proximioribus est ad instar successionis ab intestato.*

32 *Ius pretbomiseos datum proximioribus ad heredes transmittitur tam activè quam passivè.*

35 *Ius redimendi ratione consanguinitatis est personale non reale, ut illud vicinitatis, & an sit transmissibile, n. 91.*

36 *Statutum ut ius retractus non possit vendi aut cedi comprehendit etiam alienationem, quæ fit in heredem suum, n. 37 39 & 45.*

38 *Necesse est quodammodo ut quis moriatur cum hærede.*

40 *Titulus pro herede an cadat in filio, num. 41. 42. 43 & 44.*

46 *Privilegium cum persona extinguitur quando ad alios non potest transferri.*

47 *Retractus competit filio ex persona propria si probetur illum esse in rerum natura tempore alienationis, n. 50.*

48 *Ante nativitatem non dicitur quis agnatus.*

49 *Statutum mandans quod requirantur agnati præsupponit illorum existentiam.*

50 *Requisitio agnatorum præsumitur facta stante spatio longissimi temporis, n. 55. 56. 58 & 60.*

52 *Omnes solemnitates præsumuntur intervenisse spatio triginta annorum, nu. 54 & 59. Intellige ut numer. 53.*

57 *Consensus domini quando censeatur adhibitus in alienatione emphyteutica.*

61 *Ius redimendi est præscriptum spatio triginta annorum, numero 62. 63. 66 & 92. Declara ut numero 65.*

64 *Omnis actio dicitur præscripta spatio triginta annorum, qui currunt etiam contra ignorantes sicut contra scientes, & n. 67.*

68 *Restitutio non datur ex capite ignorantiæ in materia retractus præscripti tanquam agatur de lucro captando, non de damno vitando. Amplia etiam in minore, n. 69.*

70 *In iure quærendo non consideratur titulus, aut mala fides præscribentis, sed negligentia non potentis.*

71 *Scientia præsumpta agnati an sufficiat quando prætenditur retractus bonorum alienatorum, n. 74.*

72 *Per quæ verba inducatur scientia præsumptiva.*

73 *Iuris præsumptio dicitur esse legitima & liquida probatio.*

75 *A verbis claris non est recedendum.*

76 *Denunciatio quæ requiritur per statutum circa retractum an sit de forma & n. 93.*

77 *Scientia probatur per coniecturas.*

78 *Statutum mandans quod agnatus teneatur requirere omnes agnatos an emere velint bona alienanda comprehendit etiam patrem vendere volentē, qui debet denunciare filijs, quos habet in potestate, n. 82*

79 *Filius quando dicatur una persona cum patre, ita ut scientia unius sit alterius, nu. 81.*

80 *Filius repudians quasi filius, admittitur tanquam legitimus & agnatus.*

83 *Pauper est etiam requirendus ad retractum.*

84 *Filius etiam sub potestate debet requiri an velit retrahere cessante tamen fraude, quod pro alio non retrahat.*

85 *Filius quando habeatur pro legitimè denunciato stante requisitione facta patri ad retrahendum.*

86 *Præscriptio non currit filijs in potestate existentibus & multò minus pupillis, n. 87 & 88.*

89 *Tempus belli & feriarum detrahitur, ut non currat præscriptio, & n. 90.*

Caput CCCCXXXIII.

**Adde sup ad c. 205 n. 29 usque ad n 37.*

1 COntinentur* in casu proposito plura dubia
quorum primum omissa disputatione videtur solvendum affirmativè, †quod videlicet filij
hæredes patris, seu alij proximiores consanguinei hæredes venditoris possint retrahere bona
matrimonij, vel avita à testatore vendita, prout
etiam si in vita alienantis illa petijssent iure retractus, eique successissent, poterunt iustè litem
2 prosequi super eodem retractu, †quamvis enim
hæres non possit venire contra factum defuncti,
neque filius hæres patris possit revocare alienationem à patre factam *l. cum a matre, Cod. de rei
vend. cum alijs late adductis per Pinell. in l. 1 part. 3
3 n. 79 C. de bon. matern.* †Tamen natura huius prælationis est, ut etiam hæredem admittat, quoniam
iure proprio competit, nec factum defuncti impugnat, quasi retrahat tanquam proximior, non
ut hæres *l. debitor. 59 § uit. in fi. vers. quia non quasi
4 hæres, ff. ad Trebell. per quem tex.* †ita in specie retractus hanc quæstionem determinavit *Alabelorus Episcopus Trecenensis*, prout refert & sequitur
*Henric. Boic. in c. consilium, col. 2 post princ. vers. in
contrarium arguitur, & ibi Bellamer. col 2 vers. primo oppone, de restit. in integ.* ubi etiam quod ita te-
5 nuit *Petr. de Quercu Doctor Aurelianensis*, † quod
etiā voluit *Io. Nicol. Arelat. in repet. l. generaliter,
part. 2 n. 34 C. de secund. nupt. Ferrō. in consuet. Burdigal. tit. de retr. § 3 ad fi. & dec. 12 in princ. Everar.
loco argum. 115 de tāquam, seu respectivus, n. 29 vers.
trigesimoquarto facit, Pinell. in l. 1 p. 3 n. 99 vers. fulcitur quarto, C. de bon. matern.* Quidquid aliud sentiant *Aushar. Bererand. & Flersan.* de quibus per
6 *Hend. consil. 3 n. 66 lib. 1.* † Quia contraria opinio
est verior & magis communis, prout testatur *Gutier. pract. qu. lib. 2 c. 149 n. 2* ubi etiam refert *Matienc. in l. 7 taur. nu 66* ubi quod respondet omnibus contrarijs, qui possunt adduci *Gomes. in l. 70.
taur. n 10 Mōsal. in l. 3 in gl. nisi ve duas, tit. 10 lib.
3 for. ad med. Fanuc. de inventar. p. 7 n. 2. 9 tom. 8 p. 2
fol. 318 Tiraq. de retract. lignag. § 1 gl 9 n. 51 usque
ad 54 Rosental. de feud. cap. 9 Membr. concl. 76 n. 7.
p. 1 fol. 630 Masuer. in prax. titul. de rett. § item secundum opinionem, Cifontas in l. 70 taur. q. 20 Cassan. super consuetud. Burgund. rubr. 10 de retract. §
1 in text. ibi l'homme ou femme, col. 3 in princ. num. 8
versic. de maiore vero, fol. 1309 & in eodem, § 1 in
text ibi le plus prochain colum. 1 post med. vers nunquid autem filius, fol. 1316* ubi etiam allegat *Lude-
7 vic. Bologn. consil. 14.* Et idem † sequitur *Claudius
Marletius int. consil. eiusd. Chassan. 23 nu. 12* cui *d.
consil.* tribuit *Tiraq. de retract. lignag. § 1 gl. 9 n. 70.*
Quamvis alij dicant esse *Marsil.* ut per *Carpan.
super constit. Mediol. cap. 407 nu. 154 post med.* &
tanquam veriorem opinionem secutus sum supra *c. 205 n. 29 usque ad 37 tom. 2.*
Quæ procedunt, sive simus in maiore, sive mino-
8 re, etiam infante, & in utero existente, † ut late
concludit *Boer. decis. 12 numero secundo, cum sequ.
& decisio. 138* & multis rationibus hanc opinionem defendit *Claud. Merletus inter cons. Chassan.
consil.*

consil.23 per tot. vbi respondet omnibus obiectis
contrarium tenentium,& præsertim *Chassa.super*
consuetud. Burgund.rubr.10 tit.de retract.in text.i-
bi,l'omme ou femme, col 2 in fi.n.7 vsque ad 10 fol.
9 1309. † Cùm etiam viuente patre detur filijs hu-
jusmodi beneficium retractus etiam minoribus
& pupilli. Neque enim obstat, quod quidquid
10 acquirit filius † acquirat patri *l.si venditor, § pu-*
pillus, ff. de in diem addict. Quia hodie in adventi-
11 tijs proprietas est filij †vsusfructus autem patris
*l.cum oportet,in princ.C.de bon.quæ liber.*sicut est
12 ius retractus quodd dicitur adventitium, † vt in
specie concludit *Idem Claud.Mortet.int.consil.*
Chassa.23 n.11 quem approbat *Tiraq.* alios addu-
cens *de retr.lignag.§ 1 gl.9 n.59 & 70 vsque ad 76*
13 vbi † etiam multa, quod neque hoc casu pater
habebit vsumfructum in dictis bonis retractis
Bellarm.in c.constitutus,col.11 in versi.plus dicebam,
de restit.in integr. Prout neque obstabit quod fi-
lius nihil habeat, cum omnibus latè respondeat
14 *Tiraq.d.§ 1 gl.9 n.59 vsque ad nu.76.* † Et passim
datur filijs ius redimendi alienata per patrem i-
15 pso viuente, † cùm potestas patris intelligatur
quo ad commoda filiorum *Pinell.in l.1 p.3 nu.74*
in fi.C.de bon.matern. Et stante facultate redimē-
16 di data proximioribus, † filius dicitur agnatus
17 proximus *l.filius,12 ff.de suis & legitim.hæredib.*†
& ita in specie magis communiter concludant
Isern.Præposit. Alvarot. Affl.& alij in c.1 § Titius,si
de feud.defunct.content. Bald.consil.276 lib.5 Mi-
finger.obseru.85 n.2 cent.4 Ias.consil.56 lib.3 Curt.
18 *de feud.p.4 num.151* † & de verissima opinione, &
magis communi testatur *Schrad.eod.tit.de feud.p.*
8 c.7 n.9 & 10 fol.260 Pinell.in l.1 p.3 n.74 C.de
bon.matern. Rosental.de feud.c.9 membr.2 concl.82.
n.12 & q.67 & 88 eod.c.9.

Ideo neque hæres tenebitur emptori de evictione,
nisi vendens rem subiectam redemptioni promi-
19 sisset illam esse tutam, †ac securam etiam adver-
sus retractum consanguineorum. tunc enim stā-
te ista speciali & expressa promissione non ad-
mitteretur hæres patris vendentis ad retrahēdum,
quidquid aliud sit quando promissio evictionis
esset generalis, nam illa non impediret quod fi-
lius non posset retrahere *Gutierrez pract.q.lib.2 c.*
149 in fi.Tiraq.de retract.lignag.§ 1 gl.9 n.36 Prāc.
de inventar.p.7 n.219 tom.8 p.2 f.318. & conclu-
dunt *Bart.& alij in l.si familia, vbi Gl.fi.vers.quod*
firmiter.C.famil.ercisc. *Martin.Laudens.& Card.*
Alex.in c.1 col.1 si de feud.vassall.ab aliq.interpell.
fuer. Alex.consil.21 n.6 lib.5 Aret.consil.3 n.1 Ruin.
20 *consil.72 n.5 lib.5.* † Quod etiam procederet, si e-
victio fuisset promissa per venditorem obligādo
bona quoque hæredum, tunc enim non daretur
21 filio ius retractus *Hond.consil.3 n.63 lib.1.* † Au-
getur enim effectus obligationis, quando obli-
gantur bona hæredum *Bald.in l.qui se patris,n.32.*
C.unde liber. Rol.consil.97 n.47 lib.2 Paris.consil.16
22 *n.42 lib.1.* † Potest enim testator obligare hære-
des,& eorum bona *Bald.in l.assiduis.C.qui potior.*
23 *in pign.habeant,Ceph.consil.192 n.25 lib 3.* *Et quo-
ties facta est obligatio hæredum si adeatur hære-
ditas sine inventario,talis obligatio censetur per
hæredes ratificata *Affl.dec.114 n.116.* Vnde me-
24 ritò illis non dabitur vendicatio bonorum, * in
quibus ius prætendunt *Roland.* qui de communi
consil.97 n.46 vsque ad 53 lib.1.

Secundo quæritur an ius retractus competat nepo-
25 tibus & eorum personis proprijs, *vel ex perso-
na eorum patris. Et quidem breviter concluden-
dum est, quod etiam in iure redimendi filius in-
greditur locum patris prædefuncti,eiúsque per-
26 sonam repræsentet, *cùm illa repræsentatio pro-
cedat non solum quando agitur de iure compe-
tente alicui ex dispositione legis *§ cum filius, inst.*
de hæredit.quæ ab intest. deferunt, Paris.consil.20 n.
21 lib.3. Sed etiam quando agitur de dispositione
27 hominis, *ita vt etiam in fideicommissis hoc at-
tendatur *Alex.consil.26 n.13 vers.præterea & ibi*
Add.in verb.communiter,lib.3 & cons.86 lib.1 post
Gl.ab omnibus receptam in l.cum ita, 33 § in fidei-
commisso, in verb.1 ff.de leg.2 Aym.consil.67 nu.5
Rol.consil.68 n.31 lib.1 Menoch.consil.184 n.31 lib.2.
28 *Cum etiam in beneficijs & privilegijs filius in-
grediatur in locū patris *Bald.in l.1 n.7 col 5 versi,*
pone dicat statutum,C.de secund.nupt. Alex.cons 26
29 *nu.10 lib.3.* Maximè quia ius redimendi, * quod
datur agnatis proximioribus est ad instar succes-
sionis ab intestato *Affl.in c.1 § sed & res, n.10 per*
quos fiat investitur. Tiraq.de retract.lign.§ 1 gl.79
n.84. Vnde merito filius in hoc iure debet ingre-
30 di in locum & gradum patris, *cùm ingrediatur
in illis, quæ ad similitudinem successionis defe-
runtur *Ang.in § cum filius, instit.de hæred.quæ ab*
31 *intest.deferunt.* * & ita per supradictas, & similes
rationes concludit in specie *Schrad.de feud.p.8 c.*
7 n.38 vsque ad 41 fol.266 & hanc repræsentatio-
nem admittit quoque *Tiraq.de retract.lign.§ 1 gl.*
9 n.93 cum seq. quamvis videatur dubitare *in § 1 &*
32 *gl.9 n.2.* * Cùm etiam istud ius prothomiseos &
facultas redimendi, quæ datur proximioribus ad
hæredes transmittatur tam activè quam passivè,
si sint capaces rei quæ redimitur *Affl.de iur.pro-*
thomis.§ 2 incip vt infra triginta dies, nu.22 Paris.
consil.81 n.25 & 26 lib.7 per text.in l.1 C. vt action.
ab hæred.& contra hæred. Schrad.de feud p.8 c.7 n.
30 fol.265 Rosental.eod.tit.c.9 membr.2 concl.62 n.
1 fol 660. Et quamvis hoc permittatur filijs tan-
quam hæredibus,& per viam repræsētationis,vt
33 dictum est. *Non tamen excludentur etiam à re-
tractu ex persona propria, cui hoc ius prælatio-
nis competet iure proprio tanquam proximiori,
non ex persona alterius,nec tanquam hæredi, sed
prout voluerit *Henric.Boic.in c.constitutus, col.2*
34 *post princ.de in integr.restitut.* Cum, vt supra di-
ctum est, hæres possit etiam ex propria persona
contravenire *Tiraq.de retract.lignag.§ 1 gl.9 n.55*
in fi.post Fulgos.consil.67 paterfamilias,col.3.versi.
in eo autem, v.4 Natt.consil.470 nu.13 vsque ad 18
35 *Menoch.consil.89 n.22 cum seq.lib.1.* *Ideo tale
ius competens ratione consanguinitatis est per-
sonale,non reale, vt est illud vicinitatis *Affl.de*
iure prothomis.in princ.legis, n.43 Novell.eod.tit.§ 2
n.129 cum seq. Bald.in l.ad officium,n.7 C.commun.
divid. Hond.consil.10 n.12 lib.2.

Verum est quod in casu de quo agimus tale ius re-
dimendi non potuisset in hæredem suum trans-
mitti, cum ex alio statuto *cap.91* expressè cavea-
36 tur * quod idem ius non posset vendi, cedi, tradi
alienari, vel in alium transferri quovis titulo lu-
crativo, vel oneroso voluntario & necessario, de
quo statuto, vt non posset fieri cessio meminit
37 *Tiraq.de retract.lignag.§ 26 gl.1 n.2.* *Vnde cùm
prohibeatur in alium transferri quovis titulo,
comprehēdit etiam alienationem, quæ fit in hæ-
redem suum, in quo reperitur titulus pro hærede

vt *ff. & C. pro hæred.* Et talis titulus videtur ne-
38 cessarius nã quodammodo necesse est, † vt quis
moriatur cum hærede ex notatis per *Bar. in l. ex
facto, § si. ad Treb. Abb. in c. in præsentia, in gl. 1 de
prob. Ang. consi. 265 Alex. consi. 17 num. 2 li. 5* & in
39 puncto istius statuti Lucẽsis* ita concludit *Dec.
consil. 221 viso puncto & diligenter, n. 3 col. 1 in fin.*
40 quem in eisdem terminis dicti statuti sequitur †
*Socin. Iun. consi. 22 n. 5 vsq; ad 8. lib. 1 Ceph. consil. 53
n. 19 cum seq. Cornazar. dec. Lucen. 62 nu. 2 & dec.
173 nu. 4* Quamvis enim titulus pro hærede non
cadat in filio, qui erat in patria potestate *l. nihil
41 C pro hæred.* † Tamen hoc procedit quando filij
simpliciter venirent vt filij & tanquam sui *l. 2 §
filium, ff. pro hæred.* Secus autem, quandò, provt in
42 casu nostro, non veniunt vt filij, † sed vt agnati,
quibus ex lege municipali datur istud jus redi-
mendi, cum etiam requiratur, vt sint masculi, vt
43 disponitur in eodem statuto. Nam † tunc etiam
in filio, qui ita venit, habet locum titulus pro hę-
rede *Bal. in rubr. extr. de præscrip. col. 4 ante med.
versi. dicas quòd si filius, n. 15* vbi quod ab alio non
fuit annotatum *Alex. in l. suis, col. 1 ad med. versi.
hoc tamen limitari debet, n. 7 ff. de liber. & posthum.*
vbi quod est mirabile verbum legistis incogni-
tum *Idem Alex. in l. 1 col. penul. in fin. nu. 17 C. qui
admit. per tex. in l. 1 § sed videndum de success. edict.*
44 † Imo etiam in casu nostro propter illa verba v-
niuersalia quovis titulo voluntario, seu necessa-
rio habebis locum titulus pro hærede, etiam in
filio, quamvis propriè non dicatur habere talem
titulum *Gloss in Clem. ne Romani, § 1 in verbo quo-
vis modo, de elect. & in Clement. 1 de reb. Eccl. non
45 alienand.** & in indiuiduo per istam rationem ita
concludit *Dec. consi. 221 col. 2 in pr. n. 4 Socin. Iun.
consil. 22 n. 6 ad fi. versic. 3 etiam respondetur, lib. 1.*
Maximè quia hujusmodi statutum videtur dare
priuilegium ei, qui non fuit requisitus, cùm ta-
men requiri debet, & quidem personaliter, quia
persona ejus passa est neglectum venditoris non
requirentis. Vnde tamen ex hoc, quam etiam
46 quia statutum expressè declarat † tale priuile-
gium ad alios non posse transferri, meritò dicẽ-
dum est quod cum persona illud fuit extinctum,
ita vt neque transeat in filium *Soci. d. consi. 22 n. 7*
ex notatis per *gloss. in l. si tibi decem § si pactum ff.
de pact.*

Non poterunt igitur in hoc casu venire jure reprę-
sentationis, licèt possint ex persona propria, dũ-
47 modo tamen probetur illos fuisse in rerum na-
tura tempore alienationis, cum statutum requi-
rat, adsit agnatus qui ante natiuitatem non dici-
48 tur talis* *l. final. de colla. bonor.* quod etiam colli-
gitur ex eodem statuto dum disponit, quod re-
quirantur agnati, vnde præsupponitur illorum
49 existentia, † ad hoc, vt eis possit fieri requisitio
l. 4 § toties, de dam. infect. Vltra verbum habeat
agnatos, de quo in dicto statuto, quod est præ-
sentis temporis designantis quod sint nati *l. ex
50 facto in pr. de vulg. & pupill. cum alijs per Dec.* † qui
ita in specie concludit *d. consi. 221 col. 1 n. 1 & ibi
Add. in verb. natus post Tiraq. de retract. lignag. §
1 gl. 9 n. 80.*

Quo vero ad tertiam quæstionem concludendum
est affirmatiuè, quod requisitio agnatorũ facien-
51 da per eum,* qui vult alienare bona patrimonia-
lia vigore statuti permittentis retractum præsu-
matur facta stãte spatio longissimi temporis ne
52 dum triginta, sed quadraginta annorum, † cum
omnes solemnitates longo tempore præsumãtur
*l. si filius C. de petit. hæred. Alex. consil. 113 n. 5 lib. 1
53 Affl. El. dec. 305 n. 3 Aret. consi 36 n. 5 & 6.** Maxi-
mè in solemnitate de qua agimus, quę potest in-
teruenire ante vel post actũ. Vnde magis præsu-
mitur adhibita per spatium diuturni temporis,
quamvis ex inspectione actorũ non appareat il-
lam interuenisse *Dec. consi. 341 viso puncto, n. 13 &
consil. 409 n. 12 Surd. dec. 314 n. 20 p. 2 Roland. con-
si. 99 nu. 33 & 34 lib. 2 Ceph. consi. 171 num. 40 lib. 2*
Et regulare est quod in omnibus actibus tam ju-
54 dicialibus ¶ quam extrajudicialib. solemnitates
extrinsecæ præsumantur per spatium dicti tem-
poris, vt in sentẽtia, arbitramento, consensu, elẽ-
ctione, licentia, delegatione, beneplacito Apo-
stolico & similibus casibus, quos latè compro-
bat *Schrad. de feud. p. 10 sect. 12 nu. 47 vsque ad 62
Rosental. eod. tit. c. 4 concl. 1 fol. 105 Rot. diuer. dec.
179 p. 2 Roland. consil. 99 num. 23 vsque ad 34 lib. 2
55 Ann. consi. 113 n. 1 & 41 lib. 2* ¶ Et in specie requi-
sitionis de qua agimus vigore statuti conceden-
tis retractum *Bellarm. consi. 46 nu. 7 & 8 Prosper.
Rendellus de iur. prothom. § transcurso autem, in pr.
tex. 9 n. 2 cum seq. fol. 281 & in eod. § in verb. ex a-
56 liquo contractu, num. 28 fol. 293* ¶ vbi etiam con-
cludit quòd ista licentia & denunciatio pro-
ximiorum quod consenserint ementi præsuma-
tur per spatium longi temporis id est decennij,
cùm non agatur de magno præjudicio in ipsis
causis retractuum quoad diminutionem patri-
monij omittentium retrahere, quando allegans
57 denũciatum fuisse est in possessione. ¶ Exemplo
emphyteotæ & similium quoad consensum do-
mini *Alex. consil. 113 n. 10 lib. 4 Roland. consil. 99 n.
25 lib. 2 Dec. consil. 409 colu. 1 Gozad. consil. 11 nu. 18*
58 ¶ Quod tamen de tempore decem annorum mo-
dò non est firmandum, cùm non sit necesse tan-
quam pręsupponatur in facto excessisse spatium
59 annorum quadraginta & sexaginta, ¶ per quod
temporis spatium omnes concludunt præsu-
mendas esse solemnitates à jure, seu statuto re-
quisitas *Bellon. consi 46 n. 5 & 6 & consi. 39 num. 6
Jas. in l. sciendum, colu. 7 de verb. obl. Imol. in c. per-
uenit, numer. 13 de empt. & vendit. Menoch. præ-
60 sump. 132 num. 41 cum seq. lib. 3* ¶ Et in specie hu-
jus statuti Lucensis quod præsumatur facta re-
quisitio proximiorum ex spatio dicti temporis
concludit latè *Socin. Iun. consil. 22 n. 12 vsq; ad 20
lib. 1* vbi etiam quod in terminis ejusdem statuti
ita consuluit *Dec. consi. 222 alias est consil. 221 viso
puncto & diligenter, col. 4 in pr. versi. quarto prædi-
cto nu. 6.*

Quartum dubium est decidendum affirmatiuè,
61 quod per lapsum triginta & quadraginta anno-
rum ¶ sit præscriptum hujusmodi jus redimendi
*Castr. consi. 430 circa primum, in princ. lib. 2 Tiraq.
de retract. lignag. § 35 gloss. 2 numer. 35 per tex. in c.
porro qualit. olim. feud. al. c. pot. Capoll consi. ciuil. 43
62 col. fi.* ¶ & in specie statuti Lucensis, de quo agi-
tur *Dec. consi 221 viso puncto & diligenter. col. vlt.
ad fi. vers. vltimo non est omittendum. Soc. Iun. cons.
63 22 n. 20 lib. 1* ¶ Et ita in Rota Lucana sępius fuisse
decisum testatur *Joseph. Ludouic. dec. Lucen. nu-
64 mer. 12* Cum per hoc temporis spatium ¶ sit sub-
lata omnis actio *l. sicut & l. vl. C. de præscrip. trig.*
annor.

annor.l.2 C.de const.pecu. Dec.consil.267.non ex-
65 cedit,num.4. Afflict.dec.13.nu.2.& 3. † Intelligendo quando sumus in eodem emptore & eius hærede, cum aliud sit quando idem emptor alij vendidisset, tunc enim sufficerent decem anni inter præsentes, & viginti inter absentes. Exemplo actionis hipothecariæ Tiraq. de retract.lignag.§.1.
66 gloss.10.n.11.& §.37.gloss.2.n.31.in fin. † Et quamuis Ludouic.d.dec.Lucens.52.n 13.cum seq. contrarium teneat, quod in terminis dicti statuti non currat ista præscriptio triginta annorum, ita vt neque sufficiant centum anni, nisi à die scientiæ
67 veræ, non præsumptiuæ, † Tamen eius opinio non est tuta, cum præscriptio longissimi temporis currat etiam contra ignorantes, sicut contra scientes Boer.dec.112.per tot. Felin. in c.ex transmissa 10.colum.penul.in fin.n.8 de præscript. Balb.eod.tit. 4.part.4.part.princ.qu.28. Tiraq.de retract.lignag. §.35.gloss.4.n.18 & 19. Bon. de statut.vrb.præscript. glo.19.nu.1.cum seq. late Castr.cons.30.nu.10.vsque ad 22.lib.3.per text.clarum in l.sicut.3.vbi Ang.nu. 14.Bald.in fi.n.19. C de præscript.trig.vel quadrag. annor.Socin.in l.cum filius, §.in hac,col.penult.ad fi. vers.tertio contra hanc opinionem, ff.de verb oblig. cum alijs per Hended.consil.83.n.54.lib.1.

Quinta dubitatio ex supradictis deciditur, quod scilicet non detur restitutio in casu nostro ex capite
68 ignorantiæ. † Cum enim simus in materia retractus agitur de lucro captando, non autem de damno vitando, vnde talis ignorantia non potest prodesse Bar.in l.si quis in graui,§ vtrum.ff.ad sillan.& notat in specie Tiraquell. de retract. lignag. §. 35.
69 gloss.num.45. † vbi etiam quod in hoc casu negabitur minori talis restitutio. Maximè quia vbi datur restitutio ex capite ignorantiæ, illa debet esse probabilis, non crassa & supina, Præsertim quando igitur de lucro captando, vt in terminis præscriptionis dicit Paris.cons.16.n.139.lib.2.Dec. cons.19.n.2.& 8. Alex.cons.163.n.6.lib.2.Socin.cons. 219.in fi.lib.3. Surd. qui de communi decis.4.n.7. cum alijs quos adduxit decis.4.nu.38. vsque ad 41.
70 † Immo in iure quærendo non consideratur titulus, aut mala fides præscribentis, sed solum negligentia non potentis, Vnde passim præscribitur istis iuribus absque dicta qualitate bonę fidei, aut tituli Bald in l.licet,nu.5.vers in contrarium, C.de iur.deliber.Castr.cons.279.n.2.lib.1. Corn.cons.305. n.6.lib.3.Paris.cons.32.n.16.lib 3.Socin.qui de communi cons.81.in fin.n.6.lib.1.

Sextum dubium videtur dicendũ affirmatiuè, quod sufficiat præsumpta scientia agnati prætendentis
71 † retractum bonorum alienatorum, Nam statutum præsupponit, quod intelligatur scire ille, cui emptor, vel alia persona pro eo denunciauerit, vel
72 si alio legitimo modo sciuerit, † quæ verba includunt etiam scientiam præsumptiuam, cum iuris
73 præsumptio soleat esse legitima, † & liquido probatio l.licet.imperator,de legat.1.Bartol,in l.vltim. de public.iudic. Abb.in c.1.in 2.notab.de cleric.non
74 resid. † Et in specie statuti de quo agimus concludit Socin.Iun.cons.1.n.16.vsq. ad 19.lib.2. post Decian.cons.121. columnn.3. in fi. vbi etiam considerat quod in huiusmodi statuto capit.82.adsunt verba illa A die scientiæ verę vel pręsumptiuæ, quæ vi-
75 dentur clara, † ita vt ab illis non sit recedendum Bart. in l.1.§.quod constitutum, de testament.milit. Maximè quia denunciatio per statutum requisita
76 non est de forma, † vt per Decian.ibid.& per Socin.Iun.cons.1.nu.18.lib.2.& sic admittentur con-
77 iecturæ ad probandam talem scientiam, † quæ, regulariter per eas probatur Bartol.in l.qui Romæ, §.duo fratres, n.3.de verborum obligationibus. Alexand.cons.187.nu.8.lib 2.Rum.cons.42.nu.21.lib.1. Nat.cons.23.n.2. Abb.cons 81.n.2.lib.1.Rumin.Iun. cons.1.nu.12.

Circa septimum dubium videtur verior opinio af-
78 firmatiua, quod stante dicto statuto, † vt agnatus teneatur requirere omnes agnatos suos vsque ad quartum gradum antequam emere velint bona alienanda, si pater vendit: tenebitur etiam requirere filios suos, quos habet in potestate, & non emancipatos, quamuis enim pater & filius censeantur vna & eadem persona, ita vt filius non possit re-
79 tractare factum patris, † cum scientia patris dicatur scientia filij, tamen ista identitas personæ in hoc casu non est consideranda, cum filius non solum dicatur patri filius, sed etiam agnatus, nam si eluditur per caput Vnde liberi, puta quia repudiet quasi filius, adhuc tamen admittitur quasi
80 legitimus, † & agnatus l.2.vnde legitim.l filium,ff. de suis & legitim.§.sunt autem agnati,instit.de legitim. agnat.tutel. & de legitim. agnat. success. Vnde cum statutum det facultatem redimenti agnatis; debet etiam illam concedere filiis, si eorum pater aliquid vendat, ne dicamus eos esse deterioris conditionis, quàm alij minus proximi, cum tamen debeant esse melioris, tanquam agnati proximiores patri, de quibus etiam dicendum est sensisse statutum, quod tanquam factum fauore agnationis magis militat in filiis, quàm in remotioribus, neque talis notificatio videtur haberi pro facta propter scientiam patris alienantis,
81 † nam tunc sufficit, vt illa fiat patri respectu filiorum, quando alius agnatus alienat, & sic quando paterfamilias est de agnatis, quibus ius redimendi competit, non autem quando ipsemet pater vendit, nam hoc casu filio tantum ius prælationis competit, ideo est ei facienda requisitio, non se-
82 cus ac si alius, † quam pater alienaret, ita in specie istius statuti concludit Socin.Iun.cons.4.n.10. vsque ad 15. & clarius numer.30. vsque ad 33.lib.2. quem sequitur Osasc.decis.175.colum.2.in princ. vers.ex quibus post med.& vers.faciunt notata, post Sonsbechium de feud.part.13.num.126.cum seq.tom. 10.part.2.fol.156.

Nec obstat quod videtur superfluum fieri requisitionem filiis, cum non habeant vnde soluant, Quia
83 hæc ratio non est concludens, † nam alias sequeretur, quod neque esset facienda proximiori pauperi, cum tamen etiam ille sit requirendus vt per Osasc.dict.decis.175.num.1.versic.nec obstat, cum alijs per Tiraquell. de retract. lignag.§.1.gloss 9.nu.59. vsque ad 76. Vnde passim admittuntur ad retractum filij non considerato an sint sub potestate,
84 † quod nihil habeant dummodo tamen non posset considerari aliqua fraus; quod nomine alterius vellent retrahere Iacob.Nouell, Martianensis & alij per Carpan.super consuetud.Mediolan.c.40. nu.160.& 161. Tiraqu.de retract.consang.gloss.1.§. 5.n.3.& 4.

Ex quibus patet etiam resolutio octaui dubij quod videlicet non obstat statutum cap.78.ad fin.lib.2. dum disponit quod si pater fuerit requisitus non
85 debeat filius requiri, † ita vt consensus à patre præstitus quomodocumque & qualitercumque, siue pro se tantum, siue pro filiis; & descenden-

tibus illis præiudicet, quia statutum loquitur quando alius agnatus vendit, tunc enim requisito patre habetur filius pro legitime denunciato, aliud est quando ipsemet pater alienat, nam in hoc debet seruare formam ab eodem statuto requisitam, vt denunciet agnatis proximioribus, quorum appellatione veniunt filij, vt supra dictum est, & notat in specie similis statuti *Socin. Iun. cons. 4. nu. 30. vsque ad 34. lib. 2.*

Hæc breuiter dixi super dubiis propositis quantum temporis angustia patitur, cum multa alia possent adduci, si plus otij foret, quibus tamen addendum

86 est, † quod ad euitandam præscriptionem, esset deducendum tempus impedimenti iuris, si videlicet essemus in filiis existentibus in potestate patris, qui propter iuris resistentiam non possunt agere, vnde non mirum, si eis non curreret præscriptio *Bartol. in l. 1. §. si quis propter, de itin. actuque priuat. Bald. in l. 1. §. vltim. n. 1. & ibi Angel. num. 14. Cyn. in princip. Salic. nu. 9. Cod. de annal. except. Capell. Tholos. decis. 76. Honded. consil. 83. nu. 56. lib. 1. Surd. decis. 151. nu. 3. & 4. Balb. de præscript. 1. part. 6. part. princ. nu. 17. Pinell. in auth. nisi tricennale, nu. 42. Cod. de bon. matern. Felin. in cap. ex transmissa, n.*

87 *8. de præscript.* † Vnde multo magis subducetur tempus pupillaris ætatis filij existentis in potestate patris, cum in hoc casu adsit impedimentum iuris, vt dictum est, maximè quia semper pupillaris ætas excluditur ab ista præscriptione longissi-

88 mi temporis † *Ang. in l. sicut, n. 6. Cod. de præscript. trigint. vel quadragint. annor. Fulgos. cons. 64. ante fi. Alexand. cons. 89. n. 4. lib. 2. Bero. cons. 129. n. 4. lib. 2.*

89 *Osasc. decis. 69. nu. 14. Surd. dec. 4. nu. 1.* † Et vltra dicta detrahendum est etiam tempus belli, non solum vigore statuti, sed etiam iuris communis *Innoc. in cap. ex transmissa, & ibi Abb. nu. 4. de præscript. Idem Abb. cons. 18. colum. penultim. & vlt. lib. 2. Corn. cons. 177. n. 9. lib. 4. Paris. cons. 92. n. 38. lib. 3.*

90 *Honded. cons. 83. nu. 18. lib. 1.* † Prout etiam tempus feriarum cum aliis quæ in spatio tot annorum occurrunt, ex quibus potest dici præscriptionem impediri *l. 1. in fin. Cod. de annal. præscrip. Abb. in cap. ex transmissa, n. 9. & 13. & ibi Matt. Coler. n. 7. cum seq. de præscript.*

Esset etiam considerandum an opinio Dec. & Socin. Iun. sit probabilis, cum semota eorum auctoritate posset de ea dubitari circa illam conclusionem repræsentationis, cum statutum non videatur eam tollere, quamuis prohibeat translationem

91 in alium fieri, † hoc enim debet intelligi de non capacibus, ad quos non est transmittibile ius prælationis consanguinitatis, nam si alias sint agnati æquum est, vt in eos possit transferri *Afflict. de iur. prothomis. §. 2. incip. vt infra triginta dies, num. 22. Paris. cons. 81. nu. 15. & 26. lib. 3. Ruin. cons. 47. nu. 8. lib. 4. per text. in l. ad officium. vbi Castrens. in fin. n. 7. Cod. commun. diuidund.* Quo verò ad alia firmata per Decian. & Socin. Iun. non crederem posse

92 ab eis recedi, quamuis † contra eos latè concludat suo marte *Ludouic. dec. Lucens. 52.* cuius dicta non sunt consideranda, prout neque illa quæ adducuntur per Decian. *cons. 45. lib. 4* cum præsupponant, quod non currat præscriptio longissimi temporis contra ignorantem, & quod non simus in acquirendis, & quod denunciatio sit de substantia actus, non autem solemnitas cum aliis per

93 eos allegatis, † quæ omnia sunt absurda & contra receptas Doctorum sententias, vt ex conclusionibus supra firmatis apparet, & circa illud quod non simus in substantia actus dixi supra *cap. 268. n. 36. vsque ad 40. post Addentis ad Alex. cons. 50. in verb. substantia, lib. 5. Cephal. cons. 148. nu. 27. cum seq. Osasc. dec. 176. in fin.*

EPITOME.

Licentia transeundi ad laxiorem religionem an possit concedi per alium, quam per Summum Pontificem stante decreto *Conc. Trident. sess. 25. cap. 19 in fin. de regularib.* ¶ Et quid si adsit causa legitima. ¶ Et qualis debeat esse ista causa. ¶ Et quomodo de ea dicatur constare. ¶ Et quando prosit tam in foro iudiciali, quam in foro conscientiæ. ¶ Dare facultatem transeundi ad laxiorem regulam an sit absoluere à voto, seu parte voti seruandi strictiorem.

SVMMARIVM.

1 *Regularis non debet transferri ad laxiorem religionem vigore cuiusque facultatis. Et de quibus facultatibus hoc intelligatur, nu. 2. 4. 5.*

3 *Generalis ordinis S. Augustini an possit concedere licentiam transeundi ad laxiorem religionē stante iusta causa. Et quid in aliis, nu. 19. 21. & 22.*

5 *Solus Papa an concedat licentiam transeundi ad laxiorem religionem, n. 7. 8. 10. 11. 12. & 20.*

9 *Dare facultatem transeundi ad laxiorem regulam est absoluere à voto, vel parte voti seruandi strictiorem.*

13 *Causa legitima transferendi ad laxiorem religionem est austeritas regulæ, infirmitas perpetua, senectus, vel similis.*

14 *Causa transeundi ad aliam religionem debet adnotari in alia scriptura authentica. Et de effectu istius adnotationis, nu. 15. & 16.*

17 *Dispensatio Papæ transeundi ad laxiorem regulam sine causa prodest in foro iudiciali, non conscientiæ, & num. 18.*

CAPVT CCCCXXXIV.

Clemens Papa VII. concessit Eremitis Camaldulensibus, vt quoties obtinuerint, Capitulo, vel Priore Sacri Eremi dimissorias ad id litteras, possint transire ad Monasteria, & conuentus Congregationis Camaldulensis in eisque omnino recipi debeant.

In Concilio Trident. *cap. 19. in fi. sess. 25. de regularib.*

1 disponitur † quod nemo regularis cuiusque facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem.

Dubitatur modo an dicta facultas Clementis VII. censeatur abrogata *d. decreto Concil. c. 19.*

Videtur negatiuè respōdendum quod non sit abrogata dicta facultas, quia mens Concilij non fuit

2 tollere facultates legitimas, & iuridicas, † quæ sufficerent ad huiusmodi transmissionem, sed solū illas quę sine iusta causa, & sine consensu cōuentus, & sine causæ cognitione fiebant ab aliquibus Prælatis prout in terminis concilij notat *Nauarr.*

3 *cons. 56. n. 3. de regularib. lib. 3.* † Vbi etiam ex hoc concludit quod Generalis ordinis Sancti Augustini possit concedere facultatem transeundi ad religionem laxiorem non obstante dicto decreto Cōcilij cum iusta causa: *Idem Nauar. cons. 57. n. 2. eodem*

4 *eod. tit de regularib. lib* 3. † prout etiam de iure cō-
muni est verior opinio vt per *Innoc. Host. & alios*
in c. non est, & in cap significatum, de regularib. Na-
uar. in eod. tract. de regular. in c statuimus, comment.
5 *4. in 3. not. n. 11. vers. quinto quod superior. 19. q. 3.* † V-
bi quod etiam inferior Papæ potest ex causa iustè
dispensare, vt regularis transeat ad religionem
laxiorem *Silnest. in verb. religio. 4. q. 2. Host. in sum.*
de regularib.
Neque obstat quod solus Papa possit cōcedere hanc
6 licentiam † *Gloss. in cap. cum singula 32. §. prohibe-*
mus, in verb. canonice, de prabend. & dignit. in 6. per
text. in c proposuit, de concess. prabend. Gnlielm. de
7 *Mont. Laudun. in clement. 1. nu. 2. de elect.* † Quia
intelligitur quod solus Papa hoc possit facere de
potentia faciendi sine causa quo ad forum exte-
rius, vt declarat *Nauar. in d. cap statuimus, cōment.*
4. n. 12. ad fi. vers. quinto quod superior in 3. not. 19. q.
8 *3. & consil. 88 nu. 2. de regularib. lib. 3.* † Nam aliàs
neque ipse Papa potest iuste, nisi ex iusta causa
transferre ad laxiorem regulam, cum neminem
possit ab vllo voto absoluere, nisi præcedente le-
gitima causa *c non est, & ibi Gloss. de vot.* Et dare
facultatem trāseundi ad laxiorem est cum effectu
9 absoluere à voto, † vel parte voti seruādi strictio-
rem, vt explicat *Idem Nauar. in d. 3. not. n. 10. vers.*
secundo adde. Azor. in summ. lib. 12. c. 14. col. 3. in fi.
10 *vers. res quanam, fol. 1529.* † Et quod intelligatur
quando Papa sine causa hoc faceret, voluit etiam
Frāc. in d. c. cum singula, §. prohibemus, n. 4. post med.
vers. sed certe, de prab. in 6. & ibi Ioan. Monach. in fi.
n. 6. & Gemin. n. 7. Lapus allegat. 1130. pro duby pro-
positis, col. 2. in fi. n. 3. & ibi Mandos. in verb. cum sin-
gula, Abb. cons. 96. cum ad aures, colum. pen. post med.
ver. facit optime, n. 3. lib. 1.
Et quamuis aliqui teneant quod concedatur Supe-
riori dare licentiam transferendi ad laxiorem re-
ligionem, quando causa exigeret celeritatem,
11 † Nam alias si ista celeritas non ad esset, deberet
recurri ad Papam, vt per *Gemin. in cap. cum singul.*
12 *§. prohibemus de praiend. in 6.* † Tamen simpliciter,
& indistinctè quod subsistente causa possit hoc
fieri per Superiorem concludit *Franc. in d. c. cum*
singula, §. prohibemus, nu. 4. ad med. vers. & ita est te-
nendum, de prabend. in 6. Nauar. Abb. & aly supra
allegati.
Intelligitur autem legitima causa, si in illo monaste-
rio stare non posset propter austeritatem regulæ,
13 † vel infirmitatem perpetuam superuenientem,
vel senectutem, vel aliam similem iustam causam
Franc. in d. c. prohibemus, n. 4. & ibi Gemin. n. 6. post
Archidiac. in cap. monachum, in fin. 20. q. 1. n. 4. arg.
cum ad monasterium, §. in refectorio, versicul. quan-
quam, de stat. monachor. c. in summa 19. q. 1. c. 1. in fin.
20. quast. 3. Azor. in sum. lib. 12. c. 14. colum. 3. in fi. fol.
1529.
De causa autem debet apparere per aliam scriptu-
14 ram authenticam, † per quam sciri possit Gene-
ralem dedisse illam facultatem transeundi cum
causæ cognitione accepta iusta informatione de
legitima causa transeundi ad laxiorem, quoniam
Superiori etiam non recognoscenti alium Supe-
riorem non creditur, quamuis dicat se aliquid fe-
cisse ex iusta causa, si aliunde non constet de illa,
15 † quando id non potest facere sine iusta causa se-
cundum magis communem, de qua per *Nauar. in*
cap. cum non liceat 12. quast. 2. §. 2. nu. 8. & in specie
casus de quo agimus ita concludit *idem Nauarr.*
16 *cons. 56. n. 2. de regular. lib. 3.* † vbi admonet id fa-
ciendum esse, ne talis translatus posset repeti à fra-
tribus sui ordinis post mortem Generalis in foro
exteriori, ad hoc vt possit se defendere probando
legitimam causam, ob quam fuit ei concessa hu-
iusmodi licentia.
In casu tamen in quo Papa dispensat ad transeun-
17 dum ad laxiorem sine causa, † talis dispensatio
Papæ prodest in foro iudiciali, non tamen sufficе-
ret quo ad Deum, & in foro conscientiæ, si non a-
desset iusta causa *Gloss. in c. non est, de vot. Anc. in c.*
sane, de regular. Franc. in c. cum singula 32. §. prohi-
bemus, n. 4. post, med. vers. & scias quod licet, de pra-
18 *bend. in 6.* † vbi quod est multum notandum con-
tra Prædicatores, Minores, & alios mendicantes,
qui credunt se esse tutos quo ad Deum, si ex dis-
pensatione Papæ transeunt ad ordinem Mona-
chorum, vel ad aliam religionem non subsistente
rationabili conscientia, & iusta causa, & facit *gloss.*
in c. monachi vagantes 16. q. 1.
Ex istis etiam sequitur, quod si conceditur Generali
facultas transferendi ad laxiorem ex supra alle-
gatis, non obstante dicto decreto Concilij, multò
19 magis † hoc erit concedendum in casu de quo a-
gimus, cum fuerit concessum priuilegium per
Summum Pontificem, vt possint Priores, & Ca-
pitulum Eremitarum Camaldulensium hanc fa-
cultatem concedere, cum videatur hoc factum
auctoritate Papæ, & sic minus censebitur hoc
voluisse derogari per Concilium; Maxime quia
præsumitur quod tales concessiones fiant cum
causa, cum non sit credendum quod absque ea
Prior & Capitulum hoc concessérint, Vnde ma-
gis translatio poterit fieri non obstante Conci-
lio.
Et ita etiam intelligitur *Nauar. cons. 65. in fi de regu-*
20 *lar.* dum voluit quod ad hoc † vt valeat translatio
ad laxiorem requiratur, vt Papa deroget *Concil.*
sess 25. cap. 19 de regular. Quia aliud est, quando a-
dest causa, vt concludit *Idem Nauarr. cons. 56. &*
57. eod. tit. de regular.
De Minoritis autem, & omnibus aliis religiosis
21 Mendicantibus † quod possint transire ad Car-
thusianos non è contra concludit *Nauarr. cons. 53.*
n. 2. de regularib. quamuis *Silnest.* teneat contra-
rium, & quod Cardinalis protector, aut delegatus
non possit concedere licentiam transferendi ad
laxiorem *Nauar. cons. 63. n. 3. de regu. tit.* vbi quod
22 † neque Generalis hoc poterit auctoritate sua,
cum solus Papa hoc possit, & dum loquitur de
Generali auctoritate sua, non est contrarius *cons.*
56. & 57. quia ibi concludit quando adest causa vt
dictum est, & de constitutione Pij V. 1569. quæ
rescindit & abrogat facultates omnes, præter
concessas à iure communi recipiendi, vel retinen-
di religiosos alterius ordinis etiam laxioris *Azor.*
in summa, c. 14. lib. 2. col. 5. fol. 1531.

EPITOME.

Permutatio dotis an valeat si notorie sit vtilis mulieri, quamuis non interueniat consensus vtriusque coniugis. ¶ Et ad hoc vt possit fieri quæ requirātur. ¶ Et quid stāte incertitudine lucri vel damni. ¶ Vel causa necessaria & pia, ac tendēte in honorem & decus vxoris. ¶ Et an sufficiat quod non sit damnosa. ¶ Sed potius quod fiat melior dotis conditio. ¶ Variatio quando permittatur

non secuto effectu. ¶ Decretum Iudicis quo casu habeat præsumptionem iustitiæ. ¶ Transactio super alimentis an sit valida sine Prætore stante vtilitate eius, qui est alendus. ¶ Et an satis sit quod non interueniat damnum. ¶ Et quid si vtilitas postea superuenit. ¶ Mulieri an magis expediat habere actioné ad pecunias dotales, quàm ad bona. ¶ Permutatio an veniat sub nomine transactionis. ¶ Pactum quod se habet ad damnum & lucrum an sustineatur, quamuis alias non valeret.

SVMMARIVM.

1 *Consensus uxoris non sufficit vt valeat commutatio dotis, nisi etiam adsit vtilitas illius, nu. 24. & 25. Amplia vt nec valeat pactum collatum in euentum incertum, quod potest se habere ad damnum, & lucrũ, n. 12. 14. 17. & 18. Fallit n. 19. 20. 21. & 22.*

2 *Iudex potest se informare de notorio extraiudicialiter parte non citata.*

3 *Mulieri magis expedit habere actionem ad summam pecuniarum dotalium, quàm ad bona propter periculum diminutionis, quod cessat in quantitate, & num. 4.*

5 *Maritus potest rescindere permutationem dotis per eum factum, si non adsit melior conditio vxoris, qua extante non licebit variare, n. 6.*

7 *Variato permittitur in permutatione, qua non habuit effectum propter alienationem rerum permutatarum*

8 *Dispositio qualibet intelligitur secuto effectu, quo cessante potest variari, & n. 9.*

10 *Decretum Iudicis habet præsumptionem Iustitia. Fallit si docentur de læsione per probationes apertas, seu præsumptas, n. 11.*

13 *Pactum quod se habet ad damnum & lucrum, valet stante incertitudine, quamuis alias esset inualidum, num. 15. & 16.*

23 *Extraneus potest in constitutione dotis opponere eam legem, quam voluerit.*

26 *Fundus dotalis potest conuerti in pecuniam si vtile, sit mulieri. Intellige si adsit consensus vtriusque coniugis, & pecunia deponatur ad effectum emendi alium fundum, vel ad honestum lucrum, ita vt non facta subrogatione prima alienatio sit nulla, nu 27. & 28.*

29 *Permutatio rei dotalis an valeat si notoria sit vtilis mulieri, quamuis ipsa, nec maritus consenserit, nn. 30. 31. 32. 33. 34. 35. & 38. Et quid si causa permutationis sit necessaria & pia, ac tendens ad honorem mulieris, n. 36.*

37 *Non dicitur fieri contra voluntatem alicuius, quod fit ad decus illius, & ex causa necessaria, quamuis adsit contradictio.*

39 *In permutatione fundi dotalis an requiratur vt fiat melior conditio dotis, vel sufficiat quod non sit damnosa. n. 40. 41. 42. & 46.*

43 *Transactio super alimentis est valida sine auctoritate Prætoris si sit vtilis alimentando. Et quid si non adsit damnum, n. 45. & an sufficiat quod ex post facto superueniat vtilitas, n. 47.*

44 *Permutatio continetur nomine transactionis.*

CAPVT CCCCXXXV.

COmmutatio dotis consistentis in pecunia non potuit fieri in bonis stabilibus, quamtis prætendatur adfuisse consensum vxoris, cum
1 †vltra illum etiam requiratur vtilitas, & commodum mulieris consentientis, ita vt vno ex istis deficiente talis contractus corruat *l. ita constante 27. ff. de iur. dot. l. si mulier 21. in fin. ff. de pact. dotalib. Paris. cons. 128. nu. 2. lib. 1. Socin. Iun. cons. 118. nu. 11. lib. 3. Iacob. Butrigar. in tract. de dot. nu 39. Campeg. eod. tit. p. 5. q. 8. nu. 1.*

De vtilitate autem mulieris non solum non constat
in casu, de quo agimus, sed etiam apparet de magna læsione, cum fuerit permutata pecunia in domibus, & stabilibus nullius redditus, prout generaliter sunt domus existentes in partibus, ex quibus nulla prorsus pensio, vel saltem modica ha-
2 betur, vt notorium est, † & de eo potest per D. Iudicem extraiudicialiter informari etiam parte
non citata *Dec. cons. 402. n. 10. Nat. consil. 218. n. 5. Surd. consil. 371. num. 18. lib. 3.*

Præsertim quia magis expediebat mulieri habere actionem ad summam pecuniarum dotalium, in
3 quibus † à principio dos consistebat, quam ad bona, quorum periculum ad eam non spectabat, sed ad virum & ad illius hæredes propter periculum diminutionis, & deteriorationis, quod cessat in quantitate, cum etiam mulier haberet omnia bona viri obligata pro dicta sua dote, & illius restitutione, quæ obligatio cessat stante particulari assignatione bonorum, adeo vt ex hoc claré colligatur præiudicium vxoris, quo stante permutatio corruit tanquam potius damnosa, quàm vtilis, prout in specie ad huiusmodi præiudicium cognoscendum ita indicandum esse dicit *Honded.*
4 *consil. 14. nu. 58. & 59. lib. 1.* † & prius voluit *Bald. Nouell. de dot. part 7. priuil. 1. col. 3. post princ. vers. si autem possent, nu. 5. Castrens. in l. cum hi, 8. §. si cui, in fin. ff. de transact.*

Et hic est casus specialis, in quo licitum est venire
5 contra factum proprium, † quamuis etiam essemus in marito, qui licèt commutauerit dotem, tamen potest recuperare rem permutatam, quando non est facta melior conditio dotis, vt declarat *Specul. de empt. & vendit. §. tertio loco, colum. 3. ad med. nu 9.* Quidquid alias non posset permutatio dotalis rescindi stante vtilitate permutationis, cum permittatur rem cum re, vel rem cum pecunia, vel è contra pecuniam dotalem cum re com-
6 mutare, siue permutatio fiat cum extraneo, † seu cum viro, quasi non referat, nec intersit cum quo permutetur, dummodo fundus permutatus sit magis idoneus, & vtilis, vt latè per *Specul. de dot. post diuort. restituend. §. formatio, colum. 3. in fin. vers. sed an cum viro, num. 16. & 17. & ibi Ioan. Andr. in vers. & lege finali.*

Accedat quod permutatio, de qua agimus non habuit effectum stante alienatione rerum permuta-
7 tatum, quo casu † licitum est variare, & redire ad sua primæua iura, cum hoc sit speciale propter fauorem dotis, in qua subsistit prima illa actio, nec tollitur siue genus pro genere, siue pro specie, siue aliter detur, quasi harum rerum solutio non possit nisi ex euentu aliquem liberare, scilicet in casu, in quo certum sit illas remanere, vt est *text. in l. qui res 98. in princip ff. de solut. Bartol. in l. si quis aliam 46. in princip. colum. 2. post med. versic. prædicta quæ dixi num. 2. in fin. ff. eodem tit. Surd. consil. 145. numer. 34. in fin. versicul. ad legem quæ res, lib. 1.*

Prout generale est, vt non secuto effectu variatio admitta-

8 admittatur † Rom.conf.329.nu.3.& 5.Ferret.conf.
129 n 13.cum quælibet dispositio intelligatur se-
9 cuto effectu † c.relatum de cleric.non resident.l.1.
§ hac autem verba,ff quod quisq, iur.l.si per alium,
§.decore,ff.ne quis eum qui in ius vocat.est.
Neq; oberit si o biceretur de decreto Iudicis,quod
10 habet præsumptionem pro se,† ita vt censeatur
interpositum ex iusta & rationabili causa, & ad
vtilitatem mulieris Alexand.in l.sciendum, nu.6.
de verb.oblig. Socin.consil.15.colum.11.ad med.lib.1.
Quia intelligitur dummodo in contrarium non
11 constet de læsione,† siue per probationes aper-
tas,siue etiam per præsumptas gloss.in l.1.in verb.
omni ordine, Cod.de fid.instrum. & iur.hast.fiscal.
lib.11.Specul.de empt.& vendit.§. nunc dicendum,
col.2.post med. vers.& breuiter scias,nu.5. Bald.in
l.sicut nobis,in fin.de sentent.& re iudic.Paris.cons.
12.nu.59.lib 2. cum alijs per Menoch. præsumpt.
75.nu.32.& 33.lib.2.
Quibus addendum est quod adeo consideratur mu-
12 lieris commodum in dote,† vt neque valeat pa-
ctum collatum in euentum incertum,quamuis e-
nim sit ambiguum, an possit conditio dotis fieri
13 melior,siue deterior,† ita vt stante ista incertitu-
dine videretur conuentio valida l.de fideicommis-
14 so,C.de transact.† Tamen verior est opinio,quod
sit speciale in dote , vt non sufficiat mulierem
posse ex pacto consequi commodum,cum requi-
ratur, vt re ipsa subsequatur effectus Bart.in l.at-
tilicinus 17.ff.de pact.dotalibus. vbi de illius legis
decisione miratur , subdens quod si non adesset
15 dicta lex nesciret quid dicere † cum obstet l.1.ff.
de transact.& l.de fideicom.C.eod.tit. prout etiam
obstat l.si pater,§.penult.& vlt.ff.de pact.dotalibus,
cum alijs per Tiraquell. de iur.primogen.quæst.6.
16 n.4.& 5.† vbi multa adducit,quod quando ali-
quid se habet æqualiter ad damnum , & ad lu-
crum, quamuis postea damnum contingat , non
tamen ex hoc quis lædi dicitur, nec potest resti-
tui,cum propter incertitudinem,& dubium eius
rei euentum valeat pactum quod alias non vale-
ret l.si pater puella,C.de inoff.testam.l.si ea lege, C.
de vsur. Bald.in l.cum archimedoram §.n.3. C.vt in
possess. legatorum. Decian.latè cons.39.nu 112.cum
seq.lib.2. intelligendo vt per Surd.de aliment.tit.
17 9.quæst.11.nu.20.vsq, ad 26.† Sed vt dictum est,
ista procedunt in alijs casibus, quam in dotibus,
in quibus huiusmodi incertitudo non attendi-
tur, sed semper cum effectu debet adesse com-
18 modum mulieris.† Natt.qui etiam multis com-
probat cons 37.n 2.cum seq. Castrens.in l.de fidei-
com.11.n.2.in fi C.de transact. Cardin. Mantic. de
tacit.& ambig.conuent.lib.12.tit.32.n.18.vsque ad
19 21.vbi quod ita est tenendum , † quidquid con-
trarium sequatur Imol. in l.si socer.§. iussu,n.7.
vers.quarto casu.ff.solut.matrim. & Brun.de.aug-
20 ment.lucri.8.n.9.† cum eorum opinio procedat
quãdo ageretur de modico præiudicio mulieris,
vel in alijs casibus quam in dote Natt.cons.37.n.
21 4.† Quamuis in extraneo qui dotem dedisset
sustineretur huiusmodi pactum incertum respe-
22 ctu commodi seu damni, † cum possit ab initio
in constitutione dotis eam legem dicere quam
velit l.ob res quoque,§.1.ff.de pact.dotalibus,l.vnic.
23 §.accedit , Cod.de rei vxor.action.† & in specie
notat Cardin. Mantic.de tacit. & ambig.conuent.
lib.12.tit.31.n.20.
Ideo semper in permutationibus rerum dotalium
24 spectatur vtilitas mulieris; † qua existente con-
ceditur permutatio,& ita procedit text.in l.si ff.
de iur.dot. vbi permittitur alienatio fundi dota-
25 lis, vt alij vtiliores redimantur, vel emantur,† &
succedant loco alienati, Gloss.in l. mutus 76.in
verb.emat.de iur.dot.Barbos.in l.2.part.3.nu.7.post
26 med ff solut.matrim. † Adeo quamuis fundus do-
talis possit conuerti in pecuniam , si vtile sit mu-
27 lieri l.si ita constante 17.ff.de iur.dot.† Tamẽ hoc
intelligitur dummodo fiat de consensu vtrius-
que coniugis, & quando illa pecunia deponitur
ad emptionem alterius fundi , vel ad honestum
lucrum , vt dos sit secura,aliàs numquam potest
videri facta melior conditio mulieris : Ita vt si
pretium deponatur ad effectum emendi alium
fundum loco alienati,sit in pendenti negotium,
28 si enim postea talis subrogatio non fiat,† prima
alienatio inutilis censeatur l si mulier 21. de pact.
dotalibus, Nouell.de dot.part.7.priuil.1.n.7. Mo-
lin.de primog.hispan.lib.4.c.4.n.20. Barbos.in l.1.
p.5.n.8.ff.solut.matr.
Nec facit quod valeat permutatio rei dotalis si no-
29 torie sit vtilis vxori,† quamuis illa non consen-
serit Parpal in l.1.n.24.ff solut.matrim.Rimin.Iun.
instit.quibus alien.lic.in princip.n.187.cum seq.Af-
30 flict.dec.336.n.3.& ibi Vrsill.in princip. † Prout e-
tiam hoc posset fieri sine consensu mariti Tiraq.
de retract.lignag.§.30.n.18.gloss.1.Quia verior est
31 contraria opinio, † quod sine consensu mulieris
permutatio rei dotalis sit nulla,quamuis constet
de vtilitate,cum ista duo copulatiuè requirantur
& consensus & vtilitas Socin.Iun.cons.118.nu.11.
32 lib 3.† quem commendando sequitur Rot.coram
R.P.D.Coccino Romana dotis 1.Iulij 1611. & latè
multos adducens concludit Hond.cons.14.n.56.
lib.1.Barbos.in d.l.1.p.5.n.8.ante fi.ff.solut.matrim.
per l.vlt.de pact.dotalibus,Paris.cons.128 n.1.& 2.
lib.1.Corn.cons.170.nu.3.lib.4.Bald.Nouell.de dot.
33 part.7.priuil.1.col.3.ad med. † & declarat etiam
Bart.in l.si constante,in princ.n.96.& 98 ff.sol.ma-
trim. vbi quod omnis contractus, qui fit inter v-
xorem & maritum est licitus quando fit melior
dotis conditio, & vir non efficitur pauperior,&
sic præsupponitur debere adesse consensum v-
triusque coniugum , ne dum solius vxoris per
text.in d l.si ita constante,& l.fi.de iur.dot.
Neque obstant contrarium sequentes,Quia verior
34 est prima opinio & magis communis,quod† non
possit fieri permutatio dotis inuita vxore, vt est
text.in l.si mulier dotis 21.& l.cum maritus 29. &
l.vlt.ff.de pact.dot. l.ita constante,cum l.sequ. ff.de
35 iur.dot.l.fi.de vsu & habit. † Maxime quia multi
ex Doctoribus pro alia sententia adductis nihil
dicunt.Nam ¶ Afflict.d.c.336.n.3. solum conclu-
dit , quod fiat prius permutatio dotis , & postea
adhibeatur consensus mulieris. † Specul.de empt.
& vendit. §. tertio loco,nu.9. non loquitur nisi de
permutatione,quam inquit posse fieri,sed quo ad
consensum,vel dissensum nihil concludit, ¶ De-
cian.cons.52.nu.35.lib.1. & Bald. ad Speculator.de
donat.inter vir. & vxor. post princ.vers.fundus do-
talis,n.1.determinant solum posse fieri permuta-
tionem dotis. ¶ Cin.in auth.sine à me , in princ.in
2.not.in fi.Cod.ad vellei.nil aliud firmat,nisi quod
maritus potest alienare rem dotalem , si aliam
det in cambium. ¶ Alber.in l.1.in fin.n.30.Cod.de
rei vxor.action. solum decidit licere permutari
dotẽ cum vero,vel extraneo quãdo est vtile mu-

lieri,an autem ipsa inuita possit fieri non tangit. ¶ Fulgos. in l.quamuis,ad med.ff.solut. matrimon.
36 loquitur de causa necessaria & pia, † & tendente ad honorem & decus mulieris,qua stante non erit curandum de contradictione mulieris,& ita respondet ad l.fin. Cod.de negot.gest. quod latius
37 explicat Crot.cons.74.num.19.& 20.lib.1. † vbi quod in illo casu tam necessario non dicetur factum contra eius voluntatem, licet sit gestum absque eius voluntate Bart.in d.l.quamuis,ff.solut.
38 matrimon. † Alios omitto, quia vel nihil dicunt circa dissensum vxoris, vel loquuntur contra communem opinionem supra firmatam, de qua per Honded.cons.14.n.56.lib.1.

Notandum tamen esset quod secundum aliquos va-
39 leret etiam permutatio fundi dotalis, † quando ex tali permutatione non fieret deterior conditio mulieris,neque enim exigitur vt eius conditio sit mulior,cum sufficiat,quod illa vel sit vtilis mulieri,vel non damnosa,prout concludit Bald. in l.cum hi quibus, §.eam transactionem, in 2.lect. post princ.vers.in dote autem quia in eius alien.ff.de transact. quod etiam prius voluit Gloss.in l.si con-
40 stante 27.in verb.vtile,ff.de iur dot.† Quamuis ista opinio non sit tuta, cum per Bald. & Gloss. pro comprobanda eorum sententia allegetur text. in dict.l.si constante, & in l.fin.ff.de iur.dot.in quibus tamen iuribus acquiritur vtilitas mulieris,
41 ita vt non satis sit non adesse damnum,† Ideo videtur dubitandum de veritate dictæ opinionis, quam etiam non approbat Barbos.in l.1.part.5.n.
42 9.ff.solut.matrimon.† & concludunt omnes communiter, dum requirunt vtilitatem mulieris, ad hoc vt valeat talis permutatio Alber.in l.1.fin.n. 30.Cod.de rei vxor.act. cum aliis supra allegatis.
43 † Quod etiam est in transactione alimentorum quæ licitè fiet sine Prætore,si vtilis sit alimentario Crot.cons.74.n.8 lib.1. & cons.65.n.19.eod.lib. per text.in l.cum hi,§.eam transactionem,ff de trāsact.Bertrand.cons.205.n.1.in fin.lib.7. Surd.de ali-
44 men.tit.8.priuil.56.n.63.& 70.† Transactionis autem nomine continetur etiam permutatio Bald. in d.l cum hi, §. si cui,in 2.notab. ff. de transact.
45 † Quamuis secundum alios ad validitatem permutationis factæ super alimentis sine Prætore, sufficeret etiam quod non sit damnosa, cum non requiratur, quod sit vtilis Surd.priuileg.56.num. 95.post Castrens.& alios per illum text.in d §.si cui.
46 † licet hoc non obstaret his quæ supra dicta sunt de dote, cum ibi habeamus iura præcisa acquirentia vtilitatem, in hoc autem casu secundum leges sufficit rem non esse damnosam.

An autem satis sit,quod ex post facto transactio vel
47 permutatio sit vtilis, † quamuis à principio non esset, dicam Deo dante in capite particulari, & affirmatiuè concludit Alciat.consil.267. num. 4. quem tamen non approbat Surd. de alim. priuil. 56.n.77. quasi inspiciendum sit tempus celebrati contractus ad effectum vt dicatur damnosus,vel vtilis c.ad aures,de reb.eccl.non alienan.Bertrand. cons.42.n.1.lib.1.p.1.

EPITOME.

Monachus an habeat actionem contra Abbatem pro expensis necessariis. ¶ Et quando Abbas possit obligare Monasterium pro sumptibus factis per Monachum in studio. ¶ Et quo casu tertius qui eidem Monacho præstitit alimenta possit à Monasterio repetere. ¶ Et quod tempus sit competens ad studendum. ¶ Et an debeat excedere septennium. ¶ Argumentum de patre ad Abbatem an sit validum circa expensas subministrandas Monacho. ¶ Et an Propinquus, vel amicus possit illas supplere.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium potest obligari pro expensis Monachi existentis in studio,num.4.& 5.*

2 *Argumentum de patre ad Abbatem,seu Monasterium valet.*

3 *Monachus peritus est vtilis tam sibi,quam vniuersali Ecclesiæ.*

6 *Tempus studij est competens si sit septennium, vel sex, aut quinque annorum. Et est arbitrarium secundum qualitatem personarum, aut scientiarum,num.7.8.& 9.*

10 *Valet obligatio Abbatis pro expensis, quas fecit Monachus pro reuertendo à loco studij ad Monasterium.*

11 *Monachus non habet actionem contra Abbatem pro expensis necessariis, sed implorat officium superioris ad exemplum serui contra Dominum.*

12 *Monasterium tenetur ad subministranda necessaria Monacho. Et an propinquis,& amicus possit supplere, num.13.*

14 *Tertius qui aluit Monachum, potest repetere à Monasterio quod expendit.*

15 *Causa studiorum est fauorabilis, & dicitur pia quo ad studium Theologiæ, secus quo ad alias scientias, num.16.*

CAPVT CCCCXXXVI.

Concordia videtur confirmanda, quia solutio facienda ad fauorem Monachi concernit causam studij, in quo dum Monachus stat de
1 licentia Abbatis, † poterit Monasterium obligari pro expensis necessariis ad illius sustentationem l.sed & Iulianus,§.quod dicitur,ff.ad Macedon. vbi hoc disponitur in patre,à quo licitum
2 est sumere argumentum † ab Abbatem,seu Monasterium, vt concludit Archid.in c.non dicatis 12.quæst.1.in fin.vers.de hoc etiam n.12 post.Gloss. ibi in verb.possidere,in princ.Idem Archid.in c.cum pastoralis 2.qu.7.ante fi.vers.sed quid si talis Monachus,nu.6.Nam cum efficiatur peritus est vtilis
3 non solum sibi, sed † etiam vniuersali Ecclesiæ, quæ ad regimen, & gubernium indiget viris literatis, Vnde cum cedat in istam vtilitatem valet talis obligatio,& conceditur huiusmodi expen-
4 sa † Abb. in c. de multa 28.vers.circa sublimites, n.5.de præbend. Calderin. cons.2.colum.1.vers.item
5 istud de magistr. vbi † etiam loquitur de expēsis doctoratus Anchar cons.441.oritur dubium. Felin.in cap.ex parte 11.colum.penult.in fin.vers.quod successor monachi, de accusat. Surd.de alim.priuil. 97.nu.5.post Archid.in c.Monachus 16.qu.1.Ioan. Andr.& Abb.in c.nonnullis,de magistr.

Quod Monachus non possit reuocari à studiis per sex annos, videtur tempus cōgruum etiam de iu-
6 re,† quasi intra istud tempus bene studendo præsumatur,quo quis debeat esse prouectus Abb.in
7 cap.super spec.5.n.4.de magistr. † qui licet loquatur,de quinquennio, tamen etiam per septenniū licitum

licitum erit esse in studio *Gloss. in cap. cum eo de*
8 *elect. in 6.* † immo etiam vltra septennium secun-
dum scientiarum qualitatem *Abb. cons. 87. ad fi.*
vers. venio ad sextum lib. 1. Dec. in auth. quod locum,
n. 7 C. de collat. Menoch. arbitr. cas. 5. num. 9. & 10.
9 qui etiam hoc remittit arbitrio Iudicis, & secun-
dum qualitatem personarum, *Idem Menoch. la-*
te in d. tract. de arbitr. cas. 86. nu. 21 vsque ad n. 27.
Pecunia soluenda Monacho pro reditu ad patriam
post sex annos studij, est etiam de iure communi,
10 † cum pro istis quoque expensis possit obligare
Monasterium, & si non poterit ad patriam reuer-
ti ob huiusmodi defectum pecuniæ, debita quæ
contraxit erunt soluenda per Monasterium *Abb.*
cons. 88. in fin. lib. 1. vbi etiam *col 3. sub nu.* 6. quod
Monachus agit in istis casibus contra Monaste-
rium, saltem implorando officium superiorum,
quamuis enim actio formalis non competat Mo-
11 nacho contra suum Prælatum, † Tamen potest
pro huiusmodi necessariis expensis recurri ad su-
periorem ad exemplum serui contra dominum
Rep. in l. 1. num. 47 de leg. 1. Ias. in l. 1. nu. 9 C. qui ad-
mitt. Bart. in l. seruos ad custodiam, num. 3. in fin. de
alim. & cibar. legat. cum aliis quos adduxi *dec. 7.*
& in add. num. 1. & 2.
Quod conuentus remaneat obligatus ad solutio-
nem de qua agimus vsque ad receptionem Mo-
nachi, est etiam de iure, cùm teneatur Monaste-
12 rium ad necessaria illi subministranda, † vt per
Archid. & alios supra allegatos. Et quamuis pecu-
nia, de qua fit mentio forsan non sufficeret, po-
test subsistere, si alius inueniret sumptus Mona-
13 cho, vt puta propinquus, vel amicus, † *Archid. in*
cap. non dicatis, in fin. 12. quæst. 1. in verb. & mutare,
nu. 12. Prout etiam ab illis poterit expensas be-
neplaciti impetrare, ac alia concernentia dictam
concordiam, cum licentia tamen Superioris, *vt*
in d. c. non dicatis. in fin. 12. qu. 1.
Quibus addendum est, quod etiam tertius, qui aluit
Monachum, & subministrauit illi expensas ne-
14 cessarias, † dicitur gessisse vtile negotiũ pro Mo-
nasterio, ideo poterit eas repetere, si aliàs non
appareat, quòd habuerit animum donandi *Surd.*
de alim. tit. 6 q. 19 in fi. & ita iudicatum fuisse te-
statur *Rebuff. de sentent. prouisionalib. in præfat nu.*
108. tom. 1. fol. 240. per text. in c. olim, il 2. de restit.
spoliator. & multa ad hanc materiam adduxi *su-*
15 *pra cap. 60. n. 22. vsq. ad 30. tom. 1.* † Maxime in istis
expensis occasione studij, ob cuius fauorem plu-
rima conceduntur *Doctor. in l. 1. ff. solut. matr. Ti-*
raq. in tract. piæ caus. in præfat. colum. 9. post med.
vers. item relictum causa studij. Surd. de alim. tit. 6.
16 *q. 20. nu. 9.* vbi etiam *nu. 12.* † quod datum in cau-
sam studij Theologiæ dicitur datum in piam cau-
sam cum secus sit in aliis scientiis *Magdal. de nu.*
test. in testam. requis. part. 2. cap. 2 n. 72. Bald. in re-
petit. l. 1. colum. 12 ff. de legat. 2.

EPITOME.

Pro picturis & expensis voluptariis an detur rei vendicatio contra tertios possessores, & quæ actio loco illius subrogetur. ¶ Et quid si fuerint factæ de voluntate domini. ¶ Et an pro eis competat interdictum *vnde vi.* ¶ Et quando augeant valorem domus. ¶ Et quid in ædibus promercalibus, & solitis locari, & domibus minorum, & mulierum, & diuitum. ¶ Oblectatio an idem operetur, quod fructus in re fructifera. ¶ Et an ex ea arguatur pignus. ¶ Picturæ quãdo cedant parieti alieno, & lapidi marmoreo, ac muro communi. ¶ Et an in cautione damni infecti sint considerandæ. ¶ Adiuncta quæ cedunt loco accessionis quando vendicentur, ac pro eis possit agi ad exhibendum. ¶ Et quid si non possit fieri separatio quomodo succurratur dominis.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ voluptariæ factæ de consensu domini repetuntur, & sufficit de tali voluntate constare, siue ante siue post impensam, & tunc æquiparantur vtilibus, n. 2. & 3. Fallit in impensis factis in domibus mulierum, & minorum, n. 9. Intellige vt n. 10.*

4 *Picturæ existentes in domo vendita augent valorem rem illius, & habentur pro expensis vtilibus tanquam facta in rebus promercalibus, num. 5. 6. & 7. Amplia in domibus solitis locari, nu. 8.*

11 *Interdictum Quod vi aut clam, datur pro impensis voluptariis, vt in arboribus non fructiferis succisis ob interesse, amœnitatis quam habebat vsufructuarius.*

12 *Pignus arguitur propter oblationem rei venditæ, & idem operatur voluptas, quod fructus in re fructifera.*

13 *Dominus diues tenetur ad melioramenta & expensas voluptarias, prout etiam pauper si fundum vendidit.*

14 *Potest agi contra tertios pro vendicandis expensis vtilibus probato illarum dominio, & possessione rei conuenti.*

15 *Rei vendicatio non datur domino picturarum, ne ædificia destruãtur, & hic est casus in quo dominiũ est sine effectu quo ad rem suam vendicandum.*

16 *Non conceditur abrasio picturarum communium, non aurearum.*

17 *Pictura in re immobili & muro alieno cedit parieti secus in marmoreo lapide mobili.*

18 *Accessiones & picturæ quæ rei cedũt non repetuntur à possessoribus per rei vendicationẽ, sed per actionem vtilem pro rei æstimatione consequẽda, n. 19.*

20 *Ferruminatio est solidatio, seu conglutinatio, & coniunctio per eandem materiam.*

21 *Adiuncta seu adiecta quæ cedunt loco accessionis non vendicantur quandiu cohærent, tamen agitur ad exhibendum vt separentur. Intellige in eo quod est applumbatum, secus in picturis, ac similibus quæ faciunt confusionem, pro quibus datur alia actio in factum, num. 22.*

23 *Repetitio picturarum datur per doli exceptionem.*

24 *In petitione damni infecti non consideratur pictura.*

25 *Murus communis potest pingi non tamen plus æstimabitur tempore demolitionis, num. 26. & 27.*

CAPVT CCCCXXXVII.

EXpensę de quibus agimus quamuis sint voluptariæ, tamen possunt repeti, & debetur illarum ęstimatio, quia fuerunt factæ de mandato &
1 consensu domini, † quo casu dicitur versum in
eius vtilitatem, ita vt sufficiat talis voluntas siue
ante, siue post factam huiusmodi impensam *in l.*
3. §. sed si mutua pecunia, vbi Gloss. in verb. voluntat.
& in verb. volenti, ff. de in rem. verso Rebuff. in l. im-
pensæ 79. §. volupt. post princip. vers. primo vitiatur
regula, ff. de verb. significat. Barbos. in l. diuortio
8. §. fin. nu. 88. vers. his explicatis, ff. solut. matrimon.
2 † Cum enim sint factæ de voluntate Domini has

bentur pro impensis vtilibus, & est soluenda æ-
stimatio *Menoch. de recuperand. possess. rem. 15. n.*
532. Vnde datur cautela vt semper exquiratur vo-
3 luntas Domini ad hoc vt possit repeti, † quod
fuit impensum in huiusmodi meliorationibus
voluptariis, & picturis, cum alias non daretur
repetitio *Rebuff. ibid. vers. secundo nisi quis, ad fin.*
per text. in l. seruos 25. in princ. & ibi Gloss. in verb.
voluntate, ff. de pignorat. act.

Maxime quia domus in qua factæ sunt tales pictu-
4 ræ fuit vendita, † ita vt non possit negari, quod
pluris fuerit empta tanquam magis exornata:
tunc enim istæ impensæ voluptariæ transeunt in
vtiles, & illarum naturam assumunt. Nam ex tali
artificio dominus factus est locupletior, ob quã
locupletationem æquum est teneri tãquam plus
ex pretio sit consecutus *l. nisi venalem, alias incip.*
nisi mercalem 30. vbi Gloss. in verb. venal. ff. de rei
vend. l. in fundo 39. § fin. vers. finge eam esse perso-
5 *nam, & ibi Gl. in verb. prima parte ff. eod. tit.* † vbi
text. loquitur de eo qui receptum fundum mox
venditurus sit, qui condemnabitur ad huiusmo-
di expensas, quasi tunc illæ dicantur vtiles, cum
6 sint factæ in rebus † promercalibus *l. quid si ea*
10. vbi Gl. in verb. impensa, ff. de impens. in reb. dot.
fact. Rebuff. in d. § volup. post med. vers. quarto si rem
illam, Menoch. de recup. possess. rem. 15. n. 533. & 534.
7 Et † facit *text. in l. si in emptione, 34. in princ. ff. de*
contrah. empt. vbi quod plerasque res emimus
propter accessiones, sicuti cùm domus propter
marmora, & statuas ac tabulas pictas emitur.

Quod etiam est in domibus solitis locari, tunc e-
8 nim pictura, † & similis impensa non erit sim-
pliciter voluptaria, sed habebitur pro vtili, tan-
to enim pluris cœnaculum, seu habitatio loca-
bitur, quanto ornatior *Alciat. in l. impensa 79. §.*
voluptaria, in princ. & ibi Rebuff. col. 1. post. med.
vers. idem censet. ff. de verb. signif.

Præsertim quia non sumus in impensis factis in
9 domibus mulierum, seu minorum, † speciale e-
nim res est in istis, vt picturæ, & similes impensę
voluptariæ non reperantur, neque æstimatio
detur, quamuis essent factę de eorum voluntate,
cùm nullus sit in hoc eorum consensus ob sim-
plicitatem, & imperitiam *l. pro voluptariis 9. l. in*
voluptariis 11. ff. impens. in reb. dotal. fact. l. vnica, §.
si voluptariæ, C. de rei vxor. action. l. si sine, § interpo-
sit. ff. de administr. tutor. Matthesil. sing. 92. nota ca-
sum cõtra n. 1. Menoch. de recuperand possess. remed.
15. n. 535. & 536. Rebuff. in d. § voluptar. columm. 1. ad
med. vers. in dote vero, cum aliis latè per *Barbos. in*
10 *l. diuortio 8 § fin. nu. 90. ff solut. matrimon.* † Licèt
etiam in minore, & muliere idem esset statuen-
dum, quod in aliis, quando domus esset promer-
calis, quia tunc etiam expensæ voluptariæ pictu-
rarum, & similium repeterentur, cum propter
ornatum maius pretium illis accresceret, vt con-
cludit *Gloss. in l. si sine 33. § interposito, in fi. in verb.*
onerandum, ff. de administ. tutor. per text. in l. nec
venalem, ff. de rei vendicat. & in l. pro voluptariis,
& l. quod si ea, ff. de impens. in reb. dotalib. fact.

Ideo etiam pro huiusmodi expensis voluptariis da-
11 tur remedium Quod vi, aut clam, † si enim quis
arbores non fructiferas succiderit, & fructuarij
intersit propter voluptatem, quia amœnitas ex
istis arboribus prębatur, ager fructuarius in-
terdicto Quod vi, aut clam, propter illam volup-
tatem *l. competit, ff. quod vi aut clam.* & notat *Re-*
buff. in dict. voluptariæ, columm. 1. in fin. vers. septimo
12 *si quis.* † Cum etiam propter oblectationem ar-
guatur pignus, sufficit enim rem emptam esse de-
lectabilem, nam idem operatur voluptas & ob-
lectatio, quod fructus in refructuosa ad arguen-
dum pignus, quasi videatur satis esse aliquid per-
cipi ex re, quod possit pecunia æstimari, prout
recipit oblectatio hanc æstimationem *Gabr.*
cons. 74. n. 5. in fin. lib. 1. dixi *supra c.*

Accedat, quod sumus in dominis diuitibus, qui
præcisè coguntur soluere pretium melioramen-
13 torum, † etiam quòd sint voluptaria, prout te-
nentur ad solutionem vtilium, Cum etiam do-
minus pauperior, si talem impensam volupta-
riam esset facturus, vel fundum vendidit, & pro-
pterea maius pretium consequntur, tunc cogetur
æstimationem melioramentorum soluere quam-
uis sit voluptaria impensa *Barbos. in l. diuortio 8.*
§. fin. numerò centesimoquarto, ff. solut. matri-
mon.

Hæc omnia dicta sunt, vt appareat non tractari de
expensis voluptariis, sed vtilibus ex supra allega-
14 tis, † & per consequens posse agi contra tertios
possessores pro illarum recuperatione, seu ven-
dicatione, cum probatum fuerit dominium pi-
cturarum, & possessio rei conuenti, quod sufficit
vt huiusmodi vendicatio detur, *l. officium, C. de*
rei vendic. l. vnic. C. de alienat. iudic. mut. caus. fact.
Ang. in § dari, nu. 9. instit. de actionibus, cum aliis
per Surd. cons. 227. n. 2. lib. 2.

Nec dicatur quòd permanente ędificio licet domi-
nus materiæ, & picturarum remaneat dominus,
15 † tamen illi non datur rei vendicatio, cum tale
dominium sit sine effectu ne ædificia destruan-
tur propter publicam vtilitatem, & hic est vnus
casus, in quo habens dominium non potest à ter-
tio possessore rem suam vendicare *Aret. in § cum*
16 *in suo, instit. de rer. diuision.* Maximè † quia non
datur abrasio picturarum communium, non au-
rearum, cùm videretur illa fieri, vt potius possi-
denti noceat quam vt sibi prosit *Redoan. de reb.*
eccles. non alien. versic. si vero simus in mala fide n.
13. tom. 13. part. 2. fol. 498. Rebuff. in l. impensæ 79. §.
voluptariæ post princip. vers. qua quidem. ff. de verb.
17 *signif.* † Cum etiam pictura si fiat in aliqua re
immobili, & sic in muro alieno cedat parieti,
quidquid secus sit in marmoreo lapide mobili
Aret. in § littera, ad med. instit. de rer. diuis.

Quia respondetur, quod in huiusmobi accessioni-
18 bus, quæ rei cedunt, † & quæ à dominis non pos-
sunt repeti à possessoribus per rei vendicatio-
nem, succurritur eisdem dominis per aliam a-
ctionem vtilem pro rei æstimatione consequen-
da quæ actio subrogatur loco rei vendicationis
Gl. in l. idem pompon. 5. § de arbore, in verb. dabant,
19 *in fin. ff. de rei vendicat.* † vbi loquitur pictura
per text. in l. in rem 24. § item quæcunq. & ibi Gloss.
in verb. in omnibus, & in verb. in factum, ff. eodem ti-
tul. Petr. Gregorius syntagm. iur. part. 3. lib. 20. cap.
9. n. 13. Gloss. in l. si mulier 30. & in l. vtilem 31. ff. de
20 *donat. int. vir. & vxor.* † vbi etiam loquitur de fer-
ruminatione, quæ est solidatio, & coniunctio,
seu conglutinatio quædam per eandem mate-
riam, quemadmodum ferrum conglutinatur fer-
ro non interueniente alia materia *l. quidquid de*
acquir. rer. domin. l. in rem, ff. de rei vindic.

Et generale est vt dominus vendicare non possit
quæcumque aliis adiuncta sunt, siue adiecta cum
cedant

21 cedant loco accessionis,† quamdiu tamen cohærent, poterit nihilominus agere ad exhibendum, vt separentu r, & tunc postea vendicentur, vt in eo quòd ampplumbatum sit, quasi hoc non faciat confusionem, secus autem in ferruminatione, & pictura, ac satis, & plantatis, & naturali alimen-
22 to alitis, ac specificatis, & similibus, † in quibus non agitur ad exhibendum, neque in rem, sed loco istarum actionum datur alia actio in factum, quæ vice illarum subrogatur *l. in rem actio 24. §. item quæcũque, vbi Gloss. in verb. vẽdicare, & in verbo separentur, & in verb. in omnibus, & in verb. in factum ff. de rei vendic. l. in hac actione 3. in princ. verf. est autem. ff. ad exhib. l. tigni 7. in princip. & ibi Gloss.*
23 *in verb. coadunaueris, ff. eodem tit.* † Prout etiam datur repetitio picturarum per doli exceptionem *Rebuff. in l. bonæ fidei emptor* 110. *colum. 4. versic. 37. ff. de verb. signific.*

Notandum tamen esset, quòd in cautione damni in-
24 fecti non venit consideratio picturarum *Bald. in l. quidam hiberus, §. pariete. ff. de seruit. vrb. prædior.*
25 vbi licebit pingere murum communẽ, † non tamen ex hoc tempore demolitionis plus æstimabitur *Bart. in d. § parietem*, & notat etiam *Ang. in l. inter quæ, in princ. colum. vlt. ante med. verf. ex his*
26 *infertur nu. 8 ff. de dam. infect.* † vbi quod licebit ædificare in muro communi inuito socio quantum ad ornatum, vt si fiat incrustatio, vel pictura, illius
27 tamen nulla ratio habetur, † si cautum fuerit de damno infecto *Cepoll. de seruit. vrban. prædior. cap. 71. n. 4. tom. 6. p. 2. fol. 206.*

EPITOME.

Terminus pro seruato, & citatio ad sententiam, an conclusio in causa an dicatur reuocata per admissionem articulorum, & iurium cum clausula Sine præiudicio termini, & citationis, & conclusionis in causa. ¶ De stilo pronunciandi, prout in cedula, & an notarius adnotet diem subscriptionis, seu pronunciationis. ¶ Et si aliunde appareat ea die non fuisse pronunciatum an sententia sit nulla. ¶ Testis vnus deponens de veritate, & de fama an coniungatur cum alio deponente de fama ad faciendam plenam probationem. ¶ Argumentum à coniunctione duarum legum, seu capitulorum, vel testium cum instrumentis quando valeat, ita vt possit dici probatum matrimonium incertum, vel aliquid esse liquidatum, vel quid simile. ¶ Et an coniungantur acta cum sententia ad effectum plenæ liquidationis probandæ. ¶ Statutum prohibens probationem per testes an habeat locum si probatio fieret per testes, & instrumenta. ¶ Testis vnus an possit plusquam semiplene probare.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad sententiam, & conclusio in causa nõ dicitur reuocata per admissionem iurium absque præiudicio dictæ sententiæ & citationis nu. 2. & 3. Contrarium seruatur, & est verior opinio, n. 4. 5. & 6.*

7 *Terminus pro seruato intelligitur reuocatus eo ipso quòd Iudex admittit iura, non obstante protestatione quod admittuntur sine præiudicio termini, & pars aduersa debet appellare.*

8 *Citatio si incidit in aliam diem post admissionem nouorum iurium dicitur post eam circumducta.*

9 *Stilus pronunciandi prout in cedula, & notarius non adnotat diem subscriptionis, sed omnia ponit sub die pronunciationis. Et si aliunde appareret à die non fuisse pronunciatum sententia erit nulla, n. 10. Et quomodo hoc dicatur constare, n. 1.*

12 *Testis vnus deponens de veritate negotij, & de fama coniungitur cum alio deponente de fama, & ex eis inducitur plena probatio. Contrarium n. 24. & 26. sed prima opinio est verior, & in praxi seruatur, num. 27.*

13 *Validum est argumentum ex coniunctione duarum legum, vel duorum capitulorum eiusdem legis, & dicitur argumentum ex interpretatione.*

14 *Incestus est probatus si duo testes probant cognitionem carnalem, alij duo consanguinitatem.*

15 *Duo instrumenta simul iuncta probat aliquid esse liquidatum, quamuis ex vno solo non probaretur liquidatio, & num. 21.*

16 *Instrumentum dotis promissæ pro matrimonio contrahendo mandatur executioni si ex alio instrumento probetur matrimonium.*

17 *Stante statuto quòd sententia liquida mandetur executioni sufficiet si sit liquida ex coniunctione actorum & sententiæ, & n. 19.*

18 *Acta non veniunt appellatione sententiæ.*

20 *Quod facit aliquod tale, vel quod sit per aliquod tale, ipsum quoque videtur tale.*

22 *Statutum prohibẽs probationem per testes non habet locum si probatio fieret per testes & instrumenta.*

23 *Testis vnus non potest facere plus quàm semiplenam probationem.*

25 *Testis probans vidisse fieri depositum facit semiplenam probationem, quæ non coniungetur si idem testis deponeret de confessione depositi.*

CAPVT CCCCXXXVIII.

* *Adde supr. ad cap. 156 in fin.*

PEr * admissionem articulorum, vel aliorum iurium non censetur reuocata citatio ad sententiam seu conclusio in causa, quando fuerunt
1 admissa cum clausula, Absque præiudicio † actorum, & citationis ad sententiam, & conclusionis, prout ad hunc effectum huiusmodi cautelã ponit *Gonzal. ad reg. 8. cancell. ar. post gloss. 9 § 1. in annotation. contra nullit. & attentat. n. 128.* vbi etiam adducit *Acebedum in l. 10. tit. 17. num. 35. & 36. lib. 4.* & *Marsil. in prax. § sequens. num. 52. & 53.* Quamuis
2 *Marsil.* hoc non dicat, sed istam cautelam approbauit *Rota coram R. P. D. Ortemberg. Romana pecuniaria siue restitutionis in integrum 1. Iulij* 1609.
3 vbi † quod stante admissione iurium cum dicta reseruatione nullum aderit impedimentum, per quod sententia ferri non possit, de quo etiam meminit supra *c. 156. n. 38.*

Verum, ne quando casus occurreret, aliquis decipia-
4 tur in auctoritate *dictæ decisionis,* † notandum est, quod ab illa fuit recessum *in eadem causa 15. Decemb.* 1610. *coram eodem,* vbi conclusum veriorem opinionem, quod admissio iurium facta sine præiudicio termini pro seruato habiti non iuuat, neque talis protestatio operatur, quominus senten-
5 tia deregatur lata post admissionem, † Ideóque talis forma admittendi iura sine præiudicio termini pro seruato non est recepta à cautis procuratoribus, & *R. P. D. Penia Decanus* retulit in v-
6 *na Romana beneficij coram se,* † fuisse reuocatam sententiam sub simili protestatione latam tam-

quam nullam, vt dicitur in *d. decis. 15. Decembris*
7 16 0, † vbi etiam subditur, quod terminus intelligitur reuocatus eo ipso quòd Iudex admittit iura non obstante dicta clausula, Sine præiudicio termini, Ideo pars aduersa debet appellare, iuxta notata per *Felin. in c. inter monasterium, n. 23. de re iudic. cum aliis, de quibus per Doct. in c. cum in ferrariensis, de constitut.*

Et eadem ratio esset, si citatio incidisset in aliam diē
8 post admissionem nouorum iurium, † quia per illam fuisset circumducta *l. & post edictum, de re iud. Alex. consi. 84. colum. 9. lib. 4. Afflict. decis. 115. Rot. decis. 1. de probat. in antiq. Caputaqu. decis. 13. incip. stilus, lib. 1. in manuscript. Menoch. præsumpt 63. n. 4. lib. 2. cum aliis per Sot. in d. Romana pecuniaria, seu*
9 *restitutionis in integrum 15. Decembris* 1610. † vbi etiam quod iuxta stilum solet pronunciari prout in cedula, & notarius adnotat diem subscriptionis, sed omnia ponit sub die pronuntiationis *Rot. dec.*
10 *705. p. 3. diuers. Vestr. in prax. c. 1. n. 12. li. 7.* † Tamen quando aliunde apparet ea die scriptas non fuisse pronunciatam, sententia est nulla *l. 2. & 3. ff. de sentent. ex breuic. recitand. Franc. in c fin. in 1. notab.*
11 *de re iudic. in 6.* † Et eo ipso quod iura fuerunt admissa probatur sententiam non fuisse latam, quia si fuisset lata non potuissent iura admitti, vt in decisionibus supra allegatis.

Et istis patet quod siue simpliciter, siue cum protestatione admittantur noua iura est circumducta citatio ad sententiam, & conclusio in causa *Rot. dec. 1. de testib. in non. & decis. 12. de denunciat. in antiq.* cum aliis decisionibus adductis per *R. P. D. Ludouisium, Cesar augustana dedicationis 1. Martij* 1618. vbi etiam quod ad effectum vt inducatur circumductio requiritur aliquod decretum Iudicis, cum ea non dependeat a voluntate partium, sed Iudicis, puta si dixerit, quòd iura extrahantur, vel quid simile.

Cùm igitur terminus fuerit reuocatus per admissionem articulorum, & pars non appellauerit, prout debebat appellare, vt dictum est, fuit in causa progressum ad vlteriora, & completum examen, & cùm dubitaretur, an esset probata intentio actoris, dicebam plenam probationem resultare ex
12 testibus examinatis, † Nam vnus deponit de veritate negotij & de fama, alius autem de fama tantum, Vnde isti duo testes debent coniungi cùm vtrique deponant de fama, & sic primus testis gerit officium duorum. Ita in specie concludit *Bald. in l. gallus §. ille casus, n. 1. ad med. in 3. notab ff. de lib. & posthum.* per doctrinam *Gloss in l. 3. §. idem diuus, in verb speciem, post med. vers. dicit ergo ff. de testib.*
13 † Validum est enim argumentum ex coniunctione duarum legum, vel duorum capitulorum eiusdem legis, quod dicitur argumentum per interpretationem, Vnde si aliquis accusatur de incestu, &
14 duo testes probant consanguinitatem, alij duo probant cognitionem carnalem, non autem consanguinitatem, erit probatum maleficium ex coniunctione capitulorum & testium *Bald. in d. §. ille casus, in 3. notab.*

Et facit simile de duobus instrumentis simul iunctis, ex quibus dicitur aliquid esse liquidatum, quam-
15 uis † ex vno solo non posset dici liquidum *Bald. in l fin. numer. 1. Cod. de fals. caus. adiect. legat.* vbi quod est vtile scire pro executione instrumentorum liquidorum *Idem Bald. in cap. audita, nu. 4. de*
16 *præscript.* † vbi etiam de instrumento dotis promissæ pro patrimonio contrahendo, quod mandabitur executioni, si ex alio instrumento probetur matrimonium contractum, quia ex coniunctione duarum scripturarum fit plena & liquida probatio *Idem Bald. in c. pastoralis 28. §. quia vero,*
17 *nu. 16 de offi. deleg.* vbi quod † stante statuto quòd sententia liquida demandetur executioni sufficiet, si illa sit liquida ex coniunctione actorum &
18 sententiæ, † quamuis enim acta non veniant appellatione sententiæ *l. acta de re iudic.* Tamen faciunt sententiam exequibilem, si producantur, v-
19 nà cum ipsa sententia † *l. quid tamen, § pomponius, ff. de arbitr.* nam quod facit aliquid tale, vel quod fit per aliquod tale, ipsum quoque videtur tale
20 † argumento *l. quo minus, ff. de fluminib.* & sicut ex coniunctione testium & instrumentorum fit
21 aliquid liquidum, † ita ex coniunctione duarum scripturarum & instrumentorum *l. asse toto, de hæredib instit. Ias.* qui omnia prædicta comprobat *in l. gallus, §. ille casus, nu. 11 de liber. & posthum.* vbi etiam de statuto prohibente fieri probationem per
22 testes † quod non habet locum quando probatio fieret per testes, & instrumenta, & sic quando ista coniungerentur *Bartol. in l. certi condictio, §. quoniam, ff. si cert. petat.* vbi *Ias. nu. 9.* dicit ab omnibus approbari.

De huiusmodi opinione Baldi videntur aliqui dubi-
23 tare ob illam rationem, † quia vnus testis non potest facere nisi semiplenā probationem, *l. vbi numerus, ff. de testib. l. iusiurandi, Cod. eod. tit. c. ex insi-*
24 *nuatione de procuratorib.* † sed in casu *Bald.* testis faceret semiplenam probationem quo ad veritatem negotij, & deponendo de fama probaret etiam semipleuè contra *l. 3. § item diuus, ff de testib.* & sic vnus faceret plusquàm semiplenam, & ita contra *Bald.* arguit *Alexand. consil. 152 n. 19 vers. præterea posito, lib. 5* vbi etiam addit, quòd seque-
25 retur absurdū, † quòd si per vnum testem probaretur veritas depositi deponendo vidisse fieri depositum, quo casu probaret semiplene, & si per eundem probaretur confessio depositi parte præsente esset facta alia probatio semiplena, & sic per vnum testem probatum esset plenè depositum,
26 quod est inconueniens *c. in omni, de testib.* † Idem per prædictas & similes rationes dicit *Alex. in l. gallus, §. ille casus, colum. 4 ad med. nu. 14. de liber. & posthum Curt. Sen. in l. admonendi, num. 9. de iur. iur. Surd decis. 12. num. 11.*

Verum non est recedendum ab opinione *Baldi*, contra quem non adesse aliquem contradictorem,
27 † & ideo in practica illius auctoritatem non parum vrgere, & quod vidit aliàs de hoc dubitari apud peritos, qui hoc dictum ignorabant, quare esse meum tenendum testatur *Idem Alexand. in dict. §. ille casus, n. 14 post med. & ibi Ias. n. 8. Socin. n. 4. in 2. notab. Claud. Seisel. colunm. 2. post med. versic. & inducit. nu. 14. de lib. & posthum. Marsil. singul. 585. probationes diuersi generis, nu. 2. Ruin. consil. 46. nu. 11. post med. versic. quod vltimum dictum, lib. 4. & cons. 81. colum. vltim. ad med. vers. & plus voluit, nu. 8. libr. 5. Socin. Iun. consil. 99. num. 24. ad med lib. 2. Ioann. Anton. Trigona sing. 66. in habes, num. 3. vsque ad 6. Ias. in l. admonendi, in 1. lect. n. 99. ad med. versicul. hoc limitat. & in repetit. eiusdem l. num. 257. ad fin. vers. dixit tamen alibi notantur, ff de iur. iur. Euerard. loco 28. à coniunction. seu combination. num. 5. Gabr. de probat. conclus. 1. num nono.* & ita etiam fuit decisum per *Rotā coram Card. Capizucco,*

Toletana praetensi stolij 19. Aprilis 1552. vt testatur Caputaquensl. decis. 300. alias 37. part. 3. Paris. consil. 57. nu. 23. & 24. lib. 1. Et quia per praefatos Doctores respondetur omnibus quae contra hanc opinionem adducuntur. non erunt eorum dicta repetenda, cùm satis ostendisse illam esse in praxi receptam, & secundùm eam iudicandum prout iudicatum fuit. Maxime quia idem testis potest produci ad probandum diuersa capitula tendentia ad victoriam eiusdem causae, vt experientia, & communis practica nos docet, quae debet attendi *cap. quae sit, de elect. in sexto, l. minime, ff. de legib.* & in proposito notat *Paris. consil. 57. nu. 25. lib. 1.*

EPITOME.

Tertius quando possit impedire executionem pro suo interesse. ¶ Et quomodo sit probandum. ¶ Et an sufficiat iuramentum, & imperfecta probatio. ¶ Et quo casu admittatur cautio iuxta *l. si is à quo fundus, ff. de rei vend.* ¶ Et quando pignus controuersum sit dimittendum, & recurratur ad alia. ¶ Et de vulgato adagio, Tene certum, & relinque incertum. ¶ Medicus per aduersa medicamenta curans infirmum quomodo puniatur. ¶ Et vnde emanauerit dispositio *text. in l. medicus, ff. de var. extraord. cogn.* ¶ Tertius an possit venire coram Delegato in gradu appellationis pro suo interesse, quamuis non sit expressum in commissione. ¶ Iudicium summarium quod dicatur. ¶ Et quae probationes in eo requirantur. ¶ Et an detur reprobatio testium tam respectu personarum, quàm attestationum. ¶ Opponens de electione an debeat probare se canonicè electum. ¶ Probatio semiplena an sufficiat in causa incidente ad finem alterius iudicij, vt in clericatu, exemptione, restitutione in integrum propter laesionem, aut lapsum fatalium, dominio, matrimonio, & similibus. ¶ Agens ad restitutionem possessionis beneficij an obtineat, si solùm producat collationem Vicarij, quamuis non doceat de mãdato se extendente ad conferendum. ¶ Et quando sufficiat titulus coloratus beneficij. ¶ Iusiurandum super probatione interesse an sit idem quod iuramentum calumniae, vel veritatis, & probationis. ¶ Intellectus *l. scire oportet, §. sufficiat, de excus. tutor.* ¶ Statutum quod quis teneatur ad exhibitionem libri, seu instrumenti an si intelligendum, si petens sibi exhiberi probet suum interesse per iuramentum. ¶ De forma sententiae quando tertius interuenit pro suo interesse.

SVMMARIVM.

1 *Executio super re potest impediri per tertium praetendentem interesse tam si actum fuerit petitorio, quam possessorio. Et ad materiam remissiue, nu. 2. & 5.*

3 *Per cautionem quo casu sit satisfactum tertio, vt non possit impedire executionem.*

4 *Forma sententiae quando tertius interuenit.*

6 *Declarationes trigintasex in materia tertij venientis ad causam.*

7 *Tertius debet audiri quo ad impediendam executionem quae fit super re non petita, & super qua non fuit lata sententia, neque hoc casu sufficit cautio iuxta* l. si is à quo fundus, de rei vendic. *num. 8. 9 & 10. & de ratione, num. 11.*

12 *Cognitio facta in causa principali sufficit quando sumus in executione facienda super eo, super quo fuit sententiatum, nec tunc alia cognitio requiritur. Intellige num. 13.*

14 *Pignus controuersum non est dimittendum, sed debet cognosci super eo, & interim impeditur executio, cùm diuersũ sit existentibus aliis pignorib. non controuersis, quod tamẽ erit in arbitrio Iudicis, n. 15.*

16 *Vulgatum dictum Tene certum, & relinque incertum, applicatur ad illos, qui defendunt causas per argumenta subtilia, vt videantur ingeniosi, & merces eis augeatur.*

17 *Gerens negotia lubrica & periculosa tenetur de casu fortuito.*

18 *Medicus curans oculos per aduersa medicamenta tenetur ad restitutionem acceptorum, & extraordinem punitur juxta* l. medicus, ff. de var. & extraordin. cognit. *cuius text. dispositio emanauit à fabula Aesopi, vt num. 19 & 20.*

21 *Interesse debet statim probari per tertium qui vult executionem impedire: sufficiet tamẽ ad hunc effectum summaria & imperfecta & aliqualis probatio & iuramentum, vel vnus testis, nu. 22. 23. 24. 25. 26 & 27. Etiam quòd simus in triplici interesse, nu. 28. & 29. Declara vt nu. 35. 36. & 51.*

30 *Tertius potest venire coram delegato etiam in gradu appellationis pro suo interesse, quamuis non sit in commissione expressum.*

31 *Probatio plena non requiritur in judicio summario afferente praeiudicium quod potest reparari in alio judicio.*

32 *Probatio summaria dicitur primaria, vel breuis, & quid significẽt verba Prima facie, seu prima frõte.*

33 *In summariis sufficit semiplena probatio.*

34 *Probatio interesse praeambula & praeparatoria, non derisoria.*

37 *Reprobatio testium non admittitur in summaria cognitione, nec respectu personarum, nec attestationum. Intellige vt nu. 38.*

39 *Tertius opponens se electum non tenetur probare electionem canonicam. Idem in vnioné, & alio quolibet titulo, nu. 40.*

41 *Probatio semiplena sufficit vbi agitur de causa incidente ad finem alterius judicij.*

42 *In probatione alienius praeambuli sufficit probare possessionem clericatus.*

43 *Praetendens se exemptum petens se absolui ad cautelam ab excommunicatione contra eum lata per Episcopum debet aliqualiter, non plenè probare exemptionem.*

44 *Ecclesia & minor si petunt restitutionem debent docere summariè de laesione, & post illam obtentam requiritur plena probatio.*

45 *Petens se restitui ad appellãdum, vel contra lapsũ fatalium tenetur aliqualiter docere de suo bono jure.*

46 *Agens ad restitutionem possessionis beneficij obtinet si solum producat collationem Vicarij, quamuis non doceat, quod mandatum illius se extendat ad collationes. Et de ratione nu. 47. Et quando sufficiat titulus coloratus beneficij, nu. 48.*

49 *Dominium deductum incidenter in judicio potest probari per solam possessionem.*

50 *Probatio praesumptiua & coniecturalis sufficit in probando matrimonio incidenter ad effectum successionis.*

52 *In causis summariis probatio interesse quãdo admittatur per jusiurandũ, & n. 56. & an hoc sit juramẽtũ calũniae, vel veritatis & probationis, n. 53. & 54.*

55 *Intellectus* l. scire oportet, §. sufficit, de excusat. tutor.
57 *Statutum vt quilibet teneatur ad exhibitionē libri, seu instrumenti, intelligitur dummodo petens sibi exhiberi probet suum interesse, & sufficiet probatus per iuramentum. Intellige vt n.58.*

CAPVT CCCCXXXXIX.

TErtium prætendentem interesse dicebatur non solùm posse impedire executionem rei,
1 † si est actum petitorio, sed etiam si possessorio
juxta veriorem sententiam, de qua per Felin. *in c. veniens 38. nu.11. de testib. Pract. Papiens. per Ferrar. in form. executien. sentent. definitiu. in princip. nu.16.*
2 *in fi. qu.7.* † Ad cuius rei materiam multa adducit
Couarr. pract. quæst. cap.16. Boer. decis.79. n.2. Bart. Zas. & alij in l. à diuo pio, §. si super rebus, ff. de re iudic. Menoch. de arbitrar. cas.18. lib.2. centur.1. & præsumpt.47. li.2. & cons.488. li.5. Afflict. decis.255. Aym. cons.14. n.4. cum alijs per *Grauat. ad Vestr. in prax. l.5. c. vlt. n.24. vsq. ad 27. Misinger. obseru.73. centur.3. Vant. quis possess. dicer. de nullit. n.15. vsque*
3 *ad nu.29.* † Et quando per cautionem fit satisfactum tertio, ad hoc vt non possit impedire executionem, juxta *l. si à quo 57. ff. de rei vindicat.* declarant supradicti Doctores, & benè Zas. *in d. §. si super rebus, n.12. cum seq. Afflict. dec.15. n.1. in fi. Duen. reg.274. per tot. Couarr. pract. quæst. c.14. nu.14. Fachin. lib.5. controuers. cap.5. Diaz. reg.166. Put. decis.*
4 *326. lib.2. Andr. Gail. obseru.70. nu.21. lib.1.* † Et de forma sententiæ, quando tertius interuenit *Idem Gail. obseruat.122. num.8. lib.1.* qui etiam multa ad
5 materiam tertij venientia ad causam † *obseru.69. cum tribus sequent. eod. lib. cum alijs per Costam de iur. & fact. ignor. distinct.57. cent.1. fol.257. latè Felin.*
6 *in c. cum super 17. de re iudic.* † Vbi *col. fin. in princ.* subdit esse notandas declarationes triginta sex in huiusmodi materia per eum adductas, per quas in facti contingentia poterit quis videri doctor non gregarius.

Omissit tamen his, quæ ad rem nostram non pertinent, Dubitatio, de qua in casu mihi proposito vi-
7 debatur cessare, † quia non fuit petita res aliqua particularis, sed fuit actum ad debitum consistens in quantitate pecuniarum, & cùm in executione sententiæ essent capta pignora, tunc tertius contradictor meritò erat audiendus prætendens illa ad se pertinere, nec sufficeret cautio secūdùm dispositionē *text. in l. à diuo pio 15. § si super rebus, vbi Zas. n.13. ante fin. versic. tertius casus est, & ibi Alexand. de commun. nu 8. Ias. n.9. ff. de re iudic. Anchar. quæst.42. ante fi. lib.2. post Zuccard. in l. vltim. n.365. C. de edict. diui Adrian. tollend. Magon. decis. Rot. Florent.104. in fi. n.27. Rebuff. de arrest. & opponentibus contra ea, art.1. Gloss.2. num.23. tom.3. fol. 562. Andr. Gail. obseruat.70. nu.21. lib.1.* vbi quod
8 in praxi seruatur, † vt tertius tunc non possit impedire executionem, quando illa debet fieri super eadem re, super qua est lata sententia, nam in hoc casu ei cauebitur de indemnitate iuxta *l. si à quo*
9 *fundus, de rei vendic. late Osasc. dec.57. nu.4.* † Cùm aliud sit quando est facienda executio super re non petita, & super qua non est lata sententia, sed super alia re, nam tunc quilibet de suo iure summariè ostendens potest impedire executionem Bartol. *in dict. § super rebus, nu.3. & ibi Fulgos. colum.2. post med. vers. aliquando executio, n.2.* & clarius *Felin. in c. veniens, il secondo, col 4. ante med.*
10 *n.9. vers. secundus casus, de testib.* † vbi quòd quando executio fit in rebus adiudicatis præcedente actione personali non facta petitione bonorum, est audiendus tertius volens docere de suo interesse *per tex. in d. § si super rebus*, quem ita etiam intelligit *Innocent. in dict. cap. veniens, n.1. col.2. in prin-*
11 *cip.* † Et est ratio quia non fuit actum de illis rebus, Vnde non est sibi imputandum, si non contradixit, & satis est dicere nunc quando capiuntur bona in causa iudicati. Quare etiam in executione super bonis, super quibus specificè fuit iudicatum, non exigitur aliqua causæ cognitio, cùm secus sit in alijs *Innocent. in c. cùm super 17. ante fin. in verb. prætendicio, de re iudic. Alb. in ea. vltim. col. 9 ad med. vers. septima lectura, n.20. de iudi.* & latè declarat *Gemin. in ca. sicut fine, n.5. vers. quæro nun-*
12 *quid in executione 2. quæst.1.* † Quasi tunc sufficiat cognitio facta in causa principali, quando sumus in his, super quibus fuit sententiatum. *Ioan. And. in dict. c. veniens, il secondo, de testib. Host. in c. quia*
13 *11. in fi. de iudic.* † Intelligendo quādo fuit actu iudicio speciali, secus vniuersali, vt quia est petita hæreditas, & est adiudicata per sententiam, tunc enim, quādo fieret executio super particularibus rebus hæreditarijs, requireretur etiam summaria cognitio *Innocent. in cap. conquerente 16. n.5. de offi. ordin. Gemin. in ca. sicut fine, n.5. post med. versic. hæc sunt vera 2. q.1.*

Prædicta autem procedunt, si nulla alia pignora
14 quieta † & non controuersa existant, vel cùm de hoc probabiliter dubitatur, tunc enim non est dimittendum pignus controuersum, sed debet cognosci super eo, & interim impeditur executio, Diuersum esset, quando extarent alia pignora non controuersa, nam tunc poterit recurri ad illa, de quibus non est quæstio, aut contentio dimissis pignoribus controuersis, ne victor sententiæ cogatur expectare euentum litis *l. à diuo pio, §. sed & illud. vbi Raph. & Ias. nu.1. ff. de re iudicat.*
15 † Quod tamen totum residebit in arbitrio iudicis exequentis, qui eliget viam faciliorem, vt notat *Zas. in dict. l. à diuo pio, §. si super rebus, ad fin. v. in*
16 *adde quod dispositio, n.17. de re iudica.* † vbi ex hoc colligit vulgatum illud & quotidianum, tene certum, & relinque incertum, subdens hoc facere contra illos Aduocatos, qui aliquando defendunt clientes per subtilia, & periculosa fundamenta, vt videantur subtiles, & augeatur eorum merces, & sæpe cadunt à causa, cum tutioribus rationibus vti potuissent, ex quibus victoriam sententiæ reportassent, quod non est faciendum, non enim debet quis se periculis exponere, & negotia periculosa & lubrica, ac insolita gerere,
17 † nam tunc tenebitur etiam de casu fortuito *l. si negotia 12. vbi gloss. in verb. sit solitus, ad fi. de negot. gest. l. vel vniuersorum 12. vbi gloss. in verb. bonorum,*
18 *ff. de pignor. act.* † Ita erat medicus ille, de quo in *l. medicus 3. ff. de var. & extraordin. cognit.* qui dolorem oculorum cuiusdam medebatur per aduersa medicamenta, & cùm ei infirmus vendidisset ampla prædia, vt melius curaretur extra ordinem erit puniendus cum restitutione rei, argumento *l. si per impressionem, Cod. quod met. caus. l. vltim. §. 1. vsque ad fi. ff. eod. tit. l. archiatri, C. de professor. & medic. l. illicitas. de offic. præsid. Gutier. variar. resol.*
19 *par.1. c.57. num.28.* † ex quo colligunt Doctores hanc hypothesim ab Æsopi fabula emanasse, qua

traditum

traditum est lippientem anum medici operam
implorasse, qui quoties ab ea impositis collitiis
recederet, furtim aliquid de domo auferebat, de-
mum cum conualuisset, & mercede à medico
interpellaretur. Atqui, inquit illa, minus in præ-
sentia, quàm olim video, plura enim in domo va-
sa, & instrumenta lippiens circumspiciebam, quã
nunc sana conspicari possim *Alciat. lib. 2. parerg.*
20 *c. 39.* † vbi ex dicta fabula hanc hypothesim, seu
argumentum, ac materiam, & genus quæstionis
colligit in Vlpiani responso *in d. l. medicus, 3. ff. de
var. & extraor. cognit.*

Ex quibus colligitur potuisse impediri executionem
in casu, & ad effectum, de quo agebamus, &
quamuis prætenderetur non constare de interes-
21 se, † prout illud erat probandum statim, & in-
continenti ad hoc, vt quis debeat admitti ad re-
tardandam dictam executionem *Innocent in cap.
veniens, il secondo, in princip. de testib. Menoch. de
arbit. cas. 18. Mels. in verb. executio sententia quan-
do petitur. Dec. in l. vlt. num 45. C. de edict. diui A-*
22 *drian. toll. Put decis. 236. num. 3. lib. 2.* † Nihilo-
minus satis fuit in hoc casu apparenter & summa-
rie probare illud interesse, cum ad hunc effectum
non requiratur perfecta probatio, nec necessariò
concludens, aut multum stricta, & plena, vt de-
clarat *Felin in d. cap. veniens, num. 13. & 14.* vbi lo-
quitur de probatione per iuramentum, & respon-
det ad *Bald. in lege Aquilia, 41. ff. ad legem Aquil.*
qui videtur de hoc dubitasse per *tex. in d. c. veniẽs.*
23 † Namquamuis ibi fuerit plene probatum inte-
resse per testes & instrumenta, non tamen sequi-
tur, quod alia probatio minus perfecta non fuisset
sufficiens, cum illud sit per modum narrationis,
24 quod non arctat ad ita faciendum. † Idem Fe-
*lin. in cap. cum super, 17. colum. 7. ad med. num. 26. de
re iud. & in c. cum super, 23. num. 2. in 2. notab. de of-
fic. delegat. & in c. audītis, 15. column. 17. ad fin. vers.
ideo si rescriptum, nu. 17. vbi Addit. in verb. summa-*
25 *rie, de præscript.* † Et quidquid alij sentiant, ita est
communis opinio, quam tenet *Rot. decis. 11. alias
53. de iudic. in antiq.* vbi quod sufficit probare ali-
qualiter & summariè, quod intersit *Specul. de offic.
omn. iud. §. postremo, num. 3.* vbi ponit hunc casum
de interesse inter alios ibi enumeratos, in quibus
26 satis est semiplena summaria cognitio † Alex.
qui etiam istam semiplenam cognitionem ad-
mittit *in l. à diuo Pio, §. si super rebus, & ibi omnes
communiter, ff. de re iudicat. Vant. quis poss. dicer. de*
27 *nullit. n. 24.* vbi quod sufficit iuramentum, † vel
vnus testis, vel probatio apparens, & non conclu-
dens *Gail. obseruat. 69. lib. 1. nu. 2.* vbi quod satis est
docere apparenter de huiusmodi interesse Ang.
Aret. *in l. a sententia, col. 2. post princ. vers. & in his*
28 *concludo, de appell.* † vbi de triplici interesse, per
quod quis potest admitti, & in quolibet summa-
29 tim, & non plenè ius suũ est ostendendũ, † Gabr.
Sarayna *in addit. ad Mathes. not. 123. nota regulam,
n. 1. Late Ossasc. dec. 37. n. 3. & 7. Roland. cons. 1. n. 31. li.
1. Bisignet. dec. 1. de rescript. post Innoc. in c. veniens,
il secondo, in princ. vbi Cardin. n. 1. Abb. n. ... de testib.
Put. dec. 166. in vna Tolletana, in fin. lib. 3.* vbi quod
30 tertius potest venire coram delegato † etiam in
gradu appellationis pro suo interesse, licet non sit
in commissione expressum, & admittitur, si de eo
doceat apparenter *idem Put. decis. 385. lib. 1. Achill.
dec. 5. de except.*

Et facit quia quoties iudicium summarium parat
præiudicium, quod potest reparari in alio iudi-
31 cio, † non requiritur plena probatio, quidquid
aliud sit, quando præiudicium non esset reparabi-
le *Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. sum-
marie, nu. 9.* vbi quod sufficit, quod iudex ad sus-
spicionem, seu opinionem inducatur ex vnico te-
ste, vel aliquibus indiciis, aut verisimilibus, tunc
enim ista probatio dicitur facta summarie, hoc
32 est † primarie, quasi ad primum gradum proba-
tionis, & istud est quod dicimus prima facie,
seu prima fronte videtur quod sic, vel potest dici
summarie, hoc est breuiter, & ita loquitur *text. in
l lege Aquilia, vers. ad suspicionem iudicem addu-
cam, ff. ad legem Aquil. l. 3. §. causa, vers. vel modi-
cum pro puero, de Carbo. edict. l. 1. §. fin ea, de vent.*
33 *inspiciend.* † Et quod in istis summariis sufficiat
semiplena probatio: *Idem Bart. in l. si constante, in
prin. quæst. 1. ff. solu. matrim. & in l. nam & postea, §.
si minor, de iur. & in l. 1. §. quod si sit, nu. 1. de prætor.
stipul. & in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, nu. 1. de
libe. agnosc. & in l. Indices, vbi Bald. C. de iudic. Idẽ
Bald. in l. 3. § ibidem, ab exhib. Cardin. cons. 9. nu. 2.
vsque ad 5. Specul. de offic. omn. iudic. § postremo, nu.
16. & 17. & de prim. & secund. decreto, § restat, vers.
sed qualiter, col. 1. in fin. nu. 5. Felin. in c. veniens, il 2.
nu. 14. ad med. vers. nec hoc negat, de testib. & in cum
super, num. 16. de re iud.*

Quorum ratio est, quia probatio huiusmodi inter-
esse est præambula, & præparatoria, non autem
34 decisoria, † ideo non mirum si semiplena proba-
tio sufficit *Bart. in l. à sententia, in fi. de appell. & in
l. a diuo Pio, § si super rebus, nu. 1. de re iudicat. Bald.
in authen hodie, nu. 6. C. eod. tit. & in l. fin num. 42.
C. de edict. diui Adria. tollen. Ang. in l. si suspecta, n.
1. de inoffic. testam. Andr. Gail. obseruat. 69. n. 4. lib. 1.
Vant. quis poss. dicer. de nullit. n. 54 Bal in c. veniens
il secondo, n. 2. de testib. & ibi Add. ad Felin. in ver.
interesse. Idem Felin. in c. cum super, 17. n. 16. vers. &
dictam de re iud.*

Quod comprobatur, quia hic non agitur ad interes-
se consequendum, sed ad constituendum idoneũ
35 contradictorem. † Vnde vt admittatur quis ad
iudicium, debet probare, quod sua interest, sed vt
admissus præferatur, est plenè probandum ius
suum per probationes perfectas & solemnes, quę
reseruantur post litem contestatam *Bald. in c. ve-
niens, il secondo, nu. 3. & 4 de testib.* Aliud est enim
velle obtinere super contradictione, & tunc non
sufficit, quod intersit, nisi probetur ratio contra-
36 dictionis. † Aliud est velle admitti ad contradi-
cendum, & tunc satis est, quod contradicentis in-
tersit *Ang. in l. adoptio n. 5 vers. denuo videtis, de a-
doption. Abb in c. cum super, 17. ad fi. vers. hoc mihi
placet. & ibi Felin n. 6. ante med. vers. & dicit ele-
ganter, de re iudic.*

Vnde in ista summaria cognitione non admittetur
reprobatio testium, nec respectu personarum, neq;
37 † respectu dictorum, seu attestationum *Io. An. in
c. veniens, il secondo, colum. 2. post med. ver. item cum
primo inquireretur, & ibi Abb. n. 10. But. n. 13. de te-*
38 *stib.* † Intelligendo tamen quando præiudicium
esset reparabile. Nam si non esset tale, hoc non
procederet, cum in causa etiam de sui natura sum-
maria non tollantur defensiones *clem. sæpe, de ver.
signific.* & ita declarat *Felin. in d. c. veniens, il secon-
do, num. 13. post princ. vers. immo dixerunt, de testib.
post Bart. in extr. ad reprimendum, in verb. figura,
col. vlt. in pr. vers. sed an requiratur publicatio n. 13.*

Quare ſi tertius opponat ſe electum, ſufficiet illi probare electionem, quæ habeat figuram eſſe,
39 quamuis † non dicatur quoad eſſe in ſubſtantia iuris, non enim requiritur, quod probetur canonica electio, ſi de eâ opponatur, cum hoc poſteaſit probandum in cauſa principali *Bald. in c. veniens, il ſecondo, n. 4. poſt Innoc. ibid. in princ. Abb. num. 9. Card. num. 1. de teſtib.* Vbi *Felin. nu. 13. ad med.* dicit hoc eſſe perpetuò centum manibus notandum idem Felin. qui hoc iterum repetit *in c. cum ſuper, 23. n. 2. de offic. iudic. delegat. & in c. cum ſuper, 17. nu.*
40 *16. de re iudic.* † vbi ampliat ad vnionem, & alium quemlibet titulum, contra quem non poterit dici de nullitate, prout ita dicit fuiſſe obtentum claudendo ora contrarium tenentium poſt *Card. conſ. 7. in d. c. veniens, in princ.* & ſequitur *Roland. conſ. 1. num. 31. lib. 1.*

Prout etiam dicimus, quod ibi agitur ad probationẽ tituli, non ad finem decidendi principale dubium,
41 † ſed ad alium finem incidenter aperientem viam ad alterum iudicium, ſufficiet probatio ſemiplena, producendo probationem prima facie concludentem, quaſi tunc ſimus in probatione alicuius præambuli, *Rot. deciſ. 7. num. 3. de teſtam. in antiq. poſt Cin. in l. 1. q. 5. C. vbi cauſ. ſtat. & in l. 2. ad fi. verſ. expediti ſumus, Cod. quæ ſit long. conſuet. Bella. deciſ. 99. in princ. Gemin. conſ. 57. num. 3. & conſ. 16. in fin. Franc. in cap. ſi Iudex laicus, 12. §. ſed etſi notorium, num. 2. in 3. notab. de ſentent. excommunicat. in*
42 *ſexto.* † vbi de poſſeſſione clericatus, quam ſufficit probare in probatione alicuius præambuli *Rot. deciſ. 35. ante fin. de appellat. in nou.* vbi de alle-
43 gante ſe exemptum à iuriſdictione Epiſcopi, † & petente ſe abſolui ad cautelam ab excommunicatione per Epiſcopum contra eum prolata, quod aliqualiter, non autem plene debet docere de exemptione, antequam abſoluatur *Innoc. in c. ſolet, de ſent. excomm. in 6.*

Quemadmodum etiam Eccleſia, & minor ſi petit reſtitutionem in integrum aduerſus læſionem,
44 ſufficit † vt doceat ſummarie de læſione in limine ipſius reſtitutionis obtinendæ, attento quod poſt illam obtentam eſt plene docendum de læſione *Bellam. deciſ. 38. ante fin. verſ. ſed quia de hoc intereſſe, Felin. in c. cum ſuper, 17. num. 16. poſt med. verſ. dixit etiam de re iudic.*

Idem cum petitur reſtitutio ad appellandum à diffinitiua, vel contra lapſum fatalium ad appellatio-
45 nem proſequendam, † tunc enim docendum eſt aliqualiter de iuſtitia volentis reſtitui, quæ poſtea ſerotius diſcutietur, & docebitur in ipſo exordio reſtitutionis etiam de ipſo negotio principali, quia aliter læſio non eſſet vera, ex quo non intereſt appellare non habenti ius negotio principali *Felin. in c. ſuper, n. 16. poſt med. verſ. idem dicit cum petitur, de re iudic.*

Similiter petens ſe reſtitui ad poſſeſſionem beneficij, ſatis eſt quod deducat collationem Vicarij,
46 † per quam dicitur colorare titulum ſuum, quamuis non probet, quod mandatum Vicarij ſe extendit ad collationes. Quamuis enim melius ſit tacere titulum, quam illum infectum allegare *Innoc. in*
47 *c. auditis, de reſtitut. in integr.* Tamen † aliud eſt producere titulum, qui à ſeipſo ſit totaliter malus, aliud eſt allegare titulum bonum, & illum probare minus plenè, tunc enim licet non ſufficeret in caſu requirente plenam probationem. Nihilominus ſatis erit, quando non agitur de petitorio propter ſe *Bellam. deciſ. 50. per text. in cap. veniens, il ſecondo, de teſtib.* & ita declarat adducta per *Innoc. in d. cap. auditis, de reſtitut. in integrum, & in c. dudum, de decim. & in cap. de notorio, de verbor. ſignificat.*

Et generale eſt vt ſufficiat, quod agens poſſeſſorio recuperandæ det articulum de titulo colorato ſui
48 beneficij, † quamuis non concludat, dummodo probationes ſuper eo ſint concludentes *Felin. in c. cum ſuper, n. 16. poſt med. verſ. item ſi quis dicit, de re iudic. poſt Rot. deciſ. 7. de probat. in nou. Butr. in c. in literis, col. 11. de reſtit. ſpolia. Gemin. conſ. 57. & 148.* de quo latè *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu. 459. vſque ad 469. & de retinend. poſſeſſ. remed. 3. n. 328. vſque ad n. 338.*

Exemplo dominij deducti in iudicio non principaliter, ſed incidenter, quod non requirit directam
49 & concludentem probationem, † ſed poteſt ſola poſſeſſione probari *Bald. in l. indicia, C. de rei vendic. Alex. conſ. 503. n. 10. lib. 7. Caſtr. in l. quidam in ſuo ff. de condit. inſtit. Boer. deciſ. 42. n. 8. Rot. diuerſ. deciſ. 34. num. 20. part. 2.* vbi communi *poſt Socin. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 31. de acquir. poſſeſſ.*

Quod etiam eſt in caſu matrimonij, nam ſi illud de-
50 ducatur incidenter, † & ſecundariò ac per modum cauſæ ad effectum legitimationis, & ſucceſſionis, probabitur per quamlibet probationem præſumptam & coniecturalem Gemin. *conſ. 27. n. 8. Salic. in l. non nudis, 14. ad fi. n. 6. C. de probat. Pariſ. conſ. 57. n. 41. vſque ad 47. lib. 4. Rot. diuerſ. deciſ. 37. n. 1. p. 1. & dec. 34. n. 19. p. 2.* cum aliis quos adducam Deo dante infra.

Addendum eſt tamen circa ea quæ ſupra dicta ſunt de iuramento, quod per illud poſſit probari in-
51 tereſſe, † vt tunc procedat, quando cauſa ſummaria eſt nullius, vel modici præiudicij, vidilicet ſi ageretur, vt res exhibeatur *l. theſaurus, 15. de ex-*
52 *hibend.* † vbi omnes notant, quod illa lex ſemper allegatur, quod in cauſis ſummariis probatio admittitur ſuper intereſſe per iuſiurandum, dummodo tamen conſiderata qualitate perſonæ, & quantitate præiudicij, videatur poſſe deferri.
53 † Neque hoc erit iuramentum calumniæ, prout Azo dicebat, vt notat *gloſ. in d. l. theſaurus.* Sed eſt ſacramentum veritatis, & probationis, quod defertur cum alia cauſæ cognitione, quàm illud calumniæ, & alio tempore, videlicet tempore probationum, & non prodeſt in alio, niſi vt fiat prima miſſio, cum ad ſecundum decretum veniatur, dummodo liquidè conſtet de debito, & non per ſolum iuſiurandum, prout omnia prædicta comprobat *Bald. in d. l. theſaurus, in 1. & 2. lectur. ff. ad*
54 *exhibend.* † Vbi quod ſemper iſta duo ſunt neceſſaria, ad hoc vt ſufficiat iſtud ſacramentum, ſcilicet quod cauſa ſit ſummaria, & modici præiudicij, nam vno iſtorum deficiente, non erit deferendum, niſi adiuuetur adminiculo ſemiplenæ probationis *l. admonendi, de iur. iur. §. ſi vero, auth. de exhib. reis, Doct. in l. ſi finita, §. Iulianus, de dam.*
55 *infect.* † & ita intelligitur *text. in l. ſcire oportet, §. ſufficit, ff. de excuſat. tut.* vbi iuratur de excuſatione, non autem ad condemnationem Bald. *in d. l.*
56 *theſaurus, in 1. lectur. in fin.* † Vnde quando infertur maius præiudicium, non aliter probandum, quàm per iuramentum, non autem ita ſtrictè & plenè, ſed tantum apparenter, quo ad dictum effectum retardandi executionem iuxta ea, quæ ſupra

supra adducta sunt, & ita distinguit etiam *Abb.*
57 *in d.c. veniens, il 2. n. 9. de testib.* † Quare si iure municipali caueatur, quod quilibet teneatur ad exhibitionem libri, seu instrumenti, ille qui dixerit sua interesse sibi edi, hoc probabit per suum iuramentum *Rom. cons. 83. in fi. Seraph. priuileg. iuram.*
58 *31. num. 7.* † Intelligendo tamen quando quis iure actionis, vel officio iudicis potest conueniri, cum alijs declarationibus, de quibus per *Glos. in l. in actionibus 5. in verb. non etiam ob culpam, post med. de in lit. iur. Ias. in l. vbi exigitur, n. 2. de edend. Alexand. in l. qui accusare, in fi. C. de ed tit. Mascard. concl. 935. cum seq. Add. ad Seraph. priuil. iuram. 31. n. 6.*

EPITOME.

Priuilegium fori an admittatur non gestando habitum & tonsuram, & non inseruiendo ecclesiæ, siue simus in clericis beneficiatis, siue non habentibus beneficia. ¶ In criminibus in quibus incurritur pœna ipso facto, & ipso iure, absque aliqua citatione, & decreto Iudicis an requiratur declaratoria delicti. ¶ Et quid in his qui non deferunt habitum & tonsuram quo ad pœnas priuationis beneficiorum. ¶ Professio ex quibus iudicetur nulla. ¶ Et quando censeatur ratificata. ¶ Et quæ scientia sit necessaria. ¶ Et an tempus anni possit frangi, aut discontinoari. ¶ Et an istud tempus detur tam in fauorem nouitij, quàm monasterij. ¶ Solus Abbas an recipiat Monachum ad profitendum, absque consensu maioris partis Capituli. ¶ Nullitas professionis quando possit allegari tam intra, qoam post quinquennium.

SVMMARIVM.

1 *Non incedentes in habitu & tonsura sunt priuati beneficiis ipso facto absque aliqua citatione, & decreto Iudicis. Non tamen amittitur priuilegium fori ante declaratoriam. n. 2.*
3 *In omnibus criminibus etiam læsæ maiestatis, in quibus incurritur pœna ipso facto, absque aliqua scientia, & ipso iure, requiritur declaratoria, quod quis commiserit delictum.*
4 *Clericus beneficiatus non inseruiens ecclesiæ, qui habitum & tonsuram gestare consueuit, non incidit in pœnam amissionis beneficij, quamuis aliquando talem gestationem intermiserit, vnde etiam lata declaratoria super facto gaudebit priuilegio fori. Et ratione num. 5.*
6 *Clericus non priuatur priuilegio fori, quamuis aliquando intermittat seruitium diuinum, & dicitur deseruire continuò si pro maiori parte deseruit.*
7 *Clerici prima tonsura non habentes beneficia an priuentur priuilegio eo ipso quod non incedunt in habitu & tonsura, & an in eis requiratur trina monitio & incorrigibilitas, n. 8. & 9.*
10 *Professio est nulla non completo anno continuo probationis, & non seruatis omnibus requisitis in cõstitutionibus non religionis, n. 11. Amplia vt tale tempus non possit frangi, aut discõtinuari, n. 14.*
12 *Rigor seruatur in his, quæ sunt de forma.*
13 *Annus probationis datur in subsidium humanæ fragilitatis, & in fauorem tam nouitij, quàm monasterij.*
15 *Professio facta contra constitutionem habentem clausulam decreti irritantis est nulla.*
16 *Clausula decreti irritantis inducit nullitatem actus & legis tam scientes, quam ignorantes, tollendo consuetudines præteritas & futuras, & n. 17.*
18 *Professio est nulla si fuerit facta absque acceptatione maioris partis votorum Capituli generalis, seu prouincialis religionis.*
19 *Solus Abbas seu Prælatus non facit monachum, seu professum absque vocatione fratrum, & n. 21.*
20 *In Abbate resident omnis potestas monasterij, seruatis tamen seruandis.*
22 *Professio nulla non censetur ratificata per consensum profitentis, vel per admissionem ad actus conuenientes solis professis, nisi data scientia nullitatis, ita vt illa non obstante ratificans habeat eam pro bona & valida, n. 23.*
24 *Errans & ignorans non censentur consentire.*
25 *Nullitas professionis quando possit allegari tam intra, quam post quinquennium, & n. 26.*

CAPVT CCCCXL.

QVamuis in Constitutione *Sixti V.* non in-
1 cedentes in habitu, & tonsura † sint priuati beneficiis sine vlla monitione, citatione, Iudicis decretu, aut ministerio, & ipso facto, Tamen non debent amittere priuilegium fori ante latam sen-
2 tentiam declaratoriam ab Ecclesiastico, † cum illa semper prius requiratur, & debeat præcedere etiam quando imponitur pœna ipso facto, licèt enim non sit necessaria sententia, quæ irroget illam pœnam. Nihilominus requiritur, quod declaretur actum, aut commissum, aut etiam omissum, ex quo pœna ipso iure lata est, ita in specie dictæ Constitutionis concludit *Prax. Archiepiscopi Neapolis. c. 7. n. 7.*

Prout hoc generale est in omnibus criminibus tam læsæ maiestatis, quàm similibus, in quibus licèt incurratur pœna ipso facto, & absque aliqua sen-
3 tentia & ipso iure, † Tamen semper requiritur declaratoria, quod talis commiserit illud delictum *Franc. in c. felicis, §. nullus, n. 3. de pæn. in 6.* & est verior opinio, quidquid alij contrarium sentiant vt testatur latè *Tiraquell. in l. si vnquam, in verb. reuertatur, nu 400. C. de reuocand. donat. post Felin. in c. Rodulphus, col. 24. de rescript. & in c. cum non ab homine, col. 4. de iudic.*

Idem videtur dicendum quo ad secundum dubium, vt videlicet clericus beneficiatus non inseruiens
4 alicui ecclesiæ, qui habitum & tonsuram gestare cõsueuerit, non incidat in pœnam omissionis beneficij in eadem constitutione *Sixti V.* impositam, quamuis aliquoties huiusmodi gestationem intermiserit, Vnde etiam lata declaratoria super facto gaudebit priuilegio fori, nam clericus non perdit dictum priuilegium, quamuis etiam esset captus cum armis sine habitu, & tonsura, si alias probaretur, quod esset solitus il-
5 lum deferre, † cum requiratur perseuerantia in non deferendo habitum, adeo vt publice existimetur laicus *Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 9. nu. 109. Castellion. cons. 5. num. 9.* quem sequitur *Farinac. quæst. 8. n. 67. & 68. Prax. Archiepisc. Neapolis. c. 7. n. 5.* vbi etiam addit Sacra Congregatio-
6 ne Concilij fuisse declaratum, † quod si aliquando seruitium diuinum intermittatur, clericus quoque debet gaudere dicto priuilegio, cum etiam dicatur continuò fieri, quod fit pro maiori parte temporis *Felin. in prohem. decretal. in verb. tex pacificus, n. 3. & 4.*

In clericis tamen primæ tonsuræ beneficiis carentibus dicendum videretur priuatos esse priuile-
7 gio fori † eo ipso quod non incedunt in habitu & tonsura iuxta constitutiones *Clement. VII. & Pauli III. de quibus per Menoch consil. 912. nu. 34. post Vrsill. in addit. ad afflict. decis. 24. nu. 7. & Clar.*
8 *in praxi crimin. §. vlt. q. 36. vers. hac autem.* † cum etiam in talibus clerici primæ tonsuræ non requiratur hodie trina monitio, & incorrigibilitas *Nauar. cons. vlt. num. 6. de priuileg. Menoch. d. cons. 912. nu. 34.* & de eadem constitutione Clementis
9 † meminit etiam *Viuius dec. 512. nu. 17.* vbi quod fuit impetrata per Carolum V. Imperatorem, & promulgata Neapoli per Nuntium Apostolicum, cuius Clementinæ vigore ita seruatum fuit *Decian. in prax. crim. lib. 4. c. 9. n. 88.*

Quo ad tertium de professione videbatur concludendum pro illius nullitate stante præsupposito, quod fuerit facta contra formam constitutionis
10 Religionis disponentis, † quod fiat annus probationis continuus, & completus sub cura, & gubernio Magistri nouitiorum in loco deputato à Capitulo generali, seu Prouinciali distincto à sæcularibus & professis, cum quibus nulla conuersatio possit esse, nisi solum occasione seruitij Ecclesiæ, aut processionum, cum plena notitia, & declaratione constitutionum dictæ regulæ, de quibus requisitis nullum penitus interuenit in casu nostro, Maximè quia per sex menses continuos talis professus in dicto anno probationis semper & indifferenter absque dicto Magistro conuersatus est, non solum cum professis, sed cum secularibus conuictoribus in loco omnibus præ-
11 dictis communi, † Ita vt ex hoc non fuerit satisfactum, neque dispositioni iuris communis, neque dictarum constitutionum quamdiu procul à Prælati oculis, & a regulari disciplina nouitius blandè, & beneuolè habetur in loco communi, cum sæcularibus, & forsan in illis diebus & noctibus, in quibus occurreret in Religione aliqua asperitas, quam nollet ferre, vel non posset, pro-
12 pter quam decerneret non profiteri. † Nam in illis quę sunt de forma seruatur rigor *Ruin. in rubr. de nou. oper. nunciat. num. 9.* Et rigor iure optimo inductus est, Annus enim probationis datur in subsidium humanæ fragilitatis, & in fauorem tam
13 nouitij, quàm monasterij, † vt & ille experiatur austeritates religionis, & cum illis vires suas metiatur, & monasterium eiusdem nouitij animum & mores inspicere & cognoscere possit *c. aposto-*
14 *licam, de regular. c. cum non solum, eod. tit. in 6.* † Adeò vt propter prædicta, labente anno probationis debeat nouitius permanere continuò intra claustra Monasterij, & in locum deputatum ad nouitiatum, ita vt non possit istud tempus frangi, nec discontinuari sub quouis prætextu, etiam ex causa infirmitatis, aut licentia Superioris, cum nunquam in huiusmodi casibus tempora coniungantur, vt late ob prædictas rationes declarauit *Rot. coram R.P.D. Marco Montio Grataten. professionis 9. Febr. 1609.* & voluit etiam *Lupus alleg. 46. nu. 2. & ibi Mandos. in verb. tempore, Alex. cons. 34. n. 5. lib. 1. Soc. cons. 118. n. 6. lib. 4. Ias. in repet. l. admonendi, n. 266. col. 83. de iur. iurand.*

Maximè quia huiusmodi constitutiones circa præscriptam formam requisitam in professionibus fuerunt confirmatæ per Sixtum V. & Clem. VIII. & Paulum V. in quibus mandatur præcisè obseruari omnia contenta in dictis constitutionibus in materia professionis cum clausula decreti irritan-
15 tis, † per quam omnis professio facta contra legem habentem similia decreta est nulla *Nauar. in* specie *cons. 87. n. 1. p. 1. de regul. lib. 3. & cons. 48. n. 2.*
16 *eod. tit.* † Prout generaliter ista decreta inducunt nullitatem actus in contrarium gesti, & ligant non solum scientes, sed etiam ignorantes *c. si eo tempore de elect. in 6. Cassad. decis. 1. nu. 1. de prabend. Couar. pract. quæst. c. 9. n. 6.* cum aliis per *Gonzal. ad*
17 *reg. 8. cancell. gloss. 67. num. 18.* † Et tollitur omnis consuetudo tam præterita, quam futura, quasi tunc appareat de voluntate Principis, quam inferior abrogare non potest. *Felin. in c. cum accessissent, col. 17. post prin. vers. quarto limita. n. 30. de constitut. Ruin. cons. 13. n. 12. & 13. lib. 2.* dixi supra *c. 166. num. 16.* vbi quamuis aliqua fuerint adducta pro contraria opinione, tamen postea illam non admisit, vt in additione ad *d. c. 166.* quæ est post repertorium tomi primi.

Præterea professio prædicta fuit facta absque acceptatione maioris partis votorum secretorum Ca-
18 pituli generalis, seu prouincialis † contra formam dictarum constitutionum Religionis cófirmatarum à dictis Summis Pontificibus, in quibus specialiter disponitur talem acceptationem, vt supra esse faciendam sub pœna nullitatis tam ex parte nouitij profitentis, quam monasterij, quod facit, vt talis professio non valeat tanquam acceptata ab eo, qui sine dicta approbatione non potuit illum obligare, & incorporare religioni *c. apostolicam, vbi Cardin. de regular. Innoc. & Abb. in c. porrectum eod. tit. Nauar. cons. 39. n. 1. & cons. 4. n.*
19 *2. ad med. de regular. lib. 3. p. 1.* † Quod etiam vltra dictas constitutiones est de iure communi, secundum quod solus Abbas, seu Prælatus sine vocatione fratrum non facit monachum, neque recipit professum, quamuis enim in dicto Abbate re-
20 sideat tota vis & potestas monasterij, † Tamen intelligitur seruatis seruandis *c. Abbatibus, 12. q. 2.* & declarat in specie *Franc. in c. fi. n. 2. de regular. in 6. Archid. in c. vlt. in fi. 16. q. vlt. Io. And. in c. ad apo-*
21 *stolicam in princ. vers. vterq; de regul.* † & ibi Abb. *col. vltim. post princ.* testatur de communi, prout etiam veriorem opinionem dicit *Azor. institut. moral. lib. 12. c. 5. q. 3. ad fin. per text. in c. eo noscitur, de his quæ fiunt à præl. sine consens. capit.*

Stante igitur nullitate professionis non est quæren-
22 dum de ratificatione, † cum talis professio non censeatur ratificari per consensum profitentis neque per admissionem ad actus solis professis conuenientes, nisi approbet illam sciens non valere, & ad hoc, vt de non valida faciat validam *Nauar. cons. 26. nu. 18. & cons. 28. in fin. n. 7. de regular. & cons. 89. n. 5. eod. tit. & in manual. confess. c. 12.*
23 *n. 71. post Caetan. 22. q. 189. art. 5.* † vbi quod requiritur vt nouerit professionem non valuisse, neque per eam obligari ad manendum, & non obstante hac scientia voluerit eam habere pro bona, &
24 se obligatum esse ad illam seruandam, † cum errans & ignorans non censeantur consentire *l. si per errorem 15. ff. de iurisd. omn. iud. Sur. cons. 150. n. 42. lib. 1.* Quamuis de ratificatione non sit quærendum, cum simus intra quinquennium, intra
25 quod permittitur allegare causas, † ob quas professio non tenet iuxta *Concil. Trident sess. 25. c. 19. de regular.* licèt etiam nulliter professus posset post quinquennium allegare causas annullantes profes-

professione, quas intra quinquennium non po-
26 tuit adducere, † Maximè stante constitutione Sixti V. secundum quam nulliter professi poterunt reclamare post quinquennium, si non fuerit seruata forma præscripta in dicta constitutione, prout latè declarat *Eman. Roder. quæst. reg. tom. 3. q. 17. art. 16. & 17. ad fin.*

EPITOME.

In regalibus, & iurisdictionalibus, ac Principi reseruatis an detur præscriptio ex sola possessione longissimi temporis. § Et an sit docendum de titulo vero, vel sufficiat putatiuus. § Et quid si adsit spatium temporis immemorabilis. § Et quomodo testes debeant de eo deponere. § Et an sit necessaria vera probatio, vel præsumpta. § Bona fides quando requiratur in præscriptione. § Et an satis sit malam fidem abesse. § Durante probatione consuetudinis immemorabilis an possit iurisdictio exerceri per eum, qui prætendit esse in illius possessione. § Et quid in causis matrimonialibus, & criminalibus, quarum cognitio spectet solum ad Episcopum vigore *Concilij cap. 10. sess. 24.* quando spectet ad Archidiaconum, & Abbatem, ac alios inferiores. § Et an dicatur probata immemorabilis ante tres sententias conformes. § Titulus coloratus an possit dici si processit ab eo, qui non habet potestatem. § Et quando habeat vim priuilegij. § Per productionem tituli inualidi an oriatur mala fides præsumpta, quæ impediat præscriptionem etiam immemorabilem.

SVMMARIVM.

1 *Possessio non sufficit in præscriptionibus etiam longissimi temporis, iurisdictionis, & regaliorum, nisi doceatur de titulo, aut priuilegio, n. 2. & 3.*

4 *Titulus debent esse verus, non putatiuus etiam in præscriptione longissimo temporis iurisdictionalium, & Principi reseruatorum, n. 5.*

6 *Præscriptio non currit nisi cum bona fide, & non sufficit malam fidem abesse.*

7 *Titulus inualidus ab initio non potest præbere causam præscriptionis.*

8 *In iurisdictionalibus, & regalibus, ac Principi reseruatis ius resistit quo ad præscriptionem, & error iuris, qui interuenit circa titulum non probat, nec causat bonam fidem, etiam si adsit spatium longissimi temporis, num. 9.*

10 *Bona fides requiritur in præscribenda iurisdictione ab initio ex iusto titulo, ita vt non sufficiat sexentia oblimiom tradita pro bona fide habenda.*

11 *Præscriptio, vt currat in iurisdictionalibus absque probatione veri tituli requiritur, quod adsit tempus, cuius initij non extet memoria in contrarium. Et quomodo testes super hoc debeant deponere, n. 12. Et an sit necessaria vera probatio, non præsumpta, num. 15.*

13 *Tempus immemorabile in præscriptione habet vim tituli veri & priuilegij.*

14 *Durante probatione temporis immemorabilis in præscriptione, non potest prætendens iurisdictionem, illam exercere, quamuis esset in possessione, & num. 16.*

17 *Per productionem tituli inualidi succedit mala fides præsumpta, quæ non admittit aliquam præscriptionem etiam temporis immemorabilis, & de cautela super hoc, nu. 18.*

19 *Titulus coloratus non potest dici quando processit ab eo, qui non habet potestatem.*

20 *Causæ matrimoniales & criminales debent cognosci per Episcopos, non per Abbates, & Archidiaconos, ac alios Iudices inferiores, non obstante quacunque consuetudine. Fallit in immemorabili, num. 21.*

22 *Pendente probatione consuetudinis immemorabilis Episcopus cognoscit causas criminales, & matrimoniales, quamuis nunquam fuerit in possessione istius iurisdictionis, & n. 23.*

24 *Consuetudo immemorabilis non dicitur probata, donec de ea constiterit per tres sententias conformes.*

CAPVT CCCCXLI.

IN præscriptionibus iurisdictionum, Regaliorum, & similium numquam sufficit possessio,
1 † quia præsumptio est contra eum, qui talia prætendit, cum per legem ista non præsumantur iusta, nisi iustificentur, quasi procedant per viam iuris specialis, & ratione priuilegij, non iuris communis, & non possint haberi nisi à Superiore *Cin. in l. solemnibus, post med. Cod. de fid. instrument. Capic. decis. 77. nu. 7. Roland. consil. 89. num. 23. libr. 2. Afflict. super constitut. regni. rubr. 91. num. 4. lib. 1.*

Quo stante non potest dari aliqua præscriptio e-
2 tiam longissimi temporis, † nisi doceatur titulo, aut priuilegio sufficiente ad huiusmodi iurisdictionem exercendam *l. quicumque, vbi Luc. de Penn. colum. 2. in fin. vers. sic etiam si quis teneat, & vers. fortius ergo, Cod. de fund. limitroph. lib. 11. Anchar. cons. 310. col. 4. ad fin. vers. his præmissis, num. 3. Afflict. super constitut. regn. rubr. 91. nu. 3. lib. 1. Roland. consil. 89. nu. 21. vsque ad 25. lib. 2. Boss. de princip. num. 234. & 235. Caputaquen. decis. 304. num. 2. lib. 3. Peregr. de iur. fisc. lib. 7. tit. 3. num. 20. Capic. decis. 77. n. 7. vsque ad 11.*

Prout generale est, quod quamuis aliquis non teneatur docere de suo titulo, cum sufficiat posses-
3 sio. † Tamen hoc fallit in iurisdictione & similibus, quasi tunc prætendatur ius in re aliena, ideo titulus est verificandus *Bald. in l. 2. nu. 7. vers. 1. porro illi, Cod. quomod. & quand. iud. Dec. consil. 61. pro tenus. col. 2. in fi. vers. non obstant allegata. num. 2. Afflict. in c. 1. num. 88. in fin. de controuers. inuestit. & in c. 1. §. illud. num. 32. in fin. de prohib. feud. alienat. per feder. post Innoc. in c. licet causam, col. penult. ad fin. vers. immo plus dicimus, de probat. Roland. cons. 89. num. 27. lib. 2.* vbi ita declarat *Bart. & alios in l. 1. C. de conductor. & procurat. præd. fiscal. lib. 10.*

Huiusmodi autem titulus etiam in præscriptione longissimi temporis debet esse verus & legiti-
4 mus † non autem putatiuus *Soc. cons. 29. viso quodam instrumento, col. 8. in fin. vers. iterum prædictis non obstantibus, n. 22. lib. 1. Curt. Iun. consil. 185. quod est vlt. num. 5. lib. 2.* vbi de communi *Castr. cons. 70. quia frustra, col. vlt. ad med. vers. secunda ratio. num. 10. lib. 1. Abb. cons. 34. nu. 1. vers. prædicta verb. lib. 1. & cons. 19. col. 2. ante med. versic. aut errabat in iure num. 1. lib. 2. Ruin. consil. 204. nu. 14. lib. 1. Alexand.*
5 *consil. 121. num. 14. lib. 4.* † & de communi testatur *Mandos. ad Rom. cons. 124. in verb. quadragenaria, ad med. Paris. consil. 66. num. 126. lib. 3.* Vbi etiam de communi. *Folian. c. de quarta col. 5. in fi. vers. limit.*

6 *tertio,num.34.de præscript.* † vbi quod hodie non præscribitur, nisi cum bona fide, & non sufficit malam fidem abesse, sed oportet quod bona adsit, ideo titulus, putatiuus non sufficit *cap.dudum, de decim. Surd.consf.286.n.21.lib.2. Addit ad Guid. Pap.q.169.in verb.causam præscribendi, in princip.*

7 † Vbi quod numquam titulus inualidus ab initio potest præbere causam præscriptionis *Honded.consil.82.num.43.lib.1. Menoch.de retin.possess. remed.3.num.639.*

Maximè in iurisdictionalibus, seu regalibus, &
8 Princ.reseruatis, vel similibus, † in quibus ius resistit. *Cin.in l.solennibus,post med.Cod.de fid.instrument.Capic.decis.77.num.7.Lup.in cap.per.vestras, in 2.notab.§.sed est pulchra dubitatio,col.23.ad med. vers.portet ergo, nu.43.de donat.inter vir.& vxor.*

9 † Tunc enim error iuris, qui interuenit circa talem titulum non prodest, nec causat bonam fidem etiam præscriptione longissimi temporis *Calder.cons.4.de præscript. & cons.9.de rebus eccl. non alienand. Aym.de antiq.tempor.§.materia ista, n.12.vers.quartus casus, Baldus in repet.l.Celsus,in princ.n.20.vers.concl.dico, de præscript. Surd.cons.*
10 *28.num.76.lib.1.* † Ideo semper in præscribenda iurisdictione bona fides requiritur ab initio ex iusto titulo, adeo quod scientia obliuioni tradita non esset pro bona fide habenda *Bald.in l.imperium,in antiq.lectur.ff.de iurisd.omn.iudic.* quem refert, & sequitur *Socin.* dicens singulariter notandum *cons.187.in controuersia quæ vertitur,col. 11.in fin.vers.tertio ratione deficientis,num.26.lib.2. Hieronym. de Monte de finib. regend.cap.74.nu.4. tom.3.p.2.fol.351.*

Ideo vt detur præscriptio in iurisdictionalibus absque probatione veri tituli † debet adesse tantum
11 tempus, cuius initij non extet memoria in contrarium, quando præsertim agitur de acquisitione iurisdictionis, non autem extensione illius iam acquisitæ *Bald.in l.imperium, in 2.lectur.col. penult.ante med.versic.sed tunc venit quæstio.nu.13. in fin. D.de iurisd.omn.iudic. Anchar.cons.310.col. 4.ad fin.vers.his præmissis ad propositum nu.3. Abb. cons.62.in controuersia,colum.penultim.ante fi.vers. prætere 1,& secundo,num.18.lib.2.Bart.cons.139.primo quæritur,n.6.lib.1.Hieronym.de Monte de finib.*
12 *regend.c.77.num.3.& 10.* † vbi etiam *in fin.* docet quomodo testes super hoc debeant deponere *post Capic. decis. 193.* Quasi tunc præscriptio tanti
13 temporis habeat vim priuilegij, † operari debeat idem quod titulus verus & bona fides *Ruin. consil.103.num.4.lib.5.& cons.115.num 2.lib.4* cum aliis per *Roland.cons.89.num.33.libr.2.late Alex. cons.24.col.5 ad med.num.14.cum seq.lib.5. Peregr. de iur.fisc.tit.3.lib.7.n.22.*

Quæ adeo vera sunt, vt etiam donec durat proba-
14 tio huiusmodi temporis immemorabilis, † non possit vllo modo prætendens talem iurisdictionem illam exercere, nec in ea se ingerere, cũ non obstante possessione habeat ius commune contra se *c.cum personæ, de priuil.in 6.Roland.cons.89.*
15 *n.35.& 36.lib.2.* † vbi etiam quod requiritur vera probatio, non præsumpta, ita vt talis possessor, contra quem facit ius commune, possit etiam lite pendente turbari, & violenter expelli de exer-
16 citio talis iurisdictionis, † tanquam is, qui possideret vi, clam, vel precario *Lup.in c.per vestras, in 2.notab.§.sed est pulchra dubitat.col.24.ad med. num.43.in fin.de donat.inter vir.& vxor, post Anchar.in c.cum personæ,de priuileg.in 6.*

Præsertim quia in casu nostro ne dum non est probata talis possessio temporis immemorabilis, sed fuit productus titulus eius, qui non potuit iuris-
17 dictionem concedere, † quo casu stante inualiditate tituli allegati, succedit mala fides præsumpta, quæ non admittit aliquam præsumptionem etiam temporis immemorabilis *Franc.in cap.1.in fin.de præscript.in 6. Aym.consil.146.num.2. Gabr. cons.163.n.17.lib.1.* cum aliis per *Honded.cons.82. n.41.vsq. ad 44.lib.1.post Butr.in c.peruenit.de cen-*
18 *sib.* † Vbi ex hoc dicit cauendum esse practica, ne allegans præscriptionem ex possessione temporis immemorabilis adducat aliquem titulum, quia si appareret illum esse putatiuum, vel inualidum detegeretur mala fides, & nulla præscriptio talis temporis iuuaret *Castr.cons.423.col.1.in fin.lib.2.Aym.cons.290.col.5.ad fin.vers.secundo respondeo quod etiam cessante, num.6. Paris.cons.27. n.119.lib.1. Menoc.de retin.possess.rem.3.nu.639.Ca-*
19 *putaq.decis.304.n.1.lib.3.* † Ita vt neque titulus coloratus possit dici quando præcessit ab eo, qui non habet potestatem *Guid.Pap.dec.85.in princ. num.3. Lap.alleg.16.num.2.& allegat.105.n.3.per c. cum in nostris, vbi Abb.in fin. de concess.prebend. Ferret.cons.1.num.5.Bertr.cons.2.n.21.lib.3.p.1.Paris.consil.125.ad fin.n.28.lib.9.Cassador.decis.7.n.3. super regul.Mandos.ad regul.16.q.27.*

Prædictis addendnm est quod in simili dicimus de
20 causis matrimonialibus, & criminalibus † quæ licet per Episcopos cognosci debeant, non autem per Decanos, seu Archidiaconos, & alios inferiores non obstantibus quibuscumque consuetudinibus,ut in *Conc.Trid.sess.24.c.5.§.ad hæc.*
21 *& in fin.* † Nihilominus non est sublata consuetudo immemorabilis *Gonzal.ad reg.8.gloss.35.n.5. & per tot.* Quare Abbates, & Archidiaconi illam legitime probauerint, poterunt iurisdictionem
22 exercere, † Interim tamen dum pendet ista probatio, Episcopus illam exercebit, cum pro eo stent regulæ, & rationes Concilij, cui assistit ius commune, ideo non probata aliter sua possessione est manutenendus in tali exercitio iurisdictionis *c.cum personæ,post med.de priuileg.in 6.Ca-*
23 *putaq.decis.306 p.1.& dec.201.p.2.* † Et ita in specie resoluit *Rot.coram Card. Pamphilio Veronen. iurisdictionis, Martij 1596.* iuxta declarationes interpretum sacri Concilij, per quos ita sæpius fuit decretum, vt late *per Garz.de benefic.c.2.p.3.num. 194.cum seq.* vbi registrantur tam decisiones Ro-
24 tæ, quam declarationes Concilij, † in quibus etiam deciditur, quo ad istum effectum non dicetur legitime probata consuetudo, donec de ea constiterit per tres sententias conformes *Garz. d.c.num.194.d.med.vers.secunda super dicto, & nu. 195.post med.*

EPITOME.

Arbitrio boni viri quando sit locus tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus. ¶ Et an debeat esse magnus excessus. ¶ Verba *liceat libere, prout placuerit, vti frui,* aut similia quid significent. ¶ Potestas faciendi concessa ei, qui prius habebat facultatem an inducat liberum, & absolutum arbitrium, ita vt non sit recurrendum ad bonum virum. ¶ In conductionibus an requiratur speciale mandatum, ita vt sine eo

nè eo non possit procurator acceptare conditiones in locatione appositas tamquam concernant declarationem animi. § Mutatio voluntatis quando præsumatur. § Inquilinus, commodatarius, & similes detentores quo casu possint repetere expensas factas. § Et quid si detur facilis separatio, & melioramenta non sint excessiua, sed commodè possint solui per dominum, & sint facta ipso sciente, & non contradicente.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, Liceat, idem significat quòd, Liberum sit. Et an importet arbitrium boni viri, n. 20. 21, & 22.*
2 *Potestas faciendi concessa ei, qui prius habebat facultatem inducit liberum, & absolutum arbitrium, num. 3.*
4 *In contractibus verba Libere, vel Prout placuerit, aut similia denotant liberam dispositionem, secus in vltimis voluntatibus.*
5 *Dispositio libera non dicitur, vbi requiritur arbitrium boni viri.*
6 *Verba, quæ important arbitrium boni viri intelligens quando constaret de magno excessu, & præiudicio.*
7 *Læsio magna facit, vt quis non teneatur stare voluntati alicuius.*
8 *Iudex potest se informare de notorio etiam extraiudicialiter.*
9 *Probatio per experientiam operatur veram rerum notitiam, & vt ita iudicetur.*
10 *Contractus non debens claudicare.*
11 *Arbitrium boni viri non assumitur cessante dolo, aut damno.*
12 *Tempus in locationibus quomodo sit arbitrandum.*
13 *Non est locus arbitrio boni viri, vbi lex arbitratur.*
14 *Verba, Vti frui sunt communia ad possidere ciuiliter, & detinere de facto.*
15 *Verbum, Vtor, respicit vsum, Fruor autem, vsumfructum.*
16 *Relatio est in referente cum suis qualitatibus.*
17 *Procurator non potest declarare animum conductorum, an velint acceptare conditiones oblatas absque speciali mandato, & num. 19.*
18 *Mandatum speciale requiritur in concernentibus declarationem animi.*
23 *Mutatio non præsumitur. Fallit in his, quæ temporis vsu mutantur, vel quæ mutari possunt, num. 24. & 25.*
26 *Inquilinus, colonus, commodatarius, & similes detentatores habent actionem ad repetendum meliorationa vtilia, & necessaria, vel possunt compensare cum mercede soluenda. Intellige quando non datur commoda separatio, num. 27.*
28 *Ædificium cedit solo si alia ratio non potest excogitari quam donationis. quæ non militat in conductore meliorante, qui potest repetere expensam factam in re conducta, num. 29. & 30.*
31 *Bona fides conductoris arguitur meliorando domum sciente, & non contradicente locatore, maximè quando expensa non est magna, & potest per dominum commodè solui.*

CAPVT CCCCXLII.

NOn esse recurrendum ad arbitrium boni viri dicebam pro augmento pensionis domus, de qua agebatur, cum fuerit data facultas

1 illud faciendi per verbum, Liceat, † quod sumitur pro Liberum est *Rebuff. in l. licet inter 58. colum. 1. ad med. versic. licet verbum, ff. de verbor. significat. per text. in l. cùm in testamento 202. ff. eod. tit. & l. diem proferre, § si plures arbitri ff. de arbitr. l. sicuti, in fin. ff. si seruit. vendicat.*

Maxime quia huiusmodi facultas fuit data ei, qui a-
2 liàs habebat potestatem illud faciendi, † quo casu, vt dicta verba aliquid operentur, inducent liberum, & absolutum arbitrium, quidquid diuersum sit quando concederetur ei, qui aliàs non habebat talem facultatem, vt in specie declarat *Imol. in l. filiusfamilias 7 column. 4. in princip. versic. sed contra hoc facit, num. 17. ff. de donat. Decian. in l. in personam 22. § generaliter, num. 2. in fin. versic. secundo regula ista, ff. de regul. iur. Ias. in l. si sic legatum, column. 2. ante med. versic. sexto idem, nu. 10. in fi ff. de leg. 1. Paris. consil. 71. nu. 19. lib. 3 Surd consil. 10. num. 53. lib. 1. & consil. 29. num. 15. eod. lib. Felin. in cap. 1. num. 51. colum. 23. in princ. vers. & si dicatur committimus arbitrio tuo, de constitut.*

Cùm igitur per prædicta augmentum possit liberè
3 fieri, illa standum est, † neque alterius auctoritas, aut licentia requireretur *Rip. in l. nemo potest, numer. 26. de leg. 1. Menoch. de adipisc. rem. 2. num. 52. Soc.*
4 *Iun. consil. 72. num. 7. lib. 2.* † Præsertim in contractibus, in quibus ista verba, Liberè, vel Proue placuerit, aut similia denotant veram, & liberam voluntatem, quidquid aliud sit in vltimis voluntatibus *Bocc. consil. 88. nu. 48. post Ans. de Prat. Vo-*
5 *ter. consil. 49. num. 10. inter consil. feudal.* † Et si requireretur arbitrium boni viri, non esset libera dispositio *Bald. in c. quæ in Ecclesiarum, col. 1. num. 4. vbi Decian. colum. 1. num. 3 de constitut. Surd. dec. 272. nu. 14 & consil. 143. nu. 23.*

Et quatenus etiam talia verba importarét arbitrium
6 boni viri, tamen hoc procedit † quando constaret de magno excessu, & præiudicio *Bald. in cap. 1. num. 15. de milit. vassall. qui contumax est, & in l. 2. num. 3. Cod. de reb. credit. Alexand. consil. 106. nu. 14. & 15. lib. 3. Tiraquell. de retract. consanguin. § 4. gloss. 1. numero 11.* Quasi tunc magna læsio opere-
7 tur, † vt quis non teneatur stare voluntati alicuius, quamuis ita promisisset *Menoch. consil. 412. n. 12. & 19. lib. 5.*

De ista autem læsione, non solum in casu de quo agimus non apparet, sed potius constat de augmento iusto, & regulato, cùm hinc ab annis decem pensiones domorum fuerint auctæ vltra tertiam partem, secundùm quam prius erant solitæ locari, Maximè in platea insigni, vbi adest maior
8 concursus conductorum, † vt de huiusmodi notorio poterit se Iudex etiam extraiudicialiter informare pro auxilio veritatis *Aret. consil. 27. num. 1. in fin. post. Bart. in lege tertia, § hic autem, ff. de damn. infect. Bald. in l. vnic. in fin Cod. vt quæ desunt aduocat.*

Accedant pacta, & onera ad quæ tenebatur conductor in prima locatione, quę simul iuncta cum dicto augmento notorio tertiæ partis, magis iustificant rectitudinem pensionis arbitratę, cum etiam prima locatio fuerit ad nouennium, quod facit vt
11 tunc temporis præsumatur locata res pro minori pretio & pensione, prout est notum omnibus qui possident domos, semper enim habilitant con-
9 ductores plurium annorum ad minus soluendum, quam fieret, si esset facta locatio pro vno, vel alio anno, cùm Dominus sit certus de continua-

9 conductione, † Ita vt probatio per experientiam faciat, vt veram notitiam rerum habeamus, & secundùm eam iudicemus *c.quam sit, in princip.de elect.in 6.l.certi, C. de iudic. Cassan.in catalog.glor. mundi.q.12.considerat.23.*

Et, ista interpretatio est magis sumenda, quia in facultate conductoris est velle, aut nolle reconducere domum cum pensione aucta, vel non aucta iusta, vel iniusta, vt in instrumento de quo agi-
10 mus, † Vnde ne contractus claudicet, sed sit correspectiuus *l.1.de rescind. vendit. l.si cùm dies, §. penult.de arbitr.Alexand.consil.40.n.1.lib.5.* debemus etiam ad fauorem locantis, concludere, quod sit in eius libera potestate, vt non possit cogi ad relocandum, nisi soluta sibi pensione ad eius arbitrium aucta, cum præsertim nullum damnum ex hoc oriatur conductori, qui potest sui libitum oblationem recusare, & domum dimittere, Ita vt ex verbis istius conuentionis colligatur, quod partes voluerint vt vnusquisque staret in sua libertate, Maximè quia præcedit aliud pactum, quod præferatur conductor, si voluerit in casu locationis alteri faciédæ pro eodem pretio, Vnde quemadmodum, si alius iniustè auxisset pensionem non posset recurri ad arbitrium boni viri, cùm posset conductor abstinere à locatione, Multo magis erit dicendum in casu pensionis iustæ auctæ per ipsummet dominum, cui fuit data potestas per conductorem, qui etiam poterit recusare dictam
11 oblationem, † & in hoc nullum damnum sentiet, quo damno, aut dolo non existente, non est recurrendum ad aliud arbitrium *Bart.in l.vlt.in fin. vers.non obstat, ff.de prætor.stipul.*

Neque est attendendum, quod dicitur de tempore, vt locator possit cogi ad relocandum ad aliud nouennium, Quia solum per partes fuit expressum de pretio, seu pensione domus, Vnde cùm nihil fuerit dictum de tempore illud debet remanere
12 in dispositione iuris communis, † quod arbitratur tempus iuxta voluntatem domini, vel pro tempore, quo inhabitat *l.item quæritur, §.qui impletur, ff.*
13 *cat.Honded.consil.85.nu.10.& 11.lib.1.* † Ita vt non possit esse locus arbitrio boni viri, cùm lex ipsa arbitratur *Gabr.cons.99.nu.30.lib.2.post Doctor.in c.ex litteris, de constitut.*

Præsertim quia locator intendit domum habere pro vsu suo, prout in intimatione facta ipsis condu-
14 ctoribus, in qua adsunt verba, Vti frui, quæ † tanquàm communia ad possidere & tenere referuntur ad possessionem ciuiliter, & ad detentionem de facto *Bart.in l.stipulatio ista 38.§.hac quoque sti-*
15 *pulatio, in princip.ff.de verborum obligationib.* † & verbum Vti, respicit vsum, Frui autem vsumfructum *Rebuff.in l.qui vti 90.in fi.vers.inde, ff.de verb. signific.* Maximè quia dicta verba sunt prolata relatiuè ad instrumentum, in quo adest conuentio,
16 vt dominus possit domum pro vsu suo rehabere, † Quare intelligentur iuxta relatum cum omnibus suis qualitatibus *l.asse toto, de hæredib.insti. Aym. cons.46.n.4.Natt.cons.204.n.12.Bero cons.123.n.2. lib.1.Surd.cons.200.nu.5.lib.2.* Vnde si non acceptetur conditio augmenti pensionis eo modo quo fuit oblata erit consultum locatori accipere domum pro vsu suo iuxta formam dictæ intimationis.

Vlterius non constat de aliqua acceptatione contentorum in intimatione, de qua agimus, cùm non
17 potuerit procurator declarare animum conductorum, an vellent acceptare cõditiones oblatas, & adimplere ea, ad quæ requirebantur, quasi in his opus sit speciali mandato tanquàm in concer-
18 nentibus declarationem animi † *Bart.in l.inter stipulantem, §.1.de verb.oblig.Alexand.cons.78.nu.4. lib.3.& cons.26.nu.11.li.6.Surd cons.160.n.24.lib.2. & cons.281.n.31.eod.lib.Roland.cons.19.n.3.li.3.Paris.cons.31.nu.112.lib.1.Rip.in l.fin.n.131.C.de reuoc. donat. Natt.cons.230.nu.8. Tiraq.de retr.conuent.*
19 *§.1.glo.10.nu.94.* † Præsertim in locationibus, & conductionibus, in quibus requiritur speciale mandatum *Brognin.dec.45.num.25.Caroc.de locat. p.2.q.2.n.41.fol.73.*

Non obstat quod etiam verbum Liceat, importet
20 arbitrium boni viri † *Bart.in l.alio hærede, n.8.ff.de aliment.& cibar.legat.Ias in l.si sic legatum, nu 19. ff.de leg.1. Abb.in ca.cum ad monasterium 6.in fi.de*
21 *stat.monach.* † Quia omisso quod *Innoc.ibid.* sequitur contrarium prout etiam *Bart.post Odoffred.in*
22 *l.1.col.10.in princ.n.48.& 49.C.de sac.eccl.* † Respondetur prædicta procedere quando quis tenetur stare tali declarationi, quod non est in casu nostro, in quo ex pacto sibi reseruato conductor non potest cogi ad reconducendum pro nulla pensione, vt superius dictum est, & sic in nihilo ei præiudicatur, cùm præsertim etiam ex supra allegatis appareat de non excessu circa augmentum dictæ pensionis stante varietate temporum,
23 † ex quibus fuit facta mutatio, quæ licet aliàs non præsumatur *Alex.cons.81.nu.4.lib.5.Rom.cons.295.*
24 *nu.8.* Tamen quando sumus in his, † quæ temporis vsu mutantur erit præsumenda *l.spadonem, §. qui solutis, de excusat.tut.Bal.in l.ex persona, ad fi. Cod.de probat.Anchar.consil.5.n.3.Socin cons.89.n.*
25 *1.lib.1.& cons.57.n.30.lib.4.* † Quæ quidem habent locum non solum in his quæ tempore mutantur, sed etiam quæ tempore mutari possunt *Anchar. in cap, semel malus 8. colum.9.ad med.vers.idem in prædicamento qualitatis, de reg.iur.in 6. Mascard. concl. 1083. in fin.*

Quo verò ad melioramenta, cum præsupponatur esse vtilia & necessaria debent deduci, quamuis
26 simus in solo detentatore, † vt inquilino, colono, commodatario, & similibus, qui vel habent actionem ex conducto quo ad repetitionem huiusmodi expensarum, vel possunt illas compensare in mercedem soluendam, maximè quando opus factum per colonum non potest commodè
27 separari ab ædificio domini, † si ni daretur ista separatio, tunc dominus non teneretur ad dictas expensas, si vellet pati colonum auferre, Ista est distinctio communis Doctorum, de qua per *Aret. consil.111.colum.penultim in fin.versic.ad secundum dubium dico breuiter, nu.7.Menoch.de recuperand. possess.remed.15.nu.550.& 554.per text.in l.in rebus, §.possunt, ff.commod.& in l.colonus, ff.de vi, & vi armat.Glo.in l.sed addes 21.§.si dominus, in verb.tollere, ff.locat.& conduct.*

Neque obstat quod ædificium cedat solo, Quis tunc ædificans scienter in alieno videtur donare,
28 † quando alia ratio excogitari non potest, nisi donationis, secus in casu nostro, in quo colonus censetur ædificare, vt sibi prosit animo gerendi proprium negotium dum habitat, & locatio durat, & repetendi, & gerendi alienum, dum illa est finita *Cin.in l.2.in fi.Cod.de rei vendicat. Alex.in l. senatus, §.marcellus, ff.de leg.1.late Roland.cons.28. num.14.vsque ad nu.17.lib.1.Surd.decis.300.num.9.*

† Ita vt

29 † Ita vt stante huiusmodi bona fide detur pro istis expensis non solum retentio, sed etiam actio *Ruin.cons.24.n.10.ad fin.lib.1. Doctor.in l.hoc iudicium,& in l.si quis cum æstimaret, ff.commun.diuid. Peregrin.de fideicommiss.art.50.numer.58.Surd.de-*
30 *cis.78.num.3.in princip.* † Vnde per talem coniecturam debet tolli illa præsumptio donationis, cùm solum sit præsumptio iuris, quòd qui ædificat in solo alieno videatur donare *Luc. de Penn. in l.3.præsumpt.174.C.de apoch.public.lib.10. Ruin. consil.165.num.4. lib. 4. Menoch.præsump.32.num. 1.lib.5.*

Præsertim quia ædificium fuit factum vidente & sciente domino, & nunquam contradicente, ita vt ex hoc magis arguatur bona fides conducto-
31 ris,† qui magis poterit istas meliorationes deducere, maximè cùm non ascendant ad ingentem summam, & possint per dominum commodè solui, quasi tunc dicatur opus necessario, & vtiliter factum, quidquid alias non diceretur tale *Bald.cons.116.colum.2.vers.ex præmissis apparet lib. 1.quem sequitur Tiraq.de retract.conuent §.7.glos. 1.num.5.ante med.vers.& benefacit. Menoch. de recuper.possess.rem.15.n.553.*

EPITOME.

Per prohibitionem alienationis rei legatæ an censeatur relicta proprietas. ¶ Et quid si fuerit concessa facultas alienandi.† Ex quibus verbis & coniecturis possit dici fuisse relictum dominium officij. ¶ Verbum Voluit, quo casu inducat dispositionem in vltimis voluntatibus. ¶ Legatum ademptum sub conditione alienationis an sit datum sub contraria dispositione.¶ Verba Alienare, Retinere & quid significent.† Onus an dicatur iniunctum ante assecutionem legati. ¶ Argumentum à contrario sensu an habeat locum in vltimis voluntatibus. ¶ In legatis an sufficiant quæcunque verba, & an stetur menti & nutui testatoris.

SVMMARIVM.

1 *Dominium officij ex quibus verbis & coniecturis censeatur relictum,n.23.26.& 30.*
2 *Prohibitio alienandi inducit animum legantis,quod voluerit relinquere proprietatem. Contrarium,n. 3.Sed prima opinio est verior,n.4.5.6.& 7.Maximè stantibus coniecturis. Et qualis debeant esse, nn.12.& 18.*
8 *Testator censetur reliquisse proprietatem rei legatæ concedendo facultatem alienandi,& n.9.*
10 *In legatis quæcumq;verba sufficiunt,& statur menti & nutui testatoris, & coniecturæ attenduntur.*
13 *Verbum Voluit, inducit dispositionem in vltimis voluntatibus in his, quæ dependent à voluntate loquenti. Declaratur num.14 & 15.*
16 *Verba Abalienare,& Retinere, quid significent.*
17 *Onus non censetur iniunctum, nisi post assecutum legatum.*
19 *Argumentum à contrario sensu valet in vltimis voluntatibus, & num.22.*
20 *Legatum ademptum sub conditione alienationis intelligitur datum sub contraria conditione,& n.21.*
24 *Vtilitas regulatur ab onere.*
25 *Exceptio magis confirmat voluntatem testatoris in non exceptis.*
27 *Grauatus quando habeatur pro legatario.*
28 *Relicta in augmentum non operantur diminutionem.*
29 *Dispositio non debet operari contrarium effectum menti testatoris.*

CAPVT CCCCXLIII.

Ex testamento producto videtur clarè colligi, quod officium Clericatus Cameræ cum eius emolumentis fuit particulariter relictum, ac
1 prælegatum ipsi Clerico, † ita vt illud, vltra portionem hæreditariam,debeat habere præcipuum, Etenim testator in primis declarauit animum suum esse vt idem Clericus conseruaretur in dignitate clericali pro decore totius familiæ, & reputatione, tam sua, quàm totius domus, Ideo voluit, vt dictum officium deberet per eundem retineri, cum prohibitione expressa, ne illud aliquo modo alienare, vendere, aut hypothecare posset, ex quibus verbis censetur relicta proprie-
2 tas, & dominium officij, † Frustra enim poneretur talis prohibitio, nisi in consequentiam fuisset etiam cogitatum de proprietate, quasi vnus appositum amplict interpretationem verborum actus dispositiui, & includat dispositionem permissam, ita vt modus, & forma, quæ traditur à disponente declaret mentem illius, & ex ea augeatur effectus *Bald.in l.procul 22.& ibi Ang. & Florian.in princ.n.1.ff.de vsufr. & quemad. quis vtatur.Ruin.cons.39.n.3.lib.2.& cons.139.n.13.eod.lib. Alex.cons.150.n.1.lib.7.& in l.si constante, in princ. n.2.vers.& verba intelliguntur.ff.solut.mat Marsil. sing.561.Socin.Iun.cons.84.n.9 lib.1.Durand.de art. testand.tit.6.caut 42. Surd.cons 45.num.17. Rimin. Iun.Instit de donat.in princ.n.357.*

Neque obstat, quod multi contrarium sequantur, de quibus latè *Pinell.in l.1.part.3.n.41.vsq; ad 44.*
3 *Cod.de bon.matern.*† cum aliis *per Castigl.de vsufruct.cap.50.nu.36. Menoch.præsumpt.133.n.3.in fin. vers.quocirca lib.4. Gloss.in §.legatum,quæst.38.n.3.*
Quia non est recedendum a prima opinione,
4 tanquam veriore & magis communi, † nam testator prohibendo alicui ne alienet, necessariò præsupponit, quod dominium reliquerit, quasi non detur priuatio sine habitu, prout latè hanc sententiam defendit *Surd.consil.572.num.7.* & 8.
5 *lib.4.& consil.491.n.3.eodem lib.* & multa † adducit *Old.consil.43.num.12.vsq; ad 19.* vbi, quòd solum dissentiunt subtilitatum professores, cùm
6 nullus Italorum discrepet *à Baldo,* † prout etiam dicit *Gabr.cons.108.nu.32.lib.2.* vbi de receptissima opinione contra *Pinellum & sequaces* testatur *Idem Gabr. cons.143.n.6.lib.1. Alciat.cons.103. num.5.lib.9.Paris cons.71.num.1.lib.2. Fulgos.cons. 13.colum.vltim.in fin.Bologn.in l.naturaliter,9.nihil commune,n.13.de acquir.possess.Socin.cons.131.num. 15.lib.1. Simon.de Pret.interpret.vlt. volunt. lib.4. interpret.1.dubit.10.num.25.fol.354. Menoch. cons. 10.n.8. lib.1.& consil.352.nu.16.lib.4. Petr.de fideicommiss.quæst 5.nu.73.Caldas de nominat.emphyt.q. 1.n.72. Mascard.conclus.1421.num.11.& 13.*Cæteros consulto omitto, quasi non opus sit vlterius comprobare, quod non expedit, cum habeamus *text.in l proculus,ff.de vsufr.* & communem opinionem doctorum, prout in proposito non expedire,& non esse aliud allegandum dicit *Cart Iun. cons.14.ad med.vers.& ideo dicit,num.1.*

Ideo etiam è conuerso dicimus, quòd quemadmodum testator censetur reliquisse proprietatem negatiuè disponendo, ne quis alienet,† ita etiam idem erit quando affirmatiuè disposuit conceden-
8 gatiuè disponendo, ne quis alienet,† ita etiam idem erit quando affirmatiuè disposuit concedendo facultatem, vt possit alienari *Comens.consil.121.n.2.Socin.cons.210.ad fi.vers.primo quia data,lib.2.* Quidquid dixerit *Gabr.consil.168.num.31.lib.2.&*
9 *cons.45.nu.6.lib.1.* † Quia contra eum est verior, & magis communis opinio, vt testatur *Menoch. consil.10.n.9.lib.1.Cardin.Mantic.de coniectur.vlt. volunt.lib.9.tit.5.num.14.Curt.Iun.cons.14.col.1.ad med. Alciat.cons.103.lib.9.tom.3.alias cons.562.n.2. & 3.Barbat.cons.64.col.2.lib.2.Surd.cons.45.n.28. lib.1.Vasq.controuers.illustr.c.51.n.75.*

Quæ interpretatio magis suadetur in casu de quo agimus, Nam sumus in legatis, in quibus suffi-
10 ciunt quæcunque verba, † Immo illorum obseruatio non est necessaria, cum potius in huiusmodi materia magis menti, & voluntati testatorum fauendum sit, quàm verbis, Ita vt etiam ex solis coniecturis legata inducantur, quamuis necessariæ, & concludentes non sint, cùm etiam sufficiant probabiles, & nutu etiam relinquantur legata, vt prædicta omnia declarat *Surd.de alim.tit. 2.quæst.14.n.6.vsque ad 11.post Socin.Iun.consil.62. n.15. lib.4 per l.cùm proponebatur, de leg.2. l.vnum ex familia,§.fin.ff.eodem titul.l.quamuis, Cod.de fideicommiss.l.nutu de leg.3.l.in legatis, Cod.de legat. §.nostra,instit.eod.tit.Cardin. Mantic.de coniectur. vltim.volunt.lib.1.tit.12.n.1 cum seq.& lib.8.tit.1.n. 18.Curt.Iun.cons.121.nu.10.& 17.Paris.cons.41.nu. 19.lib.1.*

Quibus coniecturis existentibus omnes Doctores fatentur, quod onus adiectum cum prohibitione
11 alienandi † debeat inducere legatum proprietaris, & dominij *Aym.cons.25.nu.20. ad med. vers.ex præmissis satis apparet.Surd.cons.572.num.15.lib.1. Car.Mant.de coniectur.vlt.volunt.lib.9.tit.5.nu.11. Socin.cons.131.n.15.lib.1.*

In casu autem de quo agimus, non solum adsunt coniecturæ,sed etiam constat de aperta mente di-
12 sponentis,† Dicitur enim in testamento,quod testator voluit, vt officium debeter retineri per filium pro reputatione tam sua,quàm domus & fa-
13 miliæ cum dicta prohibitione non alienãdi,† per quæ verba, Voluit, in his, quæ dependent à voluntate loquentis, inducitur dispositio in actibus vltimæ voluntatis *Bartol.in l.serui electione,in princip.& ibi Iason.in fin.princip.nu.45.de legat.1. Alexand.168.ponderatis, num.3.lib.5.per text.in l quoniam indignum, Cod. de testament. l. Pamphilo. §, propositum,de leg.3.l.2.Cod.commun.de legat.Socin. Iun.cons.62.nu.9. lib.4. Surd.cons.96.num.13. lib.1.* Et quamuis aliqui dubitent de hac opinione, vt
14 per *Socin.Iun.cons.179.lib.2.*† Tamen in casu nostro non adest difficultas quia contraria procedunt quando testator dixit, Volo relinquere, secus quando vsus est verbis, Voluit vt quis habeat, tunc enim constat de clara voluntate disponentis, quę non respicit tempus futurum, sed dispositio est perfecta, vt notat *Rip.in dict.l.serui electione,in fi.n.23.de leg.1.per tex.in l.si pater,§. quadam,*
15 *ff.de fideicommiss.libertat.* † Maximè quia istud verbum, Voluit, in casu nostro est iunctum cum verbis, Debere retineri, quæ disponunt, quasi tunc iungantur infinitiuo, & importans adimplementum, & executionem dispositionis, de qua agitur, & per consequens informatur verbum, Volo, super præsenti essentia actus, *l.apud aufidium,de opt. legat. l.iam dubitari, de hæred. instit. cum aliis per Rip.in l.serui electione,col.pen.ad fin.v.18.de leg.1.*

Præterea adest verbum, Retineat, quod est contra-
16 rium verbo, Abalienare, † hoc enim significat alienum facere, & à se remouere, cum illud exponatur pro Habere, & Tenere, prout dicunt *omnes in verb.abalieno,& in verb.teneo,& retineo.* Vnde cum testator mandat, vt dictum officium retineatur per consequens dicendum est, quod etiam emolumenta, & redditus, & proprietas ad eum spectent, cum sine illis splendor, & decus familiæ non posset sustineri, nam alias si officium per eum deberet retineri sine redditu, esset grauatus legatarius, qui de suo erogare teneretur multas impensas, & sic legatum esset inutile, ac nullum commodum afferens, quod non est credendum
17 testatorem voluisse † cum potius onus nunquam censeatur iniunctum, nisi post habitum, & assecutum legatum *Imol.in l.fideicommissum,num.2.& ibi Raph. Cuman. & Ias. ad med. vers. vltimo per istam,n.2.ff.de legat.1.*

Accedat quod testator mandauit, vt in pœnam alienationis officij pretium illius fieret commune,
18 & æqualiter deberet diuidi inter fratres, ex quibus verbis apertè colligitur, quod donec non contraueniatur præcepto testatoris, officium est liberum legatarij, cum non possit fieri commune, si antea fuisset tale, Maximè quia à contrario sensu necessariò infertur, quòd si testator voluit officium esse commune, si de eo sequatur aliena-
19 tio† ergo si illa non existat, non erit commune, quæ argumentatio in vltimis voluntatibus est receptissima, & per eam dicitur clarè constare de voluntate testatoris *l.si quis locuples in fin.de manumiss.testam.l.si legatum pure,& l.legata inutiliter, ff.de alim.legat. Alex.in l.2.num.9.ad fin.de offic.eius,cum aliis per Card. Mantic.de coniect.vlt. volunt.lib.3.tit.17.n.1.Paris.cons.25.n.15.lib.2.*

Et quidquid sit, siue per argumentum à contrario sensu, siue ad inducendum nouum legatum conditionale, siue ad reformandum legatum purum,
20 vt sit conditionale, semper verum est, † vt legatum ademptum sub conditione alienationis intelligatur datum sub contraria conditione, Quia si purè relictum adimitur sub conditione, deficiente conditione ademptionis legatum debetur virtute primi legati, cui non fuit derogatum, ex quo conditio ademptionis non est purificata *Decian.in l.1.num.47.ff.de offic.eius,Cardin.Mantic.de coniect.vltim.volunt. lib.3.tit.17.num.2. & 3.*
21 † Quamuis hæc non sit necesse discutere, quia *Doctores* loquuntur quando ademptio fit in duabus diuersis voluntatibus *Castr.in l.si mihi & ibi, §.in legatis,n.3.ad fin.ff.de leg.1.* cùm in casu nostro satis sit argumentum à contrario sensu posse deduci, vt non sit commune officium, si non alienetur, cùm testator voluerit illud tale esse, si contin-
22 gat alienatio,† Maximè in legatis, in quibus magis datur ista argumentatio tanquàm illa ex coniecturis intelligantur relicta *Card. Mant.de coniect.vlt.volunt.tit.17.lib.3.n.6.*

Vlterius grauamen de non alienando officium fuit
23 solum impositum ipsimet Clerico,† non autem aliis Cohæredibus, quod arguit illos non habere aliquam communionem in eo, Nam si esset etiam illis commune, cùm non sint prohibiti, possent cogere ad resignandum, sic alienare, quod contra-

contrariaretur menti testatoris, qui voluit illud
permanere in personam sui filij pro splendore
suæ familiæ, & vt ad maiorem dignitatem illius
occasione promoueatur, Vnde in necessarium
antecedens colligitur, quod officium solum spe-
ctet ad illum, cui prohibitio fuit facta, cùm com-
modum debeat sequi eum, ad quem onus perti-
net, & ibi lucrum collocandum, vbi periculum
adest, & absurdum est alium habere onera, alte-
24 rum verò commoda, † cum vtilitas ab onere re-
guletur, *l. is qui in potestate, §. fi. de legat. præstand. l.
vl. §. penult. C. de furt. gloss. in l. si is qui, §. 1. ff. com-
mod. Dec. in l. secundum naturam, n. 1. de regul. iur.*
Maximè quia testator expressit solùm duos casus,
in quibus mandauit officium esse commune, sci-
licet casum alienationis, & casum vacationis
propter promotionem ad maiorem dignitatem,
25 † quia exceptione stante magis firmatur volun-
tas testatoris, quod in non exceptis totum offi-
cium sit liberum eius, qui subit onera illius *l. nam
quod liquide, in fin. de pen. legat. l. quæsitum, §. de-
nique, de fund. instruct. Surd. consil. 230. nu. 17. & 18.
lib. 2.*
Vltimo hoc grauamen, quod in casu alienationis
pretium officij sit commune, arguit conjectu-
26 ram, † quod testator voluerit grauatum hono-
rare, maximè quia non grauatur filius præstare
certam quantitatem in genere, vel rem quæ non
est in patrimonio testatoris, sed certam rem &
pretium officij, quod erat ipsius testantis, tunc e-
27 nim est impossibile, † quòd à grauato præstetur,
nisi sit legatarius, & perinde est, ac si testator ex-
presse ei, quem grauauit reliquisset *Bart. in l. cum
tale, §. vlt. de condit. & demonstr. per l. denique, §. in-
terdum, de pecul. legat. Alex. cons. 64. nu. 5. lib. 5. Car-
din. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 1. nu. 33.
post Castr. cons. 263. nu. 2. vers. nec obstat illa, lib. 2.*
Neque obstat quòd contemplatione officij fuerit
factum aliud legatum scutorum mille, Quia illa
fuerunt relicta, vt honorificentius possit sustine-
re onera officij, & illud conseruare pro honore,
& splendore totius familiæ, & vt facilius & de-
centius ad maiorem dignitatem ascenderet, vn-
de ex hoc colligitur, quòd illa possunt deseruire
pro oneribus officij, quæ longe sunt maiora, &
per consequens potius sunt inclusa emolumenta
28 officij, non exclusa, † cùm relicta ad augmentum
non debeant operari diminutionem *l. legatum inu-
tiliter, de adim. legat.* & in proposito similium le-
gatorum notat *Aym. consil. 197. col. vlt. ante med.
vers. & respondeo, num. 7. post Bald. cons. 108. col. 2. ad
med. lib. 4. Ias. cons. 202. in fin. l. 2. Surd. cons. 455. nu.
37. lib. 3.* Maximè quia dicta scuta mille, non sunt
relicta propter officium tantùm, sed etiam pro-
pter maiorem dignitatem, qua adueniente debet
cessare emolumenta officij, vnde dispositio non
debet operari hunc effectum non consideratum
29 ita simpliciter a testatore, † quasi tunc esset effe-
ctus contrarius *l. nulla de legib. Aym. cons. 236. nu. 8.*
Cùm etiam retinẽdo officium non grauetur reti-
nendo solum in sustinendis oneribus illius, sed e-
tiam in restringendo suam voluntatem, cùm am-
plius in sua facultate non sit de persona dispone-
re, quam in munere suscepto, Quod magis est
considerandum, vt colligatur mens verisimilis te-
30 statoris, quòd voluerit illum compensare in di-
ctis redditibus pro huiusmodi oneribus *Bald. &
Ang. in l. plane, §. si duobus, de le. 1. per l. Scio, in prin-
cip. ff. de ann. legat. Dec. in l. secundum naturam, n. 1.
post med. de regul. iur.*

EPITOME.

Iudex quando possit ferre sententiam certam super interesse probato, sed non liquidato. § Et an debeat reseruari facultas liquidandi, vt sententia subsistat. § Successor eius, qui liquidationem reseruauit an habeat potestatem taxandi. § Declaratio voluntatis quo casu transeat ad successorem. § Quomodo sit iudicandum super interesse, si fuit proposita actio vniuersalis pro dote, aut petitio hereditatis, vel generalis, vt tutelæ, & pro socio, ac negotiorum gestorum, vel similis. § Et quid in interesse accessorie, & principaliter petito. § Appellatio an permittatur in iudiciis vniuersalibus facta liquidatione. § Vel latis tribus conformibus super re controuersa vna cum fructibus, damnis, & interesse, quorum liquidatio reseruatur. § Et de qua appellatione sit intelligendum an de deuolutiua, vel suspensiua. § In notoriis quamuis non appelletur an possit appellari à declaratione facti notorij. § Et quid à similibus declarationibus pœnarum ipso iure fulminatarum. § Stante statuto, quod instrumenta habeant executionem paratam, an detur executio pro interesse incerto promisso postea liquidato. § Et an sit vera distinctio, quod statim possit liquidari, vel ex interuallo post longum tempus ad hoc, vt dicta executio competat. § Et in quo differant hoc casu actor & reus excipiens. § Executio data per statutum an procedat in eo, quod virtualiter inest. § Appellans ab interlocutoria an dicatur exprimere causam grauaminis, si ex verbis illud comprehendatur, quamuis non exprimat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet esse certa si feratur super interesse & certa quantitate petita & probata, secus si non fuerit liquidata quantitas, quia tunc fit condemnatio in eo quod interest, prout in executione liquidari contigerit, num. 2. & 3.*

4 *Iudex quando possit ferre sententiam certam super interesse probato, sed non liquidato, vt in restitutione vestis, cuius valor non fuit liquidatus, & in melioramentis, ac similibus, numero quarto, quinto, sexto, septimo, & octauo.*

9 *Iudices possunt condemnare ad interesse & damna reseruata sibi in posterum liquidatione, & nu. 11. & ita seruatur de stile, nu. 15. & de cautela super hoc, nu. 10. & stante tali reseruatione potest successor iudicis, qui reseruauit taxare num. 16. Amplia siue sit expressum in reseruatione proprium nomen, siue non, num. 18. & 19.*

12 *Iudex quomodo debeat æstimare quatenus intersit.*

13 *Valet sententia condemnationis incerta ad damna, & expensas etiam absque reseruatione taxationis. Idem in aliis accessoriis, num. 14.*

17 *Dignitas eadem est in successore, quæ in iudice antecessore.*

20 *Declaratio voluntatis non transit ad successorem si est facienda à persona priuata, secus si à Iudice, & num. 21.*

22 *Iudex bene sententiat super interesse absque aliqua specificatione, si proponatur actio vniuersalis vt*

petitio hæreditatis & actio pro dote, vel generalis, vt tutela, ſeu pro ocio, aut negotiorum geſtorum, & ſimilium.

23 *Sententia certa eſt proferenda ſuper intereſſe principaliter petito, ſecus ſi acceſſorie petatur.*

24 *In iudiciis vniuerſalibus facta liquidatione datur facultas appellandi, & num. 25.*

26 *Appellatio eſt permiſſa latis tribus conformibus ſuper re, de qua controuertitur vna cum fructibus, damnis, expenſis, & intereſſe, quorum liquidatio reſeruatur per Iudicem. Et de qua appellatione ſit intelligendũ an de deuolutiua, vel ſuſpenſiua, n. 31.*

27 *Non licet appellare ſi vnus ex colitigantibus appellauit.*

28 *Permittitur appellatio à declaratione pœna ipſo iure fulminata.*

29 *In notoriis non appellatur, ſecus à declaratione quod ſit factum notorium, num. 30.*

32 *Stante ſtatuto quod inſtrumenta habeant executionem paratam, ſi in eo fuerit promiſſum intereſſe incertum, dabitur executio poſtquam conſtiterit de liquidatione.*

33 *Inſtrumentum non liquidum continet obligationem velatam, quæ poteſt detegi per omne genus probationis, & dabitur executioni, & n. 35.*

34 *Qualitas in inſtrumentis non liquidis debet verificari, inhæret tamen ſubiecto alias facto. & eſt inſeparabilis ab eo.*

36 *Via executiua non requirit prolixiorem tractatum, & datur quando de facili poteſt fieri liquidatio, ſecus ſi requireret longum tempus, nu. 37. Contrarium eſt verius, n. 38. & quomodo intelligatur, n. 39. 40. & 42. Et quid in intereſſe non conuento, ſed intellectualiter comprehenſo in ſtatuto, n. 43.*

41 *Inducta in fauorem non debeat in odium retorqueri.*

44 *Intereſſe ſuccedit loco facti.*

45 *Executio competens vigore ſtatuti an procedat in eo, quod virtualiter ineſt, ſiue agatur de præiudicio tertij, ſiue ſimus in materia ſtricta, vel expreſſio requiratur pro forma. n. 46. 47. 48. & 50.*

49 *Patens dicitur quod virtualiter ineſt, quamuis non pateat.*

51 *Appellans virtualiter ab interlocutoria ſatis dicitur exprimere cauſam grauaminis ſi comprehenditur, neceſſariò ex verbis, quamuis non exprimat, num. 52. 53. & 54.*

55 *Multa genera expreſſorum, & alia ad materiam expreſſi relatiuè.*

CAPVT CCCCXLIV.

* Adde 7. ad cap. 333. num. 10.

INtereſſe * quando fuit petitum, & certa quan-
titas in iudicio deducta, & probata, ac liqui-
1 data † tunc ſententia debet eſſe certa continen-
do determinatam quantitatem, & de hoc non
eſt dubitandum, vt per *Speculat. de fructib. & inte-
reſſ. §. fin. verſ. ſed qualiter. Parpur. in l. certi condi-
ctio, nu. 98. ff. ſi cert. petat.*
Si verò non fuit liquidata quantitas damnorum, &
2 intereſſe, tunc ſententia † erit ferenda ad inter-
eſſe petitum ſine certa quantitate, & in executio-
ne poſtea liquidare, condemnando in id quod
intereſt, prout in executione liquidari continget
*Reb. in l. vnic. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt, in fi.
nu. 56. Cagnol. in l. quatenus, 24. nu. 22. de regul. iur.*
3 † vbi firmat nunquam per Iudicem eſſe abſol-
uendum reum, quamuis ſolum probaretur inter-
eſſe abſque liquidatione quantitatis, quod etiam
voluit *Socin. in cap. ſignificantibus, col. 16. verſ. ſexto
infertur, de libell. oblat.*
Immo ex dicto caſu ſi Iudex vellet ſententiam cer-
tam ferre etiam ſuper damnis & intereſſe, pote-
4 rit † ſe ex officio informare de dictis damnis, ſeu
teſtes examinare pro illorum liquidatione, & il-
la poſtea in condemnatione deducere. Aret. qui
dicit notandum in *§ fin. incip. non ſolum, colum. 2.
poſt med. verſ. vltimo teneme ati, numero 6. Inſtit. de
5 verb. oblig.* † vbi dat exemplum de eo, qui proba-
uit ſibi veſtem reſtituendam eſſe, non tamen con-
ſtabat de valore, poterit enim tunc ex officio
Iudex æſtimationem verificare, & in dicta æſti-
matione reum condemnare argumento *l. ſemper,
§. hoc interdicto, ff. quod vi aut clam.* & bene etiam
declarat *Corn. conſil. 318. pro vectu rali, in fin. verſ.
& hoc quod licet, lib. 4. poſt Abb. in cap. cum cauſam
6 quæ, il 1. de teſt.* † Quod etiam eſt in melioramen-
tis, vt Iudex debeat illa facere ex officio æſtimare
Raphael. Cuman conſil. 203. ad fin. & late ſequitur
*Cagnol. in d. l. quatenus, 24. num. 23. & 25. de regul.
7 iur.* † vbi quod eſt mirabile, vt hoc caſu Iudex
poſſit æſtimare, vt ſententiam certam ferat ſuper
intereſſe probato, non tamen liquidato quo ad
quantitatem *Corn. conſ. 256. num. 11. lib. 4. Bart. in l.
8 ſi quod ex Pamphila, 75. in fin. de leg. 2.* † vbi late
Adæt. in verb. officio ſuo, in princ. & ad med. quod
male fieret, ſi abſolueretur reus cum Iudex poſſit
hoc ex ſe facere.
Solet etiam in prædictis fieri condemnatio per Iu-
9 dices ad intereſſe, ſeu damna † reſeruata ſibi in
poſterum taxatione & liquidatione, prout ita
ſeruari in Curia Parlamenti teſtatur Guid. Pap.
*quæſt. 405. incip. Sempronius, ante fi. verſ. aduerten-
dum tamen, n. 2.* & ſequitur *Rebuff. in l. vnic. ad fi. n.
10 57. Cod. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.* † vbi addit
cautos Iudices condemnare non ſimpliciter ad
intereſſe, ſed exprimere ad intereſſe procedens
ex materia executionis realis, ſi aliqua ſit, aliàs
male iudicaretur, ſi condemnarent ſimpliciter
11 ad intereſſe, † & de dicta ſententia proferenda
per Iudicem reſeruata ſibi taxatione & liquida-
tione meminit etiam *Bart. in l. ſi tertium, §. officium,
12 in fi. verſ. circa damna, ff. de aqua pluu. arcend.* † Et
quomodo Iudices debent æſtimare quatenus
intereſt, eſt *text. in l. 3. § qui de ſepulchri, Digeſt. de
ſepulchr violat.* Quamuis etiam valeret ſententia
condemnationis incerta ad damna, intereſſe,
13 & expenſas, † abſque reſeruatione taxationis
*Bar. in l. terminato, 3. poſt princ. verſic. venio ad quæ-
ſtionem, n. 2. in fin. Cod. de fruct. & lit. expenſ.* Iaſ. qui
dicit ſingulare *in §. curare, nu. 54 poſt med. verſ. ego
14 adde, Inſtit. de action.* † vbi ſubdit idem eſſe in om-
nibus acceſſoriis, quamuis dicat communem eſ-
15 ſe practicam, † quod Iudex ſibi reſeruet taxa-
tionem, & notat etiam *Bart. in d. l. terminato, n. 2.
in fin. Rot. diuerſ.* quæ dicit talem ſtilum Curiæ *de-
16 ciſ. 100. num. 2. ad fin. par. 1.* † Adeo quod ſtante
tali reſeruatione poterit ſucceſſor Iudicis, qui re-
ſeruauit taxare, Huiuſmodi enim declaratio, ſeu
taxatio reſeruatur Iudici, non tanquam priua-
17 tæ perſonæ, ſed vt Iudici, & dignitati † quæ di-
gnitas eſt eadem in vtroque *l. proponebatur, de iu-
dic.* Nulla habita diſtinctione an facta fuerit re-
ſeruatio expreſſo proprio nomine, vel non ex-
preſſo, ſiue an præcedat proprium nomen, vel ſe-
18 quatur, † quia talis diſtinctio non habet locum,
quando

quando non potest haberi respectus, nisi ad officium tantum, quidquid secus sit quando posset haberi respectus ad personam, & officium l.cum post,§ de administr tutor. l.communis seruus, de sti-
19 pulat seru. † & ita declarat Bart.in d.l.terminato, n.7.C.de fruct.& lis.expens. Ita vt non obstet quod declaratio voluntatis non transeat ad successo-
20 rem, † quia intelligitur quando esset facienda à persona priuata, non tanquam à Iudice, & ita loquitur l.idem Pomponius scribit,§.item frumentum, in fin de rei vendic. l.inter stipulantem,§ si Stichum,
21 de verb.obligat. † & latè etiam ponit Bart.in l.ab executore,in princ.colum.3 nu.10. vbi Add.in verb. possit,de appell.& relenat.

Ex prædictis sequitur bene fuisse iudicatum, dum Iudex sententiauit super interesse absque aliqua
22 specificatione, † cum semper procedat tam petitio incepta, quàm sententia incerta, quando proponitur actio vniuersalis, vt petitio hæreditatis, vel actio pro dote, vel quando proponitur actio generalis, vt tutelæ, vel pro socio, vel negotiorum gestorum, aut similium Ias.in §.curare, num.7. post med.vers.in vniuersalibus,& ibi Faber, n.7.& c.in-sti. de action.post gloss.in l.1 in verb.vt proinde, post princ. vbi Bart.num.7.& 8.& ibi Paris.in addit.in
23 verb probare, ff de eden.1o. † Quidquid aliud sit quando principaliter peteretur interesse, tunc enim Iudex curare debet proferre sententiam certam, quamuis valeat simpliciter condemnatio de interesse petito accessorie, quando enim principaliter petitur interesse, tunc fit condemnatio iure actionis, secus autem quando accessorie petitur, nam hoc casu fit condemnatio officio Iudicis: Vital. qui ita declarat in clem.1.in 3.notab.n.21. de rescript.per tex.in lege 3.§.si rem, de legat.2.

Quibus addendum est circa aliam difficultatem, quæ
24 ex prædictis oritur, quod facta liquidatione † in istis iudiciis vniuersalibus dabitur facultas reclamandi & appellandi Gloss.in l.vlt.in verb. data, & ibi Ioan.de Plat.col.fi.in prin.in verb.data, & in verb.copia, C.de bon.vocant lib.10.iuxta l.defensionis facultas 7.& ibi Glo.in verb pendente, post princ.
25 Cod.de iur.fisc.eod.lib. † vbi eramus in iudicio vniuersali, & in sententia super eo lata, & tamen in illa liquidatione datur copia reclamandi Rota diuers.dec.100.num.1.part.1.

Quod est etiam in condemnato per tres sententias
26 conformes ad res, de quibus controuertitur, † vna cum fructibus, damnis, expensis, & interesse, quorum liquidatio reseruatur per Iudicem iuxta stilum, & communem praxim, vt supra dictum est. Nam in liquidatione, quæ postea fit, admittitur appellatio Ias.in l.properandum, § sin autem alterutra, colum.7. in princ.n.25.ad fin.vers.sed nunquid à taxatione, & ibi Salic.in fin.n.45.C.de iudic. Non obstante dispositione l.vltim C.quando pro-
27 uoc.non est necess. † Quia ibi non licet appellare, cum vnus ex partibus appellauerit, quasi appellatio vnius sufficiat, vt declarat in proposito Bart. in l.ab executore, in fi.princ.vers.sed iuxta prædicta quæro, nu.13.ff de appellat. & relation.post Iacob.de Are.in l.Paulus, ff de re iudic.

Prout etiam licebit appellare à qualibet declaratione pœnæ ipso iure a lege, vel ab homine fulmina-
28 tæ, quasi inferat nouum grauamen, † & possit Iudex decipi Gloss.in cap.si cupientes 16.§.quod si per vigintes, in verb.priuatus, post med.de elect.in 6. Abb. cons.100.nu.3.in fin.lib.1.cum aliis per Felin.in cap. rodulphus 35.colum.36. post princ. vers.& appellari
29 potest, n.43.de rescrips. Vbi etiam † de facto notorio, à quo licet non appelletur cap.cum sit, de appell. Tamen à sententia declarante factum esse
30 notorium permittitur appellari † Anan in cap.super his, colum.7.de accusat.& in cap.prohibens, col. 1.de magistr. Bald in c.ad nostram, in fin.de appell. Dec.in cap.peruenit, col.1.eod.tit.

Ista tamen sunt intelligenda iuxta subiectam mate-
31 riam, de qua loquuntur Doct in l.1.ff.de edend. † Videlicet, vt liceat appellare eo modo, quo licet appellare in materia executiua, scilicet aut deuolutiue tantum, aut dato excessu, vel grauamine, & expressa causa vera, & verisimili, ac probabili, alias firma remanet regula, quod ab executione non licet appellare suspensiue, ita declarat Rot. decis.100.nu.14 & 19.part.1. & quamuis ibi nihil firmetur, cum hinc inde adducantur rationes, Tamen talis intellectus est verus, vt concludit Alexand.in l.1.colum.5.post med in gloss. in verb neque
32 mera, num.13 ff. de leg.2. † vbi quod stante statuto, quod instrumenta habeant executionem paratam, si in aliquo instrumento fuerit promissum interesse, quod à principio erat incertum, & requirebat liquidationem, dabitur executio postquam constiterit de eo per legitimas probationes, cum idem operetur liquidatio, quod purum ab initio, Ideo huiusmodi instrumenta guarantigiæ habent conditionem re vera purificatam, licèt in iudicio nondum probatam, Vnde dicuntur pura, & non conditionalia, quamuis ad executionem facti non possit procedi, donec liqueat Iudici, quo docto competit executio Bald in l.cum testamento, in princip.num.3.& in fin num.6.Cod.de testam.manumiss. & in l.si causam 2.column.2.ad med vers.pene
33 dicit statutum, n.6.C.de execut.rei iudic. † vbi quod instrumentum non liquidum continet obligationem velatam, quæ potest detegi tam instrumentis, quàm testibus, & ideo possunt liquidari per omne genus probationis, & postea executioni demandari, Idem Bald in l.siquidem 9 ad fin.vers no-
34 ta, valde pre eo, nu.5.post med Cod de except. † vbi quod quamuis illa qualitas in instrumentis non liquidis debeat verificari, tamen est qualitas inhærens subiecto aliàs facto, & inseparabilis, ubi o
35 l.cum tale,§.fin.de condit.& demonstrationib. † idem plenè voluit Bart.in l.1.colum.vltim post princ n.4. ff.iudic.solu.& in l.1.col.2.post princ.n.8.ff de edend. & est communis opinio, de qua testatur Curt.in l. vnic.col.18.in fin. vers.& ideo interesse non potest excedere, n.44.C.de sent.quæ pro eo quod interest. Afflin. de execut c.50.§.1.nu.1 & 2 fol.18.

Neque est admittenda restrictio Imol.in l.1.col.pen.
36 ad med vers.sed potes concordare, ff de legat. † voluit quod executio competat quando potest de facili fieri liquidatio, cum via executiua non requirat prolixiorem tractatum l.3.§.ibid.ad exhibendum, l.à diuo pio,§.sed si super rebus, ff.de re iudic.
37 † secus si non posset in breui liquidari, tunc enim non dabitur via executiua in dispositione etiam pura, quæ indigeat declaratione, sed aliàs agendum erit ordinaria actione in factum adnotata per Bart.in l.intra dies, de re iudic.

Quia sine vlla distinctione tenenda est opinio su-
38 pra firma, vt siue incontinenti, † siue ex interuallo probetur interesse, semper competat via

executiua stante dicto statuto, seu re iudicata cum
similibus, Contraria enim procedunt, in exci-
piente, qui si opponat exceptionem requirentem
39 altiorem indaginem, non auditur in iudicio sum-
mario, qoia illud fuit introductum ad fauorem a-
ctoris, ne diutius processus retardetur in eius pre-
iudicium *l. ille à quo, §. si testamento, ff ad Trebel-*
40 *lian.* † Nos autem loquimur in actore petente
executionem instrumẽti non liquidi, vnde quam-
nis talis liquidatio non possit incontinenti expe-
diri, nihilominus est audiendus volens illud li-
quidare, cùm enim in fauorem eius sit inductum,
41 † vt detur executio, & causa sit summaria, non de-
bet in odium illius retorqueri *l quod fauore, Cod.*
de legib. Et est text. in l. minor. vigintiquinque anno-
42 *rum cui fideicommisso, ff. de minor.* † vbi sententia
erat lata super fideicommisso vniuersali, & sic su-
per re incerta & non liquida, & tamen habet exe-
cutionem paratam, prout ita ponderando illum
tex. respondet Alex. in l. 2. col. 5. in fin. vers. nec placet
doctrina, num. 12. ff de legat. 2.

Declarabuntur tamen prædicta, vt procedant quan-
do in huiusmodi instrumento erat tale interesse
43 promissum, † non autem intellectualiter com-
prehenderetur, vt si esset promissum factum, iux-
44 ta quod succedit obligatio ad interesse † *l. stipu-*
lationes non diuiduntur, § celsus, ff. de verb oblig. l. si
quis ab alio, de iure iudicat. Butr. in cap. translato 3.
colum. 2 post princ. vers. similiter si statutum, nu 8. de
constit. quod tanquam singulare sequitur *Alex. in*
l. 1. col. penult. post princ. nu. 13. ad fin. vers. prædicta
intellige, ff de legat. 2. quasi non dicatur esse de in-
strumẽto illud, quod non potest legi, *l. 1. ff. de his*
qui in testam. delent. Bald. in l. vbi adhuc, col. 8. C. de
iur. dot. & in l. vnica, §. & vt plenius, C. de rei vxor.
action.

* *Adde sup ad c 37 n. 55 & c. 115. nu. 27.*

Verum * resolutio istius limitationis dependet ab
illa quæstione in executio competens vigore sta-
tuti procedat etiam proco, quod virtualiter inest,
45 † & quidem affirmatiua opinio est verior, cum
habeatur pro expressu quid virtualiter ex verbis
resultat *Aym. cons. 149. nu. 11. Feder. cons. 158. num. 1.*
Bald. in l. ad probationem, la 1. Cod. de probat. De-
cian. cons. 68. pro resolutione, colum. 3. ante fin. nu. 3.
Ang. in l. prætor ait, ff. de non. oper. nnnciat. cum aliis
per Surd. cons. 143. n. 19. & 20. lib. 1. & consil. 194. n.
46 *21. lib. 2.* † siue agatur de præjudicio tertij siue si-
mus in materia stricta, siue expressio requiratur
pro forma *Zanch. in l. heredes mei, § cum ita, part.*
47 *4. nu. 210. ff. ad Trebell.* † & in specie hanc opinio-
nem comprobaui supra *c. 37. nu. 43. cum. seqq. & c.*
115. nu. 27. Alex. cons. 126. repetitus colum. 1. nu. 4. lib.
6. Surd. decis. 234. n. 39. Curt. Inn. cons. 139. num. 3. &
4. Imol. in l. 1. col. pen. ad med. nu. 9. ff. de his quo in te-
stam. delent. per text. singularem *in l. si duo patro-*
ni, §. Marcellus, vbi etiam Ias. nu. 1. ff. de iureiur. Ro-
der. in l. post rem iudicatam, in 2. extens. in declarat.
leg. regn n. 1. cum seq. ff. de re iudicata.

Neque obstat doctrina *Butr. in cap. ex translato 3. nu.*
48 *8. de constit. cum aliis supra allegatis.* † Quia illa
non potest sustineri, vt dicit *Felin. ibidem colum.*
3. num. 4. cum etiam idem Butr. sit sibi contrarius;
Nam *in c. cum olim, col. 2. post princ. vers. nota quod*
simplici concessione, n. 9. & 10. de censib. clare defen-
dit, quod instrumenta guarantigiæ habeant etiam
executionem pro eo, quod ex instrumento per-
49 penditur, † tanquam illud dicatur patens, quam-
uis expresse non pateat, contra *Innoc. in c. p. & g.*
offic. deleg. Ideo super eius dicto non potest fieri
fundamentum, cum etiam verior sit opinio supra
50 firmata, † pro qua etiam multa similia, & quidem
notanda adducit *Felin. in d. translato 3. colum. 2. in*
51 *fin. versic. sed contra prædicta, de constitut.* † Et facit
quod aliàs in casu occurrente diximus de eo, qui
virtualiter appellat ab interlocutoria, satis enim
dicitur exprimere causam grauaminis, si compre-
henditur necessariò ex verbis, quamuis non ex-
primat *Ang. in l. prætor ait, § interdum in fin. ff. de*
oper. nou. nunciat. & in l. 1. ad med. vers. & per hoc di-
52 *co, n. 3. ff. de liber. & posthum.* vbi † quod est notan-
dum per eos, qui volunt practicare palatium *Fe-*
lin. in cap. accedens 2. colum. 4. post princ. vers. & in
quantum dicunt prædicti, nu. 6. vt lit. non contest. &
in c. translato 3. colum. 3. ad med. vers. & per hoc dicit
53 *virtualiter, nu. 4. de constit.* † vbi quod est multum
notabile ad intellectum *clement. si appellanti, de*
appellat. Et multos eandem opinionem sequen-
tes adducit *Alex. in l. prætor ait 20. in princ. n. 2. &*
ibi Imol. n. 5. ff. de nou. oper. nunciat. Franc. in c. vt de-
bitus 59. colum. 8. in princ. vers. vndecimo, num. 21. de
54 *appellat.* † vbi quod sufficit ex iuris præsumptio-
ne constare de causa grauaminis, quamuis illa no-
minatim non exprimatur Bald. *in l. minoribus 6.*
n. 5. ad med. Cod. de his, quib vt indign. Tiraquell. de
55 *legib. connubial. gloss. num. 192.* † vbi etiam multa
genera expressiuum colligit Aymo. qui alios e-
tiam ad materiam expressi adducit *in consil. proge-*
nero, n. 308.

EPITOME.

Exceptiones quando iterum possint proponi in iudicio ordinario, si de eis fuerit cognitum in executiuo. ¶ Et quo casu dicitur facta plena cognitio illarum, ita vt oriatur exceptio rei iudicatæ. ¶ Et quæ requirantur ad hoc, vt talis exceptio obstet. ¶ Et quid si adsit interlocutoria, per quam lis fuerit terminata. ¶ Et an sufficiat exceptionem fuisse examinatam, vel etiam necesse sit, vt Iudex illam expresse reprobet condemnando reum, non obstante exceptione opposita. ¶ Iudex pronunciando super principali, quando dicatur etiam pronunciasse super incidenti. ¶ Et qnid in exceptionibus, quæ directò contradicunt sententiæ, an opus sit, quod de eis fiat expressa mentio. ¶ Succumbens in iudicio plenario, opposita incidenter simulatione, an prohibeatur opponere eandem simulationem in alio iudicio per viam principalis petitionis. ¶ Iudicatum an possit dici non solum, quod in sententia legitur, sed etiam quod iuris præsumptione habetur pro iudicato. ¶ Exceptio compensationis an debeat expresse per Iudicem reprobari. ¶ Post publicatas attestationes in primo iudicio an sit locus vlteriori examini. ¶ Probationes factæ in iudicio summario an faciant fidem in plenario.

SVMMRRIVM.

1 *Reus qui succubuit in suis exceptionibus deductis in iudicio executiuo an possit amplius audiri in iudicio plenario. Et quid in interlocutoria lata super exceptione peremptoria plene examinata, n. 3.*

2 *Qualitas probationum excludit ordinem executiuum iudicialem.*

Plena cognitio quando dicatur facta in iudicio summario.

5 *Exceptiones saluæ remanent in iudicio plenario, quando de eis non fuit plene cognitum in executiue.*

6 *Iudex si plene cognouit super exceptionibus in iudicio summario, & pars etiam conata est plene in eo probare, oritur exceptio rei iudicatæ.*

7 *Actor petens executionem instrumenti si contra eum fuit proposita exceptio, & iudex pronunciauit illam obstare, non potest amplius agere indicio ordinario, & n. 9.*

8 *Exceptio rei iudicatæ oritur ex interlocutoria terminante litem.*

10 *Iudicium secundum veniens ad resolutionem eius, quod fuit terminatum in primo, facit obstare exceptionem rei iudicatæ, prout si in secundo iudicio examinatur illud, quod est decisum in primo.*

11 *Exceptio rei iudicatæ obstat, quando concurrunt illa tria, quæ concurrebant in primo, videlicet idem corpus, & quantitas petita, idem ius & causa petendi, & eadem conditio personarum.*

12 *Exceptio non debet solum esse examinata, sed etiam requiritur, vt Iudex illam expresse reprobet condemnando reum, non obstante exceptione opposita ad hoc vt oriatur exceptio rei iudicatæ. Idem in incidenti. Intellige vt n. 13.*

14 *Decisio incidentis vt necessario sequatur, satis est, vt Iudex de eo plene cognouerit.*

15 *Iudex pronunciando super prouinciali, dicitur pronunciasse etiam super exceptione, si de ea fuit plene cognitum, quamuis in specie illam non reprobauerit.*

16 *In exceptionibus, quæ directò contradicunt sententiæ, semper Iudex sententiando videtur illas reprobare, quamuis non fecerit mentionem, & oritur exceptio rei iudicatæ, & n. 17.*

18 *Succumbens in plenario iudicio opposita incidenter simulatione, non prohibetur proponere eandem simulationem in alio iudicio per eam principalis petitionis Declara vt n. 19.*

20 *Iudicatum dicitur non solum quod in sententia legitur, sed etiam quod iuris præsumptione habetur pro iudicato.*

21 *Instrumentum habet executionem etiam pro virtualiter comprehensis.*

22 *Exceptio compensationis debet expresse per Iudicem reprobari. Et de differentia inter istam exceptionem & alias, in quibus non requiritur talis expressa reprobatio, n. 23. & 24.*

25 *Post publicatas attestationes in primo iudicio non est locus vlteriori examini, cum talia acta in vna causa faciant fidem in alia inter easdem personas.*

26 *Probationes factæ in iudicio summario attenduntur in plenario.*

CAPVT CCCCXLV.

SEntentiæ de quibus agimus fuerunt latæ præuiis probationibus plenariis tam super omni-
1 bus exceptionibus oppositis, † quàm super actione intentata, Vnde quamuis prætendatur iudicium executiuum & summarium concernens executionem instrumenti, Tamen tales probationes operantur, vt vlterius non posit agi per reum, qui in suis exceptionibus succubuit, cum habeant eandem vim, ac si essent factæ in iudicio plenario,
2 † quasi attendatur qualitas probationum, per quas excluditur ordo executiuus iudicialis Iacob. Butrigar. *in l. ab hostibus 15. §. sed quod simpliciter ff. ex quibus caus. maior.* quem sequitur Alex. *in l. 2. ante fin. n. 9. versic. alia est conclusio, Cod. de edend.* vbi de veriori opinione testatur idem Alexand. *in l. sæpe, colum. 24 in princip. versic. item circa sextum requisitum, nu. 81. ff. de re iudicat. & in l. à diuo pio, §. si super rebus, colum. 2. n. 4. vsque ad 7. ff. eodem titul. Bald. in l. nam & postea 9. in princ. versicul. sed quid si opponeret. & vers. videtur dicendum. ff. de iur.*
3 *iur.* † vbi ampliat, quamuis esset lata sententia interlocutoria, cum illa habeat vim diffinitiuæ, & terminet litem tanquam lata super exceptione peremptoria plenè examinata. Idem Bald. *in l. si iudex, in 1. lectur. n. 3. versic sed quæritur, ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Felin. in cap. causam quæ il primo, quod est 11. colum. 2. in fin. versic. sed restringitur ista fallentia, n. 6. de testibus, Natt. cons. 73. nu. 35. vsque ad 37. Decian. consil 96. viso puncto, nu. 2. Butrig. in cap. cum dilectus, §. verum, column. 8. in fin. versicul. plus dicit, nu. 35. de ordin. cognit.* cum aliis per Surd. *de aliment. titul. 1. quæstio 126. nu. 10. & 11. Rip. in l. qui Romæ, §. duo fratres, n. 20. de verborum obligationib.*

Neque est dubitandum quod in hoc iudicio summario fuerit per Iudicem plenè cognitum, cum
4 † sit seruatus ordo in procedendo, & multi testes sint examinati tam super exceptionibus propositis, quàm è contrà, quo casu dicitur adhibita plena causæ cognitio, quasi tunc per eam plenè instruatur religio iudicantis de veritate summaria, per quam adducitur ad iudicandum super re, de qua agitur. Alber. *in l. 3. §. causæ cognitio, in princip. de carbon. edict. Natt. cons. 475. num. 56. Butr. in cap. causam quæ, colum. 2. de testib. Abb. cons. 30. n. 3. lib. 1.*
5 † Quidquid aliud sit quando non fuit de illis exceptionibus cognitum, quia tunc saluæ remanent in iudicio ordinario *Cap. rens. cons. 9. in causa appellationis, nu. 8 post princip. lib. 1 Honded. cons. 29. nu. 40. lib. 2.* Maxime quia in casu nostro non so-
6 lùm Iudex plenè cognouit, sed etiam respectu partis fuit plenissimè cognitum, cum pars conata fuerit producere, & probare, sicut si ordinariè actum fuisset, ita vt non potuisset maiorem diligentiam facere in iudicio ordinario, quod facit vt tunc dicatur plenè cognitum, & oriatur exceptio rei iudicatæ, Socin. *cons. 255. num. 2. & 6. lib. 2. Barz. decis. Bonon. 82. nu. 24. & 25. Sim. de Pret. cons. 107. n. 13. in fin.*

Et in hoc nihil grauatur reus, qui in exceptionibus propositis succubuit, cum etiam idem seruetur in auctore, qui petat executionem instrumenti,
7 † & opponatur aliqua exceptio releuans, quam Iudex pronunciet obstare, non poterit per eundem actorem agi iudicio ordinario, cum semper obstet, probatio dictæ exceptionis, super qua fuit
8 iudicium in iudicio summario. † quasi ex dicta interlocutoria tanquam fine, & termino litis oriatur exceptio, rei iudicatæ, *cap. dudum, de exception.* & adest eadem ratio in secundo iudicio, prout in primo, cum etiam plenaria cognitio non extendatur penes ordinem iudicij, sed penes
9 qualitatem probationis, † Ita per supradictas rationes, & similes concludit, Bald. *in l. penultim. ante med. versicul. sed quæritur an sententia, num. 3. Digest. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Decian. consil. 96. viso puncto & consideratis, coll. 2. ad medium, num. 2.*

Et facit quia vbi secundum iudicium venit ad rescissionem eius, quod est determinatum in primo,
10 † semper obstat exceptio rei iudicatæ, prout quando in secũdo iudicio examinatur illud, quod iam fuit decisum in primo *Bart. in l. 2. §. hoc edicto, versic. secundo per rationem, nu. 3. ff. de vi bonor. raptor. & in l. si quis cum totum, §. fin. & in l. eadem, §. 1. de except. rei iudic. Bald. in l. ex morte 3. colum. 1. in fin. num. 4. Cod. ad legem aquil. Rimin. Iun. cons. 413. num. 8. lib. 4. Surd. cons. 312. num. 9. lib. 3.*
11 † Maximè cum in hoc iudicio concurrant illa tria, quæ concurrebant in primo, videlicet corpus, seu quantitas, quæ petitur, & idem ius siue eadem causa petendi, ac eadem conditio personarum, quæ faciunt, vt semper obstet exceptio rei iudicatę *Abb. consil. 50. num. 2. in princip. vers. sed his non obstantibus, lib. 1. Dec. cons. 96. colum. 2. in princ. & cons. 445. in casu ad me transmisso, n. 43. Socin. Iun. cons. 28. nu. 3. lib. 1. Honded. cons. 30. num. 50. lib. 1. per l. cum quæritur, cum duab. legibus seq. Digest. de except. rei iudic. Surd. cons. 418. num. 13. lib. 3.*

Nec aduersatur non sufficere, quod fuerit examinata
12 exceptio, cum etiam requiratur, † vt Iudex vlterius expresse reprobauerit talem exceptionem condemnando reum non obstãte dicta exceptione opposita *Castrens. in l. si autem, §. si quomodocumque, n. 2. & ibi Fulgos. num. 3. ff. de neg. gest. Idem Castr. in l. 1. num. 7. Cod. de ordin. cognit. Simon. de Pret. cons. 107. nu. 11. & 12.*
13 † Quia prædicta procedunt, quando exceptio, seu incidens plenè cognitum non traheret necessariam cõsequentiam ad principale, secus vbi ex sententia lata super principali necessariò sequitur decisio incidentis, tunc enim etiam videtur decisum incidens, & oritur exceptio rei iudicatæ, quamuis Iudex expresse non fecerit mentionem de exceptione illam reprobando,
14 † & ad hoc, vt necessariò sequatur decisio incidentis, sufficit quod appareat, vt Iudex de exceptione plenè cognouerit, Ita post *Guil. de Cun.* & alios benè explicat *Alber. in l. si iudex 10. colum. 1. & 2. versic. si autem, de incidenti, & versic. vel dic secundum, & versic. vel, nisi ex serie sententiæ, n. 1. & 2. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Idem Alber. in l. si autem 8. §. si quocumque, ad med. versic. vnde dic*
15 *quod aut est certum, ff. de negot. gest.* † vbi quod quando fuit plenè cognitum de exceptione, & de illius viribus, quamuis Iudex non reprobauerit in specie dict. exceptionem, tamen pronunciando super principali dicitur etiam pronunciasse super exceptione, & hoc etiam voluit *Rip. in l. qui Ro-*
16 *mæ, §. duo fratres, nu. 26 ff. de verb. oblig.* † vbi quod exceptionibus, quæ directò contradicunt sententiæ, semper Iudex per sententiam videtur illas reprobare, quamuis de eis non fecerit mentionem, & ex hoc oritur exceptio rei iudicatæ, quod etiam latè declarat *Abb. in cap. fin. columm. vltim. in prin-*
17 *cip. nu. 25. de iuram. calumn.* † & idem etiam sentit *Bart. in l. si autem, § si quomodocunque, n. 1. ad med. versic. non obstant iura allegata, ff. de negot. gest.* & multis comprobat *Rot. Florent. per Magon. dec. 3. n. 17. vsque ad 35. Roman. cons. 420. n. 3. Contard. in l. vnic. in verb. ratione mixturæ, limit. 2. n. 12. Cod. si de momentan. possess. Sim. de Pret. cons. 107. nu. 12. in fin. vers. nisi ex serie sententiæ, post Ang. & Bald. in l. si iudex, nu. 2. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Castr. in l. 1. n. 7. ad med. vers. non sic videretur, & n. 8. post princ. vers. intellige vt necessario, C. de ordin. iudic.*

Neque obstat *Socin. cons. 164. colum. penultim. versic.*
18 *secundo casu principali, nu. 16. lib. 2.* † vbi succumbens in plenario iudicio, opposita incidenter exceptione simulationis, non prohibetur proponere eandem simulationem in alio iudicio per viam
19 principalis petitionis. † Quia Soc. loquitur quando ad alium effectum quis opponeret eandem exceptionem in secundo iudicio, puta ad euitandã euictionem, cum prius opposuisset ad hoc, vt non teneretur ad rei traditionem, quod non est in casu nostro, cum non varietur effectus, & ad vnum & eundem fidem proponatur actio, quod non potest fieri, cum obstet exceptio rei iudicatæ, nec admittitur amplius alia principalis petitio, prout declarat *idem Socin. dict. cons. 264. colum. penultim. ad med. versic. nam vt in principio dixi nu. 18. lib. 2.* & sequitur *Rot. Florent. per Magon. decis. 3. n. 33. & 34. Roman cons. 410. num. 3. per vendicantem, cum seq. ff. de euict.*

Accedat quod etiam iudicatum dici debet, non so-
20 lùm quod in sententia expresse legitur, † sed etiam quod iuris dispositione, & præsumptionibus iuris dicitur esse iudicatum, cum paria sint aliquid esse expressum, vel necessariò subintelligi, quasi sufficiat virtualiter ex verbis resultare quamuis expressio requireretur pro forma prout in sententiis, contractibus, & similibus *Aym. cons. 149. num. 11. Cephal. cons. 152. num. 76. Tiraquell. ad l. 16. connub. gloss. 7. num. 179.* Et in proposito multa similia adducit *Magon. decis. 3. num. 19. vsque ad*
21 *25.* † vbi etiam de instrumento quod habet executionem paratam etiam pro virtualiter in eo comprehensis *Surd. decis. 253. n. 39.* cum aliis, quos ad duxi supra *cap. 37. n. 44. cum sequent. & cap. 115. num. 27.*

Nec repugnat quod dicitur de exceptione compen-
22 sationis, in qua opus est, † quod iudex expresse reprobet, vt per *Doct. in l. si autem, §. si quomodocumque, ff. de neg. gest.* Quia talis exceptio non obstat nec contradicit directo petitioni, neque sententiæ condemnatoriæ. Nam si iudex de ea rationem non habet, non tamen illam reprobare videtur, cum sit possibile, quod eam reseruauerit in tempus executionis. Vnde non mirum, si
23 requiritur expressa reprobatio. † Aliud tamen est in exceptione, de qua quæritur, nam per eam directo contradicitur sententiæ, cum tractetur quod instrumentum sit dolosum ad euitandam eandem solutionem, super qua fuit exceptum ad eundem finem, Non enim spectare bona, de quibus agimus ad actorem, prout dicitur in sententia, si pertinerent ad reum, & sic adest contradictio, quo casu iudex per sententiam videtur reprobasse talem exceptionem, quamuis de ea nullam rationem habuerit, aut mentionem non fecerit *l. 1. & 2. Cod. si ex falsi. instrument. cap. suborta, de*
24 *re iudic.* † in specie ita declarat *Rip. in l. qui Romæ, §. duo fratres, de verborum obligationib. post Abb. in cap. vlt. colum. fi. in princ. n. 25. de iuram. calum. cum aliis supra allegatis.*

Præterea non est locus vlteriori examini super præ-
25 tenso contractu doloso, & simulato, † cum attestationes in primis iudiciis fuerint publicatæ, quo casu talia acta in causa faciunt fidem in alia inter easdem personas, & sic obstabunt probationes factæ in processibus antiquis, cum præcedens causa sic se habeat ad secundam, quod sententia lata in prima parit exceptionem rei iudicatæ in secunda *Felin. in cap. causam quæst. 11. coll. 2. num. 4.*

num.4 & num.13 vers fallit tertio, de teſtib. Bald. in l.2. colum penultim. ante med nu.21. Cod. de edend. Cin. in l. properandum, colum. vltim ad fi. Cod. de iudic. Bart. in l. non ſolam, num.13. in fin. Cod de teſtib.
26 *& in l. geſta, num.4. & 5. vbi Iacob. de Aren. Cod. de re iudic.* † Et regulare eſt, vt probationes factæ in iudicio ſummario plenam fidem faciant in plenario, quando fuit plenariè probatum tam reſpectu ordinis, quam probationum, prout de communi opinione teſtatur multo adducens *Gabr. de except. concluſ.2.n.7.& 8.*

EPITOME.

Teſtator quibus verbis vti debeat ad hoc, vt videatur demandaſſe legatario nudum miniſterium, ita vt commodum, quod ſupereſt, deducto onere illi non debeantur, ſed hæredi. ¶ Et de coniecturis, & præſumptionibus, ex quibus talis voluntas colligatur. ¶ Et quid ſi onus adiectum poteſt ita commodè adimpleri per hæredem, ſicut per legatarium. ¶ Vel ſumus in relicto diſpoſitiue in eum collato non executiuè. ¶ Vel ſi præcedunt onera, & poſtea pro illis exequendis fit aſſignatio. ¶ Vel ſi onus habet expenſam determinatam, ſeu indeterminatam. ¶ Et quid ſi onera ſunt annua. ¶ Et an onus ſit, vt teſtator diſponat de reliquo. ¶ Vel ſit conſideranda paritas, vel imparitas inter legatum, & onus illi adjunctum. ¶ Nudus miniſter an poſſit conſtitui etiam cum verbo iuris, & an dicatur etiam illi, in quem verba legati ſunt concepta, & in quo differant verba lego, & laſcio. ¶ Executor grauatus alicui tradere poſt tempus, an percipipiat commodum ex legato medio tempore. ¶ Teſtis deponens de facto proprio, vel de ſuo iudicio, & credulitate quando probet. ¶ Diſcreta locutio in vno caſu quid operetur in alio non expreſſo. ¶ Præſtatio facienda in vſus pios an inducat cauſam finalem. ¶ Verba *accioche. Pro hoc, niſi, & altro*, quid ſignificent. ¶ Nudus miniſter an dicatur reſpectu tituli, & commodi vel reſpectu commodi, non tituli. ¶ Et an ſe repræſentet, vel alium. ¶ Et an illi poſſit relinqui. ¶ Voluntas teſtatoris an declaretur ex vna parte teſtamenti quo ad alia etiam in diſpoſitionibus ſeparatis. ¶ Cauſa finalis diſpoſitionis an cenſeatur repetita in ſequentibus legatis. ¶ Vſus communis loquendi quando attendatur. ¶ Aſſignatio pro ſupplemento victus prius legato an faciat vnicum legatum, & includat præcedentia.

SVMMARIVM.

1 Verba legati quando dicantur diſpoſitiue collata in legatarium, ita vt non dicatur miniſter, ſed poſſit commodum ex legato reportare, n.2.

3 Teſtator vtens verbis denotantibus commodum ad fauorem legatarij non dicitur demandaſſe nudum miniſterium, ideo quod ſupereſt ei debetur deducto onere, & qualia debeant eſſe iſta verba numero 4.6.

5 Onus adiectum legato quando poteſt ita commode adimpleri per heredem, ſicut per legatarium facit vt quod remanet poſt vnum iniunctum cedat potius commodo legatarij, quàm haredis, & num.48. Et quomodo colligatur, num.51.

7 Voluntas teſtatoris declaratur ex vna parte teſtamenti quo ad alia. Amplia quamuis diſpoſitiones eſſent ſeparata, num.8.

9 Coniectura qualis ſit ad cognoſcendum quod teſtator noluit priuare legatarium commodo legati, n.11.

10 Diſcreta diſpoſitio facta in vno operatur, vt quis aliud voluerit quando non expreſſit.

12 Cauſa finalis diſpoſitionis cenſetur repetita in ſequentibus legatis.

13 Teſtis deponens de ſuo iudicio probat, ſi reddit cauſam ſcientiæ, quaſi illud quod ſcit etiam iudicet.

14 Teſtis poteſt fundare ſuum arbitrium ex his, quæ accipit per ſenſum corporis, quo caſu probat etiam deponens per verbum credit.

15 Legatarius dicitur dominus rei legatæ.

16 Executor, & nudus miniſter nihil ex legato percipit.

17 Nudus miniſter non ſe repræſentat, ſed alium.

18 Attendi debet quod teſtator voluit, & cuius contemplatione.

19 Verbum, accioche, *inducit cauſam finalem, à qua tota diſpoſitio pendet.*

20 Verba, Pro hoc, æquipollent dictioni accioche.

21 Præſtatio ſi eſt facienda in vſus pios importat cauſam finalem.

22 Teſtator præſumitur adhibere voluiſſe tanquam miniſtrum, non vt legatarium quando procedunt onera, & poſtea pro illis exequendis ſit aſſignatio, quod procedit in dubio, & iunctis præſumptionib. Et quales illæ debeant eſſe, n.23 25.29.31.35.& 46.

24 Dictio altro *implicat, & denotat ſimilia.*

26 Voluntas teſtatoris declaratur ex vſu loquendi.

27 Aſſignatio cenſus facta pro ſupplemento victus prius legato includit præcedentia, & facit vnicum legatum.

28 Augmentum regulariter ſecundum naturam ſui præexiſtentis cui accedit.

30 Subrogatio oſtendit eſſe ejuſdem naturæ ſubrogatum, cuius eſt ille, cui ſubrogatur, & num.36.

32 Teſtis deponens de facto proprio fortius probat, & pluſquam ſemiplena, & iunctis adminiculis plene, num.33.& 34.

36 Subſtantia diſpoſitionis eſt inſpicienda potius quàm denominatio.

37 Legatarius ex quibus verbis dicatur electus, & n.38.

39 Non oportet quærere cum quo teſtatore loquatur, ſed in quem voluntatis intentio dirigatur.

40 Miniſtro, & commiſſariis poteſt relinqui.

41 Dictio Niſi, ponit exceptionem.

47 Exceptio debet eſſe de terminis eius, quod limitat.

43 Miniſter poteſt eſſe etiam ille, in quem verba legati ſunt concepta.

44 Nudus miniſter dicitur reſpectu tituli & commodi, vel reſpectu commodi, non autem tituli, & n.45.

47 Verba recipiunt interpretationem ſecundum ſolitum, & modum loquendi teſtatoris, non iuxta illorum proprietatem.

49 Voluntas teſtatoris eſt intelligenda ſecundum eius opinionem.

50 Pro vero accipiendum eſt, quod teſtator credidit eſſe verum.

52 Paritas, vel imparitas conſideranda eſt inter legatum, & onus illi adiectum, vt cognoſcatur an ſit factum gratia oneris.

53 Onus quando habet expenſam determinatam ſeu indeterminatam an faciat, vt qui potius ſit miniſter, quā legatarius. Et quid ſi onera ſint annua, n.54. Et an opus ſit, vt teſtator diſponat de reliquo, n.55.

57 Executor grauatus alicui tradere poſt tempus, percipit commodum ex legato medio tempore.

58 *Nudus minister potest constitui etiam cum verbo iuris, & in quo differant verba Lascio, & verba Lego.*

CAPVT CCCCLVI.

Legata de quibus est controuersia non fuerunt simpliciter relicta Vincentio tanquam nudo ministro ad effectum solum exigendi,& so-
1 lidandi computa cum debitoribus testatoris,†Etenim apparet verba talium legatorum fuisse in ipsum dispositiuè collata, cum fuerit illa auctoritas concessa, & facultas liberè data reuidendi computa, & illa solidandi,& facto calculo postea per testatorem relinquitur, vt eidem soluantur,& de eis plenam quietationem faciat,quo casu non consideratur nudum ministerium, sed habetur respectus,tanquam ad legatarium,ad quem omne commodum,quod superest debet remanere ex tali legato,& datur illi actio pro dicto commodo consequendo tanquam sit legatarius, quo
2 ad partem, † quæ remanet ex computis,& minister quoad laborem, & solidationem computorum *Specul. de instrum. edit. §. nunc vero aliqua de interp. vlt. volunt. n. 17. ante fin. vers. si autem sit particeps leg. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 32. in fi. vers. vbi vero executore, nu.* 10. *Bartol. in l. lucius titius* 90. *§. à te peto in princip. ff. de leg. 2. & in l. si quis Titio* 17. *n. 1. vbi etiam Castr. n. 1. ff eod. tit.*

Maximè quia testator vsus est verbis denotantibus
3 commodum ad fauorem legatarij, † videlicet, *lascio che si pagbino, & se resta d'hauere se li facci pagare,* cum similibus verbis, ex quibus clarè colligitur, quod non fuit mandatum solum nudum ministerium, sed etiam relictum commodum,
4 † cum verba legati conferantur in legatarium dispositiuè, non autem executiuè, quod facit, vt quis non sit dicendus nudus minister, quamuis aliquo onere grauaretur Bart. *in l. pecunia* 8. *n. 1. ff. de alim. & Cibar. legat. post glos. in l. si quis titio, ff. de leg. 2. Card. Mant. de contect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 4. nu. 13. Cuman. cons.* 108. *testator, n. 1. Sim. de Pret. de interp. vlt. volunt. lib. 5. dub. 2. n. 14. & 15. fol.* 485.

Præsertim quia ista solidatio computorum cum debitoribus defuncti æquè commodè poterat fieri
5 per hæredem, † sicut per legatarium, Vnde cum fuerit huiusmodi onus demandatum alteri, videtur talis executor electus tanquam legatarius, & magis prædilectus,& per consequens quod etiam commodum voluerit testator per illum percipi potius quàm per hæredem, Vnde quod remanet post onus iniunctum debet cedere eius lucro,non hæredis, tanquam in hoc magis sit prædilectus, quàm hæres, frustra enim legasset,nisi cogitasset de aliquo eius commodo, qui onus iniunxit. Ita in specie concludit *Cuman. cons.* 108. *testator legauit, col. 2. ante med. vers. iustius tamen, nu. 2. per text. in l. si quis eum ipse* 37. *de cond. & demonst. l. si quis quos* 31. *ff. de leg. 2.*

Quæ magis procedunt in casu, de quo agimus, quia in alio legato facto Vincentio de solidandis com-
6 putis cum Francho, † mandat testator, vt residuum, in quo remanebit creditor factis calculis soluatur per eundem Vincentium Horatio, & Fabio pro rata eorum crediti, Adeò vt ex hoc appareat commodum aliorum legatorum voluisse spe-
7 ctare ad legatarium, † cum ex vna parte testamenti declaretur voluntas eiusdem testatoris quo ad alia *l. qui filiab. de legat. 1. l. vtrum, de petit. hæred. l. 1. de reb. dub. Socin. cons. 9. nu. 8. volum. 1. Ruin. cons.* 130. *num. 4. lib. 3 consil.* 201. *nu. 5 lib. 1. Surd. consil.* 53.
8 *num.* 10. *lib. 1. & consil.* 460. *num. 8. lib. 4.* † Quamuis etiam dispositiones essent separatæ *Socin. consil. 51. col. 1. ad med. lib. 1. & consil. 242. col. 3. ad fin. lib. 2. Aym. in cons. pro gener. n. 336. & 338. Surd. cons. 179. n.* 60. *lib. 2.* Maximè quia si in cæteris legatis hoc idem voluisset, quod in vno voluit, facile fuisset
9 exprimere, † Vnde cum non expresserit credendum est noluisse priuare legatarium dicto commodo, argumento *l. vnic. §. sin autem deficientis Cod. de caduc. tollend.* cum aliis per *Becc. cons. 12.*
10 *num. 44. & cons. 21. num. 27.* † Discreta enim dispositio facta in vno operatur, vt testator, aliud voluisse credatur quando non expressit Socin. Iun. *cons. 3. n. 7. in fin. & cons. 114. nu. 21. lib. 1. Surd. consil.*
11 466. *nu. 8. lib. 4.* † & ita in proposito similium legatorum arguit *Rot. coram R.P.D. Pirouano Romana legati pij* 18. *Martij* 1611.

Cum præsertim talis voluntas testatoris coadiuuetur ex dispositionibus trium testium, qui clarè attestantur quod mens ipsius fuit, vt liberè istæ pecuniæ exigendæ cederent commodo Vincentij pro seruitiis per eum præstitis, quod etiam declarauit testator, cum in præfatione codicillorum dixerit se illa facere ad effectum remune-
12 randi eos, qui illi inseruierunt, † ex quibus verbis colligitur causa finalis dispositionis, quæ censetur repetita in sequentibus legatis *Bald. in l. hæc verba, C. de fals. caus. adiect. leg. Rol. cons. 67. n. 70. & 71. lib. 3. Surd. consil. 210. num. 28. lib. 2.*

Et quamuis aliqui ex testibus prædictis videantur
13 ponere de suo iudicio, † tamen quia reddunt causam scientiæ, quod testator dixit, vt legatarius frueretur commodo istarum pecuniarum, cum plura dedisset, si superuixisset, tunc talis depositio est valida, quasi illud quod quis scit etiam credat, & iudicet *Alexand. cons. 109. visis & vt oportet, column. penult. ad med. vers. vnde dato, nu. 7. lib. 1. post Bart. in l. 2. §. quod obseru. col. 3. C. de iur. calum. Soc. Iun. cons. 69. n. 12. ad fi. vers. tamen in pro-*
14 *pos. l. 1.* Cum etiam † quis possit fundare suam declarationem, & arbitrium, ac iudicium ex his, quæ accipit per sensum corporis, id est per ea quę audiuit à patribus, vt ipse deponit, quo casu etiam deponens per verbum credit, vel de suo iudicio probat *Cyn. in l. testium, quæst. 5. nu. 9. C. de testib. Bald. in l. siue possidetis, n. 6. Cod. de probat. Alexand. consil. 88. in causa domina, column. 2. in fin. vers. ex qua apparet, n. 4. lib. 4.*

Similis quæstio occurrit *in Rota in causa Romana censuum vigintimillium contra R.P.D. Ludouisio.* in qua multa fuerunt adducta pro Archihospitalibus S.Spiritus, & S. Iacobi incurabilium, dum prætenebant, quod fructus censuum relictorum excederent in notabili quantitate onera iniuncta, & quod testatrix non elegerit personam Antonij, vt esset Legatarius dictorum censuum, sed potius quod voluerit illum esse executorem earundem præstationum, & nudum ministrum, ita vt apud eum nihil remanere debuisset,& causa pluries, & pluries proposita tam coram *Card. Horatio Lancellotto*, quam postea *R.P.D. Ludouisio* in eius locum subrogato propter promotionem eiusdem ad Cardinalatum, tandem coram *Ludouisio* 31. *Februarij* 1612. fuit capta resolutio ad fauorem Archihospitalium, quod videlicet simus in executore,& nudo ministro, non autem in legatario

gatario

gatario recedendo à contraria decisione prius facta in eadem causa 16. Octobr. 1595. coram Card. Pamphilio. Et quoniam casus est multum notabilis, & sæpius propositus, ac plene discussus in Rota propter varietatem opinionum, placuit totam decisionem infra inserere, cum ex ea colligantur multæ coniecturæ, & præsumptiones, ex quibus poterit semper iudicari, quando quis censeatur electus nudus minister, seu legatarius, tanquam hæc omnia frequenter in praxi contingant ideo notanda ad publicam vtilitatem, cum præsertim tota hæc materia pendeat à coniecturis, quæ in isto casu aderant pro declarando nudo ministerio, cum in alio casu prius proposito, in principio huius capitis contrariæ præsumptiones adessent pro iudicando illum cui fui relictum esse legatarium non simplicem executorem vt ex rationibus in vtroque casu adductis facile dignosci potest.

R.P.D. Ludouisio Romana censuum viginti millium. 24. Februar. 1614.

MArchionissa Guardiæ institutis in suo vltimo testamento hæredibus Archihospitalibus S. Spiritus, & S. Iacobi Incurabilium, & quibusdam Codicillis postea editis statuit, quod ex omnibus suis censibus, qui tempore mortis reperirentur, præstaretur certa annua quantitas ceræ, & portio obsonij fratribus de Aracæli, vnum paramentum pro cappella ab ipsa testatrice fundata, vestes lugubres ancillis & famulis, necnon quędam alia de quibus prius disposuerat, ad quem effectum reliquit dd. census D. Antonio Gallo, in cuius locum postea in aliis codicillis subrogauit D. Scipionem de Tulphia dicti testatricis nepotem, in quem legata facta dicto Antonio transtulit, & d. Scipioni successit d. Horatius de Tulpha. Quia autem fructus censuum excedebant in notabili quantitate onera iniuncta, orta fuit controuersia inter dictum Horatium, & prædicta Archihospitalia super eo quod superer at ex fructibus censuum post præstationem onerum & Rota 16. Octobris 1595. proponente bon. mem. Cardin. Pamphilio resoluit illud spectare ad d. Horatium tanquam heredem Scipionis. Cui resolutioni cum non acquiescerent hospitalia, obtinuerunt denuo audiri coram Illustr. Cardin. Lancellotto, dum inter nos fuit, coram quo causa pluries, & pluries coram me proposita tandem 14 Februarij 1612. domini recesserunt è decisis: Et quoniam difficultas in eo consistit, An Marchionissa elegerit personam d. Antonij, vt esset
15 legatarius dd. censuum. † quo casu spectant ad ipsum vti eorum dominum *l. à Titio, ff. de furt.* sine dubio fructus superexrantes pertinuissent, vel potius voluerit eum esse executorem dictarum prę-
16 stationum, † & nudum ministrum apud quem nihil remanere debet *l. si quis Titio, & l. Lucius, §. à te peto, ff de leg. 2. Bart. in l. pecuniæ, n. 1. ff de alim.*
17 *leg.* ea ratione, † qui nudus minister non se repræsentat, sed alium *Bart. in d. l. si quis Titio, n. 3.* Visum fuit Marchionissam de eo statuisse vti nudo ministro, quod probat ipsa series dispositionis, ex qua apparet Marchionissam solum inspexisse, quod dicta onera præstarentur ex fructibus censuum, non autem quod ex eis commodum aliquod sentiret Antonius, cui fuerat abunde aliis legatis prouisum: multum autem interest cui te-
18 stator voluerit prospectum esse, † cuiusque contemplatione fecerit, vt dicit *Iurisconsult. in l. si fideicommis. §. interdum, ff. de leg. 3.* Et quod fuit tantum considerata præstatio onerum, denotat illud verbum, *acchioche*, quod importat causam finalem,
19 † à qua tota dispositio regulatur *Soc. cons. 89. n. 9. lib. 3. Aym. cons. 227. nu. 6. & seqq.* & istis terminis
20 bene facit dispositio d. §. à te peto, † verba enim illa, *pro hoc*, ibi posita æquipollent verbo, *acchioche*, Quod tanto magis dicendum, quia præstatio
21 erat facienda in vsus pios, & causa, † quæ respicit pietatem præsumitur finalis *Bart. Imol. & Roman. in l. 2. ff. de donat. Salic. in l. generaliter, la 2. ante fi. vers. aut ad validitatem, C de episc. & cl. Ruin. cons. 137. num. 10. lib. 3. Tiraq. cess. caus. limit. 1. n. 41.* Bene facit quod tradit. *Angel. cons. 124. nu. 4. vers. circa quod:* Et quod intentio Marchionissæ fuit prospicere solutioni dd. fructuum inde patet, quia voluit pro ea census esse perpetuò affectos, & si quando contingeret aliquos redimi iussit, vt illico pretium inuestiretur in aliis censibus, qui d. præstationi essent obnoxij.

Quod etiam Antonium adhibuerit vti ministrum,
22 non vti legatarium probatur, † quia prius præcedunt onera, & postea pro illis exequendis fit assignatio *Paul. de Castro in d. §. à te peto, nu. 1.* vbi etiam *Cum. n. 1. vers. non obst. argum. Imol. n. 2. in fin. Cuiacius ad lib. 2. respons. Scæuol. in d. l. Lucius, §. à te peto*, quæ doctrina optimè probatur ex verb. illius tex. & saltem procedere habet in dubio, & iunctis aliis pręsumptionibus, quidquid ex aduerso dicatur.

Hoc pariter comprobat auctoritas data Antonio à testatrice, quod possit dictam præstationem face-
23 re sine interuentu, † & licentia hæredis, & magis illa prohibitio, quod hæredes non possint illum molestare super istis censibus, vana enim, & inepta fuisset hæc prohibitio, & liberatio, si Antonius futurus fuisset legatarius & censuum dominus. Ponderanda sunt etiam verba prohibitionis, *tanto supra detti censi, quanto supra ogni altro denaro, che apparisce esser diuenuto in mano delli*
24 *suoi*, illa enim dictio, *altro*, † cuius natura est implicare, & denotare similia *l. si fugitiui, cum gloss. C. de seru. fugitiu. Bald. in l. fin. nu. 1. C. de his qui à non dom. manum. Aret. cons. 116. num. 3. post med.* indicat quod etiam census non essent sui prout nec pecunia, quæ ad eius manus peruenisset, præsertim; cum qualitas quod res sit aliena bene conueniat redditioni rationis, & non cadat in re propria.

Hoc etiam suadet similis vsus loquendi eiusdem testatricis in aliis codicillis, in quibus eidem An-
25 tonio reliquit omnia mobilia, † granum, blada, & vini sub his verbis, *& acciò dette sue donne, e Tarquinio, e M. Francesco suo seruitore possano viuere, e sostentarsi commodamente, Lascia à detto M. Antonio tutti li suoi mobili grani, vini biade.* & ex dispositione subsequenti apparet, quod omnia tenebatur distribuere, nihilque pro se retinere poterat, & sic erat delectus nudus minister,
26 † ex vsu autem loquendi testatoris bene declaratur eius voluntas *l. si seruus plurium, §. fin. de leg. 1. l. cum alim. ff. de alim. & cib. leg. Paris. cons. 50. nu. 19. lib. 4. Illustriss. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 9. num. 6.*

Augetur, quia refert se ad dicta in præcedentibus codicillis circa huiusmodi pręstationē dum dicit

27 Modo, & forma, prout primo codicillo, † quia
assignatio census fuit facta pro supplemento vi-
ctus prius legato, quod includit præcedentia, &
facit vnicum legatum *Decian. cons. 423. num. 5.* vn-
de non debet vnum & idem legatum diuerso iu-
28 re censeri, † quia augmentum debet regulari se-
cundum naturam sui præexistentis, cui accedit
*l. etiam vbi Bart. Bald. & alij, C. de iur. dot. l. inter
socerum, §. cum inter, ff. de pact. dotal.*

Comprobat etiam subrogatio facta in locum An-
29 tonij post eius mortem, † quia ad istam præsta-
tionem tunc sobrogauit exequutores testamen-
tarios ex dictis censibus nullum commodum
sperantes, ex quo duo oriuntur argumenta. Pri-
mum, quod cum non vocauerit ad illud onus hæ-
redes Antonij, ad quos si legatarius fuisset, tran-
sissent census cum onere suo, apparet, quod Mar-
chionissa uoluit legare illi dd. census, Secundum
est desumptum à vi subrogationis, quæ ostendit
30 eiusdem naturæ esse subrogatum, † cuius est ille,
cui subrogatur *l. si cum, §. qui in iniuriarum, ff. si
quis caut.* sicut enim isti executores habebunt nu-
dum ministerium tantum ita est dicendum de
Antonio in cuius locum fuerunt subrogati.

Accedit, quia sicut grauauit Antonium viuentem
ad reinuestiendum census, qui redimerentur, ita
31 etiam executores testamentarios post eius obi-
tum, quo casu si Antonius fuisset legatarius de-
buissent grauati hæredes ad dictum inuestimen-
tum, quia pretium ad ipsos vti dominos censuum,
& ad quos retrouenditio spectabat, fuisset per-
uenturum, aut saltem ad consignandum pretium
prædictis executoribus ad dictum effectum, nul-
lo autem facto poterant executores directò gra-
uari ad census reinuestiendos, si non remansis-
sent in hæreditate.

Multum etiam mouit DD. depositio eiusdem An-
tonij non solum attenta qualitate personæ, quia
tempore depositionis erat Prælatus, sed etiam
quia bene informatus de mente ipsius Marchio-
nissæ, quæ vt dicunt testes omnia faciebat de eius
32 consilio † & quia videtur deponere de facto pro-
prio, & per consequens fortius probat *Aym. cons.
2. nu. 9 Siluan. cons. 94. n. 14. decis. Benint. 63. ad fin.*
33 † & pluiquam semipleue *Cas. de Graff. decis. 2. de
empt. & vendit.* & dixit, *Rom in vna Vrbeuetana
bonor. 4. Ianu 1570 coram bon. mem. Card. Seraph.* &
iunctis adminiculis, & coniecturis, de quibus su
34 pra alijsque per informantes deductis, † bene
probat *Paul. de Castr. in l. quicumq. in fi. C. de seru.
fugitiu. Crot. in tract. de testib. n. 209. Socin. Iun. cons.
61. in fin. lib. 1. Ceph. cons. 452. num. 31.*

Non obstat, quod testatrix reuocasset illi omnia le-
35 gata, & transtulisset in DD. de Tulpha. † Quia
dato quod ægre tulisset ademptionem, & transla-
tionem, hoc potuisset causare aliquod odium
contra Marchionissam transferentem, non autem
in illos de Tulpha, in quos fuit facta translatio,
actus enim translationis fuit testatricis, non ip-
sorum.

Non obstat, quod testatrix nominauit Antonium
legatarium, Quia omisso quod magis inspicienda
36 est substantia dispositionis, † quàm denomina-
tio ad tradita per Tiraq. *de retr. lig. §. 1. gloss. 14. n. 8.*
vere erat legatarius absque eo, quod fuissent illi
relicti census, fuerat enim aliis legatis à Mar-
37 chionissa honoratus, † & verba illa (*& acciò det-
to legatario, il quale nomina, è vuole, che sia, &c.*)
non constituunt eum legatarium, sed designant
quis ex legatarijs fuerit ad tale ministerium ele-
ctus, immo cum dicat (*lascia al legatario*) præsup-
ponit illum legatarium proprium, & aliunde,
quam ex censibus.

Non obstat doctrina *Bart. in l. 3. ff. de alim. leg.* dum
distinguit inter verba dispositiua, & executiua,
38 † Quia pluribus modis fuit responsum, & primo
quod facit pro intentione Hospitalium, sumus e-
nim in secundo membro distinctionis *Bart.* quia
verba executionis conferuntur in personam An-
tonij, ibi (*& acciò detto legatario possa essegnire, &
adempire detta sua volontà lascia al detto legatario,
&c.*) ex quib. constat, quod relictum fuit factum
pro executione, & ipsum fuisse nominatum gra-
tia executionis, & ministerij, non oportet enim
quærere, cum quo testator loquatur, sed in quem
39 † voluntatis intentio dirigatur *l. cum pater, §. do-
nationis, ff. de leg. 2. Illustr. Mantic. de coniect. vlt.
volunt. lib. 3. tit. 19. post nu. 9.* Secundo non etiam
40 ministro relinqui potest, † sicut quotidie fit com-
missarius, vt dicit *gl. in l. si quis Titio in verb. mini-
strum ff. de leg. 1.* & bene probat dicta lex ponde-
41 rando illam dictionem (*nisi*) quæ † cum ponat
exceptionem supradictis *Alex. cons. 64. in princ.
lib. 4.* & exceptio debeat esse de terminis eius,
42 † quod limitat iuxta *not. in l. 1. de reg. iur.* innuit
quod possit esse minister etiam quod verba legati
43 sunt in ipsum concepta, † vt loquitur *text. in princ.*
hoc etiam probatur *ex d. §. à te peto*, ibi enim di-
xerat testator decem aureos è medio percipito,
idem etiam probat *l. fideic. §. interd. iuncta gloss. in
44 vers. non public. ff. de leg. 3.* † nudus enim minister
potest dici dupliciter vno modo respectu tituli,
& commodi, vt quia non sunt verba dispositiua
relata ad eum, nec etiam habet commodum: alio
modo potest dici nudus minister respectu com-
modi, non respectu tituli *Imol. in l. si quis Titio, n.
2 ff. de leg. 3.* quam etiam distinctionem facit ibi
45 *Bald. nu. 2. in fin.* vbi † dicit nudum dici, vel ab-
stractum a commodo, sed non à titulo. Tertio,
quod dicitur quando verba dispositiua diriguntur
ad legatarium non censeri nudum ministrum,
46 † procedere in dubio *Imol. vbi supr. nu. 1. in fi.* secus
autem si appareat de mente testatoris contraria
Imol. ibi n. 2. Hic autem de contraria mente con-
stat ex supradictis. Quarto licet hoc verum esset
ex proprietate verbi, & secundum iuris interpre-
tationem, attamen cum testatrix, vt supra dictum
est iisdem verbis directis ad ministrum vsa fue-
47 rit in alijs legatis, † verba recipiunt potius inter-
pretationem secundum consuetum, & solitum
sensum, & modum loquendi testatricis, quàm
secundum ipsorum proprietatem *Paul. de Castr.
in l. quo loco, §. 1. circa princ. ff. de hæred. inst. Paris.
cons. 19. n. 167. lib. 2. Decian. cons. 42. n. 32. lib. 1. vers.
hæc verba,* ita in effectu respiciunt executores te-
stamentarios subrogatos in locum Antonij, vnde
sicut quo ad ipsos important nudum ministerium,
ita etiam quo ad Antonium.

Non obstat, quod ista onera potuissent æque bene
præstari per hæredes, quo casu Antonius censeri
48 debet legatarius † non minister, Nam retorque-
ri potest, qui è conuerso censeri debet minister,
si non æque bene possunt per hæredem præstari,
& hoc procedit siue vere, siue secundum opi-
nionem testatoris ipse est melius præstaturus, vt
tradit *Cuman. consil. 107. circa med.* quem sequitur

Curt.

49 *Curt. Iun. conf.* 105. *nu.* 22. *& 23.* † secundum enim opinionem testatoris intelligenda est eius voluntas *Bald. in l. vlt. §. 1. nu. 22. C. com. de leg.* & pro vero accipiendum est, quod testator credidit esse ve-
50 rum † *l. seruo manumisso, & ibi Ias. n. 2. ff. de condict. indeb.* late *Illustriss. Mant. de coniect. vlt volunt. lib.* 3. *tit.* 10. & fuit dictum *in vna Vrbeuetana legati*, 28. *Maij & 8 Iunij* 1584. *coram bon. me. Card. Serapiano.* Quod autem Antonius esset melius præstatu-
51 rus saltem secundam opinionem testatricis † probat maxima ipsius testatricis confidentia de persona Antonij, de qua deponunt testes, & de qua testatur decisio *coram bo. me. Card. Pamphilio,* & probatur, quia omnes alias similes præstationes illi commisit, & verè etiam ex natura rei patet, quod ipsi vti melius informatus de personis, cui essent præstandi melius poterat exequi voluntatem testatricis, quàm Hospitali, quæ quotidie à nouis ministris reguntur, qui vix propria Hospitalium negotia, nedum aliena possunt ea, qua requiritur diligentia præstare.

Non obstat doctrina *Bart. in l. Pamphilio, §. duas, ff. de*
52 *leg.* 3. dum dicit considerandū esse paritatem, † vel imparitatem inter legatum, & onus legato adiectum, vt cognoscatur, an legatum sit factum gratia oneris, Quia non applicatur, loquitur enim *in terminis* legati, & illud præsupponit, hic autem dubitatur, an sit, vel non sit legatum.

Minus obstat distinctio eiusdem *Bart. in d. §. à te peto,*
53 de onere habente determinatam, † vel indeterminatam expensam. Quia communiter reprobatur ab alijs, & ibi per *Castren. & Imol.* Vltra quod etiam inter ista onera aderant multa, quæ habebant indeterminatam expensam, vt suppletio alimentorum pro ancillis, alijsque familiaribus testatricis, ac illorum vestibus lugubribus, & alia quædam.

Minus releuat, quod aliqua onera essent annua, &
54 sic videtur legatarius, non minister † ad *l. pecuniæ, ff. de alim. leg.* Quia vltra quod adsunt etiā aliqua non annua, non concludit, onera sunt annuatim præstanda, ergo est legatarius, qua recurrendum est ad verba testatoris, ex quibus constabit, an sit legatarius, vel minister, vt per *Bartol. ibi nu.* 1. loquente de alimentis, & per *Alber. ibi in princ.*

Non releuat, quod testatrix non disposuerit de re-
55 liquo, Quia nec etiam in terminis † *d. §. à te peto,* fuerat dispositum, & satis censetur dispositum in generali institutione hæredis.

Non obstat, quod testatrix in subrogatione, quam fecit de persona d. Antonij de Tulpha declarauit se id facere, vt eum aliquo beneficio propter consanguinitatem afficeret, si autem ipse futurus fuisset nudus minister, nullum commodum fuisset consecuturus, Quia non est consideranda eius persona, nec eius consanguinitas, sed est consideranda persona Antonij, in cuius locum fuit su-
56 brogatus, † ita vt nihil plus iuris habere posset, quam ipse Antonius *l. si cum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut.* Vltra quod cum subrogatio fuerit facta cum translatione omnium legatorum relictorum Antonio multum commodi erat percepturus, prout fuisset percepturus ex aliis legatis, vt dictum est supra.

Quod dicitur de executore grauato aliqui tradere
57 post tempus, ita vt medio tempore † commodū sit ex legato percepturus, iuxta tradita per *Bart. & Castr. in d. l. si quis Titio, ff. de leg.* 2. non applicatur. Quia Antonius non fuit grauatus aliquid restituere, & nihil retinere poterat, quia ex fructibus debebat sine aliqua mora onera præstare, Residuum autem quod superérat post solutionem onerum dimittere hæredibus.

Non est verum, quod Marchionissa fuerit vsa ver-
58 verbo iuris, Quia non dixit, lego Antonio, † vt ex aduerso præsupponitur, sed vsa est verbo facti (*lascio*) cum illa additione, *accioche possa adempire, & esseguire*, quæ denotant merum factum, quo verbo vsa etiam fuit in alijs codicillis, quando Antonium merum executorem, & nudum ministrum constituit. Vltra quod etiam cum verbis iuris, & cum verbo, lego, potest constitui nudus minister, vt probat *d. l. si quis Titio,* ponderando illam dictionem (*nisi*) vt supra dictum est.

Ex quibus, & aliis deductis per Informantes, qui omnibus ex aduersa deductis correspondent DD. recesserunt à decisis, &c.

EPITOME.

In contractu emphiteotico an requiratur scriptura. ¶ Et quando in eo possint extendi clausulæ cæteratæ. ¶ Consuetudo disponendi in præiudicium comprehensorum an sit admittenda, ita vt stipulatio de emphyteusi recipiat interpretationem à tali consuetudine, & æquiparetur pacto expresso. ¶ Et quomodo illa sit probanda. ¶ Stante exclusione filiæ propter masculos, quando ei detur reintegratio. ¶ Ratione excessus etiam modici an decretum sit nullum. ¶ Ius particulare quod defertur iure contractus nominati, an differat à successione in bonis, ita vt statutum excludens fœminas propter masculos ad illud non extendatur, tanquam sit intelligendum respectu bonorum patrimonialium, quæ deferuntur iure successionis vniuersalis. ¶ Identitas confinium quomodo probetur. ¶ Statuta exclusiua fœminarum propter masculos an habeant locum in emphyteusi Ecclesiastica respectu vtilis dominij. ¶ Et quid in Ægydiana, & aliis similibus casibus. ¶ Antiquitas temporis an possit operari circa substantiam actus, sicut circa solemnitatem. ¶ Clausulæ cæteratæ an extendantur iuxta stilum notarij rogati, vel aliorum notariorum loci, si de eo non appareat. ¶ Et qualiter idem stilus sit probandus. ¶ Oratio imperfecta an dicatur post extensionem imbreuiaturæ notarij. ¶ Et an illius extensio reiiciatur stante diuersitate, vel oratione separata. ¶ Comprehensus in inuestitura, qui non est primus acquirens an possit aliquid facere in præiudicium eorum, quibus à principio fuit stipulatum.

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ cæteratæ possunt extendi iuxta consuetudinem & stilum notarij rogati, vel aliorum notariorum illius loci, si de eo non appareat.*

2 *Stilus notarij quo ad extensionem clausularum cæteratarum est probandus.*

3 *Oratio imperfecta non dicitur quando extenditur imbreuiatura notarij.*

4 *Consuetudo est velut innatum, ita vt quemadmodum natura non separatur à subiecto, ita nec cōsuetudo.*

5 *Scriptura an requiratur in contractu emphyteotico, num. 6. & 8.*

7 *Clausulæ cæteratæ non possunt extendi in cōtractu ra-*

quærente scripturam. Contrarium est verius, n. 9.
10. *In contractu celebrato litteris subauditur verbum principale obligatiuum.*
11 *Imbreuiatura notarij quomodo debeat extendi in casu acquisitionis emphyteusis in præiudicium nepotum, &c.*
12 *Dictiones cæterata solum important ea, quæ desunt ad complementum vnius orationis tantum, non ea, quæ comprehenduntur sub oratione separata.*
13 *Vna clausula non potest extendi, vt cōprehendat aliā.*
14 *Extensio abbreuiaturæ reijcitur stante diuersitate.*
15 *Comprehensus in inuestitura, qui non est primus acquisitor, non potest aliquid facere in præiudicium eorum, quibus à principio fuit stipulatum, & illis, qui fuit in prima inuestitura comprehensi.*
16 *Contractus emphyteoticus est stricti iuris, ita vt masculinum non concipiat fœmininum.*
17 *Statutum exclusiuum fœminarum propter masculos habet locum in bonis emphyteoticis ecclesiasticis respectu vtilis dominij, n. 18. & 19. Contrarium seruatur in Rota, n. 20. 22. & 23.*
21 *Statuta laicorum non comprehendunt dominium in bonis emphyteoticis, & ideo in eis non est locus Ægidianæ, nec aliis similibus effectibus.*
24 *Ius particulare, quod defertur iure contractus nominati debet regulari aliter quam successio in bonis, vnde statutum exclusiuum fœminarum propter masculos ad hoc non extenditur, cum sit intelligendum respectu bonorum patrimonialium, quæ deferuntur iure successionis vniuersalis.*
25 *Stante temporali, non simplici exclusione filiæ propter masculos, illis deficientibus datur reintegratio.*
26 *Consuetudo disponendi in præiudicium comprehensorum debet admitti, ita vt stipulatio de emphyteusi recipiat interpretationem à tali consuetudine, quæ æquiparatur pacto expresso, num. 27. & 28. Intellige, vt nu. 30. 31. & 32.*
29 *Consuetudo vt valeat dispositio in præiudicium vocatorum in emphyteusi est probanda in specie in casu de quo agitur.*
33 *Identitas bonorum an probatur nisi per testes habentes notitiam de modernis, & antiquis confinibus, & n. 36. Et de modo articulandi quando variantur confines ex cursu temporis, num. 34. Et quid in persona, instrumento, & similibus, nu. 35.*
37 *Antiquitas temporis operatur circa solemnitatem, non circa substantiam actus, de qua debet constare aliter quam per temporis diuturnitatem, & n. 38.*
39 *Confessio non nocet tertio, sed solum respectu eius, ad cuius fauorem fuit facta.*
40 *Decretum ratione excessus est nullum in totum, etiam quod sit in modico, n. 41. & de ratione, n. 42.*
43 *Pro veritate causæ sunt liberè rationes dicendæ.*

CAPVT CCCCXLVI!.

DVbia, quæ colliguntur ex facti serie mihi proposita videntur ex infrascriptis posse decidi.

Primo quo ad clausulas cæteratas an debeant ex-
1 tendi, † Concludendum est affirmatiuè, cum de
iure communi permittantur similes extensiones,
secundum consuetudinem, & stilum notarij rogati de instrumento, & si de eius stilo non apparet, erit facienda extensio iuxta consuetudinem
2 generalem aliorum notariorum illius loci † *Bart. in l. argētarius, in prin. n. 3. de edēd. Io. And. post Speculat. de instr. edit. §. ostenso, in verb. sed quid si abbreuiatura, Socin. cons. 94. nu. 4. lib. 1. Bald. in l. fin. C. de edend. & in rubr. C. de fid. instrum. vers. quarto quæro nūquid sūā abbreuiaturā. Cyn. & alij in l. contractus, C. eod. tit. Doctor. in l. gallus, §. idem credendū, ff. de li. & posthu.* quos refert, & sequitur *Alex. consil. 29. viso & prababito, n. 8. col. 3. ad med. lib. 2.* vbi tamen intelligit, quod debeat probari talis consuetudo, seu stilus, de quo si adsit certitudo sufficiet Iudicem semel requisitum esse *Felin. in cap. cum p. tabellio, 15. numero 8. post med de fid. instrum.* Adeo vt
3 hoc casu non possit dici oratio imperfecta, † cum
eius intellectus possit concipi à fama communi, à qua recipiunt perfectionem, neque hoc casu poterit dici suppletio, sed intellectus, quem tanquam proprium sensum nulla oratio repudiat, ideo tales imbreuiaturæ recipiunt interpretationem à consuetudine, secundum quam Notarij
4 eos conficiunt, † cum consuetum sit velut innatum, ita vt quemadmodum non separatur natura à subiecto, ita nec consuetudo *l. vel vniuersorū, de pignorat. act.* & in proposito notat *Bald. in l. cōtractus 16. col. 3. ad med. nu 9. C. de fid. instrum. & in l. si duo patroni, §. si quis iurauerit, ante fin. vers. nota hic de dictione, ff. de iur. iur. Socin. cons. 94. n. 4. lib. 1.*

Neque obstat quod simus in contractu emphyteotico, in quo de necessitate requiritur scriptura,
5 † iuxta magis communem opinionem, de qua per
Gloss. in §. adeo, in verb. nec ad locationem, in fi. instit. locat. Alexand. cons. 136. n. 8. lib. 1. Bald. consil. 220. proponitur, lib. 1. Afflict. dec. 72. n. 7. in fin. cum aliis latè per *Valasc. de iur. emphyt. quæst. 7. Vbi Rutger. Roland. in suo thesaur. n. 2. in princ. & in fin.* testatur
6 religionem esse ab ista opinione recedere, † tanquam magis recepta *Clar. in §. emphyteusis quæst. 4. in fin.* Qua necessitate scripturæ stante, non datur
7 extensio clausulæ cæteratæ, † quia tunc nihil debet addi, sed totum extensum prius debet scribi *l. contractus, C. de fid instrument.* & notat *Bart. in l. gallus, §. idem credendum, nu. 4. ff. de liber. & posth. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 10. in fin. n. 22.*

Quia omisso quod etiam in contractu emphyteotico potest defendi non esse necessariam scripturā
8 secundum † opinionem, quam dicit esse consuetudine receptam *Socin. cons. 169. circa primum consultationis, col. penult. ad fi. v. sed ad hanc obiectionē, n. 12. lib. 2. Add. ad Alex. cons. 136. nu. 8. lib. 1. Rimin. Sen. cons. 421. n. 28. lib. 3.* cum aliis per *Ruland. in d. thesaur. iur. emph. q. 7. nu. 2. vers. sed quamuis, Rom. cons. 103. num. 6. & ibi Mandos. in verb. scripturam, Corn. cons. 187. colum. fin. lib. 1. Bart in c. potuit, nu. 13. & ibi Abb. num. 7. de locat.*

Respondetur verius esse quod etiam in actu requi-
9 rente scripturam detur ista extensio, † quia vbi
sensus potest colligi ex scriptura habet locum suppletio in quacumque dispositione simus, ista enim interpretatio est intrinseca, tanquam proueniens ex his, quæ scripta sunt per contrahentes, à quorum mente oratio etiam imperfecta suppletur à iure, quidquid aliud sit in interpretatione extrinseca, quæ aliunde proueniret, Ita in specie late explicat *Ruin. in l. gallus, §. idem credendū, col. 9. ad med. n. 34. & ibi Bald. ad fin. & Barb. ibid. in addit. ad Bart. in verb. ego dico, ff de liber. & posthum. Castrens. Salic. & Nicol. de Matar. in l. errore, C. de testam. Angel. & Imol. in l. 1. §. fin autem, ff. de hered. instit.* ex notatis per *Gloss. instit. de liter. oblig.*
10 *in verb. debere ad fi.* † vbi quod in contractu celebrato literis subauditur verbū principale obligatiuum

tium, & sic scriptura, quæ est de substantia sup-
pletur, quando mens colligitur ex his, quæ scri-
pta reperiuntur, prout latius etiam declarat *Bald.*
in l.contractus, 16.column.3. post princ. versic. quæro
circa istam secundam, num.nono, C.de fid.instru-
mentor.
Verum est quod in extensione clausulæ cæteratæ,
11 de qua agimus, † dum dicitur, quod pariter pos-
sint filij in præiudicium nepotum, &c. non erit
facienda alia extensio, nisi eo modo, quo supra-
dictum fuit de primo acquirente, non autem erit
supplendum quod istud præiudicium possit fieri
quo ad personas sororum, seu aliorum, quam ne-
potum. Quamuis enim possit considerari maio-
ritas rationis, Tamen satis est dicere, quod con-
tractus non loquitur nisi de præiudicio nepo-
tum, quia istæ dictiones cæteratæ, & abbreuiatè
12 conceptæ solum important ea, † quæ desunt ad
complementum vnius orationis tantùm, non
se autem ea, quæ comprehenduntur sub oratione
parata *Castrens. consil. 10. si vera sunt quæ in thema-*
te, col.3. in princ.vers.& hic videndum est primo, nu.
5.lib.1. Aym.cons.34.in fi. vers.quarto respondeo, n.7.
13 † qui loquuntur in clausulis diuersis, ita vt vna
clausula, non possit extendi vt comprehendat a-
liam: Vnde multò magis in casu nostro, in quo est
diuersitas circa substantiam negotij, Nam potest
stare, quod permittatur dispositio in præiudicium
vnius, & sic nepotis, non autem alterius, & sic
14 sororis, † quia diuersitate stante rejicitur exten-
sio abbreuiatricis, *Surd.consil.350. nnmer.18. post*
Bart.& alios in l.gallus, §.idem credendũ, de liber.&
posthum. Bald.in rubr.C.de fid.instrum.nu.22.quæ.4.
Ideocirca hoc non erit insistendum, quia licèt ad-
mittatur ista declaratio, Tamen operabitur so-
lùm contra nepotes, quibus poterit præiudicari,
15 † quidquid aliàs de iure communi comprehen-
sus in inuestitura, qui non est primus acquisitor,
non possit aliquid facere in præiudicium eorum,
quibus à principio fuit stipulatum, & illis, qui
sunt in prima inuestitura comprehensi *Bal.consil.*
215. proponitur, col.fin.in princ. sub num.4.vers.
aduerto hic iacet intellectus, lib.2. Aldobr.cons.15.in
princ. vers.circa primum dico, n.1. Ruin.cons.nu.14.
lib.1. Curt.Iun.de feud.par.1.quæst.7.nu.42.tom.10.
16 *par.2 fol.60.* † Maximè in contractu emphyteoti-
co, qui est adeo stricti iuris, vt neque masculinum
comprehendat fœmininum, ne dum possit ex-
tendi de vna persona ad aliam *Ias.in l.si quis id*
quod, n.23.limit.13.de iurisd.omn.iud. Rip.in l.ex fa-
cto, §.si quis rogatus, nu.39.ad Trebell. Roland.cons.
93.num.17.lib.2.
Secundo dum quæritur an statutum exclusiuum fœ-
17 minarum propter masculos, † habeat locum e-
tiam in bonis emphyteoticis ecclesiasticis respe-
ctu vtilis dominij DD. videtur communiter con-
cludere affirmatiuè: quia licet bona Ecclesiæ non
ligentur statuto laicorum, tamen hoc est verum,
quando agitur de præiudicio ipsius Ecclesiæ,
18 † sed quando statutum afficit solum ius perti-
nens ad laicum, vt est vtile dominium, tunc e-
tiam bona Ecclesiæ ligantur, neque illi aliquod
præiudicium infertur, cuius non interest, quod
potius vnus, quàm alius succedat, & tali casu sta-
tutum non disponit de rebus Ecclesiæ, sed de re-
bus personarum sibi subditarum, adeo vt talia
bona dicantur verè & propriè patrimonialia il-
lius, qui de eis fuit inuestitus, cum dominium v-
tile licèt cohæreat Ecclesiæ nihilominus non po-
19 test dici Ecclesiasticum, † ita in specie concludit
Anchar.cons.433.n.3.& cons.125 n.2.& 6. Alex.cõs.
9.ponderatis, num.3.& ibi latè Natt.in add.in verb.
quod bona ecclesiarũ lib.5. Ruin.cons.4 n.6.lib.1. Al-
dob.cons.12.num 6. & latissimè defendit *Surd* qui
pro omnibus sufficiat *cons.138.nu.15.cum seq lib.3.*
& latè etiam *Card. Mant. de tacit. & ambig.con-*
uent.lib.3.tit.8.num.22 & lib.22.tit.17.n.24.
Prædictis tamen obstat alia opinio negatiua, quam
sequuta est *Rot.coram R.P.D. Coccino in caus. Ro-*
20 *man.domus de scapuccis 19. Ianuarij 1611.* † vbi re-
pondendo omnibus contrarijs tenet indistinctè,
quod statuta laicorũ non cõprehendant vtile do-
21 minium in bonis emphyteoticis, † & ideo in eis
non est locus Ægidianæ, neque similia statuta ex-
cludentia fœminas propter masculos in illis pro-
cedunt cum alijs similibus effectibus, cum non
solum concurrat defectus potestatis statuentium
ratione connexitatis, quam vtile dominium cum
directo, sed etiam præiudicium Ecclesiæ propter
mutationem vassalli iuxta ea quæ latè in propo-
22 sito adducit † *Rimin. Iun. in c.quæ in ecclesiarum, n.*
12.de constit. vbi etiam hanc opinionem approbant
Bero.nu.8. Dec.nu.6. Abb.n.2.in 3.notab. Idem Abb.
cons.72.in princ.lib.1. Card.cons.2.nu.1.vers.idem in
hæreditate, Bald.in auth.si quas ruinas, n.9. C.de sa-
cros.eccl.& cons.300.n 1.& 4.lib.1. Cuma.cons.41.n.
2.post med. Campeg.inter cons. Brun.cons.2.nu.34. cũ
alijs de quibus per *Rot. in dict.causa Roman.domus*
23 *de scapuccis,* † vbi latissime huiusmodi opinio de-
fenditur, & auctoritatibus, & rationibus contra
Surd.& alios contrarium tenentes.
Præterea quidquid sit de dicta opinione à qua prō-
pter auctoritatem Rotæ esset difficile recedere, in
casu nostro videtur posse dari huiusmodi exclu-
sio vigore dicti statuti, cum simus in iure particu-
lari, quod defertur iure contractus nominati,
24 † istud enim debet regulari aliter quam successio
in bonis, ideo statutum ad hoc non extenderetur,
cum sit intelligendum respectu bonorum patri-
monialium, quæ deferuntur iure vniuersalis suc-
cessionis *Anchar.consil.125.col.2.ad fin.vers.secũdo*
quia statuta ista, n.2. ex notatis per *Bart.in l.iuris-*
iurãdi, § si liberti.ff.de bon.libert. Bald.in aut.si quas
ruinas, n.5.col.2.in princ.quæst.1.C.de sacrosanct.ec-
cles. Albert.Brun.de statut.art.8. quæst.22.nu.104.
25 *tom.2.fol.204. Hondod.cons.65.n.51.lib.1.* † Vbi e-
tiam *num. 54.* quod stante temporali exclusione
filiæ propter masculos, illis deficientibus, datur
reintegratio quidquid aliud sit in simplici exclu-
sione *Bart.in l.vlt.§.1.n.2.in fin.ad Tertull. Socin.*
Iun. qui de communi *cons.84.n.7.lib.4. Capr.cons.*
76 in fin.
Tertio circa consuetudinem disponendi in præiu-
26 dicium comprehensorum, † concludendum est
illam debere admitti, adeo vt stipulatio de huius-
modi emphyteusis recipiat interpretationem à
consuetudine, quæ in hoc æquiparatur pacto ex-
presso, adeo vt de istis bonis emphyteoticis, quæ
possunt vigore pacti seu consuetudinis alienari,
& in eis præiudicium afferri quo ad comprehen-
sos, idem indicetur, quod de bonis patrimoniali-
bus *Bald.cõs.185.quidã nobilis lib.1. Dec.cõs.586.in*
causa qua mansua, col.2.in princ. n.5.& 6. & consil.
680.alias est 624.in causa feudali, col.3.in princ.n.8.
27 *& 9. Roland. cons.1.n.17. & 18.lib.1.* † vbi loqui-
tur in specie, quod valet similis consuetudo, vt

feuda irreuocabiliter possint vendi, & alienari
insciis, & inuitis agnatis, & aliis relinqui in præ-
iudicium ipsorum, & aliorum comprehensorum
in inuestitura *Campeg. inter cons. Bruni. consil. 2. col.*
28 *penult. in fin.* † Et faciunt quæ dicuntur per Docto-
res de seruanda consuetudine in huiusmodi bo-
nis emphyteoticis, de quibus per *Corbul. de caus.
priuation. ob alienation. irrequis. domin. fact. limit. 32.
n. 1. Curt. Ian. cons. 158. n. 8. Bald. cons. 9. num. 6. lib. 1.
Rocc. in cap. fin. sect. 6. n. 2. de consuet. Dec. cons. 268.
consultus, col. 4. n. 6. Iacob. de S. Georg. in inuestit. feu-
dal. §. cum pacto de non alienando, vers. sed hic cadit
pulchra dubitatio. Redoan. de reb. eccles. non alienan-
dis, tit. de caducit. ob res alienat. num. 13.*

In hoc tamen erit considerandum, quomodo sit
29 probata talis consuetudo, † cum multa requiran-
tur ad hoc vt de ea legitimè constet, vt latè ex-
plicat *Roland. consil. 2. num. 117. vsq. ad 127. lib. 2.* Ita
vt in specie semper, & in casu de quo agimus, talis
probatio sit facienda, non autem in genere. *Oldr.
consil. 237. perlectis, col. 1. Anchar. cōsil. 339. col. 5. vers.
ad secundam rationē. Aym. consil. 96. nu. 4. Menoch.
consil. 54. n. 37. Surd. consil. 34. n. 13. Rosental. de feud.
conclus. 58. cap. 9. memb. 1. n. 58. latè Schrader. eod. tit.
pag. 10. sect. 20. n. 176. vers. tunc quia non sufficit* cum
aliis per *Honded. cons. 31. n. 48. lib. 2.*

Prout etiam erit aduertendum, quod in inuestitura,
de qua agimus adest pactum ad fauorem filiarum,
vt illę intelligantur vocatæ propter deficientiam,
30 seu non existentiam masculorum, † vnde quam-
uis etiam adset probata consuetudo, tamen non o-
peraretur in præiudicium illarum, quibus est ac-
quisitum jus ex contractu seu inuestitura, cuius
tenorem nunquam tollit consuetudo, per quam
licet tollatur dispositio iuris circa præiudicium
31 comprehensorum, † nihilominus non tollitur
prouisio hominis, quæ in inuestitura continetur,
quasi lex auferat quidem suum priuilegium, non
autem prouisionem, quam sibi quis fecisset. Ma-
xime quia de iure prohibetur posse præiudicari
comprehensis in inuestitura, vnde licet talis pro-
hibitio iuris tollatur per consuetudinem, non ta-
men tollitur tenor inuestituræ, quando enim plu-
32 ra obstant, vno sublato remanet alterum, † Ita in
specie per supradictas rationes concludit *Dec. cōs.
207. ad clariorem, col. med. vers. nā talis consuetudo,
n. 7. Io. Bapt. Ferret. cōs. 178. col. 6. post princ. vers. se-
cunde respondetur, n. 15. Anchar. cons. 427. n. 4. col. 2.
post med. vers. in quo dico Corbul. de caus. priuat. ob
alienat. irrequis. domin. fact. limit. 32. n. 3.*

Quarto dum præsupponitur in facto non constare
de identitate sex domorum, quæ fuerunt datæ in
emphyteusim distinctæ, & separatæ, licet postea
sint redactæ in vnum corpus, & pro vna domo
possessæ, resoluendum est hoc multum facere pro
reuocatione sententiæ, cum illa non potuerit fe-
33 ri ad fauorem actricis, † nisi probata huiusmodi
identitate bonorum, ad quam probandam opor-
tet, quod testes habeant notitiam de modernis,
& antiquis confinibus iuxta doctrinam *Bart. in l.
demonstratio falsa, in fin. princ. vers. & idē esset facien-
34 dū, ff. de condit. & demonstr.* † vbi docet practicam,
quod quando variantur fines seu possessiones fi-
nium ex cursu temporis, est articulandum, quod
talis res cum talibus confinibus, & illa quæ possi-
detur continens alia confinia est vna, & eadem,
quia confinia sunt mutata non substātia rei, aliàs
non probata ista identitate non concluderet pro-
35 batio, † quod etiam est in persona, sententia, in-
strumento, & similibus si contingat mutatio no-
minum, vt notat *idē Bart. in l. 1. n. 2. & 3. & ibi Cast.
in fin. C. si vnus ex pluribus appell. Aym. consil. 57. nu.
36 7.* † vbi etiam quod est impossibile, vt quis intel-
ligat identitatem, si ignorat antiquos confines,
quando enim res sunt confusæ, & intricatæ pro-
pter tempus non potest probari identitas, nisi per
famam *Bald. cons. 195. verba laudi, n. 1. lib. 2.*

Neque obstat prætensa antiqui temporis, † quia illa
37 operatur circa substantiam actus, de qua debet
constare aliter quam per temporis diuturnitatem
*Bald. in l. si quidem, col. fi. Cod. de except. Decia. cons.
607. n. 27. Rimin. Iun. cons. 52. nu. 19. Decian. cons. 11.
38 num. 2. lib. 1.* † & ita inter substantiam actus & so-
lemnitatem distinguit *Alex. cons. 50. nu 7. & 8. vbi
Addit. in verb. substātia, lib. 5. Dec. cons. 442. in cau-
sa in qua molestatur, col. 5. in princ. n. 22. Aym. de an-
tiquit. temp. p. 4. vers. quarto limitatur, nu. 22. Natt.
cons. 162. num. 24.*

Nec facit confessio rei conuenti, dum præsupponi-
tur illum renouatum de duobus partitis, fatendo
bona per eum possessa fuisse primi receptoris,
39 Quia omisso, † quod talis confessio solum potest
ei præiudicare respectu Ecclesiæ ad cuius fauorē
fuit facta, non respectu tertij *Natt. cons. 94. n. 6. &
7. Surd. decis. 309. nu. 4.* Respondetur nullam vim
posse fieri in d. confessione, quæ solum fuit de me-
dietate totius domus, vnde non poterat sequi
40 condemnatio de integra domo, † quod facit, vt
decretum sit nullum in totum ratione excessus *A-
lex. in l. vlt. n. 21. in gloss. fin. de iurisd. omn. iud. Natt.
consil. 631. n. 37. Put. decis. 323. lib. 1. Rot. coram R. P.
D. Gipsio Ariminen. pecuniaria, 25. Iunij 1593. & co-
ram R. P. D. Orano Roman. pecuniaria de Pinellis 8.
41 Aprilis* 1598. † Adeo vt etiam excessus in modico
vitiet sententiā *Castrens. in l. si nō fortem, §. si centū,
n. 2. & ibi Ias. n. 1. de condict. indeb. Put. decis. 323. lib.
1. Rot. diuers. decis. 221. n. 1. pag. 2. & coram Cardinali
42 Blanchetto Larinen. frumēti 1. Iunij* 1577. † iniusti-
tia enim excessus in vna parte influit in aliam cum
decretum sit indiuiduum *l. in hoc iudicio, ff. fam. er-
cis.* cum aliis per *Rotam coram R. P. D. Marco-
montio Tiburtina Castrorum 4. Iulij* 1607.

Et ex hoc capite videtur concludendum pro reuo-
catione sententiæ, de qua agimus, omissis aliis su-
pra adductis in primis tribus quæsitis, quæ nō fa-
ciunt vt dict. sententia non sit iustificata ob ratio-
43 nes allegatas, † quas volui adducere, ne præter-
mittantur ea, quæ pro veritate liberè sunt dicēda
Specul. de aduocat. § sequitur videre, n. 4. in fin.

EPITOME.

Mater quando habeat legitimam in bonis filij
etiamsi transeat ad secunda vota. ¶ Et an sit illi de-
bita de iure naturali, seu positiuo. ¶ Et an ei inuitę
possit assignari in fructibus, & pecuniis. ¶ Et an
sit relinquenda titulo honorabili institutionis.
¶ Et an sit debitum necessarium, ita vt compen-
setur cum legato ei facto. ¶ Et an sit tertia totius
hæreditatis, vel tertia tertiæ. ¶ Et qoid si aliquid
fuerit relictum fratribus, & sororibus. ¶ Et an
illam transmittat etiam non agnitam ad hæredes
extraneos. ¶ Ascendentes quando dicantur soi.
¶ Clausula codicillaris an operetur, vt præteri-
tus censeatur rogatus restituere hæreditatem hæ-

tedi

redi scripto in testamento, detracta legitima. ¶ Primus substitutus, & alij sequentes an possint compellere hæredem ad conficiendam inuentarium. ¶ Præteritio fratrum an reddat testamentum nullum, instituta honesta persona cum turpi. ¶ Filia exclusa per statutum propter masculos, quæ debet dotari, an faciat partem in legitima masculorum. ¶ Et quid si fuerit renunciatum paternæ hæreditati.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur matri in bonis filij, quamuis ad secunda vota transierit, nu.2. Intellige vt n.3.*

4 *Mater an habeat legitimam iure naturali, sicut filius, vel iure positiuo. Et an ei inuita sit assignanda in fructibus, & pecunijs, n.5. Et si relinquenda titulo honorabili institutionis, prout est illa, quæ debetur filio in bonis patris. n.6. & 7.*

8 *Mater potest dicere testamentum nullum, & venire per contra tabulas, si nihil ei relinquatur per filium.*

9 *Clausula codicillaris facit, vt præteritus censeatur rogatus restituere hæreditatem hæredi scripto in testamento, detracta tamen legitima, n.10. & 11.*

12 *Legatum factum matri per filium imputatur ei in legitimam, & n.13.*

13 *Legitima est debitum necessarium, quam tenetur filius matri relinquere.*

14 *Legatum compensatur cum debito necessario.*

16 *Legitima matris est tertia omnium bonorum filij, & totius hæreditatis, n.17. Et quando sit tertia pars eius, quod habitura esset ab intestato, si sit relictum aliquid fratribus, & sororibus, a nu.18. 19. 20. 34. 35. 36. 40. 41. 42. 43. 46. 47. 49. 50. 51. 58. 59. 60. 61. & 63.*

21 *Parentes an transmittant etiam ad extraneos hæreditates sibi delatas non tamen agnitas, & quid in legitima, n.22. 23. 24. 25. & 29. & quid in ea qua debetur cum hæreditate, nu.30.*

26 *Ascendentes aliquo modo dicuntur sui quando agitur de materia, in qua tractatur de debito inter personas naturales.*

27 *Onus repetitur tam de legitima filiorum, quàm ascendentium: licet in multis sit diuersitas, nu.28.*

32 *Præteritio fratrum non reddit testamentum nullum instituta persona honesta: Et quid si instituatur cum turpi, n.32.*

33 *Primus substitutus, & alij sequentes possunt compellere hæredem ad confectionem inuentarij.*

37 *Filia exclusa per statutum propter masculos, quæ debet dotari an faciat partem in legitima masculorum, & nu.38. Et quid quando fuit renunciatum paternæ hæreditati, n.39.*

44 *Legitima est portio portionis debita ab intestato tam respectu filiorum, quam parentum, & fratrum institutis turpibus personis. Intellige vt n.45.*

48 *Fratres quando non sunt præteriti, sed succedunt vigore testamenti, vel statuti non habentur pro mortuis, sed faciunt partem matri in legitima, quamuis ipsi nihil consequantur pro legitima, quæ illis non debetur.*

52 *Statutum factum in fauorem masculorum non debet declarari, vt redundet ad fauorem ascendentium.*

53 *Qui non admittitur ad partem non facit partem. Declara vt nu.54.*

55 *Legitima est vnica diuidenda inter illos, quibus potest competere, & sicut triens, & semis totius substantiæ est legitima filiorum, ita & ascendentium. Declara vt num.56 & 57.*

62 *Fratres de iure communi etiam consanguinei non concurrunt in successione cum matre.*

CAPVT CCCCXLVIII.

IN casu proposito concludendum est matri de-
1 beri legitimam in bonis filij. † *auth. presbyteros, C. de sacrosan. eccles. Afflict. decis. 310. n.2. Cephal.*
2 *cons. 120. n.1. lib.1. Surd. cons. 109. n.5. lib.2.* † quamuis
ad secunda vota transiuerit, *Bald. cons. 314. Ioanna & Iacoba. lib.4. Rimin. I un. cons. 305. n.22. lib.3.*
Intelligendo in bonis in quibus mater habet ius le-
3 gitimæ, † quidquid aliud sit in bonis mariti peruentis ad filium, quæ non censentur bona filij, sed mariti, tunc enim nulla legitima debetur matri, ex bonis d. primi viri, quæ ad filium prædefunctum peruenerunt quando supersunt alij filij, vel nepotes primi matrimonij, *Bald. in auth. ex testamento, col.1. ad med. vers. ibi quilibet, C. de secund. nupt. late Menoch. cons. 237. n.12. & 14. & per totum lib.3. Honded. cons. 49. n.22. lib.1.*
Nec obstat quod legitima non sit debita matri iure
4 naturali, † sicut debetur filio, sed tantum iure positiuo, *Bald in l.1. § ius naturale, in prima lect. in fi. ff. de iust. & iure: Rimin. Iun. cons. 159. nu 34 lib.3. Roland. cons. 99. n.12. & 14. lib.3.* vbi quod ex hoc potest assignari ascendentibus legitima in pecu-
5 nia, † & fructibus illis inuitis, *Franc. in c. si pater, col.8. ad fi. ante q. t. n.21. de testam. in 6.* vbi quod est tenendum menti per textum notabilem in *l. filius familias qui militauerat 18. ff ad leg. Falcid* & est verior opinio, quidquid alij contrarium sentiant, vt latè testatur *Surd. cons. 341. n.33. vers. quarto patri, lib.3.*
Quia non minus eis debetur legitima honorabili ti-
6 tulo institutionis, † quam illa, quæ est debita filio in bonis patris, *Ias. in auth. nouissima. col.2. nu.37. vbi de communi Cod. de inoffic. testament. Socin.*
7 *Iun. consil. 64. num.1. lib.1.* † quidquid Bart & alij contrarium sentiant, quorum opinio non approbatur, vt latè per *Surd. consil. 388. num.3. lib.3. Ludouic. Molin. de primogenit. hispanor. lib.2. cap.15. num.16.*
Ex istis colligitur, quod cum in casu nostro non fuerit relicta matri aliqua portio per filium titulo
8 honorabili institutionis. † poterit per eam dici de nullitate testamenti, & veniri per contra tabulas, prout dicitur de filio in testamentis parentum, *§. aliud quoq; capitulum, & §. hæc autem disposuimus, auth. vt cum de appell. cognoscit. Rimin. Iun. cons. 305. nu.17. vsque ad nu.22. lib.3.*
Considerandum tamen esset an in testamento de
9 quo agimus adsit clausula codicillaris, † illa enim operaretur, quod præteritus censeatur rogatus restituere hæreditatem hæredi scripto in tali testamento, *l. quia autem, in princ. ff. si quis omis. caus. testam. ex ea scriptura, §.1. ff de testamen. l. ex testamento, C. de fideicomm. Alex. consil. 29. num.5. lib.1.*
10 *Roland. cons. 71. n.57. lib.2.* † Quasi illa verba iure codicillorum, æquipolleant illis verbis Si legata non debentur ex testamento debeantur ab intestato: ideo omnia disposita præter institutionem hæredis erunt firma, & virtus istius clausulæ codicillaris erit vt præteritus intelligatur grauatus per fideicommissum vniuersale ad restituendam hæ-
11 reditatem scriptis in testamento, † detracta tamen quarta legitimæ, *l. generaliter, §. ex testamento, ff de*

fideicom. liber. Ias. cons. 104. col. penul. in fin. vers. sed cum in praesenti sub. lib. 4. Paris. cons. 26. nu. 49. lib. 2.

Verum esset quod legatum, quod praesupponitur fa-
ctum fuisse matri per filium deberet ei imputari
12 in eius legitimam, † quidquid enim capitur per
viam vltimae voluntatis de patrimonio testatoris
est imputandum, siue sit relictum titulo legati, si-
ue alio quocunque titulo institutionis, vel in vim
modi, vel conditionis, quo tempore mortis non
sit purificata, *l. etiam, §. penult. in fin. de oper. libert. Bart. in l. in quartam, nu. 10. & ibi Alex. nu. 20. Rip. n. 140. ad leg. falcid. Gabr. cons. 108. nu. 6. & 7. lib. 2.*
cum aliis per *Surd. cons. 388. nu. 18. & 19. lib. 3.* cum
13 etiam legitima † sit debitum necessarium, quam
tenetur filius matri relinquere, *Menoch. cons. 206. nu. 57. lib. 3.* vnde legatum in ea erit compensan-
14 dum † quod in dubio compensatur cum debito
necessario, *l. si cum dotem, §. si pater, ff. solut. matrim.*
15 *Afflict. decis. 44. n. 9.* & in specie legitimae, † quod
in eius compensationem censeatur factum lega-
tum, *Surd. d. cons. 388. n. 20. lib. 3.* cum aliis per *Menoch. cons. 206. n. 86. lib. 3.*

Erit igitur portio, & legitima matris tertia omnium
16 bonorum filij, † quia cum aucta sit legitima filio-
rum, idem admittunt Doctores esse fauore ascen-
dentium, *Bart. in auth. nouissima, C. de inoffic. testa.*
17 *Crass. in §. legitim. quaest. 9.* † prout de matre quod
sit tertia, *Bald. cons. 314. num. 3. lib. 4. Aym. cons. 110. in fin. Gabr. consil. 94. nu. 11. & 19. lib. 1.* vbi de ma-
gis vera & communi opinione, *idem Gabr. consil. 301. nu. 7. lib. 1. Surd. cons. 288. nu. 17. lib. 3.* cum aliis
per *Rimin. Iun.* licet ipse contrarium sequatur
consil. 403. nu. 7. lib. 4.

Videndum tamen esset, an in testamento de quo a-
18 gimus † omnes fratres sint praeteriti, vt sciatur,
an legitima matris sit tertia totius haereditatis, an
vero solum tertia pars eius, quod mater habitura
esset ab intestato. Nam quando testator relinquit
aliquid fratribus, & sororibus, ex quo illi non
sunt praeteriti, & si qui praeteriti sunt, quo ad eos
qui non sunt praeteriti, erit seruanda opinio *Bart. in l. pater filium, in 2. lectur. num. 14. de inoff. testam.*
dum concludit quod sit tertia eius, quod habitura
esset mater ab intestato: quando enim fratres, &
19 sorores sunt praeteriti, † cessant omnes rationes,
quae pro ea adducunt, de quibus latè *Thesaur. decis. 172. nu. 1. & 4. post Gabr. cons. 94. nu. 29. lib. 3.* vbi
ita concordat opinionem Bart. cum cõtraria sen-
tentia Butrig. *q. 6.* qui praesupponit fratres & so-
rores praeteritas, & protsus, ac totaliter exclusas,
20 † prout etiam in totali exclusione facit funda-
mentum, *Bald. in auth nouissima, C. de inoffic. testam. & in l. 1. §. in primo, num. 11. C. de caduc. tollen. Castrens. consil. 286. quorum fundamentum, lib. 3.*
Ideo melius esset explicanda series facti, vt possit
firmari quantitas d. portionis matri debitae.

Et quoniam in facto videtur praesupponi Matrem
21 decessisse, erit hoc obseruandum, † an ista petitio
legitimae sit transmissa, cum parentes regulariter
non transmittant haereditates filiorum sibi dela-
tas quidem, sed non agnitas: *Castr. cons. 304. primũ dubium, num. 5. in fin. vers. ex his relinquitur tertium dubium, lib. 1.* cum aliis per *Surd. consil. 341. n. 16. 17.*
22 *& 36. & per totum lib. 6.* † vbi etiam ex hoc in spe-
cie concludit non esse transmissam legitimam pa-
rentum, quia transmissio, quae fit de legitima, non
aliunde erit, quam ex beneficio suitatis, adeo vt
illa sublata censeatur tolli facultas transmissionis

Bald. in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. latè *Surd. d. cons. n. 15.*

Contrarium tamen sequitur *Aym. cons. 312. nu. 3.* vbi
23 quod † mater transmittit ius legitimae, seu supple-
menti, quamuis illud non agnouerit etiam ad hae-
redes extraneos, *Decia. cons. 81. vol. 1. & cons. 302. in princ. Salic. in l. si vnus. q. 1. C. de inoffic. testam. Alex. cons. 130. num. 8. lib. 2. Roland. cons. 78. num. 16. lib. 1.*
24 † Et veriorem esse opinionem Aymo. etiam inter
ascendentes concludit *Rot. diuers. decis. 668. nu. 2.*
25 *& 3. p. 1.* † vbi quod legitima ascẽdentium ad quos-
cunque transmittitur quamuis non declarent il-
lam velle, cum omnes quibus debetur legitima
sint pares non attento iure potestatis, sed speciali
natura transmissionis legitimae, *Bald. in l. si arrogator, col. 1. oppos. 2. in fin. de adop. Aret. in l. ventre, col. antepen. vers. quarta & vltima quaestio, de acqui.*
26 *haered.* † ita vt ascendentes aliquo modo dican-
tur sui quando agitur de materia, in qua tractatur
de debito inter personas naturales, *l. 1. C. de impon. lucrat. descript. lib. 12. Io. Ramal. de sanitate, n. 19.* Vn-
27 de † etiam sicut reijcitur onus de legitima descen-
dentium: ita quoque de ea quae debetur ascen-
dentibus, *l. patroni, § si ff si quis à par. fuer. manum.*
28 *Rot. diuers. d. decis. 668. n. 3. p. 1.* † licet in multis ad-
sit diuersitas, vt per *Surd. cons. 341. n. 33. & 34. lib. 1.*

Et ista secunda opinio videtur verior tum propter
29 auctoritatem Rotae † tum propter rationes, de
quibus per *Doctores in locis supra allegatis: & per Men. cons. 77. n. 8. cum seq. lib. 1. Honded. cons. 63. n.*
30 *107. lib. 1.* † Maximè quia hic agitur de sola legiti-
ma debita, quę transmittitur sine agnitione, quan-
uis si deberetur cum haereditate posset dubitari,
quod non transmittatur nisi fuerit agnita, vt di-
stinguit *Surd. d. cons. 341. in fin. lib. 3.*

Circa aliud de praeteritione aliquorum fratrum an ex
31 hac reddatur testamentum nullum, † verior est
negatiua opinio, cum praesupponatur fuisse insti-
tutam honestam personam, solùm enim datur a-
ctio inofficiosi in casu institutionis factae de per-
sona turpi, *l. fratres, C. de inoffic. testam.* latè *Surd. de alim. prin. 95. tit. 9. nu. 1. vsq. ad num. 5. & dixi supra*
32 *cap. 155.* † Cum etiam persona honesta instituta
cum turpi retineret haereditatem pro sua parte;
nec frater exclusus posset reuocare, *Menoc. cons. 1137. nu. 53. lib. 11.*

Vltimum de non prouisione facta per testatorem
33 de bonis suis, † vt non dissipentur ad fauorem
substitutorum, nihil releuat, quia etiam in casu in
quo sunt facti plures gradus substitutionum, tam
primus, quam sequentes substituti possunt com-
pellere haeredem ad confectionem inuentarij,
Guid. Pap. decis. 251. n. 3. Beron q. 118. nu. 4. Peregr. de fideicommiss. art. 35. nu. 25. in princ. & in fin. vers. & ne dum primus, Rolan. de inuent. qu. 19. ad med. Capell. Tholos. decis. 315.

Cum autem supra tactum fuerit quanta debeat esse
34 legitima matris, † placuit in huiusmodi quaestio-
ne ponere notabilem, *Rotae decisionem coram R. P. D. Bubalo Asculana legitimae 2. Decembris 1588.*
in qua colliguntur multi casus, ex quibus praesens
difficultas poterit distinctè terminari, quas etiam
bene explicat *Thesaur. decis. 178. Per. de fideicom.*
35 *q. 15. n. 133.* † omissis his quae per alios adducũtur, &
praesertim per *Ann. alleg. 100. p. 2. & per Io. Franc. de Pont. consil. 64. & 68.* qui quomodo huiusmodi
materiam pertractent ex eorum scriptis poterit
36 dignosci. Quibus adde Peregr. † qui etiam multos

casus

casus distinguit *de fideicommiss.art.38.n.13.fol.349. Gabr. de legi.conclus.1. Castr.cons.286.quoniam fundamentum in 2.casu, lib.1. Surd.* qui contra *Bald.*
37 tenet *cons.404.n.9.lib.3.* † Et de filia exclusa à statuto propter masculos, quæ debet dotari, quod non faciat partem in legitima filiorum masculorum, sed deductis dotibus filiarum tanquam æs alienum, reliqua bona considerentur inter masculos ad taxandam eorum legitimam *Bursat cons.92. q.6.n.90.lib.1.* vbi quod Rota Mantuana ita iudicauit, prout etiam dicit *Bertazzol.cons.ciuil.108.n.*
38 7. & quomodo ista procedant † *Honded.cons.1.n. 70.& 105.lib.2.Gabr.cons.140.li.1.& cons.108.eod. lib.& cons.121.lib.1.Decian.cons.32.num.104.lib.2. & cons.46.nu.21.vsque ad 37.lib.3.Rot.diuers.decis. 266.p.1.& coram R.P.D. Penia Anconitana legitima 28.Iunij 1606. Cephal.cons.245 n.37.lib.2.The-*
39 *saur.decis.159.& ibi Add.* † vbi etiam quod idem quando renunciarunt paternæ hæreditati, quo casu excluduntur sicut exhæredatæ à successione, & legitima *Bertazz.cons.ciuil.108.num.9. Menoch. cons.6.n.15.& cons.71.n.4.lib.1.*

R.P.D. Bubalo *Asculana legitima Vener.2. Decembris* 1588.

IN causa *Asculana* legitimæ, magna fuit difficultas apud dominos super dubio proposito, quanta esset legitima matris in bonis filij ab intestato decedentis relictis fratribus, qui ex dispositione statuti excludunt matrem, præterquam à
40 legitima. † In qua difficultate, quamuis aliàs *Domini sub die 18. Decembris 1566.* tenuerint legitimam matris hoc casu esse tertiam partem totius hæreditatis, nihilominus causa post modum pluries per me proposita & maturè discussa, & partibus hinc inde cum pluribus Aduocatis informan-
41 tibus † Domini pro maiori parte recesserunt à resolutis, & concluserunt legitimam matris in casu de quo agitur non esse tertiam totius hæreditatis, sed tertiam illius portionis, in qua succederet si statutum illam non excluderet, & sic tertiam medietatis cum vnus frater tantum superfit, qui eam excludit.

Nam quo ad sorores exclusas à statuto contemplatione fratris, expeditum fuit apud Dominos non esse admittendas in concursu, vt minuant legiti-
42 mam matris, † & in hoc secuti fuerunt decisionem alias factam *in illa Romana de Minichellis coram Reuerendiss. Mediolanens.* iuxta opinionem *Butrig.quæst.6.* quia cum non admittantur ad portionem, habentur quodammodo pro mortuis, in minuenda enim, vel augenda legitima paria sunt aliquos non esse in rerum natura qui concurrant, vel esse, sed inhabiles, vt cōsiderat *Oldra.cons.123.*

Sed inspecta persona fratris, qui vigore statuti succedit fratri præmorienti exclusa matre, præter-
43 quam à legitima, † dixerunt Domini legitimam matris esse tertiam medietatis, potissimum fundamentum fuit, quia hæc interpretatio videtur consona legibus, quæ legitimam describunt esse
44 portionem portionis debitæ ab intestato † *l. parentibus & l.cum quæritur C.de inoff.testam.l.Papinian.§.quantum,ff.eod.tit.§.sed hoc ita instit.eod.ibi vsque ad quartam legitimæ partis repleatur:* qui tex. comprehendit etiam legitimam parentum in bonis filiorum, nec non fratrum turpibus personis institutis, de quibus paulò ante dixerat, Nouell. etiam Iustiniani legitimam describunt esse quartam portionis ab intestato vt notat *Cuiac.in exposit. Nouell.18.in princ.* communiter etiam *Glos.de inoff.testam. & in auth. de trient. & semiss. §.excipiatur,in verb.curialibus & in l.si arrogator in verb. quartam partem.D.de adoptio* Et communis etiam Doctorum locutio ita se habet, vt patet ex congestis per informantes pro Saladinis, & plures congerit *Decia.cons.6.n.15.lib.1.*

Quæ conclusio indubitatè procedit, quando agitur de successione ab intestato, prout in casu isto,
45 † in quo mater excluditur vigore statuti præterquam à legitima, & fratres, qui concurrunt in successione sunt vocati à statuto, hoc enim casu opinio *Butrig.* non procedit, quia quando fratres concurrunt in successione non solum habitu, sed etiam actu legitima matris non est tertia totius, sed tertia illius portionis, in qua succederet, si non esset exclusa, & ita limitando opinionem *Butrig.*
46 † firmauit *Bald.cons.530.vers.sed dicendum est li.4. & in auth.nouissima,in fin.C.de inoff.testam. & in l. vnica,§.in primo,n.11.vers.pone,in fi.C de caduc.tollen. & in l.planè, §. si duabus, col.fin. vers. deindè formatur,& ibi Ang.in fin.de leg.1.Capr.cons.4.n.5.* & optime declarat *Corn.cons.197.nu.6.lib.1.* sequitur *Franc.in c.si pater,n.22.vers.quarto quæritur de test.in 6. Idem Corn.cons.188.n.13 li.2.Socin.75.n.2 & 7.lib.3. Gabr.cons.94.n.10.& seq.lib.1.* late *Berret.cons.85.n.3.* qui de communi testatur.

Et quamuis *Bald.* dubitet *in d.auth. nouissima, in fin.* An quando frater fuit institutus in certa quanti-
47 tate † faciat partem matri in legitima, Tamen quando fratres sunt instituti hæredes vniuersales, vel quando succedunt vigore statuti ab intestato exclusa matre, omnes suprascripti *Doctores* tenent sine difficultate legitimam matris esse tertiam suæ portionis, non autem tertiam totius hæreditatis, hoc enim casu cessant omnes rationes
48 deductæ per *Butrig.* † nam quando fratres non sunt præteriti, sed succedunt, vel ex testamento, vel vigore statuti non possunt haberi pro mortuis, & necesse est, vt faciant partem matri in legitima, tametsi ipsi fratres nihil consequantur pro legitima, quæ eis non debetur, vt bene declarat *Bursat.consil.115.nu.11.* & versamur in casu in quo fratres non solum non sunt exclusi, sed excludunt,
49 † & ex his apparet non esse habendam rationem illorum, qui contrarium videntur asseruisse, nempe *Alex. in l.omnimodo in princ. C.de inoff.test. & Oldrad.cons.113.Fab.de Zoc.d.auth.nouissima,n.32. & 41. Berrr.cons.115 sub nu.2.lib.1.par.2.* quoniam omnes rationes deductæ per *Oldrad.* ad hoc tendunt, vt illæ sorores præteritæ non faciant partem in legitima matris, & in hoc tantum laborat *Oldrad.* sequendo opinionem *Butrig.* sed quo ad personam neptis hæredis instituti, vt non faciat partē matri nullā rationē adducit, vt benè aduertit *Gabr.d.cons.94.n.21.& 22.& Berret.d.cons.85.n. 4.* & ideo de eorum auctoritate non est curandum.

Considerabant etiam Domini, qui tenebant hanc
50 opinionem plura absurda quæ sequerentur, † si hoc casu legitima matris esset tertia totius hæreditatis, primum absurdum esset, quod si quis decederet relictis tribus aut pluribus fratribus mater exclusa posset plus consequi, quam frater, cui à statuto defertur successio, Secundum absurdum sequeretur, quod si quis institueret tres fratres, & matrem pro æquali portione, & in portione ma-

tris apponeret fideicommissum, mater in restitu-
tione fideicommissi plus consequeretur ratione
suæ legitimæ, quam importaret portio, in qua fuit
hæres instituta, & sic fideicommissum redderetur
elusorium.
Considerabant etiam quod hæc opinio videtur ma-
51 gis conuenire intentioni statuentium, quorum di-
spositio sic est interpretanda, vt prosit eis, quibus
prodesse voluerunt non quibus noluerunt *Castr.*
52 *cons. 51. in princ. lib. 1.* † & statutum factum in fauo-
rem masculorum non debet declarari, vt redun-
det in fauorem ascendentium, vt inquit *Corn. d.*
cons. 197. n. 8. circa med. lib. 1. Alex. cons. 197. n. 9. li. 6.
Non obstant deducta in contrarium, & primo dum
53 sit potissimum fundamentum in illa regula † quod
qui non admittitur ad partem, non facit partem,
iuxta text. *in d. l. plane, § si duobus:* & ibi *Doct. de*
leg. 1. Quia fuit responsum, quod licet fratres non
habeant partem in legitima, tamen sufficit quod
54 concurrant in vniuersali successione, † quia suffi-
cit, quod fratres faciant partem in successione ab
intestato, de qua statutum loquitur, iuxta *auth. de-*
functo, C. ad Tertull. vt bene per *Bal. d. cons. 550. n. 2.*
lib. 4. & ratio est euidens, quia de iure communi
successio plurium fratrum minuit legitimam ma-
tris, ergo potior & prior est causa successionis v-
niuersalis, quàm legitimæ; alioquin in concursu
plurium posset mater legitimam detrahere, quod
sibi magis expediret, si enim fratres admittuntur
ad partem successionis, & consequenter absque
dubio minuunt successionem matris, iuxta *d. auth.*
defuncto. debent etiam minuere eius legitimam.
Non obstat, quod vnica sit tantum legitima diui-
denda inter illos, quibus legitima competere po-
55 test † iuxta *text. in auth. de triente & semiss. in princ.*
ex quo colligunt informantes pro matre, quod si-
cut triens & semis totius substantiæ est legitima
filiorum, ita etiam ascendentium, quibus iure an-
tiquo querela competebat, *l. nam etsi parentibus*
de inoff. testam. Instit. eod. tit. in princ. quæ legitima
56 non potest minui propter existentiam fratrum;
Quia respondetur hoc esse verum, vbicumque nō
datur concursus in successione vniuersali, pro-
vt contingit in filiis, cum quibus ascendentes non
concurrunt, & similiter in ascendentibus quan-
do soli ad successionem vocantur, nec non in fra-
tribus, quando eis solis debetur successio ab inte-
stato, & reperiuntur exclusi turpi persona institu-
57 ta, iuxta *l. fratres C. de inoff. testam.* † nam in his ca-
sibus tantus est triens totius substantiæ, seu hære-
ditatis, quantus est triens portionis debitæ ab in-
testato, vt declarat *Bald. in l. 2. nu. 10. vers. vlterius*
C. de inoff. don. Sed vbicumque datur concursus in
successione, tunc necesse est, quod sicuti portio
matris diminuitur, ita etiam eius legitima, vt su-
pra adductum fuit.
Non obstant decisiones factæ *in illa Romana de Me-*
nichellis coram Reuerendiss. D. Mediolanen & illa
58 *Roman. de Vrsinis coram R. P. D. meo Blanchetto,* †
quæ videntur contrariari huic resolutioni, Quia
in hac materia distinguendi sunt plures casus,
Primus est quando fratres fuerunt præteriti in te-
stamento fratris, & matri fuit relicta legitima, &
instituta extranea persona non turpis, tunc pro-
cedit opinio *Butrig.* & communis, quod legitima
matris sit tertia totius hæreditatis, quam opinio-
nem secuta fuit *Rota in illa Romana de Menichellis.*
Secundus casus est, quando fratri, vel sorori fuit a-
liquid relictum in testamento, etiam iure institu-
59 tionis, tunc procedit limitatio † *Bald. in d. auth.*
nouissima, in fin. quod respectu eius, quod fratri,
vel sorori relictum est, faciat partem matri, etiam
quod diuerso iure accipiat *l. huiusmodi, § si Titio,*
de leg. 1. hoc pacto videlicet, quod tanto minus
dicitur esse in hæreditate quantum importat lega-
tum relictum fratri, seu sorori, adeò vt deducto
illo legato legitima matris sit tertia residui hære-
ditatis, & in his terminis procedit *decis. facta in*
eadem Romana de Menichellis, coram Reuerend. D.
Mediol. in 2. decis.
Tertius casus est, quando decedente fratre ab inte-
stato soror est exclusa à statuto, & vocatur frater,
60 † tunc si fuerit factum testamentum, & aliquid
fuerit relictum sorori, legatum factum sorori non
venit detrahendum de legitima matris, nec ex to-
to patrimonio, sed venit soluendum ab hæredi-
bus, quia cum hoc casu soror sit exclusa à statuto,
habetur pro extranea, & consequenter legatum
non minuit legitimam matris, sed debet solui ab
hæredibus, & in his terminis procedit *decisio fa-*
cta coram R. P. D. meo Blanchetto, in illa Romana le-
gitimæ de Vrsinis die 21. Ianuarij 1585.
Quartus casus est, quando per statutum mater est
exclusa ab hæreditate filij præterquam à legitima,
61 † & sunt vocati fratres & consanguinei tantum,
tunc, quia de iure communi mater sola succedit,
& fratres consanguinei non concurrunt in suc-
cessione cum matre, vt *in auth. defuncto C. ad Ter-*
tull. Legitima matris erit tertia totius hæreditatis,
quia non habet aliquem, qui concurrat cum ea in
successione, & sic cum statutum præseruet legiti-
mam matri intelligitur de legitima sibi debita de
iure communi, quæ hoc casu est tertia totius hæ-
62 reditatis, † & in his terminis procedit *decisio facta*
in illa Romana de Vrsinis coram R. P. D. meo Blan-
chetto, in qua Illustris D. Raymundus bo. me. insti-
tuerat hæredes Illustr. D. Valerium eius fratrem
consanguineum, & Nepotes ex Illustris. D Lu-
douico bo. me. altero fratre consanguineo, relicta
Illustriss. matri legitima, & fuit resolutum hoc
casu legitimam matris esse tertiam totius hæredi-
tatis.
Vltimus casus est, quando fratres vtrinque coniun-
cti excludunt matrem vel ex dispositione fratris
testatoris, vel ex dispositione statuti excludentis
63 matrem, præterquam à legitima, † & hoc casu
cum fratres concurrant in successione cum ma-
tre tam de iure communi, quàm ex dispositione
hominis, vel legis, legitima matris erit tertia por-
tionis sibi aduenientis, si à statuto, vel à testatore
exclusa non fuisset, & hic est casus propositæ du-
bitationis, in quo Domini ita concluserunt pro
maiori parte, & hoc modo conciliantur omnes
decisiones factæ in hac materia.

EPITOME.

Fratris appellatione quando veniat soror tam in prolatione facta à lege, quàm ab homine, tam si instituantur numero singulari, quàm plurali. ¶ Et quid in statutis, quæ mandantur intelligi ad literam. ¶ Sorores tertij Ordinis, an veniant in priuilegiis concessis fratribus Mendicantiū. ¶ Statutū excludens sorores à successione, & hæreditate fratrum an excludat etiam à successione sororum. ¶ Et quid in dispositionibus odiosis, & fauorabilibus

rabilibus. ¶ Vel quando adest eadem ratio conseruandi agnationem in exclusione sororis ab hæreditate fratris, quæ militat in excludendo sororem ab hæreditate sororis. ¶ Dispositio excludens dotatam per fratrem à successione fratris an habeat locum in dotata à sorore. ¶ Verba concepta in vno casu, & persona quando trahantur in alium casum, & personam. ¶ Statutum excludens fœminas propter masculos an sit fauorabile. ¶ Et quid si agatur de excludendo illas à successione transuersalis. ¶ Et an odium respectu fœminarum dicatur in consequentiam, ita vt præponderet fauor filiorum, & publicæ vtilitatis. ¶ Interpretatio comprehensiua, & extensiua quando sit facienda in statutis, & quo casu fiat restrictio contra masculos ad fauorem fœminarum. ¶ Subjectio an requiratur in statutis tam respectu bonorum, quàm fœminarum.

S.V M M R R I V M.

1 *Statutum excludens sorores à successione, & hæreditate fratrum, excludit etiam à successione sororum, & nu.2. Contrarium nu.13. Intellige in statutis odiosis, secus autem in fauorabilibus, n.14.*

3 *Statutum excludens dotatam per fratrem à successione fratris, habet locum in dotata à sorore.*

4 *Fratres appellatione venit soror siue prolatio fiat à lege, siue ab homine, tam si fratres instituantur numero plurali, quàm singulari, nu.5. Amplia etiam in statutis, quamuis illa sint intelligenda ad literam num.10. & 11.*

6 *Sorores tertij Ordinis non veniunt in priuilegiis concessis fratribus Mendicantibus. Intellige vt num.7.8. & 9.*

12 *Masculinum concipit fœmininum ex ipsa littera sic exposita per legem.*

15 *Appellatione fratris venit soror quando adest eadem ratio conseruationis familia in exclusione sororis ab hæreditate fratris, quæ militat in excludendo sororem ab hæreditate sororis, nu.17. & 18.*

16 *Vnitas rationes efficit, vt verba dispositionis concepta in vno casu & persona censeantur habere locum in alio casu & persona.*

19 *Statutum excludens fœminas propter masculos est fauorabile, maxime si agatur de exclusione fœminarum à successione transuersalis, non à patris.*

20 *Statutum exclusiuum fœminarum propter masculos, licet sit odiosum quo ad fœminas, tamen odiosum est in consequentiam, cum principalis ratio sit ob publicam vtilitatem, quæ præponderat, ideo est fauorabile, & num.21.*

22 *Odium rationabile dicitur, si fœmina excluditur propter masculos, quod facit, vt etiam in statutis masculinum concipiat fœmininum.*

23 *Stante fauore conseruationis familia admittitur in statutis non solum interpretatio comprehensiua, sed etiam extensiua, fiet autem solum restrictio contra masculos quando ageretur de dotibus, seu alimentis præstandis fœminis, cum in reliquis fiat ampliatio ad fauorem masculorum.*

24 *Statuta excludentia fœminas propter masculos habent locum, dummodo adsit subjectio tam respectu bonorum quàm personæ, & quod ista subjectio sit in vno, eodemq; statuto.*

CAPVT CCCCXLIX.

CONcludendum est statutum exhibitum excludens sorores à successione & hæreditate
1 fratrum, † excludere etiam à successione sororum: Etenim ratio quæ mouit statuentes, scilicet
præseruandi bona in agnatione, est indifferens,
tam in succedendo masculo, quàm fœminæ, adeo
vt semper comprehendatur persona ad quam talis ratio porrigitur, quamuis non sit expressa, quasi tunc non dicatur extensio, sed comprehensio,
2 † Ita in specie concludit *Alver. Brun. de statut.
excludent. fœmin. art 5. col.10. post med. vers. in contrarium, nu.76. vsq; ad 80. tom.2. fol.172. post Curt.
Sen. cons.9. Ticinensi statut. per tot.* quem sequitur
*Gabr. cons.14 nu.22. lib.1. Menoch. cons.235. nu.30.
lib.3. latè Alciat cons.746. alias 200.13. lib.9. nu.1.
vsq; ad 5.* cum aliis per *Gall. de verb sign. lib.8. c.7. n.
17. Gabr.* qui testatur de magis communi *concl 6.
3 n.27.34. & 75. de verb signif.* † Prout è contra dicimus, quod statutum excludens dotatam per fratrem à successione fratris, habet locum in dotata
à sorore, *Isern. in c.1. n.18. de natur success. feud.*
Maximè, quia per talem interpretationem reuerti-
4 mur ad ius commune, † secundum quod appellatione fratrum veniunt sorores, siue fiat prolatio
à lege, siue ab homine, *l. Luc.78. §. mouia, l 2. ff ad
Trebell. l. Luc. Tit.91 §. quæsitum, vbi Bart. in princ.
ff. de leg.3. l. tres fratres 36. vbi Ang. Castr. & Ias. n.8.
ad fi. ff. de pact. Pratei. in lexic. iur. in verb. fratris appellatione: Alex. cons.85. n.7. lib.5. Franc. Porcell. de
duob. fratrib. p.3. princ. n.5. tit.6. p 1. fol 182.* latè *Dec.
in l. fœmina 2. n.122. vsq; ad 125. ff. de reg. iur. Petr.
Andr. Gamb. de extension. n.165. tit.18. fol.165. Fulg.
5 cons.71. nu.2.* † Siue fratres instituantur sub num.
plurali, siue institutio fiat in singulari, *Ias. in d. l.
6 tres fratres, nu.5. de pact.* † Quidquid aliud sit in sororibus tertij Ordinis, quæ non veniunt in priuilegiis concessis fratribus mendicantibus, iuxta opinionem *Gamb. de extension. nu.165.* quam sequitur *Honded. cons.61. n.4. & 5. lib.2. & cons.76 n.25.
eodem lib.* vbi quod ita fuit declaratum in sacra
7 Congregatione Concilij, † Quamuis, vt hoc obiter adnoretur, etiam ad intelligentiam eorum,
quæ diximus supra *c 413. n.32.* In istis fratribus &
sororibus tertij ordinis sit adhibenda distinctio,
8 de qua in decreto eiusdem congregationis, † in
quo mandatur, quod Fratres tertiarij Mantellati
Corrigiati, aliique similes ita demum ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum assumpserunt, priuilegiis potiri debent, & ab Ordinarij iurisdictione
erunt exempti, si viri collegialiter viuant, seu cum
claustralib. habitent, & mulieres traduxeriot vitam virginalem, seu celibem, aut castã vidualem
expresso voto sub dicto habitu, quemadmodum
cauetur Constitutione Concilij Lateranen. sub
9 Leone X. quæ habetur *sess.11. in fin.* † Hoc autem
voto mulierum alia duo, scilicet paupertatis, &
obedientiæ nequaquam includentur. Quinimmo
huiusmodi mulieres, si vouerint vitam virginalem, aut celibem simpliciter & expressè etiam in
consangoineorum & affinium suorum, aut propriis domibus, vel seorsum habitantes supradictis
priuilegiis ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum
deferunt, & exemptione ab Ordinarij iurisdictione frui debent, quemadmodum ideo Leo postea
declarauit in constitutione edita 1. Martij 1518.
Quod si fratres & sorores tertij ordinis prætendant vigore consuetudinis poterunt ius suum
prosequi in iudicio ordinario.
Quæ etiam procedunt in statutis, in quibus appel-
10 latione fratrum veniunt sorores, † *Ias. in d. l. tres*

*fratres,n.5.de pact. Marsil.sing.*cum aliis per *Bolog.*
cons.60.n.5. Menoch.cons.541.n.25 lib.6.Franc dec.
652.n.3.p.4. Bald.cons.47.nu.2.lib.5. Alciat.cons.
11 *200.nu.1.tom.3.lib.9.*vbi ampliat,† quamuis statu-
ta sint intelligenda ad litteram,cum masculinum
12 concipiat fœmininum ex ipsa littera † sic exposi-
ta per legem, & sic non extra litteram *Tiraq.de*
retract lignag.§.1.gloss.9.nu.205.post princ.Gabr.de
verb signif.conclus.6.nu.35.

Non obstat, quod contrarium sequatur *Castr.consil.*
13 *119.hereditas,lib.1.* † vbi quod tale statutum non
extenditur ad successionem sororis,quæ de per se
venit:quamuis extenderetur ad nepotem ex fra-
tre, qui veniret ex persona fratris, & sequitur
Capr.cons.63.num.8.Socin.Iun.cons.23.nu 57.lib.1.
quos refert *Tiraq.de retract.lignag.gloss.9.§.1.nu.*
190.in fi.fol.117. Bart.cons.229.n.4.lib.1.Corn.cons.
*94.n.2.lib.2. Menoch.*qui alios citat *cons.1146.nu.*
7.lib.11.& cons.990. num.2.& 3.lib.10. Bald.cons.
*460.nu.5.lib.1.Alex.cons.45.nu.2.lib.7.*latè *Laur.*
Palat.de statut.quod extantib.mascul.fœmin. non
succed.n.159.vsq, ad 163.tom.2.fol.279. Arnol.Fer-
ron.super consuet. Burdeg.tit.5.de test.§.18.col.1.ad
*med.& col.1.ante fin.vers.breuiter attigi,fol.213.*la-
tissimè *Carpar.super const. Mediol.c.288.n.4. vsq,*
ad 8.Surd.cons.100.n.2.lib.1.Ias.in rubr.de acquir.
possess.ad fi.n.22.vsque ad 24.vbi Socin.ad fi.Natt.
ad Alex.cons.85.in verb.mentionem,lib.4.

Quia prædicti omnes loquuntur in statutis odiosis
14 odio irrationabili,quæ nō debent extendi,† cum
aliud sit in materia fauorabili, quo casu appella-
tione fratris venit soror, & masculinum concipit
fœmininum, & ita in statuto odioso loquitur
Alex.d.cons.45.col.1.in fin. vers.principaliter,nu.5.
lib.7.& cons.85.nu.1.& ibi Addit.in verb.sororem,
lib.4. Anchar.in cap.canonum statuta,num.374.ad
med.& nu.276.de constitut.tom.2.fol.61.Decia.cons.
219.proponitur ad fin. Din.Castr.Cin. Bald.& alij
*in l.quicunque,C.de seru fugitiu.*cum aliis latè ad-
ductis per Tiraq. *de retract.lign.§.1.gloss.9.nu.194.*
fol.118.Mut.sup.consuet.Panorm.cap.21.n.53.Corn.
cons.95.n.6.lib.2. Rimin.Iun. cons 469.nu.25.lib.4.
Bolognin.cons.60.nu.16. latè *Io.Anton. Batius ad*
Afflict.super constit.Regni,rubr.14.de fratrib.obli-
gantib.port.feud.in verb.secundo quaro,num.3.p.3.
Carpan.super constitut.Mediolan.cap.288.nu.7.ad
fin.vers.secundo non habet locum.

Maximè quia in casu nostro adest eadem ratio con-
seruationis familiæ in exclusione sororis ab hæ-
15 reditate fratris, † quæ militat in excludendo so-
rorem ab hæreditate sororis, tunc enim masculi-
num concipit fœmininum, & appellatione fra-
trum veniunt sorores, *Alex.cons.234. nu.7.lib.6.*
Bald.cons.47.factum tale,col.2.ante fin.lib.3. Curt.
Sen.cons.9.Dec.in l.fœmina,num.124.ad fin.de reg.
iur.Becc.cons.209.n.15.lib.2. Rim.Iun.cons.469.nu.
25.lib.4. Alciat.cons.200.nu.1.ad med. tom.3.lib.9.
16 † Ista enim vnitas rationis efficit, vt licet verba
dispositionis sint concepta in vno casu & perso-
na, censeantur habere locum in alio casu & per-
17 sona, † prout in specie istam vnitatem rationis
ad excludendam sororem propter agnationem
considerant *Iacob.de Aren. & Io.Andr.* de qui-
18 bus per *Menoch.cons.231.n.31.& 32.lib.3.* † Quod
etiam voluit *Bald.in l.scimus 36.in fin.princ.nu.ta.*
quast.7.de inoff.testam.Rom.in l.1.num.5.& ibi Ias.
nu.12.C.de success.edict. Idem Ias.cons.67.ante fin.
vers.confirmo etiam,lib.1. Ang.cons.344.alias 389.
Albert.Brun.de statut.exclud.fœmin. art.5. nu.78.
in fin.tom.2.fol.172.

Quod autem simus in statuto fauorabili est clarum,
cum publicè intersit agnationes,& familias con-
19 seruari, † ob quam causam statuentes disponunt
fœminas per masculos excludi,Maximè quando,
prout in casu nostro,ageretur de excludendo fœ-
minam à successione transuersalis, tunc enim o-
mnes concludunt tale statutum esse fauorabile,
quidquid aliud posset dici quando tractaretur de
excludenda filia à successione patris, *Alex.consil.*
16.col.2.ad med.vers.licet aliud sit in statuto,lib.1.&
cons.144 col.2.lib.6. & cons.161.col.3.lib.7. Aym.
cons.243.num.5.post med. Menoch.cons.235.num.36.
& 37.lib.3.

Et quamuis huiusmodi statuta quo ad fœminas sint
odiosa,tamen intentio statuentium fuit respice-
20 re vtilitatem publicam, † ob quam dicuntur fa-
uorabilia, & sunt amplianda & nullà ratio odij
habetur tanquam venientia in consequentiam,
Bald.in l.2.ad fi.vers.& per hoc arguitur,n.4.& ibi
Ias.col.1.ad med.n.4.vers.ex ista doctrin.C.de in ius
voc.Rot.diuers.decis.457.n.6.& decis.240.n.30.p.1.
*Fabr.cons.14.n.13.lib.1.& cons.15.n.3.lib.2.*latè *Lu-*
dou.Molin.de primog.hispan.lib.1.c.18.n.4.Menoc,
21 *de recup.possess.rem.1.n.22.* † Et cum præponderet
fauor filiorum erit potius fauorabile tanquam à
potentiore sit facienda denominatio,*cap.ad quæ-*
stiones,de rer.permut. Alex.cons.119.n.6.lib.5. Ti-
raq.de retract.lign.§.30.nu.9. & 10.gloss.1. Put.de-
22 *cis.374.n.6.lib.1.* † Maximè quia est odium ratio-
nabile, vt fœmina excludatur propter masculos,
quod facit vt etiam in statutis continentibus tale
odium rationabile masculinum concipiat fœmi-
ninum,latè *Ruin.cons.65.nu.9.lib.3.post Bart.in l.si*
quis in tantam,n.3.C.vnde vi, Tiraq.de retract.lig.
§.1.gloss.9.n.236. Aret.cons.39.n.2.

Quo fauore stante admittitur, non solum interpre-
tatio comprehensiua, quæ habet locum etiam in
23 dispositione odiosa,† sed etiam interpretatio ex-
tensiua,tam respectu casus proprij, quàm impro-
prij, cum satis sit in huiusmodi statutis excluden-
tibus fœminas propter masculos sit facienda re-
strictio,quoties agitur de dotibus competentibus
seu alimentis fœminis præstandis,tunc enim con-
tra masculos pronunciatur, cum in reliquis sem-
per fiat ampliatio ad fauorem illorum pro con-
seruanda agnatione,vt omnia prædicta plenè de-
clarat *Molin.de primog.hispan.lib.1. cap.18.num.6,*
& 7.

In prædictis tamen vnum est considerandum,quod
ex facto mihi exhibito præsupponitur statutum
vrbis,de quo agimus,habere locum propter bona
sita in vrbe,vbi illa vel erant reinuestita,vel debe-
bant reinuestiri tanquam bona dotalia,vt conser-
uarentur pro sorore, de cuius hæreditate modo
controuertitur, cum tamen d.soror moraretur in
ciuitate Eugubina vna cum suo viro, vbi etiam
decessit,& ibi quoq; adest statutum,vt opes con-
seruentur in masculis,qua facti specie stāte dubi-
tādum est,an inter statutum vrbis respectu bono-
rum ibidem existentium,& statutum Eugubinum
respectu personæ ibidem commorantis, cum ve-
24 rior sit opinio, quidquid alij sentiant, † quod ad
effectum vt habeant locum similia statuta exclu-
siua fœminarum requiritur vt adsit subjectio,tam
respectu bonorum, quàm respectu personæ, &
quod ista subjectio sit in vno, eodemque statuto,

Pute

Purp.consf.310.lib.2.Francisc de Rampon.inter consf. Calder.32.de testament.Decian.consil 661.nn 6.Rot. coram R.P.D.Ludousio.Ciuitatis Castelli hareditatis 10.Maij 1606.& coram R.P.D.Brano. Romana de Vitellis 21.Octobris 1580.& multis rationibus & auctoritatibus hanc opinionem comprobaui *supra capit.*431.ita vt non opus sit iterum illa repetere.

EPITOME.

Possessio iure familiaritatis, quando præsumatur in filio, vxore, fratribus,& similibus. ¶ Et quo casu ad illam excludendam opus sit probare, quod quis fuerit vsus iure proprio. ¶ Et an sufficiat titulus inutilis. ¶ Et an in fratrib. necessaria sit cohabitatio insimul, & in eadem domo, & existentia patrimonij pro indiuiso. ¶ Possessio quando arguatur ex fructuum perceptione. ¶ Statutum tribuens executionem paratam contra possessorem rei censuatæ an intelligatur de eo, qui possidet nomine suo, vel etiam iure familiaritatis. ¶ Filiusfamilias an possit testari, & esse tutor,& vocare patrem in ius sine venia in causa pupilli, & in ea esse in iudicio absq; consensu patris. ¶ Coniunctus, amicus, & similes an recuperent, & acquirat illis possessionem. ¶ Et quid in alia libera persona, & an opus sit, quod sit procurator. ¶ Manutentio an concedatur stante possessione turbida, & offuscata. ¶ Hæreditas an sit repudiata, licet vnus frater passus fuerit alium fratrem solum possidere. ¶ Et an in hoc consideretur præscriptio longissimi temporis, ita vt illo non obstante possit peti diuisio. ¶ Ex coniecturis an dicatur constare, quod quis possederit suo, vel communi nomine.

SVMMARIVM.

1 *Possidens iure familiaritatis non impedit, vt alius nō sit manutenendus in sua possessione, prout est in filio, fratre, vxore, & similibus possidentibus bona parentum, fratrum, & mariti.n.2.& 3.*

4 *Ad materiam* l.qui iure familiaritatis, de acquir. possess.*remissiue.*

5 *Habens titulum, etiam inutilem, facit, vt alter possidens præsumatur vti iure familiaritatis, nisi probet, quod vsus est iure proprio.n.8.33.34.& 38.*

6 *Iurisdictio si spectat in solidum ad vnum ex fratribus, non tamen videtur communicata alijs fratribus, quamuis fuerint admissi ad exercitium eiusdem iurisdictionis. Intellige vt num.7.*

9 *Hæreditas non videtur repudiata, licet vnus frater passus fuerit alterum fratrem longissimo tempore administrare, & possidere, & potest peti diuisio, & de ratione.num.10.*

11 *Præscriptio non datur contra possidentem, neque in iuribus negatiuis.nn.12.*

13 *Possessio arguitur ex fructuum perceptione, dummodo non factum sit iure familiaritatis. Amplia in omnibus personis.num.14.*

15 *Statutum tribuens executionem paratam contra possessorem rei censui subiecta, intelligitur de eo, qui possidet nomine suo, secus si iure familiaritatis detineret, cum non sibi, sed alteri possideat.numero 16.17.18.& 19.*

20 *Prohibitus non vocare inius aliquem, debet intelligi, quando hoc facit suo nomine, non alieno.*

21 *Filiusfamilias tutor potest vocare patrem in iudicium sine venia in causa pupilli, sicut & libertus.*

22 *Filius magistratus potest cogere patrem ad adeundum, & restituendum.*

23 *Filiusfamilias tutor potest esse in iudicio in causa pupilli sine consensu patris.*

24 *Filiusfamilias potest esse tutor, quia tutela est munus publicum & publici iuris, quamuis non possit testari, licet testamentum sit publici iuris, cum in eo agat vt priuatus, quod non est in tutela.*

25 *Quando disponitur de aliqua re, intelligitur siue suo, siue alieno nomine conueniatur, si hoc respiciat illius fauorem, secus si odium, nam tunc restringitur ad suum tantum nomen.*

26 *Frater, amicus, coniunctus, & similes possunt recuperare possessionem ad eorum fauorem. non autem acquirere.*

27 *Possessio acquiritur per liberam personam, etiam ignoranti. Intellige in procuratore, n.28.& 29.*

30 *Ratificatio possessionis quid operetur quo ad manutentionem, & quando illa censeatur omissa, numero 31.31.39.& 40.*

35 *Frater possidens bona fratrum non excludit illos, vt non possint manuteneri in sua possessione tamquam præsumatur possidere iure familiaritatis. Declara stante cohabitatione insimul, & in eadem domo, & existente patrimonio indiuiso, n.36.& 37.*

41 *Manutentio non conceditur stante possessione turbida & offuscata, & est cognoscendum super petitorio.*

42 *Actus dubij excludunt quasi possessionem.*

43 *Coniectura sufficiunt ad declarandum an quis possideat iure proprio, vel communi.*

CAPVT CCCCL.

MAnutehtioni dicebatur esse locum in casu mihi proposito, Nam domus de qua agebamus, erat empta simul a Bernardino, & Iacobo, vnde quamuis vnus ex eis semper possederit, non tamen alteri est denegandum mandatum de
1 manutenendo, † cum illa possessio intelligatur iure familiaritatis, ita vt nullum sit ei ius quæsitum, & per consequens alij non præiudicatum *l.qui iure familiaritatis.ff.de acquirend.possess.* Pro-
2 ut † de filio, qui fundum matris coluit, & possedit, qui non dicitur id fecisse iure suo, sed familiaritatis, adeo vt non ex hoc mater priuetur sua
3 possessione, † Quod etiam est in muliere vnà cum viro domum habitante, & fratre qui bona fratris administrauit, & filio qui negotia patris pertractauit, cum similibus casibus, quos adducit *Menoch.de arbitrar.cas.160.n.12.vsque ad 21.post Bar. Alexand. & alios in dict. l.qui iure familiaritatis.*
4 † Ad cuius materiam multa *Tiraq. de iur.primog. quæst.25.n.2.Alexand.consil.88.n.6 l b 2.& consil. 213.eod.lib. Gozal.consil.99.nn 7.Cephal.cons 4.n. 38.cum sequ.Curt.iun.consil.108.num.26 Ruin.cons. 34.num.13.lib.1.& consil.162.num.26.lib.2. Decian. consil.400.viso legato, numer 5.Guid.Pap.consil.62. num.1. Aym.consil.226. num.5.late Suarez ad leg.8. for.lib.3.tit.de adit.hared.n.7.cum seq.fol.507.Mascard.de probation.conclus.1197.part.3.fol.140.*

Quæ etiam procedunt, quamuis titulus sit inutilis *Aym.consil.61.nn.2.Cephal.consil.4.nn.19. Alciat. præsumpt.25.reg.2.Socin.consil.13.nn.17.lib.3.* Vnde
5 † cum vnus habet titulum & alter possidet præsumitur facere iure familiaritatis, nisi probet, quod vsus est iure proprio *Abb.Castrens.Rom.& alij*, de quibus per *Surd.cons.260.n.17.& 18.* vbi etiam de

iurisdictione, quæ si ex dispositione auctorum
spectat in solidum ad vnum fratrem primogeni-
6 tum, † non tamen illa videbitur communicata a-
liis fratribus, quamuis simul cum eis longo tem-
pore fecerit actus iurisdictionales, quasi videan-
tur isti fratres admissi ad exercitium dictæ iuris-
dictionis ex quadam familiaritate fraterna *Ca-
strens.consil.179.in causa.nu.4.lib.1. Natt.cons.502.*
7 *n.16.* † cum declarationibus, de quibus per *Ti-*
8 *raquell.de primogenit.qu.23.* † & regulariter vsus
debet esse tanquam ex causa seruituris sibi de-
bitæ, patiente & sciente aduersario, aliàs non es-
set probata possessio *Alex.* qui testatur ita seruari
in l si certis annis, in fi.vbi Sal.etiam in fi. C.de pact.
Vnde neq; etiam videtur repudiata hæreditas, quam-
uis vnus frater passus fuerit alterum fratrem pos-
9 sidere † & administrare longo tempore *Castr.in
l.licet 8.nu.3.vbi Bald.n.2.Corn.in princip.C.de iur.
delib. Alex.ad Bart.in l.2.C.commun.diuid.Imol.in
l.recusari 94.de acquir.hered.* Neque enim requiri-
10 tur, quod vterq; frater administret, † Nam idem
est quando alter solus possedisset, & administras-
set, quia nihilominus videtur vterque ex illius fa-
cto possidere, & sic semper qui non administra-
uit, poterit venire ad diuisionem, neque ei poterit
obiici, quod alter frater solus possedit, cum idem
sit ac si ipse etiam possedisset organo & ministerio
sui fratris, quasi possidens rem communem cum
fratre, videatur omnia in re communiter facere &
vnus communi nomine fecisse, ita vt omnes di-
cantur fuisse in possessione, quamuis numquam
11 ad fundum ierint, † adeo vt neque detur aliqua
præscriptio, quia non præscribitur contra possi-
dentem, nec dicitur quia solus possedisse, cum
iure familiaritatis possideret, immo neq; obsta-
bit spatium longissimi temporis, nam quousque
durat communio vterq; possidet, & vnus videtur
alterum recognoscere in socium, & sic non currit
præscriptio etiam longissimi temporis, maxime
quia illa currit contra negligentes, cessat autem
negligentia, & quando vterque censetur possidé-
re, & per consequens cessat etiam præscriptio,
12 † quæ neque datur in iuribus negatiuis, nisi à die
contradictionis, & dum communio durat non
adest contradictio, Præsertim quia perseuerantia
in communione, & permissio, quod frater possi-
deat bona sua consistit in facultate, cui numquam
præscribitur, & quandocumque poterit prouoca-
ri ad diuisionem. Ita omnia prædicta per præfa-
tas, & similes rationes concludit *Surd.* qui pro o-
mnibus sufficiat *consil.260.nu.16. vsq. ad 26.lib.2.*
Et ita limitatur conclusio illa, quod ex fructuum
13 perceptione arguatur possessio, † vt non procedat
quando iure familiaritatis id actum esset *Perego
consil.76.n.3.lib.2.post Alexand. in l.qui iure fami-
liaritatis de acq.possess. Mastrill.decis.184.n.12.cum
seq.p.2.* vbi quod ista habent locum in omnibus
14 personis, † in quibus potest considerari ista ratio
familiaritatis *Socin.consil.131. col.1. libr.1. Fab.de
Ann.cons.116.n.2. Bursat.consil.303.n.2.lib.1.*
Et cum ista possessio iure familiaritatis nullum ius
tribuat, nulla daretur executio contra taliter pos-
15 sidentem, † stante constitutione dante executio-
nem paratam contra possessorem rei subiugatæ,
seu censui subiectæ. Nam huiusmodi constitutio
debet intelligi, quando talis possessor, siue deten-
tor possidet, vel detinet aliquo titulo singulari
pro se, & nomine suo, secus autem si alieno, & iu-
re familiaritatis, tunc n. contra eum via execu-
tiua non posset procedi, ex quo potius dicitur de-
tineri, quàm detinere, & isti non possident sibi,
sed illi cuius familiaritatis iure vtuntur *l.genera-
liter, & l.quod meo, de acquir.possess. Bart.in l.& ha-*
16 *bet, §.hospites, de precar Cur.Iun.cons.108.nu.6.* † &
ita in specie similis statuti loquentis de via exe-
cutiua concludit *Mastr dec.184.part.1.* & est *tex.*
17 *in l.2. C.de praescrips.triginta.ann.* † vbi quod non
debent possessores appellari, qui non sibi, sed a-
liis possidetur *Aret. in rubr.de acquir.possess. col.3.*
18 *post princ.vers.vbi autem ratio, num.4.* † Vbi quod
statutum loquens de possessione intelligitur de
possidente nomine proprio *Curt.Iun. cons.128.n.
28.* & declarat etiam *Flor. in l.communi diuidun-*
19 *do, §.neque colonis, num.7.ff.commun.diuidund.* † v-
bi quod verba statuti si quis reperiatur tenere,
aut possidere non comprehendunt eum, qui alie-
no, nomine possidet, aut tenet *l.quæsitum 16 ff.de*
20 *in ius vocand.* † vbi prohibitus non vocare in ius
intelligitur quando hoc facit suo nomine, non
21 alieno, † vnde filius familias tutor potest patrem
sine venia in ius vocare in causa pupilli, sicut et-
iam libertus, quasi tunc non faciat hoc vt filius,
22 nec vt libertus, sed vt tutor *Duen. reg.251.n.2.li-
mit.2.* † quemadmodum filius magistratus potest
patrem cogere ad adeundum, & restituendum *l.
ille à quo §.vlt.in fin.ff.ad treb.l.item eorum, in prin.
ff.quod cuiusq. vniuers.nomin.* cum aliis per *Syluest.
instit.qui test.tut.dar.possess. in princ.n.6.vsq. ad 23.*
23 † vbi etiam de filio familias tutore, qui poterit
esse in iudicio in causa pupilli sine consensu pa-
tris *Bart.in l.fin.§ necessitate, Cod.de bon.quæ liber.*
24 † Et quod filius familias possit esse tutor est tex.
in l.filiusfamilias ff. de his qui sunt sui vel alien.iur.
quia tutela est munus publicum, & publici iuris,
quidquid aliud sit in testamento, quod licèt sit
publici iuris, tamen in eo filiusfamilias non agit
vt persona publica, sed vt priuatus, secus in ma-
gistratu, & tutela *l.nam quod ad trebell.* & notat.
Syluest.inst.qui test.tut.dar.possess.in princ.n.4. Et ad
prædicta etiam facit doctrina *Bart. in l.sed si hac
10.§.semper n.2. post gloss.ibid.in verb. interueniat,*
25 *ad med.ff. de in ius vocand.* † vbi quod quando a-
liquid disponitur de aliqua re intelligitur siue
suo, siue alieno nomine conueniatur, si hoc re-
spiciat illius fauorem, secus odium, tunc enim
restringitur ad suum tantum nomen, cum in o-
diosis non fiat extensio *l. cum quidam de liber. &
posthum. Alexand.in dict.§.semper, in princ.*
Verum prædictis non obstantibus contrarium dixi,
quod immo non sit concedenda prætensa manu-
tentio possessionis in casu, & ad effectum de quo
agebamus. Etenim quamuis domus fuerit empta
simul à Bernardino & Iacobo, numquam tamen
fuit capta possessio per Iacobum, neque ei potuit
26 Bernardinus illam acquirere, † cum frater, ami-
cus, coniunctus, & similes possint recuperare pos-
sessionem ad eorum fauorem, non tamen possunt
illam acquirere, quasi sit eius naturæ, vt non possit
quæri sine animo illius, cui est acquirenda pos-
sessio *l.1.§.adipiscimur, de acq.possess. l.3.in princ. l.
quemad.l.quod meo, §.furiose, vbi gl.in verb.posside-
re, ff.eod.tit.latè Surd.cons.160.n.45.& 46.lib.2.* Nã
quamuis generaliter acquiratur possessio per li-
beram personam etiam ignoranti *l.1.Cod.de acq.*
27 *poss.* Tamen hoc intelligitur in procuratore, † &
sic in eo, qui nostra voluntate facit, quasi à prin-

cipio

cipio fuerit voluntas domini, vt sibi acquireret, *l. 1. §. per procuratorem, de acquir. poss.* & concludunt *Cin. Bald. Ang. & alij in l. 1. C. eod. tit. Imol. cons. 57. lib. 1.* & declarat *Tiraq. de iur. constit. p. 3. limit. 30.*
29 *nu. 55.* † Et ista est verior opinio, quidquid *Franc. in c. bonæ 51. nu. 3. de appellat.* concludat quod acquiratur possessio per quemcunque.

Neque obstat quod prætendatur ratificatio dictæ possessionis per Iacobum ex actibus positiuis, qui
30 adducuntur, † Quia propter istam ratificationem non consideratur amplius possessio capta per Bernardinum, cum per tales actus illa expirauerit, & Iacobus cœperit ex se possidere, prout etiam neque considerabitur ista noua possessio Iacobi ad effectum prætensæ manutentionis, cum illa fuerit amissa per spatium annor. 36. Quamuis enim tempus non sit modus perdendæ possessionis, *l. si mulieri 22. ff. quib. mod. vsusfr. vel vsus admitt.* Tamen est modus inducendi obliuionem, & obliuio
31 est modus inducendi dispositionem animi, † & depositio animi est modus amittēdi possessionē, *Din. in cap. sine possessione 3. in fin. nu. 33. 34 & 35. de regul. iur. in 6.* per text. in *l. furtum 37. vers. fundi, & ibi Gloss. in verb. vel longo, de vsucap. l. si id quod 25. in princ. & ibi gloss. in verb. vt sit. ff. de acquir. possess. l. peregr. in princ. ff. eodem tit. Vrsil. ad Afflict. decis. 394. num. 2.*

Immo cum semper postea Bernardinus perceperit pensiones domus, non potest considerari aliqua possessio Iacobi, quamuis enim illa retineatur longo tempore solo animo, tamen intelligitur, nisi alius interim possideret percipiendo fructus,
32 † quorum perceptio cum correspondeat ciuili possessioni, videtur possessor cedere actum possidendi secundo possessori per negligētiam suam, *Bald. in l. post perfectam 9. col. penult. ad fi. vers. quare qualiter possum probare, num. 10. C. de sent. & interlocut. omn. iudic.*

Maximè quia ista perceptio pensionum in casu nostro fuit facta animo priuandi Iacobum, cum adsit actus continuatus per spatium annorum 36.
33 quidquid † aliud sit quando simpliciter fructus perciperentur, & statim sine mora à fundo recederetur, tunc enim esset simplex turbatio facta potius animo lucrandi fructus, ex quo iure non insistitur Bald. *in d. l. post perfectam, n. 7. ad fin. vers. porro si ego possideo, C. de sent. & interlocut. omn. iudic. per text. in l. si certè, ff. de furt. & in l. is cuius, ff. si seruit. vindic.*

Quibus stantibus excluditur prætensa præsumptio possessionis iure familiaritatis: Quia Bernardinus non possidebat amplius pro Iacobo stante possessione, quæ prætenditur per eum ratificata, vt di-
34 ctum est, † & ex multiplicatis actibus perceptionis fructuum per spatium tot annorum apparet de possessione Bernardini tamquam de re propria, quæ illum iuuat ad excludendam manutentionem, de qua agimus *Rip. in cap. cum ecclesia sutrina, nu. 55. col. 11. ad med. vers. secunda conclusio, de caus. possess. & propriet. post Aret. in l. qui iure familiaritatis 41. in princ. vers. secundo adde, ff. de acqui. possess.*

Et quatenus etiam posset prætendi aliqua possessio iure familiaritatis, de qua tamen non potest con-
35 stare, vt dictum est, † Nihilominus omnes Doctores, qui admittunt talem præsumptionem, loquuntur stante cohabitatione fratrum insimul, & in eadem domo, & existente patrimonio pro indiuiso, *Bart. in d. l. qui iure familiaritatis, in prin. vers. idem dico in fratre: & ibi Claud. Seisell. num. 1. Alex. nu. 2. Imol. nu. 3. vers. & idem dicendum: Cuman. nu. 1. vers. vel pone, ff. de acquir. possess. Castr. in l. communis seruus 42. in princ. ff. eod. tit. Ceph. cons. 4. nu. 38. vers. secus ergo doctores sentiunt, lib. 1. Alex. cons. 6. nu. 15. ad med. vers. sed nos non sumus in casu, lib. 2. Socin. cons. 131. in præsenti consultatione, n. 1. in fin. vers. & infertur quod eodem iure lib. 1. Gulielm. Bened. in cap. Raynutius, in verb. in eodem testamen-*
36 *to, il 1. num. 146. de testam.* Et † in summa omnes in isto casu requirunt qualitatem simultaneæ habitationis; & patrimonij indiuisi, Ita vt non probata dicta qualitate, non sit locus prætensæ præsumptioni familiaritatis, & ita etiam loquuntur *Bald. & Ang. in l. assiduis, C. qui potior. in pign. ha-*
37 *beant.* † Et ita etiam in specie declarat *Carpan. super constit. Mediol. cap. 483. num. 189. part. 2. post Caualcan. de tutor. nu. 245.* & melius *Ruin. cons. 44. num. 3. lib. 4.*

Quæ magis procedunt in casu de quo agimus, cum omnes testes probent, quod Bernardinus percepit pensiones, & vsus fuit domo tamquam iure pro-
38 prio, & sibi debito, † quod facit, vt tunc excludatur ius familiaritatis, & in totum sibi sit acquisita possessio, & ita iudex arbitrabitur ex multiplicatione actuum, & modo faciendi, *Innoc. in c. bonæ, il 2. num. 1. col. 2. in princ. vers. has autem præsumptiones, de postul. prælat. Castrens. in l. qui iure familiar. tatis, nu. 2. in fin. vers. & allegabam, ff. de acquirend. possess. Natt. consil. 502. nu. 16. ad med. vers. & adducit pro hoc.*

Nec facit, quod debeat probari aliquis actus intermedius ad priuandum Iacobum sua possessione. Quia ista perceptio fructuum, vt supra dictum
39 est, † non potuit esse magis apta ad huiusmodi priuationem, quàm eo modo, quo facta est stante insistentia in fundo, & mora longissimi temporis, & non recessu, *Bald. in l. post perfectam, nu. 7. ad fi.*
40 *C. de sentent. & interloc. omn. iud.* † & sufficit quod actus intermedius sit aptus ad priuandam possessionem, *Abb. in c. cum ad sedem, num. 15. ad fin. vers. licet enim secundùm eum, de restit. spoliat. Affl. decis. 394. nu. 2.*

Vltimo ex supradictis apparet possessionem prætensam Iacobi esse multum turbidam & offuscatam,
41 † quo casu nunquam solet concedi manutentio, sed est cognoscendum super titulo, & petitorio, *Caputaq. decis. 200. n. 1. part. 1. Gonzal. de alternat.*
42 *gloss. 45. part. 2. n. 38. & 39.* † cum semper actus dubij excludant quasi possessionem, *Burr. in cap. de caus. possess. & propr. Bald. in l. 2. n. 15. C. de seruit. & aq. Socin. cons. 87. n. 20. col. 8. vers. tertio considerandum, lib. 1.* Quamuis etiam titulus in casu nostro sit adeo inutilis propter simulationem, de qua in facto apparet, vt facilis sit etiā cognitio non boni iuris super proprietate, & quidem adest magna inuerisimilitudo, quod pauper & egenus steterit per annos 36. negligens in petendo pensiones sibi debitas, quod solum sufficeret ad negandam hu-
43 iusmodi manutentionem, † cum etiam ad cognoscendum an quis iure proprio, vel communi possideat, sufficiant coniecturæ, ex quibus rectè Iudex statuet; quod ad vnum potius res pertineat *l. 2. C. ne vx. pro marit. l. 1. C. de priui. fisc. Aym. cons. 61. n. 4. post princ. vers. nisi aliqua appareant.*

EPITOME.

In emphyteuſi pluribus conceſſa an requiratur mors omnium ad hoc, vt reuertatur ad dominum, vel habeat locum ius accreſcendi per mortem vnius, & an ſufficiat dictio *ipſorum*, vel debeat dici *omnium*. ¶ Et quid ſi fuerit acquiſita ex cauſa onerosa, vel quaſi lucratiua, & in contractu vltro citroque obligatorio, & ſtante intereſſe concedentis ne fiat diuiſio canonum, & quando in ſimilibus caſibus poſſit colligi, quod partes voluerint, vt portio vnius accreſcat aliis. ¶ Vir & vxor ſi donant alicui poſt mortem, an donatio habeat effectum poſt mortem amborum. ¶ Verba, vſque in generationem completam, quid operētur, & an habeant eundem effectum, ac ſi diceretur, poſt obitum omnium. ¶ Ex quibus colligatur, quod emphyteuſis ſit hæreditaria, ſeu ex pacto, & prouidentia. ¶ Verba, hæredibus, & ſucceſſoribus, quid ſignificent. ¶ Proprietarius an poſſit cogi ad affrancandum domos in vim conſtitutionis Gregorianæ, non obſtante pacto, & pœna in conceſſione appoſita.

SVMMRRIVM.

1 *In contractibus emphyteoticis poſt emolumentum quæſitum eſt locus iuri accreſcendi conuentionali, quidquid ſecus ſit in legali. Fallit ſtante clauſula, quod poſt mortem vnius, vel pars præmorientis reuertatur ad dominum, num. 2.*

3 *In emphyteuſi pluribus conceſſa an requiratur mors omnium ad hoc vt reuertatur ad Eccleſiam, vel habeat locum ius accreſcendi per mortem vnius, & an ſufficiat dictio, ipſorum, vel debeat dici, omnium, num. 4 & 5.*

6 *Vir & vxor ſi donant alicui poſt mortem, donatio non habet effectum quo ad exactionem niſi ſecuto obitu amborum.*

7 *Verba, vſque in tertiam generationem completam, operantur vt ſtatim finita emphyteuſi in perſonam vnius ſit renouata in perſonam exiſtentem de generatione alterius.*

8 *Generatio eſt verbum vniuerſale habens naturam, vt debeat in vno indiuiduo totius illius iuris vniuerſi.*

9 *Idem eſt dicere poſt mortem omnium, vel finita generatione.*

10 *In emphyteuſi acquiſita pluribus ex cauſa onerosa habet locum ius accreſcendi inter eos, ita vt deficiente vno ad alium reuertatur, non ad concedentem. Idem in cauſa quaſi lucratiua, nu. 11.*

12 *Ius accreſcendi procedit in contractu vltro citroq; obligatorio. Et quid in emphyteuſi, nu. 13.*

14 *Stante intereſſe concedentis, ne canones diuidantur habet locum ius accreſcendi in emphyteuſi, n. 15.*

16 *Emphyteuſis dicitur hæreditaria ſi concedatur ſtipulanti pro ſe, ſuiſque hæredibus & ſucceſſoribus; Maxime ſi mentio hæredum non fiat in clauſulis executiuis, nu. 19. Et quid ſi reſeruetur nominatio caſu quo acquirens decedat ſine filiis, nu. 21.*

17 *Emphyteuſis in dubio debet præſumi hæreditaria.*

18 *Emphyteuſis dicitur ex pacto & prouidentia ſi fuerit conceſſa pro ſe & deſcendentibus, vel pro ſe & liberis, ſeu filiis non facta mentione hæredum.*

20 *Verbum, hæredibus, reſpicit eos, qui ſuccedunt de iure ciuili, vox autem, ſucceſſoribus, illos qui de iure prætorio fiunt hæredes.*

22 *Proprietarius an poſſit cogi ad affrancandum domos in vim conſtitutionis Gregorianæ de iure congrui, non obſtante pacto & pœna in conceſſione appoſita.*

23 *Pactum etiam iuratum nullum effectum habet contra publicam vtilitatem.*

CAPVT CCCCLI.

IN emphyteuſi, de qua agimus fuit expreſſè
conuentum, quod bona emphyteotica intelli-
gantur per Monaſterium conceſſa vſque ad ter-
tiam generationem legitimam maſculinam fini-
tam & bene completam ipſorum Balthaſaris, Io.
Antonij, & Sixti, ad habendum, fruendum, &
vendendum, & quidquid ſupradictis locatariis,
& ipſorum hæredibus placuerit faciendum, ex
quibus verbis apertè colligitur, quod ſaltem taci-
tè videtur initum pactum ex partium mente, &
conuentione, vt requiratur obitus omnium, an-
tequam emphyteuſis ad Eccleſiam reuertatur,
1 † cum etiam in contractibus poſt emolumentum
quæſitum ſit locus iuri accreſcendi conuentiona-
li, quidquid aliud ſit in legali, *Alex. conſ. 17. ponde-*
ratis his quæ in themate, nu. 9. verſ. nec etiam obſtat
id quod notat lib. 5. Rom. conſ. 19. in fin. Burſatt. conſ.
181. n. 7. verſ. niſi expreſſè, lib. 2. Gabr. conſ. 88. nu. 8.
lib. 1. & conſil. 66. nu. 13. lib. 2. Decian. conſ. 73. nu. 28.
lib. 1. cum aliis per *Cardin. Mantic. de tacit. & am-*
2 *big. conuent. lib. 22. tit. 34. num. 30.* † Vnde ſolet ap-
poni clauſula, quod poſt mortem vnius, vel pars
præmorientis reuertatur ad dominum, tunc enim
ius accreſcendi excluderetur *Idem Card. Man-*
tic. dict. tit. 34. num. 24. ad fin. verſic. ſed & ſi tale pa-
ctum.
Neque obſtat ſi diceretur, quod debeat adeſſe dictio
3 vniuerſalis, omnium ipſorum, † ad hoc vt habeat
locum ius accreſcendi in huiuſmodi emphyteuſi,
cùm aliàs ſufficiat mors alterius pro portione ſua,
quando adeſt ſolum relatiuum ipſorum, vt in ca-
ſu noſtro *l. fin. § filium, de leg. 2.* & notat *Add. ad*
Alex. conſ. 104. in verb. omnibus, lib. 2.
Quia verior eſt opinio, quod debeat expectari mors
omnium, quamuis ſimpliciter adſit dictio, ipſo-
4 rum † abſque eo, quo adſint illa verba, omnium,
cum etiam indefinita in contractibus æquipolleat
vniuerſali, prout in ſpecie hanc eſſe veriorem ſen-
tentiam, & magis approbatam teſtatur *Gabr. conſ.*
66. nu. 14. vſque ad 19. lib. 2. poſt Speculat. de locat. §.
nunc aliqua, q. 60. nu. 89. Iaſ. in l. ſi mihi & Titio, col.
4. ad fin. n. 11. ad med. verſ. ſimiliter in præcedenti eſt
dictio ff. de verb. obligat. Curt. Iun. de feud. p. 2. ad fin.
nu. 75. verſic. tertio limitat regulam dictam. Roſental.
5 *eodem tit. qu. 75. n. 8. cap. 6.* † quidquid ipſe dubitet,
& multos hinc inde adducat *Ruin. conſ. 154. n 9. &*
10. lib. 1. & conſ. 45. n. 10. & 11. eod. lib. Honded. conſ.
54. n. 26. lib. 1. Mandoſ. ad Roman. conſ. 19. in verb. i-
ta decedit, in fin.
Et idem eſt in ſimilibus diſpoſitionibus, prout quan-
6 do vir & vxor donant poſt mortem, † tunc enim
requiritur mors aliorum, ita vt donatio nō ſortia-
tur effectum, ſaltem quo ad exactionem, ſeu exe-
cutionem, niſi ſecuta morte omnium *Oldrad. conſ.*
139. ad habendum, nu. 1. Menoch. conſ. 388. nu. 24. lib.
4. prout etiam erit in verbis æquipollentibus
Abb. conſ. 103. li. 2. Bald. conſ. 119. lib. 1. aliàs eſt *conſ.*
251. conſiderandum, lib. 2. Alciat in l. ſi mihi & Titio,
nu. 25. ff. de verb. oblig.
Præſertum quia in caſu noſtro adſunt illa verba,
vſque

7 vsque in tertiam generationem † completam, quę
operantur vt statim, quod fuerit finita emphyteu-
sis in personam vnius censeatur renouata in per-
sonam existentem de tertia generatione alterius;
8 Maximè † quia generatio est verbum vniuersale
habens naturam, vt debeat remanere in vno indi-
uiduo totius illius iuris vniuersi, vt in proposito
notat *Ias. cons. 117. col. 7. vers. secundo principaliter*
moueor. & vers. confirmo optime ponderando. n. 3. lib.
4. Dec. cons. 73. num. 15. vers. sexto considerat. lib. 2.
Hond. cons. 54. n. 15. lib. 2.

Immo nulla est differentia, quod dicatur post mor-
9 tem omnium, vel finita generatione † *Decian. dic.*
cons. 73. num. 22. lib. 2. Vnde nulla ratione potest a-
liquod ius competere Ecclesiæ ante completam
tertiam generationem, quæ non potest dici finita,
donec existit aliquis ex acquisitoribus, quorum
omnium mors requiritur, cum in parte consor-
tis alter succedat, late *Gabr. cons. 68. num. 6. & 7.*
lib. 2.

Vltimo non est omittendum, quod sumus in emphy-
10 teusi acquisita ex causa onerosa, † quo casu si con-
cedatur pluribus habet locum ius accrescendi in-
ter eos, cum præsumendum sit stante huiusmodi
onere quod partes voluerint sibi inuicem prospi-
cere, ita vt deficiente vno bona emphyteotica de-
uoluantur ad alium comprehensum, non autem
ad concedentem, donec superest aliquis acqui-
rens & de tertia generatione alterius eorum *Alex.*
cons. 24. ponderatu, n. 6. col. 2. in fin. lib. 5. per tex. in l.
fundus ille, de contract. empt. Bero. cons. 109. nu. 22. li.
1. Honded. cons. 54. n. 29. ad fi. lib. 1. Dec. cons. 73. n. 4.
11 *& 5. lib. 2.* † vbi ampliat, licet causa non esset merè
onerosa, sed quasi lucratiua, cum de ea idem sit
dicendum; quod de onerosa *Bart. in l. maximę, §.*
duob. col antepen. de leg. 2.

Additur etiam, quod sumus in contractu vltro citro-
que obligatorio, in quo semper habet locum ius
12 accrescendi † *l. Iulianus, §. idem celsus ff. de act. emp.*
Cin. in l. vltim. C. de inutil. stipulat. vbi ita declarat
l. cũ fundus, ff. de contrah. empt. & sequitur *Alexand.*
13 *in l. si mihi & Titio, n. 11. ff. de verbor. obligat.* † & in
specie emphyteusis *Dec. cons. 108. ista videtur quæ-*
dam. in fi vers. secundo quia iste contractus. Dec. cons.
73. n. 2. lib. 2. vbi etiam hoc magis colligit esse de
14 mente concedentis tamquam eius interest, † ne bo-
na sua, & census soluendus diuidantur, prout di-
uiderentur, nisi esset locus iuri accrescendi, vltra
aliud interesse, quod si pro parte ad dominum re-
uerteretur emphyteusis, cogeretur habere rem
communem cum emphyteuta, quod non permit-
15 titur *l. si non sortem, §. si centum. ff. de condict. indeb.* †
Et stante interesse quod habeat locum ius accres-
cendi notat etiam *Decia. cons. 108. in fin. vers. quod*
quando agitur.

Quo vero ad aliud dubium, de quo quæritur an si-
mus in emphyteusi hæreditaria videtur conclu-
16 dendum affirmatiue, † cum fuerit concessa Titio
conducenti, & stipulanti pro se, suisque hæredi-
bus, & successoribus, ex quibus verbis colligitur
aditionem hæreditatis esse necessariam ad hoc, vt
competat ius in istis bonis emphyteoticis secun-
dum magis communem & veram opinionem, de
qua late *Couar. lib. 2. var. resolut. cap. 18. colum. 4. in*
princ. vers. idem omnino dicendum, Francisc. Caldas
de nominat. emphyteusis, q. 22. n. 24. fol. 271. Valàs. de
17 *emphyteus. qu. 43. num. 1. in fin.* † Cum etiam in du-
bio semper debeamus iudicare emphyteusim esse
hæreditariam, quasi præsumendum sit aliquem
pacisci filiis vt hæredibus. *Idem Valas. d. qu. 43. nu.*
4. Maxime quia tunc dicitur emphyteusis ex pa-
18 cto & prouidentia, † quando conceditur alicui
pro se & descendentibus, vel pro se & liberis, seu
filiis, non facta mentione hæredum *Iser. Aff. & a-*
liorum dict. n. agitat. vel filiis Pinell. in l. 1. p. 3. n. 84. C.
19 *de bon. matern. Menoch. cons. 202. nu. 33. lib. 3.* † Præ-
sertim quando, prout in casu nostro, verbum hæ-
redibus non est positum in clausulis executiuis
Schrader. de feud. p. 1. c. 3. nu. 20. Caldas de nominat.
emphyteus. q. 22. nu. 30. in fin.

Accedat quod concessio est facta pro hæredibus &
20 successoribus, vnde erit hæreditaria, † cum illa
vox hæredibus, respiciat eos, qui nobis de iure ci-
uili succedunt, vox autem successoribus, respicit
illos, qui de iure prætorio nobis hæredes fiunt,
quare sub hac forma emphyteusim acquirens
procurauit prouidere suis hæredibus, siue de iure
ciuili succedant, siue etiam prætorio, vt latè con-
cludit *Caldas de nominat. emphyt. q. 22. nu. 11. & 12.*
post Alex. cons. 10. n. 10. lib. 3. Paris cons. 1. n. 16. vsq.
ad 20. lib. 1.

Verum quia in eiusmodi emphyteusi datur facultas
21 nominandi vnam personam, † quę similiter aliam
possit nominare casu, quo Titius sine filiis deces-
serit: Ideo circa hoc esset videndum an dicatur
hæreditaria, prout non esse concludit *Caldas de*
nominat. emphyt. q. 21. n. 17. & 48.

Circa alteram dubitationem dicendum est, quod in
vim constitutionis Gregorianæ de iure congrui
22 † possit cogi proprietarius ad affictandum do-
mos, non obstante pacto & pœna in concessione
apposita. cum enim ex præfatione dictæ constitu-
tionis appareat illam principaliter editam ad v-
tilitatem publicam & ciuitatis decorem & orna-
tum, & publicum bonum, non debet considerari
aliquod pactum in contrarium, quod cedit com-
muni & publicæ vtilitati, vt in proposito nostro
notat *Bald. de iur. prothom. not. 2. num. 1.* Maximè
quia in eadem constitutione Gregoriana adest
derogatio cuiuscumque dispositionis etiam iu-
ratæ, & quauis firmitate roboratæ etiam per con-
firmationem Apostolicam cum aliis clausulis am-
23 plissimis, ex quibus † pactum, de quo agimus, nul-
lum effectum operatur, præsertim contra ius pu-
blicum, *l. ius gentium, § si paciscar. & l. inter debi-*
torem, de pact. l. 2. C. de conuenend. fisc. debitor. lib.
10.

EPITOME.

Solemnitas an requiratur in alienatione ter-
tiolarum stantibus stante Paulina. ¶ Et an obstet
iuramentum Episcopi de non alienando incon-
sulto Pontifice. ¶ Et de quibus bonis tale iusju-
randum intelligatur. ¶ Et quando possint dici
tertiolæ modici valoris, & an sit standum Iudicis
arbitrio. ¶ Redactio ad culturam an faciat, vt
non sit augenda pensio, nec vt quis ejiciatur à lo-
catione. ¶ Rector solus an habeat eandem au-
ctoritatem, quam Episcopus cum Capitulo. ¶ A-
lienatio rerum Ecclesiæ in coniunctos alienantis
an sit valida.

SVMMARIVM.

1 *In constitutione Paulina reseruantur casus à iure*
permissi circa alienationem rerum Ecclesiæ.
2 *Solemnitas non requiritur quando alienantur terti-*

la infructuosa. Et quod stante Paulina, ob quam hodie Episcopi iurant non alienare inconsulto Pontifice num. 3. 4. 5. 6. & 16.

7 *Consensus Episcopi illius diœcesis, in qua est sita res alienanda an sufficiat, vel requiratur etiam authoritas Episcopi Ecclesiæ alienantis. n. 8.*

9 *In Ecclesia inferiori non requiritur tractatus, quando res alienatur, sed satis est solum Rectorem consentire, qui habet tantam auctoritatem, quantum Prælatus cum capitulo, n. 10. & 11. Intellige vt nu. 12.*

13 *Iuramentum Episcopi de non alienando inconsulto Pontifice intelligitur de rebus, quæ sunt de mensa, non de bonis feudalibus, & emphyteoticis, nec de terrulis Ecclesiæ onerosis, nu. 14.*

15 *Redactio terrarum ad culturam operatur, vt quis non possit remoueri à locatione etiam temporali, neque augeri pensio.*

17 *Terrulæ modici valoris quæ dicantur, & an sit standum arbitrio Iudicis. n. 18. & 19.*

20 *Dotes antiquæ scutorum mille habebantur pro magnis, hodie autem sunt minima.*

21 *Alienatio rerum Ecclesiæ in coniunctos alienantis est valida.*

22 *Melioramenta sunt reficienda possessori cum titulo & bona fide.*

CAPVT CCCCLII.

PEr Constitutionem Paulinam de qua *in extrauag. ambitiosæ, de reb. eccles. non alienand.* † non
1 conliguntur iura antiqua circa casus ab eis permissos, cum in ea expresse illi reseruentur, vt notat *Alexand. de Meno cons. 30. nu. 3. Marzar. consil. 36. nu. 6. Redoan. de reb. eccles. non alien. q. 35. Alex. Sitaticus in repet. d. extrauag. ambitiosæ, colum. 1. in fin. num. 3. tom. 6. fol. 17.*

Quo stante concludendum est pro validitate con-
2 cessionis in emphyteusim, de qua agimus, † Etenim sumus in terrulis, & rebus siluestribus, sterilibus, & paruæ considerationis, in quibus alienandis non requiritur aliqua solemnitas, quasi in generali prohibitione alienationis de istis non fuerit cogitatum *Gl. in c. 2. in verb. commun. de his quæ fiunt a prælat. sine consil. capit. per text. in cap. terrulas 12. q. 2. & cap. cæterum de donation. Fede. de Sen. cons. 210. nu. 2. in fin. vers. item huiusmodi, & consil. 123 in princ. Calder. consil. 11. de iur. iur. & cons. 7. in fin. de reb. eccles. non alienand. Marzar. cons. 36. n. 6. Nauar. consil. 1. num. 6. lib. 3. p. 1. de feud. Ber. edict. Canophil. in d. extrauag. ambitiosæ, n. 37. vers. quinto fallit, & latius n. 45. & 46. tom. 6. f. 37.*

Neque obstat, quod hodie per *dictam extrauagantem*
3 *ambitiosæ*, omnes Episcopi † iurant non alienare inconsulto Summo Pontifice, quo casu propter iuramentum est necessaria omnino auctoritas Papæ *Imol. in cap. 1. in fin. vt ecclesiast. benefic.* cum aliis per *Alexand. consil. 9. viso themate suprascripto, n. 8.*
4 *lib. 3. Guid. Pap. qu. 249 ad med.* Ita vt † etiam in casibus à iure permissis hodie obstet Paulina, vt per *Prax. Archiepiscop. cap. 75. n. 2. Thesaur. for. eccles. p. 1. c. 15. n. 57. Nauar. de reb. eccles. non alien. num. 14. & consil. 2 eod. tit.* Quia sumus in rebus modicis, vt dictum est, & infructuosis, & nullam commoditatem Ecclesiæ afferentibus, & penitus inutilibus,
5 † ad quæ non porrigitur tale iuramentum, Maximè cum præcesserit causæ cognitio, ob quam per Episcopum fuit data licentia alienandi cum perceptione magni canonis respectu rerum alienatarum; quæ omnia magis faciunt valere contra-
6 ctum, etiam † perpetuæ emphyteusis, non obstante dicto iuramento *Bald. consil. 156. ad med. versic. in contrarium. lib. 1. Ang. Aret. cons. 27 videtur primo, n. 8. Cardin. Thus. conclus. 275. in ver. alienatio bonorum nu. 14. fol. 248. part. 1.* cum aliis per *Guid. Pap. decis.*
7 *156. n. 1.* † Cum etiam non solum fuerit requisitus consensus Episcopi illius diœcesis, in qua sita est res, de qua alienanda actum est, sed etiam cui illud beneficium ad quod eadem res spectat, subiectum est, prout hoc vltimum requiritur *Innoc. in cap. pastoralis, colum. 2. de priuileg. Bald. in l. 1. colum. 1. versic. secundo quæro, Cod. de contrah. empt. & in auth. hoc ius porrectum, n. 5. C. de sacros. eccles. Calde. consil. 10. de rebus eccles. non alienand.* cum aliis per *Schrader. de feud. 2. part. 9. princip. sect. 3. num. 161.*
8 † Et quod Episcopus Ecclesiæ, non Episcopus rerum debeat interponere talem auctoritatem probatur *in authent. hoc ius porrectum, Cod. de sacrosanct. eccles. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tit. 7. lib. 4. num. 37.*

Immo cum non simus in Ecclesia Cathedrali, sed
9 inferiori, tractatus non requiritur, † sed sufficit consensus Superioris, qui in casu nostro interuenit *Gemin. in cap. 1. n. 20. de reb. eccles. non alienand. lib. 6. Rum. cons. 86. in princip. versic. nam ex quo ecclesia, lib. 1. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuention.*
10 *lib. 4. tit. 7. n. 11.* † Nam quando solus Rector reperitur in Ecclesia absque capitulo, ipse in similibus venditionibus habet tantam auctoritatem, quantam habet Prælatus cum capitulo *Glo. in cap. potuit,*
11 *in verb. potuisset, de locat.* † Ideo alienatio facta à Prælato, qui solus est in Ecclesia, non potest impugnari, quod non interueniat tractatus, qui in alienatione rerum Ecclesiæ requiritur *Roman. cons. 36. in princip. Rum. consil. 157. nu. 24. lib. 1. Cardinal.*
12 *Mantic. ibid. nu. 44. & 45.* † vbi tamen requirit etiam consensum Superioris, seu Episcopi, de quo constat in casu nostro *Mandos. latè ad Rom. dicto consil. 36. in verb. potuit, ad med. Franc. in c. 1. nu. 24. de reb. eccles. non alien.*

Præterea, quamuis auctoritas Papæ sit necessaria, cum Episcopi iurent non alienare inconsulto Ro-
13 mano Pontifice † *Inno. & Host. in c. super. de reb. eccles. non alienand.* Tamen hoc iuramentum intelligitur de rebus, quæ sunt de mensa, id est quæ pertinent ad proprietatem, & vsum Ecclesiæ Episcopalis, & ideo non habet locum in bonis feudalibus, & emphyteoticis *cap. 1. de feud. Bald. in auth. hoc ius porrectum, sub n. 5. col. vlt. in princ. vers. veritas est in contrarium, C. de sacros. eccle. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. tit. 7. lib. 4. num. 42.*

Accedat, quod vltra exiguitatem terrarum, de quibus agimus, sumus in rebus non solum inutilibus,
14 sed etiam onerosis Ecclesiæ, † quæ plus incommoditatis afferebant, quam commoditatis, & erant maioris sumptus, quam reditus, quarum alienatio Episcopo permittitur etiam sine solemnitatibus, cum iuramentum non extendatur ad grauamen Ecclesiæ, nec ad illud, quod est in eius detrimentum, vt latè post *Host. Cardinal. Feder. de Sen. Henric. Boic. & alios* concludit *Guid. Pap. quæst. 156 per tot.* Prout bene expertus est emphyteota, qui ad reducendum istas terras ad culturam, fecit maiorem impensam, quàm sit valor prædij sibi concessi, ita vt possit dici, quod materiam superauit opus, quod est considerandum per Iudicem,
15 † cum ista redactio ad culturam operetur, vt quis non

nō ..ſſit remoueri à locatione, quamuis illa eſſet temporalis, neq; augeri penſio, *Bart.in l.quicumque,in .. nu.4. C.de omni agro deſerto,lib.11.& in l. cognomines,nu.2.C.de municip & colon.patrimonialib.eod lib. Caſtr conſ.387.per ſupraſcriptum dominum,n.t lib.2.*
16 Et † ſtante exiguitate terrarum tollitur omnis difficultas, cum etiam poſt Extrauagantem ambitioſæ poſſint iſtæ terrulæ alienari etiam ſine aſſenſu Papæ, *Prax. Archiepiſc.c.7.n.3.*
Neque eſt dubitandum nos eſſe in terris exiguis &
17 modici valoris; † Nam quamuis *Gloſſ.in d.c.terrulas 12.q.2.* reſtringat iſtam modicitatem ad ſolidos viginti, quod interpretantur Doctores ad viginti aureos, juxta *Gl.in l.fi.in verb.aureos,de in ius vocand Redoan.de ſimon.mentali,p.2.c.23.n.3.tom.15.*
18 *p.2.fol.73.* † Tamen verior eſt opinio, quod hoc remittatur arbitrio Iudicis, qui attendere debet conſuetudinem terræ, & facultatem rei datæ, ac venditæ, juxta *c.cæterum,de donat.* vt declarat *Archid.in c.ſi quos,n.3.poſt med.12.q.2.& in d.c.terrulas,in glo.1.n.1.Hoſt.in ſumma de his quæ fiunt ab epiſc.ſin.conſ.capit.§.vlt.in princ.verſ.vel melius dic. n.1 .offred in ſumma,eod tit.§.in ſumma notandum eſt,n.7. late Pened.Canophil.in repet.extrauag.ambitioſæ,n.46 cum ſeq. de reb eccleſ.non alien.tom.6.*
19 *fol.57.* † Et quidem Iudex debet hoc arbitrari, cum æſtimatio prædij, de quo agimus, quamuis aſcendat ad ſummam ſcutorum quinquaginta, tamen detracta æſtimatione partis incultæ, illa quæ remanet non erit niſi ſcutorum quadraginta, quæ ſumma poteſt dici modica ex ſupra adductis, maximè quia ſi habebatur pro re parua prædium valoris aureorum viginti temporibus Gloſæ. multo magis erit modicum, inſpecto tempore præſenti .. quod eſt valoris ſcutorum quadraginta, cum omnes norint ſecundum tempora antiqua magis æſtimari ſcuta viginti, quam hodie quadraginta:
20 .. ideò dicimus, quod dotes exiſtentes in ſcutis mill.. prius habebantur pro magnis, cum de præſenti reputentur pro minimis, *Roland conſ.15. nu.19.lib.4. Menoc.de arbitr.caſ.149.n.40.lib.2.Theſaur.deciſ.192 num.6.* & ita intelliguntur *Bald.& Fulgoſ.* de quibus per *Siluan.conſ 2. & per Burſatt. conſ.223.n.* 8.
Nec facit, quod conceſſio fuerit facta in conſanguineos, quia ſtante iuſta cauſa alienationis, & aliis
21 ut ſupra adductis, † potius illa toleratur quando fit in coniunctos, quam ſi fieret in extraneos, vt latè concludit *Menoc.conſ.79.n.18.lib.1.* cum aliis per *Alex.Stiatic.in extrauag.ambitioſa,n.13.* vbi etiam atteſtatur ita hodie ſeruari de conſuetudine, *Imol. in c.vt ſuper,num.18. de reb.eccleſ.non alien.* vbi de communi, & ibi etiam *Abb.num.18.& 19.Bald.in auth quibuſcumque, ad med.n.4. C.de ſacroſ.eccleſ. Card.conſ.34.in fin. Feder.conſ.110.nu.2.* latè *Rota diuerſ.deciſ.18.n.9.p.2.* vbi de magis communi, & dixi *ſup.c.402.*
Ex prædictis etiam colligitur deducenda eſſe melioramenta tam neceſſaria, quàm vtilia ſtante bona
22 fide, & titulo poſſeſſoris, † ſiue ille ſit directus, ſiue vtilis, *l.colonus,in princ.ff.locat. Doctor.in l.ſenatus,§.marcellus,de leg.1. Iaſ.in l.2.n.27. de iur.emphyt.& in auth.qui rem,col.penult. ad med.nu.18.in gloſ.fi.C.de ſacroſ.eccleſ.Decia.conſ.518.viſo inſtrumento,nu.2.ad med.* latè *Menoch.de recuper.poſſeſſ. remed.15. n.500.vſque ad 507.& nu.517. poſt Bart. & alios in l.in fundo,n.7. de rei vendic.* Quamuis hodie non ſit quærendum de melioramentis, cum conceſſio in emphyteuſim fuerit juridica, neque adſit aliqua nullitas ſub prætextu ſolemnitatis omiſſæ, ſtante conſenſu Epiſcopi, qui poterat ſolus alienare abſque beneplacito Apoſtolico ex cauſis ſupra allegatis.

EPITOME.

Theſaurus an acquiratur in totum emphyteutæ, ſiue per ſe ipſum inueniat, ſiue per operarios, & an debeat interuenire realis apprehenſio; vel ſufficiat ſola intentio, ſi inuentor demonſtrauit animum acquirendi. ¶ Et quid in ſtatuis, & lapidibus, vel puteolanæ, arenæ, & cretæ fodinis, vel auri, & argenti, vel cuiuſvis alterius materiæ. ¶ Et an iſta ſint in fructu, & æquiparentur theſauris, ita vt in eis præferatur vtilis dominus directo. ¶ Et an ſit admittenda diſtinctio quod ſint naturę renaſcentis, nec ne. ¶ Emphyteuta an habeat ius magis plenum, quam vſufructuarius. ¶ Et an ei competat vendicatio tanquam domino fundi, ita vt dominus directus illum ingrediens, dicatur ingredi locum alienum. ¶ Superficies prædiorum an debeat eſſe libera emphyteutæ vſque ad cœlum, & quid in eo, quod eſt ſubtus terram vſque in profundum. ¶ Sciens theſaurum eſſe in prędio, & illum accipiens in emphyteuſim, vel emens à domino ignorante, an in totum ſibi acquirat, vel contra eum detur actio doli, vel remedium, *l.2.C. de reſcind.vend.* ¶ Extraneus inueniens theſaurum in fundo emphyteotico an debeat partiri cum domino vtili, non habita conſideratione directi. ¶ Et quis eorum ſit præferendus in commoditatibus & fructibus fundi.

SVMMARIVM.

1 *Habens vtile dominium præfertur domino directo in effodiendo lapides, & puteolanam, vel ſimilia tanquam ſint fructus emphyteuſis, qui ſpectant ad emphyteutam, n.2.13.& 22.*

3 *Emphyteuta æquiparatur vſufructuario, immo habet ius magis plenum, n.20.etiam non finiturum morte, num.21.*

4 *Commoditas, & vtilitas fundi ſpectat ad dominum vtilem non directum, qui ſolum habet nudam proprietatem abſque fructu.*

5 *Theſaurum acquiritur in totum emphyteuta, nu.6. Contrarium nu.16.17.& 18. Sed prima opinio eſt verior, num.19.& 23.*

7 *Statua, & lapides, ac ſimilia æquiparantur theſauro. Nec approbatur diſtinctio an ſint naturæ renaſcentis nec ne, nu.12.*

8 *Emphyteuta habet vendicationem, & dicitur dominus fundi.*

9 *Dominus directus ingrediens fundum domini vtilis dicitur ingredi locum alienum.*

10 *Superficies prædiorum debet eſſe libera emphyteutæ vſque ad cœlum, prout quod eſt ſubtus terram vſque in profundum, nu.11.*

14 *Dominus directus transferens in emphyteutam omnia iura nullo ſibi reſeruato, præter canonem cenſetur dediſſe omnes commoditates, & alia quæcumque ex fundo percipienda.*

15 *Pactum non debet ſtare ſine virtute operandi, ſed extendi ad ea, quæ non venirent de iure communi.*

24 *Theſaurus ſpectat in totum ad emphyteutam, quamuis non interuenerit realis apprehenſio, cum ſufficiat ſola intentio, quando tamen inuentor demonſtrauit animum acquirendi.*

25 *Emphyteuta acquirit in totum thesaurum siue inueniat per operarios siue per seipsum, dummodo non arte mala & legibus reprobata, qui tunc erit fisci.*

26 *Sciens thesaurum esse in feudo, & illum accipiens in emphyteusim, vel emens à domino ignorante in totum sibi acquirit, nec datur aliqua actio de dolo domino directo, nec remedium,* l.2. C.de rescind. vendit.

27 *Extraneus inueniens thesaurum in fundo dato in emphyteusim, seu in feudum debet partiri cum domino vtili, non habita consideratione directi.*

CAPVT CCCCLIII.

DOminum directum dixi in casu mihi proposito non habere aliquod ius effodiendi lapides, & puteolanam, vt vulgo dicitur in loco dato in emphyteusim habenti vtile dominium,
1 †Etenim arenæ, vel cretæ fodinæ, vel argenti fodinæ, vel auri, vel cuiusvis alterius materiæ habentur in fructu, & tanquam fructus emphyteusis considerantur, *l.diuortio* 8. *§.si vir in feudo, ad*
2 *fin. ff. solut. matrimon.* †Vnde sequitur quod illi spectent ad emphyteutam, *l.ex diuerso, §.1.de rei vendicat. Corbul. de priuat. ob non solut. canon ampliat.38.n.4.ad med.*† Cum etiam emphyteuta æquiparetur vsufructuario, immo maius ius habet, quam vsufructuarius, *Gloss.in cap.1. §.è contrario, in verb.meliorem, de inuestitur.de re alien.fact.Soci. consil.167. non inutilis quæstio. colum.5. in princip.*
4 *num.20.lib.2.* †Præsertim quia omnis vtilitas & commoditas fundi non pertinet ad dominum directum, sed ad eum, qui habet vtile dominium, quod dicitur tale secundum vtilitatem, cum directum consistat in sola nuda proprietate absque aliquo fructu, *Petr.Gregor.Tholos.in syntagm.iur. lib.1.cap.12.num.7. Mising.in rubr.instit.de rerum diuis.nu.16.*

Ideo thesaurus per emphyteutam inuentus in agro
5 emphyteotico in totum sibi acquiritur, † quasi dicatur repertus in fundo suo absque eo, quod aliquid communicetur domino directo, *Ioan.Fab. & Aret. in §.thesauros, instit.de rer. diuis. Gugliel. Bened.in cap.rainutius, in verb.& vxorem nomine adelasiam, decis.4.n.5.fol.91.de testam.Bursatt.consil.*
6 *209.n.5.lib.2.* † Et quidquid alij contrarium sentiant, de quibus per *Guter.de tutel.part.3.cap.26.* Ista est verior, & magis communis opinio, & à Rota approbata, vt latè per *R.P.D.Manzaned: Romana lapidum & statuarum,*14.*Maij* 1612.†Vbi
7 etiam quod omnes statuæ, lapides, & similia sunt emphyteutæ, non domini directi, cum inuentio huiusmodi rerum æquiparetur inuentioni thesauri absconditi in agro, argum.*l.nunquam, ff. de*
8 *acquir.rer.domin.* † Cum etiam emphyteuta habeat actionem in rem, & per consequens vendicationem, & sic dicitur fundus esse suus, & ipse est dominus *Aret.in §.thesauros, nu.2. instit.de rer. diuis.per l.possessores, in fin. C.de fund.patrim.lib.11. & l.quintus, la 2.§.argentum, & §.cui legatum, de aur.& arg.leg. l.solum, §.meum, de rei vendic. l.1.in*
9 *fi.ff.de ager.vectig.vel emphyt.peta.*† Ideo dominus directus ingrediens feudum possidente eo, cui concessit, dicitur ingredi locum alienum, quidquid diuersum sit alio possidente, vt distinguit *Ang.in addit.ad Bart. in l.vnic.n.9.C.de thesau.per text.in l.1.§.quod autem, ff.de superficiebus.*

Et minus erit permissum Domino directo effodere huiusmodi lapides, & arenas in feudo concesso in
10 emphyteusim, † cum superficies istorum prædiorum sicut debet esse libera emphyteutæ vsque ad cœlum, *l.altius, C.de seruit. l.fi.in princ.ff.eod.tit.l.*
11 *si vitem, §.penult. ff.quod vi aut clam.* † Ita etiam debet esse liberum eiusdem emphyteutæ subtus terram vsque in profundum, & ex parte inferiori in dicto fundo facere quidquid vult *Cepoll.de seruit.vrban.prædior.cap.45. nu.2. Petr.Greg.Tholos. syntagm.iur.lib.4.cap.7.n.25.per l.venditor 14.§.si constat, ff.commu.prædior.*

Neque est admittenda distinctio illa, an lapides, &
12 alia huiusmodi, quæ excauantur, † sint naturæ renascentis necne, quasi marmor non sit in fructu, nisi quando renascitur: Quia licet non sint propriè fructus, tamen habentur loco fructuum, obuentionum, & commoditatum, & per consequens emphyteota & alius, qui fructibus frui debet, fruetur etiam prouentibus, atque commoditatibus
13 ad eum spectantibus, † vt declarat *Ludou.Molin. de primog.hispan.lib.1.cap.23.col.4. in princip.vers. nec obstat, nu.9.per text.in l.si vsufructu legato, ff.de vsufr.legat.l.item si fundi, ff.eod.*& sequitur *Barbos. in l.diuortio, §.si vir in fundo, nu.9.in princ ff.soluto matrim. Garzias de expensis, cap.22.n.47, vers.tertia, Guter.de Gabell q.36.n.16.*

Quæ magis procedunt in casu de quo agimus, cum vltra ius commune adsit conuentio Domini directi, qui in concessione, & inuestitura facta de huiusmodi bonis transfert omnia iura vtilia in emphyteotam nullo sibi iure reseruato, præterquam
14 canone, & directo dominio, † Ita vt ista exceptio magis firmet omnia alia iura competentia habenti dominium vtile, *l.nam quod liquidè, §.fi.de pen. legat. l.quæsitum, §.denique, in fin. de fund.instruct.*
15 † Cum etiam pactum non debeat esse sine virtute operandi etiam vltra ius commune, extendendo quoque illud vltra ea quæ aliàs non venirent, *l.si quando, in princ.ff.de leg.1.Castr.consil.57.primo videndum, col.1.lib.1.*cum aliis per *Aym.consil.135.nu. 14.post Oldrad.consil.300.col.fi.*

Addendum est tamen his quæ dicta sunt de thesauro, quod multi tenent illum cedere proprietario
16 † per text.in *l.si is qui, §.si communis seruus, versic.*
17 *nec est dubium, ff.de acquir.rer.domin.* † quasi thesaurus non sit in fructu fundi, *l.diuortio, §.si fundum, ff.solut.matrim.* prout per prædicta ita con-
18 cludit *Peregrin.de iure fisc. lib.4. tit.2.in fin.* † Vel saltem quod emphyteota pro suo vtili dominio consequatur dimidiam, relicta alia dimidia Domino directo iuxta opinionem, quam dicit æquiorem *Valasc. de iur. emphyt. & ibi Rutger. Rulant.q.14.n.1.ante fi.post Nauar.in manual.c.17.nu. 173.Garz.de expens.cap.21.nu.31.*

Sed non est discedendum à prima sententia supra firmata, quod videlicet Thesaurus sit in totum
19 emphyteotæ, † cum vltra auctoritatem Rotæ, adsit ratio, nam quamuis emphyteotæ, & feudatarij æquiparentur vsufructuariis, *l.1.§.quod ante, de superfic. Rim.Sen.consil.426.nu.7.lib.3.* ideo illis non deberet dari thesaurus in totum, cum non sit in
20 fructu, vt dictum est: † Tamen plus habent quam vsufructuarij, tanquam habeant dominium vtile,
21 *l.1.ff.si ager vectig.c.1.de inuestit.de re alien.*† Immo habent etiam ius non finiturum morte, sicut est ius vsufructuarij, *§.finitur, instit.de vsufr. Ias.in l.1.*
22 *nu.79. C.de iur.emphyt.* † Vnde merito acquiretur eis the-

cis thesentus in totum, cum etiam eorum dominium vtile quo ad vtilitatem profetatur directo, prout per huiusmodi rationem concludit *Rosent. de feud. cap. 5. conclus. 93. post Isern. in cap. 1. num. 93. vbi Alua rot. nu. 8. Proposit. nu. 7. qua fiat rogal. cum*
23 *aliis per Valasc.* † qui de magis communi testatur *de emphyt. qu. 15. in princ. Cassan. super consuet. Burgund. tit. iustices, §. 1. nu. 12. fol. 86. Io. de Plat. in vnic. C. de thesaur. lib. 11. Wesemb. de feud. cap. 12. num. 5. Castr. cons. 353. lib. 1.*

Quæ adeo vera sunt, vt sufficiat sola intentio, quamuis non interuenerit realis apprehensio thesauri,
24 † dummodo tamen inuentor demonstrauerit animum acquirendi, *Socin. in l. 3. §. Neratius, nu. 6. de acqu. possess. Herman. Dec. in l. 1. n. 61. eod. tit. Auendan de exeq. mandat. c. 4. n. 33. p. 1.* Et ita decla-
25 rat *Valasc. de iur. emphyt. q. 15. n. 2. in fin.* † vbi etiam subdit non esse curandum, an thesaurus reperiatur per famulos, & operarios, seu per ipsummet emphyteotam, cum idem sit, Dummodo non reperiatur arte mala, & legibus reprobata, quia tunc fisco addicitur, *l. 1. de iur. fisc. l. nemo, C. de malefic. Nauar. in manual. c. 17. n. 176.*

Immò quamuis sciens thesaurum esse in feudo em-
26 phyteotico reconditum, † & illum accipiat in emphyteosim, vel emat à Domino ignorante etiam sibi in totum acquiret, nec Domino directo dabitur aliqua actio de dolo, seu remedium, *l. 2. Cod de rescind. vendit.* quasi emphyteota seu emptor non habeat thesaurum ex emptione, seu ex vi contractus emphyteotici, sed ex ratione inuentionis, & sic ex causa, & titulo diuerso, *Valasc. de emphyt. q. 15. nu. 5. & 6. post Rom. in l. si quis cum alter, de verb. oblig. Ias. in l. 3. §. Neratius, nu. 8. de ac-*
27 *quir. possess.* † Ita vt etiam si extraneus inuenitet thesaurum in feudo emphyteotico, & feudali debeat partiri cum domino vtili nulla habita consideratione directi, cui semper in concursu præfertur vtilis, *Ang. in §. thesauros, nu. 1. instit. de rer. diuis. Valasc. de emphyt. q. 15. in fin.*

EPITOME.

Pensio an sit soluenda si non fuerit capta possessio beneficij non obstante obligatione camerali iurata cum clausula Habita, vel non habita possessione, si fuerit soluta per duos aut tres annos. ¶ Et quid si adsit cedula cum obligatione ad tempus. ¶ Vel non probentur diligentiæ. ¶ Et quomodo de illis debet constare. ¶ Et an requiratur persecutio, & finis litis. ¶ Obligatio ad fauorem nominati in pensione quando sit extendenda ad translatarios. ¶ Actio an detur ei cuius contemplatione actus geritur, vel nominato.
¶ Pensio si est reseruata ad fauorem Itali an obligationes tendant ad eius commodum, vel ad vtilitatem Hispani in cuius persona fuit posita. ¶ In translatione pensionis, & censos an remaneant obligati primi fideiussores. ¶ Appellatio an detur in pensionibus. ¶ Et an debeant solui non existenti in possessione exigendi, si excipiatur de nullitate, quæ oritur ex ventre litterarum expeditarum. ¶ Pensiones confidentiales quomodo sint probandæ. ¶ Clausula Habita vel non habita, an differat à clausula quod non possit cedi, aut resignari beneficium, nisi prouisus dederit similes fideiussores, ita vt sufficiant diligentiæ factæ per resignantem contra resignatarium, vt soluat pensionem. ¶ Gratia reseruationis pensionis an sit iustificanda per pensionarium, quando titularis consensit pensioni.

SVMMARIVM.

1 *Cedula bancaria habet executionem paratam.*
2 *Appellatio non datur in solutione pensionis.*
3 *Pensio debet solui quamuis quis non sit in possessione exigendi quando litteræ sunt expeditæ non obstante exceptione nullitatis.*
4 *Pensio non est soluenda in benignitate Rotæ quamuis adsit obligatio cameralis iurata cum clausula Habita vel non habita possessione, si prouisus non potuit habere possessionem beneficij, & soluit per duos aut tres annos. Intellige dummodo non adsit clausula, in qua contineatur obligatio ad tempus, quia pro illo tempore debet solui, n. 5. 6 & 7.*
8 *Clausula Habita vel non habita, non operatur si non constat de diligentiis, & de lite, & quod in ea titularis succubuerit, & nu. 11. Et quales debeant esse ista diligentia, num. 12.*
9 *Lis non dicitur finita nisi post sententias executioni demandatas.*
10 *Dubius est euentus litis.*
13 *Possidere dicitur qui non probat se fecisse diligentiam pro possessione adipiscenda, & idem in negligente illam recuperare.*
14 *Obligatio ad fauorem nominati in pensione extenditur ad translatarios.*
15 *In translatione pensionis de vno beneficio in aliud remanet eadem obligatio, nec liberantur fideiussores. Idem in censu translato, nu. 16.*
17 *Actio datur ei, cuius contemplatione actus geritur, non autem nominato, nu. 18.*
19 *Pensio si est reseruata ad commodum Itali, omnes obligationes tendunt ad eius fauorem, non ad vtilitatem Hispani in cuius persona erat posita.*
20 *In pensionibus confidentialibus sufficit ostensio illius facta Iudici absque eo quod detur copia, & aliter non constet.*
21 *Confessio præiudicat confitenti.*
22 *Clausula Habita vel non habita, an differat à clausula quod titularis non possit cedere beneficium aut resignare nisi prouisus dederit similes fideiussores, ita vt sufficiant diligentia facta contra resignatarium, vt soluat pensionem, & nu. 23.*
24 *Gratia reseruationis pensionis non est iustificanda quando agitur inter pensionarium, & titularem, qui consensit pensioni, & inualiditas illius debet probari per titularem.*

CAPVT CCCCLIV.

NOn est locus appellationi in casu proposito, quia agitur vigore cedulæ bancariæ, quæ
1 habet de per se executionem paratam, † & habetur pro publicis instrumentis, & sententiis transactis in iudicatum *Bald. consil. 348. facta fuerunt colum. 2. ante fin versic. eo modo visis, n. 4. lib. 1.*
2 *Rot. Genuens. dec. 11. nu. 9. & decis. 126. n. 8.* † Cum etiam dicta cedula sit facta pro solutione pensionis, in qua non datur appellatio suspensiua, sed cum clausula Sine retardatione solutionis *Gig. de pension. q. 35. in fi. n. 9.* cum aliis per *Paris. de resigna.*
3 *lib. 6. q. 2. num. 153.* † Vnde prius est soluenda pensio etiam si dominus non esset in possessione exigendi, quando litteræ sunt expeditæ non obstante

exceptione nullitatis, quæ orietur ex ventre lit-
teratum, cum contrarium probari possit iuxta
*decis.Rot.diuers.*301.*p.*1.

Non obstat quod denegetur solutio residui cedulæ
sub prætextu, quod prouisus non potuerit adhuc
4 consequi possessionem,†quo casu ex benignitate
Rotæ est satisfactum clausulæ Habita vel non
habita possessione, si ostendatur solutio duorum
aut 3. annorum, quamuis adsit iuramentum & o-
bligatio cameralis, *Aug.decis.*305.*lib.*1.*Rot.coram
Sanctis.Placentin.pensionis*, de qua inter *dec.diuer.*
699.*n.*2.*p.*1. *& coram Cardin.Seraphino Placentina
pensionis*, de qua in *d.Rot.diuers.decis.*128.*nu.*1.*p.*1.
cum aliis per *Moder.de clausul.in verb.habita vel
non habita,claus.*55.& multa adducit *Paris.de resi-
gnat.benefic.lib.*6.*q.*2.*n.*145.*vsque ad* 149.

Quia dicta interpretatio fundata est in benignitate
5 Rotæ, quæ non habet locum, † quando fuit data
cedula cum obligatione de soluendo certam
quantitatem, prout est in casu de quo agimus,
quasi tunc non fuerit habitus respectus ad posses-
sionem beneficij, & ad fructus inde recolligen-
dos, sed solum ad illam quantitatem expressam,
6 †quæ debet solui durante tempore conuento, *Rot.
coram R.P.D. Oradino Connerarum pensionis de
Cordellis*, 13.*Iunij* 1565. quod etiam colligitur *ex
Rot.coram Cardin.Seraph.Placentina pensionis*,19.
Nouembris 1569. de qua inter *decis.diuers.*128.*n.*2.
7 *p.*1.† vbi consideratur mens contrahentis, de non
soluendo perpetuo pensionem non adepti bene-
ficij, quasi illud sit maius præiudicium tanquam
perpetuum, quod non est in temporali obliga-
tione, & pro certa quantitate, de qua in casu no-
stro tanquam minus præiudiciali.

Præterea non de diligentiis requisitis per Rotam ad
8 hoc vt habeat locum dicta interpretatio,†neque
enim sufficit litem adesse, ob quam possessio non
fuerit capta, sed requiritur, quod titularis etiam
in lite bona fide succumbat, non aliàs cessat be-
nignitas Rotæ, & clausula Habita vel non habita,
extenditur vltra dictos duos, aut tres annos, *Rota
coram Cardin. Seraphino Tarraconens. pensionis*,
29. *Aprilis* 1596. de qua per *Modern. claus.*55.
*num.*2.

Ideo docendum fuisse latas sententias, & illas exe-
9 cutioni demandatas ad hoc, † vt dicatur lis finita,
*l.causas,C.de transact.Cassad.decis.*6.*super reg.Pa-
ris.cons.*30.*nu.*35.*lib.*4. *Mand.reg.*33.*q.*27.*col.*1.*ad
med.vers.ad propositum quæsitum.* Cum aliàs esset
in potestate prouisi semper excludere pensiona-
rium per solam litem ab eo non prosecutam, cu-
10 ius † est dubius euentus vsque ad illius termina-
11 tionem,*l.quod debetur,ff.de pecul.*†vel saltem do-
cendum est de diligentia pro possessione adipis-
12 cenda, *Rot.decis.*699.*part.*1.*n.*2.† Quamuis quæli-
bet diligentia sufficeret ab habente nudum no-
men in re pro adeptione possessionis, maximè in
re difficilis probationis, vt in partibus regni pro-
pter pragmaticas, & illarum seueritatem, quæ e-
xecutioni demandantur, quod facit, vt tunc quæ-
libet diligentia habeatur pro plena probatione
tanquam simus in re satis verisimili, *Rota diuers.*
13 *d.decis.*699.*nu.*2.*par.*1. † Et faciunt multa, de qui-
bus supra *cap.*223.quæ requiruntur circa proban-
dam diligentiam pro possessione adipiscenda,
cum ea non probata quis dicatur possidere, prout
etiam idem est in recuperanda possessione, quam
si quis negligat recuperare non excusatur, & te-
netur soluere, *Odd.de restit.in integr.part.*1.*qu.*57.
*art.*2.*num.*9.

Minus obstat, quod cedula sit soluenda Ioanni &
eius translatariis, Quia fuit facta alia translatio
per Papam, etiam cum consensu illius in perso-
nam Pedres cum omnibus obligationibus, & de-
14 cretis, † Vnde succedit etiam obligatio, & actio
ad illius fauorem, nam translatio pensionis de-
bita vni personæ, si in aliam transferatur non di-
citur nouum grauamen quo ad debentem solue-
re, sed est quædam delegatio solutionis alteri fa-
cienda, ideò obligatio ad fauorem nominati in
pensione extenditur ad translatarios, *Paris.con-
sil.*5.*n.*86.*lib.*4. *Rot.coram R.P.D.Corduben. Sego-
15 bien.pensionis*, 20.*Maij* 1598. † Prout dicimus de
translatione pensionis de vno beneficio in aliud,
in quo remanet eadem obligatio in eodem statu
ad fauorem pensionarij, cum non agatur de no-
ua obligatione inducenda, sed de veteri conser-
uanda, *Rot.coram R.P.D.Ludouisio. Romana cen-
sus*, 10.*Iunij* 1603.*& per Cardin.Pamphil.Asculana
16 pensionis*, 1.*Februar.*1595.Quemadmodum,† etiam
in censu translato de vna re in aliam, qui iudi-
catur ac si à principio fuisset factus in bonis
subrogatis, Vnde remanet prima obligatio, ne-
que liberantur fideiussores, *Rot.coram R.P.D.Lu-
douisio Romana census*.10. *Iunij* 1603.

Et quamuis etiam in cedula adesset alius nomina-
17 tus, tamen daretur ei actio, † cujus contempla-
tione actus geritur, non autem nominato, *l.sicui,
leg.§.si titio, vbi Ias.n.*3.*de leg.*1.*Imol.in l.filiofami-
lias,n.*2.*in vlt.notab.de cond.& demonstrat.*cum a-
liis *per Monter.dec. Arag.*36.*num.*1.*cum seq.*& be-
ne declarat *Bald.in l.cum precibus, in fi.vers.quan-
18 do simulatio,& ibi Salic.n.*1.*Cod.de probation.*† vbi
quod in actu, in quo supponitur nomen vnius vi-
ce alterius, cuius contemplatione fuit negotium
gestum, & ad quem spectat commodum illius,
valebit actus, & ex eo acquiritur ius & actio per-
sonæ contemplatæ, & non fictæ, quasi tunc simu-
latio sit tantùm respectu personæ, *Franc.Marc.
dec.*45.*par.*1. & est decisio *Rot.coram R.P.D.Dec.
Placent.bonor.*13.*April.*1584.*& Romana Societatis*,
24.*Nouemb.*1596. *& coram R.P.D.Corduba.Sego-
19 bien.pensionis*, 20.*Maij* 1598. † vbi ex hoc in pro-
posito nostro concluditur, quod quando pensio
est ad vtilitatem Itali, obligationes & fideiussio-
nes cum earum viribus, & efficacia tendebant ad
illius commodum, non autem ad vtilitatem Hi-
spani, in cuius persona erat pensio, quasi talis sit
nudus minister habens solum nomen, quod non
attenditur: Gonz.qui alia similia adducit *ad reg.*
8.*Cancell.gloss.*34.*n.*115.*&* 116.*latè Paris.de resigna.
benefic.lib.*6.*q.*4.*nu.*61. & multa ad materiam ista-
rum pensionum *Rot.diuers.*399.*p.*1. *Germon.de in-
dult.Card.§.si vero illa,nu.*56.*cum seq.*

Nec facit, quod de tali translatione non constet in
actis, Quia in istis pensionibus confidentiariis suf-
20 ficit †ostēsio illius facta Iudici de ordine Sanctis-
simi, qui prohibet dari copiam de ea, quod est in
Curia notissimum, Vltra quod Aduersarius decla-
rauit, quod de illa non controuertitur tanquam
21 ab eo visa & lecta, quæ confessio illi præiudicat
*Rol.consil.*71. *num.*45. *lib.*2. *Surd.cons.*151. *num.*39.
*lib.*2.

Addendum est etiam circa ea, quæ supra dicta sunt
de clausula Habita & non habita, quod quicquid
22 de illa sit † non est idem seruandum de clausula,
quod

quod titularis non possit cedere, aut resignare
beneficium, nisi prouisus dederit similes fideius-
sores ad fauorem pensionatij, Nam diligentiæ
sufficiunt in terminis clausulæ Habita, vel non
habita ab excusandum titulares, & illius fideius-
sores ab vlteriore solutione pensionis, cum non
sit in potestate eiusdem titularis consequi posses-
sionem beneficij, super quo fuit reseruata pensio.
23 † Quod non est in alia clausula, in qua non de-
bent sufficere diligentiæ factæ per resignantem,
ac illius fideiussores contra resignatarium, vt pen-
sionem soluat pensionario, cum fuerit in eius po-
testate beneficium grauatum pensione non resi-
gnare, nisi prius cautelato ipso pensionario iuxta
formam suæ obligationis, quam cum non serua-
uerit, non est inconuiens vt damnum sentiat sua
culpa causatum, vnde tenebitur ad soluendum
pensionem, vnà cum eius fideiussore non secus ac
si non resignasset, non obstantibus diligentiis, vt
in specie fuit decisum per *Rot. coram R.P.D. Lit-*
24 *ta. Abulensis pensionis* 27. *Ianuary* 1600. † Cum e-
nim agatur inter pensionarium ac eum qui reser-
uationi pensionis consensit, & illius fideiussores,
& resignatio habeatur pro non facta quo ad hunc
effectum, non est iustificanda gratia, quam num-
quam pensionarius tenetur iustificare quando re-
seruatio pensionis est pura, & titularis illis con-
sensit, cui incumbit onus probandi nullitatem, &
inualiditatem reseruationis *Guidobon. decis.* 245.
Rot. coram R.P.D. Robusterio. Valentina pensionis
17. *Iuny* 1585. *& coram R.P.D. Gypsio Salamantina*
pensionis 26. *Martij* 1593. *& coram R.P.D. Litta.*
Abulensis pensionis 27. *Ianuar.* 1600.

EPITOME.

Dos an sit restituenda vxori stante sententia separationis tori, vel potius debeant præstari alimenta. ¶. Monachos expulsus an recuperet omnia sua bona. ¶. Maritus an perdat lucrum dotis eiciendo vxorem ¶ Virtus sententiæ quando sit suspensa per appellationem. ¶ Instrumenta dotalia an habeant executionem de iure communi. ¶ Notarius an habeat facultatem faciendi præcepta guarentigiæ. ¶ Et an illa tribuant executionem instrumentis. ¶ Et quid sit probandum, vt talis executio competat. ¶ Clausulæ, Quorum interest, & Generalis contra, quid operentur. ¶ Interusuria dotis an censeatur remissa, si fuerit facta quietantia sortis principalis. ¶ Et an in hoc aliquid operetur protestatio. ¶ Fructus dotales an debeantur officio Iudicia mercenarij. ¶ Solutio an possit fieri illi, ad cuius fauorem actio dirigitur.

SVMMARIVM.

1 *Executio transumpti non datur si fuit extractum absque citatione partis.*
2 *Clausula Generalis contra, reseruat ius ad opponendum quocumque tempore, & habet vim oppositionis in specie. & nu.* 3.
4 *Non potest agi nisi prius docto de adimplemento.*
5 *Dos est restituenda per maritum, stante sententia separationis tori. Contrarium quod solum sint præstanda alimenta. nu.* 8. *Sed prima opinio est verior. num.* 9. *&* 13.
6 *Monachus expulsus sine causa recuperat omnia sua bona.*
7 *Maritus perdit lucrum dotis eiiciendo vxorem absque causa.*
10 *Dos dicitur proprium patrimonium mulieris.*
11 *Commodum dotis spectat ad virum, si sustinet onera matrimonij, secus si vxorem expulit sine causa, numero.* 12.
14 *Virtus sententiæ est suspensa per appellationem. Intellige vt num.* 15.
16 *Instrumenta etiam dotalia non habent executionem paratam de iure communi. n.* 17.
18 *Clausula guarantigia dat executionem instrumentis: Declara dummodo constet notarium habere facultatem faciendi similia præcepta guarantigia. n.* 19: *Ampli a vt etiam sit probandum, quod notarius sit matriculatus in loco, vbi similia præcepta ponuntur, num.* 20.
21 *Facultas guarantigiæ non datur notario ratione sui officij, sed vigore statuti, vel Principis ita mandantis.*
22 *Notarius potest stipulari absenti & ignoranti, ad hoc vt secuta ratificatione illi quæratur actio absque cessione.*
23 *Potest agi per eum, qui habet interesse, stante clausula apposita per notarium Pro omnibus quorũ interest.*
24 *Solutio rectè fit ei, ad cuius fauorem actio dirigitur, & datur actio doli contra illum, qui stipulatus est. numero.* 25.
26 *Interusuria dotis censentur remissa facta quietatione sortis principalis, & nu.* 29. *Quamuis adsit protestatio recipientis. nu.* 27.
28 *Protestatio non potest impedire necessariam dispositionem.*
30 *Fructus dotales debẽtur ex officio Iudicis mercenary.*

CAPVT CCCCLV.

COnstare dixi de nullitate, & notoria iniusti-
tia mandati, de quo controuertitur, Primo,
5 † quia data fuit executio transumpto extracto ab-
sque partis citatione, quod nihil probat, cum illa
debeat interuenire cum aliis requisitis, de quibus
per *Bart. in auth si quis in aliquo, vbi Ias. nu.* 5. *Dec.*
n. 9. *Curt. Iun. n.* 17. *C. de edend. late Menoch. cons.* 7.
nu. 1. *lib.* 1. *& cons.* 732. *n.* 4. *lib.* 8.
Stante præsertim oppositione partis per clausulam
2 Generalia contra, † per quam reseruatur ius ad
opponendum, & excipiendum quocumque tem-
pore etiam post terminum citationis, *Caputaqu.*
3 *decis.* 323. *n.* 1 *part.* 1. *Put. decis.* 119. *lib.* 2. † Ita vt talis
clausula habeat vim oppositionis in specie *Rot.*
per Card. Seraph. Romana domus 29. *Martij* 1574.
& per eam censeatur impugnatum instrumentum
tanquam non bonum *Granat. theorem.* 28. *n.* 13. *Put.*
decis. 72. *lib.* 3.
Secundo, instrumentum prædictum est vltro citro-
que obligatorium cum promittatur solutio dotis,
& exaduerso sustentatio onerum matrimonij,
4 † Vnde non poterat prius agi, nisi prius docto de
huiusmodi adimplemento, *l. Iulianus, §. offerri, ff de*
action. empt. Nenız. cons. 37. *n.* 18. *Surd. cons* 52. *n.* 26.
vsque ad 35. *lib.* 1. *Becc. cons.* 45. *n* 6.
Tertio, quia non solum non constat de dicto adim-
plemento, sed immo contrarium apparet ex actis
cum tam per testes productos, quam per senten-
tiam separationis thori colligatur vxorem fuisse
5 absque vlla causa eiectam de domo, Ita vt † non
competat aliqua actio pro residuo dotis, sed po-
tius sit restituenda per maritũ dos soluta, *Bald. in l.*

vlt.in fin.verſ.quæro ſi vir expellit,n.12.C.de ſentent. quæ ſin.cert.quantit.& in c.ex parte noſtra, colum.1. in fin.verſ.item nota quod mulier, nu.7.de conſuet.ad. & in l.vnica, § ſed ſcimus,n.1.Cod.de latin.liber.tol-
6 *lend.* † vbi loquitur de monacho expulſo ſine cauſa, cui ſunt danda ſua bona ;Et de marito qui per-
7 dit lucrum dotis † *Alex.in l.ſi cum dotem, §.fin.autem in ſanctiſſimo , n.7.ad fin.verſ.de his etiam tangit, & ibi Socin.Sen.colum.4. poſt med. verſ.item limita quando ſaeuitia, n.9. Alex.colum.3.ante med.verſ.reperitur alius caſus, n.4.ad fi.ff.ſol.matr. Rimin.Sen. conſ.184.n.48.lib.1. Nat.conſil.547.n.15.Rol.conſil. 14.n.38.lib.3 & de lucr.dot.q.68.num.4.tom.9.f.378. Caſtr.in l cum mulier 49.in 3.notab.verſ.forte tamen poſſet procedere, nu.6.ad med ff.ſolut.matr. Picus in auth præterea, nu.22.C.vnde vir & vxor.*

Neque obſtat, quod aliqui teneant, quod ſatis ſit
8 præſtare alimenta, † non autem quod reſtitutio dotis debeat fieri vt per *Alex.in l.2.col.2.in fi.n.10. & 11.& ibi Rip.nu.29.col.6.ad med.ff.ſolut.matrim. Idem Alex.conſil.78.viſo & diligenter ponderato n. 6.lib.5.* quod eſt duplicatum *conſil.26.in princ.lib. 6.poſt Io. Andr.ad Specula.de dot.poſt diuort.§.1.col. 3.in verb.dicit, Aym.conſil.31.n 6.Socin.conſ.64.n.1. lib.4. Rot.coram R.P.D.Gipſio Peraſina ſeparationis thori 28.Iunij 1589. quæ eſt inter deciſ.Rot.diuerſ. recollect.per Farinac.part.4.deciſ.278 in fin.*per doctrinam *Hoſt.in ſumm.tit.de diuort.nu.5. Bald.in c. ex parte, nu.8.de conſuet.ad.*

Quia verior eſt prima opinio, & magis æqua, &
9 communis; Maximè quando † prout in caſu noſtro non adſunt liberi vt teſtatur *Socin.in d.l.2.n.9. ff ſolut.matrimon. Roland.de lucr.dot.quaeſt.68.nu.4. & 5.Surd de alim.tit.1 qu.32.n.20.& 21.Tiraquell. de retract.ligna.§ 10 gloſſ.vnic.n.13.Lup.in c.per veſtras,in 3.notab.incip.tertio ſequitur in texta, col.4. verſ.ſi autem maritus, n.3.de donat.int.vir & vxor.*
10 † Et eſt ratio, quia dos eſt proprium patrimonium mulieris, & ex ea viuere debet *l 3.§.ſed v-*
11 *trum, de minor.* † & tunc demum commodum dotis ſpectat ad virum, quando per eum ſubſtinentur onera matrimonij *l.inſulam, § vſuras, ff.ſolut.*
12 *matrimon.l.fin.in princ.ff.de dol.except.* † Cum autem vxore expulſa ſine cauſa vir non ſuſtineat onera matrimonij , ſequitur quod non debeat habere commodum dotis, *Bald. in d.l.vltim.in fin. Cod.de ſent.quæ ſin.cert.quantit.*

Maximè quia in caſu noſtro fuit conceſſa ſeparatio
13 iudicio Eccleſiæ, † tunc enim ſine vlla dubitatione cogitur maritus dotem reſtituere, vt latè concludit *Barboſ.in rubr.ff ſolut.matrim.p.2.n.42.* vbi ita concordat opiniones poſt *Crot.in d.l.2. nu.39. Alciat.nu.16.Pontan.n.14.ff eod.tit.Caſtr.conſil.65. col.penult.lib.1.*

Non obſtat quod virtus dictæ ſententiæ ſeparatio-
14 nis thori fuerit ſuſpenſa per appellationem † *Felin.in rubr.de appell.n.1.* Quia intelligitur ſuſpenſio quo ad impediendum effectum ſententiæ, non
15 autem quoad alia, † nam etiam pro Iudice præſumitur non obſtante appellatione *Dec. in c.quoniam contra, nu.33.de probat. Alciat.& alij de quib. per Surd.de aliment.tit.1.q.120.n.11.*

Quarto quia inſtrumentum productum non habet
16 executionem paratam † de iure communi licèt ſit publicum,*l.minor vigintiquinque annis,vbi Bar. Bal. Caſtr.& alij,ff.de minoribus, Iaſ. in l.tale pactum, §.qui prouocauit,nu.9.& 10.ff.de pact. Rum.*
17 *conſil.144.nu.7.lib.4.Becc.conſil.17.n.2.* † Quamnis etiam ſint inſtrumenta dotalia *Alex.in l.ſi cum dotem,§.eo autem tempore, n.6.ff.ſolut.matri. Alciat. in l.ſi pacto quo pœnam,C.de pact.Theſ.deciſ.26.n 6.*

Nec facit prætenſa clauſula guarantigiæ, per quam
18 de iure communi datur talis executio † *Bart.in l. cum vnus, n.2.ff.de bon.auctor.iudic.poſſid.* Quia debet conſtare, quod tabellio haberet facultatem
19 faciendi ſimilia præcepta guarantigiata ; † Nam aliàs ſola ſcriptura tabellionis non ſufficeret *Bald. in l.adoptio.4.Cod.de adoptionibus, Aſin.* qui dicit notandum,*de execution.§.1.cap.25 num.3.*cum aliis per *Graſſ.de except.in præalud.nu.12.* & notat etiam *Socin.conſil.79. ſi eſſemus in terminis, column.vlt.in*
20 *princip.verſ.non omitto, nu.55.lib.4.* † vbi etiam requirit probationem, quod notarius ſit matriculatus in loco, vbi ponitur præceptum guarantigiæ iuxta doctrinam *Bald.in l.eo tempore, ff.de teſta-*
21 *ment.milit.* † Neque enim iſta facultas datus notariis ex natura officij tabellionatus, ſed ex auctoritate ſtatuti hoc dictantis, & prouidentis, vel Principis hoc mandantis, prout de veriori opinione & magis communi latè teſtatur *Graſſ.de except.in prælud n.12.& 17.Cagnol.in l.1.n.44.poſt Bald.ibid. col.ſi ff.de iudic.*

Quinto nam prætenſum reſiduum dotis quod petitur fuit ſolutum vxori, & cum decreto Iudicis facta liberatio illi qui promiſerat dictam dotem cum reinueſtimento in cenſibus pro alenda vxore, quod quidem potuit fieri cum dos fuerit promiſſa tam ex ſtipulatione mariti, quàm notarij ad illius fauorem facta, per quem tanquam publi-
22 cam † perſonam poteſt ſtipulari abſenti, & ignoranti, ad hoc vt ſecuta ratihabitione illius quæratur ei actio vtilis ſine ceſſione *Caſtr. conſil. 195. viſis his quæ narrantur, in 2.dub.lib.2. Dec.in l.contractus, n.22 de reg.iur.& conſil.246.n.5.Ruin.conſ.*
23 *5.n.5.lib.1.Curt.Iun.conſil.55.n.9.* † Cum etiam ſufficeret intereſſe mulieris, vt poſſit agere ſtante ſtipulatione notarij pro omnibus & ſingulis quorum intereſt aut intereſſe poſſet, vel poterit in futurum *Bart.in l.2.ff rem pupill.ſalu for. Pariſ.conſ.*
24 *82.n.2.lib.1.*cum aliis per *Bertazzol.claaſ.18.glo.5. nu.8.* † Maxime quia iſta dos fuit relicta ipſi mulieri in teſtamento, in cuius legati executionem fuit poſtea promiſſa eidem vxori per ſtipulationem notarij, quod facit, vt magis ei competeret actio ad eandem dotem conſequendam, & per conſequens rectè fuit ei facta ſolutio; Ita vt non poſſit promittens à marito moleſtari, quaſi fuerit rectè ſolutum illi, ad cuius fauorem ſtipulatio dirigitur, prout in ſpecie dotis concludit *Gabr.conſ.*
25 *129.n.8.& 9.lib.1.* † Præſertim quia ſemper datur exceptio doli contra eum, qui ſtipulatus eſt: Ideo ſoluens meritò liberatur *Bart.conſ.192. nu.1. lib.1. Sard.deciſ.229.num.16.*

Sexto quia neque poterat relaxari mandatum quo ad fructus propter quietantiam liberè factam de
26 ſorte principali ſoluta, † per quam cenſentur remiſſa interuſuria dotis, quaſi ſublata principali ſit etiam ſublatum acceſſorium *l.centum capua,& l.fin.ff.de eo quod cert.loc.Dec.in l.verum,n.5.ſi cert. pet. Pariſ.conſ.5.n.202.& 203.lib.4.Bero.conſ.200. num.19.lib.1.*& de veriori & magis communi opinione teſtatur latè *Sard. de alim tit.1. qu.42.nu.8.*
27 *& 22.& per tot.* † vbi etiam ampliat ad dotem, cuius priuilegium in hoc caſu non conſiderabitur, quamuis etiam adeſſet proteſtatio recipientis, cum enim iſta remiſſio iudicatur ex iuris neceſ-

ſitate

28 *state, l. 4. C. deposit.* † talis protestatio non potest
impedire dicti iuris dispositionem necessariam, *l.
alimenta, C. de negot. gest. l. & si quis, §. plerique, de
relig. & sumpt. fun. Castr. in l. fi. num. 7. ff. de eo quod*
29 *cert. loco.* † & ita etiam in fructibus dotalibus seruat *Rota coram R. P. D. Bubalo Ferolinien. dotis* 24.
Nouembris 1582. de qua per *Cardin. Mantic. de
tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 10. num. 37. in fi.*
30 *vers. ex hoc autem deducitur,* † ob illam rationem,
quia tales fructus dotales debentur ex officio iudicis mercenarij, *Bald. in l. vlt. §. praterea, nu. 8. C. de iur. dot. Put. decis. 91. alias 93. cauetur statuto, nu. 12. & 13. lib. 1. Alexand. in l. marito, §. vlt. nu. 1. ff. solut. matrim.*

EPITOME.

Ius primogenituræ an sit cessibile, & alienabile in singularem successorem. ¶ Gradus quando inspiciatur in successione, respectu primi inuestiti, vel vltimi possessoris. ¶ Nepos ex filio primogenito prædefuncto antequam pater successerit in feudo an excludat secundogenitũ eius patruum. ¶ Et quid si statutum loquatur de maiore. ¶ Et quid de consuetudine seruetur. ¶ In primogenij institutione an censeatur vocata linea recta primogenitorum successiue in infinitum ex propria vocatione, absque alterius iuris transmissione. ¶ Regnum Siciliæ quare fuerit datum Roberto ex sententia Bonifacij. ¶ Et an ibi tractaretur de successione aui, vel patrui, vel alterius remotioris. ¶ Vel fuerit habita consideratio publicæ vtilitatis. ¶ In feudo ex pacto & prouidentia nepos ex fratre an repræsentet patrem. ¶ Disposita in nepote ex primogenito contra patruum secundogenitum an procedant in nepote ex secundogenito contra patruum tertiogenitum. ¶ Feudum concessum pro successoribus an sit hæreditarium, vel mixtum, vel ex pacto, & prouidentia, ita vt volens in illo succedere, debeat esse filius, & hæres, & in eo habeat locum repræsentatio. ¶ Remissio feudi an arguatur, si quis tacuerit per annum ex quo sciuit illius alienationem. ¶ Et qualis scientia sit necessaria. ¶ Differentia quæ sit, quando feudum aperitur per mortem aui, relicto nepote ex filio primogenito, & altero filio secundogenito, vel quando aperitur per mortem fratris, relicto fratre, & nepote ex altero fratre. ¶ In feudi successione an attendamus stipitem, ita vt vltimus vassallus dicatur succedere primo acquirenti, quando alius non superest ex linea vltimi possessoris. ¶ Ob defectum lineæ si fiat transitus ad aliam de qua intelligatur, & nepos ex fratre maiore an sit præferendus patruo minori, si agatur de feudo vacante per mortem patrui. ¶ Professus in religione Hierosolymitana, & clericus an sint inhabiles ad feudum. ¶ Et an dominus possit illos recipere inuitis proximis successoribus. ¶ Et quomodo sit probanda voluntas domini, quod voluerit sibi deseruiri per substitutum vassalli. ¶ Ius transmittendi in filium an debeat esse in actu, vel sufficiat in potentia. ¶ Renouatio si non fuerit petita ante annum, & diem, & non præstitum iuramentum an inducat priuationem feudi. ¶ Et an ista exceptio possit per tertium opponi. ¶ Et quibus exceptionibus competentibus domino vtatur successor singularis. ¶ Et quid si requiratur declaratio voluntatis domini. ¶ Vassallus an teneatur petere inuestituram, & subire alia onera, si feudi possessio est apud alium. ¶ Inuestituræ tenor quando sit attendẽdus. ¶ Filius an vocetur prius, quam nepos quid superest ex filio præmortuo, si sit vocatus maior natu ex filiis. ¶ Et an qualitas filiationis conueniat nepoti. ¶ Primogenitus viuo patre an habeat ius formatum transmissibile ad primum nepotem. ¶ Maior an accipiatur pro maiore natu, seu ætate, ita vt semper possessore mortuo antiquior succedat. ¶ Sententia lata contra vnum agnatum an præiudicet aliis. ¶ Et an per eos possit impediri executio, & detur appellatio. ¶ Et quid si fuerint æquales in gradu, & in iure litigandi. ¶ Verba, Quod succedat maior filius in perpetuum an habeant eandem vim cum verbis, Succedat maior ex descendentibus, adeò vt in testamentis accipiatur pro filio primi gradus, vel pro omnibus descendentibus qui veniunt appellatione filiorum. ¶ Vocatus in diem incertum an possit agere antequam casus venerit. ¶ Et an illi obstet exceptio iuditij elusorij. Filij hæredes patria an renocent alienationem à patre factam in comprehensoa in inuestitura quando sumus in feudo ex pacto, & prouidentia.

SVMMARIVM.

1 *Nepos ex filio primogenito prædefuncto antequam pater successerit in feudo excludit secundo genitum eius patruum quamuis statutum loqueretur de maiore, num. 2. & ita de consuetudine seruatur, nu. 3. & 4.*

5 *Nepos tanquam natus ex radice priuilegiata assumit eandem naturam, quam pater habebat, exemplo germinis, & vitis, num. 6. & vterque facit vnum solum gradum, num. 7.*

8 *Ius primogenituræ est cessibile, & alienabile in singularem successorem, præsertim in filium vniuersalem hæredem, num. 9.*

10 *Qualitas quæ est in filio inhæret nepoti in quem fit transmissio: Idem in eo cui ius primogenituræ ceditur, num. 2.*

12 *In primogenij institutione semper censetur vocata linea recta primogenitorum successiuè in infinitum de primogenito in primogenitum ex propria vocatione, etiam absque alterius iuris transmissione, nu. 20.*

13 *Regnum Siciliæ fuit datum Roberto ex sententia Bonifacij propter publicam vtilitatem, n. 63. & alias causas, n. 64. Non tamen ibi tractabatur de successione aui, vel patrui, sed alterius remotioris, in quo filius non assumit locum patris, nu. 14. & 15.*

16 *Gradus quando inspiciatur in successione respectu primi inuestiti, vel vltimi possessoris, n. 17.*

18 *In feudo vacante per mortem patrui etiam nepos ex fratre maiore est præferendus patruo minori.*

19 *Disposita in nepote ex primogenito contra patruum secundogenitum procedunt in nepote ex secundogenito contra patruum tertiogenitum.*

21 *In feudo Ecclesiæ ex pacto & prouidentia nepos ex fratre non repræsentat patrem iuxta opinionem Bart. sed contra eum est verior sententia, vt n. 23. 24. 65. 66. & 67.*

22 *Repræsentatio non habet locum vbi repugnant verba inuestituræ.*

25 *Feudum concessum pro successoribus est hæreditarium, vel saltem mixtum, non ex pacto, & prouidentia, ita vt volens in eo succedere debeat esse filius, & hæres. Et in isto feudo habet locum ius*

repræsentationis, num. 26. 68. & 69.
27 Remissio feudi an arguatur, si quis tacuerit per annum ex quo sciuit alienationem esse secutam.
28 Scientia debet esse plena cum qualitatibus, ac circumstantiis, n. 51. 52. & 86.
29 Reseruatio conseruat ius reseruantis, n. 53.
30 In successione patrui si supersit nepos ex fratre non primogenito, sed natu maiore, talis filius fratris dicitur improprie nepos.
31 Differentia quæ sit quando feudum aperitur per mortem aui relicto nepote ex filio primogenito & altero filio secundogenito, vel quando aperitur per mortem fratris relicto fratre, & nepote ex altero fratre.
32 In feudi successione attendimus stipitem, ita vt vltimus vassallus dicatur succedere primo acquirenti, quando alius non superest, ex linea vltimi possessoris. Et de ratione, nu. 33. & 34. Et est distinctio approbata secundùm quam concordantur opiniones contrariæ, nu. 35. 36. 37. & 38.
39 Ob defectum lineæ si sit transitus ad aliam intelligitur de linea habito respectu ad proximitatem primi acquirentis.
40 Nepos ex fratre maiore est præferendus patruo minori quando agitur de feudo vacante per mortem patrui, n. 41. & 42.
43 Linea recta censetur semper vocata in primogenituris ex propria vocatione absque alterius iuris transmissione.
44 Professus in religione Hierosolymitana, & Clericus est inhabilis ad feudum, neque eos potest dominus recipere inuitis proximis successoribus, num. 46. & 47.
45 Voluntas domini est probanda, quod voluerit sibi deseruiri per substitutum à vassallo.
48 Patiens alium inuestiri de feudo cadit à suis iuribus.
49 Ius transmittendi in filium quamuis non sit in actu, sufficit tamen, quod sit in potentia. Intellige vt numero 50.
54 Prætendens successionem ante annum, & diem à morte tenetur petere renouationem, & admissus fidelitatem iurare, quo non factum feudum perditur. Declara vt num. 59.
55 Exceptio quod non fuerit petita renouatio, & non præstitum iuramentum fidelitatis in tempore non potest opponi per tertium. Amplia vt nu. 56.
57 Successor singularis non vtitur exceptionibus competentibus domino à quo rem habuit, quando requiritur declaratio voluntatis domini.
58 Declaratio requiritur quamuis pœna sit ipso iure imposita.
60 Onus petendi inuestituram, & seruitium debitum est personale per relationem ad feudum, ita vt vassallus ab istis liberetur donec possessio est apud alium.
61 Prælato non currit tempus conferendi beneficium existente alio in possessione.
62 Publica vtilitas facit in successionibus Regnorum spectetur potius habilitas succedentis, quàm gradus, & ordo ætatis.
70 Inuestituræ tenor debet attendi. Declara vt num. 74. & 75.
71 In loco inferiore si non adest ius particulare circa successionem recurritur ad illud, quod seruatur in loco superiore.
72 Filius an censeatur vocatus prius, quam nepos qui superest ex filio præmortuo, si vocetur maior natu ex filiis, cum qualitas filiationis non conueniat nepoti, num. 73.
76 Nepos venit appellatione filij in feudis.
77 In vltimis voluntatibus fit larga interpretatio & in feudis latissima, cum sint beneficia.
78 Pater & filius reputantur pro vna persona ex veritate iuris naturalis, non ex fictione.
79 Generatio habet secum concomitantiam tempori necessariam.
80 Filius primogeniti dicitur verè primogenitus.
81 Primogenitus viuo patre habet ius formatum transmissibile ad primum nepotem.
84 Maior accipitur pro maiore natu, seu ætate si ratio subiectæ materiæ aliud non suadeat. Ita vt semper possessore mortuo antiquior succedat, n. 83.
84 Dispositio testatoris quod succedat maior filius in perpetuū habet eandē vim, ac si dixisset, Succedat maior ex descendentibus, cum in testamentis non accipiatur pro filio primi gradus, sed pro omnibus descendentibus, qui veniunt appellatione filiorum.
85 Sententia lata contra vnum de agnatione præiudicat aliis agnatis. Intellige vt nu. 87. 88. 89. & 91. Et an impediatur executio per agnatum non citatum, & possit appellari, n. 90.
92 Sententia contra vnum non obstat alteri æquali in gradu, & in iure litigandi.
93 Sententia super nobilitate ad fauorem vnius fratris quando præiudicet aliis fratribus, qui volunt succedere tamquam non nobiles.
94 Vocatus in diem incertum non potest agere de successione antequam casus venerit, ne iudicium reddatur elusorium. Contrarium 96. & 97.
95 Petitio est licita, vt declaretur sibi ius competere de futuro absque eo quod fiat executio, nisi postquam dies aduenerit.
99 Filij hæredes patris an possint reuocare alienationem à patre factam in comprehensos in inuestitura in feudo ex pacto, & prouidentia.

CAPVT CCCCLVI.

Concludendum est pro D. Comite Antonio, quod debeat preferri D. Comiti Petro Antonio in successione oppidi de quo agimus: † Etenim sumus in nepote ex filio primogenito prædefuncto antequam pater successerit in feudo, quo casu successio ad eum pertinet excluso secundogenito eius patruo iuxta veriorem opinionem, & magis communem, quæ passim seruatur tam in feudis, quàm in iure patronatus, in emphyteusi, & similibus, vt latè comprobat Tiraq. *de primoge. qu. 40. nu. 12. & 59 cum seq. post Castr. in l. is potest, in princ. de acquir. hæred. & cons. 164. in præsenti causa, lib. 2.* † vbi ampliat quamuis statutum seu dispositio loqueretur de maiore Socin. in *l. si cognatis, col. 1. vers. secundo infertur, de reb. dub. & cons. 251. visis instrumentis, col. 5. in princ. vers. sed præmissis non obstantib. lib. 2.* cum aliis per *Guliel. Bened. in c. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens, il 1. n. 187. cum seq. de testam. Fel. in c. prudentiam 21. col. 3. ante med. vers. & ibi dicit, nu. 7. de offic. deleg. Bald. cons. 387. in regno libero. col. 2. post med. vers. in contrarium, lib. 2. Add. ad Alex. cons. 64. in verb. secundogenitum, in fi. lib. 4.* † vbi quod omnes fatentur de consuetudine præualuisse opinionem pro nepote Couar. qui etiam ita testatur *pract. quæst. c. 38. col. 11. in princ. n. 8. Rot. coram R. P. D. Litta Fulginat. fideic. 16. Decemb. 1596. Ludou. Molin. de primog. hispa. lib. 1. cap. 3. n. 10. & lib. 3. cap. 6. nu. 2.* † vbi quod semper apud omnes gentes & nationes fuit potior causa nepotis aduersus patrum.

Quæ

Quæ opinio magis debet præualere, cum vltra auctoritates Doctorum adsint etiam rationes vali-
5 diores pro nepote, inter quas est illa, † quia Nepos tanquam natus ex radice priuilegiata assumit eamdem naturam, quam pater habebat, & ius naturæ, & dignitatis illius sunt vnum, & idem vel saltem inseparabiliter connexa, sicut sol & splendor & cum nepos sit splendor gloriæ, & figura substantiæ patris, idem de vtroque iudicandum est, sicut ex eadem vite est propago, seu ger-
6 men & vitis, † ita vt meritò debeat dici primogenitus in virtute generationis, quæ à patre deriuatur in ipsum nepotem, vltra quod ille ingredi-
7 tur in locum patris, † & vterque facit solum vnum gradum, præsertim quia primogenitus non est simpliciter filius, sed reginalis filius, ita etiam nepos ex eo est reginalis nepos, & sic suum debet esse regnum ex habitu generato per prius, neque enim sumus in transmissione propriè loquendo alicuius scilicet simplicis hæreditatis, sed in subrogatione personæ, quia nepos subrogatur loco patris tamquam hæres sanguinis. Ita in proposito per supra dictas rationes, & similes concludit *Bald.consil.386.col.2.post med.lib.2.*

Maximè quia ius primogenituræ est cessibile, siue
8 alienabile in singularem successorem, † *c. quam periculosum,7.q.1.Host.Io. Andr.& alij in cap.licet, de voto: cum aliis per Tiraq. de primog. q.29.num.1.* Vnde etiam erit transmissibile *l. si ex pluribus de*
9 *administr.tutor.l.1. de feud.dot.* † Præsertim in filium vniuersalem hæredem, & successorem *l. quedam de acquirend.rer.domin.*& per consequens
10 qualitas, quæ est in filio † inhæret nepoti, in quem fit transmissio *l. si quis filium, §. penultim.*
11 *de acquir. heredit.* † Quare etiam Nepos dicitur primogenitus, sicut & pater ipsius, prout etiam dicitur talis, cui ius primogenituræ cessum est, quamuis esset secundogenitus *c.vlt. §.idem opponitur 22.q.5.* & ita hanc rationem transmissionis approbat *Rot. in dict. causa Fulginaten. coram R. P.D. Lutio 16.Decembr.1596.*

Accedat quod in primogenij institutione semper
12 censetur vocata † linea recta primogenitorum successiuè in infinitum de primogenito in primogenitum ex propria vocatione etiam absque alterius iuris transmissione *Tiraq. de primogenit. quæst.40.n.111.cum aliis per Ludouic. Molin.de primogen.hispan.lib.3.cap.6.num.29.& lib.1.c....nu.17. Isern.in cap.imperialem,§. & præterea ducatus, nu. 4.de prohib.feud.alienat.per feder. Prepos.in cap.1. n.10.ad fin.de feud.march.*

Neque obstat quod adducitur de sententia Boni-
13 facij dantis regnum Siciliæ Roberto, † vt in *clement.pastoralis de re iudicat.* Quia ibi non tractabatur de successione aui nec patrui, sed alterius
14 remotioris, † in qua filius numquam assumit locum patris, *Bartol.in auth.post fratres,C.de legitim.*
15 *heredit.* † Et in specie declarat *Tiraquell. de primogenit.quæst.40.num.167.* vbi etiam dat multas alias responsiones, ex quibus colligitur nihil obstare talem decisionem Bonifacij cum aliis etiam adductis per *Gramat.decis.1.num.19.& per Cardin. Mantic. de tacit. & ambig.conuent. lib.23.titul.27. numero 45.*

Nec facit quod hic agatur de succedendo Alexan-
16 dro patruo vltimo possessori, † quo casu non præfertur Nepos. Quia verius est nos esse in successione Comitis Petri Antonij Aui primi acquirentis, cui tamquam stipiti etiam vltimus Vassallus dicitur succedere, præsertim quando aliquis non superest ex linea vltimi possessoris, vt hic, stante
17 obitu Alexandri sine filiis, † tunc enim gradus inspicitur in successione respectu primi inuestiti, & non vltimi possessoris, *Soc.consil.249 col.17. in princ.n.21.vers.sexto confirmatur, & vers.octauo hoc, idem apertissimè lib.2.Iaf.cons.182.col.3.vers.ista conclus.est verissima, lib.2. Dec.cons.21.n.7.li.3. Card. Mant.de tacit.& ambig.conuent lib.23.tit.29. n.20.post Isern.in c.1.in fin.de natur.success.feud.*

Immò quamuis ageretur in feudo vacante per mor-
18 tem patrui, † etiam Nepos ex fratre maiore esset præferendus patruo minori, cum omnia, quæ dicuntur ad fauorem nepotis in succedendo auo habeant locum quando ageretur de succedendo patruo, *Soc.cons.252. visis instrum.col.7.in fin.vers. præsuppono etiam quod hodie, n.11.li.2.* vbi aleg.*tex. in c.1. §.his vero, de grad.success.in feud.* iuncto *c.1. de success.feud.* cuius text. verba adscribit *Bald.in c.1.§.& quia vidimus, col.2.de his qui feud.dar.poss.* & idem sequitur *Franc.Aret.consil.162.diligenter, col.1.*& de veriori opinione ita statuit *Tiraquell.de primogenit.q.41.num.1.& 5.per text.in auth.cessante, & auth.post fratres, C.de legit.hered. & § reliquum, auth.de hered.ab intest.venient.*

Et quamuis in casu nostro non agatur inter nepotem ex primogenito & Iulium secundogenitum, sed nepotem ex sextogenito, & Iulium septimo-
19 genitum: † Tamen idem est cum omnia quæ disponuntur de nepote ex primogenito contra patruum secundogenitum procedant in nepote ex secundogenito contra patruum tertiogenitum, *Afflict. Socin.& aliis de quibus per Grammat.decis.1.in fin.num.30.*

Minus obstat, quod dicitur de transmissione, seu repræsentatione, in qua videtur solum fundatum
20 ius nepotum: † Quia potius in primogenituris censetur semper vocata linea recta ex propria vocatione, & absque alterius iuris transmissione vt ex *Isern.Prepos.Tiraq.& aliis* diximus supra *in vers.accedat.*

Nec aduersatur quod in feudo Ecclesiæ ex pacto, &
21 prouidentia, † nepos ex fratre non repræsentet patrem suum iuxta doctrinam *Bar.in auth.post fratres, C.de leg.heredit.* Quia loquitur in regno Apuliæ, quod non habebatur iure successionis, sed
22 ex successione dominicæ, † quo casu cum repugnent verba inuestituræ non habet locum repræsentatio, *Tiraq.de primog.q.40.n.164.post Bald.in l.liberti.libertæq., C.de oper.libert.& in l.ex hoc iure,n.5.vers.sexto quæritur, de iust.& iur. Grammat. decis.1.in fin.n.31. latè Rimin.Iun.consil.410.nu 49.*
23 *cum seq.lib.4.* per quos etiam ostenditur † non esse approbandam dictam doctrinam *Bart. in auth.post fratres, C.de legitim.heredit.*

Quare excepta forma concessionis, & inuestituræ e-
24 tiam in feudo ex pacto, & prouidentia, habet locum ius repræsentationis secundum veriorem sententiam Doctorum, de qua per *Roland.consil. 68.n.29 & 52.vsque ad 55.lib.1.Rimin.Iun.cons.410. n.28. vsque ad 52.lib.4.* cum aliis latè adductis per *Card. Mant.de tacit.& ambig.conuent.lib.23.tit.30. n.11.vsque ad 22.Ludou. Molin.de primog.hisp.lib.3. tit.6.n.47.Rosentul.de feud.c.7.concl.56.num.19.*

Præterea sumus in feudo concesso pro successoribus
25 quod dicitur hæreditarium, † non ex pacto, & prouidentia, vel saltem mixtũ non quod sit hæredi-

tarium absolutè, & transeat ad quoscumque hæredes, sed quia opus est, vt volens succedere in huiusmodi feudo sit filius, & hæres *Ias. consil. 57. nu. 1. lib. 1. Aym. consil. 197. col. 2. ad med. vers. hoc tamen fundamentum, nu. 5 & consil. 131. colum. 2. post med. Clar. in §. feudum, q. 9. ver. quandoque & tertio, n. 4. Alexand. consil. 10. nu. 8. lib. 3. Castr. consil. 93. in causa qua vertitur, col fin. li. 2. Curt. Iun. consil. 178. col. 4. ad fin. Gozad. consil. 26. col. vlt.* Corn. *cons. 309.*
26 *col. 4. lib. 1.* † In huiusmodi autem feudis habet locum ius repræsentationis *Alex. consil. 129. n. 8. lib. 5. Natt. cons. 127. n. 7. Purpur. consil. 390. num. 13. lib. 2. Menoch. præsumpt. 95. in fin. lib. 4.*

Vlterius non obstat prætensa remissio feudi stante consensu alienationis quasi per annum Comes
27 Antonius tacuerit, † ex quo sciuit alienationem esse secutam *c. 1. §. si quis decesserit, in fin. & ibi Gl. in verb. annum, si de feud. defunct. content. sit int. dom. & agna.* cum intra annum debeat petere inuestituram à domino, vt notat *Bald. ibid. in §. si Tit filius, in fin.* Quia in facto præsupponitur potius constare de dissensu, neque scientia aliqua probatur
28 quæ obsit Comiti Antonio, † cum debeat esse plena cum qualitatibus, ac circumstantiis *Glos. in c. consultat. in verb. sciuerit, de appell. in 6. Alex. cons. 114. col. 2. lib. 1. Fel. in c. à nobis, col. 1. de except.* Stante præsertim receptione iuramenti fidelitatis Aduersarij, qui fuit admissus per Serenissimum Vr-
29 bini Ducem saluis iuribus aliorum, quæ † reseruatio conseruat ius reseruatis nullum eis præiudicium ingerendo *l. penult. ff. de aq. quot. æstiu. l. 3. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. soluit, Aym. cons. 33. n. 17.*

Contra superius firmata iterum obiicitur quod prædicta non habeant locum in casu de quo agimus,
30 quasi tractetur de succedendo patruo, † & supersit nepos ex fratre non primogenito, sed natu maiore, cum talis filius fratris impropriè & per abusionem vocabuli dicatur nepos *Aret. consil. 37. nu. 5.* Ideo debet constitui differentia inter cau-
31 sam, † quando feudum aperitur per mortem aui relicto nepote ex filio primogenito, & relicto altero filio secundo genito, & inter casum quando idem feudum aperitur per mortem fratris relicto fratre, & relicto nepote ex altero fratre, cum in isto cessent prærogatiuæ, & qualitates consideratæ in filio respectu patris, & sic ex aduersis non sit facienda illatio, *l. Papinianus, ff. de minor.*

Verum non est discedendum ab his, quæ supra diximus, Quoniam hic non agitur de succedendo Alexandro patruo vltimo possessori, sed de succedendo Comiti Petro Antonio auo primo ac-
32 quirenti oppidi Metulæ, cum in feudi successione attendamus stipitem, adeò vt vltimus vassallus dicatur succedere primo acquirenti, maximè quando aliquis non superest ex linea vltimi possessoris vt contigit mortuo Alexandro sine filiis, quo casu inspicitur gradus in successione respectu primi inuestiti, non vltimi possessoris, vt in terminis concludit *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 29. nu. 10.*

Nec debet attendi quod ex aduerso dicitur auctoritatem *Card. Man.* non suffragari, cum incidenter
33 loquatur, & non discusso articulo: † Quoniam immò ex professo illum defendit subdens rationem quia proximitas gradus debet spectari ab vltimo vasallo defuncto quamdiu aliquis superest ex ea linea, ad quam feudũ peruenit, illi n. qui ex ea sunt sibi inuicem succedunt aliis lineis exclusis, quasi hoc vsu receptum sit, vt feudum non transferatur
34 ad alias lineas *c. 1. in fi. de nat. success. feud.* † Quod non est quando illa linea prorsus deficit, tunc enim qui sunt ex aliis lineis proximiores primo inuestito debent admitti ad successionem feudi, Etenim proximior vltimi defuncti potior habetur, vt in eius linea feudum permaneat, ne ille, qui ex ea linea est proximior defuncto excludatur à remotiore alterius lineæ, quamuis primo inuestito sit proximior, Vnde si nullus ex ea linea supersit, proximitas à primo inuestito metiri debet, cui in feudo succedatur *Bald. in c. 1. nu. 2. ad med. de eo qui sib. & hæred. suis, Paris. cons. 23. n. 131. lib. 1.*

Huiusmodi distinctio *Card. Mantic.* ab aliis etiam
35 recipitur, prout illam prius comprobauit † *Dec. cons. 21. n. 6. & 7. lib. 1. & cons. 98. n. 13. & 14 eod. lib. Aym. cons. 950. n. 2. cum seq.* & secundum hanc distinctionem sunt concordandæ opiniones illorum, qui tenet in feudalis esse inspiciendum pro-
36 ximitatem respectu vltimi possessoris † non primi acquisitoris iuxta *consil. Gabr. 86. n. 14. lib. 1. cum aliis qui ex aduerso allegantur,* & multos adducit *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 29. n. 6 Rosent. de feud. concl. 57. nu. 11.*

Et licet ex aduerso opponatur distinctionem prædictam non debere admitti, cum solus *Aym.* illam approbet, de cuius auctoritate parum curatur,
37 † Tamen eius opinio habet alios sequaces, vt supra ostensum est & satis etiam esset sola eius auctoritas, cum detur Doctori distinguenti, maximè quando habet rationem vt dictum est supra
38 *ex Card. Mant. & Dec. allegatis,* † quibus magis adhærendum est quam soli *Molin.* contrarium
39 sentienti *de primog. hispan. lib. 3. c. 9. num. 3.* † Maximè quia omnes Doctores dum præsupponunt ob defectum lineæ quod fiat transitus ad aliam, intelliguntur de linea habito respectu ad proximitatem primi acquirentis, vt notat *Decian. d. cons. 21. n. 7. lib. 2.* vbi ita declarat *Isern. in c. 1. de success. feud. & in cap. 1. de eo qui sib. & suis hæred. lib. & Prapos. col. 10. in princ. versic. quintodecimo hoc probatur, n. 10. de feud. march.* & voluit etiam *Paris. consil. 23. n. 131. lib. 1. And. Gail. obseruat. 154. nu. 3. lib. 2. Ruin. consil. 142. num. 17. lib. 3.*

Quibus stantibus non est disputandum, an quando agitur de feudo vacante per mortem patrui nepos ex fratre maiore sit præferendus patruo mi-
40 nori, † quamuis si de hoc contingeret dubitari etiam verior sit opinio ad fauorem nepotis, cum omnia quæ pro eo adducuntur in succedendo auo habeant etiam locum, quando ageretur de succedendo patruo, & licet multa per modum disputationis exaduerso allegentur, Tamen o-
41 missis argumentis, † satis est nobis Doctores maioris auctoritatis tenere pro nepote, vt concludit *Socin. consil. 252. visis instrum. col. 7. in fin. versic. præsuppono etiam quod hodie, n. 11. l. 2.* & sequitur *Fran. Aret. consil. 162. diligenter, col. 1.* & de veriori opinione testatur *Tiraq. de primog. q. 41. n. 1. & 3.* quod voluit etiam *Petr. de fideicom. q. 11. n. 164. versic. &*
42 *ita in simili* † cuius auctoritas licèt exaduerso non attẽdatur tanquam non sit iudicandum exemplis, Tamen donec non constet de melioribus rationibus & auctoritatibus non crederem esse tutum à prædictis discedere, Maximè quia præsupponitur etiam ita fuisse obseruatum in confirmatione inuestituræ facta per Summum Pontificem Paulum Tertium Serenissim. Vrbini Ducibus vbi in

Ducatu

Ducatu vacante per deficientiam lineæ primogeniti vocat nepotem secundo genito prædefuncto ante patruum tertio genitum.

Nec faciunt quæ dicuntur de transmissione, seu repræsentatione, in qua videtur solùm fundatum
43 ius oppositum, † Quia potius in primogenituris censetur semper vocata linea recta ex propria vocatione absque alterius iuris transmissione, *Isern. in c. imperialem, § præterea ducatus, nu. 4. de prohib. feud. alienat. per feder. Prepos. in cap. 1. n. 10. ad fin. de feud. march. Tiraquell. de primog. q. 40. nu. 11. cum alijs per Ludouic. Molin. de primog. hisp. lib. 3. c. 6. nu. 29. & lib. 1. c. 1. num. 17.*

Cum præsertim filij Sfortiæ, Comes Iulius Cæsar extiterint inhabiles ad succedendum in oppido Metulæ ante mortem Comitis Palmerini, quo stante sequitur Palmerinum esse primogenitum post Alexandrum vt ostenditur in facto, Inhabilitas autem Iulij Cæsaris est clara, quia viuente Palmerino erat professus in religione Hierosolymi-
44 tana, quod † licèt ex aduerso negetur, vel saltem prætendatur potuisse succedere in feudo exemplo Clerici volente Domino seruiendo per sub-
45 stitutum, † Tamen ista voluntas domini erat probanda, quod voluerint renunciare huic fauori suo, & confidere de extraneo substituto, sicut de
46 Vasallo *Aym. cons. 303. n. 6.* † Neque exemplum de Clericis subsistit, cum immo in eis verior sit opinio vt sint ipso iure inhabiles, adeò vt neque Dominus possit eos ad successionem recipere inuitis
47 proximis feudi successoribus. † Ita vt neque talis persona ad feudum recipiatur, vt per substitutum feudalia seruitia expleat *Rosent. de feud. c. 7. conclus. 30. nu. 14. & 15.* Et tales Milites esse incapaces feudorum dicit verius esse *Menoch. de arbit. in addit. cas. 56. n. 17. Castellan in memorab. in verb. clericus, in fi. Roland. cons. 23. n. 59 lib. 1. Franc. decis. 479. num. 4. lib. 3.* Adeò vt quamuis etiam consuetudine admitterentur, esset docendum de licentia Magni Magistrati *Thes. iur. q. 18. n. 7.*

Inhabilitas etiam filiorum Sfortiæ fuit probata in facto, Quia cum ipsi essent præferendi Alexandro
48 tertio genito, † passi sunt eumdem Alexandrum inuestiri de feudo de quo agimus, & per consequens ceciderunt ab eorum iure *c. 1. §. Titius filios, & ibi Bald. in princ. si de feud. defunct. fuer. content. int. domin. & agnat. vassal.* Quamuis etiam posset dici, quod licèt filij Sfortiæ non fuissent inhabiles ad succedendum, non tamē ex hoc sequitur, quod Palmerinus, non fuerit primogenitus respectu Rainutij, & quod Palmerinus non habuerit hoc ius excludendi Rainutium in successione huius-
49 modi feudi, † Neque enim oportet, quod istud ius transmittendi in filium habeatur in actu, cum sufficiat in potentia *l. is cui, de act. & obl. Capell. Tholos. q. 434. in princ.* & per consequens ista spes, erat in Palmerino excludendi Rainutium si vixisset Palmerinus, transmissa fuit in Comitem An-
50 tonium, † Quidquid aliud sit quando pater nullo tempore primogenituræ ius habuit neque in actus, neque in potentia & spe, si videlicet pater fuisset spurius, vel naturalis, *Molin. de primog. hispan. lib. 3. c. 7. nu. 1. & 4.*

Neque prædicta de consensu & caducitate à feudo, de quo agimus possunt retorqueri in Comitē An-
51 tonium, vt ex aduerso prætenditur, † Quia vt alias ostensum fuit non constat de certa & perfecta scientia, quæ requiritur ad hoc vt militet dispositio *c. 1. §. Titius, si de feud. fuer. cont. int. dom. & agnat.* vt concludit *Ias. cons. 7. in fin. lib. 3. & cons. 64. colum. 4. vers. secundo requiritur, eod. lib. Dec. cons. 327. in casu proposito, col. 3. post med. vers. secundo principaliter respondetur, n. 5. Bero. cons. 98. n. 22. & cons. 117. n.*
52 *4. vers. quo vero ad artic. lib. 1.* † Prout in omni materia quando requiritur scientia debet esse plena, cum qualitatibus, & circunstantijs *Glo. in cap. consultationi, in verb. sciuerit, de appell. in 6. Felin. in c. à nobis, col. 2. de except. Alex. cons. 114. col. 2. lib. 1.* Et in hoc nō est facienda vis cū ex hoc facto appareat non cōstare de scientia, neque de citatione ad sententiā, quæ prætenditur lata inter Iuliū Cæsarem,
53 & Fiscum; † stante præsertim reseruatione iurium tertij, quando fuit receptum iuramentum fidelitatis, per quam reseruationem nullum fuit factum præiudicium *Aym. cons. 33. n. 17.*

Minus facit quod si Comes Antonius prætendebat succedere ante effluxum annum & diem à morte
54 † tenebatur renouationem petere, & admissus fidelitatem iurare; quo non facto feudum fuit amissum *c. 1. qua fuit prim. caus. benefic. amittend. Rosent. de feud. c. 6. conclus. 30. n. 1. cū alijs ex aduerso allegatis.* Quia omisso quod hic non apparet de scien-
55 tia, vt dictū est; † Respondetur istam exceptionem non petitæ inuestituræ, & iuramenti non præstiti non posse opponi per tertium *Dec. consil. 144. maturè pro viribus, column. penult. post med. vers. item dato quod isti essent, n. 6. in fi. Corn. cons. 115. n. 3. lib. 1. Oldra. cons. 139. n. 7. Aym. cons. 913. n. 1. & 10. Siluan. de feud. recognit. q. 24. & q. 76. n. 11. cum seq. Ias. in l.*
56 *2. num. 19. C. de iur. emphyt.* Ita vt neque † sufficiat quod iste tertius à domino causam habeat, nisi etiam constet eumdem dominum propter hoc ius caducitatis feudum in tertium illum transtulisse, aut ei causam dedisse, aut expressè consensisse, vt in eo se fundet *Rosental. de feud. c. 6. conclus. 62. n.*
57 *1. vsque ad 7. & c. 12. conclu. 15. n. 22* † subdens quod quamuis successor singularis possit vti omnibus exceptionibus competentibus domino à quo rem habuit, Tamen aliud est quando requiritur declaratio voluntatis domini, quod videlicet propterea dederit, vt alterum priuaret ob non petitam inuestituram, de qua declaratione si non con-
58 stet, tertius non potest hoc iure vti, † & quod requiratur declaratio quamuis ista pœna esset ipso iure imposita *Cardin. cons. 92. nu. 7. ante med. Dec. cons. 144. n. 5. in fin. cum alijs per Roland. cons. 18. nu. 9. cum seq. lib. 1.*

Amplius licèt perdatur feudum per vassallum qui non adit dominum infra annum & non petit in-
59 uestituram *d. c. 1. qua fu. prim. caus. benef. amit.* † Tamen hoc intelligitur dūmodo patre mortuo alius non cœperit possidere, tunc enim non datur aliqua priuatio Vassalli, qui non præstitit iuramentum tamquam non existat in possessione, nec percipiat vtilitatem *Ab. cons. 67. in fi. lib. 1. Dec. consil. 144. n. 5. & 6. Ang. cons. 311. ad fin. n. 3. Castr. cons. 131. notandum est in princ. lib. 2. & cons. 321. in fin. lib. 1. & in l. solemnibus, nu. 4. vers. item dicit: vbi Bald. in fin.*
60 *C. de rei vendic. Guid. Pap. q. 165. nu. 1.* † Quasi hoc onus petendi inuestituram sit personale, per relationem ad feudum, ita vt etiam impensa, onera, & seruitia debita occasione ipsius feudi liberent ab eiusdem oneribus, donec possessio est apud alium *Anthar. consil. 174. in fin. numer. 4.* Vbi etiam quod stante dicta carentia possessionis
61 non currit huc tempus feudatario, † sicuti Præla-

to, cui neque currit tempus conferendi beneficium, si possessio est apud alium colorata, *cap. cum nostris, de concess. praebend.*

Ad alia quæ iterum dicuntur de sententia Bonifa-
61 cij, fuit supra responsum, † & vltra ibi adducta, illud fuit factum pro, ter Regni vtilitatem, & eximiam sapientiam illius Regis, qui fuit secundus Salomon, cum in successionibus Regnorum magis sit spectanda publica vtilitas subiectorum,
63 & habilitas succedentis, † quam gradus, & ordo ætatis, vt in specie notat *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 27. n. 45. post Bald. in l. si viua matre, C. de bon. mater. & in l. liberti libertaeq. C. de oper. libert. Aufr. ad decis. Capell. Tholos. 434. n. 4. The-*
64 *saur. quaest. 35. n. 11.* † Quamuis etiam Rex Robertus conscientia ductus studuerit Regnum Siciliæ retransferre ad Regem Vngariæ, dum neptem suam Reginam Ioannam tradidit in vxorem Regi Andreæ, qui processit ex filio primogenito Regis Vngariæ, *Bald in l. si viua matre, n. 3. D. de bon. matern. Castr. in l. maximum vitium, nu. 3. in fin. Cod. de liber. praeterit. Card. Mant. d. tit. 27. lib. 23. in fin. nu. 45. post med.*

Cætera, quæ opponuntur de doctrina *Bart. in auth. post fratres, C. de legit. hered.* sunt sublata cum superius ostensum fuerit veriorem esse opinionem
65 contra *Bart.* quod etiam in feudo ex pacto, † & prouidentia habeat locum ius repræsentationis: Et quamuis multi ex aduerso allegentur in contrarium, Tamen sufficit istam sententiam esse magis veram, & communem, & in iudiciis passim seruari, vt latè testatur *Rosental. de feud. conclus.*
66 *57. n. 19. cap. 7. post Roland.* † qui latè etiam defendit, & docet in iudicando, & consulendo ita tenendum *cons. 68. n. 52. cum seq. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 418. n. 28. vsque ad 52. lib. 4. Ludouic. Molin. de pri-*
67 *mogenit. h. sp. li. 3. c. 7. n. 47.* † Alios consulto omitto cum per prædictos infiniti allegentur, & eosdem ostendatur non esse approbandam doctrinam *Bart. in d. auth. post fratres*: prout etiam ostendit *Grammat. decis. 1. in fin. n. 31. post Cuman. in l. cum ita legatum, § fin. de leg. 2.*

Quamuis etiam ex abundanti possit dici, prout e-
68 tiam dictum fuit supra † nos esse in feudo concesso pro successoribus, quod dicitur hæreditarium, non ex pacto & prouidentia, vel saltem mixtum, non quod sit hæreditarium absolutè & transeat ad quoscunque hæredes, sed quia opus est, vt volens succedere in huiusmodi feudo sit filius & hæres, *Aym consi. 197. col. 2. ad med. nu. 5. Ias. cons. 57. n. 1. li. 1. Alex. cons. 10. n. 8. li. 5. Castr. cons. 93.*
69 *col. fin. li. 2. Curt. Iun. cons. 178. col. 4 ad fin.* † In quibus feudis habet locum ius repræsentationis *Nat. consil. 127 n. 7. Purpur. cons. 390. n. 13. lib. 2. Alex. cons. 129. n. 8. lib. 5.*

Addendum est etiam ad fauorem D. Comitis, magis constare de eius bono iure, cum supponatur attendendum esse in Oppido Metulæ ordinem succedendi, secundum quem succeditur in Ducatu Vrbini iuxta inuestituram Pauli Papæ III. vbi clarè deciditur quæstio pro nepote ex fratre secundo contra Patruum tertium fratrem in successione Ducatus vacantis per mortem primi fratris, Disponitur enim in dicta inuestitura, quod deficientibus primogenitis, succedat secundogenitus, seu eius primogenitus: Vnde apparet, quod cum in casu nostro deficiat primogenitus, & superexistat non secundogenitus, sed eius filius vnà cum fratre tertiogenito, filius secundi fratris est vocandus ante tertium fratrem secundum di-
70 ctam inuestituram, † cuius tenor debet attendi *Bald. in c. 1. de duob. fratrib. à capit. inuest. Ias. cons. 114. col. 4. in fin. n. 4. lib. 1.* Maximè cum in loco inferiori non adsit aliquod ius particulare circa huius-
71 modi successionem, † adeo vt sit recurrendum ad illud, quod seruatur in loco superiori, *Bart. in l. 1. col. pen. in fin. n. 41. q. 36. C. quae sit long. consuet. cum aliis per Honded. cons. 13. n. 58. lib. 1.*

Neque oberit, quod potius sit attendenda inuestitura prius concessa per Iulium Papam II. Serenissimis Vrbini Ducibus, in qua videtur vocari maior
72 natu ex filiis, † quod facit, vt prius censeatur vocatus filius, quàm nepos etiam quod nepos supersit ex filio præmortuo, quasi tunc non vocetur primogenitus, vel maior natu simpliciter, sed filius primogenitus seu maior natu, cum qualitas filiationis non conueniat nepoti iuxta opinionem *Bald. in l. 3. C. de suis & legitim.* cum aliis per *Surd. consil. 403. n. 35. lib. 3. Peregr. cons. 59. n. 28. lib. 1. Alex. in l. is potest, n. 4. vbi Ias. n. 46. de acquir. possess. Albens. cons. 60. n. 5. Dec. cons. 143. nu. 24. Rim. Iun. cons. 544. n. 66. lib. 5. Milanes. decis. 9. num. 45. Rot. coram R. P. D. Litta Fulginaten. 16. Decembris 1596.*
73 † Quia omisso quod ista opinio est dubia & multi tenent contrarium, tollitur omnis difficultas in casu nostro, in quo habemus secundam inuestituram claram & expressam ad fauorem Nepotis, Quamuis enim etiam attendi deberet prima inue-
74 stitura, † Tamen intelligitur in his quæ dubia sunt in secunda, quia prima vti radix declarat secundam in non expressis, sed quando in secunda, prout est ista de qua agimus, adest aliquid clarè expressum ab habente potestatem, vt est Papa & Imperator, illa attendi debet quamuis etiam præiudicaretur agnatis & vocatis *Decian.* in specie
75 qui alios allegat *consil. 58. n. 60. lib. 2.* † Prout regulare est, vt semper prima inuestitura dubia per posteriorem claram & perspicuam declaretur *Cephal. consil. 3. nu. 19. & cons. 18. n. 14. lib. 1. Decian. cons. 191. pro tenui facultate mea, col. vltim. post med. vers. licet enim, n. 6. Curt. Iun. cons. 21. nu. 8.* cum aliis per *Rosent. de feud. cap. 6. conclus. 69. in littera o, fol. 244.* vbi tamen non approbat *Decian.* quo ad præiudicium vocatorum, de quo modò non est quæstio.

Potuit igitur per Summum Pontificem Paulum declarari prima inuestitura Iulij Papæ II. & per consequens opinio illa dubia Doctorum, dum contendunt an nepos excludat patruum quando non vocatur simpliciter primogenitus, sed filius primogenitus, seu primogenitus natu maior, Maximè quia huiusmodi declaratio est magis confor-
76 mis iuri communi, † secundum quod Nepos venit appellatione filij in materia feudali *Alexander cons. 124. n. 7. post Bald. in c. 1. col. 2. in fin. n. 6. in 8. notab. de alienat. feud. Praeposit. in cap. 1. §. & quia vidimus, num. 5. de his qui feud. dar. poss. late Ias. in l. de quibus, col. 4. post princ. vers. iuxta praedicta quaero, n. 19. ff. de legib.* vbi quod est magis communis opinio
77 & sine dubitatione sequenda, † quia si in vltimis voluntatibus hoc est verum tamquam in eis fiat larga interpretatio, multo magis in feudis, in quibus fit latissima interpretatio, cum sint beneficia *Idem Iason. in l. si extraneus, numer. 22. ff. de condict. caus. dat. & in l. si gallus, §. instituens, num. 24. de lib. & posth.* cum aliis per *Rosental. de feud. conclus. 15. cap. 7.*

image not available

iure litigandi, *Bald. in l. 2. num. 2. col. 2. in fin. & ibi Salic. in fi. vers. item lata, C. quib. res iudic. non noc. Felin. in c. quamuis, 25. col. 5. in prin. vers. de sententia lata, de re iud. Tiraq. de nobilit. 37. n. 7. Pinell. in l. 1. p. 3. n. 49. col. 5. in princ. limit. 1. C. de bon. matern.*

Ideò exemplum datur per Doctores, quod si ex tribus fratribus duo litigant, videlicet primogenitus, qui prætendit duas partes hæreditatis paternæ secundùm statutum, seu consuetudinem quæ
93 † inter nobiles defert duas partes primogenitis, & secundus frater, qui dicit patrem eorum fuisse ignobilem, & quod propterea debet æqualiter succedere, si primogenitus obtinuit sententiam super nobilitate patris, & consequenter super adiudicatione duarum partium hæreditatis. Non tamen talis sententia præiudicabit tertio fratri qui non fuit in lite citatus, & vocatus si velit æqualiter succedere tanquam inter ignobiles, cum eius æquè principaliter intersit, ab illius secundogeniti, *Tiraq.* in specie *de nobilit. c. 37. n. 7. ad med. vers. quod vt facilius.*

Neque obstabit, quod quatenus talis sententia non præiudicaret, Tamen nulla debet modo compe-
94 tere actio, † tanquam simus in vocatis in diem incertam, quibus non licitum est de successione agere, antequam casus illius venerit, cum possit interim iudicium reddi elusorium, si contingeret prius obitus illius, qui talem successionem prætendit *Rosent. de feud. c. 9. memb. 2. conclus. 83. n. 18. Ludou. Molin. de primogen. lib. 3. c. 14. per tot.*

Quia non est inconueniens vt possit inchoari iudicium super iure de futuro, & super eo pronunciari, si ex post facto ius de præsenti superueniat,
95 quasi licita sit † petitio, vt declaretur sibi ius competere absque eo, quod fiat executio, nisi postquam dies aduenerit, *l. 1. §. fi. de pignor. act. l. si mandauero tibi, la 1. ff. mand. l. aquilia, ff. ad leg. aquil.*
96 *Surd. decis. 120. nu. 11.* † & in specie ita concludit *Couarr. lib. 1. var. resol. c. 18. in fi. nu. 8.* vbi quod potest Iudicis officium postulari, vt bona pronuncientur subdita primogenio, illudq; ad eum pertinere post obitum possessoris. quod etiam voluit *Suarez alleg. 4. num. & 3. Simanc. de primogen. hisp. lib. 1. cap. 18.*

Et quamuis *Ludou Molin. & alij ex aduerso allegati*
97 teneant contrarium: † Tamen *idem Molin. lib. 3. c. 14. n. 9. in fi.* attestatur quod nostra opinio apud suprema tribunalia pluries in forensibus controuersiis fuit recepta, subdens ante *num. 1. & nu. 17. in fi.* quod ista quæstio est multum dubia & controuersa, & proinde in supremis illorum Regnorum conuentibus in causis grauissimis contrariæ hinc inde sententiæ obtentæ fuerunt: Adeò vt stante huiusmodi dubietate non iniusta sit petitio ad causam admittere Comitem Odoardum, vt possit iura sua deducere, quæ forsan non satis plenè proposita fuerunt propter absentiam Comitis Antonij, contra quem fuit lata prima sententia.

Et objectum de reddendo iudicio frustratorio non
98 est considerabile, † cum etiam possit ferri sententia in iure de futuro, quod habet ordinem contingentiæ, licèt executio differatur eueniente die, seu conditione, in quo nihil parti fit præiudicium, *Suarez alleg. 4. n. 3. & 4. per text. in l. lege aquilia, ff. ad leg. aquil. cum aliis per eum adductis.*

Quo vero ad vltimum est particulariter videndum, cum multi teneant, quod in feudo etiam ex pacto
99 & prouidentia † filij hæredes patris non possunt reuocare alienationem à patre factam in comprehensos in inuestitura, *Rosent. de feud. cap. 9. concl. 69. num. 5. fol. 624. par. 1. Isern. in c. 1. in fi. vers. paterna non hereditaria, qui success. teneats. Decian. consil. 184. in causa istorum nobilium, num. 1. & 2. Paris. consil. 16. n. 40. & 41. lib. 1. late Roland. consil. 97. nu. 44. cum seq. lib. 1. Grass. in §. hereditas, quest. 21. num. 29. vers. & hoc tanto magis, in fi. Menoch. consil. 89. num. 66. & 109. lib. 1. Schrader. de feud. p. 7. c. 2. n. 47. fol. 170. p. 1.*

EPITOME.

Obligatio voti an sit de iure diuino, quamuis proueniat ex voluntate humana. ¶ Et an Papa in eo dispenset, vt Regularis, & Miles Hierosolymitanus possint accipere vxores. ¶ Et an requiratur magna causa, & vrgentissima necessitas tam in dispensando Monachum, quàm dictum Militem. ¶ Et quales sint istæ causæ. ¶ Filius vnicus Regis an peccet ingrediendo monasterium. ¶ Per professionem emissam in religione Hierosolymitana an soluatur matrimonium ratum, non consummatum. ¶ Et quid in religiosis ordinum de Alcantara & Calatraua. ¶ Milites Hierosolymitani an sint verè religiosi. ¶ Et faciant vota castitatis, & paupertatis, & obedientiæ. ¶ Et gaudeant priuilegio fori. ¶ Et admittantur ad feuda, & fideicommissa. ¶ Et comprehendantur sub dispositione Concilij *sess. 3. c. 3. & sess. 25. c. 15.* cum aliis multis, & diuersis effectibus hic enarratis. ¶ Papa an dispenset, vt frater se coniungat in matrimonium cum vxore fratris sui, & vt nepos ducat vxorem patrui. ¶ Et de multis similibus dispensationibus remissiuè. ¶ Et de monacho, qui solet dispensari, vt capiat vxorem ad tempus vsque ad sobolis procreationem, ne stirps nobilis deficiat sine hærede, & regnum non pereat.

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex potest dispensare in voto solemni per professionem facto, vt regularis, & Miles Hierosolymitanus accipiat vxorem, nu. 3. 4. 5. & 6. Intellige precedente vrgentissima necessitate, & iusta & magna causa, & nu. 9. 10. 11. & 12. & qualis debeat esse, n. 13. 14. 15. 16. 19. 20. 21. 22. & 43.*

2 *Obligatio voti est de iure diuino executiom tradenda, prouenit tamen ex voluntate humana, in qua Papa dispensat.*

7 *Papa potest dispensare vt frater se coniungat in matrimonium cum vxore fratris sui, & vt nepos ducat vxorem patris. Et de multis similibus dispensationibus remissiuè, nu. 8.*

17 *Papa solet dispensare vt monachus capiat vxorem vsque ad sobolis procreationem, ne stirps nobilis deficiat sine herede, & regnum non pereat.*

18 *Filius vnicus Regis peccat si ingrediatur monasterium.*

23 *Magna causa qua requiritur in dispensatione monachi, vt possit capere vxorem, est adhibenda etiam si dispensetur Miles Hierosolymitanus.*

24 *Miles Hierosolymitani sunt verè religiosi, & faciunt votum castitatis, paupertatis, & obedientiæ, num. 27.*

25 *Per professionem emissam in religione Hierosolymitana soluitur matrimonium ratum, non consummatum, in quo Papa non dispensat, quidquid secus sit in*

sit in religiosis ordinum de Alcantara & Calatraua. num. 26.

28 *Milites Hierosolimitani non admittuntur ad officia iurisdictionalia, nec ad fideicommissum, seu feudum, & illos percutiens incurrit excommunicationem, cum multis & variis effectibus, de quibus num. 29. 30. 31. 32. 33. & 34.*

35 *Episcopi & Cardinales an succedant in feudis.*

36 *Causa vrgens non potest dici si dispensetur super coniugio eius, qui allegat se non posse resistere legi carnis, nu. 37. & 38.*

39 *Milites ordinis de Alcantara & Calatraua possunt dispensari, vt ducant vxores, quamuis sint religiosi, non tamen proprie, n. 40. 41. & 42.*

CAPVT CCCCLVII.

Recepta est conclusio, & magis vera, quod
Summus Pontifex possit in voto solemni per
1 professionem facto dispensare, † vt regularis siue
monachus accipiat vxorem, Quamuis enim pro-
pter repugnantiam non possit fieri, quod pro-
fessus stante professione non contineat, Tamen
poterit Papa, voto castitatis dispensatiue subla-
to, licentiare eum, vt contrahat matrimonium,
2 † non obstante quod dicatur obligationem voti
esse de iure diuino, atque ideo non posse tolli per
Principem Ecclesiæ, quia hæc obligatio prouenit
ex voluntate humana, licet ex iure diuino sit exe-
cutioni tradenda, Vnde cum actus humani subii-
ciantur Principibus, poterit Papa voti obligatio-
nem tollere, cum illud eius potestati subiiciatur,
3 † Ita per supradictas, & similes rationes, reiecta
opinione contrarium sequentium, concludunt
omnes magis communiter *in c. cum ad monaste-
rium, 6. de sta. monach. vbi Io. Andr. col. penultim. ad
med. Host. col. 5. ad fin. Abb. n. 12. Butr. n. 28 Card. n.
6. Henric. Boich. nu. 3. post med. Anchar. nu. 24. Inn.
4 nu. 4.* Idem † latè voluit *Felin.* qui de magis com-
muni opinione testatur, & multos adducit *in c. si
quando, 5. col. 3. & 4. nu. 5 de rescript. Ias.* qui ita ser-
uandum esse testatur *in l. vlt. nu. 2. C. de transact. &
in l. si arrogator, n. 4 ff. de adoption. Bald in l. si pater,
in 3. lect. §. in arrogationibus, & in l. si tibi filius, in 1.
lect. ff. eod. tit. Socin. cons. 92. col. 2. ad med. lib. 1. Na-
uar. in sum. c. 12. num. 75 in fin. & de reddit. ecclesiast.
quæst. 1. monit 55. n. 10. & cons. 37. nu. 9. & 10. de voto,
& cons. 38. nu 9. eod. tit. & cons. 3. num. 6, de his quæ vi
vel met. caus. lib. 1. Henriq. in sum. lib. 11. de matrim.
c. 8. n. 11. Cordubens. q. 24. ad fin. lib 1.* latissimè *Petr.
de Aragon. de iust. & iur. qu. 80. de voto, art. 11. col. 7.
5 vsque ad* 14. vbi † respondet omnibus, qui contra-
rium sequuntur, quod videlicet in nullo casu pos-
sit dispensare in voto solemni continentiæ, neque
propter salutem alicuius regni, neque pro conser-
6 uando humano genere ne pereat; † Quidquid
enim isti dicant, contrarium est verius, prout e-
tiam vltra relatos concludit *Archid. in c. sunt qui-
dam, 25. qu. 2. nu. 5. Cassan. super consuetud. Burgund.
rub. 3. §. 5. in verb.* excepté les religieux, *num. 17. fol.
454. Rosental. de feud. c. 7. conclus. 30. n. 4. in glos. in
lit. e, late Couar. in c. 2. nu. 10. & 11. de testam. Ferd.
Rebell. de obligat. iustit. lib. 3. de matrim. impedim. qu.
4. sect. 1. ad fin. Eman. Roder. quæst. regul. 14. art. 2.
tom. 1.* Cæteros omitto, cum nimis longum esset
omnes recensere, & multos etiam adducit *Nau.
7 cons. 33.* vbi etiam † quod Papa potest dispensare,
vt frater se coniungat in matrimonium cum vxo-
re fratris sui, & vt nepos ducat vxorem patrui,
Anchar. consil. 373. reuocatur in dubium, in fin.

Et de multis dispensationibus concessis per Sum-
8 mos Pontifices in prædicto casu † faciunt men-
tionem *Felin. Marineus Siculus, Beluac. in, & alij,*
de quibus per *Petr. Aragon. de iust. iur. & qu. 88. de
voto, artic. 11. col. 5. ad med. fol. 756. Nauar. consil. 38.
num. 11 de voto, lib. 3. Ruin. consil. 352. nu. 13. cum seq.
& consil. 307. num. 4. vbi Mandos. in addit. in verb.
errretur.*

Prædicta tamen sunt intelligenda, quando adesset
9 aliqua vrgentissima necessitas, † vt dicit *Nauar.
in summ. c. 12. nu. 75. in fin.* & ea iusta magna causa,
& Deo placente *Anchar in cap. cum ad monasterium,
num. 24 de stat. monach. & ibi Henrich Boich. col.
2. in fin.* Quia illa cessante non permitteretur
hoc fieri, cum non esset dispensatio, *Card. in d. c.
cum ad monasterium, col. penult. ad med post D. Ber-
10 nard. 3. de considerat. c. 23.* † Et maximam causam,
& necessariam, quæ via potest accidere dicit
Cordub. q. 24 in fin. lib. 1. Et vrgentem, ac maxi-
mam, & grauem debere esse dicit *Socin. consil. 92.
col. 3. ad med. lib. 1. Henriq. in summa lib. 11. c. 6. nu-
mero 11. Ias. in l. vlt. num. 2. C. de transact. Felin. in
c. si quando, num. 5. ad fin. de rescript. Nau. cons. 33.
11 unic numero 1.* † Et iustam & magnam causam
debere adesse dicit *Nauar cons. 2. nu. 3 de conuers.
12 coniugat.* † vbi loquitur etiam de Militibus Hie-
rosolymitanis, in quibus eamdem causam requi-
rit in huiusmodi dispensationibus sicut in mona-
chis, & religiosis non militantibus.

Exempla autem istius maximæ, & vrgentissimæ cau-
13 sæ afferuntur per Doctores, † quando videlicet
tota Christianitas, vel aliqua pars eius esset in pe-
riculo, nisi Monachus fieret Rex, cum non esset
alius, qui sciret, vel posset aliquod regnum regere,
nisi monachus, vel quando illi, qui possent dare
regnum dicerent nolle concedere, nisi monachus
accipiat in vxorem talem Reginam, aliàs darent
Regnum infideli, vel Tiranno tunc enim esset
præferenda ista publica vtilitas commodo priua-
to continentiæ, & vitæ contemplatiuæ, cum sit
credendum, quod magis placeat Deo, vt quod
communiter est vtile eligatur, prout dicta exem-
14 pla ponit † *Innoc. in c. cum ad monasterium, num. 4.
Io Andr. col. penult. post med. Hostien. col. penult. &
vlt. Butr. col. fin. in princ. Card col. penultim. ante
med. Henric. Boich. col. 3. in princ. Anchar num. 24.
de stat. monach.*

Vel si aliquis Rex infidelis vellet redire ad fidem
15 cum toto suo Regno, † si posset ducere monia-
lem, tunc enim credendum est esse hoc magis
Deo carum, quàm continentia vnius hominis,
qui maius meritum habebit obtemperando Vi-
cario Christi, quàm continendo, *Abb. in d. c. cum
ad monasterium, n. 21 de stat. regul.*

Seu quando potest inueniri rationabilis causa, scili-
16 cet progressus maioris boni, † & vitatio mali, siue
per comparationem ad rem publicam, siue ad vo-
uentem, vt reformatio pacis inter Regna, quod
est maius bonum Christianitati, quàm continen-
tia vnius personæ, quasi tunc dictet ratio, vt exi-
stens in Ecclesia loco Dei prouideat periculis
communitatum, & personarum pensatis vtilita-
tibus, & damnis *Cardin in c. cum ad monasterium,
col. vltim. ante med. n. 6. de stat. monach.*

Aut ne stirps nobilis deficiat sine hærede, & regnum
17 non pereat, † tunc enim saltem Papa dispensabit,

vt matrimonium duret ad tempus, putà quod monachus capiat vxorem vsque ad procreationem sobolis, *Iaf. in l. vlt. num. 5. C. de transact. & in l. si*
18 *arrogator, num. 4. & 5. ff. de adopt.* vbi † etiam quod filius vnicus Regis peccat, si ingrediatur monasterium, *Bald. in l. si pater familias, §. in arrogationibus, ff. de adoption. & in l. si tibi, ff. eod. tit. Rosent. de feud. c. 7. conclus. 30. n. 4. in glos. in littera e.*

Siue pro magna guerra sopienda, aut pro cultu Dei
19 ampliando, † si essent pauci fideles, aut pro vitanda strage animarum, Nam hoc casu posset Papa dispensare, vt contraherent simul etiam monialis & clericus, *Anchar. in c. sunt quidam, ante fin. 25. q. 2.*

Vel ad componendas lites multorum regnorum, *Emanuel Roder. quæst. regular. 25. tom. 1. art. 2. post Spi-*
20 *chinum per eum allegatum, de contin. lib. 5. c. 5.* † vbi refert cum aliquibus religiosis professis aliquando fuisse dispensatum ob prædictam causam.

Prout quando votum solemne continentiæ est im-
21 pedimentum maioris boni; † Nam tunc Papa habet iustam causam dispensandi, quando videlicet per matrimonium alicuius solemniter vouentis etiam monachi posset pax patriæ procurari, *Io. Andr. in c. semel deo, 51. in fin. de reg. iur. in nouell. Cordubens. lib. 1. quæst. theol. c. 24. ad fin.*

Idem quando timetur ne tumultus alicuius regni
22 fiat, nisi certus successor regni declaretur, † si fortè magnates eiusdem Regni prætendant sibi competere, vel maxima bella dubitentur inter regnicolas ab vna parte, & alios exteros iure cognationis, vel aliis causis prætendentibus in illo regno successionem, quæ licèt sint incerta & futura, tamen sunt consideranda ad effectum similium dispensationum, prout consuluit *Nauar. cons. 38. nu. 20. cum seq. lib. 3. de voto.*

An autem quæ dicta sunt de Monachis & regularibus procedant in Militibus Hierosolymitanis S.
23 Ioannis, † de quibus agimus, ita vt in eis dispensandis requiratur tam magna causa, prout in Monachis, Concludendum est affirmatiuè, vt notat in specie *Nauar. cons. 2. n. 3. de conuer. coniugat.* cum isti Milites sint verè religiosi, & dicantur Clerici
24 Regulares sub religione S. Augustini, † & faciant votum castitatis, ac paupertatis, & obedientiæ, *Rot. diuers. decis. 491. n. 5 p. 1. Nauar. cons. 21. lib. 3. n. 1. de regular.* cum aliis, de quibus per *Menoch. de arbitr. cas. 56. n. 16. & 17. in addit. & consil. 54. num. 17. lib. 1.*

Ideo per professionem emissam in religione Hierosolymitana S. Ioannis soluitur matrimonium ra-
25 tum non consummatum, † in quibus Papa non dispensat, quidquid aliud sit in religiosis ordinum S. Iacobi de Alcantara, & Calatraua, quorum professio non dirimit dictum matrimonium, *Roder. quæst. regul. tom. 3. q. 1. art. 7. Petr. de Aragon. de iust. & iur. q. 88. art. 10. de voto, col. antepenult. in princip. Corduben. de casibus, q. 178. Nauar. de reddit. eccle-*
26 *siastic. ad fin. & consil. 2. de conuers. coniugat. lib. 3.* † Quidquid contrarium sequantur *Sot. in 4. distinct. 27. qu. 1. art. 4. col. antepenult. & Sarment. de reddit. ecclesiast. lib. 4. qu. 13.* Quia contra eos est verior opinio, vt testatur *Rebell. de obligat. iust. lib. 3. quæst. 4. de matrimon. impedim. p. 2. sect. 2. col. 2. in princ. fol. 319. Barbo. in rub. D. solu. matrim. p. 2. n. 82.* cum aliis
27 per *Sancez de matrimon. li. 2. disp. 18. n. 8.* Cum † isti sint verè religiosi & professi, & eorum ordo sit religio, ita vt de eis sit dicendum quod de cæteris regularibus professis, vt ex resolutionibus Sacræ Congregationis Concilij testatur *Idem Rebell. d. q. 4. sect. 2. col. 2. in princ.*

Quare etiam prædicti Equites Hierosolymitani tamquam veri religiosi non admittuntur ad officia
28 iurisdictionalia, † aut deputationem Ciuitatis, neque ad fideicommissum familiæ relictum, nec quidem quo ad vsumfructum, Et illos percutiens incurrit excommunicationem, Et statutum loquens de religiosis & professis ex stricta signifi-
29 catione extenditur ad eos, † Et non possunt prorogare iurisdictionem, & consentire in non suum Iudicem Et præceptoriæ huius ordinis sunt amouibiles ad nutum Magni Magistri, ac conuentus, cum tamquam religiosi nihil proprium habere valeant, nihilque eis in perpetuum concedi possit, Et nati ex huiusmodi Militibus expressè pro-
30 fessis † dicuntur incestuosi, sicut si essent nati ex religiosis, Et dispositio *Concil. Trid. sess. 6. c. 3.* dum concedit, vt Regularis possit puniri ab Ordinario loci, si extra monasterij claustra deliquerit, etiam
31 procedit in istis Militibus, † Qui comprehenduntur quoque in dispositione *eiusdem Concilij sess. 25. c. 15.* quo cauetur, ne quis in quacumque religione tam virorum, quam mulierum, qui minori
32 tempore, quam † per annum post susceptum habitum in probatione steterit ad professionem admittatur. Et habent priuilegium fori, sicut aliæ
33 personæ religiosæ, † postquam tamen assumpserunt habitum religionis, cum non sufficeret, quod omnia alia fecissent, vt putà probationes pro eius admissione, quamuis etiam soluissent viaticum solitum, ac se præparassent ad insulam Maltæ accedere, prout omnes supradictos casus ex pluribus decisionibus relatis adducit *Ioan. Aloysius Riccius*
34 *in suis collectaneis decisionum, c. 503. & c. 216.* † vbi etiam quod non possunt succedere in feudo, *Menoch. de arbitr. cas. 56. n. 17. in addit. & consil. 54. nu. 17. lib. 1.* latè *Rosental.* qui multas distinctiones ponit *de feud. c. 7. concl. 30. p. 1. fol. 352.* Exemplo Epi-
35 scoporum & Cardinalium, † qui non succedunt in feudo, quando illud est rectum & proprium, cum secus sit in feudo concesso sub præstatione annui redditus, *Menoch. cons. 54. n. 32. lib. 1.*

Quo ad causas autem quæ modo adducuntur ad effectum obtinendi similem dispensationem, an
36 illæ sint vrgentes, & magnæ, † videtur dubitandum quo ad illam, quæ adducitur. Quia non potest dici vrgens causa dispensare super coniugio eius, qui allegabat se legi carnis non posse resistere, prout similis dispensatio fuit denegata Diacono, pro quo intercedebat Æneas Siluius tunc Cardinalis apud Calixtum III. cui postea Idem Siluius successit nomine Pius II. *vt in suis epistolis*
37 *in Cardinalatu compositis, fol. penult.* vbi † scribit esse expectandum ab amico Apostolatum alterius, qui mitior sit, vt refert *Felin. in c. si quando, 5. in fin. de rescript.* Idem voluit *Petrus De Aragon. de*
38 *iust. & iur. q. 88. de voto, art. 11. col. 5. in fin. fol. 716.* † vbi loquitur de Militibus Hierosolymitanis S. Ioannis, cum quibus numquam fuit dispensatum ob istam causam, quia non poterant seruare casti-
39 tatem, † quidquid sit in ordinibus de Alcantara, & Calatraua, cum quibus talis causa erit sufficiens ad concedendam similem dispensationem, vt per
40 *Petr. Aragon. ibi.* † cum istis non repugnet habere vxores,

vxores, vt concludit Roderic. qui alios allegat *tit.*
41 *1. quæst. regul. art. 3. qu. 25.* † Quamuis etiam tales sint religiosi, vt per *Menoch. de arbitr. cas. 231. n. 31.*
42 *in addit.* † Non tamen propriè, quare non comprehenduntur in dispositione Concilij, cum possint ducere vxores. *Idem Menoch. de arbitr. cas. 56. in fin. in addit.* de quibus etiam latè per *eundem Menoch. consil. 950. 7. dub. lib. 10.*

Aliæ causæ possent haberi pro vrgentibus, si est verum in facto, quod stante defectu prolis adest timor futuri belli propter multos Principes, qui
43 † prætendunt huiusmodi status successionem, prout supra dictum fuit ex *Nauar. & aliis allegatis*, in quibus omnibus stabitur arbitrio, & religioni Summi Pontificis.

EPITOME.

Derogatio iuris quæsiti an sit necessaria in commutatione voluntatis facta per Papam. ¶ Et quando in ea sit apponenda clausula, Non obstante. ¶ Et an illa operetur eundem effectum, ac si dictum fuisset. Cum plenitudine potestatis. ¶ Et an citatio requiratur. ¶ Regula de iure quæsito non tollendo an cesset in materia de sui natura præiudiciali. ¶ Vel quando agitur de iure quærendo. ¶ Vel in concessione facta per Principem ad tempus. ¶ Vel quando adsunt clausulæ, Ex certa scientia, aut De plenitudine potestatis, seu Non obstantibus, cum similibus derogatoriis. ¶ Legatum etiam pro legitima an consistat in iure quærendo. ¶ Et an requiratur illius petitio & declaratio, ita vt ante eam non currat præscriptio, non consideretur mala fides. ¶ Et an detur illius repudiatio in præiudicium creditorum. ¶ Et quando possit tolli per Principem etiam sine citatione. ¶ Ecclesia parochialis erecta in Collegiatam an præcedat alias parochiales, quamuis non sit derogatum regulæ de iure quæsito. ¶ Locus erectus in cathedralem an applicetur Episcopo cum derogatione iurisdictionis Archidiaconi, quam ibi prius habebat. ¶ Et an priuilegia antiqua amplius deseruiant. ¶ Noua parochia erecta intra fines antiquæ an habeat decimas, quæ prius competebant antiquæ. ¶ Papa an habeat plenitudinem potestatis in his, quæ inducuntur de iure positiuo, sicut in beneficialibus. ¶ Et quando in istis sit apponenda clausula, Non obstantibus. ¶ Testamentum, & contractus an sint de iure gentium. ¶ Et an actiones quæ ex eis oriuntur sint de iure ciuili, ita vt illis per Principem possit derogari.

SVMMARIVM.

1 *Commutatio voluntatis facta per Papam cum clausula Non obstante, non requirit derogationem iuris quæsiti.*

2 *Clausula Non obstante, non solum operatur commutationem voluntatis quo ad vnam partem illius, sed etiam reuocationem totius testamenti iam perfecti.*

3 *Commutatio voluntatis valet etiam sine clausula Non obstante, quando alicui non fieret præiudicium.*

4 *Princeps quando scienter derogat iuribus alterius non est facienda alia expressio.*

5 *Regula de iure quæsito non tollendo est sublata quando constat quod Papa vsus est verbis quomodocunque derogatoriis.*

6 *Clausula Non obstante tollit ius alteri quæsitum, non secus ac si dictum fuisset de plenitudine potestatis.*

7 *Regula de iure quæsito cessat quando materia super qua cadit concessio est de sui natura præiudicialis, num. 15. Declara vt num. 16.*

8 *Ecclesia parochialis erecta in collegiatam in necessariam consequentiam præcedit alias parochiales, quamuis non sit derogatum regulæ de non tollendo iure quæsito, & num. 9.*

10 *Locus erectus in cathedralem, in quo Archidiaconus habebat iurisdictionem applicatur Episcopo cum abdicatione iurisdictionis d. Archidiacono competentis.*

11 *Castrum si erigatur in cathedralem priuilegia concesso Protectori eiusdem Castri sunt reuocata, & num. 12.*

13 *Monstruosum videtur esse quod vnum corpus habeat duo capita.*

14 *Noua parochia erecta intra fines antiquæ debet habere decimas, quæ prius competebant antiquæ, quamuis nihil de eis in erectione disponatur.*

17 *Legatum etiam pro legitima consistit in iure quærendo, & in eo requiritur petitio, & declaratio, ideo currit præscriptio, nec consideratur mala fides, & num. 18.*

19 *Legata, hæreditates, & similia possunt repudiari in præiudicium creditorum, tanquam consistant in iure quærendo, & num. 20.*

21 *Regula de iure quæsito non tollendo non habet locum in iure quærendo.*

22 *Acquisitio effectualis non consideratur in legato ante illius acceptationem.*

23 *Ius quæsitum, ne dum ius quærendum magis potest tolli per Principem stante causa necessaria.*

24 *In concessione facta ad tempus per Principem non consideratur regula de non tollendo iure quæsito.*

25 *Princeps potest auferre ius futuri legati, & fideicommissi non agniti.*

26 *Testamentum est de iure gentium, prout sunt ferè omnes contractus, quamuis actiones, quæ ex eis oriuntur sunt de iure ciuili, quæ possunt tolli per Principem, & num. 27.*

28 *Citatio non requiritur quando Princeps aufert ius alterius ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, vel cum clausula Non obstantibus, & nu. 34. 35. & 36.*

29 *Voluntates testatorum passim per Papam alterantur, & in aliam causam iustam commutantur, & num. 30.*

31 *Papa habet plenitudinem potestatis in beneficialibus. Idem in his quæ inducuntur de iure positiuo, quando tamen apponit clausulam, Non obstantibus, cum in beneficiis illa non requiratur, & n. 32.*

33 *Bona sunt accipienda cum suis oneribus.*

CAPVT CCCCLVIII.

In gratia de qua agimus nullam dixi adesse subreptionem, sumus enim in commutatione voluntatis de vno vsu in alind facta per Summum
1 Pontificem † cum clausula Non obstante, quæ sufficit absque eo, quod requiratur vlterior derogatio iuris quæsiti, cum per dictam clausulam satis appareat de eius mente, quod intendit vti supremo iure potestatis supremæ vt concludit *Bald. in l. testam. 10. in prin. & in fi. vers. per temeritatem: & ibi etiam Corn. in fi. vers. sed ex plenitudine*

n.9.Ias.n.3.Castr.n.2.de test. Alex.ad Bart.in l.leg. ciuit.in verb.in alium vsum, ad med. vers.item nota
2 *quod licet papa, ff.de vsufr.leg.* † Ita vt huiusmodi clausula, non solum operetur validitatem commutationis quo ad vnam partem voluntatis testatoris, sed etiam reuocationem totius testamenti iam perfecti, vt concludunt omnes *Doct.sup.cita.*
3 † Quamuis in casu, in quo nulli fieret praeiudicium, talis commutatio valeret etiam sine d.clausula, Non obstante, *Castr.in d.l.si testam.in fi.vers. sed quaritur an princeps, C.de testam.*

Quod magis est in casu nostro, nam fuit narratum Sanctiss. quod testator disposuit de huiusmodi fructibus ad fauorem eius, qui studiis legalibus, seu Medicinae incumbere vellet: Vnde eum expressè ad tempus talem voluntatem commutauerit ad commodum filiarum, vt possint nubere, seu ingredi monasterium, apparet eundem Sanctiss. potuisse cogitare, & cogitasse, quod aliquis tunc temporis existeret de familia testatoris aptus ad studendum, aliàs talis concessio fuisset superflua, & per consequens constat voluisse praeiudicare iuribus legatarij, quo casu erit facienda alia ex-
4 pressio, † cum illa insit necessariò, & non contingenter, & satis est demonstratum fuisse quid & quale sit, adeò vt scientiam Principis non fefellerit, immò plenariè instruxerit, & per cõsequens si voluntas Principis adest, & potestas etiam subest, *Bald.in c.cum ordinem, col.4.in princ.vers.concludo ergo, nu.10. & col.6. in princ.vers.& praedicta faciunt ad quaest.n.17.de rescript. Felin.in c.super eo, ad fi.vers.limita omnia praedicta, de off.deleg.*

Immò in casu nostro fuit derogatum regulae de iure
5 quaesito, cum sufficiat, † quod Papa vtatur verbis quomodocumq; derogatoriis, ad effectum, vt sit sublata dicta regula, *Rota coram R.P.D. Sacrato, Caesaraugustana iurisdictionis, 5.Februar.1609.* & cum in casu, de quo agimus, adsit clausula, Non obstante, per eam est sublatum ius tertij, cui apparet per Principem voluisse derogari cum dicta clausula operetur, & tollat ius alteri quaesitum,
6 † non secus ac si dictum fuisset de plenitudine potestatis, & ex certa scientia, *Alex.cons.101.visis instrum.exempt col.5.ad fi.n.9.lib.1. Cyn.in l.vlt.nu.3.in fi.vers.Petrus videtur dicere, C si contra ius vel vtil. publ. Butr.in c.quae in ecclesiarum, col.penult. ad med.vers.aut totaliter in tollendo, n.28.& ibi Io. Andr.ante med.vers.vbi verò rescriptum, de constit. Calder.consil.12.in princ.de rescript.*

Ex quibus non obstat, quod non fuerit derogatum
7 regulae de iure quaesito non tollendo: † Cum vt dictum est ei fuerit derogatum, vltra quod illa cessat quando materia, super qua cadit concessio, est de sui natura praeiudicialis, prout sumus in casu nostro, in quo praeiudicium tertij necessariò & apparenter continetur, quia aliàs priuilegium & commutatio voluntatis esset sine effectu, *Corn. cons.83. circa primum consult. col.penult. post med. vers.tertio respond.n.16.lib.4.post Bald in l.nec auus 4.in princ.C.de emancip.liber. Rota coram Cardin. Seraph.Ilerden praeeminentiarum, 26.Iunij 1602.*
8 quae est inter impressas *decis.1445.* † Vbi de Ecclesia parochiali erecta in collegiatam, quae eo ipso in necessariam consequentiam praecedit alias parochiales, quamuis non sit derogatum dictae regulae de non tollendo: Cum talis derogatio non sit necessaria, quasi gratia erectionis sit de
9 sui natura praeiudicialis dictis Ecclesiis. † Nam mutato statu dicitur mutatum antiquum ius, *Rota coram R.P.D.Sacrato, Laur.iurisd.20.Iunij 1616.*

Exemplo loci qui erigitur in Cathedralem, in quo
10 Archidiaconus habet iurisdictionem, † statim enim tollitur huiusmodi iurisdictio, & applicatur Episcopo, quamuis aliàs erectio intelligatur sine praeiudicio tertij, vt concludit *Host.in c.cum inferior 16. col.2. ad med. vers.ex quo aliquis episcopatus, & ibid.in fi. vers.eo ipso quod episcopus, de maiorit.& obedien. Rota coram R.P.D. Sacrato, Lauretana iurisdictionis, 20.Iunij 1616.*

Vnde si castrum erigatur in cathedralem omnia pri-
11 uilegia antiqua Protectoribus concessa † erunt reuocata, neque amplius deseruient, cum eis intelligatur praeiudicatum ex natura rei, quae est praeiudicialis, quasi per talem executionem for-
12 metur nouum corpus cum nouo Praesule, † qui est Episcopus, *Rot.coram R.P.D.Ortemb.Constantien. iurisd.18.Maij 1611.& coram R.P.D.Sacrato, Lauretana iurisd.20.Iunij 1616. post Doctores in c.cum inferior.vbi Butr.nu.11. Card.n.10.Bellamer.n.8.de*
13 *maiorit.& obedient.* † Maximè quia est monstruosum, quod vnum corpus habeat duo capita, *c.sicut in vnaquaque 21. q.2. c.in apibus 7.q.1.*

Quare etiam noua parochia erecta intra fines antiquae habebit decimas, quae prius competebant
14 antiquae, † quamuis in noua erectione nihil de hoc caueatur Abb.qui de communi *in c.cum contingat, n.8.de decim.Rot.coram R.P.D.Sacrato, Comen.decimar.28.Iunij 1602. & 27.Nouemb.1607. & coram eodem, Lauretana iurisdict.29.Iunij 1616.*
15 † Et in summa in omnibus gratiis de sui natura praeiudicialibus, vt est vnio, exemptio, erectio, cum similibus, non potest dari de ignorantia Papae, nec de surreptione, nec de non derogatione regulae de non tollendo iure quaesito, *Card.Seraph.*
16 *decis.1445.* † Quidquid aliud sit quando Papa non intellexit factum, ex quo oriebatur praeiudicium prout in istis terminis loquuntur contrariae decisiones *coram R.P.D. Bubalo Syracusana bonorum, & Syracusana praeminentiar.16.Febr.1586.* de quibus *Card.Seraph.decis.144.n.6.*

Accedat quod sumus in legato, de cuius acceptatione non constat tempore commutationis voluntatis factae per Sanctiss. & sic non sumus in iure
17 quaesito, sed quaerendo, † cum consistat in voluntate legatarij accipere, vel non accipere, petere, & non petere, quamuis etiam essemus in legato facto pro legitima, quae licet debeatur ipso iure per legem: Tamen requiritur declaratio, & petitio, sine qua non potest quaeri respectu realis, &
18 effectualis acquisitionis. † Ideo tanquam simus in quaerendis, non consideratur ante acceptationem mala fides, & currit praescriptio, cum aliis effectibus, quos habent similia iura quaerenda, *Anchar.in cap.sine possessione, col.11.in fi.vers.item intelligitur cum intendit, nu.7.de reg.iur. Gomes.de testam.tit.11.de success.contra testam.num.23.Roder. Soarez in l.quoniam, in prioribus, limit.3.nu.2.& 3. & ampliat.10.C.de inoffic.testam.Honded.consil.85. num.47.& 48. lib.1. Rota per Mohedan.decis.151. Put.decis.128.lib.2.Becc.cons.48.per tot.Surd.decis. 25.num.4.*

Quare etiam legata possunt repudiari in praeiudi-
19 cium creditorum, cum simus in quaerendis, † in quibus licet obesse, quidquid aliud sit in quaesitis, *l.vlt.C.de acquir.possess.Couarr.in cap.Rainald.§.3. n.12. vers.addit praeterea, de testam. Gomes.de restit. minor.*

minar.n.14.verſ.tertio extende, ſiue ſimus in credi-
toribus chitographariis, ſiue hypothecariis, *Socin.
Iun.conſil.124.lib.3.Franc.deciſ.101.n.2.Rot.coram
Card.Blanchetto, Romana de Fabiis*, 30. *May* 1580.
20 † Quod etiam eſt in hæreditate, & ſimilibus, quæ
tamquam de iure quærendo repudiantur in præ-
iudicium creditorum *Sancez de matrim.li.6.diſput.
4.in 7.illat.num 8.ad fin.verſic.tandem aly limitant.*
Etiam in præiudicium fiſci. *Rimin.Iun.conſil.136.
lib.1.Dec.conſil.445.in caſum 65.Peregr.de iur.fiſci,
tit.1.lib.5.n.191.Franc.deciſ.101.n.5.ad fin.*
Cùm igitur ſimus in quærendis, non intrat regula de
21 non tollendo, Nam vt illa procedat, † debet eſſe
ius quæſitum verè, & cum effectu, *Rot.diuerſ deci.
492.num.10.p.3.lib.3.* quæ acquiſitio realis & effe-
ctualis, ſeu incommutabilis non conſideratur in
22 legato † ante illius acceptationem, & declaratio-
nem *Socin.conſ.2.n.20.in fi.lib.3.Surd.conſ.73.num.
5.lib.1.Gomeſ.de teſtam.tit.11.n.23.*
Maximè quia talis commutatio fuit facta ex cauſa
dotium pro puellis filiis fratris teſtatoris, & ipſius
hæredis pauperibus, & omni ope deſtitutis, qua
23 ſtante † magis poteſt per Principem tolli ius quæ-
ſitum, ne dum ius quærendum *Felin.in cap qua in
eccleſiarum 7.colu.34 poſt prin.verſ.vbi autem Papa,
24 in 3.declarat.in fi n.31.de conſtitut.* Præſertim † quia
conceſſio fuit ad tempus, cum effectus diſpoſi-
tionis teſtatoris fuerit ſolùm ſuſpenſus, non in to-
tum extinctus, quo caſu regula de non tollendo
non conſideratur *Rot diuerſ. deciſ.494.nu.8. verſ.
ſecundo procedit,p.3.lib.3.*
Amplius neque citatio aliqua requiritur in huiuſ-
modi caſibus, cum ſimus in iure futuri legati, ſeu
25 fideicommiſſi, † quod poteſt per Principem au-
ferri antequam ſit agnitũ, quia talis acquiſitio eſt
de iure ciuili, quàm etiam ſine cauſa Papa poteſt
26 tollere, † Quamuis enim teſtamentum ſit de iure
gentium ſecundum *Bar.in l.interdum, de condit.in-
deb.* Tamen etiam omnes ferè contractus, & con-
uentiones fuerunt de iure gentium, & nihilomi-
nus actiones, quæ ex ipſis oriuntur, ſunt de iure ci-
27 uili, † & poſſunt tolli per Principem, quia ſolùm
aufertur ius agendi, Vnde in propoſito benè po-
tuit auferri actio ex teſtamento, quæ datur legata-
rio contra hæredem, Ita in ſpecie concludit *Ale-
xand.conſ.5.viſis codicillis, colum.penult.ad med.n.
28 19. & 20.lib.1.aliàs eſt conſil.87.lib.5.* † Vbi etiam
quod non requiritur citatio quando Princeps per
reſcriptum aufert ius alterius, prout in caſu no-
ſtro, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſta-
tis, vel cum clauſula Non obſtantibus, quę idem ſi-
gnificat *Alexand.conſ.101.n.9.lib.1.Pariſ.conſ 5.n.
107.lib.4.Socin.conſil.156.n.8.lib.2.poſt Gloſſ.in cap.
ad hac, de reſcript. & in cap.ex parte, el 2.de offic.de-
leg.& in l fin.vbi Cin.Cod.ſi contr.ius vel vtil.publ.*
29 † Et paſſim Papa alterat voluntates teſtatorum,
*clem.quia contingit, & ibi Gloſſ.in verb.cum apoſto-
lica ſedis, de relig.domib.* Maximè in caſu noſtro, in
quo non poteſt negari commutationem factam
30 fuiſſe in melius, † Immo in cauſam neceſſariam,
Vnde illa magis erit ſuſtinenda *c.ſcriptura, de vo-
to, c.plus, de reg.iur.Card.in d.clem.quia contingit,
colum.4.in fin.q.4.nu.11.de relig.domib.Salic.in l.ſi
teſtamentum, C.de teſtam.*
Neque obſtat, quod Papa habeat iſtam plenitudi-
31 nem poteſtatis in beneficialibus, † de quibus mo-
do non agimus, *clement.ad fin.vt lit.pend.* Quia ve-
rius eſt illum habere talem plenitudinem tam
in beneficialibus, quàm in his, quæ inducuntur
32 de iure poſitiuo, cum hac tamen differentia,
quod vbi Papa aufert ius priuati, oportet, quod
apponat clauſulam Non obſtante, licet ſecus ſit
in beneficiis, in quibus valebit reſcriptum ſine
dicta clauſula, quaſi in eis habeat liberam admi-
niſtrationem, quæ clauſula cum adſit in caſu no-
ſtro, ſequitur vt fuerit præiudicatum iuri tertij
in reſcripto de quo agimus vt poſt *Bart.Imol.&
alios* latè concludit *Alex conſil.2.in fi.verſ.non ob-
ſtat dum dicitur, & verſ.ſecundo operatur, lib.1.*
Quare autem opponuntur de ſubreptione ob pau-
pertatem narratam, quæ prætenditur non adeſſe,
ſunt ſublata ex facto, ex quo, non ſolum conſtat
de ea, ſed etiam apparet illam maiorem eſſe ob
debita, & alia onera, quæ ſi detrahantur ſatis erit
33 gratia inſtificata, † cum bona ſint accipienda cum
ſuis oneribus *l.ſi debitor, C.de diſtract.pignor, l.de-
bitorem, Cod.de pignorib.Rebuff in l.bonorum, l.ap-
pellatione, de verb ſignific.*
Ex quibus etiam tollitur obiectum de omiſſa citatio-
34 ne partis iuxta ea quæ ponit † *Soc.conſ 164 nu.15.
vſque ad 14.& conſ 156.n.7.lib.2.per clem.paſtoral.
§ cæterum, in 2.reſponſ.de re iudic.Abb.Imol.Card.
35 & aly in cap.1.de cauſ.poſſeſſ & propriet.* † Quia
cum cõſtiterit Principem vſum fuiſſe plenitudine
poteſtatis, valebit reſcriptum, ſeu gratia etiam in
præiudicium alterius non vocati *Felin. in c.cum
olim, 12.col.7.ad med verſ.ſecunda declarat.n.8.&
ibi latè add.in verb.afferri poteſt, de re iud.poſt Gl.&
Bart.in l.nam ita diuus, de adopt.Ferr.conſ.82.nu.1.
ad fi.verſ.ad idem allego, Rom.conſil.369.n.18.& 19.
& ibi Mandoſ.in verb citat. & in verb neceſſaria,
36 Gigas, de penſion.q.37.* † Quod autem in caſu no-
ſtro voluerit Princeps vti plenitudine poteſtatis
apparet ex clauſula Ex certa ſcientia, & Non ob-
ſtantibus, cum ſimilibus *Soc.conſ.156.num.8.lib.2.
Curt.Sen.conſ.48.num.26.cum alias per Mandoſ.ad
Roman.conſ.369. num.18. in verb. ex certa ſcientia,
Felin.in cap.cum olim, 12.n.8.ad fi.de re iudic.& in
c.cum inter, 5.n.7.de except.*

EPITOME.

Dolus quando conſideretur in fideiuſſore e-
mente pignora debitoris, vel faciendo ſibi cedi
cenſum, pro quo fideiuſſerat, ita vt non poſſit ac-
quirere fructus. § Et an in hoc æquiparetur extra-
neo emptori. § Intellectus *l.1.C.de dolo* § Offi-
cium fideiubendi an ſit ex gratia, & amicitia, &
quando illam fideiuſſor ſeruare dicatur. § Quod
non poſſum ego an poſſim, vt quilibet. § Facta
emptione cenſus per fideiuſſorem an extingua-
tur eius obligatio, ita vt non conſideretur am-
plius in eo actus fideiubendi. § Ceſſio quando va-
leat non interueniente pecunia. § Si duo inſoli-
dum conſtituunt annuum redditum, & vnus reci-
pit totam pecuniam, & alteri ſit promiſſa inde-
mnitas, & redemptio cenſus, an alter poſſit red-
ditum ſibi comparare, & cogere principalem de-
bitorem ad redimendum. § Fideiuſſor, ſeu admi-
niſtrator habentes pecunias principalis, cum
quibus poſſent luere cenſum an teneantur ſim-
plici ceſſione nominis, vel omnia debeant com-
putare in ſortem.

SVMMARIVM.

1 *Extraneus poteſt emere cenſum, & agere ad fructus il-*

lius contra debitorem. Et an idem sit in fideiussore eius, qui censum vendidit, numero 2.13.18.19.22. 27.28.& 33.

3 *Fideiussor debet liberare pignus debitoris, non illum emere ad sui commodum. Et quid in alia re eiusdem debitoris, numero 4.*

5 *Actio de dolo an detur contra fideiussorem ementem pignus debitoris, & numero 6.*

7 *Quod non possum vt ego, potero vt quilibet. Intellige vt numero 8.& 11.*

9 *Fideiussor ratione cuiusdam taciti pacti videtur suscepisse fidem gerendi negotium debitoris, non suum. Idem in socio & fratre, num. 10.*

12 *Fideiussor comparatur procuratori rei alienæ, qui sua pecunia rem à creditore emens illam liberare intelligitur.*

14 *Actus fideiubendi est ex gratia & amicitia, quam non seruat fideiussor, si aliquid percipiat ratione emptionis, seu redemptionis hypothecæ, & nihil amittat, numero 15.& 16.*

17 *Cessio potest fieri si constat de veritate contractus etiam non interueniente pecunia.*

20 *Officium fideiubendi non debet esse damnosum fideiussori.*

21 *Nomina debitorum possunt cedi, & vendi.*

23 *Fideiussor non prohibetur accipere cessionem nominis debitoris, pro quo fideiussit, & ipsum nomen, & fructus nominis suos facere tanquam agatur de acquirendo iure creditoris, & succedendo in eius locum, non de acquirendo dominio rei.*

24 *Cessionarius gaudet omnibus priuilegiis, quibus gaudebat cedens, etiam quo ad viam executiuam, numero 25.*

26 *Intellectus l.1.C.de dolo, & numero 31.*

29 *Dolus non consideratur in fideiussore emente pignora debitoris, sed in non restituendo.*

30 *Probatio admittitur contra præsumptionem iuris.*

32 *Facta emptione census per fideiussorem extinguitur eius obligatio.*

34 *Si duo insolidum constituunt annuum redditum, & vnus recipit totam pecuniam, & alteri sit promissa indemnitas, & redemptio census intra certum tempus, non posset alter redditum sibi comparare, & cogere debitorem principalem ad redimendum.*

35 *Fideiussor, vel administrator habentes pecunias principalis, cum quibus possent luere censum, non iuuantur simplici cessione nominis, sed omnia computant in sortem.*

CAPVT CCCCLIX

RAtio, quæ militat in extraneo, vt possit emere censum, & agere ad fructus illius contra
1 debitorem, † cessat in fideiussore eundem censum emente, Extraneus enim nullum habet vinculum susceptæ fidei, quam habet fideiussor cum eo pro quo fideiussit. Ideò non debet esse licitum, quod extraneo liceret, ita vt ob istam rationem fidei teneatur debitorem liberare, non autem quærendo commodum suum sibi emere.
2 † Quare emptio est nulla, cum debitor videatur sibi mandasse, vt solueret pecuniam, si opus esset, statim quod mandauit ei de fideiubendo, & sic deliberando debitorem illius negotium gerendo potius, quàm suum,
3 † Vnde meritò contra eum datur actio mandati, quasi fidem tacitæ conuentionis frangat, vt latè explicat *Azo in l.1.nu. 9.vsque ad 22.& ibi Bald.nu.2.Cin.ad med.oppos.2. Salic.n.2.& 4.Bellapertic.n.2.vers. lex ista videtur, Aloys.de Leo.in princ.Castr.ad med.Corn.in princ. C.de dolo malo, Bart.in l.2.& ibi Salic.ad med.ff.de distract.pign.Imol.in l.paulus 60.n.2.ff.de fideiussor.* & latius declarat *Franc.Balduin.de pignoribus,c. 18.col.4. in princ.vers.creditor non item posset. Cuiac.lib.3.obser.c.37.in fin.*

Et quamuis prædicti Doctores loquantur in emptione pignoris, Tamen idem est in alia re debi-
4 toris, † seu iure ad eum spectante, cum semper adsit in fideiussore illa ratio pacti taciti, & fidei ruptæ, prout loquitur *Bald.in d.l.1.in vltim. notabi Cod.de dolo.* Ita vt si ista emptio fuerit facta sub nomine cessionis, Nihilominus talis cessio debeat iudicari tamquam simulata venditio, *Idem Bald.in l.2.C.de fideiussor.*

Amplius dabitur etiam hoc casu actio de dolo.
5 Quamuis enim detur actio mandati † per *tex.in l.si mandato 59. §.paulus respondit, ff.mandat.* Tamen hoc intelligitur, vt detur actio mandati nomine doli, prout declarat *Bart.in l.1 .in fin.Cod.de dol.& ibi Bald.etiam in fi.Cin.in prin.vers.ad legem*
6 *istam oppono,n.1.* † vbi testatur de communi *Castr, ad med.* vbi etiam docet hunc esse verum intellectum, vt competat actio mandati quæ datur propter dolum, *Corn.ibi in fin in glos.in verb.de dolo.*

Neque obstat, quod illud quod non possum vt ego
7 potero vt quilibet, † *l.item eorum, in princ.ff quod cuisq.vniuers.nom. l.si pater, §.qui duos, ff.de adopt.*
8 Quia ibi nihil fiebat, † quod esset contra fidem susceptam prout est in casu nostro, in quo fideiussor ratione cuiusdam taciti pacti videtur suscepisse fidem gerendi negotium debitoris, non
9 suum, † & illum liberandi, non emendi, *Bald.in l.1.n.2.C.de dolo, & ibi Salic.oppos.4. & 5.nu.4.* vbi
10 † addit idem esse ratione communionis, & fraternitatis, *l.vlt.§.quatuor, de leg.2.* vel ratione con-
11 trarietatis, † quam quis agendo tamquam alius incurreret, *l.si proponas, in fi.ff.de inoff.test.* quod etiam voluit *Bar.in d.l.1.ad med.C.de dol.& ibi Azo. in fin.& latius Cin.ad med.oppos.2.*

Et facit quia in huiusmodi casu fideiussor comparatur procuratori, & administratori rei alienæ,
12 † sua pecunia rem à creditore emens illam liberare intelligitur, & restituere tenetur domino pretium ab eo expensum restituenti, Quasi hoc bona fides administrationis expostulet, vt declarat *Franc. Bald.de pignor.c.18. de distract.pign.col. 4.ad med.vers sed ad fideiussorem redeo.*

Et ita in specie de fideiussore censuali emente cen-
13 sum à creditore, † quod non faciat fructus suos, & in sortem illos computare debeat concludit latè *Munnoz de ratiocin.t.2.comp.17.n.6.vsq, ad 11. post Parlador per eum allegatum, rer.quotidian.p.2.*
14 *c.fi.§.16.nu.17.* † Cum actus fideiubendi sit ex gratia & amicitia, quam non seruaret fideiussor, si ratione emptionis, seu redemptionis hypothecarum aliquid percipere voluisset, cum ex natura contractus potius deberet liberationem quærere debitori, quàm emere, *l.fi.de contr.empt.l.si mand.*
15 *59.§.paulus, ff.mandat.cum aliis supra adductis.* † Et satis erit fideiussori agere negotiorum gestorum aduersus principalem pro sorte soluta, cum statim quod soluit pro eo habeat actionem ad hoc, vt illum liberaret ab obligatione fideiussoria, *l.*
16 *quintus mutius 48.ff.mandat.* † & sufficit quod eidem consulatur, vt nihil amittat *Balduin. de pignor.c.18.col.4.post princ. vers.sed neque per omnia.*

Neque

Neque videtur obstare decisio coram *R. P. D. Man-*
zanedo Rauennat. Saluiani, 20. Januar. 1607. Quia
17 loquitur † quando fideiussor acquirit censum ad
effectum se liberandi à sua obligatione, non ad
effectum vexandi quemquam, tunc enim si con-
stat de veritate census, potest cessio fieri etiam
non mediante pecunia, ita vt non intret isto casu
dispositio, *l. per diuersas, Cod. mandat.* Aliud est
18 † quando fideiussor emit censum, vt acquirat fru-
ctus illius, tunc enim hoc facit ad sui vtilitatem,
non vt se liberet ab obligatione, quod ei non per-
mittitur: Quia repugnat naturæ contractus fide-
iussionis, secundum quam debet liberare semet-
ipsum & principalem, & agere postea contra il-
lum ad recuperationem eius, quod soluit, *l. quan-*
tus mutuus, ff. mand. cum aliis supra adductis.

Notandum est tamen, quod opinio suprà firmata
19 posset sustineri de subtilitate iuris, † sed tutius
loquendo debet præualere contraria sententia
tanquam magis vera, quod videlicet fideiussor
ratione boni operis, quod in fideiubendo fecit
non debeat esse peioris conditionis, quàm alius
20 extraneus, † cum non sit æquum, vt officium fi-
deiubendi sit illi damnosum, *l. aduersus, §. tutorib.*
de inoff. testam. Vnde quemadmodum tertius em-
ptor census potest recipere interesse, & redditus
pecuniæ datæ creditori virtute actionis censua-
21 lis, & cessionis inde secutæ, † cum nomina debi-
torum cedi, & vendi possint, *l. si nomen, ff. de hære-*
dit. vel act. vendit. Eodem modo fideiussor poterit
legitimè consequi idem interesse, seu fructus
census, vel pecuniæ præstitæ in emptione, seu re-
demptione annui redditus, prout in specie con-
22 cludit † *Roder. de ann. reddit. lib. 1. qu. 7 nu. 27. &*
q. 13. nu. 5. eod. lib. 1. Caballin. de vsur. qu. 19. nu. 145.
& quæst. 49. num. 341. Felic. de Solis de censib. lib. 3.
cap. 2. num. 20.

Ratio omnium prædictorum est, quia vbi agitur de
23 non acquirendo dominio rei, † sed de simplici
nomine, siue de acquirendo iure creditoris, &
succedendo in eius locum, non est prohibitum
fideiussori soluendo de sua pecunia accipere ces-
sionem, & ipsum nomen, & fructus nominis suos
facere, vel pensiones, & redditus, si fideiusserat
pro redditu, potest enim talis fideiussor hoc modo
fieri creditor: quia per cessionem redditus à cre-
ditore factam, fit creditor, & succedit in ius, & lo-
cum illius, *l. emptor, C. de hæredit. vel actione vend. l.*
24 *cum secundus, de distract. pignor.* † Et gaudet omni
priuilegio, quo gauderet creditor *l. mandati actio.*
Cod. mand. l. si prior, §. à tutia, ff. qui potior. in pignor.
25 *habeant.* † Vnde quemadmodum creditor habebat
executionem paratam ex instrumento redditus
pro pensionibus, habebit etiam fideiussor, cui
creditor actiones cesserit, *l. creditor, C. de execut.*
rei iudic.

Nec obstat *l. 1. C. de dolo* Quia ibi fideiussor emit rem
26 debitoris, & magis videtur luere, † quàm emere,
propter fidem debitam debitori; at hic fideiussor
non emit rem debitoris, sed nomen, & ius reddi-
tus, quod non est debitoris, sed creditoris *l. nomi-*
nis venditio, C. de hæred. vel action. vendit. & ita sibi
potest emere, nec de hoc debitor conqueri pote-
27 rit † quod etiam in proposito nostro notat *Roder.*
de ann. redditib. lib. 2. ca. 17. n. 38. vbi etiam respon-
det ad *l. creditor, § secundum ff. qui potior. in pignor.*
habeant. l. fideiussor. & l. cum posterior. de distract.
pignor. l. paulus, de fideiuss.

Quibus adde, quod in pignoribus, illud ideo est,
quia fideiussor debet pignora releuare, ne pe-
reant, aut vendantur, non autem emere ad pro-
28 priam vtilitatem, † licèt vbi hoc posset fieri salua
fide, neque esset prohibitum facere, sicuti permit-
titur cuilibet *Corn.* qui ita declarat *in l. 1. post prin.*
29 *Cod. de dolo.* † Immo dolus non consideratur in e-
mendo pignora, sed in non restituendo. Vnde po-
terit emere, dummodo non neget restituere *Corn.*
in d. l. 1. Et sic acquirit dominium, cum per credi-
torem illud in eum transferatur; cum onere tamen
restituendi, vt notat *Azo. in d. l. 1. in fin. Cod de dolo.*
Et quamuis ista sit præsumptio iuris, & de iure, vt
dolus præsumatur in non restituente post emptio-
30 nem, † Nihilominus admitteretur probatio per
confessionem, quod emerit de mandato princi-
palis debitoris, cum aliis, de quibus per *Corn. in d.*
31 *l. 1. C. de dolo*, † ad cuius legis declarationem *Si-*
card. ibi Caball. de vsur. n. 349. Cuiac. lib. 3. obseruat.
c. 37. n. 10. cum seq.

Idem addendum est, quod statim facta emptione
32 census, est extincta fideiussoria obligatio, † vnde
cum non sit amplius fideiussor, poterit censum e-
mere, quia finita fideiussione non datur amplius
actio mandati, aut doli, sicut non datur in quo-
33 libet alio extraneo, † & hæc est vera ratio om-
nium supradictorum ad fauorem fideiussoris, vt
in specie ita declarat *Bellapert. in l. 1. in fi. C. de dol.*

Obseruandum est etiam, quod si duo in solidum
34 redditum annuum constituissent, † & vnus ex
eis reciperet totam pecuniam, & alteri fuisset
promissa indemnitas, & redemptio census intra
certum tempus, non posset alter redditum sibi
comparare, & cogere ipsum debitorem princi-
palem ad redimendum, & quandiu redemptio
differtur, exigere redditum, prout facere poterat
creditor, cum hoc implicet repugnantiam, vt
redditus debeatur, & exigi possit, & debitor com-
pellatur ad redimendum *Felician. de Solis, de cen-*
sib. lib. 1. cap. 1. nu. 20. Roder. de ann. redditib. lib. 2. q.
13. num. 5.

Prout etiam si fideiussor, vel administrator, seu nego-
35 tiorum gestor, aut procurator † haberent pecu-
nias principalium, ita vt luere possent censum,
non iuuarentur simplici cessione nominis, sed o-
mnia in sortem computare tenerentur, Immo si
tardius retinerent, quam potuissent, tenebuntur
ratione culpæ damnum resarcire, *Roder. de ann.*
redd. lib. 2. c. 17. n. 26.

EPITOME.

Superficiarij, & habentes feudum vectigalem,
seu partem colonicam consistentem in vitibus vi-
neæ, quæ respondet proprietario, & emphyteutæ,
vel conductores ad longum tempus, seu ad vitam,
vel Domini directi, & similes, quando gaudeant
beneficio iuris congrui. § Et quid si pēsio est perpe-
tua non subiacens redēptioni. § Statutū retractus
an comprehendat Ecclesias. § Prædij appellatione
quid contineatur. § Superficies quæ sit, & an illam
habens possit alienare sine consensu Domini. § E-
xemplis quando sit iudicandum. § Dispositio lo-
quens de venditione an comprehendat omnem
alienationem, & emphyteusim, & locationem ad
longissimum tempus. § Bulla iuris congrui an sit
fauorabilis, & extendenda. § Contractus emphy-
teoticus an dicatur, si fiat solutio canonis æquiua-

lentis fructibus. ¶ Differentia an debeat constitui inter ista nomina emphyteusis, liuelli, census, & locationis perpetuæ. ¶ Locatio ad longissimum tempus quando transeat in contractum emphyteusis. ¶ Pretium laudemij, & beneplaciti Apostolici an sit soluendum pro parte pretij rei venditæ, ita vt de eo sit faciendum propositum, prout de sorte principali ad effectum, vt competat ius congrui. ¶ Dictiones In, & similes iunctæ actui, seu tempori, aut loco, an denotent intrinsecitatem, & perfectionem, ita vt quod debet fieri, sit faciendum intra ipsum actum, non prope, aut extra, maxime in statutis, & probationibus, siue ponantur in ablatiuo, seu accusatiuo. ¶ Propter retractum an fingatur primus emptor nunquam retro acquisiuisse, ita vt contractus censeatur gestus ad commodum retrahentis. ¶ Et an debeat retrahens subire omnia onera promissa, & stare pactis primæ concessionis, & generationi in ea nominatæ. ¶ Intimatio quomodo sit facienda, tam de pretio, quàm de aliis in venditione contentis, quando agitur vigore iuris congrui. ¶ Concessio in emphyteusim an veniat sub nomine alienationis.

SVMMARIVM.

1 *Retractus an habeat locum in venditione partis colonicæ consistentis in multis vitibus vineæ, quæ respondent proprietario.*

2 *Superficiarij & locatarij ad longum tempus præferuntur in materia iuris congrui, & nu.33.*

3 *Emphyteuta potest agere pro retractis tanquam habens vtile dominium, & nu.26.28.29.30.31.32.& 34. Intellige vt nu.4. Et quid obseruetur, nu.21.25. & 84. Et quid si pensio est perpetua, & non subiacet redemptioni, nu.75.76.77.79.& 80.*

5 *Habens fundum vectigalem obtinet ius congrui, & ei competit actio in rem & finium regundorum.*

6 *Superficiarij æquiparantur emphyteutæ, & n.9.*

7 *Superficies dicitur facies cuiusque rei, quæ oculis cernitur, & omne id, quod est supra solum, n.8.*

19 *Statuta concedentia retractum concernunt quietem vicinorum.*

11 *Nomen prædij est generale ad agrum, & possessionem.*

12 *Fundus qui debet seruitutem, dicitur prædium seruiens, cui autem debetur seruitus prædium dominans.*

13 *Prædij appellatione etiam pars continetur.*

14 *Ius congrui competit ratione vtilis dominij.*

15 *Vsufructus quem Dominus habet causaliter, transfertur formaliter.*

16 *Conditio rei mutatur per mutationem personæ.*

17 *Statutum iuris congrui an comprehendat ecclesias.*

18 *Superficiarius non potest alienare sine consensu Domini, si pro re conducta aliquid soluit. Intellige vt num.19.& 20.*

22 *Non est discedendum ab interpretatione recepta.*

23 *Consuetudo inducitur per plures sententias latas in eodem casu.*

24 *In articulis controuersis iudicandum est iuxta exemplum aliorum.*

27 *Dispositio loquens de venditione comprehendit omnem speciem alienationis.*

35 *Dominus directus præfertur vicino in venditione rei emphyteoticæ.*

36 *Vicinus emens rem emphyteoticam subit eadem onera, quæ promisit primus emptor, & currit illamet generatio cum aliis pactis primæ concessionis, num.43.*

37 *Bulla iuris congrui, quamuis loquatur de venditione, tamen procedit in contractu emphyteusis, seu liuellario, seu censuario, seu conductore perpetuo, cum ista nomina sint promiscua, & somnient qui inter ea discrimen ponunt, num.38.*

39 *Retractus habet locum in concessione ad vitam & locatione ad longissimum tempus, n.45.& 55.*

40 *Locatio ad vitam dicitur perpetua, & ad longum tempus.*

42 *Locatio ad longissimum tempus æquiparatur venditioni.*

44 *Bulla iuris congrui est fauorabilis, & extenditur ad casus similes, nu.45.*

46 *Procemium constitutionis indicat an illa sit fauorabilis.*

47 *Contractus emphyteoticus ex quibus cognoscatur, & num.48.*

49 *Contractus emphyteusis non habet propriam naturam, sed solum eam, quam partes sibi paciscendo imponunt.*

50 *Emphyteusis dicitur quamuis soluatur pensio æquiualens fructibus, & de rationem, nu.51.*

52 *Verba clara contrahentium sunt admittenda, neq; in eis recipitur quæstio voluntatis, quæ tunc esset calumniosa, nu.53.& 54.*

56 *Locatio ad longissimum tempus trãsit in contractum emphyteoticum, & pro eo reputatur, n.57.& 58.*

59 *Pretium soluendum pro beneplacito Apostolico non arctat ad aliquod depositum, quidquid sit in illo, quod soluitur pro re empta in acta venditionis.*

60 *Dictiones In, & similes iunctæ actui, seu tempori, aut loco denotant intrinsecitatem, & perfectionem, ita vt quod debet fieri sit faciendum intra ipsum actum non prope aut extra. Maximè in statutis tanquam stricti iuris, & probationibus siue ponantur in ablatiuo, siue in accusatiuo, nu.61.62. 63.& 64.*

65 *Primus emptor non debet soluere laudemium, nec expensus beneplaciti Apostolici, cum hoc vnus spectet ad eum qui retrahit rem venditam, & n.67.*

66 *Propter retractum fingitur primus emptor nunquam retro acquisiuisse, & contractus censetur factus ad commodum retrahentis.*

68 *Melius est non soluere, quàm solutum repetere.*

69 *Laudemium, & beneplacitum Apostolicum aut quid simile non soluitur pro parte pretij rei venditæ.*

70 *Laudemium soluitur ad rationem duorum pro centum, vel plus & minus iuxta consuetudinem.*

71 *Intimatio est facienda personaliter de pretio ab initio constituto vigore bullæ iuris congrui.*

72 *Qualitas non potest separare ab ipsa dispositione.*

73 *Totum non dicitur sine suis partibus & qualitatib.*

74 *Dispositio est omnino noua detractis qualitatibus.*

78 *Concessio in emphyteusim an veniat sub verbo alienationis, nu.82.& 83.*

81 *In contractibus ad longum tempus transfertur vtile dominium & possessio.*

CAPVT CCCCLX.

AGebatur de venditione partis colonicæ cõsistentis in multis virib. vineæ, quæ respon-
1 det quintam proprietario, † & cum dubitaretur an in ea competeret retractus vigore statuti exhibiti, Dixi competere, cum tales coloni habeant ius in re, prout dicimus de locatariis ad longum tempus, ac superficiariis, & censuariis, qui ratio-
2 ne iuris, & vtilis dominij, quod † habent in re, præfe-

præferantur in materia iuris congrui, *Affl.de iur. prothomiſ.in prin.n.38.verſ.item quæro an locatarius, notab.10.Carpan.ad conſti.Mediolan.c.417.n.497. & 498.per text.in l.1.§.qui ſuperficiem, ff.de ſuperfi. Doct.in l.codicillis, §.ſubſtituto, ff.de legat.2.*

Ideo etiam emphyteuta, qui habet domum emphyteoticam poteſt petere ab emptore rem emptam
3 iure congrui † tamquam habens vtile dominium, cuius dominij occaſione, quod habet in re coniuncta, datur retractus, & quia etiam talè dominiū eſt alienabile, *Affl.de iur.prothomiſ.in prin.n.37.ad fi.& n.38.poſt Sebaſ.Neapolitan.in conſtitu.iur.cong. in verb.alicuius n.3.tit.17.* quem etiam refert & ſequitur *Carpan.ad conſtit. Mediolan.c.417.nu.494.*
4 *Barz.de iur.prothomiſ.qu.12.in prin.* † Quidquid aliud ſit in concurſu habentis rem emphyteoticam cum habente rem liberam, tunc etiam præferendus eſſet minus grauatus alteri magis grauato, prout de eo qui habet feudum partim liberum, partim partiarium, vt per *Mut.ſuper conſuetud. Panormit.c.28.n.2.*

Prout quoque habens fundum vectigalem obtinet ius congrui, cum habeat actionem finium regun-
5 dorum, † *l.cædere, §.fi.ff.arbor.furt.cæſar.* & ei tamquam vtili domino competat actio in rem *l.1.ff.ſi ag.vectig.* & in ſpecie concludit *Affl. de iur.prothomiſ.in prin.notab.10.n.40.ad med.*

Et quidem iſti ſuperficiarij æquiparantur, emphyteotæ, tam quo ad conſtitutionem ſeruitutis,
6 quàm alienationis † ad ipſorum præiudicium, cum alijs, de quibus per *Menoc.de retin.poſſeſſ.remed.4.*
7 *num.31.vſque ad nu.34.* † Ita vt ſuperficies dicatur facies cuiuſque rei, quæ oculis cernitur *Idem Menoch.de arbit.caſ.31.in princ.poſt Vaſcon.li.2.decla-*
8 *ration.iur.cap.82.* † Et omne id quod eſt ſupra ſolum, quod computatur in patrimonio noſtro, & dicitur de bonis noſtris *Rebuf.in l.bonorum appella-*
9 *tio,49.col.3.in fin.ff.de verb.ſignif.* † & de iſtis fundis liuellariis, vel colonariis, quod ad paria iudicentur cum contractibus emphyteoticis, quidquid differant quo ad penſionem, *Mut.ſuper conſuet.Panormit.c.28.n.4.& 5.*

Et facit etiam ratio ſimilium ſtatutorum, quæ con-
10 cedunt huiuſmodi ius luendi ad hoc, † vt vicini pacificè viuere poſſint, ne cogantur habere vicinos infeſtos, & qui eorum voluntati non conueniant *Carpan.ad conſtit. Mediolan.cap.417.nu.511. poſt Neapodan. in conſtitut.iur.congr.in verb.alicuius, num.33.*

Vlterius quamuis ſimus in caſu, in quo vicinus non habet proprietatem ſoli, Tamen ſtatutum loqui-
11 tur in prædio, † quod eſt nomen generale ad agrum, & poſſeſſionem, ſiue enim quis per vſum, id eſt poſſeſſionem, ſiue per proprietatem rem acquiſierit rectè prædium ſuum dicere poterit, *l.3.ff. de vſufruct. Rebuf.in l.queſtio.115.colum.4.poſt med.*
12 *verſic.prædium, ff.de verb.ſignificat.* † Ita vt fundus, qui debet ſeruitutem, dicatur prædium ſeruiens, vel fundus ſeruiens, cui autem debetur ſeruitus prædium dominans *Zaſ.in §.æquè, nu.6 inſtitut.de action.per text.in §.ideo autem hæ.inſtitut.de ſeruitut.* Maximè quia habentes vites in huiuſmodi præ-
13 diis habent in eis partem, † adeò vt prædij appellatione etiam pars contineatur *l. dotale 13. in princip.ff.de fund.dotal.l.plane 34.§.fin.& ibi Gloſſ. in verb.rectè, ff.de leg.1.l.communi diuidundo, §.1.ff. commun.diuid.*

Neque obſtat quod terrenum ſit de bonis Eccleſiæ, ita vt ex hoc poſſit dici ſtatutum non intrare
14 † Quia ratione vtilis dominij quod eſt ſuum, & non Eccleſiæ competit ius congrui, & ſatis eſt quod Eccleſia dederit, quod habuit, & aliter quàm habuit, dedit enim vtiliter quod habebat
15 directo, † ſicut dicimus de vſufructu, quem dominus cauſaliter habet, & transfert formaliter, Ita in ſpecie reſpondet *Affl.de iur.prothomiſ.in princ. notab.10.verſ.item quæro an locatarius, n.38.* vbi etiam
16 addit per hanc mutationem perſonæ † eſſe mutatam quoque conditionem rei, *l.paulus, de acquir. heredi.l.fiſcus, ff.de iur.fiſ.* Maximè quia etiam poi-
17 ſet defendi, † quod ſtatuta iuris congrui comprehendant tam actiuè, quàm paſſiuè Eccleſias, vt latè per *Io.de Amic.conſ.14. nu.6. cum ſeq.* De quo tamen *Honded.conſ.3.n.35.lib.1.*

Minus obſtat præiudicium domini terræ, qui cogeretur accipere alium in conductorem, quàm ipſe eligeret, quod præiudicium non videtur conſideratum in venditione ſimplici, cum illi nullum ius re-
18 maneat ſuper re vendita, † Quia ſatis eſt quod requiratur dominus, ſine cuius conſenſu non erit licita talis alienatio, quando ſuperficiarius pro conducta ſuperficie aliquid annuatim ſoluit, qui hoc caſu tantum poterit, quantum emphyteota, *Afflic. deciſ.129.n.8.Menoch.de retinend.poſſeſſ.rem.4.nu.*
19 *33.poſt med.* † Quidquid aliud ſit in ſuperficiario nihil ſoluente, qui poterit quocunque titulo cedere abſque alicuius conſenſu, *Socin.conſ.287.circa præſentem conſultationem, in fin.l.2.poſt Bar.in l.1.§.*
20 *vlt.ff.de ſuperficieb.* † Quamuis neque hoc caſu ſit contemplata aliqua induſtria perſonæ conductoris, cum ſolum ſufficiat præſtari ſolitam reſponſionem per quemcunque, ideo etiam ſuperficiarius poteſt alienare, & pignorare ſuperficiem conductam ſine tamen diminutione mercedis ſoli, *l. tutor, 16.§.fin.l.ſane 17.ff.de pignorat.act.l.etiam 16. ff.qui pot.in pignor.habeant.*

Et hæc quo ad primum dubium. Pro deciſione autem eorum de quibus in alia cauſa quæritur, ſatis
21 eſſet adducere obſeruantiam, † ſecundum quam paſſim admittuntur vicini ad retractum emphyteuſis Eccleſiaſticæ, & cum Bulla receperit talem
22 interpretationem ab ea non eſt recedendum, † *l. minimè, ff.de legib. Affl.deciſ.383.num.8.* Præſertim cum in iſto caſu adſint multæ ſententiæ, quæ conſuetudinem inducunt, Tunc enim potius dicimus
23 ſequi conſuetudinem, † quàm exempla, ſeu ſententias aliorū iudicum, *l.ſi de interpretatione, & l. nam imperator, ff.de legib.Gloſ.in l.nemo iudex, in verb.magiſtratus, ad med. C.de ſent. & interlocut.*
24 *omn.iudic.* † Maximè cū ſimus in articulo, in quo hinc inde adſunt opiniones, quo caſu iudicandum eſt ſecundum exemplum aliorū, *Ceph.conſ.25.n.16. lib.1.Surd.conſ.403.num.83. & conſ.311.nu.17.lib.3.*
25 † Cum etiam in huiuſmodi retractibus quando illis ſit locus, & in quibus bonis ſtetur conſuetudini, quæ in hoc eſt ſeruanda *Tiraq.de retract.lignag §.13.glo.vnic.n.2.Ferron.ſuper conſuetud.Burgund.lib.1.tit.2.de retract.§.25.col.2.in princ.fol.83. Affl.deciſ.72.nu.1.in fin.*

Et dictam obſeruantiam, ſeu interpretationem magis ſequi debemus, quia verior & æquior eſt o-
26 pinio, † quod lex retractus habet locum etiam in emphyteuſis Eccleſiæ, Vnde vicinus ad illam admittetur, Cum appellatione venditionis veniat omnis contractus, per quem poteſt domi-
27 nium transferri, † & ſub verbo emptionis com-

prehendatur omnis alienatio, cum non interſit
quo quiſque genere dominus fiat, Quare ſiue ra-
tione rei, ſiue perſonæ diſpoſitio loquatur de ven-
ditione, ſemper venit omnis ſpecies alienationis
latè Igneus in l.dudum.colum.penult.nu.98.cum ſeq.
C.de contrah.empt.poſt Gulielm. de Cun.in l.2.C.de
vſucapion.pro empt.Bal.in cap.vnic.in fin.de contro-
uerſ.inter domin. & emptor.feud. per tex.in l.ſtatu
liberi, §.labeo.verſ.quoniam, ff ſtat.liber.l.apud cel-
28 ſum, §.auctoris de excep.dol.l.fin.Cod.de reb.alien.†
Et in ſpecie iuris congrui quod illud habeat locum
in re emphyteotica concludit Alexand.conſ.27.vi-
ſo themate.col.2.in 2.dub.nu.4.lib.6.poſt Gulielm.de
Cun.Bald.& Ang.in l.antepenultim. ff.de pact. Iaſ.
conſil.224.col.vltim.verſic.octauo iſtud ſtatutum, lib.
2.Tiraqu.de retract.lignag.§.1.gloſſ.3.num.2.& 3.&
gloſſ.13.§.1.nu.8.& 9.Add. Neapol.ſuper conſuetud.
Neapol.de iur.congr.in verb.alicuius, nu.34.fol.332.
Aluar.Valaſc.de iur.emphyt.qu.17.nu.14.ſuper con-
ſuetud.Burdig.lib.1.tit.2. de retr.§.25.col.2.in princ.
verſi.ſed ſi res in emphyteuſi.fol.83.vbi quod nullam
iniuriam irrogat vicinus veniens ad retractum,
cum eodem onere rem recipiat, & dicatur hoc ca-
29 ſu vera alienatio, † ob quam rationem hanc ſen-
tentiam magis æquam eſſe, & tenendam conclu-
dit Couar.lib.3.var.reſolut.c.11.nu.3.ad fi.verſi.pro-
fecto æquius eſt & regiæ conſtitutioni. Alvornoz.dell'
arte de los contractos li.3.tit.3.de retract.colum.2.fol.
119. Intrigliol.ſing.328. Et hanc etiam opinionem
ſequitur Rot.corã R.P.D.Penia Romana domus ſiue
30 retractus 16.Februarij 1590.verſic.item non facit † &
illam admittit etiam tamquam communem R.P.
D. Robuſterius in ſuo voto ſuper Bulla Gregorij iuris
congrui verſic.quarto non obſtaret.in fin.& ita ſerua-
ri dicit Affl.de iur.prothomiſ in prin.legis, verſ.item
quæro an ius,n.7.tract.tom.17 fol.4.colum.3.in fi. vbi
dat rationem quia venditur illud vtile dominium,
in quo habet locum ius congrui Prouenzal.ad Ber-
tach.in verb.ſtatutum.

Neque obſtat quod non debeat admitti ius congrui
in caſu noſtro, cum Vicinus volens retrahere poſ-
31 ſideat domum emphyteoticam, † quæ non pote-
rit vniri, ne confundatur, cum alia domo emphy-
teotica retrahenda, Quia ſufficit, quod verificen-
tur qualitates Bullæ circa vicinitatem nullo habi-
to reſpectu, quod Vicinus ſit emphyteota, cum il-
li competat beneficium retractus, quamuis ſit ſo-
32 lum vtilis dominus, † poteſt enim vendicare per
vtilem in rem Neapol.ſuper conſuetud. Neapolit.de
iur.congr.in ver.alicuius poſt princip.verſi.dico igitur
illum habere, n.29.fol.332.Carpan.ſuper conſtit.Me-
diol.c.417.n.493. & c.434.n.108.per tex.in l.ſi quis
emptionis, in princ.C.de præſcript.decem vel vig.an-
33 nor.& notatur in §.adeo, inſtit.de locat. † Exemplo
ſuperficiarij ſeu habentis feudum vectigalem, qui-
bus conceditur ius congrui, vt dictum eſt ſupra
tamquam ſint vtiles domini & habeant ius in re
l.1.ff.ſi ag.vectig. & notat Affl.de iur. prothomiſ.in
princ.legis, numer.40.verſ.item quæro an qui habet
fundum, tract.tom.17.fol.6.

Minus obſtat quod ſimus in prima conceſſione em-
phyteuſis.Quia nulla ratio differentiæ adeſt, im-
34 mo † ſimilis cum emphyteuſi, quæ poſtea vendi-
tur.Nam in vtroque caſu transfertur vtile domi-
nium quod facit eſſe locum retractui, & ſatis eſt
quod ipſe dominus directus non vult habere di-
35 ctum vtile dominium, cum illud alienet, † quod
non eſſet quando emphyteota idem dominium
venderet, cum in eo præferretur dominus dire-
ctus non obſtante Bulla, & ſic excluderetur vici-
nus Neapodan.in d.conſuetud.iuris congrui in ver.a-
licuius in fi.verſ.item quid emphyteuta.Fran.dec.61.
p.4.Capic. qui alios allegat deciſ.99.n.1. Tiraqu.de
retract.lignag.§.21.glo.vnic.nu.3.& 4.Alex.conſ.27.
36 viſ.themate.col.2.num.6.lib.6. † Vnde ceſſante vo-
luntate Domini nolentis præferri, nulla fit ei iniu-
ria per retrahentem, qui ſubſit eadem onera, quæ
promiſit primus emptor emphyteuſis, & currit
eadem generatio cum aliis pactis primæ conceſ-
ſionis ob quam rationem æquius eſt admitti Vi-
cinum vt per Couar.lib.3.variar.reſolut c.11.num.3.
ad fin.Ferron.ſuper conſuetud. Burdigal.lib.1.tit.1.
de retract.§.25.col.2.in princ.

Nec facit quod Bulla loquatur de venditione, nos
37 autem ſimus in emphyteuſi, † quæ habet diuer-
ſum nomen, vnde illam non comprehendet, Quia
ſiue vocemus emphyteutam, ſiue liuellarium, ſiue
cenſuarium, ſiue conductorem perpetuum, ſiue a-
lio nomine, ſemper promiſcuè vtimur iſtis voca-
bulis vnum ponendo pro alio Ang. conſil.184.co-
lum.penult.in fi.verſ.nec eſt proprie, nu.3. Tiraq.de
38 retract.lignag.§.34.gloſſ.1.nu.1.ad med. † vbi quod
ſomniarunt, qui ab initio hæc vocabula inuene-
runt, & diſcrimen poſuerunt, Ideo non eſt facien-
da vis, quod vocetur emphyteuſis, cum ſufficiat
fuiſſe factam vtilis dominij alienationem, quæ æ-
39 quiparatur venditioni, † Quare etiam in conceſ-
ſione ad vitam quæ dicitur venditio, & illius ſimi-
litudinem obtinet, eſt locus retractui vt per Rot.
coram Cardin.Millino.Romana palatij 19.Nouẽbris
40 1604. † quæ locatio ad vitam dicitur perpetua &
ad longum tempus Alex.conſ.109.ad fi.vbi Nat.in
verb.& modicum lib.3.Pinell.in l.1.p.3.nu.63.Cod.de
bon.matern.Dec.conſ.203.in cauſa nu.2.& 3.cum a-
liis per Io.Vincent.de Ann.ſing.325.Couar.li.2.var.
reſolut.cap.16.n.3.Molin de primogenit.hiſpanor.ca.
41 20.lib.1.num.29 † Prout quoque in locatione ad
longiſſimum tempus, in qua etiam procedit ius
congrui per rationem clem.1.de reb.eccleſ.non alie-
42 nand.† cum habeatur pro venditione l.non ſolet,ff.
locat.Alex.conſ.104.n.3 lib.3.Deci.conſ.203.in cau-
ſa n.1.& notat in propoſito Ferron.ſuper conſuetud
Burdig.de retr.§.25.col.2.in princ. Concurrentibus
præſertim his de quibus per Tiraq.de retr.lignag.
§.1.glo.14.num.86.

Nec aduerſatur conſideratio vnius generationis di-
uerſæ ab alia, & magis copioſæ, & vitæ debilioris
cum conditione perſonæ parum duraturæ, quàm
43 altera, † Quia in huiuſmodi retractibus non fit i-
ſta mutatio, ſed currit periculum vitæ eius, cui fuit
primò conceſſa cum omnibus oneribus, & pactis
in priori conceſſione promiſſis, quæ cum ſuſti-
neantur per retrahentem nulla fit iniuria Domi-
no directo, & per conſequens debet eſſe locus re-
tractui vt conſiderant Ferro.Couar.& alij ſupra al-
44 legati. † Maximè quia Bulla eſt fauorabilis tam-
quam concernens vtilitatem publicam, & orna-
tum ac decorem Vrbis, ideò erit amplianda ad
caſus ſimiles, quaſi tunc non ſit extenſio, ſed com-
prehenſio, vel interpretatio intellectiua Pariſ.cõſ.
83.n.21.lib.3. Bardus de iur.prothom.§.7.colum.3. ad
med. verſ.nec in hoc caſu dicitur, in 1.notab. num.2.
45 fol.78. † vbi etiam refert fuiſſe in Rota deciſum
hanc Bullam eſſe fauorabilem, vt in cauſa Roman.
domus coram R.P.D.Aragon.de qua per Card.Cre-
ſcent.in dec.manuſcript.219.Idem Bard.de iure pro-
tho-

thomis §.2.*notab*.4.*col*.2.*vers.quia sicut habent*, *n*.9.
fol.40. Quod etiam colligitur ex prohemio dictæ
46 Bullæ, † quæ emananit ob fauorem publicum vl-
tra rationem quietis, satisfactionis, & commodi-
tatis viciootum, quod facit, vt propter probe-
miom constiturio dicatur fauorabilis, *l.qui exce-
ptione, de condict.indebit.l.si de heredib.instit. Decis.
cons*.300.*in causa, col*.1.*nu*.4. *Alex.cons*.55.*quoniam
in princ.n*.1.*lib*.5.
Quod autem simus in emphyteusi non est dubitan-
dum, qoia vltra quod partes ita istum contractum
47 declararunt pro tali † adest confirmatio Aposto-
lica, quæ est facta de emphyteusi, prout verè in ea
omnia coocurrunt, quæ requiruntur in similibus
contractibos, vt promissio melioramentorum in
summa scutorum 300. *Alex.cons*.117.*num*.12.*lib*.4.
coocessio ad plures generationes, translatio vtilis
dominij, solutio canonum, manutentio, & con-
seruatio domos quo ad omoes expensas, & melio-
ramenta, & reparationes, & restaurationes, non
solùm magnas, sed excessiuas, donatio scutorum
48 200. pro ingressu, † eum aliis pactis, & conuen-
tionibus, de quibus io instrumento, quæ faciunt
omnino contractum emphyteoticum, vt per *Bart.
& Ias.in l.*1.*C.de iur.emphyt. Aluar.Valas.eod.ti.q.*
4.*nu*.8.*& per tot.per* §.*emphyteosim, de non alienand.*
49 † Maximè quia contractus emphyteoticus non
videtur habere propriam aliqoam, aut regularem
naturam, sed eam tantummodo, quam partes sibi
imponunt paciscendo, & conueniendo, adeò vt
in hoc stetur partibus, qoi ita contraxerunt, vt de
emphyteosi latè *Nat.cons*.114.*n*.6.*& per tot.*
Neque oberit qood non simus in emphyteusi pro-
pter magnum canonem, qui quasi correspondet
fructibus, cum tamen io ea modicum deberet sol-
50 oi pro recognitione dominij, † Quia immò ve-
rius est vt propriè dicatur emphyteusis, quamuis
soluatur pensio æqoiualens fructibus, vt latè con-
cludit *Natt.cons*.114.*n*.4. *cum seq.per tex. in* §.*quia
verò*, *&* § *emphyteosim, auth.de non alienand. auth.*
51 *perpetua, C.de sacros.eccles.* † Ista enim solutio pen-
sioois magna est coniectura quod sit locatio, *Rol.
cons*.98.*nu*.43.*lib*.1. Vnde non facit vt ex aliis pa-
ctis, & conuentionibus non possit dici emphyteu-
sis, non obstante dicta coniectura, quæ non habet
locum, quando sumus in claris, *l.continuus, de verb.*
52 *obligat.Surd.cons*.445.*n*.6.*lib*.3. † com à verbis cla-
ris nullo modo sit recedendum, *Bart.in l.quod con-
stitutum, de militar.testam. Decis.consil*.33.*col*.1.*in*
53 *princ.* † Et non admittitur quæstio voluntatis, vbi
verba sunt aperta *l.ille, aut ille*, §.*cum in verbis, de
54 leg*.3. *Aym.cons*.47.*n*.2. *Bec.cons*.21.*n*.32. † & omnis
interpretatio in casu claro dicitur calumniosa,
Curt.Sen.consil.39.*num*.7. *Aym.consil*.294.*col*.6 *ad
med.vers.tertio principaliter*, *n*.6.
Præterea quamuis non essemus in emphyteusi, sed in
locatione, quod omnino negatur, Tamen etiam
in ea datur retractus, vt dictum est supra *versic.
nec facit quod omnino bulla, ad fin.* cum sit ad lon-
55 gissimum tempus, † & per eam transferatur vtile
dominium, & habeat similitudinem cum emphy-
teusi propter eandem rationem, quæ militat tam
in vna, quàm in alia, *Dec.in auth.qui rem, post princ.
vers.sed existente, C.de sacros.eccles.Nat.cons*.114.
56 *n*.9.*ad med. Alex.cons*.118.*n*.11.*lib*.4. † vbi quod ta-
lis contractus dicitur locatio in emphyteusim
Bertrand. qui de communi *cons*.311.*nu*.4.*lib*.1.*p*.2.
57 vbi quod non est mera & simplex locatio, † eò
magis contractus emphyteoticus, *Pract.Papiens.
in form.libell.qua agitur ad sol. præstation. in princ.*
58 *in verb.inuestiuit*, *n*.1. † vbi quod transit in contra-
ctum emphyteoticum *per tex. in cap*.1.§. *donare
qualit.olim feud.pot.alien.post Din.Bart. & alios in
l.codicillis*, §.*instituto, ff.de legat*.2. *Ruin.cons*.156.*n*.
6.*lib*.1. *Aluar.Valas.de emphyt.q*.4.*n*.8.
Nec est admittenda exceptio non adimplementi ob
non factum depositum de pretio expenso occa-
59 sione beneplaciti Apostolici, † Quia talis solutio
non arctat ad aliquod depositum, cum non fuerit
facta in actu ipso venditionis, prout Bulla dispo-
nit, ergo non post, neque ante, cum istæ dictiones
in, & similes iunctæ actui, seu tempori, aut loco in
ablatiuo denotent intrinsecitatem, ac perfectio-
60 nem, † ita vt qood debet fieri sit faciendum intra
ipsum actum, non propè, aut extra *Bald.in rubr.ff.
solut.matrimon.colum*.1. *ad med.versic.hic adde, &
colum.ead in fin.versic.si verò dicta, Oldrad.consil*.
49.*nu*.9. *Bart.in l gallus*, §.*ille casus, colum.vltim.in
prin.versic.secunda casu, de lib.& posthum.Papiens.
in forma productionis testium ad perpet.rei memor* §.
vsque ad calendas, colum.2.*nu*.2.*in fi.versic.vel testis
dicit, Imol. in clem.causam, colum*.6.*ad med.versic.
vnde differentia*, *n*.24 *de election. Alexand cons*.12.
61 *consideratus*, *nu*.8.*lib*.4. vbi † quod magis procedit
in statutis, prout est casus noster, cum illa sint ser-
62 uanda ad vnguem, & in specie, & ad litteram, †
vt in proposito istius dictionis notat *idem Ale-
xand.cons*.137.*in causa & lite, colum*.3.*ad med.ver-
sic.peccat & in alio, nu*.14.*vsque ad* 17.*lib*.2. *Felin.in
cap. tertio loco* 13.*colum*.3. *post med. versic. sed su-
stentabiliter*, *n*.2.*de præsumpt.& in rubr.de sponsalib.
colum.ad fin.versic ex quibus apparere potest, Socin.*
63 *cons*.211.*nu* 4 *lib*.2. † Quod etiam est in probatio-
nibus, vt in illis quoque denotetur per talem di-
ctionem intrinsecitas actus, *Alexand cons*.116.*ad
med vers.secundus verò, lib*.1.*per l*.1.§.*in flumine, ff.*
64 *de fluminibus.* † Non solum si ponatur in ablati-
uo, vt dictum est, sed etiam in accusatiuo, vt de
statuto quo ad merces receptas in nauim, *Ias.in l.
gallus*, §.*ille casus*, *n*.21.*ff.de liber.& posthum.*
Maximè quia ex dispositione Bullæ venditio cense-
tur facta cum retrahente, & ad commodum ipsius,
non secus ac si cum eo priocipaliter à principio
65 fuisset contractum, † Vnde primus emptor non
debebat soluere laudemium, nec expensas bene-
placiti, vel quid simile, neque poterat per Domi-
num cogi ad illius solutionem, cum hoc onus spe-
ctaret ad volentem retrahere, in quem retractus
66 fuit transfusus, & † translatus, quasi ob retractum
fingatur primus emptor nunquam retro acqui-
siuisse, ideò ad eum talis solutio non pertinet, cum
ipsius respectu censeatur prior contractus reso-
lutus ipso iure, non secus ac quando resoluitur ex
lege io ipso contractu apposita, *Bald. in l.ab em-
ptione, in* 1.*lectur.col*.2. *in fin.vers.quæritur hic*, *n*.4.*ff.
de pact. Decis.cons*.88. *pro tenui, col*.3. *in princ.vers.*
67 *& ad hoc facit*, *n*.3. Et ita in proposito nostro con-
cludit *Tiraq.de retract.lignag*.§.29.*glo*.3.*nu*.4.*&* 5.
Et quamuis primo emptori competat repetitio si
soluerit, Tameo multo satius est nõ soluere, quàm
68 solutum repetere, † *Aret.in l.si cum legetur*, §.*si ti-
tio, in* 3.*notab.ff.de leg*.1.*per l.si debitor, in fin.ff.de li-
ber.legat.l.si stipulatus esses, ff.de fideius* † Præsertim
quia laudemium, & beneplacitum, aut quid si-
mile oon est pars pretij, de quo loquitur Bulla,
quæ solùm disponit de pretio soluto venditori,

quod p[illegible] [illegible]ıa debet definiri, & post illius taxatio-
nem d[illegible] [illegible] eo laudemium, aut quid tale solui, prout
illud [illegible] soluitur de pretio, & æstimatione rei vendi-
70 t[illegible] [illegible] ad rationem duorum pro centum, † vel plus &
minus secundum consuetudinem, & morem re-
gionis *Ias. in l. vltim. n. 39. C. de iur. emphyteot. Aret. cons. 41. in fi. vers. quod tamen dixi. Alex. cons. 123. in pr. lib. 5. & cons. 5. n. 8. in fin. eod. lib.*

Accedat quod dato & non concesso, quod esset fa-
ciendum tale depositum de prædictis solutioni-
bus infra quindecim dies ab intimatione solutio-
nis illius, & quod Bulla extendatur ad solutiones
71 factas post litem motam, † Tamen ista intimatio
non debet fieri domi dimissa copia, prout facta
fuit, sed personaliter, ad hoc vt intimatus habeat
plenam notitiam de prædicta solutione prout di-
sponitur per constitutionem quod illa personali-
ter fiat quando intimatur primum pretium ab
initio constitutum, nam huiusmodi extensio est
facienda cum omnibus qualitatibus requisitis, &
eo modo & forma, vt constitutio loquitur in ca-
su expresso, quem volumus extendere, seu appli-
72 care ad casum non expressum, † cum qualitas non
possit separari ab ipsa dispositione *Bald. in l. si qui-
dem. de except. Grat. consil. 151. num. 22. lib. 2. Rot. di-*
73 *uers. decis. 366. n. 6. part. 1.* † Quasi totum non dica-
tur sine suis partibus, & qualitatibus *l. qui vsu-
fruct. de verbor. obligat. l. si quis cum posuit, de ex-
cept. rei iudic.* Ita vt si detraherentur dictæ quali-
74 tates, † non posset amplius dici comprehensio
sub eadem dispositione, cum potius tunc dica-
tur omnino noua dispositio *Bald. in l. penult. in
fin. princ. de excus. tutor. Socin. consil. 87. pensatis, in
fi. num. 9. lib. 4. per text. in l. 1. §. si quis simpliciter, de
verb. obligat. l. ius ciuile, ff. de iust. & iur. Surd.* qui
multa similia adducit *cons. 102. n. 8. & 9. lib. 2. Me-
noc. cons. 104. n. 37. lib. 1. & de arbitr. iudic. lib. 1. q. 11.
num. 13.*

Et quoniam supra conclusum fuit esse locum retra-
75 ctui in emphyteusi, Addendum est, † quod aliqui
tenent contrarium, quando est perpetua pensio,
& non subiacet redemptioni *Mar. Mut. super
consuetud. Panormit. post cap. 28. super nou. declarat.
n. 27. cum sequ. fol. 243. iuxta consil. Bertrand. 7. lib. 1.
Tiraq. de retract. lignag. §. 33. gloss. vnic. n. 1 Fran. de-
cis. 610. in princ. part. 4. & decis. 391. n. 8. & 9 part. 1.*
76 † vbi quod consuetudo loquitur de emptione, &
non extenditur ad emphyteusim latè *Guter. pra-
ctic. quaest. cap. 145. lib. 2.* vbi quod hæc opinio est
frequentissima, & ibi allegat etiam idem tenen-
tem *Castell. in l. 47. taur. gloss. magn. col. 5. & 6. ver-
sic. hinc etiam posset dici. Mantuen. in l. 7. taur. glo. 1.*
77 *n. 10. cum seq.* prout † etiam dicit frequentissimam
sententiam, quamuis ipse non noceat *Couar. lib. 3.
variar. resolut. cap. 11. nu. 3.* quod etiam voluit *Car-
pan. ad constitut. Mediolan. cap. 433. nu. 16. 24 & 25.*
vbi quod fieret præiudicium Ecclesiæ, quæ tene-
retur recognoscere in emphyteutam alium, quem
78 ipsa nollet. † Cum etiam alienationis verbo non
veniat concessio in emphyteusim *Gloss. in l. fin. in
verb. & hypothecam. ad med. C. de reb. eccles. non a-
lienan. Corn. cons. 193. lib. 1. Marin. Freccia. ad Nea-
politan. in consuetud. iur. congr. in verb. emit, nu. 4 fol.*
79 *325.* † vbi quod in emphyteusi cum pacto affran-
candi in pecunia numerata habet locum ius con-
grui, quia talis affrancatio est similis emptioni, *l.
si nec emptio. ff. locat. Alex. cons. 28. lib. 4.* Vnde ces-
sante d. contentione non dabitur beneficium iu-
ris congrui *Vrsill. ad Afflict. decis. 72. num. 11.*

Sed non recedendum ab opinione supra firmata
quod etiam cessante pacto affrancandi competat
80 retractus † cum sit æquior opinio, & melioribus
rationibus fundata, vt supra dictum est *Couarr.*
81 *lib. 3. variar. resolu. cap. 12. n. 3.* † Nam semper in istis
contractibus ad longissimum tempus transfertur
vtile dominium, & possessio iuxta communem
sententiam, de qua per *Guter. pract. quaest. lib. 2. cap.
145. colum. 2. ad med. Pinell. in l. 1. p. 3. nu. 64. Cod. de*
82 *bon. matern.* † Vnde & talis locatio in emphyteu-
sim continebitur sub prohibitione alienationis
Glo. in clem. 1. de reb. eccles. non alien. quam commu-
niter receptam testatur *Tiraquell. de retract. lignag.*
83 *§. 1. glo. 10. nu. 79.* † reiecta alia *Gloss. in l. codicillis, §.
instituto. ff. de leg. 2.* quæ contrarium tenuit *Couar.*
84 qui idem dicit *lib. 2. var. resolut. c. 16. n. 1. in fi.* † Præ-
sertim quia plerique ex supradictis Doctoribus
loquuntur de consuetudine locorum in quibus
obseruatur, vt retractus non habeat locum, nisi
quando adest d. conuentio de affrancando, cum
tamen nos habeamus contrariam obseruantiam in
quacumque emphyteusi etiam absque huiusmo-
di pacto, ideò illi standum est *l. minimè, ff. de legib.
cum aliis supra allegatis vers. & hæc quo ad primum,
num. 21. Affl. decis. 72 num. 1. in fin.*

EPITOME.

Valor rei an sit probatus, si testes solùm depo-
nant de tempore conuentionis, non autem de an-
teriori & posteriori per multos annos. ¶ Et an per
eos sit exprimenda qualitas venditoria impliciti
debitis, cum oneribus canonis, ac seruitutis, & si-
milium. ¶ Pretium affectionis, vel redactum ex
bonis vicinis venditis, an arguat iustitiam pretij
alterius rei contiguæ emptæ. ¶ Et quomodo testes
super hoc debeant deponere. ¶ Et quod instru-
menta sufficiant. ¶ Læsio ex quibus probetur.
¶ Causa scientiæ an requiratur in teste probante
æstimationem rei immobilis. ¶ Et quid in frumen-
to, & aliis rebus modicis. ¶ Valor ad quam sum-
mam debeat ascendere, vt dicatur constare de in-
iustitia pretij, tam vbi agitur de rescissione vendi-
tionis ob læsionem, quàm ad probandum valo-
rem ad effectum arbitrij. ¶ Et quando valeat re-
nunciatio *l. 2. C. de rescind. vendit.* ¶ Scientia quo
casu excludat maiorem, vt non possit allegare læ-
sionem.

SVMMARIVM.

1 *Læsio an probetur si testes deponant de valore rei so-
lùm de tempore conuentionis, non autem de ante-
riori, & posteriori per multos annos, tam in stabili-
bus, quam mobilibus, n. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.*
9 *Testes non probant valorem bonorum non deponentes
de oneribus canonis, ac seruitutis, ac similium re-
rum, quæ minuunt iustum pretium, & sunt pars
ipsius, & nu. 12.*
10 *Qualitas venditoris impliciti debitis est exprimen-
da per testes, vt per eos dicatur plenè probatus va-
lor rei, & nu. 11.*
13 *Pretium affectionis non extenditur.*
14 *Pretium iustum an sit æstimandum ex eo quod fuit
datum pro emptione rerum vicinarum. Et quomo-
do testes super hoc debeant deponere. Et quod in-
strumenta debeant esse, n. 15. & 16.*
17 *Probatio magis plena excludit minus potentem.*
18 *Standum est testibus peritis super æstimatione bonorum.*

19 *Ven-*

19 *Venditio præsumitur facta pro iusto pretio.*
20 *Testes deponentes per eundem præmeditatum sermonem non probant, maximè vbi agitur de læsione circa pretium.n.21.*
22 *Læsio non probatur per testes, qui deponunt de suo iudicio.num.23.*
24 *Causa scientiæ requiritur in teste probante valorem rei, quamuis de ea non interrogetur, maximè in æstimatione feudi ac domus, & similium, quidquid aliud sit in frumento, ac aliis rebus modicis n.25.*
26 *Renunciatio in specie cum iuramento* l.2.C.de rescin. vendit.*excludit læsionem, maximè si non est magna, & excessiua.n.27.*
28 *Scientia excludit vt maior non possit dici læsus.*
29 *Valor debet ascendere vltra dimidiam, vt dicatur constare de iniustitia pretij iuxta terminos* l.2.C. de rescind.vendit. *& num.33. Amplia idem esse quando ageretur de probando valore ad effectum arbitrij.n.31.& 35.*
30 *Remedium* l.2.C.de rescind.vendit. *habet locum in subhastatione.*
32 *Arbitrium intelligitur prout de iure.*
34 *Pretium quando sit attendendum, non læsio.*

CAPVT CCCCLXI.

PRo confirmatione sententiarum, Dixi concludendum esse, & consequenter non constare de prætensa læsione, Etenim omnes testes ex aduerso adducti ad illam probandam solùm deponunt de valore vineæ respectu temporis contractus, & ad illud tantùm se restringunt, quod
1 non sufficit, † cum in probatione valoris rei non debeat attendi solùm istud tempus conuentionis, sed etiam tempus anterius, & posterius per multos annos, ne sequatur absurdum, quod pretium consistat in momento temporis, cuius æstimatio non attenditur *Bart.in l.pretia rerum 63.§.nunnullum, n.2.ad fi.vers.vel debes te referre, vbi Alexand. n.10. & Imol.ante fin.vers.& si dicat quod tali die, ff.ad leg.falcid. Ang.in l.in lege falcidia 62.§.corpora, n.2.vers.sit ergo cautus, & ibi Castr.nu.1.eod.tit. Afflict. decis.316.nu.6. Pantal. Cremens.in l.2.num. 145.post Bart. ibid.in fin.nu.23. Salic.num.23.in fin. vers.subiungit.& n.31.in fi.vers.& dicit, C.de rescin. vendit. Ant.Burg.in c.cum dilecti, nu.36 de empt.& vendit. tom.4.fol.256. Rot.diuers.decis.97. nu.13.vsque ad 17.p.2. Aret.in c.cum causam 37.col.1.de testib.Gabr.de empt.& vendit.conclus.1.n.49.Bart.in l.vnic.col.pen.post med.nu.32.Cod.de sent.quæ pro eo quod interest.*

Non obstat sufficere, quod valor rei, & eius æstima-
2 tio debeat incipi tempore contractus † *l.si voluntate, C.de rescind vend.Cagnol.in l.2.nu.118.& 238. C.eod.tit.* vbi quod in rebus immobilibus verior est opinio, vt non requiratur ista probatio anterioris, & posterioris temporis, sed solùm sufficiat inspici tempus conuentionis, ad quod iura se tantùm referunt *Osasc. decis.41.nu.5. latè Syluest.cons. 49.n.10.Paris cons.16.n.83.lib.2. Caputaq.dec.264. nu.9.p.3.Surd.cons.151.num.71.lib.2. Ceph.cons.403. num.42.lib.3. Aym.cons.114.num.16. cum aliis per Card. Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.4.ti.20.*
3 *n.51.Menoch.cons.358.nu.13.lib.4.* † Et quod solum in rebus mobilibus testes debeant deponere per plures dies ante & post voluit etiam *Valas.consult.43.nu.28.col.vlt. ad med.* sequitur *Rebuff. in l. vni.in gloss.in verb.subtilitatem, n.31.& 47.fol.448.*
4 *C.de sent. quæ pro eo quod interest.* † Ideò in rebus stabilibus si non potest probari æstimatio determinati temporis, sufficit probare æstimationem factam ante per annum, quia in eis præsumitur æstimatio durare *Rebuff.in l.vnic.in gl.in verb.subtilitatem, nu.56.Valas.cons.43.num.28.vers.verum tamen, lib.1.Surd.cons.171.n.21.lib.2.*

Quia ista duo possunt simul stare, quod videlicet valor rei inspiciatur tempore contractus, & quod probatio valoris fiat in tempore conuentionis, &
5 contractus, † sed posteriore, & anteriore, ne probato similis æstimationis consistat in momento temporis, quod esse non debet, prout respondet *Rot.diuers.decis.65.n.15.p.2.*& quidquid *Cagnol.&*
6 *alij supra adducti* teneant, † non est recedendum ab ista opinione, quam etiam vltra relatos sæpius tenuit *Rota vt in causa Tiburtina castri Arsulorum, 16.Iunij 1598.coram R.P.D.Penia, & in Romana rescissionis cõtractus, 30.Octob.1602.coram Card.Pam-*
7 *philio* † quæ decisiones fuerunt confirmatæ *coram R.P.D.Pamphilio Spoletana prædij, 27.Iunij 1614:* vbi fuit declarata subhastatio iusta, cum testes volentes probare iniustitiam illius se restringebant
8 solùm ad tempus subhastationis, † quod non satis erat, nam deponere debebant de pluribus annis præcedentibus, ac subsequentibus, ad hoc vt arbitrio Iudicis possit diiudicari probabilis valor, & iustum rei pretium facta compensatione anni fertilis cum sterili *Veronens.de simulat.contract.nu. 3.vers.& quod dixi, Burg.in c.cum.dilecti, nu.36.de empt.& vendit.cum aliis supra adductis.*

Præterea dictis testibus non est habenda fides, quo
9 ad æstimationem, de qua agimus, † cum non deponant de qualitate canonis, qui debetur domino directo, neque de seruitutibus reseruatis ad fauorem emptoris, nec de aliis de quibus in facto, ita vt istæ qualitates tot onerum minuant valorem prædij tanquam de eis ratio sit habenda in taxatione iusti pretij, vt faciant semper minus rem æstimari, & sint pars pretij, *Cagnol in l.2.num. 243.C.de rescind.vendit.Boer.cons.;c.n.8.Osasc.decis.91.n.10. Menoc.cons.358.n.30.lib.4.cum aliis per Card. Mant.de tacit. & ambig.conu. tit.20.lib.4.n.*
10 *37.& 38. Surd.cons.181.nu.10.lib.2.* † Prout etiam dicimus de qualitate venditoris implicit ære alieno ac pluribus debitis, quæ est exprimenda per testes tanquam diminuat valorem pretij, vt in decisione coram *R.P.D. Pamphilio Spoletana prædij,*
11 *27.Iunij 1614.* † iuxta dispositionem *l.cum qui, §. melior, de in diem adiect. Bart.in l.1.§.si hæres, nu.3.*
12 *vbi Rip.num.28.ad trebell.* † Cum aliàs tacitis istis qualitatibus non possit dici concludenter probari iniustitiam valoris *Alex.cons.54.n.4.lib.6. Aym. cons.430.nu.5.Card.Seraph.decis.13.17.n.1.p.2.*

Neque obstat prætensa probatio læsionis ex emptio-
13 ne alterius vineæ ordinum sexcentum, † Quia illud pretium fuit affectionis, vt probant omnes testes, de quibus in facto, Vnde non debeat attendi. *l.pretia rerum, ad leg.falcid.c.1. de empt.& vendit. Couar.lib.2. variar.resolut.c.3.nu.4. Valas.consult. 43.nu.13.latè Mascard.concl.657.n.6.*

Vltra quod erat probandum, quod dicta emptio fuit
14 de prædio eiusdem qualitatis, † prout est hoc, de quo agitur, tunc enim ex tali probatione iustificaretur valor prætensus, quod tamen nullibi probatum extitit in casu nostro, ideò non releuat *Alex. in l.lege falcidia, §.corpora, nu.2.ff.ad leg.falcid.Cagnol.in l.2.n.233.C.de rescind.vend.Honded.cons.31. num.51.lib.1.Mascard.d.conclus.657.num.11.p.2.*

Maximè quia instrumenta similium venditionum
15 rerum vicinarum debent esse plura, & multa, † ad
hoc vt ex eis saltem præsumptiuè probetur com-
munis æstimatio, *Decian.cons.17.nu.32.lib.2.Card.*
Mantic.de tacit.& ambig.conuent.tit.10.libr.4.nu.
16 18.† Quæ multa instrumenta non exhibentur per
aduersarium venditorem, sed potius per empto-
rem fuit ex quamplurimis instrumentis ostensum
multa prædia fuisse empta minori pretio, quam i-
17 stud, de quo agimus, † Vnde standum est proba-
tioni emptoris, per quam excluditur læsio tan-
quam illa sit magis plena, & potentior, quæ con-
fundit minus potentem, *l.ob carmen 21.§.si testes, de*
.testib.Soci.cons.37.nu.13.lib.3.& cons.54.nu.18.lib.4.
Aym.cons.6.num.50.

Cum etiam vltra prædicta instrumenta per empto-
rem producta, adsint quoque testes ad eius instan-
tiam examinati, qui deponunt de iusto pretio scu-
torum viginti, per quod excluditur omnis læsio,
18 † quibus testibus magis standum est, cum sint pe-
riti, & ex eis aliqui æstimatores à publico electi,
& concurrat etiam præsumptio iuris, secundum
19 quod potius præsumendum est, † quod pro iusto
valore huiusmodi prædia fuerint vendita, *Bald.in*
l.si fundus, §.quamquam, ad fin.ff.de reb.eor.Fabia.
de Monte de empt.& vend.q.8.n.25.in fi.tom.6 p.1.
fol.66.cum aliis per Menoc.cons.359.n.23.lib.4.

Accedat quod omnes testes adducti ad probandam
læsionem deponunt per eundem præmeditatum
20 sermonem, † quo casu redduntur suspecti, nec fi-
dem faciunt, *l.3.§.tu magis, ff.de testib.Cæs.de Graff.*
decis.1.n.7.de præsumpt. Rot.diuers.decis.720.n.2.p.
21 1.† & in proposito læsionis, de qua agimus, quod
non probent notat *Menoc.cons.358.nu.26.lib.4.*

Additur quod deponunt de suo iudicio, per quod
22 talis depositio redditur inefficax, † neq; probatur
læsio *Bart.in l.quid tamen, §.si arbiter, de arbitris,*
Bald.in l.3.q.5.C.de testib. Curt.Iun.cons.144.nu.3.
post med.& consil.165.n.17.Alex.cons.74.viso testa-
23 *mento, n.6.lib.1.Menoc.cons.358.n.26.lib.4.*† & est
communis opinio quam passim sequitur *Ro.coram*
Card.Pamphilio Romana rescisionis contractus, 30.
Octobr.1602.& coram R.P.D.Pamphilio Spoletana
prædij, 27.Iunij 1614.post Bart.in l.pretia rerum, n.2.
vbi Alex.n.11.ad leg.falc.Soci.Iun.cons.75.n.3.lib.3.
24 *Cagnol.in l.2.n.232.C.de rescind.vendit.*† Maximè
cum neque reddant causam scientiæ, & ignorent
redditus horum prædiorum, & consequenter iu-
stum valorem, qui ex redditibus sumi debet *Aym.*
cons.145.n.8.Affl.decis.184.in fi.Guid.Pap.cons.180.
nu.1. cum aliis per Menoch.d.cons.358.nu.20. lib.4.
25 † Cum præsertim simus in re, ad cuius æstimatio-
nem requiritur magna, & diligens inquisitio puta
domus, fundi, vel similium, in quibus magis re-
quiritur, quod testis deponens super valore reddat
causam dicti sui, quamuis non interrogaretur,
quidquid aliud sit in æstimatione modicæ rei, vt
frumenti, & victualium, *Bald.in l.vlt.in fin.n.6.C.*
de iur.dom.impetr.Cin.& Bart.in l.1.ad fi.C.de sent.
quæ pro eo quod interest, Felin.in c.cum causam 42.
col.1.in fi.vers.cuius dictis adde; n.1.de testib.Alex.
in l.pretia rerum, n.12.vers.addit etiam, ff.ad leg.fal-
cid.Cagnol.in l.2.nu.236.C.de rescind.vendit.Rot.in
d.Spoletana prædij, col.2.post prin.

Vltimo excluditur omnis læsio, quia in specie fuit
26 renunciatum cum iuramento, † *l.2.de rescind.ven-*
dit. vt notat *Alex.consil.42.n.9.& consil.125.nu.7.*
lib.1.& consil.127.n.1.& 2.lib.2.Paris.consil.96.nu.
27 *56.lib.1.*† Maximè quando, prout in casu nostro,
non est magna, & excessiua læsio vltra dimidium,
Calder.cons.2.de arbitr. Aldob.consil.49.nu.11.Rot.
28 *diuers.decis.440.n.3.p.1.*† Cum enim iurauerit, di-
citur sciuisse valorem bonorum, per quam scien-
tiam excluditur huiusmodi remedium læsionis,
quando sumus in maiore, vt latè declarat *Aldobr.*
d.consil.49.n.12.vsque ad 17.post Pantal.Cremens.in
l.2.n.112.limit.14.C.de rescind.vendit. Alex.consil.
133.col.pen.in princ.nu.11. & colum.fi.in princ.num.
15.lib.5. Corn. qui de communi *cons.189.col.4.lib.*
1.Rot.diuers.decis.440.num.3.p.1. Couar.lib.2.var.
resolut.c.4.num.5. Cassad.decis.1.num.5. de empt.&
& vend. Aym.cons.188. num.3. Socin.cons.48. num.
9.lib.4.Ias.cons.76.in fi.lib.1.Abb.cons.71.col.peni.
29 *post med. vers.condescendo, in 2.dub.lib.1.* † Prout
regulariter debet valor ascendere vltra dimidium
iusti pretij, vt dicatur constare de iniustitia illius
iuxta terminos, *l.2.C.de rescind.vendit.* vt conclu-
dit *Rot.coram R.P.D. Pamphilio Spoletana prædij,*
30 *27.Iunij 1614.*† Vbi ampliatur idem esse, non so-
lum in venditione, sed etiam in subhastatione,
cum remedium *d.l.2.* in ea quoque procedat se-
cundum magis communem, de qua restatur *Pi-*
nell.in d.l.2.n.25.& ibi Cagnol.nu.161.Corn.cons.56.
nu.2.lib.3.Rebuff.de rescis.contract.art.vnic.gl.15.n.
38.& de præcon.art.7.gl.vnic.in fi.Gabr.conclus.1.de
empt.& vendit.n.61.vers.contrariam: Card.Seraph.
decis.148.n.1.p.2.

Quæ etiam habent locum, quamuis ageretur de pro-
31 bando valore ad effectum arbitrij, † non autem
iuxta terminos *l.2.C.de rescind.vend.* cũ arbitrium
32 intelligatur prout de iure † *Bart. in extrauag. ad*
reprimendum, in verb.videbitur, n.8.Paris.cons.56.
n.5.lib.1.& cons.8.nu.21.lib.4. Affl. decis.321.Socin.
Iun.cons.41.n.16.lib.2. Cæs.de Graff.decis.7. & 8.de
iudic. De iure autem non attenditur quælibet in-
33 iustitia pretij, † sed illa, quæ ascendit vltra dimi-
dium *Abb.in c.ad nostram, nu.9.vers.puto tamen, de*
empt.& vendit.Decian.cons.2.n.17.lib.1.Bertrand.
cons.219. cum scriberem, in princ. lib.2.par.1. Corn.
34 *cons.21.col.2.lib.3.Ias.cons.53.col.3.lib.4.* † Cum a-
liàs vbi pretium superat læsionem, pro validitare
actus pretium sit attendendum non autem læsio
35 *Capr.reg.87.n.62. Ossasc.decis.41.n.8.post med.* † Et
in proposito probationis valoris quo ad effectum
arbitrij conclusum fuit per *Rotam in d. Spoletana*
prædij, 27.Iun.1614.ad fin.coram R.P.D.Pamphilio.

EPITOME.

Tutor an sit dandus filio bannito, ita vt mater
illum non petens priuetur successione bonorum
filij. ¶ Patria potestas an perdatur, quando banni-
tus potest impunè occidi. ¶ Mater quo casu debeat
petere, vt detur alius tutor in locum tutoris de-
functi, vel banniti, aut relegati. ¶ Filij bannitorum
an possint testari. ¶ Et an faciant deficere condi-
tionem fideicommissi. ¶ Banniti an retineant ius
succedendi ab intestato, & ex testamento. ¶ Et
quando possint impunè offendi. ¶ Et eis denege-
tur audientia. ¶ Vel beneficium primæ instantiæ.
¶ Vel ius prothomiseos. ¶ Et an veniant in dispo-
sitione loquente de mortuis. ¶ Tutor an possit
dari impuberi per extraneum non habentem il-
lum in potestate. ¶ Et quid si pupillus ab eo hæres
instituatur ¶ Et an talis tutor sit datiuus, seu testa-
mentarius. ¶ Et quando præferatur legitimo. ¶ Et
confirmatio illius an sit facienda sine inquisitione,

¶ Et

¶ Et an competat via executiua testamenti pro concessione administrationis faciendę dicto tutori. ¶ Et quo casu debeat præcedere pronunciatio Iudicis, quod talis tutor sit idoneus.

SVMMARIVM.

1 *Filio bannito non est dandus tutor, sed curator ad instar eius qui habet patrem apud hostes, num. 2.*

3 *Patria potestas perditur quando bannitus potest impune offendi. Intellige in bannitis pro crimine læsæ maiestatis, & rebellibus, & transfugis, nu. 4. secus pro alio crimine capitali quamuis possint impunè offendi, numero 5. Amplia vt n. 6.*

7 *Mater quando debeat petere dari alium tutorem in locum tutoris defuncti, seu in perpetuum relegati, vel banniti ad tempus, & quando in eis dicatur in totum finita tutela, num. 8. & 9. Et quid seruetur in Regno, numero 10.*

11 *Mater an perdat successionem filij si patre bannito non petat ei tutorem, & num. 16.*

12 *Filij bannitorum non possunt testari.*

13 *Filij suscepti post bannum faciunt deficere conditionem fideicommissi.*

14 *Banniti a Papa, seu Imperatore retinent ius succedendi ex testamento, & ab intestato iuxta dispositionem iuris communis, non autem statuti, n. 15. 18. & 22.*

16 *Regulæ generales pertinent ad pauperes doctorellos, & concludunt solum viris grossi ingenij, nec iuxta illas est respondendũ de iure, sed per speciales decisiones.*

19 *Banniti quando possint impunè offendi, & eis denegetur audientia.*

20 *Consuetudo loquens de mortuis an comprehendat bannitos.*

21 *Banniti an amittant beneficium primæ instantiæ. Et ius prothomiseos.*

23 *Tutor non potest dari impuberi per eum qui illum non habet sub potestate. Fallit in extraneo instituente heredem pupillum, quasi tunc videatur eligere eum in filium, quo casu valebit datio tutelæ, num. 24.*

25 *Tutor datus ab extraneo pupillo instituto est datiuus, non testamentarius quamuis de eo in multis particeps, n. 26. 27. 28. 29. & 30. Et præfertur legitimo, & matr. n. 31. Intellige in bonis relictis, n. 32. & 33*

34 *Confirmatio tutoris dati ab extraneo pupillo instituto est facienda causa cognita, & cum inquisitione, nu. 39. Idem in tutore dato à matre, num. 35.*

36 *Via executiua non competit quando agitur pro confirmatione tutoris dati ab extraneo quando requiritur secus si illa non sit necessaria, n. 17.*

38 *Iudex confirmans tutorem datum in testamento debet prius pronunciare illum esse idoneum quando inquisitio requiritur.*

CAPVT CCCCLXII.

* *Adde sup. ad cap. 139. n. 25.*

MAter * non priuatur successione infantis filij, quamuis patre bannito illius tutelam
1 non susceperit, † Cum filio banniti non sit dandus tutor quasi iste detur solum ei, qui non est in potestate alterius, *l. fi. in princ. Cod. de curat. furios. Siluest. instit. de tutel. in prin. n. 19. post Glo. ibi in verb. non sunt: Clement. de patria potest. effect. 14. n. 1. & 2.*
2 *tom. 8. p. 1. fol. 117.* † Vnde dabitur curator ad instar eius, qui habet patrem apud hostes *l. muto 6. §. ei cuius, ff. de tutel. l. in possessionem, 6. § fi. ff. quib. ex caus. in possess. eat, l. idem priuilegium, 32. ff. de reb. auctor. iudic. possid. cum alijs per Schrader. de feud. p. 10. sect. 19. n. 210.* Et in specie ita concludit *Rip. in l. ex facto 18. § ex facto, in fi. vers. ex quo corollariè, n. 19. ff. ad senatusc. trebell. Siluest. in § cum autem, n. 61. col. 22. in fi. institut. quib. mod. ius patr. potest. solui. Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 7. n. 23. fol. 120.*

Quod procedit etiam si pater bannitus possit impunè offendi, quamuis enim perdatur patria potestas,
3 † quando bannitus potest impunè offendi, cum habeatur pro mortuo, & pro hoste ciuitatis, & pro diffidato iuxta Constitutiones Summorum Pontificum *Pij IV. & Pij V. per Octauo. Vullpell. cons. 20. n. 4.* vbi testatur de magis vera, & communiori opinione *Honded. cons. 95. n. 86. lib. 1. Alciat. cons. 96. tom. 3. Alex. consil. 71. nu. 7. & 10. lib. 1. cum alijs per Clem. de patr. potest. c. vl. n. 13. & 21. tom. 8. p. 2. fol. 124. Sur. de alim. tit. 4. q. 18. n. 60. Paris. cõs. 137. n. 20. lib. 4.*

Nihilominus hoc habet locum in bannitis pro crimi-
4 ne læsæ maiestatis, ac rebellibus, & transfugis, † qui ad hostes se conuertunt, in istis enim terminis loquuntur iura adducta per *Bart. in l. si adulterium, § liberto, ff. de adulter. iuxta l. minimè, ff. de relegat. l. postliminium, § filius, ff. de captiu. & postlim. reuers.*
5 † Diuersum est in bannitis pro alio crimine capitali etiam quod impunè possint offendi, cum horum condemnatio non grauet illos, nisi in ære, & iuribus suis, *Salic. in l. 1. q. 6. C. de heredib. instit. Rip. in l. fi. q. 23. C. de reuocand. donat. Socin. Iun. cons. 54.*
6 *lib. 3. Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 7. n. 13. in fin.* † Quod etiam est stantibus constitutionibus Summorum Pontificum contra bannitos, & homicidas, *Farin. qu. 102. n. 19.*

Et ita etiam declaratur textus in *l. 3. C. qui pet. tuto.* vbi
7 in locum tutoris defuncti, † vel in perpetuum relegati debet mater postulare filiis suis dari alium competentem tutorem à Iudice eiusdem prouinciæ, qui secundum officium suum vtilitatibus eorum prouidebit, Quamuis enim in hoc textu æquiparentur mortui, & relegati, quo ad effectum tutelæ, Tamen non idem erit in bannitis, nisi sint tales, qui habeantur pro perpetuis relegatis, & ex banno ciuitatem amittant, & ius patriæ potestatis perdant; *Alb. in d. l. 3. ad med. vers. puto quod si ex*
8 *banno, C. qui pet. tutor.* † vbi etiam quod in istis perpetuis relegatis dicitur in totum finita tutela cum non adsit amplius spes liberationis, & per consequens erit locus tutori legitimo, qui in tali tutela
9 succedet *l. si quis sub conditione, in fi. de testam. tut.* † Quidquid aliud sit in bannitis ad tempus, qui possunt reassumere tutelam per liberationẽ à banno, tunc enim erit locus datiuo, non legitimo *l. licet, C. in quib. caus. tut. habent, l. propter spem, ff. famil. er-*
10 *cisc.* † Ideò in Regno per constitutiones particulares fori iudicati habentur in omnibus ferè pro mortuis, adeò vt feudatario fori iudicato Rex prouideat de Bailo eius filio minori per constitutionem Regni, de qua per *Franc. decis. 213. n. 11. & 12.*

Et vltra prædicta, quod filiis bannitorum non sit dan-
11 dus tutor, † quia durant in potestate patris, & quod mater non teneatur petere illius tutorem consuluit *Corn. cons. 55. nu. 20. vsque ad 31. lib. 2.* vbi etiam
12 ex hoc concludit, † quod filij bannitorum non possunt testari, *l. qui in potestate, ff. de testam.* prout etiam in petitione filij testamentum erit nullum,
13 † & quod filij suscepti post bannum faciunt deficere conditionem fideicommissi, cum multis illationibus de quibus per *Bertold. Imol. & alios in l. ex facto, § ex facto, ff. ad trebellian. & in l. 3. C. de heredib. institut. Syluest. in § cum autem, num. 64. in-*
14 *stitut. quibus modis ius patr. potest. soluit.* † vbi etiam

quod banniti retinent ius succedendi ex testamento, vel ab intestato secundum ius commune, quidquid aliud sit, si hæreditas deferretur ex forma statuti, Quæ etiam habent locum in bannitis à Papa, seu Imperatore, qui regulantur similiter quo ad iurisdictionem ipsorum, Nam banniti ab imperatore perdunt quidem iura communia quo ad iurisdictionem illius, sed quo ad iurisdictionem Pontificis, vel aliorum non recognoscentium Imperatorem in dominum non perdunt iura communia, vt per *Siluest. in d. §. cum autem, n. 65.* vbi quod ita seruatur,
15 † & quamuis per aliquos simpliciter teneatur, quod banniti à Papa, seu Imperatore perdunt vbique iura communia, vt per *Imol. in d. §. ex facto, & per Alexand. in l. si cum dotem, §. si pater, ff. sol. matri.*

Nihilominus non est tenenda hæc opinio cum prima sit verior, vt latè per *Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 7. n. 25. & 26.* De quibus tamen quæstionib. non est mo-
16 dò disputandum, † cùm hæc solùm scripserim pro comprobatione eorum, quæ dixi supra *c. 139. n. 25.* circa matrem, quæ non priuatur successione filij, quamuis patre bannito illius tutelam non susceperit, quæ opinio est tenenda, cum fundetur in bonis sationibus & auctoritatib. plurium Doctorũ, qui in specie illam comprobant, vt supra dictum est omissis regulis generalib. quorundam, qui in illis se fundabant tanquã essent magni momenti pro contradictione meę sententię, quibus sufficiat respon-
17 sio quòd sunt regulæ Cantalicij, vt vulgo dicitur, † & pertinent ad pauperes doctorellos, iuxta quas non est respõdendũ de iure cum cõcludant solùm vitia grossi ingenij, sed per speciales decisiones, vt dicit *Felin c. 1. col. 6. post med. nu. 6 in fi. de præsc. Aret. cõs. 106. col. 4. post med. ver. venio ad tertiũ, n. 6. in fi.* cũ aliis quos adduxi supr. *c. 135. n. 20. vsq. ad 24.*

De veritate autem pręfatarum quęstionum circa ma-
18 teriam bannitorum quando possint testari, & † eis denegetur audientia, & sint incapaces hæreditatis matris, *Farin. in recollect. decis. 54. & 55. & 57. & q.*
19 *102. n. 20. cum seq.* Et an possint impune offẽdi *Vin.*
20 *dec. 355.* Et quandu consuetudo loquens † de mortuo comprehendat fori iudicatum *Franc. dec. 686.*
21 Et an amittant beneficium primæ instantiæ, † ac ius prothomiseos & succedant in bonis extra ter-
22 ritorium cum aliis ad eos pertinentibus † *Io. Aloys. Riccius collect. decis. 291. latè Peregr. de iur. fisc. tit. lib. 3.*

Notandum est tamen circa ea, quæ supra diximus de tutore, qui regulariter non potest dari impuberi
23 per eum, † qui non habet illum in potestate, prout est necesse, vt valeat datio tutelæ, *§. permissum, inst. de tutel. Salicet. in l. vlt. in prin. C. quand. mulier. tut.*
24 *offic.* † Quod hoc non procedit in extraneo instituente hæredem pupillum, nam ratione huius institutionis videtur eum eligere vt filium, & instituens reputabitur pro patre, & erit loco illius, & per consequens poterit eidem dare tutorem, *Bald. in l. si patronus, in fin. & ibi Adds. ad Bar. in littera l, ff. de confirmand. tutor. Cin. in l. vlt. in princ. C. eod. ti. per tex. in l. nemo 58. ad med. de hæredib. instituend.*

Iste tamen tutor quamuis fuerit datus in testamento par extraneum impuberi instituto, & potuerit dari
25 vt dictum est, † Nihilominus indigebit confirmatione, ob quam dicetur datiuus, cum hoc operetur confirmatio iudicis, à quo huiusmodi tutela debet sumere effectum, & denominationẽ, *l. si qui priore, ff. ad trebellian. §. si quis priore, instit. quibus mod. testam. infirmant.* & ita post *Gloss. Cin. Butrig. Bart. & Bald.* concludit *Salic. in l. 2. n. 2. ad med. C. de confir. tutor. Siluest. in §. vlt. n. 29. post med. vers. quid tenendum, instit. de tutel. & ibi Gl. in verb. confirmandum,*
26 *vbi Ang. & Pert. n. 4. Faber. n. 3.* † qui testatur de veriori opinione, quam etiam sequitur *Din. in l. qui à patre, de confir. tuto. Bar. in l. 1. n. 3. eod. ti. & in l. iure, in fi. ff. de test. tutel. Anch. in clem. 2. de stat. monac.* & est communis, vt per *Nicol. Piccolomin. Senens. in*
27 *suis qu. cas. 1. q. 3. in prin.* † Et ista opinio est tenenda quidquid ipse contrarium sequitur post *Martin. Siliman. in quadam sua disput.* vt refert *Bart. in l. 2.*
28 *C. de confirm. tutor.* † Quamuis alij distinguant esse mixtum tutorem, non propriè testamentarium, nec propriè datiuum, vt per *Bal. in d. l. 2. C. de con-*
29 *firm. tutor. & per Mising. in §. fi. instit. de tutel.* † Et in hoc ferè omnes cõuenire videntur, quod licèt iste tutor confirmatus sit datiuus, nihilominus in quibusdam participat de tutore testamẽtario. Et latè defendit *Siluest. in d. § fi. n. 7. 19. 30. & 31. instit. de tu-*
30 *tel.* † & multis auctoritatibus & rationibus, ac iuribus comprobaui in meis centum & duodecim conclusionibus quas publicè per triduum sustinui cum quibuscumque de mense Maij 1584. *conclus. 64.* quamuis ibi disputando pro vtraq; parte multa hinc inde adduxerim, quarum conclusionum tenorem ponam infra in fine operis, & Deo dante imprimentur etiam per extensum omnia argumenta, & rationes, ac auctoritates congestæ pro omnium illarum defensione, tam pro communi quam contra communem prout per scribentes solet fieri in lecturis.

Cum igitur talis tutor sit datiuus debet præferri tu-
31 tori legitimo, & etiam ipsi matri, † *l. idem fiet, ff. de testam. tutel. Bar. in l. 1. n. 6. ff. de confirm. tutor. Cin. in l. 2. in fin. & ibi Salic. nu. 3. Cod. eod. tit. Idem Salic. in l. vl. n. 1. C. quan. mulier. tutel. off.* Huiusmodi tamen prælatio, cum de hoc quæreretur, dixi, quod non
32 habebit locum, nisi in illis bonis, † quæ prouenerunt ab extraneo testatore, in quibus Iudex solum cõcedet administrationem tali tutori, quem in eis tantum confirmabit, cum in aliis bonis pupilli administratio ei non cõcedatur *Bar. in l. si patronus, in princ. & ibi Alber. in fin. ff de confirm. tutor. Aret. in §. permissum, n. 3. in fi. in stit. de tutel. Soc. cons. 428. n. 22. & 23. lib. 3. Cuman. in l. vl. in fi. de confirm. tuto.*
33 † vbi quod tutor datus ab extraneo est tutor in omnibus, sed non habet administrationem in omnibus, vnde dabitur quo ad alia bona curator, *Idem Cuman. in l. si patronus, ff. de confirm. tuto.*

Adde tamen, quod ista confirmatio tutoris ab extraneo dati pupillo hæredi instituto est facienda cum
34 inquisitione, † & causa cognita an persona apta sit, & impuberi expediat vt est *text. in l. 1. vers. & si quidem pater, & ibi Azo. in verb. si autem alius quis ff. de confirm. tutor. Gloss. in l. si patronus 4. in verb. sequendum, ff. eod. tit. per text. apertum in l. qui tutelam 28. in fi. vbi Gloss. in verb. impuberi, ff. de testam. tutel. per l. iurisperitos 33. §. vl. ff. de excusat. tutor. cum aliis ibi adductis.*

Quod procedit nedum in extraneo, sed etiam in ma-
35 tre in qua licèt sit par affectio, † forsan maior,
36 quam in patre, † Tamen tutor datus per eam indiger confirmatione præcedente inquisitione super moribus & facultatibus ipsius, & an pupillo expediat illum habere, quidquid aliud sit in dato à patre, in quo non requiritur ista inquisitio, vt latè per *Siluest. in §. vltim. num. 35. instit. de tutel. l. 1. & 2. ff. de confirm. tutor. Gloss. instit. de satisdat. tutor. in prin. in verb.*

in verb. approbata.

Quare cum requiratur ista inquisitio cum causæ co-
36 gnitione, malè fuit actum via executiua † petendo quod talis tutor adjungatur cum tutela, in qua mater præuenit, cum non possit agi executiuè quando tutor debet confirmari cum inquisitione quasi ille accedat ad naturam testamentarij,
37 † tanquam tunc talis confirmatio veniat executiuè ad testamentum, vt in specie declarat *Bald. in l. 2. ad med. vers. quidam sic distinguit, C. de confirm. tutor. per l. tutores non ab harede, ff. de testam. tutel.*

Quare in propositio notant Doctores, quod Iudex antequam confirmet, debet prius pronunciare talem tutorem esse idoneum quando sumus in eo,
38 † in quo est necessaria inquisitio, vt notat in terminis *Bart. in l. tutores, in fin. de confirm. tutor. Siluest. in §. vlt. in fi. num. 37. Instit. de tutel.* ob quam pronunciationem apparet non dari viam executiuam, cum illa procedat quando confirmatur tutor sine inquisitione ex supra allegatis. Et ista videntur passim admitti per Doctores, quamuis *Bart. in l. si patronus, ff. de confirm. tutor.* concludat
39 quod tutor datus pupillo instituto per extraneum debeat confirmari absque inquisitione, & ei statim concedi administratio quo ad bona, in quibus fuit institutus, cum in aliis bonis non concedatur ei administratio sine inquisitione, prout tenet Din. de qua per *Bart. in d. l. si patronus, nu. 1. de confirm. tut.*

EPITOME.

Statutum si disponat, quod maritus lucretur partem dotis non extantibus liberis, si mulier habens filios ex primo viro transiuerit ad secunda vota, & ex eis decesserit sine filiis, an tunc maritus possit lucrari maiorem partem dotis, quàm habeant liberi primi matrimonij. ¶ Quod reuocatur per remedium, *l. hac edictali, Cod. de secund. nupt.* an sit imputandum in legitimam filiorum primi thori, vel prius sit illa detrahenda, & residuum diuidi inter eos, & secundum virum, cui lucrum dotis defertur. ¶ Statutum an possit derogare *d. l. hac edictali.* ¶ Et an in dubio intelligatur derogatum. ¶ Prohibitus alienare quando debeat agere, ne sequatur alienatio ex actu per eum celebrando.

SVMMARIVM.

1 *Secundus vir non potest habere ex bonis vxoris plusquam vnus ex filiis primi matrimonij.*

2 *Potest derogari per statutum dispositioni,* l. hac edictali, C. de secund. nupt. *Quamuis in dubio non censeatur derogatum, num. 3.*

4 *Prohibitus alienare debet agere, ne ex actu per eum celebrando sequatur alienatio ex dispositione legali, & num. 6.*

5 *Lex magis fauet filiis ex primo matrimonio, quàm secundo viro.*

7 *Non imputatur in legitimam quod reuocatur per beneficium* l. hac edictali, C. de secund. nupt. *ad fauorem filiorum primi matrimonij. Sed illa prius detrahetur, & residuum erat diuidendum inter eos, & secundum virum, cui lucrum dotis debetur, nu. 8. 9. 10. & 12. & de ratione, n. 11.*

13 *Statutum si simpliciter disponat, quod non extantib. liberis vir lucretur partem dotis, si mulier habens filios ex primo viro transiuerit ad secunda vota, & ex eis decesserit sine filiis, tunc maritus non poterit lucrari maiorem partem dotis, quam habebant liberi primi matrimonij, nu. 14. 16. 18. 20. 23. 24. & 25. Declara vt nu. 15. 19. 21. & 22.*

17 *Mulier debet ita contractum dotis celebrare, vt ex eo non sequatur alienatio prohibita per legem, vnde non debet dare dotem inofficiosam secundo viro, vel pacisci, quod non plus remaneat apud eum, quam apud alterum ex filiis primi matrimonij.*

CAPVT CCCCLXIII.

COncludendum videbatur in casu transmisso dandam esse ante omnia legitimam filiis primi matrimonij ex integra dote materna, & postca debere diuidi illud, quod superest in quinque partes, assignando secundo viro quintam partem loco donationis propter nuptias, iuxta formam statuti, relictis quatuor portionibus pro dictis fi-
1 liis, † Nam per dispositionem *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* non potest secundus vir habere ex bonis vxoris, plus quam vnus ex filiis primi ma-
2 trimonij, † Cuius legis dispositioni quamuis possit per statutum derogari *Bald. in l. 1. col. 3. C. de inoffi. dotib. Dec. cons. 10. & pro tenui, nu. 2.* Tamen in du-
3 bio non censetur illi derogatum, † cum requiratur derogatio expressa, vel saltem quod verba statuti sint realiter concepta, vt compati non possint cum ipsa lege *Bero. q. 119. nu. 5. ad med. vers. & hae sunt de mente: Rot. diuers. decis. 432. nu. 3. & 4. part. 1. Gabr. cons. 13. n. 10. lib. 2.*

Maximè quia mulier, quæ nubit non debet dare tantam dotem, vt ex forma statuti lucrum transcen-
4 dat ratam, quæ debetur filiis primi matrimonij, † cum prohibitus alienare debeat agere, & curare, ne ex actu per eum celebrando sequatur alienatio ex dispositione legali, *l. codicillis, §. pen. de leg. 2. Gloss. in l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig. Socin. cons. 15. visa narratione, n. 4. lib. 4.* Præsertim, † quia lex magis fauet filiis ex primo matrimonio, quam secundo viro, *l. fœmina, C. de secund. nupt. l. hac edictali, Cod. tit.* Vnde mulier non debuit omnia sua bona dare in dotem postquam sciebat, vel scire debebat tale statutum, sed potius debuit reser-
6 uare, † quod sufficeret ad legitimam filiorum primi matrimonij, & sic rescinditur lucrum statuti, quod verisimiliter non creditur voluisse præiudicare filiis primi matrimonij. *Castr. in l. 1. nu. 4. C. de*
7 *inoffic. dotib.* † Cum etiam illud quod reuocatur per beneficium *l. hac edictali*, ad fauorem filiorum primi matrimonij non computetur in legitimam debitam iure naturæ, sed vltra illam debeatur eisdem filiis pro quibus erit prius detrahenda legiti-
8 ma, † & residuum diuidendum inter liberos primi matrimonij, & secundum maritum, cui ex pacto, vel statuto lucrum deberetur *Bero. q. 119. n. 4.* & est
9 communis opinio, † quidquid Gab. & alij contrarium, sequantur, vt testatur *Dec. cons. 245. requisitus, col. 2. post med. vers. vlterius tamen, n. 3.* vbi quod
10 temerarium esset ab ista sententia recedere, † prout etiam notat *Castr. in l. 1. col. 1. in fi. vers. illud ergo quod reuocatur, n. 4. C. de inoffic. dot. Socin. cons.*
11 *35. col. fi. ad med. in 3. dub. n. 19. lib. 4.* † Quia hoc lucrum capiatur diuerso iure, & diuersis legibus ac rationibus, cum hoc deducatur ratione ciuili propter offensam filiorum, legitima autem ratione naturali, vnde non debet dari confusio in istis de-

12 bitis, † prout etiam tenet *Bald.in l. hac edictali, in fin.Cod.de secund.nupt.* vbi quod ista est veritas, secundum quam pluries consuluit *Fulgos. consil. 96. Antonius transiens, col.1. post gloss. in §. optimè verò, in verb. quippe, & ibi Ang. auth. de nupt.* cum aliis latè per *Surd. cons. 422. nu. 1. lib. 3.*

Et ita in propriis terminis quæstionem nostram decidit *Bero. q. 119. n. 2.* vbi in specie loquitur de sta-
13 tuto simpliciter disponente, † quod non extantibus liberis vir lucretur dimidiam, vel aliam partem dotis: Nam si mulier, quæ habebat filios ex primo matrimonio, transiuerit ad secunda vota, & decesserit sine filiis ex secundo matrimonio, tunc maritus non poterit lucrari maiorem partem dotis, quam habebant liberi primi matrimonij: Quinimmò dicti filij ex eadem dote prius detrahent tertiam partē illius, ac aliorum bonorum pro legitima sibi iure naturæ debita, & residuum dotis erit diuidēdum æqualiter inter dictos filios, & secundum maritum, qui non poterit plus habere, quam habeat quilibet ex prædictis liberis per text. *in dict. l. hac edictali.* cuius dispositio non est
14 correcta per tale statutū, † quod etiam in eisdem terminis voluit latè *Socin. consi. 35. visa narratione puncti, nu. 1. vsque ad 7. lib. 4. post Bald. in l. 1. nu. 8. q. 3. vers. contrarium fuit, C. de inoff. dotib.* & ibi etiam
15 sequitur *Castr. nu. 4.* † subdens quod dum esset vnus ex compositoribus nouorum statutorum Florentiæ fecit apponi in simili statuto, & addi, quod prius non erat, videlicet quod maritus lucretur dotem etiam stantibus filiis primi matrimonij, quia illa erat intentio populi, ne aliàs viduæ difficilius reperirent maritos quando habebant li-
16 beros ex primo matrimonio, † quod etiam referendo *Castr.* sequitur *Socin. cons. 52. nu. 3. ante med. lib. 3.* Etenim non facta expressione dictorum ver-
17 borum, aliud esset dicendum, † cum mulier debeat ita contractum dotis celebrare, quod ex ipso contractu non sequatur alienatio prohibita per legem: Vnde aut debuit non dare dictam dotem inofficiosam, aut pacisci, quod non plus remaneat apud secundum virum, quàm apud alterum ex filiis primi matrimonij, vt notat *Bald. in l. 1. n. 8.*
18 *ad fin. C. de inoffic. dot.* & ita etiam concludit *Ias. in auth. præterea, nu. 5. post med. vers. aliquando & secundo, C. vnde vir. & vxor.* & hanc opinionem
19 etiam magis æquam, † quidquid aliud sit quando adesset consuetudo in contrarium, dicit *Pract. Papiens. in form. libell. qua vxor agit, ad dot. & vsufruct.*
20 *in verb. dicta domina, num. 5. in fin.* † Quamuis Aduocati maritati aliud vellent etiam cessante consuetudine, vt per *Socin. consil. 52. col. 3. in princ. nu. 3. lib. 3.*

Quæ magis procedunt, quia statutum de quo agimus, loquitur simpliciter, neque in eo adsunt ali-
21 qua verba vniuersalia, † ex quibus possit includi lucrum dotis etiam super existentibus filiis primi matrimonij, prout quando diceretur, quod omni casu maritus lucretur dotem, cum similibus verbis vniuersalibus, *Roma. cons. 44. ex supra narrato, num. 5. Dec. in l. omnia, in princ. C. si cert. petat. & in auth. præterea, num. 7. C. quando vir. & vxor. Curt. iun. cons. 45. habita diligenti, num. 4. in princ. Socin. cons. 52. nu. 3. post princ. vers. sed quia ista opiniones,*
22 *lib. 3.* † vbi quod ista est verissima sententia cum supradicta distinctione, *Bero. q. 119. nu. 5. vers. tertius casus.*

Neque obstat quod aliqui contrarium sequantur etiam in statuto simpliciter loquente absque dicta
23 vniuersali locutione, † vt per *Bald. in l. ea lege, nu. 14. C. de condit. ob caus.* cum aliis relatis per *Socin.*
24 *d. cons. 52. num. 2. in fi. vers. alia opinio, lib. 3.* † Quia verior est supradicta sententia, & magis communis, vt post *Bart. Franc. de Albergat. Ang. Castr. Roma.* & alios per eum adductos testatur *Dec. consil. 19. & pro tenui facultate, nu. 2. col. 2. in fi. Bald. in cap. 1. nu. 3. vers. quæro licet statutum, tit. an marit. succed. vxori in benefic.* cum aliis per *Mandos. ad Rom. cons. 46. in verb. omni casu: Bero. q. 119. num. 1.*
25 *& per tot.* † & ita fuisse decisum latè multos allegans notat *Boer. decis. 113. nu. 3. vsque ad 6.* Curt. qui de magis communi *in auth. præterea, col. 5. in prin. nu. 14. in 3. notab. C. vnde vir. & vxor.*

EPITOME.

Pater an perdat vsumfructum antea acquisitum per supraveniētem clericatum filij, ita vt per eum possit condi testamentum in præiudicium eiusdē patris. ¶ Et an valeat cautela, vt filiusfamilias possit testari de bonis adventitiis filij inuito patre, quod efficiatur clericus, & quomodo illa intelligatur. ¶ Bona omnia clerici quando habeantur pro castrensibus, ita vt in eis pater non habeat querelam inofficiosi, quamuis possit petere legitimam. ¶ In casibus, in quibus perditur patria potestas, an amittatur vsusfructus patri quæsitus. ¶ Per sententiam an transferatur dominium. ¶ Et an tempus illius attendatur, seu potius tempus delationis, & successionis bonorum. ¶ Legatum rei litigiosæ an censeatur acquisitum legatario post litis exitum, seu statim ipso iure, vt in aliis legatis ¶ Et quando bona litigiosa sint in dominio hæredis. ¶ Declaratio quo casu retrahatur ad tempus actus.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non potest testari de bonis aduentitiis quæsitis ante clericatum in præiudicium patris, cui iam fuerat acquisitus vsusfructus, num. 2. 3. & 4. Contrarium, num. 5. & 13. sed prima opinio est verior, nu. 6. & 15.*

7 *Pater non perdit vsumfructum antea acquisitum respectu præteriti temporis per superuenientem clericatum filij.*

8 *Clericatus non liberat filium patria potestate.*

9 *Priuilegium concessum clericis debet intelligi sine præiudicio tertij.*

10 *Cautela, vt filiusfamilias possit testari de bonis aduentitiis inuito patre est, vt efficiatur clericus. Et quomodo procedat, nu. 11.*

12 *In casibus in quibus perditur patria potestas per filium ingredientem monasterium, seu in similibus non amittitur vsusfructus patri quæsitus.*

14 *Bona omnia aduentitia clerici habentur pro castrensibus, & in eis pater habet vsumfructum, & valet testamentum, ita vt patri non detur querela inofficiosi, quamuis possit peti legitima per conditionem ex lege, num. 16.*

17 *Tempus delationis, & successionis bonorum attenditur, non autem sententia, nu. 26.*

18 *Per sententiam nullum ius, aut dominium datur, sed solum declaratur quis sit dominus.*

19 *Declaratio nihil de nouo dat, sed tantum ius antiquum tribuit.*

10 *De-*

20 *Declaratio retrotrahitur ad tempus actus, & quid in legatis, num.22.*
21 *Sententia operatur tantum quo ad effectum, non autem essentialiter.*
23 *Legatum res litigiosa censetur acquisitum legatario post litis exitum. Declara vt nu.24.& 25.*
27 *Finis trahitur ad principium, & initium attenditur.*
28 *Dominium statim dicitur acquisitum per aditionem.*
29 *Bona litigiosa an sint in dominio legatarij, seu haeredis, nu.30.31.& 32.*

CAPVT CCCCLXIV.

OPinio *Decij in c.in præsentia, col.36.in princ.n.64.de probat.* est communiter approbata, &
1 magis vera, dum voluit, † quod Clericus non
possit testari de bonis aduentitiis quæsitis ante
clericatum in præiudicium patris, cui iam fuit
quæsitus vsusfructus, quod etiam sequitur Couar.
in c.quia nos, n.2.ad med. vers.in his verò bonis, de testam.

Et licet auctoritas istorum Doctorum sufficeret:
Tamen quia de veritate huius opinionis dubita-
2 tur, Addendum est quod eamdem sententiam
tenent omnes communiter *in l.sacrosancta 32. C. de episcop. & cleric.* vbi *Castr.in princip.* notat per
illum text. quod clerici filiifamilias possunt testa-
ri de quomodocumque acquisitis post clerica-
tum, non autem ante, quod etiam comprobat
Pinell.in l.1.p.1.num.43. vers.decimo ex eodem conclusione, C.de bon.matern. vbi quod hoc est rece-
3 ptius, & verius, cum non possit præiudicari patri,
qui habebat vsumfructum in bonis ante clerica-
tum, *Roder.Soarez.in quæst.maiorat.in fin.num.37. & ibi addit. in princ. late Lup.in rubr.de donation. inter vir.& vxor.§.42.num.11. vsque ad num.15 fol. 89. Gomes.ad leg.48.taur. num.7. ante med. Salic. Faber.& alij in auth.ingressi, C.de sacros.eccles. Cenall.quæst.794. num.13.& 45. Addit.ad Iason.in l.*
4 *filia licet, num.7. in verb.& licet, C.de collat.* † Et
cum ista distinctione transit *Paris.in repet.in c.in præsentia, nu.156.de probat.tom.3 fol.202.*

Neque obstat quod contrarium sequatur *Abb.in d. c.in præsentia, nu.56. vers.& hac ratione, de probat.*
5 *& Abb.* sequuntur alij, † de quibus per *Guglielm. Bened.in c.Raynutius, in verb.matrem, nu.20.fol.38. de testam.* Quia Abb. loquitur sub dubio, & non
6 clarè decidit, † vt animadvertit Couarr. *in c.sua nos, n.2.in fi.de testam.* prout etiam neque hoc firmauit, *idem Abb.in c.constitutus, 8.n.7.de restit.in integr.* & quidquid Abb. & alij cum eo conclu-
dant, contrarium est verius, vt per *Pinell.in l.1.p. 1.n.43.C.de bon.matern. post Lup.Roder.Soarez. & alios supra allegatos.*

Et est ratio, quia per supervenientem clericatum fi-
lij non perdit pater vsumfructum antea acquisi-
7 tum † respectu præteriti temporis, cum in vsufru-
ctu perdendo attendatur mox vsufructuarij, non
autem proprietarij: Maximè quia clericatus non
8 liberat a patria potestate, † prout latè considerat
in istis terminis *Lup.in rubr.de donat.inter vir.& vxor.§.42.nu.12.cum seq.per text.in l.si quis, in fin. C.ad Tertull.& in l.si patri, C.de vsufruct.& in l.si maritus, ff.solut.matrim.* Præsertim quia in dubio
9 priuilegium † concessum clericis debet intelligi
sine præiudicio tertij, *l.2.§.merito, & §.si quid à principe, ff ne quid in loc.publ.* & notat in proposito *Decian.in cap.in præsentia, nu.64.de probat.*

Ex quibus tollitur cautela de qua per *Gualdens. de art.testand. tit.1. caut.1.in fi. tom.8.par.1. fol.109.*
10 *& per Cepoll. caut.113.* † dum voluerunt, quod ad
effectum, vt filiusfamilias possit testari de bonis
aduentitiis inuito patre efficiatur clericus: Quia
non bene loquuntur tanquam contra eos sit
magis communis opinio, vt per *Pinell. & alios*
11 *supra adductos*: † Vel debet intelligi solùm quo
ad bona postea quæsita, non autem circa ea, in
quibus iam pater habebat vsumfructum iuxta
dispositionem text. *in l.sacrosancta, C.de episc. & cleric. & auth.presbyteros, cod.eod.tit.* quæ iura
ita in proposito declarat *Paris.in cap.in præsentia,*
12 *num.156.de probat.* † Vbi etiam tenet, quod in ca-
sibus, in quibus perderetur patria potestas per fi-
lium ingredientem monasterium, seu in simili-
bus, non tamen amittatur vsusfructus patri quæ-
situs, *Gloss.& Bald.in l.2.C.de bon.matern.* Et cum
ista distinctione sunt intelligenda quæ latè ad-
ducit *Surd.consil.259.per tot. lib.2.* vbi concludit
13 † clericum etiam primæ tonsuræ, posse testari de
bonis vndecumque acquisitis in præiudicium v-
susfructus patris, quasi omnia bona aduentitia
14 clerici † habeantur pro castrensibus, *Innoc. in c. quia nos*: vbi Couarr. *num.1. de testam. Rip.in l.in quartam, nu.170 ad leg.falcid.* In quibus castrensi-
bus pater nullum habet vsumfructum, tanquam
illa possideantur per filium clericum pleno iure,
Bald.in l.sacrosancta, n.4.in 3.notab.C.de sacr.eccl.
15 † Quia ista procedunt in his, quæ ad eum perue-
nerunt post clericatum, in eis enim habet libe-
ram testandi factionem, & eius testamentum non
16 subjacet querelæ inofficiosi, † quamuis possit peti
legitima per conditionem ex lege, cum aliis effe-
ctibus, de quibus per *Surd.259.n.10.lib.2.* Nam in
aliis ante clericatum adest diuersa ratio, vt supra
dictum est *num.1.*

Quod autem fructus census, de quibus agimus sint
acquisiti patri ante clericatum eius filij patet, quia
licet super d.censu extiterit lis, quæ fuit termina-
ta tempore, quo iam filius erat effectus clericus:
17 † Tamen attenditur tempus delationis bonorum,
ac successionis, non autem sententiæ, cum per il-
18 lam † nullum ius nouum detur, neque aliquod
dominium transferatur, sed non solum declara-
tur an quis sit dominus, *Alber.in l.sicuti 7.§.sed si quæratur, n.4 vers.item nota hic casum, post gloss.ibi in verb.declarari, ff si seruit.vendic.Specul.de actio. seu petitionib.in princ.col.5.ad fi.vers.cæterum si capitulum, nu.9.*

Cum igitur simus in declaratione, per eam nihil de
nouo datur, sed tantum ius antiquum tribuitur,
19 † *l.adeo, §.cum quis, in fin. ff de acquir.rer.domin. Bart.in l.heredes palam, § sed & si notá.ff.de testam.*
20 *Surd.consil.288.num.10 lib.2.* † Ita vt ista declara-
tio retrotrahatur ad tempus actus *Gloss.in c.cum tu.de vsur. Bart.in l.omnes populi, num.44.ff.de iust. & iur. Ruin.consil.235.n.6.lib.1. Surd.consil.192.nu.*
21 *10.lib.2. Crot.consil.77.num.20.libr.1.* † Cum etiam
sententia quo ad effectum tantum operetur,
non autem essentialiter *Bald in c.in præsentia, in fi.vers.quamquam sententia, num.5.in fi.de renunciat. Curt.iun.cons.177.nu.13. Ias.in l.Iulianus verum, num.2.in fi.de condict.indebit.& in rubr.de re*
22 *iudic.nu.1.* † Prout dicimus de declaratione circa
legata, quæ retrotrahitur ad tempus, quo legatum

fuit delatum, ita vt tunc dicatur illud quæsitum, *Surd.conf.118 n.13.& 14.lib.1.*

Non obstat, quod à tempore litis finitæ censeatur
23 acquisita proprietas filio, † exemplo legatarij cui dicitur acquisitum legatum rei litigiosæ post litis exitum, *Salic.in auth.nisi hæres, C.de litigios.* Quia procedit quando res quæ erat tunc temporis liti-
24 giosa, alicui per testatorem legaretur, † tunc enim hæres debet iudicium ad finem perducere, & rem quam vicerit tradere legatario, qui poterit liti assistere cum hærede, vt euitetur collusio, neque per eumdem hæredem aliquid præstabitur, si perdiderit, cum censeatur solùm legatus euentus litis legnodo rem litigiosam, *Abb.in cap.ecclesia sancta Maria, 3.n.8. vt lit.pend.per text.in d.auth.nisi, C.de litigios. Idem Abb.in c.fin.nu.3. de alienat.iudic.mut.caus.fact.*

Aliud est in casu nostro, in quo non fuit relicta ali-
25 qua res litigiosa, † neque legatus aliquis dubius litis euentus, sed filius successit io huiusmodi bonis, in quibus licet postea habuerit litem, non tamen ex hoc sequitur quod ille de eis possit disponere in præiudicium patris, cum tempore mortis auctoris, & delationis bonorum non esset cleri-
26 cus, † quod tempus attenditur in successoribus, *l.& si in conditione.§.solemus, de hæredib.instit.Surd.conf.553.n.2.& 3.lib.4.* & sic sufficit, quod non esset clericus, quod bona fuerunt delata, non considerando, quod postea efficiatur clericus tempore litis finitæ, cum huiusmodi lis habeat consequen-
27 tiam ad principium, † quo casu finis trahitur ad principium, & initium attenditur, *l.4.§ fere, de minorib.Surd.consil.128.n.11.lib.1.* Cum etiam statim per aditionem dicatur dominium acquisitum
28 † *l.cum hæredes, in princip. de acquir.possess. Natt.conf.459.nu.6.*

Minus obstat, quod bona litigiosa non sint in domi-
29 nio legatarij, sed hæredis, † Quia procedit in bonis, quæ erant litigiosa ante mortem testatoris, in istis enim non transfertur dominium in legatarium propter vitium litigiosi, & in eis litigabit
30 hæres sumptibus suis proprijs: † Aliud si res est facta litigiosa post mortem testatoris, tunc enim non habetur pro litigiosa, vt concludit Bellapert. *in auth.nunc si hæres, ad med.vers.vnde dices, C.de litigios. Alois.de Leo.in l.censemus, 4.n.6.C.eod.tit.*
31 & hic est casus, in quo dominium rei legatæ non transit in legatarium prout alias solet transire, *l.à Titio, ff.de furtis.*

EPITOME.

Lex noua quando trahatur ad contractus præteritos, & futuros. ¶ Et quid si loquatur super obligationibus inducendis, seu tollendis. ¶ Vel in his quæ expectant perfectionem, aut executionem in futurum ¶ Vel quando tractatur de robore contractus. ¶ Vel de iure quæsito tollendo. ¶ Dispositio moderans vsuras centesimas an habeat locum etiam in contractibus celebratis tempore legis antiquæ permittentis maiores vsuras. ¶ Officia notariatus an possint locari post reformationem. ¶ Et quomodo illa intelligatur. ¶ Conuentio de soluendo pensionem quolibet anno cum consummetur de anno in annum post legem conditam an subjaceat eidem legi superuenienti. ¶ Pactum expressum quando æquiparetur his, quæ sunt decisa per sententiam & præscriptionem.

SVMMARIVM.

1 *Remissio affictus non datur quando per conductorem est praniſus casus ex facto Principis resultans.*

2 *Officia notariatus non possunt locari, aut in administrationem concedi etiam per loca pia, iuxta reformationem. Intellige vt nu.3.*

4 *Lex noua non trahitur ad contractus præteritos, sed futuros quando loquitur super obligationibus inducendis, non autem tollendis.*

5 *Constitutio noua trahitur ad veteres contractus in quantum respiciunt actum futurum. Declara vt num.7.& 8.*

6 *Dispositio moderans vsuras centesimas habet locum etiam in contractibus præteritis celebratis tempore legis antiquæ permittentis maiores vsuras.*

9 *Conuentio de soluendo pensionem quolibet anno, quamuis consummetur de anno in annum post legem conditam, tamen non subjacet d. legi superuenienti: & de ratione, num.10.13.& 16.*

11 *Conuentio expressa æquiparatur his, quæ sunt decisa per sententiam, transactionem, iuramentum, præscriptionem, solutionem, & similia.*

12 *Casus præteritus expectans perfectionem in futurum non includitur in statuto nouo.*

14 *Contractus iam gestus non tollitur per legem nouam, si non tractatur de robore illius.*

15 *Lex noua respectu executionis non trahitur ad actũ, qui habuit originem de præterito, quando habet dependentiam ab actu de præterito.*

17 *Ius quæsitum nunquam tollitur per legem superuenientem.*

CAPVT CCCCLXV.

PRo solutione pensionum, de quibus in instrumento dicebam concedendum esse mandatum, non obstante quod ex aduerso prætendatur illas non esse debitas ob nouam reformationem à Sanctissimo D.N. promulgatam: Cum specialiter, & expressè, præuio iuramento, & obligatione camerali fuerit renunciatum tam reforma-
1 tionibus factis, quàm faciendis, † adeò vt non sit locus remissioni affictus, quasi per partem sit præuisus huiusmodi casus ex facto Principis resultans, ideo non excusatur *Bald.in l.si ea lege, ante fin.num.3. C.de vsur. Alex.conf.112.nu.4.lib.1. Roland. conf.9.num.25. cum seq.lib.1. Natt.consil.66. num.7.*

Neque obstat, quod in dicta reformatione Summus Pontifex mandet, quod singuli exerceant per sei-
2 psos huiusmodi officia, † nec illa possint locare, aut quouis modo in administrationem concedere, ampliando etiam ad loca pia, quibus præcipitur, vt habentia simile officium, illud exerceri faciant ab aliquo viro probo ab eis stipendiato,
3 prout latius in dicta constitutione: † Quia cum contractus locationis iam esset cœptus, & perfectus ante promulgationem reformationis, non dicitur in ea comprehensus, quasi lex noua non trahatur ad contractus præteritos, sed futuros
4 † quando loquitur super obligationibus inducendis, prout est casus noster, videlicet super his, quæ inducunt obligationem, quidquid aliud sit, quando disponeret super obligationem tollendis, *Cuman. in l.leges & constitutiones, 7.col.2.post med. vers.sed secundo dicis quod aliquando, num.6. C.de legib.*

legibus, post l Cin. ibid. in princip. vers. secundo casu, num. 1. per text. in l. iubemus, 29. Cod. de testam. cum similib.

Non obstat quod lex noua trahatur ad veteres con-
5 tractus in quantum respiciunt actum † futurum *l de vsuris 27. C. de vsur.* vbi quod dispositio *l. eos 26. C. eod. tit.* moderans vsuras centesimas, habet locum etiam in contractibus præteritis celebratis
6 tempore legis antiquæ,† quæ maiores vsuras permittebat *Flor. de S. Petro cons. 19. in fi. cum aliis ex aduerso allegatis.*

Quia prædicta procedunt, quando non esset facta aliqua declaratio expressa per contrahentes, tunc
7 † enim nouum decretum traheretur ad præterita habentia tractum successiuum ad futura: Aliud quando adest aliqua expressa conuentio partium,
8 prout in casu nostro.† Nam tunc in decisis & ordinatis per partes lex superueniens nihil disponit, quamuis etiam loqueretur de præteritis, ita in puncto concludit latè *Calcan. cons. 15. n. 12. & 13.*
9 † vbi quod licèt conuentio de soluendo pensionem quolibet anno recipiat implementum, & consummetur de anno in annum post legem, & ordinationem nouam: Tamen quia actus est iam perfectus, & inchoatus ante dictam legem, & præcesserunt plures solutiones secundùm dictam conuentionem, quàm expresè partes declararunt, non subjacet dictæ legi superuenienti, & ad
10 illam lex noua non trahitur: † Non enim consideratur ista anualis solutio tamquam habens dependentiam ab initio contractus, & ab obligatione prima inter partes claré decisa: Cum etiam tatis conuentio expressa æquiparetur illis, quæ
11 sunt decisa per sententiam, † transactionem, iuramentum, præscriptionem, solutionem, vel similia, *Becc. cons. 3. n. 75. & 76. per text. in l. causas, C. de transact. Bart. in l. omnes populi, nu. 40. & 41. C. de sacros. eccles. & ibi Caccialup. nu. 147. Felin. in cap. vlt. n. 10. & ibi Dec. col. 2. ad med. vers. circa primum nu. 5. & col. 3. in fi. n. 10. de constit. Jas. cons. 121. ante med. vers. quibus sic stantibus, lib. 4. apra conclus. 6. num. 3. Alber. in l. leges & constitutiones, nu. 4. post med. C. de legib.*

Prout regulare est, quod casus præteritus expectans perfectionem in futurum respectu executionis,
12 † non includitur in statuto nouo, sufficit enim, quod sumpserit initium, ac traxerit originem de præterito, licèt perfectionem expectet in futurum, nam semper dicitur casus præteritus, & in constitutione noua non comprehenditur *Bart. in l. omnes populi, nu. 44. post med. vers. aut actus perfectus, C. de sacros. eccles. cum aliis latè per Hond. cons.*
13 *16. n. 16. & 17. lib. 1.* Vnde † multo magis in casu nostro, in quo iam locatio erat à principio perfecta, quamuis ratione pensionum soluendarum penderet à futuro, vt per *Bart. in d. l. omnes populi, nu. 44. post med. vers. aut actus perfectus, C. de sacros. ec-*
14 *cles.* Cum † etiam hic non tractetur de robore contractus locationis iam factæ, quo ex casu lex noua non tollit contractus iam factos, *Alber. in l. leges & constitutiones, n. 3. ad fi. C. de legib.*

Maximè quia neque lex noua respectu executionis trahitur ad actum, qui habuit originem de præte-
15 rito, † quando habet dependentiam ab actu de præterito, ita vt non possit lex noua respicere actum futurum, nisi etiam tangat actum præteritum, prout est casus noster, in quo non potest fieri ista separatio, sed adest omnimoda dependentia cum actu locationis iam perfectæ, Abb. Cardin. Imol. Domin. & alij per Felin. in *cap. vltim. n. 11. in §. fallent. col. 13. in fi. vers. secunda declaratio: & ita Bellamer. in fi. vers. secundo casu, de constitutionib. Honded. cons. 10. nu. 19. lib. 1.* vbi ita declarat *Socin. jun. consil. 21. n. 15. col. vlt. ad med. vers. postremo aduertendum est: & vers. & ex ista consideratione, lib. 1.*

Quamuis hæc omnia dicta sint ex abundanti, cum
16 sufficiat expressa conuentio partium,† ad hoc, vt non militent quæ ex aduerso adducuntur de lege noua quod trahatur ad præterita respiscentia actus futuros ex *Calcan. d. cons. 15. n. 12. & 13.* quem sequitur *Becc. cons. 3. nu. 77. Honded. cons. 16. nu. 17.*
17 † *lib. 1.* Maximè quia sumus in iure iam quæsito locatori ex contractu celebrato cum conductore, quod nunquam tollitur per legem superuenientem, *Bald. cons. 91. n. 3. col. 3. in fi. vers. si autem dicimus, lib. 4. Dec. in c. vlt. col. 6. in princ. vers. & licet iste loquatur, nu. 13. de constit. post Anchar. consil. 398. præmitto, n. 5. Castr. cons. 46. viso & examinato puncto, lib. 2. Calder. cons. 12. in fi. de rescript.*

EPITOME.

Dos amissa, seu diminuta, quando sit iterum constituenda mulieri per patrem, siue fratrem. ¶ Ex primo actu solutionis quo casu obligatio sit perempta. ¶ Filia an debeat imputare in legitimā dotem perditā, ita vt ei sufficiat cedere actionem suis fratribus contra maritum inopem. ¶ Fructus dotis quando sint soluendi mulieri viduæ tam de iure communi, quàm iuxta formam statuti Vrbis. ¶ Et an requiratur interpellatio. ¶ Et quid si repetitio dotis non fiat ab hæredibus viri, sed ab eo, qui promisit eosdem fructus soluere. ¶ Interesse an sit debitum, ante factam liquidationem.

SVMMARIVM.

1 *Necessitas præcisa dicitur in eo, qui tenetur dotare ex legis dispositione.*
2 *Dos perdita sine culpa mulieris an iterum sit ei constituenda tam per patrem quàm per fratrem, n. 9. & 10. & quid in diminuta, nu. 3. & an stetur arbitrio Iudicis, nu. 4.*
5 *Ex primo actu solutionis obligatio est perempta. Intellige vt nu. 6.*
7 *Filia an debeat dotem amissam imputare in legitimam, & an sufficiat cedere actionem suis fratribus contra maritum inopem, nu. 8.*
11 *Fructus dotis an possint solui mulieri viduæ tam de iure communi, quàm ex statuto vrbis, num. 12. & quando valeant similia statuta, nu. 13. & 14. & an requiratur interpellatio, nu. 15. & 16.*
17 *Promittens fructus dotis quam tenetur restituere an licitè possit pro eis conueniri, & an illi succedant loco alimentorum, nu. 18. & 19.*
20 *Interesse non debetur non facta liquidatione. Declara vt nu. 21. & 22.*

CAPVT CCCCLXVI.

PRæsupponitur in facto dotem de qua agimus fuisse datam per fratrem marito eius sororis de bonis patris, qui tenebatur dotare ex legis dis-
1 positione,† quæ aliàs dicitur necessitas præcisa, Osasc. decis. 167. nu. 4. *Aym. consil. 2. pro gener. n. 4.*

Et additur etiam dictam dotem fuisse consignatam eidem viro per eundem fratrem absque aliqua securitate, illamque periisse sine vlla culpa
2 mulieris: † Et cum dubitetur an iterum per fratrem sit ei dos constituenda: Breuiter concludendum est pro affirmatiua opinione tanquam magis æqua, communi, & veriori, cum enim nihil filiæ possit imputari, non est priuanda eius dote, maximè dissoluto matrimonio, quidquid illo constante non esset redotanda: Præsertim quia aliàs non posset mulier ita faciliter nubere, & sic impediretur matrimonium quod non est permittendum, prout absque controuersia ita per Doctores admitti testatur *Ludou. Molin. de hispan. primogenit. lib. 2. c. 16. num. 23. & 24 fol. 333. post Bart. in l. si cum dotem, 23. §. si post solutum, nu. 2. ante fi. vers. puto sic dicendum, ff. solut. matri. per text. in auth. quod locum: vbi Bald. num. 4. C. de collat. Boer. decis.* 131. *n. 5. Gulielm. Bened. in cap. Rainutius, in verb. dotem quam ei dederat, nu. 19. de testam. Tiraq. in l. boues, §. hoc sermone, limit. 9. nu. 4. de verbor. signif. Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 5. n. 7. Menoch. de arbit. cas. 182. num. 57. Rip. in l. 2. §. item si voluntate, nu. 7. ff. soluto matrim.*

Quod procedit siue in totum sit dos perdita, seu
3 pro parte diminuta, † cum semper pater teneatur ad tantumdem, quasi debeat illam totam conseruare pro filia, nisi conditio patris fuisset facta deterior, & contigisset diminutio substantiæ illius, quia tunc non tenetur redotare, nisi in quantum eiusdem substantiæ virtus est per text. notabilem *in auth. de æqualit. dot. §. quia vero, auth. sed quamuis, C. de rei vxor. act. Boer. decis.* 137. *num. 2. Menoch. cons. 370. nu. 27. lib. 2. Alciat. cons. 35. nu. 3. lib. 5. tom. 2. Socin. cons. 57. num. 31. lib. 4.* vbi etiam
4 † quod in hoc statur arbitrio judicis, *Cyn. in dicta auth. sed quamuis.*

Neque obstat quod ex primo actu solutionis obligatio sit perempta, *l. prout quisque 80. de solution.*
5 Quia procedit † in obligatione conuentionali, non in legali, quæ est contra patrem: Ista enim durat quantum remanet causa finalis inductiua
6 ipsius obligationis, † seu ipsa necessitas, *Bald. in l. qui per salutem 33. ff. de iur. iur. Boer. decis. 131. nu. 3. Campeg. de dot. p. 1. q. 26. post med.*

Quare si dos data filiæ fuerit absque eius culpa deperdita, putà quia illius vir esset effectus inops,
7 † non tenebitur eadem filia talem dotem computare in legitimam post mortem patris, cum iterũ sit redotanda, vt dictum est Gulielm. Bened. qui dicit singulariter menti tenendum *in c. Rainutius, in verb. dotem quam ei dederat, num. 20. de testam.*
8 † Cum satis sit quod filia quæ dotem amisit conferat illam actionem, quam habet contra virum etiam inanem, eamque cedat fratribus, & aceruo bonorum contra eumdem maritum inopem & non soluendo, & sic tantum habebit quantum quilibet ex aliis fratribus, cum non debeat dos deperdita sine culpa sua computari, sed solùm illud quod potest ad eam peruenire, hoc est quod maritus facere potest, *l. 1. §. cum dos, & ibi gloss. in verb. potest, de collat. dot. auth. quod locum, C. de collat. Afflict. decis. 247. nu. 1. latè Franc. Munnoz. de ratiocin. administ. compul. 18. n. 6.*

Amplius quamuis non essemus in eo qui dotauit ex
9 bonis paternis, † sed simpliciter in fratre dotante de suis bonis: Tamen etiam concludendum esset dotem amissam absque culpa sororis debere iterum constitui per dictum fratrem, cum eadem ratio militet in vtroque; Quamuis enim pater teneatur dotare filiam potiori ratione, quam frater; Vterque tamen ad hoc est obligatus, ex iuris dispositione, vnde cum in fratrem transfundatur illud onus alendi, quod erat in patre in casibus, in quibus debet soror per fratrem dotari, nulla est constituenda differentia inter eos, sed tam ab vno quàm ab altero debet redotari, quæ sine sua culpa dotem amisit, prout de veriori opinione testatur *Alex. in l. si cum dotem, §. si post solutum, n. 7. & 8. ff. solut. matr.* ad quem omnes se referre testatur *Ludou. Molin. de primogen. hispan. lib. 2. c. 16. n. 26. vers. sed contrariam opinionem, fol. 333. Ias. in l. duobus, §. si ei qui, nu. 15. in fi. vers. tu intellige, de iure iur. & in l. diuortio, §. quod in anno, n. 25. in fi. ff. solu. matrim.*

Accedant diligentiæ factæ per mulierem de recu-
10 perando dotem ab hæredibus sui viri: † Ita vt ex hoc magis sit ei succurrendum, cum in ea nulla possit considerari culpa, aut negligentia in non exigendo, qua cessante est iterum ei dos constituenda, *Peregr. de fideicomm. art. 42. nu. 11. Alex. in auth quod locum, nu. 9. C. de collat.* vbi se remittit ad id, quod dixit *in l. si cum dotem, §. 1. in gloss. in verb. superest, num. 6. ff. solut. matrim. per text. in l. etiam, §. 1. eod. tit.*

Quo vero ad secundam dubitationem de qua quæ-
11 ritur respondendum est affirmatiuè, † quod potuerint solui fructus dotis mulieris viduæ ad rationem scutorum septem cum dimidio: Quamuis enim de iure hoc non subsisteret, cum soluto matrimonio non deberetur talis vsusfructus dotis, & posset computari in sortem, vt per Castr. *in l. diuortio, in princ. nu. 6. ad fi. vers. sed si peteret dotem, ff. solut. matrim. Ruin. cons. 49. n. 14. lib. 1. Affl. decis. 284. n. 1. cum aliis per Honded. cons. 36. n. 8. lib. 2.* vbi quod ista est vera & magis communis sententia, Cephal. qui idem dicit multos adducens, *consil. 131. n. 130. cum seq. lib. 1. Rimin. iun. cons. 599. n. 40. lib. 4.* vbi ampliat quamuis relinqueretur pro alimentis, aut stipulatio esset ita concepta, donec fuerit dos restituta, quia licet apponatur hoc blãdum nomen alimentorum, tamen præsumitur esse vsura, cum sermo debeat esse subjectus rebus, non res sermoni, *c. intelligentia, de verbor. signif. c. marchio. 1. q. 1. Roman. cons. 238. n. 4.*

Tamen tollitur omnis difficultas stante statuto Vr-
12 bis, *lib. 1. c. 78. & lib. 4. c. 20.* † vbi permittitur huiusmodi interesse ad fauorem viri, donec sibi soluatur dos, & viduæ, donec illa fuerit ei restituta ad rationem septem cum dimidio pro quolibet
13 centenario: † Et licet similia statuta non videantus transire sine difficultate de iure Canonico ex adductis per *Ias. in l. de quibus, n. 71. ff. de legib. Socin. cons. 126. in fi. nu. 6. lib. 1. Surd. de alim. tit. 1. q. 45.*
14 *num. 25.* † Nihilominus cum statutum Romanum habeat confirmationem Apostolicam valebit, quasi illa fuerit adhibita pro robore illius, ideo neque poterit censeri aliquid vsurarium, quod pro fructibus huiusmodi dotium accipitur, sed erit obseruandum tamquam licitum interesse, & taxatum per statutum communiter receptum cum auctoritate Summi Pontificis, vt in specie istius statuti notat *Io. Bapt. Pontanus de alim. c. 15.*
15 *nu. 7. tract. tom. 8. p. 1. fol. 452.* † Quod etiam in casu nostro procedit absque aliqua interpellatione: Nam quamuis illa requiratur ad effectum, vt dictum

ctum interusurium taxatum debeatur iuxta dis-
16 positionem eiusdem statuti, *cap.137.lib.1.* † quod
etiam est conforme iuri communi, secundùm
quod ista interpellatio iudicialis debet fieri, vt
dicti fructus sint debiti, *Neuizan.consil.74.num.3.
ante med.* Tamen non sumus in repetitione dotis
ab hæredibus mariti defuncti, qui tenentur vi-
duæ dotem restituere: Tunc enim non debentur
fructus nisi post iudicialem interpellationem,
iuxta formam dicti statuti, & si quid exactum
fuerit loco fructuum, & dos petatur, illud omne
potest compensari in sortem principalem: Sed
17 sumus in eo, † qui ex propria obligatione, & no-
mine proprio teneri voluit ad istos fructus, qui
tunc succedunt loco alimentorum, quæ tanquam
sponte soluta, & bona fide consumpta non sunt
computanda in sortem principalem, & censentur
donata, nec datur illorum repetitio, cum non
fuerint soluta tanquam vsuræ, neque per erro-
rem, sed scienter, liberè, & vtraque parte consen-
tiente, neque possit considerari aliquod mutuum
verum, vel palliatum, maximè stante promissione
cum obligatione camerali, & rènunciatione om-
nium exceptionum compensationis, retentionis,
aut similium, de quibus in apocha, per quas ex-
cluditur omnis repetitio; prout ita in specie de-
fectus interpellationis de qua agimus resoluit *Ro-
ta coram R.P.D. Penia. Romana fructuum dotis, 17.
Februarij* 1606. vbi allegantur concordantes de-
cisiones *in Romana fructuum dotis de Luraghis,
19. Ianuarij* 1600. *coram R.P.D. Iusto, & Romana
fructuum dotis, 15. Nouembris* 1596. *& 16. Ianuarij*
1598. *coram R.P.D. Orano.*
Maximè, quia semper potest salua dote aliquid reci-
18 pi ratione alimentorum, † quasi non soluens do-
tem videatur se obligasse ad alimenta præstanda
donec illa restituatur, quando præsertim sumus
in paupere, & non habente vnde se alat, neque
enim hoc casu ista alimenta videntur percipi ra-
tione retardatæ solutionis, sed ratione tacitæ pro-
missionis, quæ resultat ex natura, & fine ipsius
dotis, prout in specie concludit *Nauarr. de vsur.
notab.21. in fi. nu.67. & in manual. cap.17. n.113 in fi.
vers. tertium veram esse, Sot. de iust. & iur. lib.6. q.1.
col. vlt. post med. vers. atqui ex eadem radice, art.2.*
19 Quorum dicta præcipuè habebunt locum in casu
nostro, quia sumus in eo, qui tenebatur alere,
quemadmodum dicimus, quod non debentur
fructus dotis, si quantitas non est liquida, quando
videlicet commissa esset declaratio arbitrio ter-
20 tij, † cum non sit æquum deberi interesse non
facta liquidatione, *Castr. cons.11. n.4. lib.2.* Nihilo-
minus hoc non procedet in illis, qui de iure te-
nentur aliquem alere, isti enim nulla data mora
debent alimenta soluere non habita considera-
21 tione † an liquidatio sit facta nec ne, vt in pun-
cto concludit *Corn. cons. vlt. col.8. in princ. lib.2.* &
ita etiam concludit *Surd. de alim. tit.1. q.42. nu.14.
vsque ad* 22. vbi quod antequam vidisset *consil.
Corn.* semper ita tenuit declarando *Hercul. de di-
22 uisione, col.7. ff. soluto matrim.* † vt debeat intelligi
non simpliciter, sed in casu, in quo promittens do-
tem teneretur alere, *Roland. cons.65. n.6. lib.4.*

EPITOME.

Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi quando possint collocare cathedram in loco exempto, vel extra diœcesim, & prouinciam, & deferre crucem & baculum pastoralem, & benedicere, ac celebrare cum pontificalibus, & habere canonicos, & ministros sibi assistentes cum celebrant, vt pallio, verbum Dei prædicare, crismare, degradare, confessiones audire, & absoluere, indulgentias concedere, ordinare, processiones facere, consecrare Ecclesias, & portare rochettum, rationale, annulum, & caudam. ¶ Prælatus inferior an vtatur insigniis dignitatis præsente superiore. ¶ Baculus iustitiæ quem deferebant Prætores quid significaret. ¶ Et à quibus esset solitus gestari lituus incuruus. ¶ Et de more Assyriorum & aliorum circa illius delationem. ¶ Et de puniceis calceis, quos pro insigniis deferebant Imperatores. ¶ Et quid Basilius Patriarcha, & rex Antiochus, ac Dionysius Syracusanus circa hoc fecerint. ¶ De baculo Episcoporum, & quare summus Pontifex illo non vtatur. ¶ Oblationes ad quem pertineant, cum Episcopus celebrat in loco exempto. ¶ Benedictio Episcopi an remittat venialia, & quando æquiparetur delationi crucis. ¶ Casus in quibus Episcopi possunt exercere in exemptos vigore Concilij. ¶ Insignia denotantia proprietatem & perfectionem in quo differant ab insigniis denotantibus potestatem. ¶ Iura restringibilia quando comprehendant casum eiusdem rationis.

SVMMARIVM.

1 *Cathedra iudicialis non potest collocari per Episcopos in loco exempto, secus in non iudiciali ad effectum celebrandi, & prædicandi, & n.40. & 54.*

2 *Archiepiscopus visitando loca exempta potest ante se deferre crucem, & benedicere quoslibet in via, n.29. 31. & 62. & de ratione, n.3. & 4. Intellige vt num.10.*

5 *Episcopus non potest sedere extra suam diœcesim sine licentia habentis iurisdictionem, secus in loco exempto.*

6 *Episcopus potest in loco exempto facere coram se celebrari etiam baculum pastoralem ante se ferendo.*

7 *Delatio crucis & baculi pastoralis æquiparantur.*

8 *Archiepiscopus nominatur* in clem.2. de priuileg. *ex contingentia facti, vnde non excluuntur Episcopus quando visitat tanquam Sedis Apostolicæ delegatus.*

9 *Appellatio an detur in causa, in qua fuit prorogata iurisdictio.*

11 *Prælatus inferior non vtitur insigniis dignitatis præsente Superiore, nu.12.*

13 *Basilius Patriarcha noluit vt Phocas ad se veniret nisi calceis exutis in habitu priuati.*

14 *Imperatores Constantinopolitani vtebantur puniceis calceis pro insignibus.*

15 *Antiochus regnum Macedonicum occupans quare purpuram & diadema in vulgus proiecerit.*

16 *Prætores non ferebant baculum iustitiæ assistente Præside prouinciæ, & quare illis & aliis similibus daretur, n.20. 21. & 22.*

17 *Lituus incuruus erat ille baculus augurum Romanis Regibus.*

18 *Baculus, seu virga manu regia gestata erat pro insignibus potestatis Regiæ, & de more Assyriorum, num.19.*

23 *Dionysij Syracusani tyranni lancea per Aquilam rapta, & in profundum demissa quid significaret.*

24 *De baculo Episcoporum, & quare eo Summus Pontifex non vtatur remissiuè.*
25 *Episcopi in diœcesi, & Archiepiscopi in prouincia in locis exemptis, qua possint, vel non possint facere sine licentia exemptorum, vel Superioris immediatè d. exemptorum, & nu. 26. 27. 28. & 32.*
30 *Per exemptionem locus non desinit esse de diœcesi, & prouincia.*
33 *Episcopi, & Archiepiscopi in locis exemptis sua diœcesis & prouincia possunt celebrare missas, & diuina officia in pontificalibus, & celebrari facere ab aliis in sua præsentia, non tamen cum pontificalibus: & de ratione, num. 34. & an vtantur pallio, nu. 35. & verbum Dei prædicent, nu. 37. Et an possint crismare, & degradare, ac confessiones audire, & absoluere, & indulgentias concedere, nu. 41. 42. 44. & 45.*
36 *Pallium est ornamentum pontificale Archiepiscopi.*
38 *Oblationes ad quem pertineant cum Episcopus in loco exempto celebrat.*
39 *Ordinare spectat ad iurisdictionem.*
43 *Processio generalis est potius officij, quàm honoris.*
46 *Episcopus quomodo debeat procedere contra eos, qui illum prohibent, ne faciat, quæ sibi permittuntur in locis exemptis.*
47 *Casus in quibus Episcopi possunt exercere in exemptos vigore Concilij, nu. 48. 49. 50. 51. & 52.*
53 *Consecratio Ecclesiæ an sit dependens ab officio & potestate Episcopali, ita vt possit exerceri in locis exemptis.*
55 *Proprij Canonici, & ministri Episcopi an debeant ei assistere quando celebrat in pontificalibus in locis exemptis exclusis aliis, nu. 56.*
57 *Forma priuilegij est seruanda.*
58 *Episcopus tanquam caput non debet separari à suis membris.*
59 *Patriarcha, Archiepiscopus, & Episcopus non possunt solemniter benedicere populum extra diœcesim, seu prouinciam.*
60 *Benedictio Episcopi remittit peccata venialia.*
61 *Peccata venialia non remittuntur nisi per Superiorem.*
63 *Delatio crucis æquiparatur benedictioni. Intellige vt nu. 67.*
64 *Iura restringibilia comprehendunt actum eiusdem rationis. Declara vt nu. 68.*
65 *Insignia denotantia proprietatem & perfectionem competunt Prælatis in aliena diœcesi sicut in sua, vt rationale, rochettum, & annulum, secus in significantibus potestatem, vt benedictio, num. 66. & de istis insigniis remissiuè, nu. 70.*
69 *Delatio caudæ per Prælos quid significet, & an concedatur in aliena diœcesi.*

CAPVT CCCCLXVII.

Adde ad decision. March. 29. & 113. & in addit. ad dict. decis.

PRohibetur * Episcopi & Archiepiscopi collocare cathedram iudicialem in loco exem-
1 pto, † quidquid aliud sit in cathedra non iudiciali ad effectum celebrandi, & prædicandi ex multis rationibus, quas adduxi *in addit. ad decis. 113.* Quibus addendum est, quod Archiepiscopus visitando loca exempta † potest ante se liberè portare
2 crucem, & benedicere quoslibet in via, cum locus exemptus non desinat esse extra prouinciam, & sic delatio crucis permittitur ratione vniuersalis præeminentiæ propter reliquias præceden-
3 tis subiectionis ante exemptionem, † Maximè quia ista insignia pontificalia deferuntur sine præiudicio alterius, quo casu non interdicitur eorum vsus, & contraria procedunt in falce iudicij, aut potestatis, & in quibus acquiretur aliqua iurisdictio Archiepiscopo, secus autem in hac falce salutari deuotionis, quæ magis exercetur ratione honoris, quàm officij, cum etiam ista sint voluntariæ iurisdictionis, non contentiosæ: Ita per prædictas rationes, & similes concludit Bonifac. Vitalin. *in clem. archiepiscopo, nu. 2. & 30. & ibi Zabarell. nu. 2. Anchar. in 2. notab. Imol. nu. 4. post Gul. & gloss. ibi in verb. crucem, de priuileg. Abb. in cap. 1. nu. 2. vt lit. pendent.* & multis comprobat *Franc.*
4 *decis. 711. per tot. p. 4.* † vbi etiam adducit *Quaran. de auctorit. episc. auctor. 28.* quod etiam voluit *Io. Franc. Pauin. de visitation. p. 2. q. 3. n. 10. tom. 14. fol. 195. Paulus Fuscus eod. tit. lib. 2. c. 8. n. 5. fol. 65.* vbi e-
5 tiam allegat *Roland. cons. 33. nu. 15. lib. 4.* † licèt ille solùm loquatur de Episcopo, qui non potest sedere extra suam diœcesim sine licentia habentis iurisdictionem *clem. 1. de for. compet.* Tamen poterit sedere in loco exempto, intra diœcesim sine licentia eius, qui habet iurisdictionem in eodem loco exempto, qui dicitur de diœcesi, & intra diœcesim, *c. cum episcopus, de offic. ordin. in 6.*

Et quemadmodum Archiepiscopus crucem defert
6 in loco exempto, vt dictum est, † Ita etiam Episcopus non obstante exemptione in eodem loco poterit facere coram se celebrari etiam baculum pastoralem ante se ferendo, *Fusc. de visitat. c. 8. lib. 2. n. 5. per d. clem. 2. de priuileg.* cum hæc omnia æquiparentur, nec in vno sit maior ratio, quàm in
7 alio, † & similium sit idem iudicium, vt in proposito notat *Imol. in d. clement. 2. in princ. vers. simili. Franc. decis. 711. n. 12. p. 4.*

Et quamuis *in d. clem. 2.* Summus Pontifex loquatur
8 de Archiepiscopo declinante: † Tamen illa fuit contingentia facti, prout etiam *in c. cum ex officij, de præscript.* Adeò vt non excludatur quando Episcopus visitat, cum hoc ei magis sit concedendum in visitatione, quam facit tanquam Apostolicæ Sedis delegatus in loco exempto de sua diœcesi, quæ commissio, seu delegatio facta Archiepiscopo, vt Archiepiscopo, eo ipso operatur, vt possit ante se crucem deferre in signum suæ
9 dignitatis, *Franc. decis. 711. in fi. nu. 13. & 14.* † subdès simile de iurisdictione prorogata in Iudicem, à cuius sententia non appellatur, nam neque dabitur appellatio in causa, in qua fuit prorogata iurisdictio, *Bart. in l. episcopale, C. de episc. audient. Cin. in l. si quis ex consensu, ad fi. q. 7. vers. & ex hoc colligitur, n. 14. C. eod. tit. Ias. in l. si quis aduersus, in fi. num. 3. C. de precib. imper. offer.* quamuis dubitet *Ang. in l. 1. col. 2. nu. 3. de iudic.*

Intelligentur tamen prædicta dummodo non adesset præsens Legatus Papæ vtens insignibus digni-
10 tatis Apostolicæ, † quia tunc Patriarcha, seu Archiepiscopus non posset ante se facere crucem deferri, sicut nec præsente Papa, *c. antiqua 23. vbi*
11 *Abb. n. 1. vers. secundo dicit, de priuileg.* † Cum Prælatus inferior non vtatur insigniis dignitatis præsente superiore, qui est Papa & Legatus, *Anchar. ibidem, in fin. in 7. notab. num. 9.* & latè quomodo prædicta omnia sint declaranda, dixi *decis. 29. per*
12 *tot. & in addit. num. 1. vsque ad 8.* † vbi etiam quod occurrentes superioribus insignia deponunt, quod

quod indicat Zonaras, dum tradit Basilium Pa-
triarcham noluisse in gratiam Phocam Bardani,
13 † nisi puniceis calceis exutis in habitu priuati
veniret. Vtebantur enim Constantinopolitani
14 Imperatores puniceis calceis † pro insignibus, vt
ait *Luithprand.lib 3.c.9.* dum scribit moris fuisse,
vt Imperator rubicatarum pellium caligis vtere-
tur. Meminit etiam *Iustin.lib.28.* Antiochum, qui
Philippi pupilli sui regnum occupauerat Mace-
15 donicum, † cum seditione minaci, Macedonum
clausus in regia teneretur, in publicum sine satel-
libus processisse, ac proiecto in vulgus diadema-
te, ac purpura dare alteri iussisset, qui aut impe-
rare illis sciret aut cui parere illi scirent, *Petr.
Gregor. Tholos. de repub. lib.6.cap.20.n.8.*

Et quoniam *in d.decis.29.nu.7.* dictum est de baculo
iustitiæ, quem non ferunt Prætores ciuitatum as-
16 sistente Præside prouinciæ: † Addendum est, quod
Romanis Regibus lituus incuruus erat ille ba-
17 culus augurum, † *Gell.lib.5.c.8. Cicer.1.de diuinat.
Alex. ab Alexan.lib.1.c.28.* Baculus autem virga
manu Regia gestata erat pro insigni potestatis
18 Regis. Ferebant illam auream Reges Assyrio-
rum, vt Assuerus *Ester cap.5.* qua quem volebat
ad se accedere veluti ad dispensarum porrigebat
19 † ad osculandum: Hinc factum apud Germanos,
vt qui potestatem iudicij acceperunt mortis ba-
20 culum teneant, † quem sententia lata confrin-
gant vtpote cessante potestate, *Gregor. Tholos. de
repub.lib.6.cap.* [illegible] *nu.21.*

Atque Princeps Moscouiæ, cum aliquem nobilium
offi[illegible]o alicui præponit baculum dare solet, quo
sign[illegible]catur ei in omnibus veluti Principi ob-
21 temperandum, † & magistratu abiens baculum
illum in manu Principis, vel eius vices gerentis
reddere solet, vt scribit *Alex. Guagnin. de nece Ro-
22 flamensi ducis*, † Forsan in Gallia mos ille vt ma-
gister domus Regis baculum gerat pro insigni-
bus potestatis, quem aliorum principum præpo-
siti sibi vsurpauerunt, quàm bene autem ipsi vi-
derint, si absolutè sceptrum gerere principes eo-
rum domini non possint. Scribit *Plutarchus in
23 Dione ex Theopompo*, † quo tempore Dionysius
Syracusanus exutus est tyrannidem à Dione, A-
quilam raptam satellitis lanceam in sublime tu-
lisse, & inde demisisse in profundum: Vatem au-
tem respondisse, ministrum esse aquilam Iouis,
lanceam Principatus insigne, Igitur euersionem
tyrannidis moliri Deorum Principem. Hæc om-
nia notat *Petr. Greg. Tholos. de republ. lib.6.cap.20.
24 n.22.* † Et de baculo Episcoporum & quare Sum-
mus Pontifex illo non vtatur *Cassan. in catalog.
glor. mund. consider.6. p.1. post Durant. in rational.
diuin. officior. lib.3. in c. de baculo.*

Dum autem quæritur quæ facere possit, vel non
possit Episcopus, seu Archiepiscopus in locis e-
xemptis, constituendæ sunt duæ regulæ. Quarum
prima est affirmatiua, quod Episcopi in diœcesi,
& Archiepiscopi in prouincia in locis exemptis
25 † possunt sine licentia exemptorum vti insigni-
bus pontificalibus & exercere ea, quæ sunt hono-
ris & præeminentiæ Episcopalis, vel Archiepis-
copalis, & alia quæ non habent miaturam iuris-
26 dictionis, vel officij. † ¶ Secunda est negatiua,
quod Episcopi, siue Archiepiscopi in huiusmodi
locis exemptis non possunt exercere sine licentia
exemptorum ea, quæ sunt Iurisdictionis conten-
tiosæ, vel etiam voluntariæ Iurisdictionis, & of-
ficij, nec ea quæ sapiunt superioritatem, & ha-
27 bent mixturam iurisdictionis, † Ita declarant do-
ctores *in clem. archiepiscopo vbi post gloss. Anchar.
num.6. & 8. Imol.nu.4. & 10. Cardin. in princ. num.
5. & in §. similis modo. num.6. & in §. sic tamen, nu.1.
28 Abb. num.3. Vital latè nu.10.51. & 55.* † qui subdit
quod nec etiam possent facere hæc quæ sunt
Iurisdictionis Episcopalis cum licentia exempto-
rum, sed forsan est necessaria licentia Superioris
immediati dictorum exemptorum, vt idem Vi-
tal. explicat *num.65. de priuil.*

Iuxta primam regulam permittitur Archiepiscopo
per suam prouinciam ante se Crucem deferri fa-
29 cere, † etiam transeundo, & declinando ad dicta
loca exempta, vt dictum est supra in princip. per
text. *in d.clem. archiepiscopo.* & ibi Doctores di-
cunt hoc ei concedi propter reliquias præceden-
tis subiectionis, cum per exemptionem talia lo-
30 ca non desinant esse in prouincia, † vel diœcesi:
vt notat *Vital.nu.2. & 4. Anchar.n.2. Cardin.n.2.
& 3. Arnulph. Ruzzeus in tract. de praeminentia
Archiepiscopali, in 2.notab.*

Secundo poterit populo benedicere, *d.clem. Archie-
piscopo* quod intelligitur non solum in loco ex-
31 empto, † sed etiam populo exempto, vt declarat
Vital. ibid num.7. & non tantùm de benedictione
ordinaria, sed etiam de benedictione solemni
per illa verba, Sit nomen Domini benedictum, vt
dicit *Gl. ibi. in verb. bened.* & de benedictione, quã
itinerando præstant Archiepiscopi, vel Episcopi
in suã diœcesi, quando per signum Crucis popu-
lo benedictionem infundunt *Anchar.nu.3. Card.
n.3. & 5. Imol.nu 6. Vital.n.58. & 66. cum praced. &*
notatur etiam in *Ceremon. Episcop. c.4.*

Tertio Diuina officia priuatim, vel etiam publicè
32 audire † *d.clem. archiepiscopo, de priuileg.*

Quartò, Missas & diuina officia etiam in pontifi-
calibus celebrare, & in sua præsentia ab aliis, sine
33 tamen pontificalibus celebrari facere † *d.clem.
archiepiscopo.* Quia licèt sint hæc de lege Iurisdi-
ctionis. Tamen cum sint insignia dignitatis Epis-
copalis non debet eorum esse interdictus vsus,
cum id sine præiudicio exemptionis fieri possit
*Anchar. d.clem.n.2. Vital. latius n.24 & 30. Arnul.
34 de praeminent. archiep. in 2.notab.* † Non sic quan-
do vellet ab alio celebrari facere quia id esset
auctoritatiuè demandare, & Iurisdictionem ex-
ercere, vt declarat *ibid. Anchar.n.4. Imol.num.9.
Card. in princ. num.11.*

Quintò, si talis Archiepiscopus, vel Episcopus pal-
lio vteretur, poterit etiam in pontificalibus ce-
35 lebrans † in diebus aliàs permissis pallio vti *Gl.
in d.clem. archiepiscopo. in verb. pontificalibus*, & li-
cèt non desint, qui id impugnare voluerint, cum
pallium videatur esse quid diuersum à pontifi-
calibus, vt videtur tenere *Anchar. ibid n.3.* Tamen
contrarium est tenendum cum *Glosa*, vt dicit *Vi-
tal.n.16.* & hoc tutius est secundum *Imol.n.6. & 7.*
& verius secundum *Cardinal. in princip. numer.8.
Paulin. de visitat. p.2. cap.4.* cum negari non pos-
36 sit † quin sit ornamentum pontificale Archiepis-
copi, vt dicit ibi *Abb.nu.3. & in c.1. de auct. & vsu
pallij in 1.lectur. num.7. & in 2.lect.n.2.*

Sextò, Celebrare, aut aliàs in dicto loco exempto
37 verbum Dei populo prædicare, † *Gloss. in d.clem.
in verb. etiam celebrare, Abb. ibid.n.3. Vitalis.n.19.
20. & 66.* ¶ Sed dubium est, An oblationes quæ
solent offerri in missa debeantur Episcopo cum in

38 his locis celebrat, † Et in hoc *Anchar.* distinguit,
quod si Episcopus, seu Archiepiscopus declinet
ad dicta loca voluntariè, non debeat tales obla-
tiones recipere, si autem celebret necessariò pro
executione officij in casibus permissis exequendo
officium pastorale chrismando, ordines confe-
rendo, & similia, possit dictas oblationes habere,
cum sint accessoriæ ad missam, & celebratio sit ne-
cessaria, Ita *Anchar.ibi n.*8. & videtur sequi *I-
mol.n.*14. sed *Card.ibid.in princ.n.*11. dicit quod ve-
rius est, quod teneatur ei conseruare, cui iura pa-
rochialia competunt.
Iuxta secundam regulam, Prohibentur Archiepi-
scopi in locis exemptis ordinationes celebrare,
39 † quia est Iurisdictionis, vt dicit *Anchar.ibid.n.*8.
*Card.n.*5. *in princ.& in §.sic tamen, nu.*1. *Imol.nu.*4.
*Abb.n.*3. *Vitalin.n.*20.
Prout neque poterunt sedere pro tribunali *Cardin.
ibid.in princ.n.*5. *Imol.n.*4. Nec cathedram colloca-
40 re † *Vital.num.*30. & est text.in *c.luminoso*, 18. *q.*2.
quod tamen intelligitur de cathedra Iudiciali, vt
dicit *Gloss.ibid.in verb.collocare*, & dictum est *supra
n.*1. Ad idem est tex.*in c.papa, circa med.& ibi Glos.
in verb.collocare, de priuil.* Quod tamen intelligi
debet de cathedra iudiciali prout intelliguntur
iura per *Glosam allegata.*
Quemadmodum nec eis permittetur chrismate in
fronte, quia habet mixturam Iurisdictionis, & of-
41 ficij Episcopalis, vt dicit *Ancha.n.*8. *Card.in princ.
*5. *Imol.n.*4. *Abb.n.*3. *Vitalin.n.*20. § Sicut etiam erit
42 eis prohibitum degradare, † *Anchar.ibid.n.*9. *Vi-
talin.n.*20. § Seu facere processionem generalem,
quia est potius officij, quàm honoris Episcopalis,
43 † *Vitalin.in d.clem.n.*55.
Idem quo ad Confessiones, quas non poterunt au-
dire, nec confitentes absoluere, nec eis iniungere
44 pœnitentiam salutarem, † quia non potest in ex-
emptos vllam potestatem exercere, licèt Archie-
piscopus possit in visitatione subditos suffraga-
neorum absoluere, & declarare *Vitalin.ibid.n.*53.
Quod etiam erit in remissionibus, & indulgentiis,
quas prohibentur dare, quia non est dignitatis, &
45 Iurisdictionis Episcopalis, † *Anchar.n.*6. *Card.in
§.sic tamen, n.*4. *Vital.nu.*65. Extendens quod nec
etiam potest concedere, vt exempti suo nomine
largiantur, & si dant non prosunt, nisi quo ad sibi
subditos, *Vital.ibid.n.*66.
Obseruandum tamen est quod in casibus in quibus
potest Archiepiscopus, vel Episcopus in locis ex-
46 emptis aliqua facere, † si de facto prohiberetur,
non posset contra eos procedere, sed agere debe-
ret coram Superiore exempti, vt dicit *Card.in d.§.
si tamen, n.*5. *Vital.n.*56. & Superior eos coget vigo-
re *d.clem.archiepiscopo de priuilegiis.*
Notandum est etiam vigore Concilij Tridentini
permissum esse Episcopis in exemptos exercere,
47 † Vt est Visitatio Ecclesiarum in concernentibus
curam animarum, *sess.*25. *c.*11. *de reg.* § Exploratio
48 voluntatis nouitiorum † profiteri volentium in
religione, *d.sess.*25. *c.*17. § Nouorum miraculorum
49 & reliquiarum approbatio, & Imaginum, ac pi-
cturarum Dei, & Sanctorum in similibus locis
appositio, *d.sess.*25. *in decreto de Inuocatione & ve-
neratione Sanctorum.* § Prędicatorum verbi Dei be-
50 nedictio, † si in Ecclesia sui ordinis prædicent,
aut si in alia Ecclesia licentiæ concessio, & corre-
ctio, si errores, aut scandala in populo dissemi-
51 nent, *sess.*5. *c.*2. § Publicatio Censurarum, † & In-
terdicti, ac festorum dierum obseruatio, *d.sess.*25.
*c.*12. § Et multa alia similia in Concilio Tridenti-
52 no ordinata, † de quibus per *Quarant. in bullar.
in verb.exemptio*, vbi enumerat triginta duos casus
permissos Episcopis in exemptos exercere.
De Consecratione autem Ecclesiæ, Videtur dicen-
53 dum, quod non possit inuitis exemptis, † quia est
res dependens à potestate, & officio Episcopali,
& non spectans ad honorem Episcopalem iuxta
dictas regulas. Quo verò ad collocationem solij,
in Ecclesia exempta ad effectum celebrandi, ve-
54 rius est quod possit, † quia spectat ad honorem
Episcopalem, & est de accessoriis ad celebratio-
nem, quam potest facere in pontificalibus iuxta
primam regulam, & dixi *in addit.ad decis.March.*
113.
An autem possit habere proprios Canonicos, & mi-
nistros, qui ei assistant, cum celebrat, & pontifi-
calia exercet in locis exemptis, videtur distinguen-
55 dum, † quod si faciat actum permissum volunta-
riè, permittantur ei proprij ministri, & assistentes
necessarij ad illum actum, exclusis aliis, quia cum
possit talem actum liberè celebrare, poterit etiam
liberè assumere ministros sibi bene visos propter
regulam accessorij, & cum quid conceditur, &c.
56 † Si autem faciat actum necessarium exequendo
officium suum pastorale vocatus ab exemptis, &
tunc primùm recurratur ad priuilegium, vt videa-
57 tur eius forma, & continentia, † *c.porro, de priuil.*
Alioquin poterit Episcopus declarare se velle suos
ministros, & assistentes, quod etiam spectat ad de-
corem dignitatis Episcopalis, quæ magis honora-
tur, quando simul cum capite adsunt eius mem-
bra, Quamuis etiam decentius esset, vt omnes E-
piscopo assisterent, quia ita maiori solemnitate, &
58 ministrorum numero res perageretur, † & Episco-
pus à suis membris non separaretur, *c.nouit, de his
quæ fiunt à prælat.* & personæ exemptæ non possent
conqueri, quod eorum ministerium despiceretur
ab Episcopo, & quodammodo læderetur exem-
ptio, dum ipsis exclusis alij in eorum Ecclesia in-
seruiunt, præsertim in his quæ Iurisdictionem
concernunt, qualis est ordinatio,
Non est etiam omittendum quod Patriarcha, vel
Archiepiscopus, seu Episcopus non possunt so-
59 lemniter benedicere populum † extra suam diœ-
cesim, vel prouinciam, quamuis hoc possint face-
re in locis exemptis, vt dictum est, quia per talem
benedictionem dimittuntur peccata venialia,
60 † *Gloss.in prohem. Sext.in princ.in verb. benedictio-
nem, c.aqua, dist.*3. *de consecrat.* Quæ venialia non
61 possunt dimitti, nisi per Superiorem, † *c.quod au-
tem, de pœnit.& remiss.*
Neque obstat quod Patriarcha possint facere deferri
62 ante se crucem vbique, etiam extra diœcesim, † *c.
antiqua, de priuil.* Benedictio autem æquiparatur
63 delationi Crucis, *clem.archiepiscopo, eod.tit.* † Vnde
tanquam subsit eadem ratio, meritò idem ius est
statuendum, cum etiam iura restringibilia com-
64 prehendant casum eiusdem rationis † *l.si vero, §.
de viro, ff solut.matrim.c.si postquam, §.*1. *de elect.in*
6. Quia respondetur quod quædam insignia sunt
ad dignitatem eius cui competunt, vel ad signifi-
candam in eo aliquam proprietatem, seu perfe-
65 ctionem, † non tamen denotant aliquam potesta-
tem super alios, & ista ita competunt Prælatis in
aliena diœcesi, sicut in sua. Prout est lineum su-
perindumentum, vulgò rocchetto, quo vtun-
tur

tur Episcopi, non monachi. ¶ Vel rationale, quod
in veteri testamento deferebant Pontifices. ¶ Vel
66 annulus, aut quid simile. ¶ † Quædam verò sunt
insignia denotantia potestatem super alios, vt est
benedictio, & ista non permittuntur extra diœ-
cesim, & prouinciam, tanquam sint potestatis,
cum per eam deleantur venialia, vt factum est.
67 † Maximè quia non per omnia æquiparatur bene-
dictio delationi crucis, cum plus se habeat ad
designandum potestatem iurisdictionis in eis, qui
benedicũtur quam delatio crucis: præsertim quia
casus eiusdem rationis extenditur in dispositio-
68 nibus iuris communis, † non autem priuilegij.
Ita in specie per supradictas, & alias rationes con-
cludit *Cardin. in c. antiqua, nu. 6. col. vlt. post Abb.*
69 *ibid. ad fi. n. 10. de priuil.* † vbi etiam infert ad cau-
sam quam hodie Prælati, & Episcopi faciunt sibi
portare extra diœcesim, videtur enim hoc conce-
dendum, cum non denotet superioritatem in lo-
co, sed ob grauitatem itineris quandam composi-
70 tionem mentis, *c. fi. dist.* 41. † & de huiusmodi insi-
gniis Patriarcharum, Episcoporum, Cardinalium,
ac aliorum prælatorum, *Cassan. in catalog. glor. mund. consid. 3. vsque ad 6.*

EPITOME.

Stante amissione protocolli in institutio hæredis probetur per duos testes, quamuis non recordentur de aliis contentis in testamento. ¶ Et ex quibus defectus illius suppleatur. ¶ Et an obseruantia sufficiat. ¶ Laceratio testamenti in aliis, quam in institutione hæredis an noceat, ita vt possit valere pro parte. ¶ Depositio testis an sit indiuidua adeò vt in totum vitietur. ¶ De variis exceptionibus contra testes, & quomodo illorum depositio conualidetur, non obstante inimicitia, conuersatione, affinitate, crimine, mendacio, & similibus. ¶ Amissio scripturæ ex quibus diligentiis probetur. ¶ Quæ probationes sufficiant, quando agitur de matrimonio ad effectum succedendi. ¶ Dominium deductum in iudicio incidenter an possit sola possessione probari. ¶ Quod tempus requiratur in probanda filiatione, & legitimitate. ¶ Et quomodo super ea debeant testes deponere. ¶ Parochi fides circa matrimonium contractum an probet, quamuis illud non reperiatur in libro scriptum. ¶ Notarius post datam copiam instrumenti an præiudicet parti, si protocollum non custodiuerit. ¶ Enunciatio matrimonij in instrumento dotis an faciat semiplenam probationem. ¶ In causa honoris, & status an Iudex possit ex officio examinare testes in calculo ferendæ sententiæ. ¶ Matrimonium an accipiatur pro sponsalib. ¶ Et ex quibus arguendum sit illud non esse secutum. ¶ In matrimonio contracto in facie Ecclesiæ, an filij ex eo procreati dicantur legitimi verè, & non fictè, & quo ad feuda, & ordines sacros, & quascumque dignitates propter bonam fidem vnius ex conjugibus. ¶ Et quando excludant substitutum, & habeantur pro legitimis etiam extantibus filiis primi matrimonij validi. ¶ Et quid si non fuerint factæ denunciationes, vel remissæ. ¶ Et an bona fides præsumatur stante lite, & pendente appellatione super causa matrimonij. ¶ Tã si agatur de errore facti, quàm iuris, & consanguinitatis. ¶ Lapso quinquennio post mortem patris an possit amplius quæri de statu filiorum. ¶ Nati ex conjugatis an sint naturales, vel spurij, si vnus ex eis sit in bona fide. ¶ Denunciationes in matrimonio an præsumantur per spatium 30. annor. ¶ Disputatio validitatis testamenti an sit præiudicialis ad substitutionem. ¶ Dubia an sint de mediis causæ. ¶ Et an prius sint faciendæ probationes, antequam ad d. media perueniatur. ¶ Substitutio pluribus facta quando requirat concursum omnium. ¶ Et quid si fiat cum adjectione copulatiuæ, seu nominis collectiui. ¶ Et quo casu pluralitas resoluatur in singularitatem. ¶ Relatiuum, Quibus, quos comprehendat. ¶ Testes producentis quando sunt contrarij, quibus standum sit. ¶ Immixtio hæreditatis ex quibus præsumatur. ¶ Confessio cum clausula, Et alias, &c. quid operetur. ¶ Et quando possit reuocari. ¶ Habens cohæredem an veniat appellatione hæredis. ¶ Testes positi ad partes an sint de actis. ¶ Et quo casu probent.

SVMMARIVM.

1 *Institutio heredis probatur per duos testes deponentes de tenore illius, & alius contentis in testamento stante amissione protocolli, tam si fuerint præsentes testamento quam non, nu. 2. Amplia quamuis non recordentur de omnibus in eo dispositis, nu. 3.*

4 *Notula testamenti extracta per Commissarium fabricæ facit semiplenam probationem stante amissione protocolli.*

5 *Taciturnitas eorum, qui ab intestato sunt successuri, & patientia quod alius se gerat pro herede facit præsumi veritatem testamenti.*

6 *Obseruantia ad formam testamenti, & possessio bonorum ex illius titulo subsecuta supplet eius probationem, & nu. 9. & de aliis ad adminiculis ex quibus potest illud comprobari, & nu. 7. & 32.*

8 *Defectus scripturæ suppletur ex obseruantia.*

10 *Obseruantia interpretatiua, non requirit præscriptionem, nec spatium triginta annorum.*

11 *Substantia testamenti consistit in institutione heredis, & laceratio extra eam non vitiat, & num. 13. & talis defectus tollitur ex obseruantia, nu. 12.*

14 *Depositio testis est indiuidua, & in totum vitiatur.*

15 *Probatio summaria requiritur, quod res fuerint in bonis defuncti, quando agitur remedio quorum bonorum.*

16 *Inimicitia leuis, non repellit testem, & statur in hoc arbitrio Iudicis.*

17 *Exceptio conuersationis non obstat testi, si non probetur, quod sit magna.*

18 *Æqualitas coniunctionis tollit inhabilitatem testis.*

19 *Exceptio contra testem est probanda de tempore depositionis.*

20 *Emendatio præsumitur infra triennium maximè ciuilibus, nu. 21.*

22 *Crimen ad excludendum testem debet esse notorium, vel per sententiam.*

23 *Septuagenarius inimicus Veneris, & amicus Saturni.*

24 *Mendacium non consideratur extra substantialia negotij.*

25 *In tempore longæuo magis creditur testibus deponentibus dubitatiuè.*

26 *Tempus probatur per testes applicantes memoriam ad aliquod factum memorabile.*

27 *Amissio protocolli ex quibus diligentiis probetur: & n. 28. & an sufficiant quando res non inuenitur apud auctorem scripturæ, n. 29.*

30 *Causa amissionis quomodo sit probanda, quando summus in eo, penes quem olim res erat.*

31 *Commissario fabricæ creditur quo ad spectantia ad eius officium.*

33 *Stante enunciatiua, & probata amissione præsumitur pro scriptura enunciata.*

34 *Probationes leuiores sufficiunt quando non agitur principaliter de viribus matrimonij, sed ad effectum succedendi, & nu.58.*

35 *Dominium deductum in iudicio incidenter, non principaliter potest sola possessione probari.*

36 *Tempus viginti annorum sufficit quando tractatur de probanda filiatione antiqua. Idem in legitimitate, nu.37.*

38 *Probatio legitimitatis resultat ex testibus deponentibus de communi opinione & fama, quod coniuges viuebant in figura matrimonij, & quod filij pro legitimis reputabantur, & allegan ti contrarium incumbit onus probandi.*

39 *Parochi fides probat circa matrimonium à se contractum, & alia ad suum officium pertinentia. Et quid si in libro non inueniatur adnotatum idem matrimonium, nu.40.*

41 *Notarius post factam fidem de instrumento per eum rogato non præiudicat partibus, si non custodit protocollum, & probatio affirmatiua d. fidei præfertur negatiuæ non existentiæ protocolli.*

42 *Matrimonium enunciatum in instrumento dotis probatur sufficienter, quando non agitur principaliter de eius probatione, sed incidenter propter filiationem.*

43 *In causa honoris & status Iudex potest ex officio in calculo ferendæ sententiæ examinare testes ad coadiuuandam probationem.*

44 *Matrimonium aliquando accipitur pro sponsalibus, & sponsa & sponsus de futuro appellantur vir & vxor.*

45 *Ex probatione, & lege ambigua, quæ potest multipliciter intelligi, non debet sumi aliqua interpretatio.*

46 *Matrimonium non esse secutum ex quib. arguatur.*

47 *Testis vnicus probat contra producentem, quamuis sit de credulitate, maximè si concurrant præsumptiones, & circumstantiæ facti.*

48 *Depositio inuerisimilis repelli debet per Iudicem.*

49 *In dubio iudicandum pro legitimitate.*

50 *In matrimonio contracto in facie Ecclesiæ filij ex eo procreati censentur legitimi verè, & non fictè, quo ad omnia propter bonam fidem etiam vnius ex coniugibus, n.51. Ita vt dicantur habiles ad feuda, & ordines, & quascunq; dignitates, nu.52. & excludent substitutum, n.53. & erunt legitimi etiam extantibus filiis primi matrimonij veri & validi, nu.54. Intellige vt nu.62. & 63.*

55 *Filij magis iuuantur, quo ad legitimitatem ob bonam fidem parentum, tam si agatur de errore facti, quàm iuris, & affinitatis, aut cognationis.*

56 *Bona fides præsumitur in causa matrimoniali, etiã lite pendente & contestata super matrimonio, & interposita quoque appellatione à sententia lata contra matrimonium.*

57 *Diuturnitas temporis coadiuuat bonam fidem parentum, ita vt filij magis iudicentur legitimi, de quorum illegitimitate non est multum subtilizandum.*

59 *Lapso quinquennio post mortem patris an possit amplius quæri de filiorum statu.*

60 *Nati ex coniugatis sunt naturales, non spurij, si ex parentibus sit in bona fide, tanquam non conscius adulterij, ita vt etiam sicut naturales possint legitimari.*

61 *Tempus triginta annorum facit præsumi, quod solemnitates denunciationum interuenerint in matrimonio.*

64 *Cognoscendum est prius de validitate testamenti, antequam disputetur, an sit locus substitutioni in eo contentæ tanquam illud sit præiudiciale.*

65 *Existentia rei est prius probanda, & postea quæri de his, quæ circa eam sunt terminanda.*

66 *Subterfugiis litigantium est obuiandum.*

67 *Dubia sunt de mediis causæ, ad quæ media nõ peruenitur sine principiis, & probationibus prius factis.*

68 *Remedium testati facit cessare illud ab intestato.*

69 *Substitutio pluribus facta quando requirat concursum omnium, ita vt pluralitas non resoluatur in singularitatem.*

70 *Substitutio per verba illa, Quibus suis hæredibus descendentibus sine liberis, dicitur relatiua propriorum nominum copulatiuè, & referunt coniunctim.*

71 *Verbum, hæredibus, est collectiuum, & requirit numerum plurium.*

72 *Relatiuum, quibus, debet omnes cõprehendere, etiam respectu qualitatum, & conditionum, ac temporum.*

73 *Concursus plurium requiritur iuxta proprietatem verborum, quamuis adesset causa fauorabilis.*

74 *Substitutio fideicommissaria pluribus facta cum adiectione copulatiua, vel nominis collectiui non resoluitur in singularitatem.*

75 *Pluralitas non debet resolui in singularitatem, nisi quando constat de voluntate testatoris.*

76 *Maior coniunctio operatur, vt non sit admittendus substitutus ad portionem præmortui.*

77 *Testes producentis quando sunt contrarij statur testibus melioribus, & possunt aliquorum dicta approbari, & alia reprobari.*

78 *Immiscens se hæreditati præsumitur habere notitiam testamenti.*

79 *Immixtio in bonis hæreditariis ex quibus præsumatur facta ex titulo testamenti.*

80 *Confessio cum clausula, & alias, &c. operatur vt sit relatiua ad veritatem, quæ comperta non nocet.*

81 *Confessio procuratoris sine speciali mandato non obest principali, & quandocumque reuocatur, etiam non doctodo errore, nu.8.*

83 *Impugnans actum non potest se ex illo iuuare.*

84 *Habẽs cohæredem potest appellari hæres vniuersalis.*

85 *Cohæredes dicuntur æquè principaliter hæredes, & veniunt appellatione hæredum.*

89 *Possessio bonorum hæreditatis sufficit ad probandam aditionem.*

87 *Aditio probatur ex solutione debitorum hæreditatis.*

88 *Possessio rerum hæreditariarum præsumitur esse ex titulo hæredis.*

89 *Verba debent concludere vt probatum dicatur.*

90 *Testes positi ad partes non sunt de actu, neque probant. Intellige vt num. 91.*

CAPVT CCCCLXVIII.

DIfficultates multæ fuerunt excitatæ in causa Amerina successionis, quas tamen semper dixi non obstare bonis iuribus Dominorum de Boccarinis, prout exitus comprobauit tam ex sententia lata in prima instantia coram Auditore Cameræ, quàm ex decisionibus postea in Rota factis coram *R.P.D. Vbaldo, Amerina successionis seu hæreditatis, 28. Aprilis 1614. & 11. Maij 1615.*

Et vt

Et vt magis contra omnia obiecta veritas appareat, Primo obseruandum est, quod stante amissione protocolli, de quo agebatur, sufficienter debebat dici constare de institutione facta ad fauo-
1 rem D. Aurelij, per duos testes examinatos; † qui deponunt tenorem illius, & alia contenta in testamento, quamuis agatur de probanda voluntate testatoris, quidquid aliàs in eo requirantur septem testes, *Bald. in l. testium 14. col. 2. n. 3. in vlt. notab. & ibi Ang. n. 3. & Salic. nu. 3. C. de testib. Marsil. sing. 156. nemo prudens, num. 1. Alex. in l. si vnus, post prin. vers. est etiam dare casum, n. 2. C. de testam. Affl. decis. 166. nu. 11. in fin. Petr. de Rauen. sing. 750. Ias. in l. admonendi, in 2. lectur. n. 186. vers. vnus tamen, post Bart. ibid. col. 8. de iur. iur. Idem Ias. in l. hac consultissima, in princip. col. penult. vers. item alius casus singularis, n. 4. post med. C. de testam. Odd. cons. 64. num. 40. Neuiz. cons. 80. n. 26. & cons. 26. n. 20. Catell. Cot. in memorab. in verb. inimicitia, colum. 3. ad fin. vers. & pro ista opinione.* Quidquid in contrarium sequatur *Luc. de Penn. in l. vnicuique, col. 2. cum seq. C. de prox. sacror. scrinior. lib. 11.* cum contra cum sit verior opinio, vt per *Neuiz. d. cons. 26. n. 20. & per Affl. in constitut. regn. lib. 1. rubr. 79. de auctor. & fid. instrum. n. 6. & 7.*

Et cum isti testes fuerint præsentes in testamento,
2 magis probatur tenor illius † stante amissione, *Ang. in l. testium, nu. 3. C. de testib. Alex. in l. 2. ad fin. post Bald. Dec. Ias. & alios ibi. n. 8. C. de bon. possess. secund. tabu.* licèt etiam posset probari amissio testamenti, & eius tenor per testes non præsentes, quando essent valde periti, *arg. c. cum olim, il 1. de priuileg. Bald. in auth. si quis in aliquo, ad med. C. de eden.* & notat in specie *Alex. in d. l. 2. ad fi. n. 8. vers. tamen dictum, Manuel. Albens. cons. 101. n. 7.*

Et sufficit, quod iidem testes deponant de institutione hæredis, de qua est quæstio, seu controuersia,
3 † quamuis non recordentur de omnibus contentis in testamento, & de eius tenore *Ias. cons. 42. in præsenti, n. 4. colum. 4. ad med. lib. 1. & cons. 61. consulturus, col. 3. post med. vers. & satis est quod recordetur, n. 5. eod. lib. & in l. 2. col. pen. ad med. vers. secundo ex doctrina, nu. 16. Cod. de bon. possess. secund. tabul. & ibi Purp. in verb. consistit: Alex. in l. cum antiquitas, ad fin. vers. puto quod dictum, n. 10. de testam. Neuiz. consil. 26. nu. 20. Socin. cons. 229. primo aspectu, nu. 6. lib. 2. Anchar. q. 71. n. 15. p. 1.*

Accedat notula extracta per D. Commissarium fa-
4 bricæ, quæ stante amissione imbreuiaturæ, † facit etiam semiplenam probationem, *Glos. in l. sicut iniquum 5. in verb. facile, C. de fid. instru. Butr. in c. 1. col. 8. eod. tit. Ias. in auth. si quis in aliquo, col. 4. ante fi. fall. vlt. n. 6. C. de edend. Albens. cons. 101. n. 5.*

Additur etiam, quod per spatium annorum 29. Aduersarius semper tacuit viuente Aurelio hærede,
5 & se gerente pro tali, † quod facit præsumptionem, & adminiculum pro veritate testamẽti, *Fulgos. cons. 78. ad fin. vers. porro fortassis, n. 3. Surd. cons. 378. nu. 27. lib. 3.* Neque enim verisimiliter tacuisset, si Martius intestatus decessisset, *Affl. decis. 168. n. 5. in fin. Anchar. cons. 40. n. 2. Rot. diuers. 143. nu. 9. part. 2.*

Et confert obseruantia ad formam dicti testamenti, & possessio bonorum, quæ præsumitur ex illius
6 titulo obsecuta, † Ita vt suppleatur probatio testamenti, quamuis ad plenum, & integrè facta non esset, licèt de illa constet ex supradictis, *Aym. cons. 277. col. 3. ad med. vers. vltra testes instrumentarios, & vers. & quod ex obseruantia subsecuta, n. 2.*
7 *Bec. cons. 6. n. 17.* † Vltra solutionem legatorum & æris alieni, ac residui dotis etiam ipsismet aduersariis factam, & copiam simplicem testamenti manu eiusdemmet notarij, qui de eo fuit rogatus, & enunciatiuas in multis instrumentis, in quibus nominatur hæres per eundem notarium, & alia de quibus in facto, ex istis omnibus simul iunctis non potest negari, quod non sit plenè probata intentio reorum, *l. super C. de rei vendic. c. ad nostram, de empt. & vendit. Ruin. cons. 7. num. 3. Imol. cons. 138. col. 1. ad med n. 3. & col. 2 in princ. nu 5. Felin. in cap. sicut 16. colum. 2. in fin. vers. sed non habent, de re iu-*
8 *dic.* † Et passim defectus scripturæ ex obseruantia suppletur *Aym. cons. 65. n. 11. post Bal. cons. 402. quæritur an per solam diffamationem, in fin. lib. 5.* Ita vt detur fides, cuicumque scripturæ, etiam non solemni sine die & consule, & sine aliis requisitis, redditur enim valida, quamuis aliàs nulla, & omnia censentur facta vigore ipsius testamenti, *Becc. cons. 103. n. 25. & 26. Aym. cons. 10. n. 9. & cons. 158. n. 1. & 2. & latius cons. 277. colum. penult. & vlt.* vbi
9 † addit etiam prædicta iuuari, prout est in casu nostro, ex possessione bonorum possessorum per annos ferè triginta ad formam dicti testamenti, quæ magis integram, & plenam probationem faciunt concurrente patientia aduersarij, *l. ... & l. si veritas,*
10 *Cod. de fideicomm. Becc. cons. 6. nu. 15. & 16.* † Immo quamuis non verificaretur spatium tanti temporis non officeret, cum simus in obseruantia interpretatiua, quæ non requirit tantum tempus, neque aliquam præscriptionem, *Cast. cons. 347. col. vl. lib. 1. Are. cons. 11. col. 3. vers. sed tamen ex superabundanti, Socin. cons. 111. col. vlt. lib. 1. Aym. cons. 101. n. 4. & cons. 201. col. 4. in princ.*

Neque oberit prætensa parua laceratio testamenti, Quia non est circa solemnitatem, aut substantiam
11 illius, † quasi talis substantia consistat solum in institutione hæredis, *l. inter cætera. ff. de liber. & posthum. Socin. cons. 98 col. 7. in fin. n. 11. lib. 4. Castr. cons. 284. col. penult. in fin. vers. sed hic ille idem lib. 1. per l. 1. §. qui neque de hæredib. instit. Cæsar. de Graff. decis.*
12 *155. alias 5. de testament. n. 8.* † Maximè quia etiam ex dicta obseruantia tolleretur defectus prætensæ paruę lacerationis, prout per eam tollitur quicunque defectus ipsius scripturæ, vt dictum est, *Bald.*
13 *cons. 400. n. 5. lib. 4.* † Quando enim rasura non est in substantialibus, neque in articulo quæstionis, aut in solemnitatibus totius instrumenti, non attenditur, & fides diuiditur, & probabit in vno lo-
14 co, si non in alio, † Quidquid sit in teste, cuius dictum est indiuisibile, & in totum vitiatur *Bald. in l. vlt. col. 5. in princ. vers. attende hic, n. 19. C. de edict. diu. adr. toll. Felin. in c. 3. in fi. vers. nota septimo, n. 15. de fid. instrum. Rot. coram R. P. D. Penna Amerina successionis, 15. Ianuarij 1595.*

Præterea neque est probatum, res de quibus agimus
15 fuisse in bonis defuncti, † quod erat necessarium, quamuis agatur interdicto quorum bonorum, licèt sufficiat summaria probatio, *Bart. in l. 1. ad fi. C. quorum bonor. Aret. in §. quadrupli. colum. 2. instit. de action. Aym. cons. 277. colum. vlt. post princ. vers. sed dicet aliquis.*

Secundo obseruandum est non obstare alias exceptiones ex aduerso adductas, cum non sint tales, quæ possint infringere probationem testamenti, de quo supra actum est, Nam inimicitia opposita contra tertium testem ex prætensa cautione petita

non infert aliquid odium cum Aduersariis pro-
pter maiorem coniunctionem, quam habet testis
16 cum Marcello, prout constat ex facto, † Cum e-
etiam leuis causa inimicitiæ non repellat testem
*Bald.in authent.si testis productus, colum.2.in prin-
cip.versic.reuocatur in dubium, nu.4.Cod de testib.
Grammat.decis.34.num.27.* Vbi etiam quod sem-
per remittitur arbitrio Iudicis *Innocen. cap.cum
oporteat, de accusationib. Menoch.de arbitrar.cas.
100.num.3.*
Exceptio conuersationis opposita contra eumdem
17 testem non obstat, † cum non probetur de ma-
gna, prout requiritur *Alex.cons.88.nu.13.vers.non
obstat, lib.5.* Vltra quod dictus testis est consan-
18 guineus æqualis vtriusque partis, † Ita vt ex hoc
tollatur omnis suspicio inhabilitatis *Bart. in l.qui
testamento 21.§.quæcumque, in fi.de testam.Felin.in
c.cum oporteat 19.col.4.in fi.vers.3.limita.de accusat.
Menoch.cons.45.n.27.lib.5.*
Oppositio concubinatus contra quartum testem non
releuat, cum non probetur de tempore depositio-
19 nis † secundum quod inhabilitas consideratur
*Bart.in l.3.§.duæ,de carb.edict. & in l.1.§.si seruus,
de quæstionib. Decis.cons.62.in causa, colum.9.post
20 princ.vers.quarto non deponit, n.20.& col.11.n.24.* †
Cùm emendatio infra triennium præsumatur *§.si
verò auth.de monach.* Maximè in ciuilibus, in qui-
bus dato quod testis conuinceretur de aliquo cri-
21 mine non tamen notorio, † seu manifesto, præsu-
mitur in dubio emendatus, nisi aliter probetur, vt
declarat *Alex.cons.149.viso processu, col.2.ad med.
vers.secundo respondeo, n.5.lib.5.*
Et facit quia crimen ad excludendum testem debet
22 esse manifestum, & notorium, † vel per senten-
tiam *Auffr.de testib.num.10. Campeg.eod.tit.reg.39.
tract.tom.4.fol.92.Mascard.conclus.65.nu.7.ad fin.
vers.intellige tamen, p.1.fol.72.* Vltra quod sumus
in septuagenario † de quo illud *Virg.* sed mihi tar-
da gelu, seclique effeta senectus. *Menoch.de arbit.
cas.89.n.55.*& Venus præses rei vxoriæ, & Satur-
nus senectutis antistes omnium inter se inimici,
sibique è diametro repugnantes, & diuersi secun-
dum Astronomos, de quibus *Tiraq.de legib.connu-
bial.l.6.num.51.*
Mendacium non est circa substantialia negotij, ideo
24 non erit considerandum † *Bart.in l.eos qui, nu.5.
vers.quæro qua dicantur, ff.ad legem Cornel. de fals.
Rum.consil.36.nu.3.lib.4.* quamuis scienter addita
sit talis falsitas in istis accessoriis, *Grammat.decis.
43.*cum aliis per *Rimin.Iun.cons.344.num.10.vsque
ad num.23.lib.3.*
Tempus satis est probatum, cum testes deponant de
anno Castroni, quod sufficit, cum omnes sciant il-
lum fuisse de anno 1580. qui tamquam insignis est
25 omnibus notus, † & quamuis loquantur dubita-
tiuè tamen cum simus in tempore longæuo ma-
gis est eis credendum *Ang.cons.25.pro decisione, n.
4.Rum.cons.69.num.12. Alex.cons.149.nu.2.lib.5.*
& satis coadiuuatur depositio ex aliis, de quibus
in facto, quæ concludunt circa tempus dicti anni;
26 † Et regulariter testes probant quando applicant
memoriam ad aliquod factum memorabile, *Bar.
cons.99.num.5.lib.1.& in l.de ætate, num.7.de mino-
rib.Rot.coram R.P.D.Iusto Tridentina canonicatus,
10.Decembris 1608.*
Tertio quo ad amissionem protocolli testamenti
non potest de ea dubitari, cum illius amissio pro-
betur ex depositionibus testium affirmantium su-
27 per hoc emanasse monitiones, † & publicatam
excommunicationem contra non releuantes, qui
addunt de huiusmodi amissione esse publicam
vocem, & famam in Ciuitate Ameriæ, inter quos
testes adest vnus olim Archiuista dictæ Ciuitatis
deponens de deficientia eiusdem protocolli, &
de exactissima diligentia ab eo facta in illo per-
quirendo pro interesse particularium persona-
rum, quæ probatio coadiuuatur etiam ex fide ne-
gatiua alterius moderni Archiuistæ, qui attestatur
in Archiuio reperiri omnia protocolla Notarij
Geraldini ab anno 1569. vsque ad annum 1597.
28 excepto solo protocollo anni 1580. † ex quibus
diligentiis dicitur probata amissio, *l.3.§.nerua, ff.de
acquir.possess.l.deperditum, ff.de petit.hæredit.Cassa-
dor.super regul.decis.5.nu.5.Rot.diuers.decis.143.nu.
12.p.2. & coram Card. Lancellotto Romana afflictus
Sermoneta, 28.Nouemb.1607.*
Istæ verò diligentiæ sufficiunt quando apud aucto-
29 rem scripturæ res non inuenitur † *Bart.in l.is po-
test, col.pen.de acqu.hæred.per tex.in l.3.§.nerua, de
acqu.possess.* Maximè ad faciendum præsumi ali-
quid esse perditum in fauorem eius, penes quem
res non erat, prout sumus in casu nostro, Quidquid
aliud sit in eo, penes quem olim fuit, vt in Nota-
30 tio, Mercatore, aut similibus, in quibus † diligens
perquisitio non sufficeret, quasi possint malitiosè
occultare, Vnde aliter probabunt causam amissio-
nis, Ita distinguit *Felin.in c.sicut 10.col.7.post prin.
vers.quinta declaratio, n.8.de sent.& re iudic. Aret.
in c.fin.in 3.notab.de probat. Doct.in l.si quis ex ar-
gentariis, §.fi.ff.de eden. Surd.cons.109.n.9.in princ.
vers.& dicit, lib.1.*
Et quatenus vltra diligentias etiam esset probanda
existentia protocolli testamenti, de ea constat ex
notula extracta à Commissario fabricæ S. Petri,
qui præcipuè hoc habet in mandatis, vt perquirat
relicta ad pias causas, & illa exigat ab hæredibus
31 institutis, † Vnde erit ei credendum tamquam dè
spectantibus ad suum officium, *l.si quis decurio.C.
de fals.Doct.in cap.cum paratus, de appellat.Bar.in l.
diuus, n.8.de custod.reor.Honded.cons.18.n.56.lib.1.*
Cum etiam adsint duo testes, videlicet tertius &
quartus, qui deponunt de visu, & interessentia in
stipulatione testamenti, & institutione hæredis
in persona Aurelij, conuenientes de rogitu Cor-
nelij de anno & loco, & de quibusdam legatis in
testamento contentis, Et quartus in specie, quod
ipse cum quodam alio vocauit dictum notarium
32 ad testamentum conficiendum, † Vltra quod a-
dest copia simplex manu notarij rogati de huius-
modi testamento, & dispositio Archiuistæ, qui vi-
dit protocollum eiusdem tabellionis de anno
1580. & fides census producta per aduersarios
sub rogitu dicti notarij, & eiusdem anni, cum a-
liis, de quibus in facto, quo reddunt indubitatam
probationem, de qua agimus, *Roman.cons.7.nu.3.
Imol.cons.138.nu.3.Felin.in cap.sicut 16.colum.2.in
33 fin.vers.sed non habent, de re indic.* † Ita vt stante
ista enunciatiua, & probata amissione præsuma-
tur pro scriptura enunciata *Bald.in cap.quoniam
contra, n.27.versic.item fallit, & ibi Abb.num.19.&
Felin.n.32.de probat. Rot.diuers.decis.143.num.8.&
11.p.2.*
Quarto firmanda est conclusio quod quando non
agitur principaliter de viribus matrimonij, sed
ad effectum succedendi, prout in casu nostro,
34 sufficiunt † leuiores probationes, ob illam ratio-
nem

nem fauoris legitimitatis sine periculo animæ, siue simus in facto de antiquo, siue de recenti, & quamuis etiam interfit eorum, qui prætendebant succedere *Salic. in l. non nudis, ad fin. nu. 6. versic. sin autem incidenter, Cod. de probation. Parif. conf. 57. n. 41. vsque ad nu. 47. lib. 4. iuxta consil. Gemin. 27.* sæpius à Rota approbatum, vt per *Caf. de Graff. Valentina seu Panormitana illegitimitatis*, 18. *Martij* 1587. quæ est inter *decif. Rot. diuerf. 357. nu. 1. p. 1. & decif. 34. num. 19. p. 2.* Vbi allegantur concordantes decisiones.

Exemplo dominij deducti in iudicio, non principaliter, sed incidenter, quod non requirit directam,
35 † & concludentem probationem, sed potest sola possessione probari *Bal. in l. iudicia, Cod. de rei vendicat. Alexand. consil. 105. nu. 10 lib 7. Castr. & aly in l. quidam in suo, ff. de condit. institut. Boer. decif. 41. nu. 8.* & de communi *Rot. dict. decif. 34. num. 20. lib. 2.*

Quæ adeò vera sunt, vt neque adminicula debeant concurrere, quando tractatur de probanda filia-
36 tione legitima antiqua, † Ita vt in hac materia tempus viginti annorum dicatur antiquum, nedum triginta, prout est in casu de quo agimus *Barbat. conf. 68. col. 3. lib. 4.* quem sequitur *Ferret. conf. 49. nu. 3.* cum aliis per *Rot. diuerf. decif. 357. nu 8. &*
37 *9. p. 1.* † vbi etiam affertur simile de legitimitate auctoris, in qua sufficiunt leuiores probationes, & non exactæ, Ita vt neque in specie opus sit articulare, quod auctor suus esset de legitimo matrimonio, *Put. decif. 77. nu. 1. lib. 3.*

Quibus firmatis concludendum est probationes in actis deductas sufficere in casu, & ad effectum de quo agimus, Nam per testes partis aduersæ inductos, & reproductos probatur communis opinio,
38 & fama, † quod tam coniuges, quàm eorum filij publicè & palam habebantur pro legitimis & naturalibus, & ex legitimo matrimonio procreatis, ex quibus resultat sufficiens probatio legitimitatis *Ruin. conf. 51. nu. 18. lib. 5. Card. Paleott. de noth. & spur. cap. 23. n. 4. & 5.* cum aliis per *Rot. diuerf. decif. 357. num. 1. lib. 1.* Vbi etiam quod ex hoc solo constituuntur filij in quasi possessione legitimitatis, & transfertur onus probandi in aduersarium *Decius consil. 54. colum. penult. ad fin. Ferret. conf. 49. n. 5. & 6.*

Insuper adest fides parochi recognita parte citata, per quam probatur matrimonium fuisse contractum præuiis denunciationibus in faciem Ecclesiæ coram testibus ibi descriptis, cuius Parochi
39 depositioni standum est, † tamquam facienti fidem de pertinentibus ad eius officium *Alex. conf. 193. n. 13. lib. 6. Salic. in l. si quis decurio, oppof. 4. nu 4. C. ad leg. corn de falsis, Menoch. de arbitr. caf. 99. nu. 3. Surd decif. 70. n. 13.*

Et quamuis non appareat annotatum huiusmodi
40 matrimonium in libro parochi, † vt requirit *Concil. Trident. seff. 24. cap. 1.* Tamen non ex hoc infertur præiudicium parti, cui iam per spatium tot annorum fuit facta fides de dicto matrimonio, cum probatio quæ fit ex libro, non tollat aliam probationem resultantem ex fide eiusdem Parochi recognita præuia partis citatione, Peccat enim mortaliter Curatus non seruans præceptum Concilij non custodiendo librum, vt per *Sanchez de matrimonio, lib. 3. disput. 16. in fin.* Non tamen talis negligentia debet redundare in alterius præiudicium,
41 † Exemplo notarij, qui post factam fidem de instrumento per eum rogato, non præiudicat partibus, si non custodit protocollum *Parif. conf. 104. n. 62. & 63 lib. 1. post Bald. in l. admonendi, col. 8. de iur. iur. Aym. conf. 121. n. 11. ad med. verf. alibi scribit, column. 3.* Vbi quod non sequitur, in protocollo notarij non reperitur tale instrumentum, ergo de eo notarius rogatus non fuit, cum possit fieri, quod non protocollauerit, vel quod fuerit subtractum, vel in alio folio fuerit positum *Corn. conf. 210. nu. 4. & 5. lib. 4.* Vbi etiam quod habet præferri probatio affirmatiua resultans ex fide producta, quàm probatio negatiua proueniens ex inspectione protocollorum, cum sit probatio magis verisimilis, quæ debet præualere *c. licet causam, de probat. l. ob carmē, §. testes, de testib.* Quod propriè contingit in casu nostro, prout ex relatione parochorum poterit sumi informatio, quorum stilus est annotare in paruo folio matrimonia, quæ contrahunt cum descriptione testium, quæ describuntur in libro, Ita vt facilis sit oblinio, & negligentia, quæ non debet alteri præiudicium aliquod afferre ex supra allegatis, Maximè quia non probatur, quod non adsint alij libri, cum possibile etiam sit quod alter liber existat, in quo fiant huiusmodi descriptiones *Corn. conf. 210. in fin. lib. 4.*

Quæ comprobantur per instrumentum transactionis factum anno immediatè sequenti post contractum matrimonium inter consanguineos D. Cleriæ, & D. Aurelium occasione dotium, & ex aliis causis, de quibus in actis, in quo enunciatur prædictum matrimonium in faciem Ecclesiæ con-
42 tractum, † Adeò vt ex hoc non solùm probetur dos, sed etiam matrimonium saltem semiplenè, vel præsumptiuè *Roman. sing. 451. in fin. Decif. conf. 35. nu. 3 post Bald. in c. series, col. 2. verf. extra nota argumentum, de testib. Rot. diuerf. decif. 110. nu 5. in fin. p. 2.* Maximè quia, vt dictum est, hic non agitur principaliter de causa matrimonij, sed incidenter de illo quæritur propter filiationem *Florian. in l. sicuti autem, §. sed si quæratur, ff. si seruit. vendic.* Vbi ita declarat *Innoc. & alios in c. illud præsumpt.* dum volunt non probari matrimonium per similia instrumenta dotium, cum loquantur quando ageretur de matrimonio principaliter. Et quidquid posset dubitari de prædictis quo ad tertium, vt per *Florian. ibid. cum aliis per Mascard. conclu. 1022. in fi Alex. conf. 21. lib. 1.* Tamen non potest negari, quod non faciant præsumptionem, & magnum adminiculum maximè fauore prolis, & matrimonij *Rot. diuerf decif. 357. n. 6. & 7. p. 1.*

Hæc omnia dicta sunt ex abundanti, cum huiusmodi probatio non spectaret ad DD. de Boccatinis, qui ex prædictis sunt in possessione legitimitatis, adeò vt contrarium esset probandum per Aduersarios, quorum testes conuincuntur, cum primum matrimonium, quod prætenditur matrimonium, non fuerit tale, sed sponsalia, ad quæ dirimenda fuit factum mendatum in personam patris sponsi, prout postea contigit cum renunciatione dotis promissæ, & ingressu sponsæ in monasterium, ac professione in eo emissa, & functionibus factis ad Virgines spectantibus, & aliis de quibus in facto, Ita vt tollatur omnis suspicio d. Matrimonij vt supra dictum est.

Quibus addendum est quod cum agatur de causa
43 honoris, & status, poterit † Iudex, in calculo ferendæ sententiæ, & ex officio informationem sumere ex testibus, quorum nomina, & fides pri-

uatæ dantur, qui fuerunt præsentes secundo matrimonio celebrato in faciem Ecclesiæ, & tam parochum adhuc viuentem, quàm alios examinare ad coadiuuandas probationes factas, & veritatem indagandum iuxta doctrinam *Bald. in auth. ampliorem, Cod. de appellat. Roman. consil.* 479. *in fin. num.* 4. Vbi *Mandos. in verb. conclusionem*, attestatur de communi *Aym. consil.* 134. *num.* 1. *Dec. in cap.* 1. *in* 2. *notab. de except.*

Quintò, Notandum est quod non obest examen vltimo loco factum circa probationem prætensæ illegitimitatis, Nam omnes testes sunt de auditu, & deponunt solùm audiuisse, quod fuit contractum matrimonium inter D. Aurelium, & D. Peregrinam de anno 1533. neque sciunt an fuerit de præsenti, vel per verba de futuro, & an fuerint
44 sponsalia, quod erat exprimendum, † cum ista nomina confundantur, aliquando enim matrimonium accipitur pro sponsalibus, & è contra *Prepos. in rubr. de sponsal. colum.* 3. *ad med. versicul. quandoque tamen, num.* 6. *in fin.* & sponsa & sponsus etiam de futuro appellantur vir & vxor *c. iuuenis vbi Gloss. in verb. coniux de sponsalib. Sancez. de matrimon. disput.* 1. *num.* 1. *in fin.*

Nec turbat, quod verba sint intelligenda in priori significatu, Quia cum simus in materia probato-
45 ria non consideratur ista interpretatio, † & verba dubia, & obscura non recipiunt declarationem, sed illa potius debemus interpretari contra eum, qui quærit probare, quamuis essemus in causa fauorabili, & in iuramento, & in probatione quoque exceptionis rei nedum actoris *Aym. cons.* 218. *num.* 5. & 6. *Dec. cons.* 320. *col.* 4. *ad fin. nu.* 6. & 7. & *in c. cum omnes, in* 2. *lectur. col.* 1. *de const. Alex. cons.* 52. *num.* 1. *lib.* 5. Ita vt neque lex ambigua, quæ potest multipliciter intelligi operetur, vt ex ea aliquod argumentum sumi possit *Bald. in l. scire leges. Aym. cons.* 218. *in fin.*

Et ista interpretatio quod potius testes loquantur de sponsalibus, est sumenda tanquam magis veri-
46 similis, † cum in facto constat de mandato ad renunciandum huiusmodi sponsalia in personam D. Censorij patris D. Aurelij sponsi, quæ renunciatio fuit subsecuta, cum D. Peregrina sponsa dimiserit ad fauorem Nicolai patris omnia bona & dotes sibi promissas occasione dicti matrimonij consummandi cum D. Aurelio reseruatis sibi florenis 400. pro ingressu monasterij, quod postea ingressa fuit, & in eo omnia munera Virginibus dari solita obiuit, ibique professa per multos annos vixit cum aliis, de quibus in facto, quæ magis arguunt nullum fuisse sequutum matrimonium, & potuisse ad aliud transiri *Gloss. in cap.* 5. *in verb. si per eas de sponsal. c. si inter virum, eod. tit.* 1. *de sponsal. duorum.*

Confirmatur ex depositione octaui testis ex aduerso examinati, qui adducit causam dissolutionis sponsaliorum, & renunciationem bonorum, & dotis ad fauorem patris Peregrinæ, & eius ingressum in Monasterio S. Claræ in Ciuitate Fulginei,
47 qui probat, licèt sit vnicus contra producentem, quamuis deponat de credulitate *Rom. cons.* 104. *ad fi. Ias. cons.* 57. *col.* 4. *in fin. lib.* 4. *Aym. consil.* 201. *nu.* 7. Maximè stantibus supradictis coniecturis, ac præsumptionibus, & circumstantiis facti, quo casu statur etiam vnico testi in quacumque materia *Ioan. Andr. in c. fin. colum.* 1. *post princ. in verb. vehementer de success. ab intest.* quem sequitur *Rot. per Cæsar. de Grass. decis.* 3. *num.* 6. *de probat.* Stante præsertim verisimilitudine, quæ magis coadiuuat
48 dictum testis, † Ita vt inuerisimilis depositio præbeat etiam iustam causam Iudici non credendi testibus *Fel. in c. auditis. colum.* 3. *de præscript. Curt. Iun. consil.* 17. *colum.* 2. *ad fin. Aym. cons.* 75. *nu.* 22. & 23. De qua inuerisimilitudine constat in casu nostro, cum valde absurdum sit, vt quis in facie Ecclesiæ contrahat secundum matrimonium, si primum valuisset, Vnde etiam requirebatur, vt testes deponerent, quod eodem tempore D. Aurelius habuerit duas vxores, de quo tamen nihil deponunt, cum tamen excesserint multi anni à primis sponsalibus, quæ præsupponuntur de anno 1553. vsque ad secundum matrimonium factum de anno 1583. Ita vt non facta probatione temporis quando est substantia, vt in casu nostro, testes nihil probent *Bart. in l. eum actum, de negot. gest. Ias. in rubr. Cod. qui admitt. num.* 7. *Surd. cons.*
49 60. *in fin. num.* 30. Cum † etiam semper pro legitimitate in dubio sit iudicandum, quatenus illud adesset quod non adest *Anan. in cap.* 1. *de infantib. exposit. Peregr. de fideicommiss. art.* 43. *num.* 71. *Put. decis.* 2. *lib.* 3.

Sexto quod ad dubium de nouo datum, omisso quod non constat de prætensa consummatione primi matrimonij, Dicebam sufficere bonam fidem secundæ vxoris in casu, & ad effectum de quo age-
50 bamus, † Etenim sumus in matrimonio contracto in facie Ecclesiæ publicè & palam, non clandestinè, quod facit, vt semper filij ex eo procreati censeantur legitimi quo ad omnia propter bonam fidem vnius ex coniugibus, non obstante aliquo impedimento annullante dictum matrimonium, cum ad legitimationem prolis non exigatur veritas matrimonij, sed sufficiat quasi possessio colorata, & quod illud fuerit approbatum per Ecclesiam, Ista est communis distinctio, de qua per *Doctores in cap. ex tenore* 14. *qui fil. sint legit. Butr. in cap.* 2. *not.* 5. *eod. tit. Anchar.* 401. *col.* 1. *Bald. in l. qui contra* 93. *Cod de incest. nupt. in lectura noua, Cap. cons.* 116. *colum. vltim. Curt. Iun. cons.* 64. *col.* 2. *vers. tamen hoc etiam proposito, nu.* 2. *Caputaq. decis.* 203. *num.* 3. *part.* 2. *Cassador. decis. vnic. de sponsalib. Gabr. de legitim. conclus.* 4. *n.* 17. Alios consulto omitto, cum de hac opinione non sit dubitandum prout de communi testatur latè *Couarr. super.* 4. *decret. part.* 2. *cap.* 8. §. 1. *num.* 2. *cum aliis per Duen. regul.* 150. *num.* 2. *ad fin.* bene *Paris. cons.* 15. *num.* 43. *vsque ad num.* 47. *lib.* 2. *Surd. cons.* 303. *num.* 18. *lib.* 3. *Rot. Veneta legitimitatis, de Manrocenis* 15. *Ianuarij coram R. P. D. Orano.*

Prædicta autem adeò vera sunt, vt in casu de quo agimus, tales filij dicantur verè & non fictè legiti-
51 mi, † constat enim ratione huius matrimonij illos esse legitimos, & à radice copulæ coniugalis tales censeri, Ideò verè & non fictè erunt legitimi, cum verbum Esse, veritatem inducat, non fictionem *l. ossa* §. *fin. de relig. & sumpt. funer. Gloss. in l. mercis appellatione, ff. de verb. signific.* & in specie ita concludit *Couar. de sponsalib. c.* 8. *p.* 2. §. 1. *num.* 3. Maximè cum tractetur de fauore filiorum, quibus lex fauet quantum potest, vt verè dicantur legitimi *Curt. Iun. cons.* 52. *num.* 2. *post Bald. in l. filium, col. fin. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.*

Ideò huiusmodi filij erunt etiam habiles quo ad feuda tamquam legitimi à natura, & quo ad Ordi-
52 nes sacros, † & spiritualia, honores, dignitates, & alia

alia quæcumque *Bald. in c.1. §.naturales, col.vlt. ante med.ver.pone quod non tenet matrimonium, si de feud.inter.controuers.inter domin. & agnat.Ias.cons. 52.colum.1.& 2.lib.4.Curt.Iun.cons.52.nu.2.Rot.Auenionens.decis.70.nu.11.Peregr.de fideicommiss.art. 24.nu.66.& 72.Honded.cons.87.num.5.vsque ad 9. lib.1.*

Quemadmodum etiam tales filij excludent substi-
53 tutum sub illa conditione, † si institutus decesserit absque filiis legitimis & naturalibus, & etiam si additum fuisset Ex legitimo matrimonio natis, cum hoc matrimonium censeatur legitimum ex bona fide alterius *Decius cons.152.in effectu quaritur.nu.1.& 2.* quem benè consuluisse testatur *Add. ad Alex.cons.5.in verb.contrarium, lib.7. Laderch. cons.24.num.31.* Quidquid contrarium sequatur. *Cur.Iun.cons.52.* cum contra eum sit verior opinio, vt latè defendit *Socin.Iun.cons.39.n.34.lib.3.* Et veriorem dicit *Peregr.de fideicommiss.art.24 nu.72.* & ita fuit decisum per *Rot. Auenionen.decis.70. in fi.* quam sequitur *Thesaur.dec.196.nu.7. Menoch. præsumpt.77.nu.6.lib.4.* vbi quod abundè satisfactum est rationibus à *Curt.* in contrarium allegatis per *Socin.jun.d.cons.139. & cons.63.lib.3.*

Prout quoque nati ex huiusmodi matrimonio non vero, sed putatiuo ex parte mulieris ignorantis e-
54 runt legitimi † quo ad omnes etiam extantibus filiis primi matrimonij veri & validi, secundum opinionem *Host.in c.per venerabilem, qui fil.sint legit.* quam veriorem esse testatur *Socin. cons.108.n. 2.in fi.vers.quinimmo quo ad omnes lib.3.*

Cum etiam hîc non agatur de aliquo errore iuris, sed facti tantùm, quo casu magis iuuantur filij
55 quo ad legitimitatem, † quam si ageretur de alio impedimento iuris, seu affinitatis, aut cognationis *Crot.cons.296.nu.12. Cephal.cons.503.nu.20.lib. 4.Honded.cons.87.num.42.lib.1.* Quamuis etiam possit tutius defendi, quod in matrimonio publicè contracto bona fides præsumatur etiam ob errorem iuris in vno ex coniugibus considerabilem, vt proles reddatur legitima *Ruin.cons.100.n. 2.lib.3.& cons.108.nu.2.eod.lib.Ias.cons.156.num 5. & 6.lib.4.* cum aliis latè per *Peregr.de fideicommiss. art.24.nu.69.ad fin.vers.addo vltra prædicta.Socin. Iun.cons.34.nu.14 lib.5.*

De bona autem fide non potest dubitari in casu nostro, cum illa præsumatur interim, dum non sit
56 probata mala fides in contrarium, † Ita vt in causa matrimoniali sit præsumenda dicta bona fides etiam lite pendente, & contestata super matrimonio, cum enim interim litigantibus permittatur carnalis copula, illam Ecclesia non permitteret, si mala fides præsumeretur, Ita in specie declarat *Couar.de sponsal.lib.cap.8.par.2.nu.4.& 5.§.1.* & notant *Anchar.& Præposit.in cap.2.qui filij sint legit. Henrich.Boich.in cap.ex tenore eod.tit.Peregr.de fideicommiss.articul.24 num 70.& 71.* vbi ampliat quod etiam appellatione pendente à sententia lata aduersus matrimonium proles interim suscepta iudicabitur legitima, quasi appellatio suspendat pronunciatum, cum etiam auctoritate Canonis pendente appellatione parentes teneantur ad obsequia maritalia, Vnde bona fides erit præsumenda *Ioan.Andr.Cardin.& alij in d.c.2. qui fil. sint legitim.*

Et magis constat de bona fide, quia vltra regulas communes, quod ignorantia præsumitur, nisi scientia probetur, apparet in casu de quo agimus fuisse lapsos triginta annos postquam secundum
57 matrimonium fuit contractum, † quæ diuturnitas temporis multum debet operari ad causandam ignorantiam secundæ coniugis, cum aliis circumstantiis in facto adductis, quæ magis coadiuuant istam bonam fidem, de qua licèt clarè constet, tamen etiam in dubio potius filij sunt iudicandi legitimi de quorum illegitimitate, non est multum subtilizandum, cum post factum semper sit excusanda negligentia parentum quantum fieri potest *Innoc in cap.cum inhibitio. col.2. in princip.& ibi Anton.de Butr.n.17.de clandest.desponsat.*

58 † Cum ad probandum legitimitatem non requirantur probationes ita exactæ, sed leuiores sufficiant iuxta *Gemin cons.27.* quem sæpe approbauit Rota etiam post Concilium, vt coram *Card.Seraphino Vlixbonen.matrimonij,2.Decembris 1594.& coram R.P.D. Caualerio Pamphilonen.matrimonij, 19.Nouembris 1610.& coram eod. Vratislauien.matrimonij 28.Febr.1611.* vbi allegantur concordantes decisiones, cum aliis de quibus per *Rotam coram Card.Seraphino Parmen.status 6.Martij 1502. & coram Card.Blanchetto Agrigentina legitimationis 10.Martij 1593.* & concludunt omnes *in c.ex tenore. qui fil.sint legitim.Socin. Iun.cons.63.n.8.lib.*
59 3. † Ita vt etiam posset defendi, quod lapso quinquennio à morte patris amplius de filiorum statu quæri non possit *Gloss.in cap.peruenit. in verb si ita est, & ibi Host.qui fil.sint legit.iux.tit.Cod.ne de stat.defunct.* Quod tamen modò non firmo cum non sit necessarium, & non sit tuta opinio quo ad excludendum filios à successione, quia non videtur nunc sufficere quinquennium ex adductis per *Honded.cons.87.n 56.lib.1.*

Amplius huiusmodi ignorantia magis suffragatur in
60 tali matrimonio, † cum etiam illa operetur in concubinatu, Nam quemadmodum filij iudicantur legitimi propter bonam fidem vnius ex coniugibus non obstante nullitate matrimonij, Ita etiam nati ex coniugatis sunt naturales non spurij, si alter parentum sit in bona fide, spurij enim non legitimantur naturales, si autem quis accubuit cum affine, quam ignorabat, vel cum coniugata, quam credebat solutam, suscipiatque ex ea filios, illi legitimabuntur per subsequens matrimonium, & ante matrimonium dicentur naturales, & non spurij *Butr.in cap.tanta,nu.9. qui fil.sint legit.* vbi quod est multum notandum post *Gloss. ibid.in verb.aliam.* dum requirit quod mulier cognita sit conscia adulterij, vt filij non legitimentur, nam si ignorat legitimabuntur *Præposit.in cap. quod nobis, nu.7.qui fil.sint legit.* Vbi quod est notabilis determinatio, per quam extenditur dispositio *cap.tanta, eodem titul.* vt quod dicitur de matrimonio, habeat etiam locum in concubinatu, non obstante quod in eo detur opera rei illicitæ: & sequitur *Cassador.decis.vnic.num.2.& 4.de sponsalib.* vbi attestatur de communi, prout etiam docet *Couar.eod.tit.de sponsalib.c.8.§.2,n.17.* & quamuis ipse videatur recedere in disputando à dicta opinione, prout etiam tenet *Peregrin.de fideicommiss.art.24.num.51.* Tamen tamquam magis fauorabilem sequendam esse latè docet *Surd.cons.303. num.20.& 21.lib.3. Paris.cons.15.nu.45.lib.2. Curt. Iun.cons.27.num.8. Gemin.cons.66.in 3.dub. numer. 4.cum aliis per Gabr.de legitimat.conclus.2.numero 6.& 7.*

Et vltra quod probatur matrimonium fuisse con-

61 tractum in facie Ecclesiæ, vt dictum est, † ex spa-
rio tam longi temporis triginta annorum præsu-
muntur interuenire solemnitates denunciatio-
num *Bar.in l.quia aliena,ff.de acquir.hæredit.Alex.*
in l.sciendum,de verb.obligat.& cons.79.lib.1.Decis.
qui de communi *cons.221. viso puncto & diligenter*
colum.4.in princip.vers.quarto prædicto,num.5. Quo
stante resultat conclusio quod non possit dari ali-
62 quis defectus illegitimitatis, † quidquid aliud sit
quando edicta non interfuissent, vel non adesset
præsumptio quod interuenerint, tunc enim resul-
taret ignorantia crassa, quæ in casu superuenien-
tis notitiæ non excusat ab impedimento, quamuis
enim matrimonium non possit dici clandesti-
num, si fuerit contractum in facie Ecclesiæ non
propositis edictis *Abb.in c.fi.de clandest.desponsat.*
Socin.Iun.cons.86.nu.64.lib.2. Tamen quantum ad
priuilegium ignorantiæ ad effectum excusandi fi-
lios ab illegitimitate requiruntur edicta, & de-
nunciationes, vt concludit *Rot.per Achill.decis.3.*
de clandest.desponsat. vbi quod ita intelligitur *tex.*
in cap.fin.§.si quis verò huiusmodi,eod.tit. vbi quod
illius dispositio venit excipiendo, & dando priui-
legium in illo casu, extra quem verbis refraganti-
63 bus cessasset *l.4.§.rationes, de damn.infect.* † Dum-
modo tamen edicta, & denunciationes non fu-
erint remissæ de licentia Vicarij, vel Episcopi,
tunc enim non considerabitur aliqua illegitimi-
tas ex his quæ dixi super *c.83.n.24.* & voluit etiam
Rota coram Cardin.Seraph.Vlixbonen. matrimonij,
2. Decembris 1594. *Caual.* in specie Concilij *qu.*
697.num.9.& q.604.in fin.post Ceruantem per eum
allegatum *in l.6.taur.nu.21.& 22.* Neque enim in
aliquo peccant contrahentes præcedente causa
remittendi denunciationes *Spin.de testam.gl.15.nu.*
32.Menoch.cons.221.n.36.lib.3.

In eadem causa, cum pars non acquiesceret, sed præ-
tenderet illam prosequi petiit subscribi dubium,
an Domini de Boccarinis excludant Dominos
Cerichellos substitutos in eodem testamento, &
cum disputaretur an præfatum dubium esset sub-
scribendum, dicebatur negatiuè debere resolui,
quia cum per dd. Cerichellos fuerit impugnatum,
& modò impugnetur testamentum q. Martij,
prius est cognoscendum de viribus eiusdem te-
stamenti, & an de illo dicatur sufficienter consta-
64 te in casu, & ad effectum, de quo agitur, † quasi
talis disputatio sit præiudicialis substitutioni, quæ
ex aduerso prætenditur, si enim testamentum est
inualidum, frustra de substitutione quæritur, vn-
de prius est disputandum de causa principali, *l.1.*
C.si quis alium testar.prohibuer. l.si libertatem, ff.de
petit.hæredit. Bald. in l.2.in princ oppos.1. C.de ord.
cognit. cum aliis similibus, de quibus latè *Ceual.*
q.818.nu.18.cum seq.pag.3. Ita vt in hoc etiam Iu-
dex possit supplere ex se absque oppositione par-
tis *l.quos prohibet, de postulando. Bart.in l.4.§.hoc*
autem iudicium,ff.de damn.infect.

Cum etiam prius cognoscendum sit de existentia
rei, & illius substantia, post cuius probationem
65 admittitur disputatio eorum, † quæ circa illam
debet inspici, seu terminari *Bald.cons.475. visis*
dictis articulis, in princ.lib.4.Decis.cons.408.colum.
pen.in fin.num.5.Aym.cons.21.num.5.

Neque obstat non posse impugnari per DD. Bucca-
rinos huiusmodi præsuppositum testamenti tam-
quam per eos producti, Quia non impugnatur
præsuppositum, neque testamentum, sed solùm
dicitur prius esse disputandum an tale testamen-
tum sit validum, necne vt circuitus euitetur, & vt
prius cognoscatur, quod de iure est prius cognos-
cendum, Maximè cum aduersarij succumbentes
in disputatione dubij periti intendant disputare,
& iam declarauerint velle cognoscere de validi-
66 tate præsuppositi, & sic testamenti † quod non
est permittendum, vt subterfugiis litigantium ob-
uietur *l.terminato.C.de fruct.& lit.expens.Bald.in l.*
1.col.2.C.de furt.Surd.cons.271.n.15.lib.2.

Accedat quod dubium tendit, vt cognoscatur, an
DD. Buccarini sint filij legitimi & naturales Au-
relij vnius ex hæredibus institutis à Martio, &
per consequens, an fecerint deficere conditio-
nem, si decesserint sine filiis legitimis & naturali-
bus, quod cum consistat in probationibus, prius
illæ sunt faciendæ, ne detur disputatio dubij quod
67 præcedat compilationem processus, † cum dubia
sint de mediis causæ, ad quæ media non perueni-
tur sine principiis, & probationibus prius factis
Surd.cons.134.n.4.in fin.lib.1.Bald.in l.si quis libel-
los,n.3.in fin.C.de appellat.Osasc.decis.penden.n.23.

Maximè quia etiam dubium est extra materiam, &
remedia ab intestato, quæ aduersarij intentarunt
& super quibus fuit lata sententia post processum
super eiusdem remediis confectum, Vnde dum
appellando sustinetur lis in prima instantia mora,
& prætendunt esse locum successioni ab intesta-
68 to, non est disputandum super remedio testati †
non terminato prius dicto primo iudicio, vel per
rem iudicatam, vel per cessionem litis formaliter
factam, cum vnum remedium faciat cessare aliud
l.quamdiu.de acqu.hæredit.Doctor.in §.1.instit.quib.
non est permiss.facere testam.

Ex prædictis fuit conclusum non esse dandum du-
bium super substitutione, nisi prius cognosce-
tur de viribus testamenti, & quoniam pars ac-
quieuit eidem testamento, approbando illud tam-
quam validum, fuit disputatum de substitutione
prætensa, cui dixi non esse locum, Constat enim
illam expirasse, cum institutio fuerit facta de Er-
silia & Aurelio in eadem oratione, non in diuer-
sa, sed coniunctim, non separatim, quo casu sub-
stitutio pluribus facta requirit concursum om-
nium, nec pluralitas resoluitur in singularitatem,
69 sed † vtramque personam complectitur *Ruin.in l.*
hæredes mei 57.§.cum ita,col.26.post med. vers.dici-
tur autem in plurib.n.58.ff.ad trebell.Menoc.cons.797.
n.36.l.8.post Bald.in l.1.n.6.ad med.vers.& prædicta
vera,C.de condit.insert. vbi ita declarat *l.penult.de*
inust.testam. & *l.vel singulis,de vulgar.& pupill.* &
sequitur *Alex.cons.175.n.9. & 16.l.5.Card.Seraph.*
decis.266.num.4.p.1.

Maximè quia substitutio de qua agimus est facta per
verba illa, Quibus suis hæredibus decedentibus
70 sine liberis, † quæ cum sint relatiua, habent vim
expressionis propriorum nominum copulatiuè,
& sic referunt coniunctim *Rip.in l.1.n.196.col.37.*
in princ.vers.sed ista conclusio, & ibi Alciat.n.87.ff.
de vulg. & pupill. Vnde videtur idem esse ac si te-
stator omnes in testamento nominasset *Bart.in l.*
lucius titius 90.§.lucius, ad med ff.de leg.2. post Cin.
in l.vlt.oppos.4.C. de impuber. & aliis substitut. per
tex.in l.si pater filio,9.ff.de vulg.& pupill.

Accedat, quia in casu nostro dictum est, Quibus suis
hæredibus decedentibus, quod magis requirit
71 numerum plurium, † cum verbum, hæredibus,
sit collectiuum, *Socin.cons.12.n.7.lib.3.Peregr.de fi-*
dei-

deicommiss.art.19.n.12.ad med.vers.& in substitutio-
*ne Ruin.cons.*174.*n.*8.*lib.*2.Adeo vt illud relatiuum
71 quibus,debeat omnes comprehendere,† cum hoc
sit de illius natura,non solum respectu substantiæ
sui antecedentis, sed etiam omnium qualitatum,
modorum, conditionum, ac temporum, ad quæ
disponens se refert *à filio*, *§.testator.de alim.& ci-*
*bar.legat. Roland.cons.*58.*n.*25.*lib.*1. *Castr.cons.*283.
*nu.*5.*lib.*1.*Surd.consil.*315.*nu.*22.*lib.*3.

Præsertim quia hic concurrerent plures impropric-
73 tates tam respectu dictionis, quibus, † quàm re-
spectu verbi, suis, quam respectu verbi, hæredi-
bus, si fieret resolutio in singularitatem, Vnde ta-
lis interpretatio non debet admitti, etiam quod
simus in materia fauorabili, sed requiretur con-
cursus plurium iuxta proprietatem istorum trium
verborum Ceph. in specie *consil.*752.*nu.*15. *vsque*
ad 19.*lib.*3.*Ruin.Iun.cons.*246.*n.*41.*&* 55.*lib.*3.

Cum etiam in specie substitutionis fideicommissa-
riæ pluribus factæ, cum adiectione copulatiuæ,
74 vel nominis collectiui, † prout est in casu nostro,
verior sit opinio, & magis communis, quod illa
non resoluatur in singularitatem, quidquid alij
contrarium sentiant, vt testatur decem & octo
Doctoribus relatis *Menoch.consil.*1028.*nu.*22.*lib.*
75 11.*Bero.cons.*69.*num.*3.*lib.*2. † Maximè quia nun-
quam pluralitas resoluitur in singularitatem, nisi
quando constat de voluntate testatoris *l.si falsa,§.*
fi.de cond.& demonst. Accorambon.in l.heredes mei,
*in princ.num.*3.*ff.ad Trebell.* Quæ voluntas non so-
lum ex aduerso non probatur, prout deberet fieri,
sed potius apparet de mente testantis ad fauorem
vnius instituti, qui tanquam proximior censetur
76 magis dilectus, quàm substitutus. † Ita vt ista ma-
ior coniunctio operetur, vt non sit admittendus
substitutus ad portionem præmortui Corn.*consil.*
93.*num.*9.*ad med.lib.*3.*& cons.*293.*num.*6. *vsque ad*
9.*lib.*4. *Dec.in l.cum quidam.num.*6.*C.de impuber.*
*Cassan.cons.*14.*nu.*13. *Roman.cons.*231.*in fin.nu.*2.*&*
*ibi Mandos.n.*2.*in verb.excludat.*

Neque obstat quod Ersilia decesserit ante testato-
rem, vt dicitur probari ex depositione testis per
principalem nostrum producti, Quia constat de
errore, cum per alios quatuor testes clarè probe-
tur tempus obitus post testatorem, non ante, qui-
bus magis standum est tanquam pluribus, & me-
lius informatis de veritate, Maximè quia non fuit
approbatus testis, nisi quo ad personam, non au-
tem quo ad dictum, Vnde si testes producentis
77 sunt contrarij, statur testibus melioribus, † cum
hoc casu possint aliquorum dicta approbari, & a-
lia reprobari *Bald.in c.in nostra,num.*4.*vers.tertius*
articulus, de testib.& in l.in bonæ fidei 3.*num.*8.*Cod.*
*de rebus credit. Alexand.consil.*66.*colum.*2.*post med.*
*vers.item non obstat si diceretur, n.*1.*in fi.lib.*1.*Aym.*
*de antiqu.tempor.pag.*1.*§.quæritur etiam in hac ma-*
*teria, num.*14.

Minus obstat quod Ersilia non adiuerit hæredita-
tem vigore testamenti, de quo agimus, tanquam
non probetur, quod habuerit scientiam eiusdem
78 testamenti,† Quia talis probatio non est necessa-
ria, statim enim quod quis se immiscuit de facto
hæreditati, præsumitur habuisse notitiam testa-
menti, & qualitas illius, maximè in testamento
nuncupatiuo propter consuetudinem illud pu-
blicandi mortuo testatore *Bald. in l. eius qui in*
*prouincia, col.*6.*in princ.vers.veritas est,ff.si cert.pe-*
*tat. Alexand.cons.*4.*col.penul.in princ.nu.*20.*lib.*2.
*Castr.cons.*94.*num.*1. *in fin lib.*2. *Bero.cons.*130.*nu.*
18.*lib.*2. Surd.qui de magis communi *cons.*129.*nu.*
21.*lib.*1.*Rol.consil.*36.*num.*12.*lib.*2.

Cuius scientiæ præsumptio magis confirmatur ex
multis solutionibus, & aliis coniecturis, de qui-
bus in facto, quæ faciunt euidentem probatio-
79 nem, † quod immixtio in huiusmodi bonis hæ-
reditariis non potuit fieri, nisi ex titulo testamen-
tario, stante etiam coniunctione sanguinis, & co-
habitatione matris cum filio testatore infirmo, &
obitu illius statim post testamentum domi condi-
tum, etiam coram testibus domesticis, ita vt ex i-
stis non possit negari scientia testamenti, & hæ-
reditatis sibi per filium relictæ, *Bald.cons.*391.*nu.*
1.*&* 2.*lib.*1.*Aym.consil.*193.*nu.*7.*in fin.vers.quinim-*
mo sufficeret, per l.consensu, §.seruus, C.de repud.
*Gozad cons.*98.*num.*21.

Confessio in positionibus quod Aurelius, & non
Ersilia fuerit hæres non præiudicat, quia illa non
80 fuit simplex confessio,† sed cum clausula, & alias,
quæ operatur, vt sit relatiua ad veritatem, qua
comperta ad illa censetur facta relatio. *Bart.in l* 1.
81 *in princip.ff.de receptat.Aym.consil.*45.*n.*45.† Cum
etiam eadem confessio fuerit facta per procura-
torem non habentem ad hoc speciale mandatum,
ideò non obest principali *l.proinde, §.*1.*ad leg.fal-*
cid.Bart.in l.certum, §.sed an & ipsos, ff de confess.
Butr.in cap.fin.eodem tit.& quandocumque potest
82 reuocari etiam non docto de errore, † & non ob-
stante, quod esset geminata *Caputaqu.decis.*1.98.
*par.*1. Maximè quia illa fuit impugnata in causa
prius vertente inter easdem partes, Vnde ex hu-
iusmodi impugnatione fuit præiudicium impu-
83 gnanti, † vt non possit se ex ea iuuare *cap.cum o-*
*lim, vbi Abb.not.*6.*de censib.Surd.decis.*196.*num.*1.
& 2.*Honded.cons.*78.*num.*98.*lib.*2.

Immò secundum communem vsum loquendi ha-
bens cohæredem potest etiam appellari hæres
84 vniuersalis, † prout alter hæres, qui non habet
cohæredem, saltem respectu aliorum, licèt adin-
uicem pro portionibus hæreditariis, Ita vt facta
nominatione hæredis veniant plures, quando
plures sunt *l.plures* 96. *vbi Bart. ante fin ff de legat.*
85 3. † Et cohæredes dicuntur æquè principaliter
hæredes, & veniunt appellatione hæredum *l.cum*
quæsito, in princ.vers.si quis itaque, C.de legat.

Quibus stantibus non est dubitandum an Ersilia sit
instituta hæres, cum in decisione facta in huius-
modi causa fuerit resolutum legitimè constare de
testamento, in quo continetur vtriusque institu-
tio, tam Ersiliæ, quàm Aurelij, quæ decisio non est
fundata solùm in obseruantia testamenti ex ad-
uerso considerata, sed in aliis rationibus, de qui-
bus in decisione, ita vt ex illius lectura appareat
non fuisse positam hanc solam rationem obser-
uantiæ,& sic quamuis respectu vnius illa cessaret,
remanet tamen dispositio quo ad alios.

Et quod Ersilia non se gesserit pro hærede nihil fa-
cit, Quia constat illam possedisse bona hæredita-
86 ria, † quod sufficit ad probandam aditionem *A-*
*lexand.consil.*126.*nu.*1.*lib.*7.& de magis communi
latè *Mascard.conclus.*45.*num.*1. *&* 4. Cum etiam
adsint plures solutiones debitorum hæreditatis
etiam nomine Ersiliæ, vt in summario num.4.
87 † ex quibus probatur aditio *Salic.Ias.& alij in l.*2.
*C.de iur.deliber. Alex.cons.*32.*colum.*1.*lib.*3. *Socin.*
*cons.*45.*num.*4.

Nec est considerandum, quod testes non dicant

88 quòd Ersilia possederit tanquam hæres, † Quia
præsumitur ex illò titulo possedisse *l. quadam mulier, de rei vend. Bartol. in l. cum solus, de vsucap. Cephal. cons. 294. n. 20. lib. 2.* Et quamuis septimus testis deponat Aurelium possedisse, Tamen non per
hoc concludit, quod solus possedit, cum etiam
probetur, quod Ersilia tanquam cohæres possederit, ideò requirebatur, quod deponeret de sola
89 possessione Aurelij, vt excluderetur Ersilia, † cum
ista verba non æqoipolleant necessitati probationis, prout debent concludere, siue simus in probatione facienda per testes, siue per instrumenta *Natt. cons. 412. n. 27. cum alijs per Surd. cons. 431. nu. 68. cum seq. lib. 3.*

Quo verò ad testes quod sint positi ad partes, ideo
90 non probant tanquam non sint de actis † Surd.
cons. 311. nn. 74. lib. 3. Respondetur illos deposuisse parte citata, & eorum depositiones fuisse repertas, & admissas sub die 10. Nouembris 1614. Vnde dicuntur esse de actis, & cum dicti testes sint
91 releuantes † est illis adhibenda fides, & sufficit
quod ante sententiam instetur illos admitti, cum interim stent in suspenso donec Auditor maius otium nactus possit super illorum admissione interloqui *Vestr. in prax. lib. 6. cap. 2. num. 14. ad med. versic. qua verba important.* Et ita non obstantibus prædictis conclusum fuit non esse locum prætensæ substitutioni, vt *in decisione in hac causa Amerina hæreditatis facta 11. May 1615. coram R. P. D. Vbaldo.*

EPITOME.

Ciuitas quando possit singulos obligare, & an sufficiat maior pars. ¶ Statuta, vt vnus teneatur pro delicto alterius, an sint irrationabilia. ¶ Et quando intelligantur confirmata per Papam. ¶ Et an possint fieri per vniuersitates. Et an debeat imminere necessitas, vt sint valida, ita vt illa cessante sint reuocanda. ¶ Et quid si adsit publica vtilitas. ¶ Et an illa consideretur, quando damnum priuati esset maius. ¶ Vel requiratur scientia damni inferendi, & quod illud potuerit prohiberi. ¶ Præsumptio culpæ per quem possit induci. ¶ Statutum an liget ante publicationem, quamuis constet de scientia. ¶ Populus quando possit facere statuta. ¶ Et illorum confirmatio ad quem pertineat. ¶ Et quando illa dicantur confirmata. ¶ Ægidiana in quibus locis sit obseruanda.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitates an possint statuere, vt pro delictis aliorum aliqui teneantur, n. 2. 3. 5. 10. & 11.*

4 *Causa publicæ vtilitatis facit, vt quis possit puniri pro alio.*

6 *Ciuitas non potest singulos obligare, neque in hoc sufficiet maior pars. Intellige vt num. 7. 8. & 9.*

12 *Pro damnis datis per fures; & similes delinquentes tenentur Villa, Ciuitates, & Castra ad restitutionem parti læsæ, eiusque hæredibus, iuxta constitutiones Summorum Pontificum.*

13 *Populus non habens iurisdictionem non potest condere statuta, n. 16. Declara vt n. 14. & 15.*

17 *Ægidiana extenditur ad totum Statum Ecclesiasticum.*

18 *Statutum, vt vnus teneatur pro alio, est irrationabile, & non intelligitur confirmatum per Papam per cõfirmationem generalem in forma communi, n. 19.*

20 *Superior altius subditus & Legatus non potest confirmare statuta contraria iuri communi.*

21 *Statutum non dicitur confirmatum, si non probatur quod præcessit ipsam confirmationem.*

22 *Statutum non publicatum non ligat, & redditur inutile, quamuis in eo adesset clausula quod ex nunc obseruetur, nu. 23.*

24 *Scientia statuti non sufficit non facta publicatione.*

25 *Statutum valet, vt vnus teneatur pro alio imminente necessitate, & causa vrgente, duraturum tamen quatenus permanet talis causa.*

26 *Statutum in præiudicium certarum personarum non semper potest fieri propter publicam vtilitatem, quando videlicet damnum priuati esset maius, quàm vtilitas, n. 27. & 28.*

29 *Statuta, vt quis teneatur pro alio non procedunt quando tertius, qui pro alterius delicto obligatur, non est in culpa in illatione damni: adeo vt requiratur scientia damni inferendi, & quod illud prohiberi potuerit. Declara vt nu. 30.*

31 *Princeps potest inducere præsumptionem culpæ.*

CAPVT CCCCLXIX.

PRo validitate statutorum exhibitorum videbatur concludendum, Cum Vniuersitates
1 possint statuere, † vt pro delictis aliorum aliqui
teneantur, vel ad emendationem damni illati, vel ad alias pœnas pecuniarias, quando fiunt ex iusta causa, vt videlicet magis reprimatur improborum audacia, & ne depopulationes, aut deprædationes fiant, quasi omnia ista publicam vtilitatem respiciant, & tunc alia statuta dicantur iusta, & æqua Bald. *in l. si quis non dicam rapere 5. colum. 4. in princip. versic. & ideo iuxta prædicta, nu. 6. Cod. de episcop. & cleric. Ossasc. decis. 88. nu. 5. Bartol. in l. iure,*
2 *nu. 2. Cod. de fabricens. lib. 11.* † vbi de statuto quod
vno de agnatione delinquente teneantur Vasqu. *controuers. illust. cap. 32. num. 16. Paris. consil. 158. nu. 6. & 7. lib. 4. Menoch. præsumpt. 31. n. 19. cum seq. lib.*
3 *5.* † vbi de statuto quod vicini teneantur de damno dato in Castro, seu Villa, *Calcan. consil. 39. Tiraquell. de pœn. temper. caus. 23. nu. 11.* Quamuis enim videatur contra ius diuinum, & humanum, vt quis
4 pro alio teneatur absque aliqua culpa, † Tamen
indistinctè talia statuta tolerantur, cum loco culpæ succedat causa publicæ vtilitatis, quæ facit illa valere *Bald. in l. sancimus 22. ad med. C. de pœn. & in c. cognoscentes, n. 2. de constitut. Alex. ad Bart. in*
5 *l. iure, C. de fabricensib. lib. 11.* † Et passim admitti
huiusmodi statuta concludunt omnes stante dicta causa, prout plura refert *Menoch. de arbitrar. cas. 345. n. 9. vsque ad n. 17. & Carthar. de execut. sentent. capt. bandit. in præfat. num. 73. vsque ad 79. latè Ias. in l. si quis in fine, §. 1. n. 3. Cod. de inofficios. testam. & in §. actiones, n. 71. cum seq. instit. de action. cum alijs per Caball. resolut. crimin. cas. 149. n. 15. vsque ad 32. Gabr. de iur. quæs. non tollen. concl. 3. num. 18. & 19. Dec. cons. 64. diligenter, num. 3.*

Neque obstat, quod ciuitas non possit statuere ad-
6 uersus iura singularum personarum, † neque sin-
gulos obligare, adeò vt neque in hoc sufficiat maior pars, sed omnes debeant interuenire, & esse cõcordes *Glo. in l. 1. in verb. aut legem, post med.*
7 *versi. non autem ideò, C. quæ sit long. consuetud.* † Quia
istud procedit quando non adesset causa, secus

autem

autem illa existente *Imol. in c. si. col. 9. post med. vers. sed certe potest dici, nu. 37. de consuetud. per text. in l. venditor, §. si constat. ff. commun. prædior.* & declarat etiam *Felin. in c. 2. num. 2. vers. sed ista limitatio, de constitut. Natt. cons. 12. nu. 4. vers. sed respondendo.*

Cum etiam prædicta habeant locum, quando vniversitas vellet præiudicare singularibus personis pro facto, quod non tangeret principaliter ipsam
8 vniuersitatem, sed singulos ciues, † vt putà si ciuitas fideiussisset pro priuato, & ratione huius fideiussionis vellet obligare bona singulorum, tunc enim non posset, secus autem quando haberetur respectus ad fauorem publicum, & ad negocium, quod spectaret ad necessitatem, & vtilitatem pu-
9 blicam, † Tunc enim per pactum, & statutum ciuium possunt obligari etiam absentes, & furiosi, & particulares, quasi tunc negotium sit principaliter vniuersorum, & secundariò singulorum, cum enim singuli possint cogi ad collectas soluendas pro huiusmodi causa, poterunt etiam obligari Bald. qui ita prædictam glosam declarat *in l. 2. nu. 6. versic. quæro numquid per pactum, Cod. quæ sit long. consuetud. Natt. consil. 12. n. 4. vers. item. Alex. in l. si se non obtulit 4. in fin. princ. vers. secundum, num. 4. ff. de re iud.*

Et ita etiam declaratur *text. in § quoniam vero. & ibi*
10 *gloss. in verb. vicis, auth. vt nulli iudic.* † vbi non potest Magistratus punire vnam contratam pro aliquo delinquente; Quia intelligitur quod hoc faceret suo arbitrio absq; causa, secus si ex arbitrio legis, & statuti, seu consuetudinis prout declarat
11 *Bald. in rubr. C. res int. alios act. nu. 4.* † vbi etiam quod talia statuta sunt tolerabilia propter istam causam quamuis non laudabilia *Ias. in §. actiones, n. 71. instit. de act. & in l. de quibus, num. 57. de legib. Osasc. decis. 88. nu. 26.*

Quæ magis procedunt, quia huiusmodi statuta videntur esse conformia constitutionibus Summo-
12 rum Pontificum disponentibus, † quod pro damnis illatis per fures, & similes delinquentes teneantur Villæ, Castra, & Ciuitates ad restitutionem parti læsæ, eiusque hæredibus, & ad soluendum tantundem Cameræ Apostolicæ quantum illa damna fuerint æstimata, vt in constitutione *Pij V. 3. Nonas Iulij 1566. sub rubr. contra homicidas, Bannitos, & facinorosos ad fin. & 8. Iunij eiusdem anni 1566. sed rubr. Confirmatio litterarum Iul. II. & Leonis X. contra Dominos locorum, & Communitates non custodientes eorum territoria.*

Quidquid tamen sit de prædictis, Aliud concluden-
13 dum est in casu de quo agimus, † Sumus enim in communitate, & populo non libero, neque habente iurisdictionem, ob quem defectum non datur facultas condendi statuta *Innoc. in c. cum accessissent, nu. 2. de constit. Bart. in l. omnes populi, quæst. 1. de iust. & iur. & in l. si quod extraordinarium, n. 4. vers. sed ego dico aliter, C. de legat. lib. 10. Alexand. consil. 116. in princ. lib. 6. alias consil. 41. lib. 5. Socin. Iun. cons. 30. n. 11. lib. 1.*

Nec aduersatur quod quilibet populus etiam non
14 liber possit facere sibi statutum † *Natt. cons. 12. n. 1. cum aliis per Coler. de process. execut. p. 3. c. 1. nu. 3. & 14.* Quia hoc procedit in his, quæ priuatam vtili-
15 tatem respiciunt, secus in his, † quæ principaliter spectant ad publicum commodum Bart. *in l. si quod, nu. 4. in princ. in 4. notabili, C. de legat. lib. 10.* & ista est verior opinio, quod Ciuitates subiectæ ex consuetudine seruata non possunt statuta con-
16 dere † *Bald. in l. omnes populi, n. 6. colum. 2. vers. præterea nullus, de iust. & iur. & cons. 407. præsumendum est, num. 2. lib. 2. Franc. decis. 2. n. 31. Alex. in l. si se non obtulit, in fi. prin. n. 24. vers. vel potestis respondere, de re iudic. Rot. diuers. decis. 536. & 780. num. 3.*
17 *& 4. part. 1.* † vbi quod res est sine difficultate stante Ægidiana, *lib. 2. cap. 36.* quę extenditur per Paul. III. ad totum statum Ecclesiasticum.

Neque obstat prætensa confirmatio Superioris, Quia
18 sumus in statutis odiosis, & iniquis, † irrationabilibus, vt vnus teneatur pro alio Menoch. *consil. 27. nu. 35. lib. 1. post Calcan. consil. 66. num. 13. Mars. sing. 362. & 244. Dec. in l. vlt. nu. 5. de pact. de iurisd. omn. iud. & in l. si filius, n. 3. C de pact. Socin. consil. 112. col. 2. ad med. vers. moneor, lib. 1.* Vnde non sufficit con-
19 firmatio generalis, † & in forma communi, quæ non trahitur ad huiusmodi statuta irrationabilia, & iuri communi contraria *Paris. consil. 19. num. 14. lib. 1. Alex. consil. 59. num. 9. lib. 1. Rot. diuers. decis. 780. n. 6. p. 1. Socin. Iun. consil. 32. n. 43. lib. 3.*

Maximè quia etiam sumus in Superiore non peni-
20 tus libero, sed aliis subdito, † cui non permittitur confirmatio statutorum contra ius commune, cum neque Legatus possit confirmare similia statuta *Rom. cons. 2. num. 2. colum. 1. ad fi. Socin. cons. 60. nu. 1. & 2. lib. 1.* & de communi testatur *Rot. diuers. decis. 780. nu. 1. p. 1. Gambar. de legat. lib. 8. c. 2.*
21 *nu. 14.* † Præsertim quia non apparet clarè de confirmatione ostendendo statutum pręcedere ipsam confirmationem cum hoc non probato, nihil confirmatio operetur; Ideo expediet videre quomodo se habeat volumen statutorum in quo dicitur esse incertum statutum de quo agimus, vt declarat *Rota diuers. decis. 780. n. 9. p. 1.*

Præterea non apparet de publicatione huiusmodi
22 statuti, Vnde sine ea non ligat, † quamuis esset factum ab habente iurisdictionem, & facultatem illud condendi, cum publicatio sit actus perfectiuus ipsius statuti, Quare sine publicatione redditur inutile, & nullius roboris, ac momenti Bald. *in cap. 1. & ibi Felin. nu. 21. de constit. Socin. Iun. cons.*
23 *30. num. 11. ad med. lib. 1.* † Quod procedit etiam si in statuto dicatur, quod ex nunc obseruetur, Quia semper intelligitur post publicationem secutam *Gloss. in element. 2. in verb. ex nunc, de hæretic.* quam
24 dicit notabilem *Thesaur. decis. 149. nu. 7.* † Ita vt neque scientia sufficeret non facta publicatione *Dec. in c. 1. num. 19. de postulat. prælat. Alex. consil. 51. col. 2. post princ. vers. nec obstat quod dicatur, lib. 7. Bald. in l. vlt. in fin. C. de caduc. tollend. Thesaur. d. dec. 149. n. 10.* & de magis communi testatur *Gabr. de legib. & constitut. conclu. 4. n. 6.*

Accedat quod debet constare de necessitate introducendi tam rigorosa remedia, & tam duras leges
25 constituendi, † Quamuis enim imminente necessitate, & legitima causa vrgente sic statui possit, Tamen non agitur modò an possit fieri, sed an expediat, adeo vt hoc sit faciendum quando talis causa vrget, & sit duraturum quatenus eadem causa permaneret, & cum sit prouisum per Summos Pontifices in huiusmodi casibus occurrentibus, non debet ciuitas aliud statuendo grauare particulares, vt in specie similium statutorum notat *Caball. var. resolut. c. 149. nu. 25.*

Vlterius videndum est an alio modo possit succurri
26 necessitatibus communitatis, † cum non semper propter vtilitatem publicam possit fieri statutum in præiudicium certarum personarum, maximè

quia in casu nostro damnum priuatorum esset maius vtilitate publica, quo casu vtilitas publica non præferretur priuatæ *l.publica, §.sunt qui putant, ff.ne quid in flum.public. Dec.in c.ratio nulla, in princ.de præbend.* Et in proposito huiusmodi ista tutorum notat *Aym.de antiq. temp.part.4.sect.vltim.num.15. & 26.* quem sequitur *Rota diuersor.*
27 *decis.50.num.16 part.2.* † Et de magno incommodo priuatorum constat propter damnum viatorum, quibus non aderit amplius commoditas hospitandi, & propter maximum præiudicium eorum, qui non poterunt amplius locare suas domos iam destinatas ad talem vsum, quæ ad alterum non possunt inseruire cum aliis, de quibus
28 in facto, † ita vt stantibus tot præiudiciis appareat magis abstinendum esse ab huiusmodi statutis, quæ debent restringi quando agitur de tam graui præiudicio tertij, quamuis fiant ob publicam vtilitatem *Socin.consil.275.col.6.in fin.num.12. vers.nam licet alias lib.2.per text.in l.1.in fin.ad municip.l.lucius, de administr.tutor. Aym.de antiq.tempor.sect.vlt.p.4.nu.26.*

Quibus addendum est quod similia statuta non procedunt, quando tertius, qui pro alterius delicto
29 tenetur † non est in aliqua culpa in illatione damni, cum semper restringantur existente culpa, seu negligentia illius; Vnde requiritur scientia damni inferendi, & quod illud prohiberi potuerit, cum in isto casu quis teneatur ex eo, quia præsumitur negligens in custodiendo suum territorium, quæ negligentia cessat in ignorante, seu in eo, qui non potest resistere, qui nec contemnere, neque negligere dicitur; Ideò cessante negligentia, quæ fuit causa statuti, cessare etiam debet pœna illius, vt concludit in specie *Ares.consil.57.colum.3. post princ. versic.præterea, num.2. Aym.cons. 3.num.16. Osasc.* qui de communi *decis.138.num.24. cum seq. & decis.88.nu.5 post Bart.in l.ne quid, num. 2.ff.de incend.ruin.& naufrag. Abb.in cap.1.num.8. de restit.spoliator. Grammat.decis.47.in princ. Bald. & Angel.in l.1.§.occisorum ff. ad Syllanian. Deci. consil.64. diligenter, colum.4. ante med. vers.cum*
30 *ergo dominus, num.5.& 6.* † Et quamuis aliqui contrarium teneant, Nihilominus loquuntur, quando constitutio, seu statutum induceret culpam, & illam præsumeret in eo, qui pro alterius damno tenetur, Tunc enim stante ista præsumptione non est aliud quærendum, & ita loquitur constitutio Pij V. Iul II. & Leon.X. vt per Farin.*q.24.n.206.*
31 *& 207.* † Potuit enim Princeps talem præsumptionem culpæ inducere *Osasc. decis.88. num.22.* Non tamen excluditur quod talis non sit casus, super quo præsumptio nascatur, *Dec.cons.64. diligenter, ad fin.vers.non obstat dum dicitur, nu.8.* Et in statuto, de quo agimus, nulla culpa præsumitur, quam neque statuentes possent præsumere tanquam non habeant merum, & mixtum imperium ex supra allegatis.

EPITOME.

Pactum iurat de instituendo fideicommissum vniuersale, & particulare, iuxta formam testamenti an expiret, si de eo non constet, vel si illud reuocetur. ¶ Conuentio de succedendo in bonis alterius an sit valida accedente eius consensu. ¶ Et an illa possit reuocari. ¶ Et quid si renunciatio sit de non succedendo. ¶ Et an dicatur continere virtualiter pactum affirmatiuum, quamuis sit concepta negatiuè. ¶ Et quando consensus superueniens conualidet renunciationem ex nunc, vel prout ex tunc. ¶ Sententia lata iuxta formam statuti an valeat, si non existat, aut sit reuocatum, ¶ Confessio relata ad instrumentum an intelligatur de eo, quod habet effectum. ¶ Laudum, vt bona deueniant ad patruum, non ad matrem per mortem pupilli, an sit nullum ob defectum consensus illius, quamuis esset factum vigore statuti, & fuisset confirmatum per sententiam Iudicis. & super eo etiam transactum cum iuramento. ¶ Ratificatio an detur in actu nullo. ¶ Et præsentia partis quando requiratur. ¶ Filia renuncians hæreditati paternæ ob legitimam habitam an possit allegare læsionem. ¶ Et quid si renunciauerit fauore conseruandæ agnationis, iuxta tenorem statutorum, quæ ferè sunt per totum orbem. ¶ Et an valeat talis assignatio legitimæ, quamuis simus in minore, etiam absque iuramento. Agens ad rescissionem seu nullitatem contractus quo casu restituat accepta. ¶ Iusiurandum an suppleat omnes defectus, licèt sit præstitum ab impubere doli capace. ¶ Absolutio à iuramento an detur stante periurio incurso.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio fratrum de faciendo fideicommissum iuxta formam testamenti paterni expirat non constito de testamento, seu illo reuocato.*

2 *Sententia lata iuxta formam statuti non valet, si de eo non appareat aut constet de reuocatione.*

3 *Confessio relata ad instrumentum intelligitur de eo, quod habet effectum, ita vt eo existente nullo reddatur etiam illa inefficax.*

4 *Pactum instituendi fideicommissum etiam iuratum non valet tanquam inducat votum captandæ mortis, & restringat libertatem testandi. Et quid in fideicommisso particulari, n. 5. & 6.*

7 *Conuentio de succedendo in bonis alterius est nulla non accedente illius consensu, qui tamen poterit reuocari.*

8 *Reseruatio conseruat ius reseruantis.*

9 *Impugnans actum non debet ex eo commodum reportare, nu.10.*

11 *Pactum de soluendo debitis vsque ad diem concordiæ excludit aliud tempus.*

12 *Retentio facilius datur, quàm petitio.*

13 *Renunciatio de non succedendo alteri ad fauorem vnius ex fratribus est nulla etiam stante iuramento, & quamuis contineat pactum negatiuum, tamen virtualiter adest affirmatiuum, n.15. & 16.*

14 *Regula prohibitiua, & nociua præualet permissiuæ, & illi quæ prodest.*

17 *Laudum, vt moriente pupillo bona deueniant ad patruum exclusa matre, est nullum, & matri non præiudicat, quamuis esset factum vigore statuti, & fuisset confirmatum per sententiam Iudicis, & super eo transactum etiam cum iuramento ob defectum consensus pupilli, & num.20.*

21 *In renunciatione facta de successione absentis nō sufficiet ratificatio eiusdem superueniens ad effectum, vt valeat prout ex tunc, cum solum intelligatur prout est nunc à die ratificationis, nu.25. & 26.*

22 *Verbum Penitus, inducit nullitatem ipso iure.*

23 *Ratificatio non datur, quæ possit retrotrahi in actu nullo.*

24 *Præsentia partis non requiritur in ratificatione actus validi, secus si sit nullus.*

27 *Pactum*

28 *Pactum de non succedendo patri, vel matri valet quando paciscens tantum percepisset, quantum legitima ascendebat, n.28.*

29 *Fœmina excluduntur propter masculos ad fauorem agnationis per statuta totius ferè orbis.*

30 *Pactum filia de non succedendo patri propter conseruandam agnationem non est contra bonos mores, & magis valet tanquam roboratum à statutis idem disponentibus.*

31 *Legitima debetur iuxta æstimationem bonorum tempore mortis, valebit tamen assignatio facta filia in vita ob renunciationem successionis paterna, num. 32. Amplia etiam in minore renunciante absque iuramento, & magis illo existente, num. 33.*

34 *Ex confessione renunciantis probatur, quod renuncians habuerit suam portionem.*

35 *Agens ad rescissionem contractus debet accepta restituere, vel realiter offerre, n.36. Idem in dicente de nullitate quando apparet de locupletatione, n.37.*

38 *Iuramentum interpositum per minorem supplet omnes solemnitates, prout etiam per impuberem doli capacem.*

40 *Absolutio a iuramento non datur stante periurio incurso, & prius debet doceri de enormissima læsione, num.41.*

42 *Læsio non consideratur in donatione, maximè si donantur bona quærenda.*

CAPVT CCCCLXX.

NOn potest agi, ve instituatur prætensum fideicommissum iuxta formam diuisionis factæ inter fratres, Etenim per eos fuit deuentum ad talem conuentionem habito respectu ad testa-
1 mentum patris, qui in eo ita disposuerat, † Vnde cum modò illud appareat fuisse reuocatum, censetur etiam expirasse pactum relatum ad idem testamentum, neque paciscentes possunt cogi, quasi per eos fuerit cogitatum, quod testamentum firmum remaneat, & non reuocetur, adeo vt illo reuocato, vel non existente, dispositio contrahentium tanquam limitata nullum effectum operetur, vt in proposito similis transactionis de fideicommisso concludit Dec. *consil.63. pro tenus facultate colum.3. ante med. versi. sed tamen prædictis non obstantib. n.5. & 6. per text. in l. in testamento, la prima, ff. de condit. & demonst. la seconda, de hæred. in-*
2 *stituend. Alex. cons.46. colum. penult. lib.1.* † Exemplo eius quod dicitur de Iudicibus, qui pronunciant secundum formam statuti, si enim illud non valet, quia forte statutum fuit reuocatum, vel quia de eo non apparet, neque valebit sententia tanquam relata ad actum reuocatum, & non existens in rerum natura *Bald. in c. cum causa, colum.2. vers. & hoc nota diligenter, num.2. de re iudic. Felin. in c.2. col.7. post princ. n.12. de rescript. per tex. in l. qui testamento, de excusat. tutor.*

Prout etiam dicimus de pacto, seu confessione rela-
3 ta ad instrumentum, quę intelligitur de eo, † quod habet effectum, cum credendum sit partes cogitasse de effectuali probatione, adeo vt illo existente nullo, censeatur etiam confessio inefficax, cum paria sint nihil contineri, vel cum effectu non posse apparere illud, quod continetur, vt in specie notat *Rom. consil.294. col.2. ad med. vers. & bonus est ratio. Parif. cons.7. n.4. lib.3. post Bald. in l. 2. n.4. C. de error. aduoc. Fel. in cap.2. col.5. n.13. de rescrip. Alex. cons.5. n.1. in princ. lib.2.* & ita ad casum fideicommissi de quo agimus arguit Dec. *consil. 63. col.4. ante fin. versic. & facit quod notat.*

Præterea talis conuentio instituendi fideicommissum non subsistit quasi in effectu videatur pactum de succedendo, quod non valet siue conue-
4 ntum sit, † vt hæreditas detur iure directo, siue per fideicommissum, quamuis etiam adesset iuramentum, tanquam sit contra bonos mores, & induceat votum captandæ mortis, & restringat libertatem testandi, & ob alias causas, de quibus per *Bart. & Purpur. in fin. C. de pact. & in l. stipulatio hoc modo concepta, vbi Alex. col.3. ff. de verb. oblig. Dec. cons.63. pro tenus, in fi. vers. videtur ergo. Alex. cons.28. n.4. cum seq. lib.5.* latè *Tiraq. de primog. q.6. n.18. Georg. Natt. in repet. c. quamuis, col.16. ver. quarto fallit, de pact. in 6. Ias. cons.87. in 3. dub. lib.1. Bertran. cons.29. post princ. lib.1. Bald. Fulgos. Castr. & alij in l. pactum, C. de collat.*

Neque obstat, quod non sumus in successione omnium bonorum, sed solum in fideicommisso par-
5 ticulari certarum rerum, † quo casu valet conuentio inter fratres de illis certo modo diuidendis iuxta doctrinam *Oldr. consil.139. cum aliis per Tiraq. de primog. q.6. n.5.* Quia vt dictum est istud pactum est relatum ad testamentum, vnde non potest operari aliquem effectum stante illius re-
6 uocatione *ex supra allegat.* † Cum etiam talis conuentio siue sit de bonis particularibus, siue vniuersalibus fuerit facta de succedendo alteri, quo casu quamuis sit in reb. particularibus non sustinetur, Contraria enim procedunt quando simpliciter quis promitteret, aut donaret aliqua sua bona post mortem, non autem quando quis vocaretur ad successionem, vel per viam substitutionis, vel similem modum, in quo adsit aliquod verbum etiam mixtum, & commune, quod successioni conuenire posset, tunc enim pactum reprobatur quamuis etiam iuramento confirmatum, vt latè concludit *Curt. Iun. consil.25. num.4. & per tot.* vbi attestatur hanc esse veram, & communem distinctionem doctorum, quam etiam sequitur *Purpur. in l. fin. num.118. cum seq. C. de pact. Dec. cons.299. petitione, colum.1. ad med. num.2.* per doctrinam *Bart. cons.12. lib.1.*

Accedat quod dicta conuentio est facta de succedendo in bonis alterius, tunc enim non valet
7 † non accedente eius consensu, quia licet in casu nostro prætendatur interuenisse, tamen talis consensus est reuocabilis, prout reuocatus fuit per patrem in secundo testamento, ideò ex eo nullum ius fuit quæsitum contrahentibus, cum requiratur perseuerantia in dicto consensu *Castr. in l. fi. in princ. C. de pact. Bald. in c. ad nostram, il 2. n.7. in fi. vers. pone filia renunciauit, & vers. item quia iniuste, de iur. iur. Dec. cons.183. diligenter consid. col.4. ante fi. vers. non obstat quod in casu isto, n.10. ad med.* Maximè quia specialiter sibi pater reseruauit facultatem aliter disponendi per aliud testamentum non obstante consensu præstito in diuisione facta inter fratres de dicto prætenso fideicommisso, quod debet plus operari vltra ius commune, nec ali-
8 quod præiudicium fit reseruanti † tanquam talis reseruatio sit iuris sui conseruatiua, *l. at si quis, §. plerique, ff. de religios. & sumpt. funer. l.3. §.1. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. Aym. cons.34. n.17.*

Pręterea propter impugnationem dictę diuisionis, & litem de qua in facto, non potest per aduersarium aliquid prætendi tanquam non obseruanti, in-

9 mù contradicenti, & impugnanti actum, † ex quo
non debet se iuuare *c.cum olim. vbi Abb.not.6.de
censib. Ruin.cons.56.n.8.lib.5.& consil.102.n.3.lib.4.
Surd.decis.196.n.2.Honded.consil.78.num.98.lib.2.*
Qua impugnatione etiam stante non potest considerari aliquod ius, quod prætenditur ab Aduersario circa vsum auctoritatis Arbitratoris, cum enim simus in actu coniuncto, & non separato
10 ab eo, † in quo quis intendit se fundare, obstat
impugnatio, ita vt non possit ex eo aliquod commodum percipi *Dec.in l.cum proponas, la 2.num.9.
C.de pact.Honded.cons.78.n.114.lib.2.*

Aliæ prætensiones non subsistunt, quia in facto constat debitum census non esse comprehensum in debitis soluendis per vnum ex fratribus cum illud fuerit contractum post suam obligationem,
11 † quæ solum loquitur de debitis factis vsque ad
diem concordiæ, & sic excludit aliud tempus *l.
fratres,ff.de pœn.Dec.cons.61.n.4. Surd.dec.203.n.1.
Ang.in l.si vno, §.si cum reo, de pact.* Prout etiam quo ad retentionem non est dubium, quod illa debet eidem competere pro eius creditis, & iuribus liquidis quæ habet contra aduersarium do-
12 nec de eis fuerit satisfactus, † cum facilius illa detur, quàm petitio *l.prætension.C.de vsur.l.credit.in
princ ff.qui pot.in pign.Ceph.cons.299.n.34.lib.2.*

Quo verò ad alia, de quibus quæritur, sunt constituendæ infrascriptæ conclusiones, quarum prima
13 est, † quod renunciatio de non succedendo fratri
absenti ad fauorem alterius fratris est nullo etiam stante iuramento, nam licèt contineat pactum negatiuum, tamen etiam continet pactum affirmatiuum virtualiter, & æquè principaliter quod ille succedat fratri, quod pactum de succedendo absque illius consensu est de iure reprobatum, & contra bonos mores, nec firmatur iuramento, & satis est quod tale votum captandæ mortis ex vna tantùm parte insurgat, dato quòd ex altera
14 parte cesset, † nam concurrente regula prohibitiua cum permissiua præualet prohibitiua *l.3. de
suspect.tutor.*& dato concursu regulæ, quæ nocet, cum ea quæ prodest, præualet illa quæ nocet *l.si
quis in graui,ff.ad Syllan. Ias.in l.si rufinus,colum.1.
de test.milit.*& ita in specie per prædictas, & simi-
15 les rationes † concludunt communiter *Doctor.in
l.fin.vbi Purpur.n.4. vsque ad 45.Cagnol.n.92.ad fi.
vers.sed pro defensione,& nu.95. C.de pact, Anchar.
cons.39.Fulgos.cons.73.* & hanc opinionem etiam seruat *Rot.coram R.P.D. Robusterio Romana hereditatis de Margarinis,* 1.*April.*1585.& 17.*Decemb.*
1585. quarum copiam inseruit *Manc.de iur.effect.*
16 62.*p.*4.† ex quibus non videtur tuta opinio *Surd.
cons.355.n.13.lib.3.* dum concludit quod valeat pactum sine consensu quando adest Iuramentum, prout etiam voluit *Thesaur.q.95.n.13.*

Quæ etiam ampliantur ad laudum arbitratorum, qui pronunciarunt, vt moriente pupillo bona de-
17 ueniant ad patruum, † & non in matrem, siue auum maternum pupilli, ex quo ipse pupillus non consensit, neque poterat consentire, quamuis etiam compromissum esset factum vigore statuti, & laudum postea confirmatum per sententiam Iudicis, & secuta transactio cum iuramento, & pœna, & date fideiussore de obseruando, quia pupillo postea morienti, mater succedit excluso patruo non obstante dicto laudo ad eius fauorem lato *Fulgos.cons.73.paterfamilias, col.2.ad fin.vers.
veriorem,n.2.* quem sequitur *Purpur.in d.l.fi.n.*43.
& 45.*C.de pact.* vbi quod est notandum tanquam contineat magnam extensionem *ad d.l.fi.*vt etiam locum habeat in laudo, & sententia,cum qua con-
18 currat pactum, † quidquid aliàs pactum sententia
roboratum sit fortius *glos.in clem.dud.§.fi.in verbi
pacta, de sepultur.*Et est ratio, quia sententia con-
19 tinens confirmationem laudi est nulla, † cum in
confirmante perseueret vitium, quod aderat in sententia confirmata *l.1.§.1.ff.quæ sent.sin.appellat.
20 rescind.Fulgos.cons.73.n.4.*† & idem in laudo concludit etiam *Butr.cons.76.& 77.*

Secunda conclusio. Ad effectum validitatis renunciationis factæ de successione absentis, non suffi-
21 cit superueniens eiusdem ratificatio,† Nam quamuis consensus tacitus sufficeret cum actu positiuo, prout etiam sufficeret ratificatio superueniens in terminis *l.fin. C.de pact.* Tamen intelligitur, vt valeat ex nunc, id est à die ratificationis subsecutæ, sed non vt ex tunc, quando fuit facta renunciatio, & ideò sola ratificatio non satis esset, cum etiam requireretur noua voluntas, ex quo enim lex resistit illi renunciationi factæ absque consensu eius, cuius successioni renunciatur, nulla nascitur obligatio, & requiritur nouus consensus renunciantis, neque sola ratificatio sufficit, Nam huiusmodi pactum fuit omnino, & ipsò iure nul-
22 lum, † propter illud verbum, penitus, de quo in
dict.l.fin.C.de pact. quod inducit nullitatem ipso iure *Purpr.ibid. ampl.6.nu.39.* vnde in actu nullo
23 non datur ratificatio, quæ possit † retrotrahi
Bar.in l.obseruare, qu.1. de offic.procons.Dec.& alij in l.quod ab initio, in fi.& in l.semper, qui non prohibet, de reg.iur.dec.5.n.2.de iur.patronat. & multa
24 addnxi supra c.124.post *Surd.decis*.246.† Et licet
in ratificatione actus validi non requiratur præsentia patris *glo.in l.Pomponius,la 1.de neg.gest.*Tamen secus est quando ratificatur actus nullus *Aret.consil.127.ex nimine domine collateralis,col.2.& 3.*
Quare meritò iste consensus superueniens non operatur de per se, nec pacto potest conualidari per retrohabitionem, sed ita demum operabitur, si partes, quæ prius passæ sunt, essent præsentes, ita vt tempore consensus nouum saltem, & tacitum pactum induceretur argumento *l.si liqueat,ff.
25 de inoffic.donation.* † & ita in proposito concludit
*Purpur.in l.fi.n.88.ad med.versic.ponderetis, & ibi
Claud.de Seisell.n.3.& 11.Bolognett.n.46.Cagnol.n.
67.dubit.4.in fi.C.de pact.*& hanc opinionem tanquam veriorem sequitur *Rot.coram R.P.D. Robusterio Romana hæreditatis, de Marganis 17.Decembris* 1585. de qua per *Mancin.de iuram.p.4.effect.
62.num.7.Aym.cons.39.n.13.*

Nec refert, quod in hoc casu multi teneant sufficere ratificationem, & superuenientem consensum, vt
26 † patet ex pluribus relatis per *Alex.consil.113.nu.
18.lib.6.latè Decius consil.31.pro tenui facultate, col.
3.ad med.versic.præterea posset dici, num.4. ad med.*
Quia ista vera sunt, vt talis ratificatio valeat ex nunc, non ex tunc, vt dictum est ex *Rota in d.decis.
coram R.P.D. Robusterio Romana hæreditatis de Marganis, cum aliis supra adductis.*

Tertia Conclusio. Pactum de non succedendo patri, vel matri, aut similibus valet, quando paci-
27 scens tantum percepisset, † quantum sua legitima ascendebat, hoc enim casu dicitur præuenisse ille, de cuius successione perdenda facta est conuentio *l.si non mortis 24. de inoffic.testam.* & ita in specie concludit *Bart.in l.1.§.si parens, in pr.vers.*

non

non placet, ff. si a parent. quis sit manum. & in l. vlt. n.
7. ad med. q. 2 vers. si vero non est admixtum, & ibi
Purp. n. 182. C. de pact. Georg. Natta in c. quamuis, in
pr. n. 5. vers. tertio fallit, eod. tit. in 6. tit. 5. fol. 103. Bal.
in l. cum oportet, §. non autem, ad fi. n. 8. C. de bon. quæ
liber. per text. in l. cum quo. ff. ad leg. falcid. & l. vlt.
ff. de pecul. & sequitur Abb. cons. 116. n. 2. col. 2. in pr.
28 lib. 2. † vbi quod hæc opinio à nemine reproba-
tur, cum enim habuerit ista bona in vita habuit
plus ratione temporis, quasi ei non deberentur,
nisi post mortem patris, l. 1. §. si impuberi arrogato,
ff. de collat. bon. Idem latè voluit Dec. cons. 616. viso
contractu celebrato, n. 6. per l. de fideic. de trans. cum
alijs per Alex. cons. 180. & 181. lib. 5. Butr. in l. pactū
quod dot. C. de coll. Ias. in l. frater a fratre, col. vlt. ad
fi. vers. sextò fallit, de cond. indeb. & in l. quod Seru.
ad fi. vers. licet posset dici, ff. de cond. caus. data.

Quarta Conclusio. Stantibus statutis, & consuetu-
dinibus tam Regni, quàm totius orbis, fœminæ
excluduntur propter masculus ob rationem con-
29 seruandæ agnationis, † vt bona remaneant in fa-
milia, Vinc. de Franc. ad consuet. Neapol. de success.
ab intest. col. 4. in princ. Affl. super const. consl. regn.
rub 23. incip. in aliquib. lib. 3. Curt. iun. cons. 150. col. 1.
Socin. cons. 30. col. 4. vers. circa quartam, & cons. 31.
30 col. 1. lib. 1. Vnde cum adsit conclusio statuti, † mul-
tò magis valebit pactum illi conforme, neq; hoc
casu dicetur contra bonos mores, Tiraq. de iur.
primoge. q. 7. n. 1. & 6. post Bald. in l. cum archimedo-
ram 4. col. vlt. vers. sed numquid per consuetud. n. 12.
C. vt in possess. legat. Ang. cons. 66. visis, col. fi. Auffr.
ad decis. Capell. Tholo. 453. n. 5. vers. quinimmo tenet.
Imol. in l. ille autem, in fin. ff. de heredib. instit. &
concludunt Bart. Salic. Castr. Corn. & alij commu-
niter in l. pactum, C. de collat. Dec. cons. 316. quoniam
causa, col. 2. in princ. vers. non obstat, num. 5. & 6. &
cons. 578. viso, col. 3. n. 9.

Quinta Conclusio. Legitima quamuis debeatur se-
31 cundùm æstimationem bonorum, † quæ reperi-
untur tempore mortis, l. cum quæritur. ff de inoffic.
testam. Tamen potest assignari in vita filiæ quæ re-
nunciauit ad commodum fratris successioni pa-
ternę, & talis assignatio dicitur ad fauorem ipsius,
non solùm qui soluitur ante tempus, sed etiam
quia ipsa filia potuisset decedere ante nos, quo-
rum bonis renunciauit, & quia potuisset habere
minus in [illegible] bonis tempore mortis, quàm ha-
32 buit de præsenti: † Vnde propter istos dubios e-
uentus, & talem incertitudinem remanet valida
dicta conuentio, Dec. cons. 616. viso contractu, col.
2. in fi. vers. & talis assignatio, n. 6. vbi quod est mul-
tum ponderanda ratio obitus ante eos, quorum
hæreditati renunciatur, prout etiam considerat
Bart. in auth. si qua mulier, in fi. n. 22. vers. item pos-
sibile est, C. de sacros. eccles. Alex. cons. 180. n. 2. ante
med. vers. ita quod ratione dubij euentus, & ibi Natt.
in addit. in verb. quæ tunc habebat, lib. 5.

Et prædicta habent locum, quamuis simus in mino-
re renunciante, & quamuis etiam non adesset iu-
33 ramentum, † vt per Purp. in l. vlt. n. 183. C. de pact.
Vnde quando interuenit iuramentum nulla ad-
est dubitatio, vt dicit Alex. cons. 180. nu. 2. ad fin.
vers. bene faciunt notare, lib. 5. & cons. 181. nu. 3. & 4.
34 eod. lib. Purp. in l. vlt. n. 183. in fi. C. de pact. † vbi e-
tiam num 182. quod ex confessione renunciantis
probatur filiam habuisse suam partem, nisi con-
trarium probaretur per eam allegando errorem,
iuxta l. error. C. de iur. & fact. ignor.

Sexta Conclusio. Renuncians hæreditati paternę ad
fauorem fratrum accepta sua legitima, si agat ad
rescissionem contractus ob aliquam prætensam
35 læsionem † debet prius restituere quod accepit, &
quidquid ad manus illius peruenit, l. si à te, C. de
pact. inter empt. & vend. l. quod si minor, §. restit. ff.
de minorib. Abb. cons. 62. in fi. lib. 1. Felin. in cap. cum
36 causa, n. 10. de re iudic. Aym. cons. ... nu. 14. † Ita vt
non sufficiat oblatio, nisi sit realis, & in effectu
Calcan. cons. 26. col fin. Old. de restit. in integr. q. 47.
art. 3. num. 14. Simon. de Pret. cons. 74. nu. 18. Immo
quamuis etiam prætenderetur nullus contractus
37 † non simplex rescissio: Tamen quando apparet
renunciantem fuisse factum locupletiorem, sem-
per est locus restitutioni acceptorum non ob-
stante nullitate actus, Bart. in l. prædiorum, n. 1. C.
de præd. minor. Bald. & Alber. in l. 1. C. si aduers. cre-
ditor. Ang. in §. 1. instit. de auctor. tutor. Socin. consil.
115. col. fi. n. 13. lib. 1. Dec. cons. 60. viso themate, col. 3.
in princ. Roland. cons. 7. n. 28. lib. 1.

Septima conclusio. In renunciationibus, quæ fiunt
in partibus Regni per mulieres non requiritur
decretum Iudicis, aut consensus proximiorum,
sed sufficit quod adsit Iudex ad contractus, &
38 Mundualdus, † quibus etiam non existentibus sa-
tis esset, quod fuerit adhibitum iuramentum, per
quod omnia supplentur, iuxta auth. sacram. pube-
rum, C. si aduers. vend. & concludunt omnes com-
muniter in l. fi. C. de pact. & in l. pact. quod dotale, C.
eod. tit. & in l. pact. dotale, C. de collat. And. Gail. ob-
seru. 147. in prin. lib. 2. Paris. cons. 24. n. 45. & 46. lib.
2. per cap. quamuis, de pactum, in 6. Graff. in §. suc-
cessio ab intestato, q. 10. nu. 4. latè Cros. in l. stipulatio
hoc modo concepta, n. 30. cum seq. de verb. oblig.

Quod procedit, quamuis etiam essemus in impube-
39 re doli capace, † quem iusiurandum ligat non se-
cus ac si esset pubes, Graff. qui de communi in §.
successio ab intestato, q. 11. n. 2. in fi. Abb. cons. 39. n. 1.
in fi. lib. 1. & cons. 108. nu. 2. lib. 2. Dec. in l. pupillum
111. n. 4. ff. de reg. iur. Alex. in l. qui iurasset, in princ.
de iur. iur. Fulgos. cons. 217. Ias. in auth. sacramenta
puberum, col. 4. post Bart. Corn & alios ibi commu-
niter, C. si aduers. vendit. Quidquid aliter sentiat
Conarr. in c. quamuis, §. 1. p. 3. n. 3. de pact. in 6.

Ex quibus concluditur valuisse renunciationem de
qua agimus, cum neptis habuerit scuta duodecim
millia pro dote, iam sunt anni viginti duo, de quo
tempore erat magna dos, ita vt inspectis faculta-
tib. quibus prætenditur renunciatum propter fa-
uorem cognationis, non possit considerari aliqua
læsio, cum præsertim fuerit præuentum in tem-
pore in dando istam legitimam, quæ magis ex-
cludit læsionem propter incertitudinem vitæ re-
nunciantis, vt dictum est in tertia & quinta con-
clusione: Maximè quia non constat de restitutio-
ne acceptorum, nec de aliqua oblatione, quæ erat
facienda, quamuis prætendatur nullitas, cum ap-
pareat renunciantem fuisse factum locupletio-
rem, & adhuc extent loca montium, & prædia, in
quibus fuit dos collocata, vt in sexta conclusione:
Non obstante defectu solemnitatum statuti Vr-
bis, quæ in partibus Regni non attenduntur, tan-
quam renunciatio fuerit facta coram Mundual-
do, & cum alijs requisitis, quæ ibi seruantur inter-
ueniente præsertim iuramento, quod ligat etiam
impuberem doli capacem, vt in septima conclusio-
ne, licèt neque ætas fuerit probata, cum fides bap-
tismi, non sit in forma probandi, & extracta ex li-

bro, in quo parochus adnotabat expensas do-
mus, & familiæ. Cum etiam ista renunciatio suc-
cessionis paternæ habeat robur à consuetudini-
bus Regni excludentibus filias dotatas, ex quibus
magis pactum conualidatur, vt *in quarta conclu-
sione.* Adeo vt non sit quærendum de adductis *in*
40 *prima & secunda conclusione.* † cùm solùm sufficiat
periurium incursum per renunciantem, tanquam
non constet de absolutione à iuramento, quæ ne-
que amplius est concedenda stante dicto periu-
rio (*Corn.consil.6.colum.penult.versic.in casu autem,
lib.1.Menoch.consil.24.n.17.Felin.in cap.1.num.28.
colum.2.in fin.versic.septimo quæro de iur.Alexand.
consil.66.num.14.lib.6.*quod est duplicatum *consil.
222.num.9.lib.1.& cons.17.num.4.lib.3.Cagn.in l.si
quis maior, num.153.Cod.de transact.*Roland.qui de
magis communi *consil.26.num.30. lib.3. & consil.
34.nu.2.lib.1.Caputaquens.decis.392.lib.1.in manu-
script.Rot.coram R.P.D.Ortembergo Romana nulli-
tatis obligationis 22.Iulij 1604.& in Signatura San-
ctissimi Ianuen. periurij 1611. & Segnina Castrorum*
1612.quidquid aliter dicat *Mancin.de iur.quæst.6.*
41 *part.6.* † Et ita in Signatura Sanctissimi fuit re-
scriptum in hac causa *Romana prætensæ relaxatio-
nis à periurio,10.Aprilis,1616.referente R.P.D.Na-
ro*, cum fuerit mandatum concedi petitam abso-
lutionem, constito prius de enormissima læsione,
de qua non potuit constare ex supra allegatis,
cum etiam vltra adducta non solùm sit renuncia-
tum iuxta formam statutorum, & consuetudi-
nem excludentium fœminas propter duodecim
millia scuta recepta, vt dictum est, sed etiam quia
facta fuit donatio titulo irreuocabili inter viuos
cum clausulis amplissimis de quibus in instrumen-
to, adeo vt ex hoc tollatur omnis prætensa læsio,
42 † quæ non debet considerari in donatione tan-
quam ex liberalitate procedat *l.1.de donat.* Maxi-
mè quando donantur quærenda non quæsita, in
quibus minus læsio attenditur *l. si fideicommisso,
Cod.de transact. l.si pater puellæ, C.de inoffic.testam.
Castrens.cons.174.contra superius, colum.2.post med.
lib.1. Aym.cons.114.nu.13.Curt. Iun.cons.47.colum.
3.versic.quia puto, & vers.ex præmissis.*

EPITOME.

Fructus pendentes mortuo feudatario, & em-
ptore prædij ad vitam quomodo diuidantur. ¶ Et
quid in hæredibus vxoris, & in venditione cum
pacto de reemendo, & in emphyteusi finita abs-
que culpa emphyteutæ, & domo vendita, quæ
prius erat locata pro annua pensione. ¶ Vsufru-
ctuarius quando faciat fructus suos, & transmit-
tat ad hæredes. ¶ Concessio ad vsum, & vsumfru-
ctum an intelligatur quo ad proprietatem. ¶ In
legato fructuum prædij quotannis dum viueret,
vel cum esset vidua, quomodo sit facienda diui-
sio, si legataria non vixerit per totum annum, vel
statim non nupserit.

SVMMARIVM.

1 *In emptione vineæ facta ad vitam, si moriatur em-
ptor fructibus pendentibus, debet fieri diuisio pro
rata temporis, nu.2.3.& 10.*
4 *Fructus pendentes mortuo feudatario non spectant ad
dominum, sicut ad vsufructuarium, sed fiet diuisio
pro rata temporis. Et quid in marito, hæredibus
vxoris, & emptore cum pacto reuendendi, & em-
phyteusi finita sine culpa emphyteutæ, nu.5.*
6 *Vsufructuarius non facit fructus suos, nisi sint a solo
separati per se, vel per alium, ideo non recollectos
non transmittit ad hæredes.*
7 *Emptor ad vitam habet plus iuris in re empta, quam
vsufructuarius, & colonus.*
8 *Vinea concessa ad vsum, & vsumfructum intelligitur
data quo ad proprietatem tam in contractibus,
quàm in vltimis voluntatibus, num.9.*
11 *Maritus dicitur habere dominium rei dotalis.*
12 *In domo vendita, quæ prius erat locata pro annua pen-
sione, emptori pro rata temporis debetur pensio.*
13 *In legato fructuum prædij quotannis dum viueret, vel
cum esset vidua, vel permanserit in monasterio,
quomodo sint diuidendi fructus si per totum annum
non vixerit legataria, vel non nupserit statim.*

CAPVT CCCCLXXI.

PRo rata temporis Dixi fructus de quibus agi-
mus pertinere ad hæredes emptoris, Cum e-
1 nim simus in emptione vineæ facta ad vitam † si
moriatur emptor fructibus pendentibus debet
fieri huiusmodi diuisio pro rata, Quia talis em-
ptor in vita erat dominus, & plus iuris habet
quam colonus, seu vsufructuarius, adeo vt vendi-
tor teneatur cedere pro dicto tempore actionem
hæredibus emptoris, ita in specie concludit *Bart.
Socin.in l.qui Roma, in princip.num.20. in fin.ff.de*
2 *verb.obligat.* † vbi quod ita respondit in casu oc-
currenti, & quod etiam idem consuluerunt multi
Aduocati Florentini, videlicet Iacobus de Ric-
cis, Franc.de Empoli, Stephanus Bonacutus, & Ia-
cobus Rosellus, prout etiam multi Aduocati Se-
nenses, inter quos Mar.Socin.Sen.quod etiam re-
petit idem Bartholum.Socin.*consil.42.in fin.lib.2.*
& comprobat etiam *Couarr.lib.1.var.resolut.cap.
15.n.7.in fin.Io.Coppen.decis.90. Hartman.Pistoris*
3 *lib.1.q.24.n.1.* † quem refert & sequitur *Ludouic.
Schrader.de feud.2.p.9.par.princ.sect.3.n.84.fol.535.
Costa de portion.rata.q.114.num.2.*
Quod etiam comprobatur per *text. in cap.1.§. is con-
sequenter. vbi Alth̄rott. in tit. hic finit. lex corrad.*
4 vbi † mortuo feudatario fructus pendentes non
semper spectant ad dominum, sicut ad vsufru-
ctuarium, Quia feudatarius est dominus, habet
plus iuris, ideo pro rata temporis fiet diuisio *So-
cin.in d.l.qui Romæ, in princ.num.22.de verb.oblig.
Schrader.* qui de communi *de feud.2.part.9.part.*
5 *princ.sect.3.n.82.* † vbi latè comprobat ex simili-
bus de marito, & hæredibus vxoris, & de empto-
re cum pacto de retrouendendo, & de emphyteu-
si finita sine culpa, ac delicto emphyteutæ, cum
distinctionibus tamen, de quibus latè *Cuman.
Ias.Socin.Alex.& alij in l.diuortio in princ.vbi Bar-
bos.p.2.ff.solut.matrim. Tiraq.de retract.conuent.§.
5.gl.4.n.1.vsque ad 11. Honded.cons.85.n.1.cum seq.
lib.2.Castigl.de vsufr.c.77.per tot.*
Non obstat quod vsufructuarius non facit fructus,
6 suos, nisi fuerint à solo separati, † vel per se, vel
per alium, & ideo non recollectos non transmit-
tit ad hæredes *§.is vero ad quem.& ibi Aret.in prin.
instit.de rer.diuis. l.in singulos, in fi.de annu.leg.cum*
7 *aliis per Surd.cons.227.num.2.lib.2.* † Quia emptor
ad vitam habet plus iuris in re empta, quàm vsu-
fructuarius, & colonus, cum sit dominus, & pro-
prietarius vsque ad diem obitus *Gloss. in l. Titia*
cum

cum testamento 35. in fin. in verb. voluntatem, & ibi Bart. in §. item in princ. ff. de legat. 2. Idem Bart. in l. donationes in concubinam 34. §. species, ad med. de donat. Socin. in l. qui Romæ, in princ. n. 21. & 22. de verb. oblig. & consil. 41. in fin. lib. 3.

Neque est dubitandum in casu nostro fuisse concessam proprietatem vita durante, cum fuerit
8 vendita vinea ad vsum, & vsumfructum, † tunc enim dicitur etiam data proprietas, nam quando in primis est facta concessio rei, dicitur translatum dominium, quod tamquam inductum ad fauorem illius non operatur restrictionem, sed ampliat dispositionem, ita vt pleno iure dominij illud habeat, & non per solum vsum, & vsumfructum *Bal. in l. si mulier, n. 2. C. de iur. dot. Iass. in l. cum his, §. si vni, de transact. Alex. cons. 150. in prin. lib. 7. Cephal. cons. 158. n. 4. lib. 2. Socin. consil. 102. num. 10.*
9 *lib. 3. Menoch. præsumpt. 133. n. 11. lib. 4.* † Quod procedit siue simus in concessione facta in vltima voluntate, siue in contractibus *Bald. in l. 2. nu. 10. C. de inoffic. testam. Cremen. sing. 34. Afflict. dec. 401. nu. 6. & Capic. decis. 188. num. 8. Curt. Iun. cons. 38. num. 6.*

Quibus addendus est *Guter. Canonic. quæst. lib. 1. c. 33. num. 27.* vbi etiam approbat supradictam opinio-
10 nem, † quod in emptore prædij ad vitam fiat diuisio fructuum pendentium pro rata temporis, quo vixerit emptor, quoniam hic habet dominium, & sic plus iuris, quam vsufructuarius, vt supra dictum est *ex gloss. in l. item, §. fin. de leg. 2.* Vnde cum restitutio fiat ex necessitate, æquum est, vt fructus restituantur ob eandem rationem, ob quam fit diuisio fructuum pro rata cum marito,
11 qui † etiam dicitur habere dominium rei dotalis constante matrimonio *l. doce ancillam, C. de rei vendic. Socin. cons. 44. n. 8. lib. 3. Guter. d. c. 33. n. 27. in*
12 *fin.* vbi etiam *n. 26.* † quod idem est in domo vendita, quæ prius locata erat pro annua pensione, seu venditio præcesserit diem solutionis pensionis, siue eam fuerit subsequuta pro rata temporis, pensio ad emptorem pertinebit si quidem pensio in prædio vrbano soluitur pro fructibus, qui quotidie percipiuntur, scilicet pro eius vsu & habitatione, quod in terminis probauit Couarr. *lib. 1. var. resolut. c. 15. n. 3. vers. sed etiam, col. 3.* quamuis in prædictis pensionibus aliter distinguat *Gomes. de empt. & vendit. tom. 2. c. 2. num. 11.*

Notandum tamen est, quod aliud esset in legato fru-
13 ctuum prædij alicui facto quotannis † dum viueret, vel cum esset vidua, vel intrauerit in aliquo monasterio, Nam licèt persona hæc, cui sit huiusmodi legatum non vixerit per totum annum, sed aliquo tempore ipsius anni, vel non nupserit statim, vel post tres, vel quatuor menses. Tamen debet consequi integrum legatum illorum fructuum per tex. notabilem *in l. à vobis § ff. de ann. leg.* prout ita concludit *Signorol. de Homod. cons. 53.* quem refert, & sequitur *Iass. in l. diuortio, nu. 7. ff. solut. matrim. & Auen. respons. 5. n. 5. vers. quæ supradicta sunt. Guter. canonic. qu. lib. 1. c. 33. n. 28.* cum distinctione tamen, de qua per *Socin. cons. 10. nu. 14. lib. 1.* vbi etiam allegat duos versus: *Annua si debes, tunc inspicias caput anni. Anno si debes in fine tenebris eum, l. qui hoc anno, ff. de verb. oblig.*

EPITOME.

Donatio inofficiosa re, & consilio facta vni ex filiis per matrem an reuocetur in totum, vel solùm quo ad legitimam. ¶ Et quid si donatum esset extraneo. ¶ Dos excessiua an possit reuocari constante matrimonio. ¶ Titulus dotis quando sit onerosus tam respectu viri, quàm mulieris. ¶ Consensus filij quo casu excludat reuocationem inofficiosæ dotis. ¶ Et an sufficiat tacitus, vt sibi præiudicet in legitima. Dos data filiæ spuriæ excedens quantitatem alimentorum an possit repeti viuente marito. ¶ Filia quando dicatur se liberare ab obligatione conferendi dotem abstinendo ab hæreditate paterna.

SVMMARIVM.

1 *Dos excessiua censetur mera donatio, & reuocatur in excessu, etiam constante matrimonio, num. 2. & 3. Amplia siue dos consistat in stabilibus, siue in pecunia, num. 17.*
4 *Dos data filia spuria excedens quantitatem alimentorum potest repeti etiam viuente marito.*
5 *Legitima filiorum, si est diminuta in fraudem legis, est supplenda sine aliqua mora vel dilatione.*
6 *In excessu alimentorum datorum filia spuria agitur de damno aliorum filiorum, & in fraudem legis.*
7 *Titulus dotis respectu mariti est omnino onerosus. Intellige vt nu. 8.*
9 *Filia tenetur conferre fratribus, quamuis duret matrimonium.*
10 *Filia potest se liberare ab obligatione conferendo dotem abstinendo ab hæreditate paterna. Declara vt numero 11.*
12 *Dos respectu filia dicitur titulus lucratiuus.*
13 *Dos inofficiosa reuocatur quatenus opus est, vt legitima aliorum filiorum suppleatur.*
14 *Reuocatoria dotis inofficiosa non datur contra maritum, sed aduersus mulierem, n. 16.*
15 *Veniens accessione sui auctoris debet vti cum sua causa, suisque vitiis.*
18 *Consensus filij excludit reuocationem inofficiosa[illegible]*
19 *Solutio mei mandato non dicitur sponta[illegible]*
20 *Consensus filij qui ad dotem inofficiosam non debet esse tacitus, sed expressus, vt sibi præiudicet in legitima, num. 23.*
21 *Agnitio iudicij patris inofficiosè donantis non sufficit, sed requiritur, vt filius agnoscat animo renunciandi.*
22 *Agnitio specialis inducit approbationem, non generalis. Intellige in debito legitimæ, secus in aliis, numero 24.*
25 *Donatio inofficiosa re, & consilio facta per matrem vni ex filiis, non reuocatur in totum, sed respectu legitimæ tantum, quidquid aliud sit quando fieret extraneo.*

CAPVT CCCCLXXII.

REuocatio dotis de qua agimus, est concedenda etiam constante matrimonij, quatenus
1 nus enim est excessiua † censetur mera donatio, & ideo est reuocandus excessus etiam viuo marito, cui non reuocatur tota dos, quia semper ad eum remanet, quatenus valet legitima vxoris, vt æqualitas inter illius seruetur, Et quamuis facta hac reuocatione vir habeat minorem dotem, quã ei fuit promissa. Tamen sibi imputet non procurando alios filios consentire, vel non sibi præcauendo cum fideiussoribus pro securitate dotis

per socerum conuenta, Ita per supradictas ratio-
nes & similes concludit *Castr. in l. 1. in prin. & n. 5.
Cod. de inoffi. dotib. Rip. in l. 1. nu. 68. ad med. ff. solut.
matrimon.* & ita sæpius fuisse iudicatum testatur
Franc. qui alios allegat *decis. 104. nu. 1. cum seq. & in
addit. quæ est posita post p. 4.* vbi etiam allegat Go-
mes. *in l. 29. tauri, nu. 34. & ibi Auendan. gl. 5. num. 3.*
2 † Quidquid aliter sentiant Affl. *decis. 86. & Natt.
consil. 90. nu. 7. Capic. decis. 181. n. 3. & alij qui illos se-
quuntur,* Quia contra eos est verior opinio, & ma-
3 gis communis, † vt per *Couarr. de sponsalib. p. 2. c. 8.
§. 6. n. 12. fol. 248. Vrsil. ad Afflict. d. decis. 86. nu. 1. ad
fi. Lup. in c. per vestras, in 3. notab. §. 22. nu. 6. & 9. de
donat. inter vir & uxor. fol. 351. Bermon. de publ. con-
cubinar. vers. impropriè Papa hic loquitur, n. 59. ad fi.
tom. 11. fol. 186. Barbos. in l. 2. in princ. p. 1. nu. 172. cum
seq. ff. solut. matrim. Gaspar Bactius, Gomes. Ma-
tienzus & alij,* de quibus per *Fab. de Anna in ad-
dit. ad Vincen. de Anna sing. 223.*

Simile est in dote data filiæ spuriæ, quæ si excedat
quantitatem alimentorum repeti potest, etiam
4 constante matrimonio, † cum enim talis donatio
non valeat in eo, quod excedit alimenta, statim
dicitur nulla, ideò non expectato alio tempore re-
uocatur *Rip. in l. 1. n. 68 ff. solut. matrim. Petr. de V-
bald. de successionib. ab intest. part. 1. §. successionum,
n. 50. Couarr. lib. 2. de sponsalib. §. 6. c. 8 nu. 12.* Man-
zienco, qui de magia communi *lib. 5. recopilat. l. 8.
tit. 8. glo. 1. nu. 36.* quem refert & sequitur *Ceuall qu.
779. n. 123. cum seq. post Gomes. in l. 9. taur nu. 44. in
5 fin.* † Ex quo enim legitima filiorum est diminuta
in fraudem legum sine dilatione, & mora est sup-
plenda *l. omni modo, C. de inoff. testam. l. scimus, §. re-
pletionem, ff. eod. tit.* Vnde statim dos excessiua fi-
liæ spuriæ assignata vltra modum alimentorum
repeti poterit, etiam constante matrimonio, non
obstante, quod agatur de præiudicio mariti,
6 † cum etiam in excessu alimentorum agatur de
damno aliorum filiorum, & in fraudem legis *Ce-
uall. d. q. 779. n. 130. & 131.* de quibus tamen multa
*Surd. de alim. tit. 1. q. 10. n. 23. Rol cons 85. nu. 12. lib. 3.
Caldas, q. 18. n. 16.*

Neque obstat, quod non debeat dari talis reuocatio,
7 cum titulus dotis respectu mariti † sit omnino o-
nerosus *l. fin. § si à socero, ff. de his quæ in fraud. pa-
tron. Rot. diuers. dec. 488 n. 6. part. 1. cum aliis per Ce-
8 nall. quæst. 73. n. 3. & 4.* † Quia prædicta non proce-
dunt, quando fit reuocatio sub eo prætextu,
quod per dotem sit præiudicatum legitimæ alio-
rum filiorum, & est ratio, nam filia tenetur dotem
9 conferre fratribus, † quamuis adhuc duret matri-
monium *l. dotis 5. vbi Bald. & Castrens. n. 1. Cod. de
collat.* Et licet ab ista obligatione cooferendi se
10 possit liberare † abstinendo ab hæreditate pater-
na *l. fin. Cod. de collat. dotis.* Id tamen ei permittitur,
si ex dote excessiua suppleat legitimam aliorum
11 fratrum † *auth. vnde si parens, C. de inoffic. testament.
Bal. in l. si emancipati 9. in fi. vers. vltimo vnum scias,
n. 16. Cod. de collation.* Ideo meritò ad hoc poterit
compelli, non obstante quod duret matrimo-
nium, cum ipsa sit, quæ tenetur conferre dotem,
12 † quæ illius respectu dicitur titulus lucratiuus,
quamuis sit filia dotantia *l. fin. §. si à socero, ff. quæ in
fraud. credit. Alex. in l. fideicommissariam, ff. ad Tre-
bell. Pinell. in l. 1. p. 3. n. 62. C. de bon. matern. Ceuall. q.
73. n. 2.* Vnde etiam ob hanc rationem *in l. vnic. C. de
13 inoff. dotib.* disponitur generaliter, † quod dos in-
officiosa reuocetur, quatenus opus est, vt legitima
aliorum filiorum suppleatur, & sic apparet, quod
in huiusmodi terminis non obstat, quod respectu
mariti dicatur dos onerosa *dict. §. si à socero.* Quia
in nostra materia ista reuocatoria non datur ad-
14 uersus maritum, † sed potius contra mulierem,
quæ tenebatur conferre dotem fratribus, à qua o-
bligatione non potest se liberare, nisi supplendo
legitimam aliorum fratrum, vt dictum est per
auth. si parens, C. de inoff. testam. & cum eadem con-
ditione videtur talis dos ad maritum transiisse,
15 † quasi vtens accessione sui auctoris vti debeat
cum sua causa, suisque vitiis *l. doli, §. fi. de contr. em-
pt. Bart. in l. Pomponius 13. §. cum quis, de acquirend.
possess. Dec. in l. in omnibus officiis 135. §. non debeo, ff.
16 de reg. iur.* † & ita in proposito nostro per supradi-
ctas rationes concludit *Barbos. in l. 2. in princ. p. 1.
n. 174. ff. solut. matrim.*

Ex quibus rationibus tollitur etiam distinctio Vrsill.
ad Affl. *decis. 86.* quod prædicta procedant, quan-
17 do † dos consistit in stabilibus, secus in pecunia,
quæ est consumpta, Quia indistinctè est tenenda
supradicta opinio, cum semper militet dicta ratio
collationis dotis faciendæ per mulierem, quoad
supplendam legitimam aliorum fratrum, prout in
specie etiam in dote consistente in pecunia con-
cludit *Barbos. in l. 1. in princ. p. 1. n. 174. in fi. ff. solut.
matrim.*

Non obstant quæ dicuntur de consensu filij, per
18 quem excluditur reuocatio inofficiosæ dotis † *l.
nō videtur 11. ff. si quid in fraud. patr. Suarez. in l quo-
niam in prioribus ampl. l. 10. n. 46. C. de inoffi. testam.*
Quia de tali consensu non constat, cum solutio
residui dotis fuerit facta metu mandati, quo casu
19 † non dicitur spontanea solutio, *Aym. consil. 14.
nu. 6.* Vltro quod talis consensus resultans ex hu-
iusmodi solutionibus est tacitus, qui non sufficit,
cum debeat esse expressa renunciatio, & conuen-
20 tio, † ad hoc vt filius sibi præiudicet in legitima,
circa quam nullum sibi præiudicium oritur ex ta-
cita approbatione, seu agnitione facta per filium
de inofficiosa dote, seu donatione secundū verio-
rem opinionē, de qua per Cin. *in l. cum donationib.
6. in princ. vbi Bart. ad med. vers. istud secundum:
Ang. n. 2. Castr. in verb. agnouisti: Salic. n. 1. ad med.
21 vers sed etiam contra, C. de inoffic. donat.* † Quasi nō
solùm requiratur agnitio iudicij patris donantis,
sed etiam quod filius agnoscat animo renuncian-
di, *Bald. in d. l. cum donationib. vers. quæro nunquid
ille, n. 2.* Cum etiam agnitio specialis inducat ap-
22 probationem, † nō autem vniuersalis. Idem *Bald.
in l. si is qui admittitur 31. §. si hæres, ad med. ff. de in-
offic. testam.* Quidquid sit in alio debito ex proui-
sione hominis; vel legis, in quo sufficiet simplex
23 agnitio, † cum debitum legitimæ sit alterius na-
turæ magis fauorabilis, *Rum. cons. 79. nu. 5. lib. 2.* &
quod specialiter, & in indiuiduo debeat legitimæ
24 renunciari latè etiam concludit † *Peregrin. de fi-
deicommiss. art. 51. num. 23. ad med. & art. 36 num. 81.
vsque ad 96. & consil. 63. num. 13. Menoch. consil. 71.
num. 42. lib. 1. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim.
voluntat. lib. 7. tit. 8. num. 8. Ceph. consil. 188. num. 30.
lib. 2. & cons. 148. nu. 25. & 26. lib. 1.* & multis com-
probat *Rot. coram R. P. D. Verospia Romana legiti-
ma, 27. Iunij 1614. colum. 6.* vbi allegantur similes
decisiones *Eugen. consil. 38. num. 8. cum seq. Odd.
consil. 63. nu. 24. Cucc. de legitim. vers. nec vsufructu,
num. 11. Ruin. cons. 56. nu. 8. & cons. 57. nu. 3. lib. 2.* &
notant omnes *in l. si quando, §. & generaliter: vbi*
Odasfr.

Odoffr. & Iass. G. de inoffic. testam. Alterum de quo quæritur est decisum per text. in terminis, *in l. si mater tua, C. de inoffic. donat. & in l. si liquæat 8. C. eod. tit. & in l. Titia Seio 89. §. Imperator, ff. de legat. 2.* † in quibus iuribus cauetur quod si per matrem fuerint donata omnia sua bona vni ex filiis, potest alter talem donationem reuocare non in totum, sed solùm vsque ad legitimam sibi debitam, quamuis etiam esset inofficiosa, & consilio, cum enim sit facta alteri filio non datur totalis reuocatio, sed vsque ad debitum bonorum subsidium quidquid aliud sit, quando fieret extraneo, tunc enim reuocaretur in totum, si fuit inofficiosa re, & consilio secundùm communem opinionem, de qua per Doctores *in d. l. si liqueat: vbi Bald. in princ. Castrens. ad med. Alexs. de Leo, n. 10. Salic. in fi. C. de inoffic. don. Idem Salic. in l. 1. col. 2. C. eod. tit. Roman. cons. 95. post princ. vers. breuiter, Couarr. lib. 1. variar. resol. cap. 19. num. 12. ad med. Clar.* qui de communi *in §. donatio, quæst. 24. num. 2. Honded. cons. 43. nu. 2. lib. 1. Bacc. cons. 63. num. 5. Aym. consil. asserto inter decis. Osasc. decis. 122. nu. 29.*

EPITOME.

In Ecclesia regulari quando possint poni seculares per Episcopum, seu Abbatem absque beneplacito Apostolico, vel è contra. ¶ Et quo casu mutatio vnius Ecclesiæ in aliam, seu vnio, vel diuisio conceditur. ¶ Et an per talem translationem sit tacitè dispensatum cum Monachis. ¶ Et fructus, ac reditus Ecclesiæ sine illis concessi. ¶ Consensus Episcopi, vbi Ecclesia est sita an sufficiat, vel debeat intervenire etiam auctoritas illius, in cuius diœcesi adsunt prædia alienanda. ¶ Propter celeritatem conjungendarum actionum quando vnus actus occultetur, & habeatur pro expresso. ¶ Ordinarius an possit applicare fructus superfluos fabricæ vnius Ecclesiæ alteri Ecclesiæ indigenti sine consensu Papæ. ¶ Et quando illius beneplacitum suppleat omnes solemnitates.

SVMMARIVM.

1 *Mutatio status Ecclesiarum de regulari in secularem, & e contra dependet à potestate Episcopi, seu Abbatis habentis iurisdictionem quasi Episcopalem, nu. 2. & 12. Et quid in Ecclesia parochiali, & Abbatia, num. 3.*

4 *Ordinarius mutando Ecclesiam secularem in regularem censetur concedere fructus ecclesiæ regulari, conseruata tamen seculari in statu pristino.*

5 *Episcopus transferens ecclesiam secularem in regularem dicitur cum monachis dispensasse, quamuis hoc nec non expresserit, nu. 10. & 11.*

6 *Admittens inhabilem ad aliquem actum videtur illum habilitare.*

7 *Propter celeritatem conjungendarum actionum, vnus actus occultatur, & habetur pro expresso.*

8 *Ordinarius asserens permutationem sibi placere censetur tacite consentire renunciationi, & eadem beneficia vtrique ex causa permutationis conferre.*

9 *Episcopus conferens beneficium de voluntate eius qui habet titulum, collatio valet.*

13 *Consensus solus Episcopi vbi Ecclesia est sita, sufficit in distractione rerum illius, nec requiritur auctoritas Ordinarij vbi bona existunt.*

14 *Episcopus non potest de fructibus fabricæ vnius Ecclesiæ superfluis assignare fabricæ alterius Ecclesiæ sine consensu Apostolico. Intellige vt nu. 16.*

15 *Bona relicta per defunctos ad vnum vsum non possunt conuerti in alium, etiam pium, nisi cum auctoritate Papæ.*

17 *Episcopus ex iusta causa potest vnire duas ecclesias, vel illas diuidere, vel permutare vnam cum alia, vel rem vnius in alteram transferre, nu. 18.*

19 *Beneplacitum Papæ est loco omnium solemnitatum, quæ per eum supplentur.*

20 *Episcopus in defectum regularium potest in eorum Ecclesia ponere seculares, quamuis non adeatur Papa. Declara vt nu. 21. & 22.*

CAPVT CCCCLXXIII.

STatus Ecclesiarum quo ad ipsarum mutationem dicitur dependere à potestate Episcopi,
1 † *clem. ne in agro, §. ad hæc, de stat. monach.* Adeo vt possit Episcopus mutare statum beneficij, & Ecclesiæ secularis in regularem, vel è contra, quod etiam conceditur Abbati habenti iurisdictionem
2 quasi episcopalem in loco, seu præscriptam, † tunc enim idem erit in eo, prout in Episcopo ita in specie concludit *Franc. in c. cum de beneficio 5. col. 2. in fi. num. 6. & ibi Gemin. n. 9. & Lapus Abb. nu. 1. de prabend. in 6. post Archidiac. & Ioan. And. in c. præ-*
3 *senti, de offic. ord. eod. lib. 6.* † Quod etiam procedit quamuis simus in Ecclesia parochiali, quidquid aliud sit in Episcopatu, seu Abbatia, ut notat *Franc. in d. c. de beneficio, in fi. vers. habet etiam locum, Specul. de dispensat. § nunc de episcoporum, col. 7. post vr ed. vers. 139 num. 18. per text. in c. ad audientiam, de eccles. ædificand. cap. Apostolica, de donat. c. bene, quod est pen. 12. q. 1. & ibi Gemin. n. 1. post gloss. in c. si episcopus, quod est antepen. 12. q. 2.*

Quod stante videtur concludendum potuisse concedi Ecclesiam, de qua agimus ordini, & religioni S. Basilij, & in hoc sufficere consensum, & auctoritatem illustrissimi Archiepiscopi, cum ista mutatio status Ecclesiæ secularis in regularem
4 spectet ad Ordinarium, vt dictum est, † per quem si fiet talis concessio, intelligetur, vt possint regulares percipere redditus, & conuertere in vtilitatem propriam, conseruata tamen Ecclesia in statu suo pristino, *Abb. in c. de monachis 12. n. 8. de preb. Felin. in c. in nostra 32. col. penult. in princ. vers. tertio nota, n. 42. de rescript. Rot. decis. 2. alias 20. nu. 1. de offic. ordin. in antiq. post Archid. in c. cum de beneficio, de prabend. in 6. Innoc. in c. pastoralis 17. n. 1. de priuileg.*

Immò statim quod fit talis translatio, vel vnio per Episcopum de Ecclesia seculari in Monasterium
5 statuendo, quod per Monachos regatur, † dicitur cum eis dispensare, cùm per huiusmodi actum factum cum causæ cognitione necessariò inferatur, vt sint Monachi dispensati, & possint regere d. beneficium, & Ecclesiam, licet Episcopus expressè non dispenset super hac translatione: Ex quo enim Episcopus scit personam inhabilem ad
6 actum, ad quem illum admittit, † videtur in necessarium antecedens eum habilitare argumento, *l. idem Vlpianus, de excusat. tutor. l. quid consulebant, de re iudic. l. si seruus, de bonor. possess.* Nam & propter celeritatem conjungendarum actionum
7 † vnus actus quandoque occultatur, & perinde habetur, ac si esset expressus, *l. singularia, ff. si cert.*

petat. l. 3. §. sed si debiterem, de donat. int. vir. & vx. l. illud, de acquir. hæredit. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 25. tit. 7. n. 45. Vbi ex hoc in-
8 fert, quod si Episcopus asserat † permutationem beneficiorum sibi placere, tacitè videtur consentire renunciationi, & eadem beneficia vtrique ex
9 causa permutationis conferre, † Prout quoque si
Episcopus cóferat beneficium ex voluntate eius, qui habet titulum, collatio valet, is enim intelligitur renunciasse, & Episcopus renunciationem recepisse Innoc. & Ioan. Andr. *in cap. ex ore, de his quæ fiunt à prælat.* quamuis contrarium sequatur *Imol. in c. vlt. n. 48. de rer. permut.* vbi quod ita seruatur de consuetudine *Card. Mantic. d. tit. 7. n. 45.*
10 & in specie translationis, † de qua agimus, ita concludit *Rot. decis. 2. nu. 2. de offic. ordin. in antiq.* vbi testatur de communi opinione respondendo ad contraria, *decis. non potest, de præben. in 6. c. cum aliis*
11 *per Doctor. in c. licet, de elect.* † quod illa procedant, quia non fuerat adhibita causæ cognitio per Episcopum, & sequitur *Felin. in c. in nostra 17. col. penult. n. 41. de rescript.*

Quod magis procedit in casu nostro propter maius
12 seruitium, quod præstatur Deo, † cum fuerit auctus cultus in diuinis officiis, quo stante cum consensu eorum, qui prius Ecclesiam possidebant conceditur Episcopo, vt propter huiusmodi iustam causam possit mutare primum statum illius Ecclesiæ transferendo diuitias, & conuertendo illas in vsum eorum, quibus transfertur, retento tamen bono statu primæuo, *Innoc. in c. pastoralis 17. nu. 3. de priuil. cum aliis supra allegatis.*

Adeo vt quamuis ista Ecclesia concessa d. Monachis haberet prædia, seu bona in diuersis diœcesibus,
13 sufficeret solus consensus Episcopi, vbi sita est Ecclesia, non autem Episcoporum, in quorum diœcesi possessiones sitæ sunt, *Innoc. in d. c. pastoralis, n. 3. de priuileg. per c. in venditione: vbi Archidiac. ad med. 13. quæst. 4. c. abbatibus 12. q. 2. Bald. in auth. hoc ius porrectum, col. 4. vers. quare igitur, C. de sacros. eccles. Felin. in cap dilectus filius 29. col 6. ad med. vers. septimo facit, nu. 9. de rescript. Imol. in clement. 1. col. 7. de reb. eccles. non alien. Card. in clem. 1. §. sanè, q. vlt. de iure patron.*

Neque obstat quod Episcopus non possit de fructibus fabricæ vnius ecclesiæ superfluis assignare fa-
14 bricæ pauperi alterius Ecclesiæ † sine consensu Apostolico, *Nauar. cons. 15. de reb. eccles. non alien.* Quia loquitur stante consuetudine, & propter scandalum eorum, contra quorum voluntatem
15 Episcopus volebat tales fructus assignare, † & quia bona deputata per defunctos ad vnum vsum non poterant cóuerti in alium vsum etiam pium, nisi auctoritate Summi Pontificis, *clem. quia contingit, de religios. domib. Concil. Trid. sess. 7. cap. vlt. de reformat. & sess. 25. c. 8. de reform.* Quod non est in casu nostro, in quo nulla adest contradictio
16 ministrorum Ecclesiæ secularis, † & manet firmus status ipsius Ecclesiæ, & augetur cultus illius, ita vt ex istis permittatur Episcopo hoc facere, cum etiam eidem concedatur ex iusta causa vnire duas Ecclesias sui Episcopatus diuersas fa-
17 ciendo vnam ex eis, † & duas diuidendo vnam in duas, *c. vnic. 10. q. 3. c. sicut venire, de excessib. prælat.* Prout etiam poterit permutare vnam ecclesiam cum altera duobus habentibus illas, *c. quæsitum, de rer. permut. c. 1. eod. tit. lib. 6. & latè Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 25. tit. 6. nu. 66. & per*
18 *tot.* vbi etiam † quod rem vnius ecclesiæ poterit Episcopus in aliam transferre ex legitima causa cum consensu Capituli, *Imol. in c. 1. n. 1. de reb. eccl. non alien. Bero. cons. 179. n. 4. lib. 1.* Quidquid sit in Papa, cuius beneplacitum est loco omnium só-
19 lemnitatum, † quæ per eum supplentur *Alex. cons. 79. n. 7. lib. 5. Gabr. cons. 82. num. 2. lib. 2. cum aliis per Card. Mantic. d. tit. 6. nu. 67.* cum declarationibus de quibus per *eum ibid. n. 68. Felin. in c. audientiam n. 4. de præscript. Dec. cons. 142. num. 1. & 2. Aym. in respons. 1. pro gener. n. 286.*

Quibus addendum est, quod etiam Episcopus in defectum regularium potest ponere seculares in
20 eorum ecclesia, † ita vt si non sit necesse, quod adeatur Papa, *Abb. in c. inter quatuor 5. in fi. de relig. domib.* Et quamuis *gloss. in c. si Episcopus, quod est antepen. 12. q. 2.* teneat contrarium, quod requiratur auctoritas Summi Pontificis, *c. cum venerabi-*
21 *lis, de censib. c. relatum, ne cleric. vel mona.* † Tamen eius opinio intelligitur quando simpliciter absq; causa hoc fieret, secus illa existente, putà si non posset aliter locus regularis reformari, nisi per canonicos seculares, *c. inter quatuor, de relig. domib.* & ita etiam distinguit *gloss. in d. c. si episcopus, in fi. 12. q. 1. & ibi etiam Gemin. ad fi. post Io. Andr. & a-*
22 *lios in d. c. inter quatuor.* † Seruatis tamen gradibus, de quibus ibid. videlicet quod primò reformet de ipsis religiosis si potest: Secundò de aliis ipsius ordinis: Tertiò de aliis alterius ordinis: Quartò de secularibus clericis si non potest aliter fieri, *Gemin. in c. si episcopus, in fi. 12. q. 1.* Et secundum prædicta debet etiam intelligi *Specul. de dispens. §. nunc de episcoporum, vers. 135. n. 8.*

EPITOME.

Insinuatio donationis an possit quandocunq; fieri. ¶ Et quando præsumatur propter diuturnitatem temporis. ¶ Et illius defectus per iusiurandum conualidetur. ¶ Et an sit de forma, ac substantia actus. ¶ Donatio causa mortis, & ob causam matrimonij an veniat sub statuto requirente solemnitates in donationibus. ¶ In contractu gesto per duos notarios an sufficiat depositio vnius sine altero. ¶ Et an ob illorum contrarietatem actus annulletur. ¶ Index vnus ex duobus delegatis an prohibeatur aliquid facere sine alio. ¶ Solemnitates constitutionis Ægydianæ an debeant seruari in tota prouincia Marchiæ etiam in donationibus factis per Maiores. ¶ Antiquitas temporis an aliquid operatur circa substantiam actus. ¶ Et quando præsumptio ex illa resultans sit exclusa.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitates constitutionis Ægydianæ debent seruari, etiam in donationibus factis per maiores in tota prouincia Marchiæ. Intellige vt n. 2. 3. 4.*
5 *Notificatio donationis facienda per statutum infra octo dies est seruanda, quamuis de iure communi possit quandocunque fieri, nu. 6.*
7 *Insinuationi donationis non potest renunciari.*
8 *Iuramentum supplet defectum insinuationis. Declara vt nu. 9. & 10.*
11 *Insinuatio an præsumatur spatio triginta annorum; & an sit de forma, & substantia actus, nu. 12. 13. 14. 16. & 17.*

15 *Diuturnitas sola temporis non sufficit, nisi interueniat possessio, solutio, vel quid simile.*

18 *Antiquitas temporis nihil operatur quo ad præsumendam substantiam actus.*

19 *Patientia cum diuturnitate temporis facit præsumere interuentum solemnitatum requisitarum.*

20 *Præsumptio antiquitatis temporis excluditur per alias præsumptiones.*

21 *Donatio ob causam matrimonij, & causa mortis an comprehendatur in statuto requirente solemnitates in donationibus, n.24.27.& 29.*

22 *Testis tractans de negotio pertinente ad suum commodum non facit fidem.*

23 *Testis deponens de suo iudicio non probat.*

25 *Statuta extenduntur ob identitatem rationis etiam in materia odiosa ad exclusionem fraudis, n.26.*

28 *Verba generalia comprehendunt maiora expressis, & non impropria.*

30 *In contractu facto per duos notarios non sufficit vnius depositio sine altero, & ob illorum contrarietatem actus non valet, n.32.*

31 *Iudex vnus ex duobus delegatis nihil potest facere sine alio.*

33 *De accessorio frustra quæritur si principale non subsistit.*

CAPVT CCCCLXXIV.

NVllitas donationis exhibitæ videbatur clara, cum non habeat solemnitates requisitas
in constitutione Ægidiana *cap.25.lib.5.* quæ fuit
extensa per *Additionem Carpensem* etiam ad ma-
1 iores donantes, † ideò erat seruanda etiam in ci-
uitate Recanatensi, & in tota prouincia Mar-
chiæ, stante confirmatione Apostulica cum clau-
sula sublata, & decreti irritantis, & derogatione
statutorum, & consuetudinis contrariæ, vt latè
ponit *Beccac. ad constitut. gloss.10. & vltim. in fin.
numero 40. vsque ad 45. Rot. coram R.P.D. Pena
Ejina fideicommissi 14. May 1604. & coram Cardinal. Ludouisio in causa Camerinen. transactionis, 4.
May 1606.*

Hoc tamen non videtur tutum, cum potius conclu-
dendum sit, quod non debeat attendi dicta con
2 stitutio in locis particularibus prouinciæ, † quasi
illa sint regenda proprijs statutis suæ ciuitatis, &
regiminis, non autem loci dominantis *Bart. in l.
omnes populi, quæst.2. princip ff. de iust. & iur. Socin.
cons.7.n.7.lib.1. Honded. cons.13 nu.51.lib.1. Roland.
cons.3.num.25.lib.4. Gabr. cons.19.nu.46. in fin. lib.2.*
3 † & in specie statuti Recanatensis super dona-
tionibus, de quibus agimus est decisio *Rot. diuers.
384 part.1.* vbi etiam ampliatur hoc procedere,
4 quamuis statuta sint inuicem compatibilia, †
quia cum statutum Recanatense ponat orationem
negatiuam, & subdat dictionem, nisi, ista dictio
inducit actum, adeo vt videatur dictum, quod
donationes ita factæ valeant iuxta doctrinam
Bart. in l. actione, num. 6. vbi Dec. nu.5. C. de transact.
Idem etiam voluit *Bald. consil.201.nu.2.lib.1. Eug.
consil.45. Rot. diuers. decis.330.n.3.p.2.*

Omisso igitur isto fundamento, ex alijs rationibus
concludendum est pro nullitate eiusdem dona-
5 tionis: Ex quibus illa potissima, † quia non
apparet eam fuisse notificatam, seu insinuatam
coram Prioribus Populi Ciuitatis Recanatensis,
prout disponit statutum eiusdem loci *rubr.46.*
quod etiam vlterius procedit mandando, quod
dicta notificatione non facta infra octo dies in-
strumentum habeatur pro suspecto, & non vero,
ac nullo iure subsistat, & habeatur pro irrito, &
casso, ac nullius valoris, Adeo vt stante dict. præ-
fixione temporis data ad notificandum, si insi-
nuatio non fiat intra dict. tempus, non solùm a-
ctus ipso iure careat effectu, sed etiam ex tali sta-
tuto inducatur omninò prohibitio, vt post illud
6 tempus amplius non possit fieri † tollendo pro-
uisionem iuris communis permittentis insinua-
tionem posse quandocumque fieri, latè *Rimin. Iun.
in §.1.n.216. vsque ad 220. instit. de donat. Castren.
in l. vniuersa 4.n.5. post med. Cod. de precib. imp offer.
Bald. in l. cum multa 20. post princ. versic. in textu
ibi supersedebat. Cod. de donat. ante nupt. Afflict. in c.
imperialem qu.24. num.10. de prohib. alienat. feud.
per federicum.*

Quæ insinuatio vltra dispositionem statuti erat e-
7 tiam facienda de iure communi, † ita vt neque il-
lius solemnitati possit renunciari, cum illa sit in-
ducta non solum in fauorem donantis, sed etiam
aliorum, ne fraudes clandestinæ fiant in alterius
præiudicium *l. data. Cod. de donat. Rim. Iun.* qui de
communi *in §.1.nu.228. vsque ad 232. institut. eod ti-
tul. Alexand. in l. nemo potest. n.12. & ibi Ias. nn.41.
Rip. n.57. de legat.1. Felin. in cap. si diligenti nu.12. de
form. compet. Salic. in l. penult. Cod. de donat. Lup. in
rub. de donat. inter vir & vxor §.17.nu.6.* Maximè,
quia adest statutum per quod vltra ius commune
debet donatio insinuari, quod cum procedat vl-
terius annullando actum facit, vt minus valeat
renunciatio.

Neque obstat iuramentum, per quod suppletur de-
fectus insinuationis *Roland. consil.39. numero 38.
8 lib.1.* † Quia in donatione, de qua agimus, nulli-
bi apparet de iuramento, & quatenus etiam fuis-
set præstitum a principio in ipsomet contractu
donationis, ita vt ex hoc videretur conualidari
talis defectus, Tamen hoc non procedit, quando
statutum requireret solemnitatem notificationis
faciendæ intra aliquod tempus post donationem,
9 † tunc enim per iusiurandum non firmatur talis
donatio, nisi postea sequatur registratio, cum ex
defectu istius notificationis non factæ intra ter-
minum a statuto præfixum, illa annulletur, & sic
ex superueniente iure, vel causa censetur remis-
sum vinculum iurisiurandi, de quo superuenienti
iure non fuit actum, seu cogitatum in illo iura-
mento. Ita in specie concludit *Federic. consil.281.
num.1. & 2.* quem sequitur *Curt. Iun. consil.161.
10 ad fin. numer.22.* † vbi quod ita concordantur o-
piniones in hac materia iuramenti, & quod est
distinctio approbata per *Butr. & Ioan. de Imol.
in cap. cum contingat, in 7. membr. de iureiurand.
Franc. Aret. cons. 7. numer.8. Socin. consil.77. num.
9. Bald. Nouell. iunior consil. eiusd. Socin.78. numer.2.
lib.1.*

Minus obstat, quod ista solemnitas notificationis,
seu registrationis debeat interuenire post actum,
11 † & spatio triginta annorum præsumatur inter-
uenisse, cum non agatur de substantia actus, sed
de qualitate in qua sufficiunt probationes leuio-
res, & præsumptiuæ, quasi non sit solemnitas
substantialis, vel formalis, sed accidentalis *Ce-
12 phal. consil.170. & 171. lib.2.* † Quia omisso quod
ista registratio videtur potius esse de forma sub-
stantiali, cum statutum vlterius procedat annul-
lando actum *Felin. in cap. cum dilecta, nu.6. col.7. in*

fin.vers.quintum signum de rescript. Dec.consil.10.n.
13 2.Angel.cons.179.col.7. † Respondetur, quòd non sufficit diuturnitas temporis triginta annorum ad præsumendam solemnitatem, nisi etiam concurrat possessio donatarij, seu obseruantia donationis, de qua in casu nostro non apparet, cum ista duo copulatiuè requirantur, ita vt neque in hoc debeat aliter Iudex arbitrari, quamuis enim circa
14 tempus diuturnum stetur eius arbitrio, † Tamen illud debet esse iuri consonum, & sic secundum d. opinionem per doctores approbatam, quòd videlicet tota vis non sit in spatio longi temporis triginta annorum, sed etiam in possessione, & patientia latè *Gabr.* qui de magis communi *cons.36. colum.11.& 12.nu.51.vsque ad num.53.lib.2. & cons. 46.n.46.vsque ad 53.eod.lib.* vbi quod ita seruatur *Rota per tex. in c. peruenit. de empt. & vendit. post Doct.in c.Albericus.de testibus.Aret.in l.qui in aliena.in princip.col.5.n.4.ff.de acqu.hered. Gab.de præsumpt.conclus.1.n.64.cum aliis per Mascard.* qui de veriori opinione testatur *conclus.1317.in fi.n.48.& 49.Surd.dec.231.n.19.post med.vers.præcipuè autem.*

Præterea sumus in notificatione faciēda coram Prioribus, quæ de sui necessitate requirit scripturam, quo casu quamuis ex diuturnitate temporis illa
15 præsumeretur, † tamen aliquid aliud debet concurrere, cum non sufficiat solus cursus temporis, ideo etiam requiritur, vel solutio, vel possessio, vel quid simile *Surd.decis.231.n.7.iuncto nu.26.& 27. Menoch.de præsumpt.lib.3.qu.132.num.89.post Rip. in l.1.num.4.solut.matr.Aym.de antiq.tempor.1.p.5. part.princ.n.40.*

Maximè, quia sumus in actu, qui debet fieri in scriptura existente in certo, & determinato loco, & coram certis personis, ac particulari Magistratu,
16 † quo casu temporis lapsus, ac illius diuturnitas non admittitur, quasi tunc non attendatur præsumptio, cum constet de veritate, ita vt notorium præsumptionis cedat notorio probationis, & talis negatiua appareat ex inspectione scripturarum, quod sufficit ad excludendam præsumptionem, quæ requirit probationem in contrarium, vt latè concludit *Surd.cons.28.num.110.vsque ad 116.lib.1. Natt.cons.162.n.29.Ceph.cons.238.num.17.lib.2.Roland.cons.90.n.44.lib.1. & cons.2.nu.130.eod.lib.& cons.99.num.30.lib.2. Osasc.decis.73.num.7. Bero. cons.48.n.20.lib.2.*

Accedat quod ista notificatio, quæ debet fieri est de
17 substantia actus, cum vt dictum est, † per statutum illa requiratur tanquam res substantialis, nō accidentalis procedendo vlterius annullando actum, qui ita non fiet *Felin.in cap.cum dilecta.col.7.in fin. vers.quintū signum.de rescrip.* Vnde antiquitas temporis nihil operatur, cum illa solùm faciat præsu-
18 mere solemnitatem negocij, † non autem substantiam illius, prout est huiusmodi actus notificationis, qui requirit de per se instrumentum *Surd.dec. 231.num.8.Osasc.decis.173.n.4. Add. ad Alex.cons. 50.in verb.substantia.lib.5.Menoch.de præsumpt.q. 132.n.77.Natt.cons.162.n.24.Aym.de antiq.tempor. 3.part.princ.in princ.n.22. Mascard.conclu.1317.n. 28.p.3.*

Cum præsertim donator per duas vices disposuerit de omnibus suis bonis, & semper remanserit in possessione bonorum donatorum, ex quibus colligitur præsumptio, quòd donatio non habuerit effectum, neque fuerit notificata in actis Magi-
19 stratus, & Priorum ciuitatis, † prout requirebatur, & sic non concurrit patientia, quæ facit præsumere omnia solemnia interuenisse, quæ sunt necessaria ad actum *Bald. in l.2.C. de legit. hæredo. Alex.cons.94.n.6.lib.7 & cons.9.n.7.lib.3. Felin.in c.sicut.col.15.in fi.vers. bene fateor. de re iud.cum a-*
20 *liis per Surd.cons.28.n.99.lib.1.* † & sic præsumptio quæ oritur ex diuturnitate temporis, per alias præsumptiones contrarias dicitur exclusa *Lambert.de contract.mulier.gloss.7.in verb.consensus, n. 70.& 71.post Doct.in l.siue possidetis, C.de probat.*

Nec facit huiusmodi donationem fuisse factam ob causam matrimonij, & sic non comprehendi sub
21 statuto *Gabr.cons.6.nu.10.lib.2.* † Quia de huiusmodi causa non constat, Nihil enim probat quod adducitur de notula patrui, & mariti reperta in eius libro, in quo adest memoria, quod accepit v-
22 xorem cum d. donatione, † Quia illis non creditur tanquam in causa propria deponentibus, & de suo commodo tractantibus *Aym.cons.99.nu.2.* Prout neque facit aliquam fidem depositio testis, dum conatur probare, quod numquam tale matrimonium fuisset factum sine d. donatione, quia
23 subdit se ita iudicare, † & sic tanquam testis deponens de suo iudicio repellitur *Bart. in l. qui testamento.§.fi.de testam.Ias.cons.167.n.2.lib.4.* Cum etiam alij testes sint de auditu, ideo non debent admitti *Aym.cons.112.nu.13.*

Immò quatenus etiam probaretur talis causa matrimonij, Tamen cum statutum loquatur generali-
24 ter, † comprehendit etiam eas, quæ largo modo, & impropriè dicuntur donationes *Alex. cons.155. num.3.lib.2.* Præsertim, quia statutum se fundat in suspicione fraudum, ad quas obuiandas mandat fieri talem notificationem, & cum adsit eadem ratio occurrendi fraudibus, dispositio loquens de donatione extenditur etiam ad improprias donationes *Imol.in specie in l.1.in fi.vers.vlt.dicit. de donat.& ibi Alex. in addit.ad Bart.in fi. in verb. si statut.Tiraq.in l.15.connub.gl.5.n.82.Ruin.cons.52.*
25 *n.6.lib.1.* † Statuta enim extenduntur ex identitate rationis *Bart.in l.omnes populi. num 60. vers.aut*
26 *quæris de aliis casib.de iust. & iur.* † licèt materia esset odiosa ad exclusionem fraudis *l.1. §.pecunia.*
27 *de calumniator. Dec.cons.300.col.2.in prin.n.5.* † Ideò etiam venirent donationes causa mortis, quamuis sint impropriè donationes latè *Tiraq.l.15.con-*
28 *nub.gloss.5.n.64.* † Maximè, cum statutum loquatur per verb multum generalia, quæ comprehendunt etiam maiora expressis, & impropria *Imol.in clem.1.n.8.de re iudic. Fel.in c.sedes col.6. de rescr. Alex.cons.30.n.14.lib.5.Mand.reg.27.q.5.n.5*

Cum etiam tunc donatio ex causa matrimonij non includatur in statuto mandante certas solemnita-
29 tes seruari, † quando sumus in donatione facta ex causa necessaria, vt in eo qui tenebatur dotare, non autem in voluntaria, prout in casu nostro *Rota coram Card. Pamphilio Romana Donationis, de Cuppis 5.Iunij 1602. & coram Card. Blanchetto Romana euictionis, 28. Maij 1588.& coram R.P.D. Caualerio Perusina donationis 21.Iuny 1613.*

Neque est omittendum, quod donatio de qua agimus vltra prædicta est omnino nulla, cum duo notarij, qui de ea debebant rogari iuxta formam statuti non sint concordes de rebus donatis, Vnus enim solus dicit donata fuisse omnia bona sua mobilia, & stabilia, nihil loquens de futuris, cum tamen alter notarius addat etiam bona futura, prout etiā in vno instrumento fit mentio de iu-
ribus

tibus, & actionibus, in altero autem nihil de illis
dicitur, quemadmodum etiam vnus tabellio ad-
dit fuisse factum procuratorem ad insinuandum,
cum tamen alius de huiusmodi mandato nullam
mentionem faciat, Adeo vt stantibus istis defe-
ctibus, non constet de substantia donationis,
30 † cum enim duo fuerunt adhibiti notarij, omnes
debent testificari de actu per eos recepto *Boer. de-
cis. 21. nu. 2. Bertrand. consil. 330. num. 2. lib. 1. part. 1.
Guid. Pap. decis. 122. num. 1. ad med. Socin. cons. 2. nu.
5. lib. 3. Rota. cons. 13. nu. 35. ante fin. lib. 2. Salicet. in l.
iurisiurandi, nu. 7. ante med. versic. de dictis autem,
Cod. de testibus per l. 2. vbi Alber. de offic. consul. Me-
lius in repertor. in verb. notarij duo, fol. 211. Abb. in
cap. quoniam contra, nu. 32. post Innocent. & alios de
31 probat.* † Exemplo duorum judicum delegatorum,
quorum vnus nihil potest sine altero, *cap. causam
matrimonij, & e prudentiam, de offic. delegat. l. duo ex
tribus, de re iudic. l. cum magistratus Cod. quand. pro-
32 uocar. non est necess.* † Adeo vt stante discrepantia
notariorum super huiusmodi instrumento simul
sumpto, nihil prosit contractus, nisi ipsi notarij
conueniant, vel aliunde probetur veritas negotij
Bertrand. cons. 330. nu. 2. & 3. lib. 1. part. 1. Cum talis
varietas fidem eneruet substantiæ actus *l. qui fal-
so, 16. & ibi Gloss. in verb. puniuntur. ff. de testibus, l.
2. vbi Glos. in verb. aduersus. ff. eod. tit. l. fin. §. sed si a-
lius. ff. quand. appelland. sit.* & per consequens non
est quærendum de solemnitate præsumenda pro-
33 pter antiquitatem temporis, † cum de accessorio
frustra quæratur quando principale non subsistit
*Bald. & Imol. in l. 1. ff. de his quæ in testament. delent.
Socin. consil. 2. n. 8. & 9. lib. 3. Mascard. conclus. 1317.
num. 40. Menoch. de præsumpt. quæst. 332. nu. 78. lib.
3. & qu. 68. nu. 22. & 23. lib. 2.*

EPITOME.

Hæreditas aduentitia quando possit per filium adiri patre ignorante, & inuito. ¶ Et quo casu in ea currat eidem præscriptio. ¶ Et an iuri adeundi præscribatur à die delatæ hæreditatis, vel scientiæ. ¶ Impedimentum iuris, & facti quale sit ad impediendum cursum præscriptionis. ¶ Dispositio *auth. nisi tricennalis, C. de bon. matern.* loquens in lucris nuptialibus, an extendatur ad omnia bona aduentitia. ¶ Præscriptio cœpta cum maiore an currat cōtra minorem, & pupillum eius hæredem, ¶ Filiusfamilias an possit sine consensu patris producere instrumentum insinuationis, & an ligetur tempore dato ad insinuandum. ¶ Mulieri an præscribatur quo ad dotem durante matrimonio. ¶ Patria potestas quando impediat ius adeundi.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio iuris adeundi in hæreditate aduentitia currit filiofamilias, n. 7. 22. & 28.*

2 *Hæreditas aduentitia potest per filium adiri patre ignorante, & inuito non per patrem, nisi pro filio infante, nu. 1. & 27.*

4 *Impedimentum non consideratur in filio, nisi quando non posset agere propter resistentiam iuris, ac impedimentum patriæ potestatis, quo casu non curret præscriptio, secus in impedimento facti, n. 5. Intellige vt nu. 6. 8. 9. & 11.*

10 *Præscriptio non currit mulieri quo ad dotem durante matrimonio.*

13 *Patria potestas non impedit ius adeundi.*

14 *Filiusfamilias potest sine consensu patris producere instrumentum insinuationis, & ei currit tempus ad insinuandum.*

15 *Iuri adeundi an præscribatur à die delatæ hæreditatis, vel scientia, n. 16. & 18.*

16 *Impedimentum facti resultans ex ignorantia non impedit cursum præscriptionis triginta annorum.*

19 *Tempus quando non currat ignoranti, numero 20. & 21.*

22 *Titulus, & mala fides non consideratur in iure quærendo.*

23 *Tempus pupillaris ætatis filij existentis in potestate patris deducitur ex præscriptione triginta annorum, numero 5.*

24 *Præscriptio omnis cœpta cum maiore currit contra minorem eius hæredem excepta præscriptione triginta annorum.*

26 *Dispositio* auth. nisi tricennalis C. de bon. matern. *extenditur ad omnia bona aduentitia.*

29 *Restitutio datur filiofamilias in casibus, in quibus currit præscriptio.*

CAPVT. CCCCLXXV.

Filiofamilias currit præscriptio iuris adeundi
in hæreditate aduentitia, cum illa hodie pos-
sit per eum solum adiri efficaciter etiam patre i-
1 gnorante, † sicut potest eodem patre recusante,
vel inuito, Nam circa administrationem, quam
habet pater in bonis aduentitiis filij, illam con-
sequitur post acquisitionem factam, videlicet casu
quo filius habeat proprietatem, & pater vsumfru-
ctum, Vnde respectu acquisitionis futuræ non
dicitur tunc pater legitimus administrator, quia
in ipsa aditione hæreditatis persona ipsius filij
consideratur, cum illi sit delata hæreditas, quare
2 † non potest pater adire pro filio, nisi sit infans,
& per consequens respectu administrationis fu-
turæ pater dicitur legitimus administrator tem-
pore aditionis, & eadem est ratio in patre con-
tradicente, vel ignorante, cum vtroque casu di-
catur filius habere integram personam ad hære-
ditatem adeundam, & iussus patris solum requi-
ritur pro interesse ipsius patris, Ideò videtur quod
filius etiam patre ignorante adire possit, quasi
non agatur de interesse patris, ex quo ipse habi-
turus est vsumfructum, si aditionem filij ratifica-
3 bit, † Ita per prædictas, & similes rationes conclu-
dit *Decia. in l. 1. num. 85. vsque ad 88. Cod. qui ad-
mitt.* secundum communem opinionem *Docto-
rum*, de qua testatur *ibid. Ias. num. 17. ad med.* vbi
quod omnes excepto *Ang.* ita tenent, & ista est
verior sententia, vt per *Cuman. in l. qui in alieno, n.
1. & 2. ff. de acquirend. hæredit. Castrens. in l. fin. in
princip. nu. 3. Cod. de bon. quæ liber. post Gloss. in l. vl-
tim. in verb. dies, ff. quis ord. in bonor. possess. seruet.
Bart. in l. si quis mihi bona, §. qui iussum. ff. de acqui-
rend. hæredit. Marant. in l. qui potest, num. 6. eod. tit.
volum. 3. p. 2. fol. 456.*
Quo stante non potest considerari in isto casu impe-
4 dimentum iuris, † quod tunc esset considerabile,
quando filius propter iuris resistentiam, & impe-
dimentum patriæ potestatis non posset agere, nec
adire, Vnde solum aderit impedimentum facti,
5 quod non impedit præscriptionem † *Cum. in l. quo-
ties, n. 5. ad med. Cod. de praesb. imper. offerend. Cast.
in l. 2. § si quis inuadenti, in p. n. 4. ff. si quis cautioni-*

bus, Bar. & alij in l.1.§.vlt.C.de annal.exceptio. cum
multis per *Pinell.in auth.nisi tricennale,nu.42.C.de
bon.matern.*
Immò quamuis dum filiusfamilias est in potestate
6 patris non currat contra eum præscriptio, † Ta-
men si habeat aliquas res, in quibus pater non ha
bet vsumfructum, pro quibus non potest agere si-
ne consensu paterno, curret eo casu sibi præscri-
ptio dum est sub potestate, si non peteret sibi præ-
stari auctoritatem in iudicio per patrem, quem ad
illum præstandam poterit cogere, vt in specie post
Rainer. concludit *Bart.in l.3.§.vsuras, ad med.ff.de
contra.iudic.tutel.* argumento, *§.illud.auth.de æqua-
lit.dot.c.fin.de elect.*
Neque obstat quod non currat filiofamilias præscri-
7 ptio in aduentitiis durante patria potestate. †Quia
procedit in casibus, in quibus filiusfamilias non
posset agere, secus vbi licitum esset adire hæredi-
tatem sibi delatam, vt dictum est, patre ignorante,
& ita loquuntur omnes Doctores, dum præsup-
ponunt non currente præscriptionem filiofami-
8 lias, † prout si pater venderet rem aduentitiam fi-
lij, quia donec pater viuit, aut durat patria pote-
stas non currit præscriptio, quia non potest agere
*l.1.in fin. & ibi Bald.nu.7. Cod.de bon.matern.auth.
nisi tricennale, vbi Pinell.nu.42.Cod.eod.tit. Balb.de
præscr.p.1.part.6.principal.n.15.fol.549.* Cum enim
propter iuris resistentiam filius non possit agere,
9 † non mirum si tunc non currit ei præscriptio
*Bart.in l.1.§.si quis propter.de itin.act.priu.Bald.in
l.1.§.vlt.n.1.& ibi Ang.nu.14.Cin.in princ.Salic.nu.
9.de annal.except. Capell.Tholos.decis.76.Honded.
cons.83.n.56.lib.1 Balb.de præscription.1.p.6.p.princ.
nu.17.* vbi quod procedit in filiofamilias durante
10 patria potestate, † prout etiam in muliere duran-
te matrimonio quo ad dotem *l.in rebus §.omnis, &
ibi Gloss.in verb.mouere, C.de iur.dot.* Et hanc diffe-
rentiam inter impedimentum iuris, & facti se-
quuntur omnes *in d.l.1. §.vltim. C.de ann.except.
Alex.cons.4.n.19.ad med.lib.2.Felin.in c.ex trans-
missa,10.nu.8 de præscript. Surd.decis.151. nu.3.& 4.*
11 Secus autem vbi adest impedimentum facti, †quia
illud non consideratur ad retardandam præscri-
ptionem *Bart.in l.senatusconsulto, num.2 ff.de offic.
præsid.Grat.cons.37.in fin.lib.2.*
Et in specie in aditione hæreditatis, seu agnitione
12 legati, aut similibus, † quod currat præscriptio fi-
liofamilias etiam viuo patre concludit *Bald.cons.
168 proponitur quod quædam, n.2.lib.5.per text in l.
si quis bona, § iussum, de acquirend. hæredit. l.quod
non solum, in princ.C.de bon.quæ liber.* Idem *Bald.in*
13 *l.1.nu.21.in fin.oppos.21.in fin.C.qui admitt.* † Ob il-
lam rationem, quia patria potestas non impedit
ius adeundi, nec actum, aut exercitium eius, vnde
currit præscriptio, argumento *l.fin. ff.quis ord.in
bonor.possess seruet.* quod etiam sequitur *Add. ad
eumdem Bald.in l.1. § ne autem, in verb.sed si pater,*
14 *Cod.de annal.exception.* † vbi etiam de insinuatio-
ne, in qua currit tempus filiofamilias, cum possit
sine consensu patris procedere instrumentum do-
nationis, prout consuluit *Bart.* de quo per *Bald.in
l.1.oppos.21.num.21.ad fi.C.qui admitt. cum aliis per
Addent.ibid.in verb.instrumentum.*
An autem huiusmodi ius adeundi præscribatur à die
delatæ hæreditatis, vel potius à die scientiæ dela-
15 tionis, † Videbatur concludendum, quod præscri-
ptio non currat, nisi à die scientiæ, Nam si quis ne-
sciat decessisse eum, cuius bonorum possessio sibi
defertur, dicitur impeditus impedimento iuris, &
facti, vnde donec ignorat, non debet ei imputari,
cum non læditur, qui non negligit temporis cur-
su, vt in specie concludit *Bald.cons.13.super eodem
num.1.lib.1.& cons.315.dubitabatur, nu.1.ad fin.eod.
lib.* quamuis simus in præscriptione triginta an-
norum, vt per *Tiraquell de retract.lignag.§.35.glass.
4.num.8.*
Verùm contrarium est dicendum, Nam impedimen-
16 tum facti resultans ex ignorantia † non impedit
cursum præscriptionis triginta annorum, cum
illa currat non obstante quocumque impedimen-
to, tanquam tempus in præscriptione sit conti-
nuum, nisi à lege, vel statuto contrarium caueatur
*Gloss.in rubr.ff.de diuers.præscript.in fin. per l.quin-
17 quennium de adulter.& l.vltim Cod.de dol.* † Et in
proposito nostro multis rationibus declarat *Ca-
strens.cons.nu.10.vsque ad 22.lib.3.* per text. clarum
in *l.sicut 3.vbi Ang.nu.14.Bald.in fin.nu.19.Cod.de
18 præscript. trig.ann.* † quod etiam sequendo *Castr.*
comprobat *Socin. in l.cum filius, §.in hac, col.penul.
ad fin.versic.tertio contra hanc opinionem, ff.de ver-
bor obligat.* cum aliis per *Honded.cons.83.n.54.lib.
1.* quod etiam voluit *Bart.in l.1. §.si quis autem pro-
pter, in princip.ff.de itiner.actúque priuat. Abb.in c.
ex transmissa 10.vbi Felin.colum.penult. in fin.nu.8.
de præscript.per l.attilicinus ff.de seruit.rustic.præd.
Bal.de præscrip.1.p.6.p.prin.n.17.fol.531.Alex.cons.
4.n.19.ad med.lib.2.*
Nec facit quod tempus non debeat currere igno-
ranti, in quo non potest considerari aliqua negli-
19 gentia † *l.cum sex 55 de addit.edict.l.annus 6.de ca-
lumniator, l.quinquaginta 41. de excusation.tutor.
Bald.in l.1.oppos.24.n.24.ante med.Cod.qui admitt.*
Quia in præscriptione triginta annorum verius
20 est, † vt illa currat etiam contra ignorantem, nam
etiam currit contra qualitercumque impeditum,
siue propter absentiam voluntariam, siue propter
malitiam, vel sexum *l.sicut, C.de præscript.trig.an-
nor.* Vnde ignorantia non est causa impediendi
præscriptionem propter se ipsam, sed propter im-
pedimentum agendi, quod non impedit cursum
talis præscriptionis, quæ licèt sit merè odiosa tan-
quam introducta solùm ob negligentiam non pe-
21 tentium, † Tamen debet intelligi, vt verbum hoc
Negligentia, capiatur pro simplici, & nuda cessa-
tione, etiam quod non habeat annexam culpam,
& vitium, vt declarat *Castrens.cons.30.visis & pon-
deratis, n.15.vsque ad 21.lib.3.per text.in l.1.§.causa,
de edil. edict. Socin.in l.cum filius, §.in hac, colum.
vltim. in princip. vers.& ad illud quod dicitur, ff.de
verbor.obligationib.*
Et ita passim concludunt communiter Doctores,
quod iuri adeundi hæreditatem præscribatur spa-
22 tio triginta annorum, † Agitur enim de iure quæ-
rendo, in quo non debet considerari titulus, seu
mala fides in præscribente, sed solum negligentia
non petentis *Bald. in l.licet, num.5. vers.in contra-
rium, C.de iur.deliber. Paris.cons.12 nu.16.lib.3.So-
cin.cons.81 in fi.nu.6.lib.1.* vbi de communi *Castr.
cons.279.super primo, nu.2.lib.1.Gabr.concl.7.nu.1.
de præscr. Corn.cons.305.nu.6 lib.3.*
Ex quibus sequitur decisio alterius dubij, quod vi-
delicet ex tali præscriptione debeat subduci tem-
pus pupillaris ætatis filij existentis in patria po-
23 testate, † cum in hoc casu adsit impedimentum
iuris *ex supra allegatis*, Maximè quia regulari-
ter pupillaris ætas excluditur ab ista præscri-
ptione

ptione *Ang. in l. sicut, num. 6. C. de prescri. trig. annor. Gloss. Cyn. Bar. & alij in l. vltim. C. in quib. caus. in integ. restitu. non est necessar. Fulgo. consil. 64. ante fin. ver. nec contra pupillam. Surd. cons. 251. numer. 6. lib. 2. Odd. de restit. in integ. part. 2. quæst. 90. art. 2. n. 9. fol. 308. Alexand. cons. 89. nu. 4. lib. 2. Aym. de antiq. tempor. part. 3. in princ. num. 4. Guid. Pap. deci. 31. num. 3. Osasc. deci. 69 nu. 14. Surd. decis. 4. num. 1. Be-*
24 *ro. consil. 129. num. 4. lib. 2.* † Immò omnis præscriptio, quæ est cæpta in maiore, currit contra minorem eius hæredem, etiam pupillum, excepta præscriptione triginta annorum tanquam odiosa, quę tunc in eo dormit, *Gloss. in l. vnic. in verb. vsucapionem, ad fi. C. si aduer. vsucap. & in l. sicut, in ver. seruanda, C. de prascr. 30. anno. Balb.* qui de communi, *de prascr. part. 6. in prin. cas. 23. num. 34. Bonius de statut. vrb. prascript. gl. 19. num. 184. Guid. Pap. decis.*
25 *31. num. 3. in fin.* † Vnde meritò stante pupillari ætate filiusfamilias, cui fuit delata hæreditas non curret præscriptio, *Auth. nisi triecennale, vbi Bald. in princip. Cod. de bon. matern.* Cuius textus dispositio quamuis loquatur solùm in lucris nuptia-
26 libus. † Tamen extenditur ad omnia bona aduentitia, vt notat *ibid. Gloss. in verb. impuberem, in fin. & Pinell. ibi in prin.* vbi de receptissima opinione
27 testatur *Bald. de praescript. 1. part. 6. part. n. 15.* † Cum enim filius est infans, tunc pater pro eo potest adire hæreditatem, *l. fi. §. vbi autem pueriliu atas, & ibi Gloss. in princip. C. de bon. qua lib. Decian. in l. 1. col. 12. ad med. versi. & ideo non potest, nu. 86. ante fin. C. qui admitt. l. si infantis, in princ. vbi Doct. commu-*
28 *niter, Cod. de iur. delib.* † Et sic non adest illa ratio supra adducta, quod filiusfamilias potest sine consensu patris adire hæreditatem, Vnde non mirum, si tunc currit præscriptio, *Bald. in l. 1. nu. 21. in fin. C. qui admitt.*

In casibus tamen in quibus curret præscriptio filiofamilias, & similibus dabitur restitutio. † *Castrens. in l. si quis in iudicio, nu 4. ff. si quis cautionibus, Cyn. in l. quoties, num. 5. ad med. C. de precibus Imper. offerend. per tex. in l. sed & si per Pratorem, 26. §. si feria, ff. ex quib. caus. maior. Bart. in l. Senatusconsulto, n. 2. ff. de offic. praesid. Bald. in l. 1. nu. 6. C. de bon. matern. Pinell. in Auth. nisi triecennale, n. 42. C. eod. tit.*

EPITOME.

Transactio quando valeat super bonis fideicommissi, maioratus, feudi, emphyteusis, & aduentitiis, ac rebus Ecclesiæ, vel Minoris. ¶ Et quid si fuerit bona fide transactum, & de re dubia. ¶ Vel retineantur bona per transigentem. Vel dimittantur penes possidentem. ¶ Et an possit repeti pecunia soluta à successoribus vocatis. ¶ Et quando requiratur decretum. ¶ Fideicommissarius secundus an succedat primo, seu testatori. ¶ Concordia per vocatos in fideicommisso quando censeatur ratificata. ¶ Alienatio an sit permissa stante consensu habentis interesse, quamuis postea superuenerit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius tenetur stare transactioni facta per eum, cui interdicitur alienatio voluntaria, quando est bona fide transactum de re dubia, & lite incerta. Idem in bonis feudalibus, num. 2. Amplia a num. 5. & 7.*

3 *Transactio vt sit valida, non requiritur quod lis sit in iudicio, sed sufficit quod fiat extra iudicium de facto, & quod adsit suspicio futura litis.*

4 *Bona fideicommisso subiecta, si retinentur per transigentem super eis valebit transactio etiam in praiudicium vocatorum, num. 14.*

6 *Fideicommissarius secundus non succedit primo, sed testatori, sicut nec primus succedit haredi, sed testatori.*

8 *Fideicommissarius censetur ratificasse transactionem factam ab harede grauato, si mandauit solui fructus census in ea promissos, & n. 9.*

10 *Fideicommissarius interueniens in concordia dicitur illam ratificare.*

11 *Alienatio, nedum transactio permittitur stante consensu habentis interesse, quamuis postea interuenerit.*

12 *Transactio non est valida super bonis feudalibus, & Maioratus, ac similibus. Intellige, vt num. 13.*

15 *Pretium solutum pro transactione facta in bonis fideicommissi potest repeti à fideicommissario, si constat de vtilitate illius.*

16 *Minor & Ecclesia possunt transigere dummodo non dimittatur possessio rei litigiosa existentis penes aduersarium, neque transferatur in eum res quæ possidetur. Idem in patre transigente super bonis aduentitiis, ac aliis administratoribus, nu. 17. Contrarium, num. 18. Declara, vt num. 19.*

CAPVT CCCCLXXVI.

TRansactio exhibita præiudicat fideicommissario. Nam quamuis sit facta per eum, cui in-
1 terdicitur alienatio voluntaria, † Tamen cùm præsupponatur transactum fuisse bona fide, de re dubia, & lite incerta, valet, & per sequentes vocatos est seruanda, *l. preses, 12. C. de transact.* & notat *Imol. in l. ante restitutam 104. post med. versic. & conclude, ff. de solutio. Cephal. consil. 261. nu. 35. lib. 2. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tit. 4. lib. 26. nu. 20. boer. deci. 147. nu. 5. & 6. per tex. in l. cum haredit. 26. 56. vbi Bart. & Castrens. ff. ad Trebel. cons. 31. ad fi. ver. ad confirmationem. Petra de fideicommis. quæst. 8. num. 74. cum seq. Peregrin. eod. tit. art. 52. nu. 89. Bertrand. cons. 158. num. 10. lib. 3. p. 2.*

Quod etiam est in bonis feudalibus, in quibus valet
2 transactio, si fiat bona fide, & de re dubia, † & lite incerta, *Bald. Prapofit. Aluarot. Afflict. & alij in cap. 1. de controuers. inter vassal. & alium de benef. Idem Bald. in cap. imperialem, in princ. nu. 17. de prohib. feud. alien. per Feder. Zas. de feud. par. 9. nu. 10. Soc. cons. 87. num. 10. lib. 3. Cephal. cons. 3. num. 116. & cons. 113. nu. 21. Alciat. cons. 3. num. 8. & 9. tom. 1. lib. 3. Paris. cons. 10. nu. 22. lib. 1. & consil. 16. num. 36. lib. 1. Schrader de feud. part. 8. cap. 1. num. 44. & 45 cum aliis per Rosental. eod. tract. concl. 21. cap. 9. nu. 1. nu. 4.*
3 *& in addit. in verb. & sic textus.* † Immò, vt dicatur transactio valida non requiritur, quòd lis sit in iudicio: sed sufficiet quod fiat extra iudicium de facto, vel adsit timor, & suspicio futuræ litis, *Bar. in l. 2. C. de transact. & in l. causas, C. eod. titu. Alex. cons. 41. nu. 4. lib. 6. Dec. cons. 474. viso instrumento sindicatus, num. 4. in princ.*

Quod magis procedit in casu nostro, quia retinentur bona fideicommisso subiecta, super quibus
4 fuit transactum, † tunc enim stante retentione, seu recuperatione dictorum bonorum, siue feudalium, vel similium, permittitur transigere etiam in præiudicium aliorum, vt notat *Bald. in cap. 1. de contr. int. vasal. & alium de benef. Aluar. & Pra-*

pos.in cap.1.§.si vasallus, il 3.si de feud.defunct.con-
ten.Paris.consil.1.nu.134.lib.1. Ias.in l.iusiurandum
quod ex conuentione, §.pupillus, num.4. de iur.iur.
Soci.consil.87.num.10.lib.3.Schrader.de feudis, par.
8.c.1.n.14.Rosental.eod.tit.concl.11.c.9.p.1.nu.2.Al-
ciat.cons.3.num.8.tom.1.lib.5.

Et quamuis prædicti Doctores loquantur in bonis
fideicommisso subiectis quo ad hæredem graua-
tum, † qui poterit transigere in præiudicium vo-
5 catorum, vt dictum est, Tamen idem erit in fidei-
commissario grauato de alteri restituendo, prout
est casus noster, Nam quemadmodum fideicom-
missarius secundus non succedit primo, sed testa-
6 tori grauanti, † Ita etiam nec primus fideicom-
missarius succedit hæredi, sed testatori, *l.cohære-*
di, §.cum filia, ff.de vulg.& pupil. & sic in vtroque
adest eadem ratio, Vnde etiam idem ius est statu-
7 endum,† prout in specie in fideicommissario con-
cludit *Bertran.consil.36.nu.5.in fi.vers.an autem in*
præiudicium, lib.2.p.2. quem sequitur *Mazar.de*
fideicommiss.in fi.quæst.72.nu.26. Peregri.eod.tract.
art.52.nu.88.ver.quandoque tamen, in fi. vbi etiam
allegat *Corras.lib.2. Miscellan.c.19.nu.10.*

Quibus accedit, quod fideicommissarius subscripsit
ordinem quod soluerentur fructus census in trans-
actione promissos, cum obligatione bonorum
8 fideicommissariorum,† Vnde satis videtur dictam
transactionem ratificasse, *Calcan.cons.101.col.2.in*
fi.vers.& licet dicatur quod aliquis, n.4.post Bart.in
l.quo enim, §.1.ff.rem rat.hab.Calder.consi.7.de cen-
sib.Castr consi.116.col.penult.ad fin.lib.1. Aym.cons.
9 *276.n.6.* † Ex quo enim quis mandat, vt soluatur
quod debetur virtute transactionis, cogitauit de
validitate illius, & de causa, ob quam fuit facta,
per quam cogitationem cum solutione subse-
quenti intelligitur eam ratam habere, ac si de il-
la in specie cogitasset, vt in simili notat *Schrade.*
10 *de feud. p.6.c.3.nu.16.* † Vltra quod etiam in ipsa
concordia idem fideicommissarius interuenit,
quod tollit omnem difficultatem *Capic.decis.100.*
nu.6.Surd.de alim.tit.1.q.6.nu.20.

Et generale est, vt permissa sit alienatio, ne dum trans-
actio stante consensu eius, qui habet interesse,
11 † quamuis post alienationem interuenerit, cùm
talis ratihabitio retrotrahatur, & actus reconua-
lescat, ita vt tacitus consensus idẽ operetur, quod
expressus, *Glos.in cap.1.in ver.permissione, vbi Iser.*
nu.1. Bald.nu.4.& Præposit.nu.1. de prohib.feud.a-
lienat. per Lothar. Et ita practicari & in iudican-
do seruari testatur *Rosental.de feud.cap.9. memb.1.*
concl.28.nu.6.in addit.in liter.f.Natt.consi.98.num.
10.Misinger. qui de magis communi *obseru.87.n.*
2.cent.4. Tiraq.de retr.lignag.§.1.glo.9.n.117.Clar.
in §.feudum, qu.24.in fin.

Quibus addendum est, quod pletique Doctores te-
nent contrarium, quod videlicet sit omnino in-
12 ualida transactio † super bonis fideicommisso sub-
iectis, & emphyteoticis, ac feudalibus, & maio-
ratus, vt de communi opinione testatur, & mul-
tis auctoritatibus, ac rationibus defendit *Caldas*
quæst.seu receptar.sentent.lib.1.quæst.23.num.112.vs-
que ad 115.cum aliis latè per Ludouic.Molin. lib.3.
cap.9.fol.507.Ceuall.qu.781.per tot. Nihilominus
13 † quando res obnoxia restitutioni remanet penes
possessorem maioratus, seu fideicommissi in fa-
milia, prout est casus noster, & aduersario datur
aliqua pecuniæ quantitas, non autem ipsa res, tunc
transactio & compromissum valebit etiam sine
consensu Principis, & præiudicabit successorib.
Nam qui ita transigit, non id agit, vt à transigen-
14 te dominium acquirat, sed † vt mediante pecunia
soluta vexationem suam redimat, ac quietem &
animi tranquillitatem sibi conciliet, cùm ex trans-
actione hoc pacto inita non dicatur res acquiri
nouo titulo, neque possessio ex noua causa cen-
seatur mutata, semper enim remanet primatiuus
titulus, ideo non potest dici de inualiditate trans-
actionis tanquam non habeat aliquod dominium
à transigente, & ista est verissima opinio, quidquid
aliter sentiat *Afflict.in cap.1.§.si vasallus, in fi.num.*
13.si de feud.fuer.contr.int.dom.& agnat. contra quẽ
etiam in bonis feudalibus esse tenendum tan-
quam hoc sit verius, & receptiuus dicit *Caldas q.*
seu receptar.sentent.lib.1.cap.23.num.16. per text.in
l.si pro fundo, vbi Bart.Bald. Castrens.Alciat.Pa-
dill.& alij communiter, de transactionibus, Gloss.in l.
nulli, in verb.Transigere, ff.eod.tit.Tiraquell.de re-
tract.lignag.§.1.gloss.14.num.62.& 66. Ludou.Mo-
lin.de primogen.Hispan.lib.4.cap.9.num.22. Bald.
in d.c.1.§.si vasallus, & concludunt omnes *supra*
adducti, num.4.

Quæ adeò vera sunt, vt stante transactione vtili
conseruationi feudi, & maioratus, ac fideicom-
missi possint hæredes transigentis recuperare pre-
15 tium solutum † à successoribus in dictis bonis,
maximè si pecunia soluta fuerit accepta mutuo,
vel sub vsuris, aut adsit protestatio de illam re-
cuperando, cum enim negotium fuerit vtiliter
gestum, dabitur repetitio, quod erit arbitrandum
per Iudicem ex qualitate transactionis, & quan-
titate pecuniæ solutæ, ac aliis circumstantiis, vt
in terminis concludit *Ludou.Molin. de primog.*
Hispan.lib.4.cap.9.num.25.ad med. vers.quod si ea
transactio, fol.510.

Idem est in transactione facta per minorem, seu Ec-
clesiam, quæ valebit re apud illos dimissa, & non
16 alias, † quod procedit non solùm quando isti pos-
sidebant, sed etiam quando possidebat aduersa-
rius, qui cum illis litigabat, nam in vtroque ca-
su non poterunt minor & Ecclesia transigere, ni-
si vel retento fundo si habebant, vel illo tradito
à possidente, & ei assignata pecunia in recompen-
sationem prædij. Nam sicut minores & Ecclesiæ
dicuntur alienare quando tradunt fundum ex
causa transactionis, ita etiam quando ilum di-
mittunt penes possessorem, à quo petierunt, *Bart.*
qui dicit esse perpetuò menti tenendum *in l.nulli,*
ad med. vbi Ias.num.2.in fin. ff.de transact. Caccia-
lup.eod.tit.quæst.7.nu.8. Curt.de feud.part.4.quæst.
7.nu.96. Tiraq.de retract.conuent.§.1.gloss.14.num.
66.ad fi. Molin.de primog.Hispan.lib.4. cap.9.nu.
27.Pinell.in l.1.part.3.num.46.C.de bon.mater. vbi
17 † extendit ad transactionem factam per patrem
super bonis aduentitiis, & per alios administra-
tores, & tutores, qui poterunt transigere retinen-
do rem, non illam dimittendò, aut transferendo
Capic.decis.93.nu.4.post Abb.in c.cum tempore, col.
3.versi.& intellige, & col.4.& versi. Sed dubitatum
de arbitr. Ioan.Nicol.Arelat.in l.generaliter, num.
142.C.de secund.nupt. Roland.consil.15. num.44. in
fin.lib.1.Dec.consi.470. viso instrumento sindicatus,
num.1. & ibi Addit.in verb.relaxari. Idem Decia.
cons.564.in causa magnificorum, nu.16.ad fi, & hanc
opin. sequitur *Rot. coram R.P.D. Pamphilio Vi-*
terbien.bonorum 27.Ianuar.1597. Ideò etiam mul-
ti tenent, quod quando minor non possidet, tunc
possit

possit transigendo dimittere bona immobilia penes possidentem præmio tamen decreto Iudicis,
18 causa cognita, † quod videtur tutius, vt per *Simoncell. de decret. minor. lib. 2. tit. 6. inspect. 10. n. 102. ad med. fol. 98.* per rationem de qua per *Salicet. in l. 1. ad fin. Cod. de transact.* licèt alij non requirant hoc casu decretum, *Ruin. cons. 11. nu. 24. lib. 4. Menoch. de arbitr. cas. 171. n. 94. post Alciat. cons. 94. n. 5.*
19 Quod tamen non esset tutum † ex supra allegatis, & multa in hac materia adducit *Surd. consil. 451. per tot. lib. 3.*

EPITOME.

Legitimatus quando succedat in emphyteusi Ecclesiæ, & in bonis feudalibus, & excludat substitutum. ¶ Res emphyteotica concessa cum pacto affrancandi an consideretur, vt emphyteusis ecclesiastica, vel extinguatur, & transeat in meram venditionem, ita vt nullum dominium remaneat apud concedentem. ¶ Et quid si istud pactum sit collatum solum in personam emphyteutæ, & an per illud excludatur contractus correspectiuus. ¶ Et an priuatus tali emphyteusi cadat à pacto affrancandi. ¶ Statutum loquens de venditione an habeat locum in bonis emphyteoticis concessis cum d. pacto affrancandi. ¶ Renouatio emphyteusis quando possit peti per proximiores. ¶ Remedium recuperandæ possessionis quo casu transeat ad hæredes, & an competat contra quemcunque successorem, & hæredem hæredis ¶ Interdictum Quorum bonorum an detur etiam ad res singulas adipiscendas, & an sufficiat sola probatio detentionis.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus non potest excludi à successione emphyteusis Ecclesiæ si constat de voluntate & potestate concedentis.*
2 *Substitutus quando excludatur per legitimatum.*
3 *Ecclesia amatrix pudicitia non videtur voluisse admittere legitimatos. Intellige vt nu. 4.*
5 *Papa est absolutus dominus in bonis Ecclesiasticis.*
6 *Legitimati succedunt in emphyteusi concessa ad habendum, tenendum, &c.*
7 *Legitimationes ad bona feudalia, & Ecclesiastica sunt reuocata, nu. 8. & 9.*
10 *Res concessa cum pacto affrancandi non consideratur vt emphyteusis ecclesiastica, quæ extinguitur, & transfertur in meram emptionem. Ita vt nullum dominium remaneat apud concedentem, nu. 11.*
12 *Statutum loquens de venditione verificatur in contractu emphyteusis cum pacto affrancandi.*
13 *Emphyteuta cadens ab emphyteusi ob aliquam culpam non cadit à pacto affrancandi. Declara vt num. 14.*
15 *Contractus principalis quamuis tollatur, non tamen tollitur accessorium, vbi non habet correspectiuitatem successiuam, sed momentaneam.*
16 *Pactum affrancandi collatum in personam emphyteutæ, non autem concedentis, magis excludit correspectiuitatem contractus.*
17 *Renouatio emphyteusis quando possit peti per proximiores, nu. 18. & 19. & an liceat appellare si denegetur, nu. 21.*
20 *Proximiores possunt repetere emphyteusim si dominus declarauit eam velle, & postea mutato consilio alteri concedat.*
22 *Remedium recuperandæ possessionis transit ad hæredes, & competit contra quemcunque successorem, & hæredem hæredis, num. 23. Intellige vt nu. 24. 26. & 27.*
25 *Filius agens præsumitur quod sit hæres, secus in filio conuento.*
28 *Possidens in vita præsumitur possedisse vsque ad mortem.*
29 *Remedium Quorum bonorum, datur etiam ad res singulas adipiscendas, & nu. 30.*
31 *Dominium, aut possessio defuncti non debet probari in remedio Quorum bonorum, sed sufficit sola detentio.*

CAPVT CCCCLXXVII.

Legitimatio producta est amplissima ad quæcumque bona tam allodialia quàm feudalia & emphyteotica etiam Ecclesiastica, & fuit concessa ab habentibus priuilegia ita legitimandi, quæ fuerunt latissimè, & specialiter confirmata
1 per Summos Pontifices, † Vnde ex illis dicitur satis fundata intentio legitimati, adeò vt non possit aliquo modo excludi à successione bonorum emphyteusis ecclesiasticæ, de quibus controuertitur, cùm constet de voluntate, & potestate concedentis, quo casu veniunt similia bona, *Gloss. in c. 1. §. naturales, in verb. legitimi. Vbi Bald. in princ. si de feud. fuer. controu. int. dom. & agnat. Socin. cons. 3. num. 9. lib. 3. Castr. cons. 461. nu. 2. vers sed ad hoc respondeo, lib. 1. l. Itè Surd. cons. 1. nu. 24. vsque ad 35. lib. 1. Natt. consil 506. nu. 50. Becc. cons. 3. nu. 35. & 36.*
2 † Maximè quia in d. legitimatione adsunt verba, quod habeatur pro legitimo & naturali, ac nato ex legitimo matrimonio in omnibus, & per omnia, ex quibus inducitur comparatio, ac similitudo vera, ita vt excludat etiam substitutum sub conditione si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibu, *Curt. Sen. cons. 62 col. 2. Gozad. cons 6. nu. 39 & 76. vers. nona conclusio, & cons. 25. nu. 12. vers. secundo pondera: Roland. cons. 67. num. 45. vsque ad 49. lib. 3 Ruin. cons. 161. nu. 25. lib. 2. Dec. cons. 315. in casu proposito, nu. 8 vers & ista conclusio: Surd. cons. 1. nu. 98. & 99 lib. 1.*
Nequid obstat quod repugnet menti Ecclesiæ, quæ
3 est amatrix pudicitiæ, † vt illegitimi succedant, *Bald. in c. qua in Ecclesiarum, col. fi. n. 44. de constit.* Quia ista cessant quando talis macula fuit deleta
4 ab eo, † qui habet potestatem, *Bero. in c. in præsentia, nu. 33 de probat* quem sequitur *Rot. per Card. Seraph. decis. 4. p. 1.* vbi ex hoc infert, quod militat eadem proportio inter legitimatos ab Imperatore, respectu bonorum temporalium, ac feudalium, & legitimatos à Papa respectu etiam Ec-
5 clesiasticorum, † in quibus est absolutus dominus, & sequitur *Card. ... Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 11. nu 17.*
Maximè quia emphyteusis, de qua agimus, est concessa cum clausulis ad habendum, tenendum, &
6 † quidquid voluerit faciendum, cum aliis verbis amplissimis, quæ magis faciunt, vt vocētur etiam legitimati tanquam sub ista generalitate comprehensi, prout alij extranei, *l. cum quidam 24 de leg. 2.* & veriorem opinionem dicit *Caldas recept. sent. lib. 1. q. 38. n. 18. Gama decis. 2. n. 6. Alciat. cons. 39. n. 3. Afflict. decis. 386. num. 4.*
Verum quamuis ista multum faciant ad fauorem
7 legitimati. Tamen redduntur dubia † stante constitut. Pij V. edita de anno 1571. de qua in Bulla-

rio, *num.*110. quæ reuocant omnes habilitationes spuriorum ad bona feudalia, & emphyteotica ecclesiastica, ipsosque omnino ab illa reddit incapaces, etiam non obstantibus legitimationibus de eis factis, quæ hactenus effectum non habuerunt, Ita vt sub eadem constitutione comprehendantur etiam laici quoad bona feudalia, & emphyteotica indistinctè, † prout in terminis concludit
8 *Gabr.consil.*83. *num.*11. *vers.tertio omne scrupulum, lib.*2. vbi attestatur ita fuisse iudicatum in *Rota Romana* sequitur *Honded.cons.*37.*nu.*23.*lib.*1.*Rota diuers.decis.*214.*per tot.p.*2.

Quia constitutione stante non verificantur quæ supra adducta sunt ex *Rota per Cardin.Seraph.decis.*45.*part.*1. cum illa loquatur ante Bullam Pij V.
9 quæ fuit promulgata de anno 1571. † Cum tamen decisio sit de anno 1568. & sic non intrant facultates legitimandi etiam auctoritate Pontificum concessæ, quia illis fuit derogatum, vt latius in dicta constitutione, & per *Rot.diuers.decis.*214. *par.*2.

Omissis igitur prædictis considerandum est multum
10 facere pro legitimato, † quod sumus in bonis concessis cum pacto affrancandi, de quibus iudicatur, sicut in mero contractu venditionis, ita vt non sit aliquo modo considerabilis emphyteusis ecclesiastica, sed ipsa dominij translatio, quæ fit per huiusmodi conuentionem luendi dicta bona, quæ conuentio repugnat substantiæ contractus emphyteusis, adeo vt ille sit extinctus, ac resolutus, & transfusus in meram emptionem, & venditionem tanquam ad illam ordinatus cum dominij translatione, vt concludit Cephal.*cons.*703. *num.*15. *vsque ad* 20. *lib.*5. *Crot.cons.*72.*nu.*41.*cum*
11 *seq. lib.*1. † Cum hoc casu nullum dominium remaneat penes concedentem, sed tam vtile, quàm directum transfertur in ementem cum dicta conuentionale affrancandi, nulla habita consideratione, quod tales contractus fiant sub nomine emphyteusis, quia hoc nomen non attenditur,
12 nam semper est vera vēditio, † & statuta loquentia de venditione, & emptione verificantur in istis contractibus, *Franc.dec.*392.*n.*2. *vsque ad* 5. *Muta super consuet.Panormit.c.*28. *in noua declar. nu.*27.*&* 28. *Afflict.decis.*72.*nu.*9.*&* 10. *Tiraq.de retract.lignag.*§.33.*gloss.*1.*nu.*1. *post Igneum in l.*3.§. *si conditioni, nu.*52.*cum seq.ff.ad senatuscons.Syllan.*

Et facit, quia istud ius affrancandi est quid diuer-
13 sum, & separatum ab emphyteusi, † quamuis enim illa esset finita, vel propter canonem non solutum, vel propter alienationem, aut quid simile, ex quo esset omnino emphyteuta priuatus, nō tamen cadet à dicto iure affrancandi, *Gozad.cons.*86.*nu.*26. *Alex.cons.*228.*nu.*5.*lib.*6.*per text.in l.si domus, de seruit.vrban.præd.* §.*si vero non habuerit, auth. de non eligend.secund.nubent. Bursat.* qui de communi *cons.*60.*n.*30.*lib.*1. *Barbat.cons.*51.*Ceph. cons.*370.*nu.*8.*&* 9.*lib.*3.*Tiraq.de retract.conuent. ad fin.n.*90. *Menoch.de arbitr.cas.*276.*nu.*19.*in fi. Crot.cons.*49.*nu.*1.*Alciat.de præsumpt.reg.*3.*qu.*45. *num.*3.

Quæ sine difficultate procedunt in casu de quo agimus, cum huiusmodi pactum affrancandi fuerit
14 positum in concessione † per multos annos post primam inuestituram, & sic post longum temporis spatium, & interuallum, & in instrumento separato, ita vt non possit considerari aliqua correspectiuitas: Vnde tunc minus quis excluditur à dicto iure affrancandi tanquam separato, ac diuerso, & de per se stante, quamuis per eum esset incursa caducitas, quæ solum habet locum in casu, in quo posita est, neque annullat pactum de
15 redimendo, nec ad illud extenditur. † quamuis enim tollatur contractus principalis, non tamen tollitur accessorium, vbi non habet correspectiuitatem successiuam, sed momentaneam, *Decian. in l.bona fidei* 13. *C.de pact. Cepoll.de simulat. contract.præsumpt.*2.*num.*79.*ad fin.tom.*7.*fol.*6.*Tiraq. de retract.conuent.ad fi.tit.num.*90.*in fi.Thesaur.q.*12.*nu.*5.*post Cæsar.Manent.de contract.libell.par.*5. *quæst.*4. *num.*4. & ita latè resoluit *Rota coram R. P. D. Robusterio*, *Romana deuolutionis tenimenti*, 10.*Iunij* 1577. *quæ est inter decisiones diuers.*115.*n.*1. *&* 2. *lib.*1. *cum alijs per Corbul. de caus.priuat. ob non solut.canon.limit.*38.*num.*3.*&* 4.*fol.*504. Præ-
16 sertim † quia in casu nostro istud pactum affrancandi est collatum solùm in personam emphyteutæ, in cuius facultate est posse affrancare, non autem in personam concedentis, qui non potest cogere ad huiusmodi affrancationem, tunc enim minus potest considerari correspectiuitas in tali conuentione, & per consequens non tollitur ius affrancandi, quamuis incurreretur caducitas, *Rot. diuers.d.decis.*115.*nu.*11.*par.*1.*post Iacob.de S.Georg. in l.in bona fidei, nu.*11.*cum seq.& ibi etiam Dec.nu.*11.*C.de pactis.*

Quibus adde, quod licet regulariter illegitimi ad emphyteusim ecclesiasticam ex verisimili mente concedentis non admittantur, tamen si in instrumento appositum sit pactum, vt ecclesia possit dicta bona per contracambium certæ quantitatis pecuniarium in perpetuum liberare, talis facultas quæ competit vigore pacti, in eos etiam transit dummodo sint hæredes, quia ius affrancandi transit etiam ad singularem successorem, & ideo multò magis debet transire ad eos, qui sunt hæredes, & in hoc casu cessat raio, quod Ecclesia non præsumitur voluisse emphyteusim illegitimis concedere, nam si ei datum fuerit contra cambium, non possunt isti dici emphyteutæ ecclesiæ quia in perpetuum liberantur, *Alciat.cons.*7.*nu.*9. *vers.secundum principale fundamentum, lib.*1. quem sequitur *Card.Mantic.de tacit.& ambig. conuent. lib.*2.*tit.*10.*n.*20. *Bursat.cons.*255.*nu.*7.*vsque ad* 10. *lib.*3.*Menoch.cons.*1186.*n.*5.*&* 6.*lib.*12. Neq; enim talis potest dici capax, & possessor emphyteusis ecclesiasticæ, stante isto pacto affrancandi, exemplo eius, quod dicimus de Clerico, seu Ecclesia, cui relinquitur emphyteusis, cuius quamuis sit incapax, tamen infra annum potest illam vendere, *Alex.cons.*120.*n.*4.*lib.*1. *Alciat.d.consil.*7. *Bursat.cons.*255.*n.*9.*lib.*3.

Et quatenus nollent hæredes emphyteutæ vti præ-
17 fato pacto affrancationis, † posset peti ab Ecclesia renouatio ipsius emphyteosis per proximiores, dummodo Abbas non vellet pro se illam retinere, cùm in casu, in quo esset aliis concedenda æquius sit, vt dicti proximiores præferantur ex ordine charitatis, & affectionis, quæ magis concurrit in illis, quàm in extraneis, & propter honorem pristinæ dignitatis, quæ post lineam finitam in eis conseruatur, *Bart.in l.*1. §.*permittitur, ff.de aqu.pluu.arcend. Anchar.consil.*171.*nu.*5.*&* 6. *& consil.*134. *num.*2.*ad med. Roma.consil.*22.*col.*4. *in princ. vers.contrarium tamen, nu.*5. vbi de communi *Grat.cons.*110.*num.*31.*lib.*1.*Affli.dec.*328.*n.*2.

& hanc

& hanc opinionem plures fuisse per Rotam receptam testatur *R.P.D.Robuster.Bononien.bonor. 40.Decembris 1582.vt in decis.Rot.diuers.decis.198.*
18 *part.1.* † siue simus in descendentibus,& agnatis, siue cognatis, & transuersalibus, quibus dabitur dicta prælatio, *Decia.cons.131.reuocatur,col.penul. ad med.Imol.cons.27.n.3.Ruin.cons.12.n.20.lib.1.&*
19 *cons.151.nu.18.eod.lib.* † quamuis etiam petens renouationem esset fœmina, *Rot.diuers.d.decis.198. part.1.Card.Seraph.decis.610.n.6.part.1.* Adeò vt si per dominum prætendatur velle retinere em-
20 phyteusim pro se,† & postea mutato consilio alteri per eum concedatur, sit danda proximioribus repetitio etiam contra inuestitos, *Rip.in l.1. nu.10.ff.de priuil.creditor. Gozad.cons.39.nu.21.&*
21 *cons.86.nu.14.* † Ita vt etiam liceat eiusdem proximioribus appellare ob denegatam renouationem, *Dec.consil.131.reuocatur in dubium,col.2.in princ.nu.2.post Bart.& Ang.in l.1.§.permittitur,de aqua pluu.arcend.*

Quo vero ad actionem pro recuperandis bonis prædictis omissis multis, quæ possent competere, vi-
22 detur † magis totum & expeditum intentare remedium recuperandæ possessionis,ex *c.reintegrandæ 3.quæst.1.* quod remedium etiam transit ad hæredes, cum competat contra quemcumque possessorem, & sit in rem scriptum, & transeat tam in singularem, quam vniuersalem successorem, *Socin.l.rem quæ nobis,nu.10.ff.de acquir.possess.post Bart.in l.si tertius, §.si quis priusquam, ff.de aqua pluu.arcen.*& declarat *Bero.cons.56.n.3.lib.1. Grat.*
23 *cons.70.num.7.lib.2.* † Ita competat etiam hæredi hæredis, *Bero.cons.64.n.6.lib 3.*

In quo tamen iudicio, vt obtineatur, erit prius probandum,quod quis sit hæres,& quod,vel ipse,vel
24 † defunctus prius possidebat,& quod de præsenti reus conuentus possidet *Innoc.in c.sæpe, de restitut.spoliat.Becc.cons.75.n.2.* Quamuis si essemus
25 in filio non requireretur probatio,† quod ipse sit hæres,cum in filio agente ad sui commodum præsumatur statim quod sit hæres, quidquid aliud sit in filio connexo, *Becc.cons.75.num.7.post Bald.in l.1.in fin.Cod.commun.de legat.Ioan.de Amic.cons. 61.num.4.*

In prædictis etiam necesse erit considerare, an hoc remedium intentetur ex persona propria hære-
26 dis, vel ex persona defuncti, † Nam si agatur ex persona ipsius hæredis, opus erit probare cum post mortem defuncti accepisse possessionem bonorum,quæ recuperare intendit,cum in eum non transeat possessio defuncti, quæ illo mortuo finitur, ideo opus est noua apprehensione, quamuis etiam essemus in suo hærede, ita vt hoc non probato non sit locus dicto remedio recuperandæ, vt per *Becc.cons.75.nu.10.vsque ad 14 Natt.consil. 439.num5.*

Si verò agatur ex persona defuncti erit probandum, quod idem defunctus, ex cuius persona agitur,
27 fuit † in vita spoliatus: Tunc enim tale ius, sicut cætera ad hæredem transeunt: Nisi enim defunctus spoliatus fuisset, ius recuperandi possessionem non esset in persona defuncti formatum; Vnde neque ad hæredem posset transmitti, *Corn. cons.329.col.7.lib.1. Cagnol.in l.hæredem 56.n.17.de regul.iur. Gabr.de restit.spoliat. conclus.5.num.20. Ruin.cons.45.nu.10.ad med.vers.& eadem ratione, lib.1.latè Becc.cons.75.nu.14.vsq; ad 18.lib.1. Natt. consil.439.n.5.Bero.cons.59.nu.9.vsque ad 12.lib.3.*
28 *Grat.cons.70.nu.14.& 15.lib.2.* † Et ratio est,quia ponatur defunctum aliquando in vita sua possedisse, præsumendum est etiam, quod possederit vsque ad mortem, & sic quod in vita nunquam desierit possidere, *Abb.in c.cum ad sedem,col.7.in princ.vers.quæro hic pro parte,n.15.de restit.spoliat. Alex.cons.133.nu.3.lib.1.& cons.33.ad fi.lib.3.* & in proposito latè declarat *Becc.d.cons.75.nu.14.& 15. lib.1.*

Quatenus autem in prædictis non essent in promptu probationes,expediret intentare remedium Quo-
29 rum bonorum, † quod conceditur etiam ad res singulas adipiscendas, Quamuis enim secundum aliquos dubitetur an sit dandum pro re singulari, Nihilominus verior opinio est,& magis communis, vt detur etiam directum, cum de vtili nemo dubitet: Nam hoc interdictum conceditur contra possidentem,qui rem vnam tantùm possidere potest, ergo rectè ratione vnius rei conceditur, *gloss.in l.2.in verb.possidenti, C.quor.bonor. Cin.in l.1.C.eod.tit. Aret.in §.quadrupli.n.35.& 36.instit. de action.Ruin.cons.45.nu.12.lib.1.Socin.cons.33.nu. 18.in fi.lib.1. Bellon.cons.35.n.5.in fi.Menoch.*qui de magis vera & recepta sententia testatur *de adipisc. possess.remed.1.num.80.vsque ad 83. Rip in l.1.num.*
30 *15.ff.quor.bonor.* † Licet enim hoc interdictum pertineat ad vniuersitatem bonorum;Tamen intelligitur,vt spectet ad eum,qui successit in vniuersitate, non autem, vt non possit agi contra eum,qui possidet res singulares, quia etiam ad res singulas pertinet pro illarum consecutione, *Menoch.d.remed.1.n.82.de adipisc.possess.post glo.in l.1. in verb.non ad singulas,ff.quor.bonor. & ibi Rip.nu.*
31 *15.in fi.* † vbi etiam *nu.18.in fi.* quod sufficiet probare,defunctum istas res singulas tempore mortis possedisse, vel detinuisse, cum non sit necesse in hoc interdicto probare dominium, aut possessionem defuncti, sed solùm simplicem detentationem, *Bellon.cons.35.nu.5.post Bart.Salic.& alios in l.1.C.quor.bonor.Ang.in §.quadrupli.n.36.vers.aduertas,instit.de action.*

EPITOME.

Primariæ,seu primitiæ preces quæ sint, & quibus concedantur. ¶ Et quando reddant præbendam affectam,& ligent manus collatoris. ¶ Et an requiratur præsentatio. ¶ Et quid stante scientia, & decreto irritante. ¶ Et quo casu collatio dicatur facta animo illas eludendi. ¶ Sciens quando possit dissimulare,& valeat conferre. ¶ Processus cum procuratore reuocato an sit validus. ¶ Regalia quæ sint,& quibus competant. ¶ Clausula Ita tamen quod persona sic nominata de aliquo beneficio prouisa fuerit eius nominatio quo ad alios collatores ipso iure expiret, quid operetur in primariis precibus. ¶ Et quando in eis locum habeat dispositio,*l boues,§.hoc sermone,ff.de verb. signific.*

SVMMARIVM.

1 *Concessio primarium precum cum nominatione subsecuta adimit facultatem collatoris,& reddit affectam prabendam. Intellige vt nu.2.*
3 *Certus non debet certiorari.*
4 *Affectata,& extraordinaria properatio in conferente & prouiso inducit animum eludendi primarias preces.*

5 *Sciens factum alienum quando possit dissimulare, & quid si vltra scientiam addatur actus positiuus festinationis, nu.6.*

7 *Processus factus per eum, qui sciuit reuocationem procuratoris partis aduersæ an reddat acta nulla.*

8 *Præbenda dicitur effecta per decretum irritans etiam ante præsentationem primariarum precum, & quando requiratur præsentatio, nu.9.*

10 *In Germania an sit locus primariis precibus.*

11 *Vtilitas publica præfertur priuatæ, & n.13.*

12 *In collationibus deferendum est commendationibus Principum.*

14 *Primariæ, seu primitiæ preces quibus concedantur, & quid contineant.*

15 *Priuilegium primariarum precum operatur vt collator non possit nisi semel grauari, nec tribuit potestatem conferendi, sed faciendi vnum recipi, n.16.*

17 *Collatio beneficiorum quibus Regibus competat: & de triplici iure regaliorum, n.1 .*

19 *Episcopi an conferant beneficia ad primarias preces cuiuslibet Regis Franciæ suis Consiliariis.*

20 *Mos erat antiquitus aliquid dandi Imperatori per Episcopos in sua promotione.*

21 *Clausula Ita tamen quod persona sic nominata de aliquo beneficio prouisa fuerit eius nominatio quo ad alios collatores facta ipso iure expiret, quid operetur in primariis precibus.*

22 *Plura beneficia non debent vni dari præter voluntatem concedentis.*

23 *Dispositio* l.boues, §.hoc sermone de verb.signific. *habet locum respectu plurium precum concessarum eodem tempore, non aliarum precum emanatarum successiuis temporibus, n.24.*

CAPVT CCCCLXXVIII.

EXtinctio litis canonicatus, de quo agimus, est concedenda ad fauorem D.Adulphi, Constat enim de concessione primariarum precum facta
1 per S.D.N.Sacræ Cæsareæ Maiestati, † & de nominatione subsecuta in personam eiusdem Adulphi ex quibus fuit adempta facultas Capitulo aliis conferendi, ita vt omnis contraria prouisio sit inualida, tamquam per istud mandatum Papæ sit affecta præbenda, & sint ligatæ manus collatoris *extrauag.fin.de praben.Anchar.consil.58.ad fin.Rebuff.in prax.in tit.de reseruat.nu.33.& 34. cum aliis per Paris.de resignat.lib.11.q.10.n.9.*

Non obstat, quod non fuerit facta præsentatio, & insinuatio primariarum precum, & mandati A-
2 postolici, & nominationis, † prout requirebatur ad hoc vt afficiant collationem ordinarij. Quia notorium erat tunc temporis in tota Germania Cæsaream Maiestatem habere indultum primariarum precum, illóque visam in aliis ecclesiis Germaniæ, Vnde cum tam collator, quam proui-
3 sus id non ignorauerit, † non erat opus alia certioratione *l.1.§.aiunt, & §.si intelligatur, de adilit. edict. l.si tamen, §.ei qui seruum, eod.tit. c.cum qui certus est 31.de reg.iur.in 6.*

Nec facit, quod non sufficiat sola scientia sine præsentatione, Quia vltra dictam scientiam adest af-
4 fectata, † & extraordinaria properatio adhibita in huiusmodi canonicatu conferendo etiam ante sepulturam defuncti, cum aliis de quibus in facto, ita vt ex istis colligatur animus eludendi primarias preces, quo casu plus deprehenditur quis agere, quam simpliciter scire, quamuis enim sim-
5 pliciter sciens factum alienum † possit dum contrahit illud dissimulare, ne curiosus videatur *l. dolo mali, §.ideo autem, de notat.* Tamen quando simplici scientiæ additur aliquis actus nimiæ festinationis, seu similis, tunc sola scientia sufficit, & non
6 valet collatio, † vel saltem reuocatur, cum in beneficiis debeat abesse omnis præsumptio doli, qui ex prædictis satis colligitur tam in collatore nimis propere conferente, quam in prouiso recipiendo canonicatum alteri debendum, prout per istas, & similes rationes in puncto concludit *Anchar.in cap si capitulo 5.colum.2.in princip.nu.2. & ibi Butr.colum.5.post med.num.24.versic.quaro an si talis præsentatio, Ioan. Andr.ad fin. versic. quaeris etiam Franc.colum.penult.in princip. versic. ibi tamen dicit, n.4.post med. Lap.Abb.nu.3.Geminian.n.. de concess.præben. in 6. post Compostell.in cap.capitu-*
7 *lum, colum 8. versic.item quid si litera, de rescript.* † Quemadmodum dicimus de processu habito de illo, qui sciuit reuocationem mandati procuratoris partis aduersæ, *l.vnic.Cod.de satisd. l.mandato, de procurat.l.fundum, C.de euict.lege si venditione, §.item si, ff.de contrahend.empt.*

Et in casu nostro tollitur omnis difficultas propter decretum irritans, de quo in indulto concesso Sacræ Cæsareæ Maiestati per Summum Pontificem,
8 † per quod dicitur præbenda affectata etiam ante præsentationem literarum tamquam emanauerit à Principe, & liget etiam ignorantes, vt in specie concludit *Federic.cons.290. in præsenti, colum.2.in fin.vers.immo plus dato, & colum.3. in princip.vers. intelligas illud, nu.4. per cap. quia cunctis, §. ex parte, versic.non sic, & versic.similiter, de concess. præbend.in 6. Gloss.cap.si soli, 6. in verb.firmitatem, ante fin.vers.primo si in gratia eodem titulo in 6.Rot. decis.23.infra mensem, n.3.de restitut.spoliat.in antiq. Paris.cons.47.n.31.lib.4.*

Accedat, quod satis fuisse videatur, vt preces de quibus agimus, solemniter intimatæ fuerint capitu-
9 lo intra mensem à die vacationis beneficij, † & quod canonicatus à D. Adulso fuerit acceptatus, colligitur in indulto per Summum Pontificem concesso *in §.quod cuicumque.* Adeò vt ex hoc non sit quærendum an prius deberet fieri præsentatio necne, cum sit facta in tempore iuxta facultatem prædictam.

Quod etiam suadetur, vt omnes intelligant in Germania locum esse primariis precibus, etiam in
10 mensibus ordinariorum, † quod publicè interest, maximè propter bonum Catholicæ religionis, vt dicitur in narratiua extinctionis, cum inualuerit opinio, quod d. preces coarctarentur ad Menses Sedis Apostolicæ, ex qua opinione infertur etiam præiudicium eidem Sanctæ Sedi, adeo vt etiam
11 ista publica vtilitas † sit præferenda commodo priuato *l.vnica, §.fin. C.de caduc.tollend. l.vtilitas, C.de primipil.lib.11.* etiam cum incommodo particularium *Aym.cons.132.n.23.*

Cum præsertim sit gratificandum Imperatori, & Archiepiscopo Moguntino, ac Episcopo Spiten-
12 si, † qui D.Adulfum commendant, nam etiam in huiusmodi collationibus de iure defertur commendationibus Magnorum Principum *Abb.in c. 1.nu.9 de elect. Hieron.Schurpf.cons.14.nu.22. cum aliis per Gonzal.ad reg.8.cancellar.glos.4.nu.164. vsque ad 168.* Maximè, quia in hoc casu agitur etiam
13 de ipsorum auctoritate tuenda, † quod quidem pertinet ad publicam vtilitatem, & ad commodum

dum Catholicæ religionis, ideò magis debet attendi, *l. item si verberatum, ff. de rei vendic. Felin. c. quæ in ecclesiarum, 210. nu. 29. causa autem legitima, de constit. Surd. cons. 210. nu. 29. & 30.*

Et quoniam locuti sumus de primariis precibus, ob-
14 seruandum est, quod de eis facit mentionem, †
Specul. de prebend. & dignitatib. §. restat, ante fi. n. 8.
vbi testatur se vidisse priuilegium bullatum permittens Imperatori, vt possit in qualibet Ecclesia Alemaniæ vnum recipi, quod hodie dicimus primitias preces, seu primarias preces, *Alb. in l. bene à zenone, n. 8. vers. sed an Imperator possit conferre beneficia, C. de quadrien præscript.* Quod priuile-
15 gium habet hanc significationem, † vt ob illas primarias imperiales preces vnus collator non possit, nisi semel, nec etiam in vna Ecclesia grauari, *Rota decis. 23. nu. 8.* subdens quod idem priuilegium non tribuit Imperatori potestatem confe-
16 rendi, † sed solum facultatem faciendi vnum recipi, *Io. Andr. ad Specul. de præbend. & dignitatibus*
17 *§ restat in verb. fuit, nu. 8.* vbi etiam loquitur † de Reg... Franciæ & Angliæ, qui vendicant sibi collationem beneficiorum in quibusdā Ecclesiis vacantibus, quod ius vocatur ius regaliæ, *cap. præterea, de iur. patron. cap. generali, de elect. in gloss. in pra... tio. tit. de annatis, vers. item quod dicta*
18 *quintapars, in verb. regalia, fol. 199.* vbi de triplici iure regaliorum videlicet de collectis, ac tributis, vel vectigalibus, ac similibus, vel iuribus debitis Regi Ecclesiis vacantibus, quæ illis plenis Prælati perciperent, de quibus latè Philipp. Prob. *de iure regal. & Arnulph. Ruz. eod. tit. tit. 12. tract. fol. 157. & 187. Bald. in c. quanto, in fi. de iudic. & in l. rescript. n. 8. ad med. vers. & ideo rex angelorum & rex Vngariæ, C. de precib. imperat. offer. per cap. lectis 63. distinct. cum aliis per Boer. decis. 23. nu. 2. 9. & per*
19 *tot.* † vbi etiam quod ad primitias preces, seu primarias preces cuiuslibet Regis Fráciæ in aduentu suo solent Episcopi conferre præbendas, & beneficia Consiliariis sui magni Consilij, & supremarum Curiarum Regni: Et de more aliquid
20 dandi Imperatori per Episcopos † in sua promotione *gloss. in cap. agatho natione, 63. distinct. Alber. in l. bene a Zenone, nu. 8. col. 2. ante fi. vers. item quilibet episcopus in promotione sua, Cod. de quadrienn. præscript.*

Addendum est etiam quod in similibus indultis pri-
21 mariarum precum, solet apponi clausula † ita tamen quod persona sic nominata de aliquo beneficio prouisa fuerit, eius nominatio quo ad alios collatores, & collatrices facta ipso iure expiret, de cuius clausulæ intellectu, *Card. Seraph. decis. 728. n. 1.* vbi quod erit intelligenda de aliis precibus, quas eodem tempore quis ad diuersas Ecclesias impetrasset ab Imperatore, quod fieri solet, vt non omnia beneficia concedantur impetranti, sed vt citius pluribus concessis veniat vacatio, ita vt vna euenienre, & secuta collatione, omnes
22 aliæ gratiæ cessare debeant, † ne quis plura beneficia consequatur præter intentionem concedentis, cui rei est prouisum per hanc clausulam, quāuis non sit sublata facultas iterum concedendi alias preces eidem personæ post consumptionem prioris gratiæ: Ex quibus non obstat dispositio,
23 *l. bones, §. hoc sermone, de verbor. signific.* † Quia locum habet respectu plurium precum concessarum eodem tempore, nam vna consumpta, aliæ euanescunt, secus respectu aliarum precum emanatarum successiuis temporibus, quibus non potest applicari, maximè quia limitatio, de qua in dicta clausula, est concepta per verba denotantia illas preces, quæ reperiuntur factæ tempore consumptionis gratiæ, cum eas velit tunc tempo-
24 ris expirare, † quod necessariò præsupponit earum præexistentiam, neque enim possunt hæc verba conuenire precibus postea superueníentibus: Ita per prædictas, & alias rationes concludit *Rota Meten. Canonicatus, 14. Martij 1586. coram Seraphino inter impressas decis. 728* recedendo à resolutione aliàs facta *in eadem causa coram R. P. D. Rubeo Decano, 19. Decembris 1583.*

EPITOME.

Subhastationes cum dilatione viginti dierum an sint necessariæ de iure, & de consuetudine in alienandis rebus Minorum, & Ciuitatum, & Ecclesiæ. ¶ Et an sit leuis solemnitas, vel de forma & ei possit renunciari. ¶ Vel loco illius alia subrogari. ¶ Et quando competat restitutio si omittantur. ¶ Minor quomodo sit citandus. ¶ Contractus carcerati quando valeat ad fauorem, eius, qui illum detinet. ¶ Obligatio filij, vel filiæ an sit iusta pro liberandu patrem è carceribus. ¶ Discussio in rebus mobilibus quando debeat præcedere, vt valeat executio in stabilibus ¶ Impugnans alienationem ex defectu subhastationum an debeat prius soluere pretium & melioramenta. ¶ Locus loci quando sit apponendus in instrumento, vel priuilegiis, ac aliis dispositionibus. ¶ Et quid de consuetudine seruetur. ¶ Et an vitietur in totum instrumentum. ¶ Simulatio donationis an probetur per coniecturas. ¶ Et quales debeant esse. ¶ Iuramentum quando conualidet actum simulatum. ¶ Reseruatio quam facit donans occasione testandi ad quam summam debeat ascendere.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum minoris est nulla ob defectum subhastationis, & dilationis non data per viginti dies, num. 5. & 6. Contrarium seruatur num. 9. 10. 19. 20. & 25.*

2 *Subhastatio non est leuis solemnitas. Contrarium numero 11.*

3 *Solemnitati subhastationis non potest renunciari.*

4 *Schedula in locis publicis equipollens subhastationi vbi non adest præco.*

7 *Iudex potest prorogare tempus viginti dierum requisitum in subhastationibus vsque ad annum, non autem diminuere.*

8 *Subhastatio requiritur quamuis testator det facultatem vendendi bona minorum.*

12 *Iudex adhibendo causæ cognitionem super valore bonorum, & quantitate pretij iudicat illud quod faceret subhastatio, in cuius locum ista cognitio subrogatur, num. 23.*

13 *Minor restituitur si fuerit læsus in alienatione facta non præcedente subhastatione.*

14 *Bona ecclesiastica possunt alienari sine subhastatione.*

15 *In venditione rerum Ciuitatis non requiritur subhastatio.*

16 *Dispositio & hoc ius porrectum, C. de sacros. eccles. est relata in libro Decretorum, non tamen est approbata.*

17 *Consuetudo potest derogare solemnitati subhastationum. Idem in statuto, num. 18.*

21 *Forma subhastationum est inuenta ad euitandas fraudes, quibus deficientibus cessat dispositio.*

22 *Subhastatio solet fieri ad probandam diligentiam, quam sufficit vndecumque probare.*

24 *Doctors attestanti de consuetudine creditur quo ad probationem præsumptiuam.*

26 *Possessio facta auctore Prætore est iusta.*

27 *Curator minoris debet citari, quamuis etiam sufficiat, si citetur minor, secus in pupillo, nu. 28.*

29 *Minor simpliciter citatus intelligitur ad legitimè comparendum.*

30 *Contractus carcerati quando valeat ad fauorem illius, ad cuius instantiam detinetur, n. 31. & 32.*

33 *Metus noua carcerationis attenditur ad annullandam dationem in solutum, nu. 34.*

35 *Præsentia Iudicis, & propinquorum excludit omnem metum.*

36 *Obligatio minoris dicitur iusta pro liberando patre è carceribus, vel impediendo, ne carceretur, n 37.*

38 *Filius non prohibetur de iure se obligare pro patre, secus in filia, quæ iuuatur velleiano.*

39 *Statutum debet intelligi vt minus recedatur à iure communi.*

40 *Discussio quando debeat prius fieri super stabilibus antequam deueniatur ad immobilia, num. 41. 42. & 43.*

44 *Iudex præsumitur commisisse iustè executionem.*

45 *Impugnans alienationem defectu subhastationum non auditur, nisi prius soluto pretio, vel oblato realiter, & cum effectu cum melioramētis factis, n 46.*

47 *Locus loci est apponendus in instrumento, ita vt eius omissio tollat fidem, & faciat præsumi falsum, num. 50. & 53. Amplia tam de iure, quàm de consuetudine, adeo vt reg. fletur notario si illum sit solitus apponere, nu. 48. Fallit in priuilegiis, & aliis dispositionibus, & stante consuetudine aliquorum locorum, nu. 51. & 52.*

49 *Exprimere locum loci est de forma, & essentia instrumenti.*

54 *Certitudo actus magis colligitur, & falsitatis suspicio euitatur opponendo locum loci.*

55 *Locus loci debet apponi in instrumento celebrato in ciuitate populata.*

56 *Omissio stili, qui adhibetur per notarium arguit instrumentum suspectum.*

57 *Instrumentum in quo deficit locus loci, quamuis non vitietur in totum, tamen semper redditur suspectum, ita vt fundans se in eo debeat probare talem locum specialem.*

58 *Locus loci non est apponendus, si ex serie facti potest apparere vbi fuit celebratum instrumentum.*

59 *Simulatio donationis probatur per coniecturas etiam leues, n. 60. & sufficiunt duo indicia, n. 61. & plures simul iuncta magis illam probant, nu 62.*

63 *Retentio bonorum donatorum facit præsumi donationem simulatam quando apponitur à tertio, quamuis adsit constitutum, & precarium.*

64 *Simulatio facilius præsumitur respectu tertij.*

65 *Simulatio arguitur si donans parum sibi reseruauit, & quantum sit reseruandum, n. 66.*

67 *Donatio facta coniunctis inducit præsumptionem simulationis.*

68 *Donans omnia bona, vel maiorem partem quando præsumatur simulatè donasse, nu 69.*

70 *Suspicio simulationis si fiant insolitè.*

71 *Causa finalis colligitur ex processu, nu. 75.*

72 *Iuramentum non conualidat actum simulatum, maximè contra tertium, nu. 73. nec decretum Iudicis aliquid operatur, n. 74.*

CAPVT CCCCLXXIX.

* *Adde 3. ad cap. 7. & cap. 375 n 16. & ad decis. March. n. 130. & ibid. in addit.*

ADmittenda * videbatur nullitas proposita
1 ex defectu subhastationis omissæ, † & dilationis non datæ per viginti dies in rebus, & bonis Minorum, iuxta *auth. hoc ius porrectum, Cod. de sacros. eccles.* Quasi vendere rem cum subhastatio-
2 nibus † non sit leuis solemnitas, secundùm Bald. *in l. ordo, num. 4. in fi. C. de execut. rei iudic.* Vnde non potest officialis, aut emptor renunciare huic
3 solemnitati subhastationis, † cum sit inducta ad fauorem eius, cuius bona alienantur, *Bart. in l. 1. nu. 4. ad med. C. de fid. instr. & iur. hast. fiscal. lib. 10.* Et loco subhastationum voce præconia sufficeret,
4 vbi non est præco, † vt ponantur schedulæ in locis publicis, quæ æquipollent voci præconis, vbi aliàs res præconizanda *Ioan. Plat. in l. loca omnia, C. de locat. prædior. fisc. lib. 10. Auedan. Plot. & alij per Munoz. de ratiocin. administrat. cap. 16. num. 19.* Et ita passim concludunt Doctores, quod sint necessariæ subhastationes cum dilatione die-
5 rum viginti, † vt tenet *Specul. de empt. & vendit. §. nunc dicendum, num. 4. Bald. consil. 184. ad intelligentiam, in princ. lib. 2. Roland. consil. 33. num. 14. lib. 1. Menoch. de arbitr. cas. 129. in fi. vers. idem dicendum, & cas 171. n. 28.* & latè comprobat *Surd. cons. 49. num. 19. lib. 1. Bertazol. claus. 10. gloss. 2. nu. 7. cum aliis per Cardi. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 6. num. 31. Azor. in summ. pag. 3. lib. 8. cap. 16. Rota coram R. P. D. Coccino. Roman. dotis de*
6 *Olphis, 25. Octobris 1613.* † vbi sequitur hanc sententiam iuxta attestationem, vt dicit magni practici *Luc. Pet. in prax. de execut. rei iudic. lib. 8. c. 2. num. 36.* Et quamuis sit arbitrarium Iudici prorogare tempus dictorum viginti dierum vsque ad
7 annum, † *Munnoz. de ratiocin. c. 16. num. 13. & 14.* non tamen potest minuere *Bart. in l. si tempore, nu. 1. in fi. & nu. 8. C. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. lib. 10. Azeued. lib. 9. tit. 11. lib. 2. nu. 10. fol. 27. Iodoc. Dambouder. Brugens. de subhastat. c. 5. num. 2. tit. 6. par. 1. fol. 81. Ferron. super consuetud. Burdigalens. in fi. tit. 13. de subhastat. col. 1. post princ. vers. adeo au-*
8 *tem.* † Ita vt etiam requiratur subhastatio, licet testator concessetit executori facultatem vendendi bona minorum, *Munnoz. d. c. 16. nu. 18. Surd. decis. 77. n. 4.*

Verùm cum de veritate prædictorum quæreretur in causa Beneuentana executionis inter Domi-
9 nos Galeatios & Vitellios, † dicebam veriorem opinionem esse, & in praxi magis receptam, quod dispositio *dicta authent. hoc ius porrectum, Cod. de sacros. eccles.* non haberet locum in casu nostro, Cum per generalem consuetudinem totius orbis hodie non solùm non sit necessaria dilatio viginti dierum, quando subhastatur bona minorum, sed potius in totum dictæ subhastationes amplius non requirantur, cum passim valeant alienationes huiusmodi bonorum absque subhastationibus, ita vt illis omissis non possit dici de illarum nullitate, vt concludunt omnes communiter *in auth. hoc ius porrectum: vbi Bald. n. 3. ante fi. vers. idem dicimus, col. 3. ad med. C. de sacros. eccles.*

Idem

Item Bal. in l. & si sine. §. quæsitum, ad fin. post Gu-
lielm. de Cun. ibid. ff. de minoribus: Gloss. in c. 1. in verb.
tractatus. ad med. de reb. eccles. non alienand. Cassan.
cons. 55. n. 41. Imol. cons. 99. in 7. dub. nu. 7. Fabian. de
Mont. de empt. & vendit. q. 5. nu. 85. & 88. tom. 6. p. 1.
fol. 56. Plot. in l. si quando. nu. 198. in addit. C. unde vi.
Ajin. de execut. c. 16. §. 6. ad fi. n. 6 fol. 144. Rot. decis.
1. in princip. de consuetud. in antiq. Luc. de Penn. in l.
1. colum. 2. in prin. vers. formam verò quæ traditur. C.
de fid. instrum. & iur. hast. fiscal. lib. 10. & in l. si tem-
pora. in fi. vers. sed an in venditione, C. eod. tit. Corn.
cons. 29. n. 3. lib. 4. Add. ad Dec. cons. 403. quamuis in
casu. n. 12. in verb. subhastentur. Firman. de Gabell. p.
2. n. 18. & 19. in fin. tom. 12. fol. 56. Felin. in c. cum cau-
sa. col. 4. ante med. versic. intellige quod ad decretum.
n. 10. de re iudic. late Io. Francis. Ponte cons. 1. nu. 134.
vsque ad 142. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. n. 67. an-
te primam inspectionem, fol. 36. Vivi. decis. 22. n. 14. in
fi. Bertran. qui de magis communi cons. 360. nu. 4.
lib. 2. p. 1. Cardin. Thusc. conclus. 713. n. 4. in verb. sub-
hastatio. tom. 7. Et quidquid dicat Luc. Pet. hanc o-
pinionem seruari in praxi attestatur Alber. in l.
10 & si sine. §. quæsitum. n. 3. ff. minor. † cui magis est
credendum tanquam mereatur hoc nomen ma-
gni practici potius quàm alius, maximè quia talis
consuetudo est valida, dum tollit subhastationes
11 [illegible] leues, & non substantiales, † vt dicit
[illegible] Alber in auth. hoc ius porrectum, in fin. vers.
[illegible] et esse verum, num. 21. C. de sacros. eccles.
N[illegible] enim semper subhastatio est vtilis pupil-
lis, [illegible] ei expedit semper expectare licitationem
Corn. consil. 29. colum. 2. lib. 4. quem sequitur Card.
Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 4. tit. 6. nu.
31. in fin. Bertazol. claus. 10. glo. 2. nu. 7. ad med.

Præsertim quia dum Iudex adhibet causæ cognitio-
12 nem particularem super valore bonorum, † &
quantitate pretij permittendo alienationem iu-
dicauit illud, quod faceret subhastatio. Vnde tan-
quam actus subrogatus in locum subhastationis
debet attendi, quasi rectè potuerit omitti subha-
statio, cum in hoc consuetudo non sit sine ratio-
ne, ideo talis praxis attendetur Io. Fran. Pont. cons.
13 1. n. 139. cum seq. † Cum etiam detur restitutio Mi-
nori, si fuerit læsus in huiusmodi alienationibus
non præcedente subhastatione, si alius plus offe-
rat, quàm res vendita sit, quod arguit, vt illius o-
missio non reddat ipso iure actum nullum, vt post
Gul. de Cun. notat Bald. in d. l. 1. & si sine, §. quæsitum
in 1. lectur. in princip. ff. de minoribus. & sequitur
Ajin. de execu. cap. 16. §. 6. ad fi. nu. 6. fol. 144. Imol.
14 cons. 99. nu. 7. † Quod etiam est in alienationibus
rerum Ecclesiasticarum, in quibus consuetudo
non admittit solemnitates subhastationum, vt te-
statur Redoan. de reb. eccles. non alienand. rub. 23. nu.
39 tom 15. part. 2 fol. 433. & rub. 29. nu. 8. fol. 443. post
Bald. in d. auth. hoc ius porrectum, nu. 3. ad med. vers.
sed hic quæritur. C. de sacros. eccles. Innoc. in c. du-
dum. col. 1. n. 2. de reb. eccles. non alienand. Felin. in c.
cum causa. n. 10. de re iudic. Rot. decis. 1. n. 1. de consue-
tud. in antiq. Rebuff. cons. 112. nu. 10. Guid. Pap. decis.
149. Franc. in c. 1. col. 5. in prin. vers. solemnitates ergo
n. 9. in fi. de reb. eccles. non alienand. Prax. Archiepis.
15 c. 107. nu. 9. † Prout quoque in rebus ciuitatum, in
quibus non requiruntur subhastationes Ruin.
cons. 189. n. 19. lib. 1. Card. Mantic. de tacit. & ambig.
conuention. lib. 4. tit. 9. num. 2.

Et quamuis d. auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct.
16 eccles. si relata in libro Decretorum † cap. hoc ius
10. quæst. 2. Tamen non ex hoc approbatur, cum
solum ibi fuerit posita, vt ostendatur studium
piorum Imperatorum in Ecclesiam, vt notat
Gloss. in cap. 1. in verb. tractatus. ad med. de reb. eccles.
non alien. in. Azor. in summ. part. 3. lib. 8 cap. 16. ver-
sic. primo quæritur.

Neque obstant in contrarium allegati, Quia non est
curandum de eorum opinione tanquam minus
17 recepta, † cum etiam omnes loquantur de iure,
cui derogatum est per consuetudinem, vt dictum
est, quæ consuetudo potest in hoc illi derogare
quo ad præfatam solemnitatem subhastationis
Felin. in cap. cum causa. n. 10. de re iudic. Guter. de tu-
tel. part. 1. cap. 5. n. 6. post Roccum de consuetud. sect. 5.
18 n. 27. † quemadmodum etiam posset per statutum
Fabian. de Mont. de empt. & vendit. quæst. 5. num. 85.
& 88. tom. 6. part. 1. fol. 56. Jodoc. de subhast. cap. 3. n. 3.
Franc. Munoz. de ratiocin. administrat. cap. 16. nu.
14. & 15. cum aliis per Franc. in cap. 1. nu. 10. colum.
5. in princip. in gloss. ibi in desuetudinem, de rebus ec-
cles. non alienand. Et in decisione Rot. coram R. P. D.
Coccino Romana dotis de Olphis 25. Octobris 1613.
obiter & per transennam attenditur ista nullitas,
cum in fine eiusdem decisionis dicatur illud ne-
gotium in totum in se consideratum non bene
19 olere, & quatenus etiam ibi attenderetur, † Ta-
men est fundata in auctoritate Lucæ Pet, qui lo-
quitur contra omnes Doctores attestantes de
communi praxi in contrarium ex Alber. & aliis
suprà allegatis: Immo etiam sæpius Rota admisit
alienationes, & similes dationes in solutum bo-
norum minoris, quamuis factas nullis præceden-
20 tibus subhastationibus, † cum rigor iuris quatenus
illas requireret, non attendatur, sed æquitas præ-
ualet quando constaret de vero credito, & non
de aliquo excessu, seu læsione minorum, cum talis
forma subhastationum sit inuenta ad euitandas
21 fraudes, qua cessante deficit etiam dispositio, † vt
in specie concludit Rot. coram Card. Seraphin. Ro-
man. de Gaddis, 21. Aprilis 1578. quæ est in impres-
sis decis. 358. n. 1. part. 1. Et subhastatio fieri solet ad
22 probandam diligentiam, † Vnde quomodocum-
que illa probetur sufficit Honded consil. 58. num. 55.
lib. 1. post Rip. in l. 2. §. mutui datio. num. 25. in fin. ff. si
23 cert. petat. † Et dum Iudex adhibet causæ cogni-
tionem super qualitate bonorum, & quantitate
pretij ac aliis necessariis satis dicitur probata di-
ligentia, rectè potuit omitti subhastatio Ioan.
Franc. Pont. cons. 1. n. 139. cum seq.

Non erit igitur recedendum ab ista opinione tan-
quam consuetudine approbata, cum omnes Do-
24 ctores de ea attestentur, † quibus credendum est
saltem quo ad probationem præsumptiuam, ex
qua transfertur onus probandi contrarium in par-
tem aduersam Bart. in l. de quibus. colum. 8. in fin. in
4. quæst. princ. n. 21 ff de legibus. Aym. consil. 325. n. 1.
Roland. cons. 87. n. 12. lib. 1. Mascard. conclus. 528. n.
3. Menoch. de arbitr. cas. 360. n. 64. ad fin. Grat. cons.
111. nu. 53. lib. 2. vbi attestatur de magis communi,
& verissima opinione post Decian. in l. 2. §. mutui
datio. colum. 5. ff. si cert. petat. Multa enim de iure
25 requiruntur, quæ in praxi non seruantur, † Ideo
isti viginti dies in præfixione termini ad reluen-
dum, si non fuerint dati, non debent annullare a-
ctum, prout neque annullat eorum omissio in re-
bus Ecclesiæ, vt dictum est, & ita etiam de iure
communi, non autem de consuetudine loquitur
decisio coram Card. Pamphil. Vrbeuetan. domus de

Albutiis, 5. Decemb. 1594. qua est inter decis. diuers. 315. in fin. p. 4.

Omissa itaque dicta nullitate subhastationis est de-
negandum Mandatum de manutenendo Vitel-
liis, & concedendum ad fauorem D D. de Galea-
tiis, qui iudicialiter, & seruatis seruandis fuerunt
immissi in possessionem bonorum, de quibus agi-
26 mus; † ita vt dicantur possidere auctore Prætore,
cuius factum censetur factum partis, & per con-
sequens omnis possessio tam naturalis, quàm ciui-
lis fuit à Vitelliis amissa, & eisdem Galeatiis ac-
quisita *Ang. in l. qui vniuersas 30. §. item cum prætor. ff. de acquir. possess. Ias. in l. cum possidere. §. qui ad nundin. ss. n. 20. ff. eod. tit. Sym. Vincentin. de iudic. miss. in possess. nu. 11.*

De iustitia autem mandati Prætoris constat, cum il-
lud processerit ex instrumento camerali cum de-
bitis solemnitatibus facto iuxta formam statuti
Beneuentani, & ex causa legitima solutionis æris
27 alieni per testatorem contracti † præuia citatio-
ne Curatoris Aduersariorum, & seruatis seruan-
dis cum aliis, de quibus in facto, adeo vt stantibus
prædictis non possit dici minores fuisse indefen-
sos *l. insiurandum 34. §. pupillo non defertur. in fin. ff. de iur. iur.* & sic non intrat decisio *Crescent. 9. de sentent. & re iudicat.* Licèt etiam satis fuisset cita-
28 re minorem, † cum simus in adulto reo conuen-
to, quasi in optione agentis sit quem velit citare,
quidquid aliud sit in pupillo *Alexand. in l. si ex legat. in fin. nu. 8. ff. de verb. obligat. Cardin. in clem. religiosus. colum. 5. n. 9. quæst. 5. in fin. de procurat. Socini. de citat. qu. 20. sub n. 4. & art. 20. nu. 51. qu. 19. in fin. Mandos. de ætat. minor. n. 5. & 9. in fin. Bald. in l. vltim. in princ. Cod. si propt. public. pensitat. & in l. non contra 14 in fin. & l. vltim. nu. 2. Cod. de procurat. Bart. in l. 1. § sufficit vers. quæro qualiter fiat. ff. de administrat. tutor. Dec. cons. 449. visis dubiis, col. 3.*
29 *vers. tertio. contra executionem, nu. 11. & 12.* † Ita vt
talis simpliciter citatus intelligatur ad legitimè
comparendum *Alexand. ad Bart. in l. si minor, in addit. incip. si minor. ad med. versic. & adde, de bon. auctor. iudic. possidend. Mandos. de ætat. minor. quæst. 10. n. 5. & 9. in fin. & in tract. de commissionib. form. 4. commiss. in verb. ad legitimè comparendum.*

Nec debet attendi prætensus metus, quia non potest
30 ex eo concludi ratificationem fuisse nullam, †
nam præcessit mandatum cum aliis requisitis ad
concedendam iustam carcerationem, Vnde valet
contractus carcerati etiam ad fauorem illius, ad
cuius instantiam detinetur, ita vt non dicatur in-
teruenisse aliquis metus *Castrens. in l. qui in latronibus 13. in fin. versic. sed non contrahere, n. 3. ff. de testament. Bart. in l. qui carcerem. n. 1. vers. contra hoc oppono. ff. de eo quod met. caus. Mandos. in Roman. cons. 316 in verb. iniusto. Alexand. cons. 241. in fin. lib. 6. Fulgos. consil. 177. colum. 1. versic. cæterum his non obstantibus. Farinac. qu. 35. num. 28. & 29.* & ita seruat *Rot. vt per Cardin. Plat. Romana pecuniaria de Rospolis 10. Maii 1589. & coram R. P. D. Pirouano Ro-*
31 *mana repetitionis indebiti 30. Aprilis 1610.* † vbi
quod non inualidatur obligatio, quando constat
carcerationem esse iustam, & ideo quia ibi appa-
rebat de iniustitia illius, fuit annullata datio in
solutum ad effectum se liberandi è carceribus
Menoch. de arbitr. cas. 136. n. 4. Roland. cons. 2. n. 42.
32 *lib. 1.* † Quod ampliatur quamuis datio in solu-
tum ob carcerationem iniustam fuisset ratificata,
si aderat reseruatio mandati exequatur contra car-
ceratum in casu inobedientiæ, quasi tunc duret
33 metus nouæ carcerationis, † de quo idem iudica-
tur sicut de ipso metu *l. pediis 4. de incend. ruin. & naufr. ss. Decian. consil. 218. viso, colum. 2. post med. versic. tertio quæritur. & ibi Add. i. in verb. durante. Ang. in l. qui aliena § celsus. ff. de acquirend. hæredit. Grat. cons. 36. nu. 15. lib. 2. Bart. & alii in l. 2. eod. quod met. caus. Mandos. ad regul. 44. quæst. 80. num. quarto, ad med. Imol. in cap. causam matrimonii, de*
34 *offic. delegat. Anchar. consil. 299.* † Et in specie da-
tionis in solutum, & illius ratificationis *Rot. coram R. P. D. Pirouano Romana receptionis indebiti 30. Aprilis 1610.* Quamuis modò de hoc non esset
quærendum, cum semper ex huiusmodi contractu
qui prætenditur per metum factus, pendeat causa
indecisa, ideo non dicitur constare de tali iniusti-
35 tia, donec super ea fuerit iudicatum; † Maximè,
quia ratificatio fuit facta cum interuentu Iudicis,
ac propinquorum, & aliarum solemnitatum, per
quas excluditur omnis metus *Bald. in l. 2. qu. 9. Cod. de rescind. vendit. Ias. in l. transactionem, nu. 4. Cod. de transact. Aym. cons. 114. n. 3. cum aliis late per Menoch. de præsumpt. 118. nu. 5. & 6. lib. 3.*

Et licèt prætendatur non adfuisse causam, ob quam
36 debuissent Minores obligari, † Tamen constat
in facto de ære alieno patris, pro quo redimendo
è carceribus dicitur obligatio cum causa iusta, &
laudabili, adeo vt cum agatur de patris defensio-
ne, non detur restitutio minori aduersus talem o-
bligationem per ipsam præstitam *Ares. in l. 1. in a. notab. Salic. Cin. & Castrens. Cod. ne fil. pro patr. Idem Castrens. cons. 52. ad fin. lib. 2. Afflict. super constitut. regn. rubr. 58. nu. 18. lib. 2. Rot. coram Cardinal.*
37 *Ludouisio Bononiens. pecuniaria 9. Iunii 1603.* † vbi
ampliatur idem esse in fideiussione facta per fi-
lium pro impediendo, ne pater carceretur, cum
eadem ratio militet in hoc casu, non secus ac si
pro illo carcerando se obligasset *Rimenald. Sen. consil. 77. num. 16. libro primo cum aliis adductis per Surd. cons. 367. num. 18. vsque ad 26. libro tertio,* dixi *super cnpit. 108. nu. 43. & 44. par. 1.*

Neque oberit statutum de contractibus Minorum,
dum ibi mandatur, quod in eorum obligationi-
bus seruentur omnia, quæ disponuntur in statu-
to de contractibus mulierum, in quo illæ non
possunt fideiubere pro patre in carceribus con-
stituto, Vnde neque hoc poterunt facere mino-
res, cum in hoc æquiparentur mulieribus, vt in
d. statuto dicitur. Quia ex rubrica eiusdem sta-
tuti apparet, quod ista æquiparatio solum intelli-
gitur respectu solemnitatum, non autem inhabi-
litatis personæ quo ad obligationem paternam,
38 † maximè, ne fiat interpretatio statuti contra ius
commune, secundum quod filius non prohibetur
se pro patre obligare, quamuis aliud sit in filia,
quæ iuuatur Velleiano, & eius obligatio non sub-
sistit, neque pro patre; & in hoc est conformis
dict. statuto iuxta dispositionem *l. si paternam §. vbi Castrens. ante med. Bartol. in princip. Bald. in fin. Cin. nu. 2. Petr. de Bellapertic. & Alber. nu. 1. Cod. ad senatusconsult. Velleian. cum aliis per Franc. decis.*
39 *578. n. 14. part. 4.* † Præsertim, quia sic disponendo
diceretur per statutum induci illud quod natura-
lis ratio abhorret. Vnde ne sequatur hoc ab-
surdum semper intelligetur secundum ius com-
mune *Bald.* in specie obligationis, de qua agi-
mus *consil. 215. occurrit, dubium, numero 2. in fin. libr. 2.* quem sequitur *Surd. consil. 367. numero 25.*

ante

ante fi.vers.praeterea vbi defecerent, lib.3.

Alia nullitas obiiciebatur propter omissam discussionem super bonis mobilibus, quæ prius erat facienda, † antequam executio fieret super stabilibus.
40 *Roland.cons.33.n.5.lib.1.* Sed neque hoc obstat, cùm omissio huiusmodi ordinis non reddat executionem nullam, quasi solùm grauatus possit appellare ab illo ordine non seruato, qui non est datus pro forma, † sed tantum ad Iudicis instructionem, *Soci.cons.158.nu.26.lib.3. Imol.in l.à Diuo Pio, §.in venditione, col.2.ad med.de re iudic.* & de veriori, & magis communi opinione testatur
41 *Surd.cons.39.nu.22.lib.1.* † Stante præsertim obligatione camerali, quæ facit, vt non sit seruandus talis ordo, cùm omnia bona censeantur constituta in pignus prætorium, ita vt debitor illius occasione habeatur pro condemnato, *Bal.in l.familiæ, C.famil.erciscund.Soci.cons.24.num.48.lib.1.*
43 † Cum etiam esset probandum extare bona mobilia per eum, qui dicit executionem non legitimè factam, *Nat.cons.344 num.3.* Præsumendum est enim pro Iudice, quòd ritè, & rectè executionem
44 commiserit † quasi hoc spectet ad officium suum, *l.1.C.de offic.ciuil.iudic.Bald.in l.1.in fin.C.ne quis in sua caus.iudic. Alciat.præsumpt.9.num.1.reg.3.*

Neque est omittendum, quòd impugnantes talem
45 omissionem defectu subhastationem, † & aliorum, quæ opponuntur, non debent audiri, nisi prius soluto pretio, *l.cum te fundum, C.de pact.int.empt.& venditor. l.quod si minor, §.restitutio, ff.de minoribus. Bald.in l.1. post med. C.de rescind.vendit. & in leg.vltima, num.3.Cod.si aduers.fisc. Felin.in cap.cum causa, num.10.de re iudic. Abb.consil.62.in fin. vers.Postremo dico, lib.1.Corn.cons.188.in fin.lib.2.*
46 *Aym.7.num.14.Roland.cons.59.n.7.lib.2.* † De quo adimplemento non constat in casu nostro, immò neque de oblatione, cùm tamen illa requiratur realiter, & cum effectu, ac melioramentis, & alijs, de quibus per *Simon. de Pret.consil.74.num.2.Calcan.consil.26.col.fin. Odd.de restit. in integr. qu.47.art.3.num.14.*

* *Adde ad decision.March.28.*

Quoniam in * eadem causa Beneuentana executionis instabatur pro mandato contra bona hæreditaria, non obstante exceptione donationis ex
47 aduerso allegata, † ideò cum de illius validitate ageretur, fuit oppositum, quod in ea deficiebat locus loci, cuius omissio operatur, vt præsumendum sit pro falsitate instrumenti, ita vt nullam fidem faciat, & quia aliqui dubitabant de veritate istius opinionis mandatum fuit, vt cumularentur Doctores, & rationes ad effectum cognoscendi, quæ sententia debebat prævalere, Et quidem concludendum est magis veram, & receptam esse opinionem, vt locus loci sit de necessitate apponendus in instrumentis, prout testatur *Bartol. in l.de pupillo 5. §.qui nunciat.nu.2. vbi Castr.nu.3.Cuman.num.3.Alex.num.6.& ibi Addit.in verb.locus: Zas.num.3.Imol.in fi.Ias.num.3.Rom.nu.2.ff.de nou.oper.nunciat.Alber.in l.optimam, nu.4.& ibi Bal.nu.10.C.de contrah.stipulat. Feli.in c.1.col.3.ad med.vers.idem dicens de loco loci, nu.6.& ibi Dec.nu.9. Abb.col.3.in princ.& ibi Addit.in verb.locus, de fid.instr. Io.Andr.in c.abbate sane 3.ante fin.n.8.& ibi Gemin.in §.præfatus, nu.11.in fi.Franc.nu.7.ad med.& Lapus Abb. ad fin.de re iudic.in 6. Specul.de instrum.edit.§.breuiter, nu.9.Ioan.Andr.ad eundem Speculat.eod.tit. de instrum.edit. §.instrumentum, il 2.ver.quid si locus, nu.5.in verb.de hoc. Ayn cons.126.nu.2.post prin.versi.item caret loco, Practi.Papien.in form.product.instru.in verb.exhibens, nu.4. Nat.cons.329.nu.1.ad med.* vbi de communi *Cagnol.in l.lecta, nu.65.ff.si cert.peta.& in l.si librarius 9.in fi.n.82.ff.de reg.iur. Alex.consil.57.nu.5.& ibi Addit.in verb.loco, lib.2. Asin.* qui de magis communi *de execut. §.1.c.9.in fi.fol.5. Auffr.ad decis.Capel.Tholos.492.post med.Bal.consi.55.anno Domini, nu.1.col.1.ad med.lib.2.* quem sequitur *Melch. Palaez de maiorat.part.1.qu.62.nu.11. in fin.tom.10.part.1.fol.403.Put.dec.336.in fin.lib.1. Franc.super data sexti.nu.3.ad med.Castr.cons.420.viso, & examinato, col.*
48 *1.ante med.lib.2.* † vbi quod hoc requiritur tam de me, quàm de consuetudine, ita vt neque sit consideranda in hoc consuetudo notarij, si solitus esset solùm apponere locum generalem absque loco particulari ipsius loci, cùm non sit in eius arbitrio omittere ea, quæ de iure, & de consuetudine requiruntur *Bertrand.cons.230.num.1.in fi.lib.2.part.1.& cons.275.num.14.lib.3.part.1.Vitalin.in proœm.clem.col.fin.nu.14.& in clem.1.§.nos itaque num.17.& 18.de iureiurando,* vbi de communi *Rum.consil.134.in princ.lib 3.& consi.154.num.3.lib.3.* vbi etiam de communi *Rot.deci.5. de fid.instrum. in antiq.& deci.diuer.1156.nu.2.part.3.lib.3. Cæs.de Graff.decis.45.alias vnica, nu.9.de dol.& contumac. Socin.Iun.cons.127.nu.5.lib.3. Menoch.cons.188.nu.2.lib.3.* vbi quòd expressio omnium istorum locorum est
49 de essentia, † & forma instrumenti *Idem Menoc.præsumpt.84.nu.2.lib.2. Franc.Marc.deci.1182.nu.18.part.1.Bertazol.claus.2.gloss.3.n.2. Caputaquens.decis.98.part.2. Ioan.Faber.in §.item verborum, nu.3.instit.de inutil.stipul.Gonzal ad regul.8.cancellar.gloss.62.num.4. Angel.in authent. vt præponat.nom.Imperat. in princ. & ibi Add.in verb.pouit. Ceph.cons.622.nu.15.& 16.lib.5. Lanfranc.de Orian.in c.quoniam contra, tit.de instrum.product.n.454. vers.quod si dictum, & ibi Add.in verb.de speciali.de probat.tom.3.fol.263.Ioan. de Graff.in tract.de substantial.lib.procura.in 5.requisit.n.1.tom.3.part.1.fol.367.Bertazol.consi.crim.91.n.30.lib.1. Alciat.consi.199.alias est cons.4.num.4.lib.4.tom.1.Ioan.de Plat.in l.generali, col.2. ante fi. vers.deinde ponitur locus, & ibi Luc. de Pen.col.4. ad med.C. de tabular. lib.10. Carpan.ad constit.Mediol.c.332.nu.18.Mar.Man-*
50 *tua.cons.71.nu.7.Mascard.*† qui omnes ita tenere testatur *conclus.4.num.24. ad med. Barzius* qui etiam dicit esse receptissimam sententiam *decis.Bononien.:9.nu.50.& 52.dixi deci.March.28.nu.2.*
Qui omnes Doctores in specie loquuntur in in-
51 strumentis, † quidquid sit in alijs dispositionibus, priuilegijs, & similibus, *Achill.decis.6.de probat.* probante consuetudine aliquarum Ciuitatum, in quibus non requiritur quod apponatur locus lo-
52 ci, † vt in Hispania, vel alibi, secundum *Gonzal.ad reg.8.Cancell.glo.62.nu.4.* Cæsar *de Graff.decis.1.de dol.& contumac.*

Neque obstat, quod aliqui contrarium teneant, vt per *Barbat.in rubr.de fid.instru.num.121.tom.4.fol.*
53 *20.Angel.de testam.glo.107.tom.8.p.1.fol.78* † Quia non est attendenda eorum opinio, cùm sit contra communem sententiam, qui indistinctè requirunt locum loci, præsertim quia per talem expressionem magis euitatur falsitas, & habetur

certitudo auctus gesti, cùm aliàs posset aperiri via
54 multis malitiis † auferendo defensionem parti, quæ vellet impugnare instrumentum, *Rot.deci.6. de consuet.in antiq. Menoch.cons.288.nu.2. in fi.lib. ...Couar.pract.quæst.c.20.nu.3. vers. quinto necessarium est, Rimin.Iun.cons.723.nu.87.lib.6. Bertrand. cons.275.n.14.lib.3.p.1.* Adeò vt ob talem rationem appareat istam opin. esse etiam veriorem, nedum magis communem, ita vt ab ea non sit discedendum, quidquid alij, & numero & auctoritate impares contrarium sequantur.

Maximè quia sumus in ciuitate populosa, & ampla, quo casu magis requiritur, vt apponatur locus
55 loci, † vt per talem appositionem facilius comprobetur veritas, vel falsitas, & possit volens reprobare instrumentum habere certitudinem producendi suas exceptiones, quæ impedirentur si admitteretur locus tam vagus, & generalis, præsertim in donationibus, in quibus militet maior suspitio *Cas.de Gras.decis.45. aliàs vnic.num.9. de dol.& contum.post Bal.in l.contractus, nu.6.de vers.*
56 *interdum est talis actus, C.de fid.instru.* † Cùm etiam fuerit probata consuetudo notarij rogati de huiusmodi donatione, qui in instrumentis per eum celebratis semper apposuit locum loci, Vnde cum talis appositio deficiat in instrumento, de quo agimus, bene potest argui aliqua suspitio ob omissionem soliti styli, consuetudinis *l. si quis donaturus 28.vbi Gloss.in verb.vsitatum, ff.de vsufr. Bald.in l.quod si nolit, §.qui assidua, ff.de ædil.edict. Bartol. in l.nulli, n.2.C.de nu.& actuar.lib.10. Menoc.præsumpt.20.nu.17.lib.5.*

Accedat quod quidquid sit de prædictis finalis est resolutio Doctorum absque vlla difficultate, &
57 controuersia, † vt quamuis non vitietur instrumentum in totum si non apponatur locus loci, Tamen semper redditur suspectum, ita vt stante oppositione incumbat producenti onus probandi illum locum specialem, in quo fuit factum instrumentum, vt per *Gemin.in c. abbate sanè 3.§.præfatam, num.11.in fin.& ibi Franc.num.7.ad med.de sent.& re iud.in 6. Aufr.ad deci.Capell.Tholos.402. ad fin.Bertazol.claus.2.glo.1.num.2.Ioan.Andr.ad Specul.de instru.edit. §.instrumentum, il 2.ver.quid si locus, num.5.in verb.de hoc, Barz.decis.Bononien.*
58 *39.nu.52.* † Maximè, quia ex serie facti non potest apparere de loco loci, si enim posset aliter de eo constare non vitiaret illius omissio, vt si fieret instrumentum de solutione facta Thesaurario *Alex.ad Bart.in l.2.in verb.item facit, ad med.de lib. & posthu. Butr.in cap.1.col.4. in fin.versic. exigitur, nu.11.de fid.instrum.* iuxta doctrinam *Gul.de Cun.* de qua per *Bald. in l.comparationes 19.col.2. in fin. ver.venio ad tertiam quæstionem, nu.8. vbi Add. in verb.dixi, eod.tit.*

Addendum est etiam, quod vltra d.nullitatem omis-
59 sionis loci, de qua in prætensa donatione, † potest rectè defendi illam non obstare tanquam simulatam, Adsunt enim omnes coniecturæ, quæ de iure considerantur ad huiusmodi simulationem demonstrandam, quibus standum est, quasi ista probatio per coniecturas legales dicatur euidentissima, vt in specie dicit *Castrens.cons.64.in causa mota, col.2.in fin.versi.item alia est regula, lib. 2.post Glos.in c.si tutor, in verb.ostenderis, in fi.C.qui per tuto.per l.& si scisses, de administr. tut.l.2. C.de*
60 *suspect.tuto.Soci.cons.264.n.3.lib.12* † Ita vt etiam in materia simulationis sufficiant leues coniecturæ *Idem Castr.cons.109 visa petitione prædicta, col.n.2. in prin.ver.tam propter naturam, lib.2.latissime Bec.*
61 *cons.52.nu.41.vsque ad 47.* † & satis sint duo indicia, *Bald.consi.389.quod dictus contractus, nu.1.lib. 4.Card.Mantic.de tacit. & ambig. conuent. lib.13. tit.35.n.11.Becc.* qui de receptissima opin. testatur *d.cons.52.n.47.& 48.* In casu autem de quo agimus adsunt non solùm duæ coniecturæ, sed plures, &
62 non leues tantùm, sed graues, † Ita vt simul iunctæ magis inducant plenam probationem simulationis *Dec.cons.20.nu.25.lib.2.*

Et quidem valida est coniectura, quod donans semper retinuit possessionem bonorum, de quibus agimus vsque ad extraneum vitæ spiritum, vt in in-
63 uentario, de quo in summario nu.4. † ex qua retentione, & continuatione possessionis lex præsumit donationem simulatam, maximè quando prout in casu nostro, ista exceptio opponitur à tertio puta creditore, sex fisco, quamuis etiam adesset constitutum, siue precarium per quod licet possit dici mutata causa possessionis incipiendo possidere ex noua causa, Tamen hoc respectu tertij non habet locum, sed solùm respectu contrahentium, *Soci.cons.264.col.2.ante med.ver.septimo & vltimo arguitur, & vers.Sed ad præmissa respondeo, lib.1.post Bart.cons.65.in princ.lib.1. & cons.81. n.9.eo.lib.Card.Mantic.de tacit. & ambig.conuent. lib.13.tit.36.nu.9.& 10. Aret.consi.159.n.12.per tex. in l.sicut, §.superuacum, ff.quib.mod.pign.vel hypot. soluit, Corn.consi.203.nu.6.lib.3.* Ita vt respectu simulationis inducendæ quo ad tertium non sit tuta defensio, quod propter ignorantiam, negligentiam, aut imperitiam, vel simplicitatem pos-
64 sessio apud donatorem remanserit, † cùm simulatio facilius præsumatur, quando agitur de præiudicio tertij, *Cardin.Mantic.de tacit.& ambigu. conuent.lib.13.tit.36.nu.15. Bald. in d.cap.superuacuum, in fin.*

Vlterius donans, parum aut nihil sibi reseruans ex causa testandi, cùm ex bonis valoris scutorum 7000. reseruauerit solùm scuta vigintiquinque,
65 ita vt † ex hoc magis arguatur nullitas, & simulatio donationis *Alex. in l.stipulatio hoc modo concepta, n.28.de verb.oblig. cum aliis late adductis per*
66 *Menoch.cons.184.n.3.& 4.lib.2.* † vbi quod saltem reseruatio debet ascendere ad vigesimam partem omnium bonorum donatorum. *Idem Menoch. cons.1095.nu.13.lib.11.Cardin.Mantic. de tacit.li. 13.tit.31.nu.1. & tit.32.num.16.in fin.eod.lib. Rimin. Sen.cons.514.nu.5.lib.3. Purpur.in l.vlt.num.251. & ibi Cagnol.nu.242.C. de pact.Couar.lib.3. var.resol. c.12.num.3.vers.tertio, eadem ratione, Cephal.cons. 485.n.133.lib.4.*

Præterea donatio fuit facta coniunctis personis,
67 etiam arguit simulationem, † *l.data, in princ.C.de donat.Bald.cons.70. in princ.lib.Paris.cons.143.nu. 22.lib.4.& consil.53.num.18.in fin.lib.1.Socin.consil. 264.col.1.ad fin.vers.tertio arguitur, lib.2. Calcam. cons.26.num.27.Purpur.consil.152.num.15.& 17.lib.* 1.cum alis, quos latè adducit *Becc.cons.52.num.54. cum seq.*

Adde, quòd donatio fuit facta, non solùm de omnibus bonis præsentibus, & futuris, verùm etiam de iuribus & actionibus, etiam nullo sibi vsufructu reseruato, sed solùm de dictis scutis vi-
68 gintiquinque occasione testandi, † adeò vt ex hoc magis oriatur suspicio simulationis, cùm non sit verisimile, quod quis donando fratrib. ac filiis

volue-

voluerit se spoliare omnibus bonis, & in paupertatem, ac extremam necessitatem se redigere, & saltem vita sua durante vsumfructum sibi non reseruare pro sua sustentatione, *Bart in l. post contractum, num. 2. vers. & prima est præsumptio, ff. de don.* *cons. 68. nu. 1. lib. 1. Bald. cons. 70. apparent. in princ. lib. 1. Afflict. decis. 370. nu. 13. Alex. cons. 55. n. 5. lib. 1.*
69 † vbi ampliat ad donationem maioris partis bonorum ne dum omnium Becc. qui multis comprobat *cons. 52. num. 54. Honded. cons. 46. num. 17. & 18. lib. 1. Ruin. cons. 130. nu. 7. lib. 1.*

Augetur etiam suspicio simulationis, quia donator reseruauit sibi administrationem dictorum bonorum, quę respectu filiorum non erat necessaria, & quo ad fratres tanquam maiores quadraginta annorum est insolita, quæ arguit simulationem,
70 † cum ex his quæ communiter non fiunt ista pręsumptio oriatur, *l. etiam, C. de iur. dot. l. matrem, C. de probat.* & in proposito *Honded. consil. 46. nu. 18. Becc. cons. 52. n. 77. post Castr. cons. 58. n. 9. vers. suad. & quart. lib. 2. Aym. consil. 40. nu. 2. & cons. 6. nu. 23.*

Vltimo facit, quod donator reseruauit sibi facultatem reuocandi donationem ex quacumque causa probanda per solum ipsius iuramentum, ex quo penè elicitur, quod noluerit verè sed fictè donare, cum faciliter posset talem reuocationē facere suo arbitrio, non se adstringendo dispositioni iuris communis admittentis causas legitimas reuocandi similes donationes, quas noluit donator obseruare, ita vt ex hoc magis credatur fuisse confictam donationem, prout etiam ipsemet donans in procemio eiusdem donationis declarauit, dicens illam facere ob facilitatem fideiubendi, & se
71 pro aliis obligandi, † ex quo procemio colligitur causa finalis, & intentio disponentis, qui semper censetur illam repetere in subsequentibus, Bart. *in l. fi. de hær. instit. Surd. cons. 210. n. 28. lib. 2.*

Neque oberit iuramentum, per quod videtur exclu-
72 di simulatio, † Quia cum non valeat contractus principalis ex supra adductis, censetur etiam sublatum omne accessorium, & iusiurandum dicitur simulatum, sicut ipsa donatio, *Ruin. cons. 130. num. 4. lib. 1. Paris. consil. 86. num. 26. lib. 3. Franc. Marc. decis. 507. nu. 2. part. 2. cum aliis per Becc. consil. 52. num. 107.*

Præsertim quia hic agitur de præiudicio tertij, quo
73 casu iuramentum in contractu appositum † etiam quod sit assertorium ei non nocet Alex. in specie similis donationis, *consil. 55. num. 7. lib. 1. Ruin. cons. 130. n. 7. ante fi. lib. 1. Paris. cons. 53. n. 35. lib. 1. Tiraq. in l. si vnquam, in præfat. num. 92. C. de reuoc. donat.*
74 *Becc. cons. 52. nu. 109.* vbi etiam *nu. 115.* quod † neq; decretum Iudicis in tali donatione adhibitum operaretur contra tertium, exemplo iuramenti, *Ruin. cons. 69. n. 7. col. 5. post med. vers. quarto etiam respondetur, lib. 1.*

Ex quibus patet constare de manifesta simulatione prout etiam apparet de causa, quæ fuit expresse
75 deducta, & allegata per donantem, † qui in procemio ipsius donationis, vt dictum est, declarauit se illa facere pro defensione rerum suarum ad effugiendas obligationes, quas pro aliis multum pronus faciebat: Ita vt ista intentio reparationis, & defensionis bonorum dicatur sufficiens causa ad probandam simulationem absque eo, quod deceptio contra alium, aut fraus non committatur, *Aret. in §. 1. nu. 29. vers. postquam vidimus, & nu. 30. instit. de except. Becc. cons. 52. n. 124. vsque ad 128.*

EPITOME.

Vicinus superior quando possit facere molendinum in præiudicium habentis molendinum inferius. ¶ Aggeres, & similes munitiones quo casu licitè fiant pro tuendo prædio, immutando cursum fluminis publici, & priuati, seu torrentis antiqui. ¶ Opus factum animo sibi proficiendi an sustineatur, si vicinus damnum sentiat. ¶ Parum & nihil quando æquiparentur. ¶ Flumen an sit commune inter habentes prædia vicina. ¶ In materia aquarum an attendatur lex, seu pactum, natura, & vetustas.

SVMMARIVM.

1 *Aqua torrentis an possit auerti in præiudicium vicini, num. 3.*
2 *Flumen priuatum inter plures vicinos est commune omnium, qui ibidem prædia habent.*
4 *Vicinus superior potest facere molendinum, & auertere aquam, quæ veniebat per suum fundum in præiudicium habentis molendinum inferius.*
5 *Opus factum animo sibi proficiendi sustinetur, quamuis in consequentiam vicinus damnum sentiat. Intellige vt nu. 6.*
7 *Aggeres, aut similes munitiones non sunt facienda pro tuendo prædio immutando cursum fluminis in iniuriam vicini.*
8 *Parum & nihil æquiparantur. Declara vt nu. 9.*
10 *Torrens semper ita fluens ab immemorabili tempore non potest diuerti pro tuendis agris.*
11 *Non potest immutari opere manufacto quo aliter torrens fluat, quam natura soleret, & contra facientem datur actio demolitionis.*
12 *Natura loci damnum dantis non attenditur, quamuis præiudicet vicino.*
13 *In natura aquarum consideratur lex, id est pactum, natura, & vetustas.*

CAPVT CCCCLXXX.

Demolitio operis petita videbatur concedenda, quamuis enim posset dici licuisse auer-
1 tere aquam torrentis † tanquam simus in flumine priuato, etiam cum damno vicini *l. 2. §. item labeo, il 3. ff. de aqu. pluu. arcend. Peregr. de iur. fisc. lib. 8. n. 51. ad med.* Tamen hoc non procedit quando, prout in casu nostro, tale flumen priuatum est inter plures vicinos, quia tunc est commune om-
2 nium illorum, † qui ibidem prædia habent *l. adeo, §. insulam, & §. quod si toto, de acqu. rer. dominio, l. 2. § præterea, de aqu. plu. arcend. Bart. in tract. tiberia. col. 4. §. flumen, nu. 3 ad med. Bald. in c. 1. §. si quis de manso, col. 5. in princ. vers. quadam vero non ratione, nu. 8. in fi. de controuers. inuestit.*

Qua communione stante non potest priuatus diuertere aquam in qua ius habet à solito cursu suo in
3 præiudicium † alterius, etiam simile ius habentis, prout præsupponitur factum fuisse, *Bald. in l. 2. ad fin. Cod. ad leg. aquil. & in cap. cum ecclesia, colum. penul. ad med. n. 4. de elect. Ias. in l. quominus, n. 95. ff. flum. per text. in l. præses, & l. manifestæ, Cod. de seruit. & aqu. l. si quis diuturna, ff. si seruit. ven. Surd. consil. 447. nu. 17.*

Et ideo semper in hac materia attenditur ius, quod aliquis habet in priuato riuo, seu flumine, vt dicit
4 *Bart. in l. 1. §. sed & si, nu. 1. ff. aq. plu. arcend.* vbi † ex

hoc concludit, quod vicinus superior potest facere molendinũ,& auertere aquam,quę veniebat per suum fundum in præiudicium habentis molendinum inferius,quia tunc aufertur lucrum inferiori vicino ex suo priuato riuo. Idem Bart.in *l.proculus*,quã legit *in l.fluminum,§.item videamus, in fi.de dam infect.per text.in l.2.§.merito,ff.ne quid in loc.publ. Gloss.in l.si quis ex argentariis,§.si initium,in verb.rationis,ad med.ff.de edend.*

Neque obstat quod licitum sit opus, quod fit animo
5 sibi proficiendi,non considerato damno, † quod in consequentiam prouenit vicino, *l.fluminum,§. fi.de damn.infect. Bald.in l.item lapilli, de rer.diuis.* Quia hoc non procedit,quando torrens,seu riuus esset communis,vt supra dictum est,tunc enim ei non permittitur huiusmodi opus facere in præiudicium habentis communionem in illo flumine,
6 † cum liceat ædificare in proprio,dummodo non auertatur à suo cursu solito aqua,in qua priuatus ius habet *Bald.in l.2 in fi. C.ad leg.aquil. Ias.in l. quo minus 95.ff.de flumin.*

Maximè, quia præsupponitur illud opus, seu ædificium non solùm fuisse factum in ripa aduersarij, sed etiam progredi vlterius,& se extendere intus flumen, quo casu magis debet prohibere, cum
7 † nõ liceat aggeres, aut similem munitionem adhibere occasione tuendi suum agrum immutando cursum fluminis, cum oporteat in huiusmodi rebus vtilitatem, & tutelam facientis spectari sine iniuria & accolarum,*l.1.§.plerumque,& ibi glo. in verb.sine,ff.ne quid in flumin.publ.per l.2.C.de prec.imper.offer. l.1. §.de eo,in fi. de aq.pluu.arcend. l.quis sit fug.tiuus, §.apud, de edil.edict. l.imperatores,de seruit.rustic.prædior. l.2.§.si quis quid,& §.si quis à principe,ne quid in loc.publ.*

De iniuria autem accolarum apparet, quia præsupponitur propter istam mutationem cursus aquæ opus esse nouam viam facere per agrum vicinorum, quo stante non obstat, quod ædificium pa-
8 rum se extendat in flumine. † Ita vt parum & nihil æquiparentur:Quia satis est,quod ex isto paruo progressu consideretur damnum maximum vicini,qui in hoc multum damnificaretur ex via, quæ contingeret fieri in suo prædio: Vltra quod in hoc casu est eadem ratio in modico,quæ in toto,cum tam deuietur aqua ex isto modico, quàm
9 si ex toto fieret ædificium in flumine;† Vnde tunc minimum non habetur pro nihilo,sed consideratur non secus,ac si esset quid magnum,*l.senatus,§. marcellus,& ibi Bart. ff. de legat.1. Aret.in l.si seruum,§.prætor ait,col.3.& 4.not.4.ff.de acqui.hæred. Surd.cons.197.num.20.lib.2. gloss.in cap.terrulas,in verb.exiguus 12.q.2.*

Accedat, quod sumus in torrente, seu flumine,quod semper ita fluit ab immemorabili tempore, cuius
10 initij memoria non extat, quo casu † non debet esse quis nimis curiosus in tuendis rebus suis, vt per hoc aliis iniustè noceat, immo cogetur tollere opus, quod facit, vt aquam excluderet, quæ exundante palude in agrum eius solebat refluere, quasi tunc iure seruitutis ad hoc teneatur ob spatium tanti temporis,per quod ita fluit,*l.1.§.neratius,& ibi gloss.in verb.tollere,ad med.ff.de aq pluu. arcend. Castrens. in l.2. §.item labeo, il 3. ff. eod.tit.*
11 *Surd.cons.447.num.10.* † Maximè quia non debet quis opere manufacto aliquid immittere, quo aliter torrens fluat,quam natura soleret,tunc enim si vicino noceat, opus factum est demoliendum, siue comprimendo fecerit redundare cursum aduæ,ex qua refluxione damnum alicui contingat, aut maiorem & latiorem fecerit aquam,aut citatiorem,seu rapidiorem, & vehementiorem,nam in omnibus istis, & similibus casibus dabitur ista actio, quasi contra cursum naturalem hoc damnum procuretur, quod non debet fieri, siue noceat, vel nocere possit iuxta dispositionem text. *in l.1.hæc autem: vbi gloss.in verb.noceat,& in verb. comprimendo,ff.de aq.pluu.arcend. l.3 §.si vicinus: & ibi gloss.in verb.citatior,& in verb.ff.eodem titu.*
12 † Prout è contra nunquam talis actio datur,cum naturaliter torrens ita decurrit, tunc enim non aqua damnum dat,sed natura loci,*l.1.§.sed si vicinus,& §.denique,& §.iidem aiunt,& §.hæc autem actio,in fi.& ibi gloss.in verb.natura,ff.de aqu.pluu.*
13 *arcend.l.fluminum,§.vitium,de damn.infect.* † & in huiusmodi materia aquarum attenditur lex,id est pactum, natura, & vetustas, *l.2. in princ. de aqua pluu.arcend.* Quo cursu naturali stante,& vetustate non dari mutationem aquæ, quamuis opus efficiatur in suo omissis multis latè declarat *Bero consil.139.per tot. lib.3.*

EPITOME.

Confraternitates laicorum,& hospitalia quando sint loca pia, & possint per Episcopos visitari, quamuis existant in Ecclesiis regularium exemptorum, non obstante quacumque consuetudine immemorabili.¶ Et an gaudeat restitutione in integrum.¶ Substitutio in euentum,quod puella efficiatur monialis an valeat,vel sit rejicienda conditio tanquam impediens matrimonium. ¶ Mors naturalis grauati an debeat expectari vt substitutus admittatur, vel sufficiat professio monachi. ¶ Emphyteusis quo casu sit cõcessa filiis post mortem patris. ¶ Dominium quando acquiratur ex descriptione in libris locorum montium.¶ Emens aliquid super vita alterius an sibi, & hæredibus suis acquirat. ¶ Casus monachatus, quando sit positus per testatorem taxatiuè, seu demonstratiuè, ita vt possit comprehendere etiam mortem naturalem,non ciuilem per professionem. ¶ Relictum in minori summa an sit validum tam si puella efficiatur monialis, quam si nuberet. ¶ Professus quando habeatur pro mortuo.¶ Emphyteusis pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, vel cum clausula, Quibus dederis,an transeat ad hæredes extraneos,& ad Ecclesiam,& ad fiscum perpetuò, & irreuocabiliter, vel possit dominus cogere ad vendendum infra annum.¶ Et an requiratur declaratio intra biennium, quod reuertatur ad dominum. ¶ Et an hoc tempus currat à die, quo monachus moritur, vel quo est professus. ¶ Inuestitura quando recipiat restrictionem.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta puella in euentum,in quem efficiatur monialis an valeat,vel sit rejicienda conditio tanquam impediens vitam contemplatiuam,n.29.*

2 *Confraternitas laicorum non dicitur locus pius. Declara vt nu.11.12.13.& 14.*

3 *In casibus, in quibus substitutus non excluditur à Monasterio debet expectari mors naturalis grauati, cuius vita durante monasterium capax bonorum habebit bona subjecta restitutioni, num.5. Intellige vt nu.34.*

4 Pro-

4 *Professus quando habeatur pro mortuo.*

6 *Conditio in euentum in quem puella efficiatur monialis est purificata statim per ingressum monasterij, & professionem subsecutam, n.37.*

7 *Ante professionem non dicitur quis ingressus religionem.*

8 *Substitutus admittitur post conditionem purificatam, quamuis implementum non duret.*

9 *Pia causa substituta quando euacuatur exclusa per monasterium, n.10.*

15 *Episcopus potest visitare hospitalia & confraternitates laicorum, non obstante quacunque consuetudine immemorabili, aut priuilegio, num.17. quamuis existant in ecclesiis regularium exemptorum, nu.16. Intellige vt nu.22.23.24.& 25.*

16 *Episcopus visitando locum prium censetur illum approbare.*

18 *Hospitalia omnia sunt sub protectione Ecclesiæ, & cura Episcopi, n.19.*

20 *Loca pia visitantur per Episcopum ad cognoscendum an sint instituta in bonam causam.*

21 *Episcopus cogit omnem piam causam.*

27 *Restitutio in integrum an competat confraternitatibus laicorum.*

28 *Pater & extraneus possunt minus relinquere filiæ, si monialis fiat, quam si nubat, n.30.31 & 32.*

33 *Nullus à proposito religionis abstinet ex eo, quod non habeat bona, quæ ad monasterium deferat.*

35 *Mors ciuilis per professionem non sufficit si apponatur aliqua conditio, quæ naturalitatem importet.*

36 *Relictum simpliciter non facta mentione mortis statim sortitur effectum, cum aliàs, loquendo de morte intelligatur de naturali.*

38 *Testator si relinquat heredi certum quid si monasterium ingrediatur, tunc substitutus statim admittitur excluso monasterio, n.39.& 40.*

41 *Interpretatio legalis cessat quando constat de voluntate defuncti.*

42 *Relictum mulieri si non intret in monasterium an perdatur illud ingrediendo, nu 43.*

44 *Casus monachatus quando dicatur positus per testatorem taxatiue, seu demonstratiue, ita vt possit comprehendere etiam mortem naturalem, non simplicem professionem, n.45.46.& 47.*

48 *Emphyteusis quando censeatur concessa filiabus ordine successiuo post mortem patris.*

49 *Emens loca montium super vita alterius sibi acquirit, & suis heredibus. Declara vt nu.50.*

51 *Dominium est translatum ex sola descriptione in libris montium.*

52 *Substitutio non comprehendit emphyteusim, nisi exprimatur. Idem in bonis non durantibus in hereditate testatoris post eius mortem, quamuis de eis potuisset disponere, nu.53.*

54 *Emphyteusis concessa pro heredibus, & successoribus quibuscumque est hereditaria, & transit ad extraneos.*

55 *In concessione emphyteusis facta pro heredibus non censetur electa industria personæ.*

56 *Inuestitura non recipit restrictionem in dispositionem hominis, secus in legalis.*

57 *Clausula Pro heredibus & successoribus quibuscumque, æquiparatur clausulæ Quibus dederis.*

58 *Clausula Quibus dederis, comprehendit quoscumque heredes extraneos, & facit concessionem alienabilem etiam irrequisito domino, n.59.& 60.*

61 *Emphyteusis concessa pro heredibus, & successoribus quibuscumque transit ad monasteriū, & ad fiscum perpetuo, & irreuocabiliter, n.62. Et quid seruetur de consuetudine, n.67.& 68.*

63 *Fiscus non succedit in bonis non transitoriis ad heredes.*

64 *Feudum, & emphyteusis quod potest transire ad fœminas transit etiam ad Monialem, quæ præstabit onera per substitutum.*

65 *Acquisitio ex persona Monachi dicitur legalis, quæ non censetur prohibita in monasterium.*

66 *Concedens emphyteusim pro heredibus, & successoribus quibuscumque potest prouidere, quod in ea succedat monasterium, & fiscus, ad quem illa solet transire.*

69 *Dominus directus debet declarare intra biennium an velit, quod emphyteusis remaneat ad Ecclesiam, quod tempus currit à die quo Monachus ... non quo est professus.*

CAPVT CCCCLXXXI.

PRo Venerabili Monasterio Monialium videbatur prima facie concludendum, quod illud admittatur ad successionem bonorum, de quibus agimus, exclusa Confraternitate substituta, † breuiter

1 fuit facta substitutio puellæ sub conditione in euentum, in quem efficiatur monialis: quæ conditio videtur reiicienda tamquam impeditiua vitæ contemplatiuæ, ideo erit habenda pro non adiecta *Abb. in cap. præsentia, nu 42. de probat.* cum aliis latè per *Roland. cons.35. nu 16. lib.3. Surd. cons. 192. numero 20. lib.2. Menochi. decis.3. de testament.*

Maximè, quia sumus in substitutione facta de Con-

2 fraternitate laicorum, † quæ non dicitur locus pius, neque gaudet priuilegiis Ecclesiarum, quamuis sit erecta auctoritate superiorum, *Cab. consil. 162. nu.4 cum seq. lib.1. Bald de præscription. 5. par. 1. part. princ. nu.6. fol.395. Rot. diuers. decis. 574. num.6. part.1. Ioan. Franc. de Pont. cons.18. n.1. latè Menoc. cons.635. nu.5. lib.7. & de recuper. possess. rem.15 num. 30. cum seq.*

Et quatenus etiam concederetur substitutum esse admittendum, Tamen non sufficiet solus ingressus Monasterij vna cum professione subsecuta

3 † cum regulariter etiam in casibus, in quibus substitutio non excluditur à Monasterio, debeat expectari mors naturalis grauati, cuius vita durante Monasterium habebat bona subiecta restitutioni, cum simus in religione capace bonorum, quidquid aliud sit in ea, quæ non est capax, quia statim substitutus admittitur non expectata mor-

4 te naturali, † quasi tunc talis professus habeatur pro mortuo, & huiusmodi mors operetur omnes effectus mortis naturalis quo ad casum de quo agitur *Bart. in l. pater, §. hereditatem, il 1. de legat.2. Imol. in l. ex facto §. si quis rogatus. il 2. n.23. ad trebel.* & multum notandum dicit *Euerard. in loc. argum.*

5 *ab æquiparatis. n.10 Surd. cons. 138. n.4 lib.2.* † Et in iudicando ita seruaui, & esse communem opinionem, & magis receptam testatur *Hondod. cons.62. num.37. li.1. Roland. cons.97. nu 41. lib.2. Alex. cons. 13. nu.1. & 4. lib.4. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. li.11. tit.7. num.8.*

Hæc videntur multum facere pro Monasterio, prout in eis magna vis fit per Dominos meos, qui in huiusmodi causa scripserunt, quibus ego quoque libenter subscripsissem, & propter illorum auctoritatem, & ob deuotionem qua præfatum Monasterium prosequor; Nihilominus, ne in litibus immoremur, Prædicta non sunt tuta, immo rectius

considerandu potius concludendum est pro Confraternitate substituta, quàm pro Monasterio,
6 † Etenim clarum est, quod ista conditio in euentum in quem mulier efficiatur monialis, statim
per ingressum monasterij, & professionem postea subsecutam dicitur purificata, quidquid aliud sit
ante professionem, quasi tunc dicatur improprius ingressus, & non considerabilis, & sine effectu *Imol. in l. 1. colum. 6. in fin. versic. item intellige quod mors cuiuis. nu. 4. de testam. ordinand. & in l. in substitutione. vbi Ias. n. 12. de vulgar. & pupill. Bald. in l. si quando. C. de bonis vocantib. lib. 10. Rimenal. Iun. cons. 477. n. 9 lib 4. Dec. cons. 329. conclusio superius. col. vltim. in princ. lib. 4. & in auth. ingressi. n. 3. C. de sacr. eccles. Bald. consil. 197. omnia pacta. lib. 5. & in auth. nisi rogati. nu. 17. C. ad treb.*

Quare dicimus, quod quando hæres grauatus, qui ingressus est religionem, decessit ante professionem, atque ita intra annum probationis, tunc substitutus non excluditur à Monasterio, quod non
7 poterit succedere ingresso † quasi ante professionem non dicatur quis religionem ingressus *Ruin. cons. 153. n. 3. lib. 3. Natt. ad Alex. cons. 121. num. 5. lib. 2. Bald. Felin. & alij, de quibus per Odd. de compendios. substitu. part. 6. art. vlt. in verb. an legitim. tantum. col. 4. in vers. limitatur secundo. Menoch. præsump. 83. n. 73 & 74. lib. 4. post Bero. in c. in præsentia.*
8 *nu. 499. de probation.* † Stante igitur purificatione conditionis substitutus admittitur, adeo vt sufficiat etiam conditionem fuisse semel impletam quamuis implementum non duret *l. si quis hæredem. Cod. de instit. & substit. l. hæredibus, in princ. ad trebell. l. in substitutione, de vulgar. & pupill. Roland. cons. 56. n. 11. lib. 3. Surd. cons. 157. nu. 10.*

Præsertim quia sumus in pia causa substituta, quod
9 facit vt per Monasterium † illa non censetur exclusa, *§. hoc præsenti. auth. de sanct. episcop. Dec. in auth. quas rem. n. 21. in fi. Cod. de sacros. eccles. Oldrad. cons. 119. n. in fin. Bursat. cons. 199. nu. 27. lib. 2. Cephal. cons. 7. nu. 4. lib. 1. Felin. in cap. in præsentia. nu. 29 de probation. Menoc. præsumpt. 83. in fi. lib. 4. Tiraq. priuil. pia. 26. & 93. Honded. cons. 62. n. 52. vsque*
10 *ad 54. lib. 1.* † vbi ampliat quamuis pia causa substituta non sit ita pariter priuilegiata, sicut Monasterium, quidquid contrarium voluerit *Abb. in dict. c. in præsentia. n. 26.* Quia eius opinio non approbatur, vt per *Rot. coram Mant. Perusina de Ciccarellis 23. Iunij 1588. Idem Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 1. tit. 7. num. 15. in fin. cum alijs per Honded. cons. 62. num. 54. lib. 1.*

Neque est dubitandum an Confraternitas, de qua
11 agimus, sit locus pius. † Quia verior est opinio illam esse talem, & ideo debet gaudere priuilegiis locorum piorum tamquam in ea exerceantur opera charitatis, & sit erecta cum auctoritate Ordinarij ad diuinos cultus, & pietatem ibi seruandam, ita vt legatum tali Confraternitati dicatur relictum ad pios vsus etiam non expresso pio vsu, cum testator illi relinquendo videatur voluisse de dictis relictis fieri distributionem in pios vsus iuxta consuetudinem loci, quasi hac intentione ei relinquatur, & videantur tales homines electi à testatore, vt administratores, & erogatores, & sit habitus potius respectus ad hospitalitatem, & ad pauperes, qui debent ex iis commodum percipere quam ad personas hominum d. societatis, qui nihil sunt percepturi, adeò vt etiam de hoc possit
12 cognoscere Episcopus, † Ita in specie omnia prædicta explicat *Castr. cons. 169. aliàs est cons. 5. dicendum. nu. 1. & 2. lib. 5. Alex. cons. 105. super primo quæsito nu. 1. cum seq. lib. 7. Bald. in l. id quod pauperibus 24. colum. 6. ad med. q. 21. vers. vel dic quod verius. n. 34. Cod. de episcop. & cleric. & in l. si quis ad declinandum 37 §. in omnibus. colum. 8. post princip. vers. nec tamen est negandum. nu. 5. in fi. Cod. eod. tit. Socin. cons. 82. in causa veritate. colum. 13. in fi. versi. in con-*
13 *trarium facit. n. 34. lib 4.* † Et ab auctoritate supradictorum doctorum cognoscendam esse veritatem illius quæstionis dicit *Tirag. in tract. pia caus. in præfat. colum. 2. ante med. vers. contrarium. in fi. vbi cuius rei veritas*, Et quidquid alij contrarium sequantur ista magis vera, æquior, & communis o-
14 pinio, † Maximè quando, prout in casu nostro, istæ Confraternitates habent erectionem auctoritate superioris, ecclesiam, hospitale, celebrationem missarum, & diuinorum officiorum, cum alijs requisitis, de quibus per *Felin. in c. de quarta. de præscript. Caputaq. decis. 328. n. 3. lib. 1. Ioseph. Ludouic. decis. perusin. 90. n. 9. p. 2. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 14. n. 4. ad fin. Mastrill. decis. 110. nu. 15. & 16 p. 2. Bursat. cons 343. n. 12. lib. 4. Valas. consultat. 105. n. 2. & 3. Magon. decis. Lucen. 19. n. 16.*

Stante præsertim decreto Concilij Tridentini *sess. 22. cap. 8.* vbi conceditur Episcopis ius visitandi
15 hospitalia, † & Confraternitates laicorum, non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili, priuilegio, aut statuto, Adeo vt, cum auctoritati Episcopi subiiciantur, apparent esse loca pia, cum tales non nisi in ecclesiasticis, locisque piis, seu aliqua ratione religiosis se intromittant, prout in proposito notat *Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 14 nu. 4. in fi. & nu. 7. & 15. Thesaur. for. ecclesiastic.*
16 *cap. 29. nu. 21. & 25.* † Episcopus visitando, & nihil profanum inueniens censeatur approbare, cum non sit necessarius consensus illius, quod à principio interuenit, cum possit ex post facto interuenire *Fusc. de visitat. dict. lib. 2. c. 14. nu. 5. ad med. post Doct. in cap. cum vos. de his quæ fiunt à prælat. sine cons. capit. Bart. in l. si quis mihi bona §. ius-*
17 *sum. de acqu. hered.* † Et quod hospitalia possint visitari per Episcopum vltra Concilium *est text. in cap. 1. § deinde: vbi Glo. in verb. pia loca. de censib. in 6. Syluest. in verb. hospitalia. nu. 16. Abb. in cap. sopite*
18 *14. num 5. de censib.* † Sunt enim omnia hospitalia sub protectione Ecclesiæ. *Idem Abb. in cap. cum sit generale, nu. 3. de for. compet §. 2.*

Et illa debet Episcopus ordinare ad vsum destina-
19 tum, † & eorum curam habere *clem. quia contingit. de religios. domib.* siue sint fundata auctoritate Episcopi, siue non, quando patronus est mortuus *Federic. de Sen. cons. 111. in princ. Abb. in c. sopite. n. 5. de censib. Sum. Anton. par. 3 tit. 12. c. 2.*

Prout etiam Episcopus visitat Confraternitates tam-
20 quam institutas ad opus pium, † videat an tale opus sit pium necne, & an sint institutæ in bonam, vel in malam causam *Archid. in cap. si quis. distinct.*
21 *45. Abb. in cap. 1. in fin. de elect.* † Quemadmodum regulariter Episcopus cogit omnem piam causam *cap. significantibus. de offi. deleg.* Intelligendo tamen quæ dicta sunt de visitatione concessa Episcopis
22 per Concilium, † vt procedant dummodo non excludantur alij si habeant hoc ius visitandi, vt censuit *Congreg. Concilij, 16. Iulij 1587.* & concor-
23 dat *text. in c. nos quidem, de test.* † Et dummodo in fundatione non sit tantum, vt non possint huiusmodi loca visitari ab ordinario, Tunc enim non

pote-

poterit Ordinarius visitare vigore d. *decreti Conc. cap.8.Sess.22.* cum per illud non tollantur si-
24 miles fundationes: † Maxime si illæ fuerint à Sede Apostolica approbatæ, quo casu nullo modo poterit ordinarius se immiscere visitationi, correctioni, & administrationi, nisi in casu negligentiæ administratorum deputatorum ab ipsis testa-
25 toribus iuxta dispositionem, *c.tua nobis, de testam.* & ita sæpius fuit resolutum in sacra Congregatione Concilij. Imo etiam vigore eiusdem Concilij, *d.c.8.Sess.22.* Episcopus visitare Confraternitates laicorum existentes in Ecclesiis regularium
26 exemptorum, † prout plures censuit Congregatio *vt in prax. Archiepiscop. Neapol. c.22. in princ.* Per quam fuit declaratū posse per Episcopos compelli tales administratores ad reddendum computa, & rationes non obstantibus consuetudinibus, & priuilegiis tanquam sublatis, *in d.c.8.Sess.22.*

Vnde etiam huiusmodi Confraternitatibus, quæ opera pia exercent, conceditur restitutio in inte-
27 grum, † tanquam piis locis, iuxta magis æquam, & receptam opinionem, secundum quam ita iudicatum fuisse testator *Mastrill. decis. 110. num. 15. & 16. part. 2. post Georg. Cabed. per eum allegatum, dec. 51. nu. 8 part. 1. & Odd. de restit. in integr. quæst. 3. artic. 6. num. 45.*

Neque obstat quod sit rejicienda huiusmodi conditio tanquam impediens vitam contemplatiuam:
28 † Quia verius est illam esse validam, cùm testator ita disponere possit, ut excludat monasterium, & Ecclesiam à successione sua admisso substituto, quod erit licitum, non solùm extraneo, sed etiam patri in dispositione facta ad fauorem filiæ relinquendo ei plus si nubat, & minùs si matrimonia-
29 lis efficiatur, neque enim verisimile est, † quod taliter grauatus retrahat pedem ab ingressu religionis, ob id quod monasterium non posset consequi huiusmodi bona, cùm etiam mens testatoris non sit ad hoc ordinata, ut auertat grauatum ab ingressu religionis, sed vt prospiciat rebus suis, & de eis disponat ad commodum eorum, quibus sibi magis visum fuerit *Castren. & Corn. in auth. nisi rogati, C. ad Trebell. item Castrens. in l. Titia, si non nupserit, nu. 2. de condit. & demonst. Dec. consil. 419. num. 2. vers. Sed capio secundum dubium, col. 2. Jas. consil. 43. col. 4. in fi. vers. non obstat quarta decisio, lib. 3. late Menoch. consil. 169. n. 18. & 20. in fi. lib. 2.*
30 † vbi de veriori opinione testatur, & de communi obseruantia totius Italiæ, *Rota coram Card. Ludouisio Romana dotis 21. Junij 1602.* vbi quod *decis.*
31 *3. Mohed. de testam.* † non approbatur, & ita iudicandum latissimè concludit *Thesaur. quæst. forens. 60. part. 1. cum aliis per Menoch. præsumpt. 83. nu. 1. vsque ad nu. 27. lib. 4. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. nu. 4.* Vbi subdit ridiculam esse
32 rationem, & indignam, † quę proferatur ab homine Christiano, & religioni dedito, cùm neminem videamus à proposito religionis abstinuisse, ex eo quod non habeat bona, quæ ad monasterium deferat, vt notat etiam *Couar. lib. 1. var. resol. c. 19. nu. 7. & in c. quamuis, p. 3. §. 2. nu. 4. vers. tertia ratio, de pact. in 6. post Bald. consi. 407. nu. 13. lib. 1. Natta cons. 282. col. pen. post med. vers. Praterea potest responde-*
33 *re, nu. 14.* † Et nouissimè hanc opin. sequendam esse multis comprobat *Ioseph. Rustic. ad legem cùm auus, de condit. & demonstr. lib. 5. cap. 1. num. 39. post Alex. Trentacinq. de substit. 4. part. cap. 7. colum. 29. vers. hic infertur, fol. 141. nu. 14.*

Minus obstant quæ dicuntur de morte naturali, quod illa sit expectanda, cùm interim durante vita monialis, bona spectent ad monasterium, non ad sub-
34 stitutum; † Quia ista procedunt quotiescumque esset apposita aliqua conditio per testatorem, quę naturalitatem importaret, tunc enim non sufficeret mors ciuilis per professionē, putà si dictum fuerit Post mortem, vel, Si decesserit, vel quando
35 similia verba sunt adjecta, † quasi tunc non satis sit conditionem adimpleri per verba ciuilia, *lege Statius Florus, §. cornelia felici, de iur. fisc. cùm pater, §. hæreditatem, de leg. 2. l. ex ea, §. si insulam, de verb. oblig. Alex. cons. 121. viso themate, in princ. nu. 1. lib. 2. Imol. in l. 1. col. 6. ad fi. vers. & si quid supra dixi,*
36 *nu. 24 de testam. ordin.* † Vbi quod quando simpliciter fuit relictum non facta mentione aliqua mortis, tunc videtur, quod statim voluerit dispositionem suam sortiri effectum, cùm aliàs loquendo de morte in dubio videatur sensisse de naturali, *l. fi. C. de his qui ven. ætat. impetr.* Diuersum est in casu nostro, in quo nulla adest mentio mortis, sed solum fuit posita conditio per verba, Si mo-
37 nialis fuerit, † quæ dicitur purificata statim per ingressum Monasterij, & professionem in eo subsecutam, *Felin. in c. in præsentia, 8. col. 18. post med. vers. nota. quod vbi fit mentio, nu. 32. & ibi Abb. nu. 44. Bald. nu. 15. de probat. cum aliis supra allegat.* & bene declarat *Castrens. in l. si quis hæredem, 7. nu. 2. vbi Corn. nu. 6. Alex. nu. 2. vers. idem videtur velle, C. de instit. & substit.*

Et facit quia quando testator, prout in casu nostro, reliquit hæredi suo certum quid, si monasterium
38 ingrediatur, † tunc substitutus statim admittitur excluso monasterio, hoc enim casu apparet, quòd fuit cogitatum de monasterio: Vnde potuit illud per testatorem, & cùm constet de eius voluntate, quòd nolebat bona sua applicare monasterio, præter illa quæ fuerunt relicta hæredi, si monasterium ingrediatur, æquum est substitutum admitti, quia tunc lex non supplet ad fauorem monasterij, sed attenditur specialis prouisio facta in
39 casu quo hæres monasterium ingrediatur, † Ita in specie *Alex. cons. 121. viso themate suprascripto, col. penult. post princ. vers. si posset etiam secundum, nu. 13. vsque ad 16. lib. 2.* vbi multis similibus comprobat *Curt. Iun. cons. 187. nu. 33.* Vbi testator ordinauit in
40 testamento, vt in euentum substitutionis † per eum factæ certa pars bonorum suorum deputaretur ad causam piam, tunc apparet de clara mente testatoris, quod notabat alicui monasterio applicare *Castrens. in Auth. nisi rogati, nu. 3. C. ad Trebel.*
41 Vbi quod cessat interpretatio legalis, † quando constat de clara voluntate testatoris, qui cogitauit de monasterio, & tamen disposuit, vt bona ad alium transeant, hoc enim casu monasterium nihil habet, & substitutus statim admittitur, *Idem Castr. in d. auth nisi rogatus, in fi. nu. 6.* vbi si relinquatur
42 mulieri, † si monasterium non ingrediatur, & ipsa ingrediatur, perdit relictum, quia non tenetur relinquere, si non vult, neque ista conditio est à iure reprobata. Idem voluit *Alciat. consi. 53. grauem casus præsentis, lib. 9. tom. 3. alias est cons. 502. num. 3. in fin. Dec. cons. 258. visis his quæ nouissimè, col. 3. in princ. Æmyl. consil. 109. num. 15. Bero. in cap. in præsentia, nu. 493. de probat. Menoch. præsumpt. 83. num.*
43 *52. lib. 4.* † Ex quo enim institutus vocatur ad partem cùm prius deberet totum consequi, si monasterium non ingrederetur, clarè percipitur,

quod reliquum non vult per illum haberi, sed
remanere apud substitutum, *Ruin.consil.98.nu.32.*
col.vlt.in princ.lib.2.
Neque oberit, quod casus monachatus expressus per
44 testatorem non sit positus taxatiuè, † sed demon-
stratiuè, ita vt possit comprehẽdere etiam casum
mortis naturalis, non simplicis professionis, *Cas-*
sad.decis.1.de test. Rot.diuers.decis.140.n.5.part.2.
Quia prædicta procedunt in dubio, tunc enim
verba videntur posita potius ad demonstrandum,
45 quam ad taxandum, † seu limitandum dispositio-
nem, *Bart.in l.centurio,col..o.in prin.n.31.de vulg.*
& pupill.Decia.cons.323.consuluit,col.2.in prin.ver.
quarto facit,Bero.consil.17.nu.16.& 17.lib.1. Castr.
cons.417.col.2.post princ. vers.nec obstat prædictis,
46 *lib.1.* † Aliud est in casu nostro, iu quo clarè testa-
tor substituit in euentum, in quem efficiatur mo-
nialis, & cùm per professionem dicatur effecta
talis, vt dictum est, statim conditio euenit, & sub-
stitutio habet locum non expectata morte mo-
nialis, de qua testator non cogitauit, sed solum
de existentia monachatus, de quo cùm habeamus
specialem & expressam prouisionem, non est sup-
plendum ad fauorem monasterij respectu mortis
naturalis, *Alex.consil.121.num.13.lib.2.* Maximè
47 contra alium locum pium, † *Honded.cons.62.n.54.*
lib.1. Rustic.ad l.cum auus,lib.5.c.2.n.51. de cond.&
demonst.cum aliis supra allegatis.
Quo verò ad bona emphyteotica, clarum est illa
spectare ad monasterium, exclusa confraternita-
te, cùm habeamus expressam stipulationem, quod
in defectum generationis Petri primi acquirentis
censeatur facta locatio ad vitam ipsius Petri, &
48 ad † vitam filiorum, & filiarum Francisci tam na-
torum, quàm nasciturorum, ex quibus verbis col-
ligitur esse acquisitum ius filiabus ordine succes-
siuo post mortem Petri, & ad illas emphyteusim
spectare post illius obitum, *Bart.in l.Gallus,§.qui-*
dam rectè,de lib.& posth & in l quod dicitur,de ver.
oblig. Alex.cons.106.n.8.lib.4.& cons.107.col.1.ad
med.ver.secunda ratio,eo.lib.Surd.cons.76.n.4.li.1.
Nec aduersatur, quòd illa verba Ad vitam filiarum
Francisci non inducant aliquam iuris acquisitio-
nem ipsis filiabus, sed ad declarandum tempus,
quo debeat durare locatio, videlicet non perpe-
49 tuò, sed ipsius filiabus viuentibus, † exemplo e-
mentis loca montium, & officia super vita alte-
rius, cui nihil acquiritur, sed hæredibus ementis,
ad quos illa transeunt, *Rota diuers.decis.261.par.1.*
& coram Card.Pamphilio.Romana officij scriptoriæ,
23.Martij 1585.& 27.Martij 1591.& in alia Roma-
na officij,coram Card.Seraph.23.Maij 1584.
Quia prædicta habent locum, quando est facta em-
ptio locorum pro emente, super periculo tamen
50 vitæ alterius, † tunc enim nihil acquiritur nomi-
nato respectu dicti periculi vitæ, Aliud quando,
prout in casu nostro, est facta emptio ad fauorem
nominati, nam tunc censetur ius illi acquisitum,
& translatum in eum dominium, nisi specialiter
illud reseruetur vnà cum fructibus, vt declarat
Rot.diuers.d.decis.262.n.3.in fi.lib.1.& coram R.P.
51 *D.Orano,Romana bonor.1.Februar.1591.in fi.* † vbi
etiam, quod ex sola descriptione in libris mõtium
probatur dominium fuisse translatum, quando
nulla fuit facta reseruatio liberè disponendi, iuxta
cons.Hieron.de Sannettis inter cons.Socin.6.col.2.in
princ.vers.tertio facit,nu.8.lib.4. ob rationes, quas
latius addyxi *supra c.252.nu.27.cum seq.par.2.*

Ex quibus patet, quod substitutio non comprehen-
52 dit huiusmodi emphyteusim, † quæ generaliter in
ea non includitur, nisi expressa mentio fiat, *Bart*
in l.iusiurandi,§ si de oper.libert.Surd.deci.11 nu.3.
cum seq. Maximè quia substitutio etiam vniuer-
saliter concepta non debet trahi ad bona, quæ
53 duratura non erat in hæreditate ipsius testatoris †
post eius mortem, etiam si de illis disponere po-
tuisset, prout sunt ista, de quibus agimus *Aym.*
cons.144.nu.8.& cons.19.n.13.post Bal.cons.139.col.1.
in fi.lib.2.Corn.cons.165.nu 21.lib 2.Couar.in rub.de
testa.p.3.n.19 Rot.diuers.deci.262.in fi.nu.11.p.1. &
coram R.P.D. Marcomontio Romana scriptoriæ 5.
Iunij 1609.vers.Supposito autem, post Ias.& alios in
l qui potest, C.de leg. Aret.cons.74.col.pen.in 4.dub.
Pro decisione autem vltimi dubij præsupponendum
est, quod emphyteusis, de qua agimus, fuit per Ec-
clesiam concessa pro hæredibus, & successoribus
54 quibuscumque † quod facit illam esse hæredita-
riam & comprehendere quoscumque hæredes e-
tiàm extraneos, *Feli. in c.in præsentia 8.col.14. ad*
med.num.26.de probat.Crot.in l.1.§.nunciatio, num.
54.cum seq. de nou oper.nunc. Soci.Iu. cons.72.n.22.
lib.2.Couarr.lib.2.var.resol.c.17. col.pen.ad fi.vers.
quin & si emphyteusis, Becc.cons.18.n.2.cum seq. &
de communi omnium opin. & consuetudine rece-
pta testatur *Caldis de nomi.emphyt.lib.2.q.25.num.*
26.Gabr.cons.76 nu.12.lib.1. Card.Manti. de tacit.
& ambig.conuent.lib.22.titu.16.nu.22. Tiraquel.de
55 *retrac.lign §.1 gloss.7.nu.21.* Cùm etiam † in con-
cessione faciente mentionem de hæredibus non
censeatur electa industria personæ, *Capic.deci.10.*
num.12.
Quæ sine difficultate procedunt quando sumus in
56 dispositione hominis, † in qua inuestitura nullam
recipit restrictionem, quidquid secus sit in lega-
li, *Bald.in cap.imperialem, in princ.n.16. de probib.*
feud.alie.per Fede.& in l.1.n.27.in fi.q.34.ff.de rer.
diuis. Alex.in l si patroni,nu.15.ad Treb.Rip.in l.ex
facto,§.si quis ita,nu.16.eo.tit.latè Aym.cons.256.col.
vlt.in princ.Rolan.cons.96.n.48.lib.1.Ias.in l gallus,
§.etiam si parente,n.17.vbi de comm.ff.de lib.& post.
Maximè, quia clausula Pro hæredibus, & successori-
57 bus quibuscunq;, † æquiparatur clausulæ, Et qui-
bus dederis, *Rolan.cons.69.n.34.lib.1.Rip.in l.quæ-*
situm,§.si quis,num.5.de priuil.credit.Card.Seraph.
58 *decis.559.nu.8.* † Per quam clausulam, Quibus de-
deris, includuntur quicumque hæredes extranei,
Curt.iun. consil.4.nu.4. cum aliis per Cald.is de no-
min.emphyt.lib.2.q.10.n.14. & q.23.n.30.& q.eod.
59 *lib.* † vbi etiam quod per eum fit concessio alie-
nabilis, *Aym.cons.92.nu.5.in fi.Curt.iun.consil.109.*
n.11.in fi.& cons.110.n.27.Menoc.cons.61.n.3.lib.1.
Calcan.cons.57.n.11. latè Rolan.cons.55.n.33.vsq, ad
60 *45.lib.3.* vbi multa de similibus clausulis, † quæ e-
tiam operabuntur facultatem alienandi irrequi-
sito domino & sine eius consensu, *Dec.consil.390.*
quoniam ex facto,n.8. Soci.cons.7.n.24.lib.3. Paris.
cons.3.num.13.& 29.lib.1.Card.Mantic.de tacit.&
ambig.conuent.lib.22.tit.19.nu.24.
Quibus stantibus concludendum est talem emphy-
61 teusim tanquam concessam † pro hæredibus, &
successoribus quibuscumque, fuisse acquisitam
perpetuò, & irreuocabiliter monasterio capaci
bonorum, Felin.qui de communi in *c.in præsentia,*
8.nu.48.colum.28. in princ. vers.fallit quarto & vl-
timo,& ibi Innoc.de probat.post Bald.in cap.qua in
ecclesiarum,num.3.col.9.post princ.vers.hoc verum
nisi

ni. *Audat. a rivo, de constitut. Bart. in auth. ingressi, in 2. lectur. n. 37. C. de sacros. eccles. Bero. cons. 94. n. 10. lib. 1. Anchar. consil. 165. ad fi. & consil. 166.* vbi respondet ad Florian. de S. Petro, qui contra eum consuluerat in consilio ibi inserto: *Idem Anchar. cons. 420. n. 1. ad med. vers. sed breuiter: Bursat. cons. 60. n. 35. in fi. lib. 1. Corbul. de caus. priuatio. ob mort. ciuil. n. 4. Alex. cons. 10. n. 11. lib. 5.* Quam opinionem videtur approbare *Rota coram Card. Lancellott. Mediolan. bonor. 16. Febr. 1601.* vbi quod Congregatio Regularium potuit succedere irreuocabiliter in bonis transitoriis ad quoscumque hæredes extraneos tanquam essent concessa in perpetuum pro successoribus etiam singularib. cum clausula, & quibus dederis, ex adductis *in causa Romana domus S. Eustachy coram Card. Lancellott. 31. Febr. 1581. & Mediolanen. bonor. de Busalara, 7. Junij 1585. coram R. P. D. Bubalo, & in alia Mediolan. bonor. 28. May 1594. coram Card. Arigonio.*

Quare etiam huiusmodi emphyteusis ecclesiastica concessa pro hæredibus, successorib. quibuscum-
62 que, cum transeat ad hæredes extraneos, † transibit etiam ad fiscum *Socin. cons. 266. nu. 32. col. 16. in princ. vers. quarto hoc idem probatur, & nu. 34. in fi. lib. 2. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. . n. 1.* ibi de communi *Ruin. cons. 117. n. 6. lib. 1. Anchar. cons. 165. in fi. cum aliis per Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 71. fol. 238.* vbi quod perpetuo permanent apud fiscum cum onere debito directo domino *Aym. cons. 128. col. vlt. vers. primum an in confiscatione, & vers. sed hic aduerte, Corbul. de
63 caus. priuat. ob mort. ciuil. nu. 6. in fi.* † Quidquid alias quando ista bona ad extraneos hæredes non transirent, fiscus in eis non succederet *Bart. & alii in l. si finita, §. si de vectigalib. ff. de dam. infect. Bursat. cons. 122. nu. 3. lib. 1. Menoch. de recup. possess. remed. 9. nu. 82. & 83.*

Ideo etiam emphyteusis & feudum, quod potest transire ad fœminas transfertur in Monialem,
64 † per quam præstabuntur onera feudalia per substitutum *Specul. de feud. §. quoniam, versic. vigesimo primo: Isern. in cap. 1. in princ. de milit. vassal. qui arm. bel. Iic. & in cap. 1. §. fin. de benefic. fœmin. Felin. in cap. in præsentia, n. 47. fallent. 3. de probat. Curt. de feud. 2. p. 3. par. princip. qu. 10. num. 26. cum aliis per Alex cons. 10. num. 7. & 8. lib. 5 Ludouic. Molin. de primogenit. hispanor. lib. 1. c. 13. n. 76.*

Et consistit, quia ista acquisitio ex persona Monachi
65 dicitur legalis, † vnde non censebitur prohibita ingenuis incertum personarum, quale est monasterium *Gl. in l. pater, §. iulius agrippa, de leg. 3. Bart. in l. si ita quis, §. ea lege, de verb. oblig. Ias. in l. filius familias, §. diui, de leg. 1. Alex. cons. 10. n. 12. lib. 5. post Bald. in c. quæ in ecclesiarum, de constitutionib.*

Neque obstat, quod efficiatur deterior conditio Ecclesiæ concedentis, si emphyteusis perpetuò remaneret apud monasterium propter laudemia, & alia similia, de quibus per *Imol. in cap. potuit, column. 9. ad med. vers. sed aduerte, nu. 25. in gloss. in verb. pro-
66 hibeatur, extr. locat.* † Quia cum fuerit concessa pro hæredibus etiam extraneis poterat concedens scire, & prauidere, quod per talem concessionem veniebat etiam fiscus & monasterium, Vnde sibi imputet quod non reseruauerit hanc translationem *Corbul. de caus. priuat. ob mort. ciuil. n. 8. ad fin.* iuxta doctrinam *Bart. in auth. ingressi, in 2. lect. nu. 37. C. de sacr. eccl.*

Hæc omnia sunt de iure verissima, esset tamen videndum an procedant de consuetudine, cum
67 multi Doctores attestentur, † quod secundum eam teneatur fiscus, & Ecclesia talem emphyteusim vendere infra annum, *Cald. de nominat. emphyteus. lib. 1. q. 19. n. 7. & per tot.* vbi etiam loquitur tam de emphyteusi Ecclesiæ, quam priuati, attestando, quod ita de consuetudine seruatur, iuxta attestationem *Specul. de locat. § nunc aliqua, rubr. de emphyteus. q. 117. n. 143. & q. 154. n. 181.* quod etiam tenet *Alex. cons. 120. nu. 3. & 4. lib. 1. post Ioan. Andr. in c. potuit: vbi Imol. col. 6. in fi. n. 25. locat. ar-
68 gument. text. in c. longinquitate rei, 12. q. 2.* † Et ita videntur posse intelligi Doctores, dum volunt, quod emphyteusis Ecclesiæ non transeat ad aliam Ecclesiam, *Bald. cons. 197. reuerende pater, ad fi. lib. 1. Dec. in c. in præsentia, col. 20. in fi. num. 48. de probat.* latissimè *Bursatt. consil. 199. lib. 2. per tot.* Quia hoc procedet, vt Ecclesia non possit acquirere quo ad retinendum pro se, secus vero, vt alteri
69 idoneo vendat *Alex. consil. 120. nu. 4. lib. 1.* † Ideo intra biennium debet dominus directus declarare, vtrum velit, quod emphyteusis remaneat ad Ecclesiam, *Specul. de locat. §. nunc aliqua, rubr. de emphyteus. q. 119. Imol. c. potuit, n. 26. col. 10. in princ. locat.* quod tempus duret à die, quo monachus moritur naturaliter, non quo professus est, vt in specie concludit *Felin. in c. in præsentia, 8. n. 49. ad fin. de probatione.*

EPITOME.

Canonicatus Ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ, etiam insignis an requirat ordinem sacrum. ¶ Et quid in dimidiis portionibus. ¶ Et an sufficiat tonsura, & ætas 14. annor. ¶ Capitulum quando possit statuere circa curam animarum, & quod Canonici sint saltem in ordine subdiaconatus. ¶ Et an requiratur consensus Episcopi seu Vicarij, & quo tempore debeat præstari. ¶ Nõ existens in sacris an possit optare maiorem præbendam, & suam hebdomadam ad effectum conferendi beneficium. ¶ Et quando ei committatur per Capitulum talis collatio. ¶ Receptio canonici noui an intelligatur saluo tenore literarum, quamuis aliud disponant statuta per eum iurata. ¶ Decanus non existens in sacris quando conuocet capitulum, & in eo proponat, ac resolutiones accipiat. ¶ Dispositio *clem. vt hi qui, de ætate, & qualit.* in quibus casibus procedat. ¶ Statutum non repertum in archiuio an liget. ¶ Verba enunciatiua Papæ quando probent. ¶ Decanus habens facultatem substituendi an possit substituere non existentem in sacris. ¶ Confessio an releuet super eo, quod quis non potest disponere. ¶ Consuetudo an valeat, vt Canonicus clericus præcedat eos, qui sunt in ordine sacro.

SVMMARIVM.

1 *Ordo sacer non requiritur in canonicatu Ecclesiæ collegiatæ, & stante indigentia etiam Superior debet consentire, nu. 2.*

3 *Statutum Capituli absq. consensu Episcopi non valet, vt quis non recipiatur in Canonicum, qui non sit saltem ordinatus ad subdiaconatum. Amplia vt non conualidetur per consensum superuenientem, nu. 4. Ita vt neque sufficiat illum præstari per Vicarium, nu. 5.*

6 *Canonici non possunt statuere super spectantibus ad superiorem, vel inducere curam animarũ, & quod*

canonicatus habeat sacrum ordinem, nu.7.

8 *Concessio non releuat, si facta sit super eo, quod quis non potest disponere.*

9 *Canonicus Ecclesiæ cathedralis debet esse in ordine sacro, & ita procedit Concilium Tridentinum, quod in Collegiatis non habet locum, nu.10. & 11.*

12 *In Canonicatib. ecclesiarum collegiatarum insignium sufficit prima tonsura, & quod quis attingat decimumquartum annum, & idem est in dimidiis portionibus cathedralis. Intellige vt nu.13.*

14 *Consuetudo valet, vt Canonici clerici antiquiores in gradu præcedant alios Canonicos posteriores constitutos in sacris.*

15 *Consuetudo conformis iuri communi magis attenditur.*

16 *Verba enunciatiua Papæ in antiquissimis probant.*

17 *Statutum capituli non repertum in archiuio Ecclesiæ nullam fidem facit.*

18 *Receptio canonici noui, qui iurauit obseruare statuta, intelligitur saluo tenore litterarum, ob quas recipitur, ita vt si in eis contineatur, vt non debeat ordinari, non possit cogi ordines suscipere, quamuis statuta per eum iurata alia disponant. Declara vt num.19.*

20 *Canonici, qui non sunt in sacris, non habent vocem, nec votum in capitulo, poterunt tamen optare maiorem præbendam, nu.21.*

22 *Actus optandi competit ex præbenda, non ex voce capituli.*

23 *Dispositio* clement. vt hi qui, de ætat. & qualit. & *Concilium non procedit in illis, quæ fiunt extra capitulum.*

24 *Collatio si spectat ad hebdomadarium per turnum, Canonicus etiam non constitutus in sacris habet suam hebdomadam, & potest conferre.*

25 *Capitulum potest committere collationem, & nominationem beneficij ad illud pertinentis Canonico qui non est in sacris.*

26 *Decanus, seu alius ad quem spectat conuocare capitulum, & in eo proponere, potest hoc facere, quamuis non sit in sacris.*

27 *Decanus habens facultatem constituendi Vicedecanum potest substituere illum, qui non sit in sacris ad conuocandum, præsidendum, ac resoluendum.*

CAPVT CCCCLXXXII.

Canonicatus in Ecclesia collegiata non requirit ordinem sacrum, sed solum clericalem ordinem, † *Abb. in c.2. col.2. in fi. vers. nota ibi per ecclesiasticos, n.5. Anchar. n.3 Butr. n.7. Innoc. in prin. Io. And. ante fi. verb. ecclesiasticos: Imol. n.3. Anan. n.5. Host. in fi. de instit. Boer. decis.171. in prin. Mandos. cons.20. nu.1.* Et ideo etiam si † indigentia Ecclesiæ aliud suaderet: Tamen Superioris dispositio requireretur, *Abb. in d.c.2. n.5. de instit.*
1
2

Quo stante non sunt cogendi Domini Canonici ad suscipiendos ordines sacros: Immo sunt manutenendi in huiusmodi antiqua possessione, non obstante decreto, vel statuto, quod ex aduerso allegatur, † vt nullus possit recipi in Canonicum, nisi saltem sit constitutus in ordine subdiaconatus, cum d. decretum non subsistat tanquam per solum Capitulum non possit aliquid fieri sine consensu Episcopi super statu Ecclesiæ, *Archid. in c. catholica, 11. distinct. nu.1. Felin. in c. cum omnes, n.9. vbi & alij communiter, de constit. Anchar. in c.1. nu. 99. eod. tit. Abb. in c. requisiuisti 15. n.10. de testam. post gloss. in cap. constitutionem, de verb. signific. in 6. Innoc. in c. cum consuetudinis 9. in fi. de consuet.*
3

Quæ adeo vera sunt, vt neq; sufficiat consensum Episcopi superuenisse, cum talis auctoritas in ipso actu requiratur, † quasi sit indiuiduū omne, quod requiritur ad solemnitatem, Bald. in specie in c.1. *col.1. ante med. in verb. ratum, nu.1. de alienat. feud. pater. Aldobr. cons.103. n.18. Dec. in d.c. cum omnes, in 2. lect. col.3. ante med. vers. & an tali casu, nu.3. & ibi Felin. n.9. ad med. de constit. post Ioan. de Monte Murlo. & Gemin. in c. susceptum, n.6. in princ. de rescript. & Butr. in c. cum consuetudinis 9. n.14. col.2. post med. vers. quandoque, de consuetud. iuxta l. obligari, §. tutor. de auctorit. tutor. Gl. in c.1. de reb. eccle. non alien. in 6. Alex. & alij in l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acquir. hered.*
4

Nec etiam in tali casu, in quo auctoritas Episcopi requiritur Vicarij consensus sufficeret, si non haberet speciale mandatum, † *Feder. cons.264. si canonici, in princ. vers. item auctoritas, Rom. sing. 70c. ex longaua, in fi. & ibi Add. in fi. Felin. in c. cum omnes, n.9. ad med. vers. nec sufficit auctorit. as. de consti. & in c. cum accessissent, n.15. eod. tit.* vbi etiam adducit *Lap. alleg. vt in princ. & Dominic. in c. si nu. de offic. vicar. in 6. & Io de Deo, q.11. lib.2. cum alijs per Sbrozz. de offi. vicar episc.* vbi de communi *q.199. lib.2. & q.31. n.4. eod lib.*
5

Et facit, quia non est in potestate Canonicorum statuere circa ea, quę ad superiorem pertinent, prout † tollere, vel inducere curam animarum, cum hoc Episcopo reseruetur *Card. in clem.1. q.21. vers. ego autem tenui, nu 20. ad fi de offic. vicar. Imol. in c. de multa, col.12. ante fi. vers. si autem de iure non esset curata, n.35. in fi. de præbend.* Quemadmodum neq; statuere super residentia, *Butr. in c. constitutus, nu. 25. de rescript. Aldobr. cons.103. n.18.* † Sicut neque in facultate Capituli est facere, quod Canonicatus habeat annexum sacrum ordinem, nec ne, vt est casus noster, & in specie dicit *Mandos. cons.20. col.5. ad med. vers. accedit, nu.11.* vbi amplius concludit, quod quamuis omnes Canonici clarè, & expressè faterentur huiusmodi canonicatus habere annexum ordinem sacrum, non per hoc Ecclesiæ præiudicium fieret, neque canonicatibus, nec capitulo, † nec talis confessio hon sit considerabilis tanquam facta super eo, de quo quis non potest disponere, *Bart. in l. si fortè, n.4. de castrens. pecul. Paris.* qui de communi *consil.62. n.7. lib.1. Rota decis.44. nu.1. de testib. in antiq. Bisignet. decis.2. col. 2. de lit. contest.*
6
7
8

Nec obstat *Concil. Trid. sess.14. c.12. vers. in omnibus.* Quia loquitur expressè † de obtinentibus canonicatus in Ecclesiis Cathedralibus, non autem in Collegiatis, Quare ad illas non debet extendi, cum non sint ita priuilegiatæ, & multum inter se differant, vt per *Doct. in c. statutum. §. sancimus, de rescript. in 6.* & in terminis ita concludit *Mandos. consil.20. nu.3. & 4.* † Cum circa Canonicatus in Collegiatis nihil fuerit per sacrum Concilium immutatum, iuxta declarationem Sanct. Gregorij XIII. & sacræ Cōgregationis eiusdem Concilij, de qua per *Franc. Leonum in thesaur. for. eccles. par. 2. cap.18. n.11. & 12. Garzias de benefic. part.7. cap.4. n.37. vsque ad nu.41. fol.48.* † Vnde non erit recedendum à dicta dispositione iuris communis, secundum quod in canonicatibus Ecclesiæ Collegiatæ non requiritur ordo sacer, *Abb. in cap.2. de institutis cum alijs supra allegatis.* Prout etiam in canonicatibus earundem ecclesiarum, etiam insignium sufficeret † prima tonsura, & quod quis attin-
9
10
11
12

attinget decimumquartum annum, sicut in aliis
beneficiis, & idem est in dimidiis portionibus
Ecclesiæ cathedralis, vt latè per *Gonzal. ad reg. gl.*
5. in princ. nu. 92. vsque ad 98. vbi adducit resolu-
tiones Congregationis, *Garz. de benef. part. 7. c. 4.*
13 *num. 38. vsque ad* 41. † Dummodo in fundatione,
statuto, vel consuetudine legitimè introducta
non esset dispositum contrarium, quod talis dimi-
dius portionarius debeat habere ætatem viginti
annorum completam, nam tunc ita esset seruan-
dum, *Gonzal. d. gloss. 5. nu. 97.*

Accedat, quod vltra ius commune adest etiam con-
suetudo per spatium quadraginta annorum, &
14 amplius, † secundum quam Canonici clerici anti-
quiores in gradu præcedunt alios Canonicos po-
steriores in sacris ordinibus constitutos, tam in
choro, quam in processionibus, & in omnibus
aliis locis, vt declarauit Sacra Congregatio Ri-
tuum, 12. Decembris 1606. vt in decreto exhibito
in actis, ex quo euidenter apparet semper adfuisse
aliquos Canonicos clericos, qui non erant in sa-
cris ordinibus constituti, & tanquam tales fue-
15 runt admissi: † Vnde huic consuetudini standum
est, cum præsertim sit conformis iuri communi,
quod in huiusmodi canonicatibus ordinem sa-
crum non requirit *Butr. in d. c. 2. de instit.*

Immo Canonici clerici sunt in ista quasi possessione
ab immemorabili tempore citra, vt apparet ex
Bulla fœlicis recordationis Innocent. Papæ IV.
super reductione Canonicorum. In qua illi ap-
16 pellantur Clerici per Summum Pontificem: † Ita
[illegible] ta verba assertiua Papæ in antiquissimis pro-
b[illegible] *Butr. in cap. fin. de success. ab intest. Alexand.*
cons. [illegible] *num. 6. lib. 1. Socin. iun. cons. 65. num. 7. lib. 1.*
Aym. de antiq. tempor. part. 1. in princ. num. 8 Ge-
min. in c. si Papa, col. 1. de privileg. in sexto: Decia.
cons. [illegible] *40. pro tenui. col. penult. in princ. vers. quinto*
prædicta conclusio, & consil. 152. in causa exemptio-
nis, colum. penult. ad med. vers. & prædicta maximè,
numer. 2. in fin. per text. in clement. 1. de probation.
Bald. Salic. & alij in l. cum antiquis, Cod. de iur. de-
liber.

Vlterius non est omittendum, quod statutum, de
quo agimus, requirens ordines sacros nullam fi-
17 dem facit † tanquam repertum in ædibus alienis,
neque repositum in Archiuio Ecclesiæ, prout re-
quiritur, vt probationem faciat, cum etiam non
habeat alia requisita ad effectum, vt similes scri-
pturæ sint authenticæ, vt per *Aym. de antiq. temp.*
part. 1. vers. quarto limitatur, nu. 1. cum seq. post Bald.
in l. exemplo, C. de probat. Dec. in c. cum causam, col.
3. eod. tit.

Quibus addendum est, quod receptio facta de Ca-
18 nonico nouo, qui iurauit seruare statuta † debet
intelligi saluo tenore litterarum, propter quas re-
cipitur. Vnde si in eis continetur, quod non te-
neatur ordinari, non tenebitur etiam si statuta
per eum iurata aliud velint, quia tam ipse proui-
sus, quàm illum recipientes intelliguntur se limi-
tasse secundum litteras, *Felin. in c. cum venerabi-*
lis, 6. col 8. post med. nu. 24. de except. Dummodo ta-
men tempore, quo iurauit non fuerint lecta, aut
specificata statuta, seu consuetudines, stante e-
19 nim † ista specificatione videtur iurans renun-
ciasse gratiæ, & per iusiurandum fuit factum va-
lidum statutum, quod eius respectu erat inuali-
dum, cum aliud esset si fuerit iuratum in genere
absque eo, quod sint specificè lecta dicta statuta,
nam hoc casu non censetetur renunciasse gratiæ,
ita distinguit *Io. Andr. in c. inspicimus, num 7. vers.*
hanc partem, de reg. iur. in 6.

Obseruandum est etiam, quod isti Canonici, qui
non sunt in sacris, non habebunt vocem, nec vo-
20 tum in Capitulo, † *Imol. in c. 2. nu. 4. de instit. iuxta*
clement. vt hi, qui de ætat. & qualit. Quidquid con-
trarium teneat *Cyn. in l. licet, C. de testament. milit.*
& voluit etiam *Concil. Trident. cap. 4. sess. 22 de re-*
21 *form.* Poterunt † tamen tales Canonici, quamuis
non sint in sacris, optare maiorem præbendam,
non secus ac si essent in sacris, si statutum, aut cõ-
suetudo contraria non obstaret, cum ille actus o-
22 ptandi competat ex canonica & præbenda, † non
ex voce capituli, *Gloss. in d. clem. vt hi qui, in verb.*
capitulo, de ætat. & quali. & est communis opinio,
vt ibi omnes notant, & testatur *Gonzal ad regul.*
8. cancell. gloss. 34 in fi. nu. 138 & 139. Garz. de benefi.
23 *part. 3. c. 4. num. 31.* † Et regulare est, vt *d. clemen. vt*
hi qui, & decretum Concilij non procedat in aliis,
quæ fiunt extra Capitulum, vt per *Vualen. in dict.*
clem. vt hi qui, nu. 16. & 17. post gloss. ibid. in verb. in
24 *capitulo, de ætat. & qualit.* † Vnde in ecclesiis, in
quibus collatio spectat ad hebdomadarium per
turnum, Canonicus etiam non constitutus in sa-
cris ad effectum conferendi, habet suam hebdo-
madam, & ratione suæ hebdomadæ potest con-
ferre, *Rebuff. de nominatio. q. 8. nu. 6. Rot. coram R.*
P. D. Gypsio. Romana beneficiatus sancti Petri, 26.
25 *Aprilis* 1590. † Et capitulum potest committere
collationem, vel nominationem beneficij ad illud
pertinentis Canonico, qui non sit in sacris, vt in
d. decis. & in eadem causa, 13. Maij 1594. *coram R.*
P. D. Gypsio. vt refert *Garzias de beneficiis, part. 3.*
c. 4. nu 31.

Notandum est etiam, quod licet non habeat vocem
in Capitulo, qui non est constitutus saltem in or-
dine Subdiaconatus, quamuis ab aliis liberè con-
cedatur, nec fuerit in mora illum suscipiendi, vt
supra dictum est ex *Concil. cap. 4. sess. 25.* Tamen
26 hoc non procedet in Decano, † seu Archidiaco-
no, ad quem spectat conuocare capitulum, & in
eo proponere, & resolutiones accipere, talis enim
poterit hoc facere, quamuis non sit in sacris, tan-
quam iste actus sit iurisdictionis, qui competit
Archidiacono etiam in sacris non constituto, &
ad Decanum non spectat ratione ordinis, sed an-
tiquitatis & superioritatis, vt resoluit sacra Con-
gregatio Concilij, de qua per *Garzias de benefic.*
part. 3. c. 4. num. 26. & 27. vbi etiam ea hoc con-
27 cludit, † quod in Ecclesiis, in quibus Decanus ab-
sens potest constituere Vicedecanum, vt in Ec-
clesia Segobien. poterit substituere illum, qui non
sit in sacris ad conuocandum, præsidendum, ac
resoluendum, & est ratio, quia in subrogationib.
satis est, quod subrogetur alius, qui sit eiusdem
qualitatis cum subrogante, *Gloss. in l. si eum, §. qui*
iniuriarum, in verb. danda, post med. ff. si quis cau-
tionibus: Bartol. in l. 2. C. de mancip. & colon. patri.
lib. 11. Angel. in l. stipulationes commodissimum, de
verborum obligat. Mandos. reg. 4. quæst 8. num. 3.
& multa adduxi in *addit. ad decis. Marcb. 157. nu.*
9. cum seq.

EPITOME.

Statutum disponens, vt testamentum insinue-
tur intra sex menses, aliàs sit nullum, an excludat

hæredem, vt interim non adeat, & exigat credita hæreditaria, quamuis forsan reduceretur ad nullitatem, si contingat illud non insinuari. ¶ Constitutum quo casu transferat possessionem ciuilem & naturalem. ¶ Et quid si contractus fuerit inutilis. ¶ Donatio semel impugnata per donantem an possit amplius insinuari. ¶ Obligatio naturalis an oriatur ad fauorem donatarij ex donatione non insinuata. ¶ Donatio facta coram Iudice an requirat aliam insinuationem. ¶ Et quando sit valida, si non insinuetur, & acquirat aliquod ius donatario, ita vt possit capere possessionem rei donatæ pendente lite super insinuatione. ¶ Donatarius an prohibeatur insinuare inuito donante. ¶ Recursus an detur ad Iudicem Ecclesiasticum ratione peccati, vel missio in possessionem concedatur in casu in qua deficit obligatio naturalis. ¶ Precarium & pignus rei suæ an consistat. ¶ Iudex an habeat facultatem soluendi debitum solius obligationis naturalis. ¶ Hæres qui debet soluere legatá intra certum tempus, aliàs transferatur institutio in alterum, an interim possit facere omnia, quæ hæredi competunt.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum transfert possessionem ciuilem, & naturalem. Intellige vt num. 2.*

3 *Constitutum appositum in contractu inutili est pars illius, num. 6.*

4 *Dominium non transfertur ex contractu inualido.*

5 *Precarium, pignus, & conductio rei suæ non potest consistere.*

7 *Possessio non transfertur ex contractu inutili, in quo adest constitutum, sed requiritur corporalis traditio, quæ ex voluntate tradentis potest transferri ex falsa causa, & putatiua, & nu. 11. Idem in dominio, num. 8.*

9 *Donatio est inualida ante enunciationem, & illi non potest renunciari, etiam cum iuramento iuxta formam statuti.*

10 *Consensus donantis reficit, si statutum fraudem præsumit.*

11 *Donatio facta coram iudice an requirat aliam insinuationem, num. 12. & 15.*

13 *Dispensatio in vno articulo non porrigitur ad alium.*

14 *Donatio non habetur pro insinuata, si judex non intelligeret, aut apertè ei non fuisset exposita.*

16 *Donatio quæ debet insinuari infra sex menses an habeat interim effectum ante insinuationem, vt donatarius possit pendente lite super ea tanquam non insinuata capere possessionem rei donatæ.*

17 *Voluntas donandi non apparet nisi post insinuationem donationis, ob quem defectum reputatur nulla vsque ab initio, & imperfecta, nu. 18. & 19. & nullum ius acquiritur donatario, nu. 24.*

20 *Donatarius non potest insinuare inuito donante, nu. 22. & 36.*

21 *Inuitus non deliberat, sed volens.*

23 *Recursus non datur ad Iudicem ecclesiasticũ ratione peccati in casu, in quo deficit obligatio naturalis.*

25 *Donans si semel impugnauit donationem, non potest amplius illam insinuare.*

26 *Exceptionem habens non dicitur obligatus.*

27 *Obligatio naturalis non oritur ad fauorem donatarij ex donatione non insinuata.*

28 *Missio in possessionem non datur cessante obligatione naturali.*

29 *Soluens debitum naturale non potest repetere.*

30 *Iudex non habet facultatem soluendi debitum solius obligationis naturalis.*

31 *Statutum mandans, vt testamentum insinuetur intra sex menses, aliàs sit nullum, non excludit, vt hæres non possit interim adire, & exigere credita hæreditaria, quamuis forsan reduceretur ad causam nullitatis, nu. 32. 33. & 35.*

34 *Hæres, qui debet soluere legata infra certum tempus, aliàs transferatur institutio in alterum, potest interim agere tanquam hæres, & pro tali est reputandus.*

CAPVT CCCCLXXXIII.

MAnutentio possessionis non est concedenda prætenso donatario, cum nunquam fuerit in possessione, neque ad eius fauorem aliquid
1 operatur constitutum, † per quod licèt transferatur possessio ciuilis & naturalis, *Bart. in l. interdum, in princ. ff. de acquiren. possess. Surd. consil. 221. num. 34. lib. 2.* Tamen sumus in donatione nulla, & inutili, quo casu debet interuenire actus facti,
2 id est realis traditio, † cum iuris tantum, prout est constitutum, precarium, retentio vsusfructus, & alia huiusmodi, non transferant possessionem, quasi talis translatio iuris, & non facti possit ab ipso iure impediri Castrens. qui loquitur in specie donationis inualidæ; *consil. 193. colum. penult. in princ. vers. plus videtur quod post donatoris, num. 2. in fin. lib. 2. & consil. 452. ad fin. versic. & per consequens, lib. 1. Bald. consil. 212. punctus talis est, ante med. vers. illud autem quod dici consueuit, lib. 1. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. colum. penult. in princ. vers. ex quibus omnibus videtur, num. 6. ad fin. fol. 203.* & est communis opinio, quam sequuntur omnes *in l. 1. §. si vir vxori: vbi Castrens. num. 5. Alex. col. 3. Socin. col. 2. vers. secunda conclusio: Ias. col. 3. num. 15 vsque ad 20. ff. de acquir. possess. Rom. in l. quod meo, ad med. & ibi Alex. col. vlt. eod. tit. Idem Alex. consil. 82. num. 11. col. 3. post med. vers. pro hoc facit, lib. 2. Cassan. consil. 7. nu. 55. cum aliis per Honded. cons. 23. nu. 25. lib. 1.*
Et facit, quia constitutum appositum in contractu
3 inutili est pars † ipsius contractus inutilis, maximè quia etiam vendens, aut donans, vel aliter alienans rem suam, inutiliter remanet dominus vt
4 antea erat; cum ex inutili contractu † non transferatur dominium, *l. 3. §. si stipulanti, de donat. inter vir. & vxor.* & per consequens nec eo casu vale-
5 bit constitutum, aut precarium, † quasi illud rei suæ consistere non possit *l. in rebus, §. 1. de precar.* Prout nec pignus, nec conductio rei suæ, *l. si aliquam rem, de acquir. possess. l. qui rem, C. locat. l. ei*
6 *à quo, de vsucap. l. neque pignus, de reg. iur.* † & per prædicta ita concludit *Tiraqu. de iur. constit. poss. limit. 7. num. 23.*
Preterea quando cõtractus est causa immediata possessionis, prout est contractus precarij, seu consti-
7 tuti, † tunc si contractus est inutilis, non transfertur ex eo possessio, sed requiritur vera, & corporalis traditio possessionis, quæ ex voluntate tradentis potest transferri etiam ex falsa causa, & putatiua, *Bald. in l. non dubium, col. 6. in fi. num. 18. versic. vlterius oppono, & col. 7. in princ. vers. simi-*
8 *liter dico: & ibi Ias. num. 55. Cod. de legibus.* † vbi loquitur tam in dominio, quàm in possessione per *text. in l. si quis ante, vers. si quidem maximo vno: vbi*

Alex.col.4.ad med.n.[illegible]*3.de acquir.possess. Idem A-*
lex.in [illegible] *vir vxori, col.2. vers.vnde concludit,*
& ibi [illegible] *col.2.vers.prima conclusio. & Ias.col.3.*
ver. Praeterea notanter dixit,ff.eod.tit. Grat.consil.
9.nu.38.lib.1. Honded.cons.2.n.26.lib.1.
Quod autem tim[illegible] in contractu nullo, non est du-
9 bitandum, cùm ante insinuationem † donatio sit
penitus nulla, iuxta formam statuti, per quod e-
tiam conualidatur iuramentum mandans non
posse renunciari insinuationi, ita vt iusiurandum
praest[illegible] tam in donatione, quàm in renuncia-
tione insinuationis censeatur metu extortum, ac
fraudulentum, nec contrarium probari, aut admi-
ni[illegible]lari possit, *Rot.diuers.decis.125.n.13.& 14.lib.1.*
iuxta distinctionem, de qua per *Bart.in l.omnes*
populi,col.8.n.[illegible]*4 de iust.& iur.Alex cons.151.col.*
3.[illegible]*4.lib.7.& cons.59 lib.1.& cons.38 lib.5.Seraph.*
priu.[illegible]*iuram.73.nu.367.cum seq. & priuil.61.nu.18.*
Natt.cons.174.nu.2.Cern.cons.6.col.6 lib.1.& cons.
17.col.pen.in fi.eod.lib.
Qua[illegible]e, & metu per statutum praesumpto, defi-
10 cit [illegible]ensus donantis, † ita vt ex hoc non po-
tu[illegible] transferri possessio etiam si fuisset deuen-
tum ad actualem illius traditionem, quasi tunc
non ad[illegible]mus transferendi, *Honded.consil.25.*
nu.2[illegible]*lib.1.*
Et [illegible]us non obstant, quae allegantur ex aduerso
[illegible] actu nullo, per quem transfertur posses-
[illegible]ia debent intelligi quando fuit deuen-
tum ad actualem, & corporalem traditionem,
[illegible] per clausulam constituti, & sic immediatè
ex [illegible]inuili contractu, vt est in casu nostro, in
qu[illegible] et[illegible]m deficit consensus propter statutum,
Honded consil.23.num.47.lib.1. Ita vt neque ob-
st[illegible]ssio postea capta per donatarium, cùm
fu[illegible]ite pendente, quae non poterat capi ex vul-
garibus.
Nec obstat, quòd praetensa donatio fuit celebrata
coram Iudice. Quia fuit facta propter aliam so-
lemnitatem, quàm propter insinuationem, quae
de iure requiritur: Cùm statutum mandet, quod
non possint fieri tales contractus per mulieres,
ni[illegible] decreto Iudicis, & aliis solemnitatibus
ibi contentis, Vnde concludendum est non esse
satisfactum insinuationi, quasi Iudex fuerit adi-
tus non propter eam causam, sed aliam, quia tunc
praesentia Iudicis non supplet dictam insinuatio-
nem, *Aret.in l.si tibi pecuniam,in fi.vers.& aduer-*
te,† *si certum petat.* vbi quod est singulare, & tan-
quam tale refert & sequitur etiam *Tiraq. de re-*
tra.[illegible]*lignag. gloss.1.§.36. nu.22.ad med. vers.quid in*
in rebus fretus,Roman.sun.in §.1.nu.155.vsque ad 159.
instit.de donat. Bald.cons.372.certum est quod filia,
num.5.lib.3. Boccac.ad constitut. March.[illegible]*minor.*
gloss.5.nu.11.vers.& hac est communis opin.fol.86.
12 † vbi de statuto requirente decretum Iudicis
pro forma contractus, quod non sufficit, cùm il-
lud fuerit adhibitum pro confirmatione actus,
13 non pro insinuatione, † vnde decretum, seu di-
spensatio in vno articulo non porrigitur ad aliud
Bart.in l.[illegible]*non propter,de legat.praestand. Afflict.de-*
cis.320.num.12. Propter etiam dicimus, quod prae-
sentia Iudicis non aequipollet subscriptioni te-
stium requisitae per statutum Vrbis in donationi-
bus, *Rot.coram Cardin Blanchette Romana de Ca-*
ru,13.Iunij 1584.
Immo quamuis Iudex adeatur pro insinuatione fa-
14 cienda: Tamen si non intelligeret, † vel apertè
hoc ei non fuisset expositum, donatio non intel-
ligetur insinuata realiter, & substantialiter, licèt
talis actus diceretur gestus coram Iudice superfi-
cialiter, *Calcan.cons.25.col.11.in princ. vers.vnde &*
cùm non interuenerint,nu.2[illegible]*ante fi. Bald.cons.371.*
nu.4 & 5.lib.3. Tiraq.leg.connub.16 gloss.8.nu.180.
vsque ad 183.Couarr.de insinuat.q.10.n.22.
Verum est, quòd si ille alter actus non requireret fa-
15 ctum Iudicis, sed solam praesentiam, † tunc posset
dici sufficere, quòd donatio sit facta coram Iudi-
ce, & non requirat amplius insinuationem, nisi
appareat expressè, quod propter aliam solemni-
tatem Iudex fuisset aditus: Aretinus qui ita de-
clarat *in l.si tibi pecuniam, in fi. vers.intellige, ff.si*
cert.petat.
Omisso igitur isto iudicio manutentionis tanquam
non habeat locum ex supra allegatis, fuit aliud
dubium propositum quod videbatur negatiuè
16 resoluendum, † quod videlicet Donatio, quae
debet insinuari infra sex menses ex dispositione
statuti Vrbis *rubr.150. lib.1.* non habeat effectum
interim ante insinuationem, vt donatarius possit
circumscripta lite capere possessionem rei dona-
tae: Etenim antequam insinuatio insinuetur lex
illam habet pro non scripta, & intellecta, & sic
nec instrumentum intelligitur celebratum, nec
accessisse aliquem consensum donantis: Vnde ne-
que aliqua obligatio naturalis oritur, quasi lex
prohibeat, seu resistat tali donationi antequam
appareat, quod donator velit permanere in vo-
17 luntate continuandi donationem, † de qua tunc
dicetur constare quando interuenit actus insi-
nuationis: Ita in specie concludit *Bald.cons.367.*
quidam Franciscus,num.6.col.2.ad med.vers.& ad
idem facit,lib.5.
Et hoc est quod voluit *text.in l.sancimus 34 post prin.*
18 *vers.quasi nullo penitus,C.de donat.* † Vbi ob de-
fectum insinuationis donatio reputatur nulla
vsque ab initio, & pro non scripta. & non intel-
lecta, *Cern.cons.71.n.9.lib.2.Roman.sun.in §.1.num.*
274.instit.de donat. Vnde non potest dici perfecta
19 antequam insinuetur, quia ista conditio insinua-
tionis, si conditio dici potest inducitur ab initio,
& per legem iniungitur, adeò vt donator inuitus
20 non possit cogi ad insinuandum, † cùm insinua-
tio sit inuenta vt possit donans deliberare, an sibi
expediat donationem perficere, sed si donatarius
21 posset inuito donante insinuare, † non esset lo-
cus liberationi, cùm inuitus non deliberet, sed
volens, & in actu voluntario tantum, *l.cum anti-*
22 *quioribus, C.de iur delib.* † & notat in proposito
Roman.sun in §.1. nu.521. vsque ad 524. instit.de do-
nat.post Aret.cons.123.in 2.dub.col.2.ad med.Corn.
cons.71.lib.[illegible]*. & cons.99.lib.4.*
Vnde etiam lex fingit abesse consensum ob defe-
ctum insinuationis, & ideo non habetur recur-
23 sus ad Iudicem Ecclesiasticum ratione peccati, †
quia donans non seruat fidem, cùm in hoc casu
istud non consideretur, quasi deficiat obligatio
naturalis, quae sola est causa, ob quam possit Epi-
scopus adiri, vt in terminis dicit *Bald.in l.sanci-*
mus,n.1.in fi.C.de donat. per text.in l.data,C.eo.tit.
Quare passim donans potest contrauenire donatio-
24 ni non insinuatae, immò etiam illam reuocare, †
cùm nó sit perfecta, antequam insinuetur, & nul-
lum ius fuerit acquisitum donatario, *Imol.in l.A-*
quilius,ff.de dona. Alex.ad Bar.in l.Modestinus,eo.
tit.Aym.cons.542.n.4.& cons.575.n.2.Surd.cons.369

25 *num.*10. vbi addit, † quòd ſi donans ſemel impu-
gnauit donationem, non poterit poſtea pœniten-
tia ductus illam inſinuare, *Alex.conſil.257.in fi lib.*
6. & ibi Natt.in addit. in verb.poſtquam,numer.4.
Marſil.ſing.489.ad med. Aret.conſ.122. Ang.conſ.
179.col.fi. verſ.ſi tamen donatio: Boccac.de conſtit.
March.in minorum,gloſſ.5.num.17.

Cùm igitur nulla obligatio ciuilis, aut naturalis ſit
acquiſita ipſi donatario ante inſinuationem, ne-
que donans cenſeatur dediſſe conſenſum ad fa-
uorem donatarij, vt ſupra dictum eſt, non pote-
rit per eum capi aliqua poſſeſſio rerum donata-
rum cùm illa non detur ob cauſam, cui obſtat ex-
ceptio, & ſi fuerit data, miſſus in ea tuendus non
26 eſt ob illam rationem, † quia non dicitur obliga-
tus, qui exceptionem habet, neque poteſt dici
debitum, cui obſtat exceptio, *l.vel obligatus, de li-*
ber.cauſ. l.fulcimus, §.idem erit, ff. ex quib.cauſ. in
poſſeſſ.eat. Rom.conſ.454.nu.9 & 10. Alex.in l.ſi fi-
nita, §.Iulianus, in fin.de dam.infect. Ruin.conſi.160.
n.26.lib.2. & notat in propoſito *Menoc.de retinen.*
poſſeſſ.remed.1.num.37.& 38.

Quæ magis procedunt in caſu, de quo agimus, cùm
27 neque naturalis obligatio orta fuerit † ad fauo-
rem donatarij ex iſta donatione, inſinuata *Bald.*
in l.ſancimus, in fi. C.de donat. Qua obligatione
naturali ceſſante non datur aliqua iuſta miſſio
in poſſeſſionem, adeò vt etiam talis miſſio ſit nulla
28 † & in ea quis tuendus non ſit, quamuis adeſſet
obligatio naturalis tantum, Vnde multo minus ſi
non adeſt neque naturalis, vt in caſu noſtro *Me-*
29 *noch.de retinen.poſſeſſ.remed.1.num.39.* † Quamuis
enim ſoluens debitum naturale non poſſit repe-
tere, *l.naturaliter, de condict.indeb.* Tamen non ex
hoc conceditur, vt quis poſſit capere poſſeſſionem
30 ob debitum naturale, † ita vt neque Iudex hoc
facere valeat, qui non habet facultatem ſoluendi
debitum ſolius obligationis naturalis, *Bart.in l.*
1. §.hæc verba, num.2 ff.ne vis fiat ei, Bald. in rubr.
C.de conſtit.pecu.nu.11. & in l.ſi per ignorantiam, C.
de cond.indeb.

Hæc multum faciunt pro huiuſmodi opinione, cui
tamen videtur obſtare auctoritas *Bald. in l.illud,*
26.in fi.C.de ſacroſanct.Eccle. quem ſequitur *Feli.*
in cap. vlti. col.1. in fin. verſicul.facit quod notat. de
31 *conſtitut.* † vbi in ſpecie ponit caſum, quòd ſi ſta-
tutum dicat, vt teſtamentum inſinuetur intra ſex
menſes, aliàs ſit nullum, interim poterit cum di-
cto teſtamento adiri hæreditas, & agi contra de-
bitores hæreditarios, quia teſtamentum incipit
ab eſſentia, licèt poſſit ab accidentibus reduci ad
cauſam nullitatis *l.ſi quis filius, in fin. C.de inofficio.*
32 *teſtam.* † Vel annullari ob non ſolutam gabellam,
ſeu aliam cauſam accidentalem, quæ à principio
non ineſt, *l.Iulianus, C.de condict.indeb. Bartol.in*
33 *l.2.ff.de in diem addict.* † Quemadmodum etiam
ſi ex forma ſtatuti deuoluatur hæreditas in alium,
videlicet in ſororem mortuo fratre ſine liberis
ex forma ſtatuti, nam interim frater iu ple-
num eſt hæres *l.2. & ibi Gloſſ. ff.ſi pars hæreditat.*
petat.

Vnde etiam dicimus, quod lege cauetur, vt hæres in-
34 tra annum ſoluat legata poſt admonitionem, † a-
liàs quo ad eum non teneat inſtitutio, ſed tranſ-
feratur in alium, nemo tamen diceret interim il-
lum non eſſe heredem, nec agere poſſe, non enim
obuiatur ab initio, ſed reſoluitur ex poſt facto, *l.*
ſi quis hæc, ff.de rei vendic. Quamuis iſtum non ſit
bonorum ſimile, quia ibi illud eſt per ſententiam,
in quæſtione autem noſtra ipſo iure, ſcilicet quia
per modum legis in pœnam tollitur contractus
ipſo iure: Tamen quia tollitur poſt perfectionem
ſuam, & ex eo quod ſequitur contractus eſt ma-
gis reſolutio, quàm ſuſpenſio, vt in pendentia
perfectionis, hoc enim non diſponit ſtatutum de
eo, quod eſt in fieri hic contractus ipſum prohi-
bentis, ſed ex eo, quod pœna contingit, annullat
ipſum: Ita omnia prædicta notat *Bald.in l. cum*
mulier, col.8.ad med.verſ.licet ergo ſtatutum, ff.ſolu.
matrim.

Verùm quidquid ſit in caſu *Bald.in d.l.illud, in fi. C.*
de ſacroſanct.eccleſ. Concludendum eſt illum non
35 obſtare quæſtioni ſupra firmatæ, † quia Bald. lo-
quitur, quando hæres tenebatur intra certum
tempus inſinuare teſtamentum, donec enim du-
rat terminus, eſt interim hæres, & poteſt adire, ac
conuenire debitores, & omnia facere, quæ ad hæ-
36 redem pertinent ex ſuperius allegatis. † Aliud eſt
in caſu noſtro, in quo inſinuatio non ſpectat ad
donatarium qui non poteſt inſinuare inuito do-
nante, ad quem pertinet inſinuare, ſi voluerit per-
ſeuerare in voluntate donandi: Quare cùm iam
declarauerit nolle facere inſinuationem donec
pendet lis ſuper hoc, non eſt mittendus donata-
rius in poſſeſſionem, cùm nullum ius fuerit ipſi
acquiſitum ante perfectam donationem, quæ per-
ficitur ex inſinuatione ſubſecuta: *Surd.conſil.372.*
nu.10.lib.3.cum aliis ſupra adductis.

EPITOME.

Habitatio vera an dicatur, quando abſens habitat per familiam, ita vt ſtatutum loquens de habitatione in iſta verificetur. ¶ Dominus volens ædificare an præferatur vicino. ¶ Conſtitutio iuris congrui cogens ad vendendum domos, quæ non habitantur, an procedat, ſi ſolùm pars habitetur, & in alia adſint inquilini tam gratis, quam pecunia accepta. ¶ Habitare an dicatur cum familia, & qui habet vnum tantum famulum. ¶ Actio an competat non probatis qualitatibus ſtatuti. ¶ Relictum familiæ an ſit verificatum, ſi vni ſolùm detur. ¶ Concedentia habitationis quando ſit conſideranda ad hoc, vt abſens dicatur habuiſſe animum reuertendi. ¶ Familia tota an poſſit dici deliquiſſe, ſi vnus deliquit.

SVMMARIVM.

1 *Actio non datur ſi non probentur qualitates à ſtatuto requiſitæ, nu.27.*

2 *Conſtitutio iuris congrui cogens vicinos ad vendendum domus, quæ à proprijs dominis non habitantur an procedat, ſi ſolum pars illius habitetur, & in alia adſint inquilini, nu.3.14.& 15.*

4 *Habitare an dicatur qui non habet familiam, ſed tantum vnum famulum, n.6.8.9.10.& 11.*

5 *Relictum familiæ non verificatur ſi vni detur. Contrarium nu.13.*

7 *Familia tota deieciſſe dicitur, ſi vnus ſeruus deiicit.*

12 *Statutum mandans puniri eum, qui aliquem occidit cum familia habet locum, quamuis cum vno famulo occiderit.*

16 *Habitare quis dicitur in loco vbi relinquit familiam, & bona ſtante animo reuertendi, n.17.& 20.*

18 *Domicilia plura poteſt quis habere.*

19 *Offi-*

19 *Officium vicariatus non est perpetuum, sed ad libitum Episcopi.*
21 *Absentia non consideratur in eo, qui remanet in fundo per cognationem, & familiam.*
22 *utum loquens de habitatione non extenditur ad improp iam, quam quis retinet per familiam. Con. t arium n. 23. 29. & 30.*
24 *H abitatio vera non ficta dicitur quando absens habitat per familiam.*
25 *D minus volens ædificare in domo sua præfertur vicino volenti retrahere ad effectum ædificandi.*
Dominus cogitur vendere vicino si ædificium sit vtile, & necessarium.
28 *abitatio concedens dicitur si secundum statum præsentem sit talis, quamuis prius non esset: Immo lex non co iderat conuecentiam, sed solum animum reuertendi, nu. 32.*
31 *Al ns rel ta familia tenetur ad munera personalia.*
33 *Habitator dicitur qui portiuncula domus est contentus, quamuis spatiosum, & amplum ædificium habeat, reliquum locando.*

CAPVT CCCCLXXXIV.

COnsti tutio iuris congrui cogit domos vici- vendi ei, qui vult ædificare, dummodo à p p s d minis nou habitentur, sed sint solitæ loc i, & adsit vtilitas, ac necessitas futuro ædifi-
1 cio, † Vnde cum non probentur huiusmodi qualitates à statuto requisitæ, non datur ex eo aliqua actio *l. 1. §. quod autem ait prætor, ff. ne quid in loc. publi. cum aliis per Surd. cons. 130. nu. 1. lib. 1.*
Non obstat quod prætenditur fuisse probatam loca-
2 tionem pro maiori parte domus, † Quia ad hunc effectum requiritur, quod tota domus sit solita locari, cum appellatione domus in statutis, seu legibus intelligatur tota domus, quidquid sit in probationibus tam per instrumenta, quàm per testes, in quibus necesse est, vt dicatur de tota domo quia aliàs intelligetur etiam de parte *Alexand. cons. 110. n. 1. & 2. lib. 1. Surd. decis. 263. n. 11. & cons 4 n. 66. cum seq. lib. 3. cum aliis, quos adduxi*
3 *supra cap. 137. n 2. vsque ad 18.* † Et in specie de domo cuc *Zas in l. si quis cum totum 7. col. pen. ante med. vers. prædicto consequenter, n. 10. & 12. ff. de except. rei iudic. Rebuff. in l. locus 60. col. 1. vers. ex qua licebit. & colum. 2. in princip. vers idem dicemus, ff. de verbor signific.*
Minus obstat, quod requiratur habitatio cum familia, ita vt non sufficiat quod quis habitauerit cum
4 vno famulo, † seu duobus, prout præsupponitur ex aduerso esse in casu nostro, iuxta text. notabilem *in l. detestatio 40. §. familia, ff. de verbor. significat.* quem in terminis allegat *Roman. cons. 264. in fi. n. 4 & ibi Mandos. in verb. requiruntur, post med. vers. secundo quæro Luc. de Penn. in l quicumque 10. post princ. vers. & nota quod etiam, C. de re militar,*
5 *lib. 10. dixi decis. 10. nu. 9.* † Vnde relictum familiæ non verificatur, vt vni deiur, cum sit verbum collectiuom *Marhesil. de success. ab intest. art. 5. princ. nu. post med. tom 3. p. 1. fol 329.*
Q ia omisso quod constitutio, de qua agimus non
6 loquitur de habitatione cum familia, † Respondetur illud esse verum secundum vim latini sermo is secus si inspiciamus iuris rationem, secundum quam etiam vnus facit familiam, Vnde si v-
7 nus seruus deiecit † tota familia deiecisse intelligenda est *l. 1. §. familia autem, ff. de vi, & vi armat. Cardin. Tusc. conclus. 7. in verb. habitatio, n. 16. tom. 4.* & ita distingunt *Prateius in suo lexico iuris, in*
8 *verb. familia deiecit, dixi d. l. decis. 10. nu. 9. & 10.* † & ita quoque in specie statuti loquentis de familia, quod veniat etiam vnus concludit *Bald. in l. iubemus 6. §. sin autem, in fin Cod. ad Trebellian.* quem post Brun. per eum allegatum sequitur Rebuff *in d l. detestatio, §. vnicus seruus, colum. 1. in fin. vers. vnde si data fuerit, ff. de verb. signif.*
Quibus additur illud habere locum quo ad effectum
9 consequendi ciuilitatem, † non autem quando ageretur de simplici habitatione, tunc enim non requiritur iste concursus plurium personarum ad faciendam familiam, sed sufficit vnus, Ita in puncto declarat *Rimin. Inn. cons. 745 num. 7. iuncto nu. 27. lib. 7 post Mandos ad Rom. cons. 264. in verb. requiruntur, ad med. vers. circa tertium.*
Præterea tunc intelligitur, quod habitatio sit cum
10 pluribus, non autem cum vno, vel duobus, † quando quia plures habet in familia, secus autem si vnum tantum habeat, quia tunc quoque cum familia sua esse censetur, cum nil aliud in familia sit, ne aliàs sequatur absurdum, quod non habens nisi solam vxorem, vel vnum famulum, non cen-
11 seatur habere familiam, † cum immo illa contineat omnes quotquot sunt, Vnde si fuerint centum illos continebit, si tres æquè, si duos illos tantum, ne aliàs etiam sequatur, quod sit melioris conditionis, vel deterioris non habens, nisi vnum
12 in sua familia, si enim diceretur, † quod occidens aliquem cum familia expellatur à ciuitate, & puniatur, si quis occideret cum vno famulo non expelleretur, nec puniretur, quod quam vanum sit, & rediculum, nemo est qui non videat, Prout e-
13 tiam si relinquatur Titio & familiæ, † si non haberet, nisi vnum hoc legatum non consequeretur, quod est contra *text. in l. vltim.* vbi omnes notant *Cod de verborum significat.* & ita omnia prædicta declarat *Rebuff in l. detestatio 40. §. vnicus seruus, vers. secundus casus, & versic. & sic non est verum, ff eod. tit.*
Accedat quia non potest dici, quod quis domum suam non inhabitet, quamuis in aliqua parte e-
14 iusdem domus habeat inquilinos, † etiam pensione recepta, dum enim ipse quoque habitet, non erit ei inuidendum, quid enim si tam spatiosæ domus vsus sit relictus vni, qui portiuncula contentus sit, non prohibebitur tamen locare, & hospites, ac clientes, & lernos etiam alienos cum suis recipere, & inquilinos tam gratis, quàm pecunia accepta habere, dummodo etiam ipse incolat, quidquid aliàs ille qui vsum tantùm domus habet non possit locare, si non habitaret, hoc enim casu quando ipse quoque habitat, habetur ac si totam domum in vsu suo retineret, & habetur pro vsuario, & habitatore, Ita notabilit r concludit *text. in l. 2. 3. & 4 ff. de vsu & habitat. & in l. sed neque 8. & in l. dum 23. §. licet, ff. eod tit. Bald. in l. cum antiquitas 13. n. 2. versic. oppono ille qui habet, Cod. de vsufruct. & habitat. Surd. de aliment. tit. 4 qu. 4. n. 15.*
15 *& 16.* † Maximè quando, prout in casu nostro, seorsum habitatur, sed omnes per vnam ianuam, & scalam ingrediuntur, tunc enim magis permittitur habere inquilinos, *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 4. num. 8. Alexand cons. 223. colum. 2. post med. vers. & si quæratur, nu. 4. lib. 2. Aret. in §. item si quis, in princ. & in §. sed si cui habitatio, - num. 4. instit. de vsu & habitat.*

Nec facit quod non appareat de habitatione Domini, cum potius constet eum habitasse alibi in ciuitate Prænestina pro Vicario Cardinalis Episcopi,
16 † Quia satis est quod fuerit relicta familia cum suis suppellectilibus in domo, de qua agimus, cum quis dicatur habitare in loco vbi familiam & bona sua reliquit, quasi ista absentia non præiudicet stante animo, & proposito reuertendi, cum non singula momenta habitationem faciant, sed animi residentia *Felin. in cap. quoniam 14. colum. 1. ad med. versic. dicitur autem, nu. 2. de officio iudic. ordin. Roman. cons. 264. nu. 3. & ibi Mandos. in verb. requiruntur, ante med. vers. circa secundum quæro. Gram-*
17 *mat. decis. 87. nu. 5.* † & quod non requiratur præsentia ad istum effectum est verior opinio, vt per *Bart. in l. 1. §. permittitur, nu. 7. ff. de liber. agnoscend. Rimin. Sen. cons. 220. n. 6. lib. 2. Menoch. cons. 288. n. 11. lib. 3. Anton. Corsett. de potestat. regia, part. 3. n. 32. tom. 16. fol. 135. Cardin. Tusc. conclus. 7. nu. 5. in verb. habitatio, tom. 4. Honded. cons. 3. n. 11. li. 2. Tiraquell.*
18 *de retract. lignag. § 9. gloss. 2. n. 26. ad fin.* † vbi etiam quod non est inconueniens, quod quis plura habeat domicilia, & in diuersis locis æqualiter habitet *Bald. cons. 234. colum. 1. post med. nu. 2. lib. 1. Surd. cons. 313. nu. 72. lib. 3. per l. assumptio, §. pen. ff. ad municipal.* Ita vt citatio possit fieri in vtraque domo, in qua magis citanti placuerit, de quo tamen *Tiraq. d. glos. 2. n. 29.*

Maximè cum simus in absentia ratione Vicariatus,
19 cuius officium non est perpetuum, † sed ad libitum Episcopi expirat *Gloss. in clem. vltim. de procurat. Cardin. in cap. vltim. quæst. 4. de offic. vicar.* Vnde statim ista possibili mutatione benè dominus sibi prouidit retinendo suam solitam familiam in domo sua in Vrbe existente, cum sciret obstare illi talem absentiam, sed potius dici inhabitare
20 propter animum redeundi, † qui solus sufficit ad retinendam habitationem *Felin. in c. quoniam, n. 2. de offic. ordin. cum aliis supra allegatis*, cum neque hoc casu dicatur quis abesse quasi pars quodam-
21 modo corporis sui † per cognationem, & familiam in fundo remaneat *Bald. consil. 234. decretum magnifici, col. 1. ad med. lib. 1.*

Neque oberit quod talis habitatio dicatur ficta, non
22 propria, ad quam non extenditur † statutum de habitatione loquens *Paris. cons. 159. num. 17. lib. 4. cum aliis ex aduerso allegatis.* Quia verius est in huiusmodi statuto talem habitantem cum fami-
23 lia comprehendi, † licèt ipse sit absens *Ang. cons. 270. statuto ciuitatis, ante fi. vers. non enim videtur. Dec. in l. cum filiusfamilias 18. num. 4. vers. & notandum est, ff. si certum petat. Bart. super regul. statutorum, colum. 12. ad med. vers. statutum est in ciuitate quod omnes habitantes, tom. 2. fol. 160. & in l. 1. §. permittitur, num. 6. & 7. de liber. agnoscend. Rimin. Iun. cons. 15. n. 121. lib. 1. Ruin. cons. 18. n. 9. & 10. lib. 5. Bal. cons. 234. decretum magnifici, ad fin. vers. item qui per*
24 *alium, lib. 1.* † vbi quod non est fictio, sed ipsa veritas, quando quis per familiam habitat, cum ad eius commodum habitetur *l. certè, §. procurator, ff. precar. l. malè agitur, Cod. de præscr. trig. annor. l. 1. C. si per vim vel alio modo, vlt. C. de acqu. possess.*

Neque est omittendum quod dato, & non concesso, quod domus non esset inhabitata, immò solita locari, Tamen non est locus constitutioni, cum dominus se obtulerit paratum velle ædificare ad Vr-
25 bis ornatum, † ita vt tu pari causa sit præferendus cuicumque vicino, & omnibus aliis idem facere volentibus, neque enim Constitutio expressit hunc casum, quando vellet dominus in propria sua domo ædificare. Vnde meritò remanet in dispositione iuris communis vt in istis terminis est satis nota decisio *coram R. P. D. Robusterio Romanæ curiæ congrua 5. & 15. Iunij 1579.* quæ est inter decisiones *Rota diuersorum 475. part. 1.* quam confirmauit *Rota coram R. P. D. Coccino Romanæ curiæ congrua 5. Iunij 1600.*

Et in hoc erit etiam standum verbis Bullæ, quæ permittit, vt cogantur domini ad vendendas domos
26 occasione ædificij, † si illud vtile, & necessarium fuerit, quæ necessitas, & vtilitas in casu contrario non consideratur, cum potius illa militet ad fauorem domini propter ædificium magis aptum cum aliis requisitis ad ornatum Vrbis, de quibus in facto, & quamuis ex aduerso prætendatur dictam decisionem non applicari, Tamen cum nulla ratio differentiæ afferatur, non video quomodo ab illa sit discedendum, præsertim quia neque applicatur secundum caput eiusdem Bullæ, cum non constet, quod in quadruplo ædificium sit excessurum dictam domum; non militent alia requisita
27 constitutionis, † sine quibus non potest quis cogi ad vendendum tanquam non concurrant qualitates à statuto requisitæ *Nat. consil. 254. nu. 2. cum aliis per Surd. cons. 248. nu. 19. lib. 2.*

Nec aduertatur quod talis habitatio relicta non sit condecens pro graduato, cum esset coquina, stabulum, & cantina cum cameris ad tectum, ita vt ex hoc colligatur non adesse animum retinendi habitationem pro persona Domini, Quia præsupponitur dictam coquinam fuisse redactam ad vsum stantiæ cum paramentis, seu coraminibus, &
28 aliis suppellectilibus, quæ faciunt, † vt sit condecens habitatio etiam pro persona, de qua agimus, cum non attendatur vius antiquus, sed nouus, præsens, & vltimus status, *l. Mela, §. sed si alimenta, ff. de alim. & cibar. legat. Felin. in c. eam te, num. 22. ad med. de rescript.*

Et quamuis etiam non adesset habitatio redacta ad vsum cameræ, sed remansisset, vt coquina, non ex hoc sequitur, vt non dicatur absens habitare,
29 † cum sufficiat relictam fuisse familiam, quod arguit animum reuertendi, & retinendi habitationem, cum corpus serui fingatur corpus domini, Vnde dicitur vere possidere, & habitare ille, cui per alium præstatur nudum ministerium, Quamuis enim habitare sit facti, Tamen si corpore alieno, & animo suo quis domum habitet, dicitur verè illam domum habitare, licèt corpore dicatur fi-
30 ctam habitationem habitare, † Quare cum statutum simpliciter loquatur de habitantibus, intelligitur de omni, qui quoquo modo habitat siue per se, siue per alium, quasi quis duobus modis possit habitare, vel corpore sito, vel animo retinendo custodiam domus mediante sua familia: Ita in specie omnia prædicta bene declarat *Ruin. cons. 18. nu. 9. & 10. lib. 5. post Bart. in l. si is qui pro emptore, col. penult. ff. de vsucapionib.*

Ideò ex hoc concluditur, quod talis absens relicta fa-
31 milia propter animum reuertendi, † tenetur etiam ad munera personalia, quasi habeatur pro præsente, cum non sit attendendum an corpore habitet, sed sufficiat suorum præsentia, ex quorum habitatione commodum percipit, & cum sua intersit, vt custodiatur domus propria vnà cum suis bonis, ideo etiam æquum est, vt teneatur ad ista onera

persona-

personalia, vt in specie resoluit *Rota Auenion. de-* [illegible] *ad fi. n. 15.* Ex his, quæ in proposito nostro [illegible] *d. consf. 18. n. 9. lib. 5.*

Quamuis neque deberet attendi, quod quis habitet, vel in coquina, vel in alia camera decentiori,
32 † quia lex non considerat istam condecentiam, sed solum animum reuertendi ad effectum continuandi habitationem, quæ dicitur continuata propter familiam relictam, quamuis quis iusta causa abfuerit, stante proposito reuertendi, cum talem fingamus præsentem, & continuò habitantem, maximè quando solitus est reuerti, prout præsupponitur in casu nostro, quod magis inducit animum non mutandi habitationem, prout in terminis nostris latè concludit *Rimi. iun. consf. 745. nu. 23. vsque ad 29. lib. 7.*

Quare lex habet pro habitatore illum, qui portiun-
33 cula domus est contentus, † quamuis spatiosum, & amplum ædificium habeat, cum sufficiat pro se retinere quidquid iudicabit illi satis esse, reliquas partes locando, & aliis concedendo, prout sibi magis expedire videbitur, *l. 2. 3. & 4. de vsu & habita. cum aliis l. vè supra adductis, vers. accedat quia non potest.*

EPITOME.

Depositarius, & sequestratarius ac similes soluentes ad præceptum Iudicis quando liberentur. ¶ Et an requiratur contradictio, & appellatio, ac denunciatio debitori. ¶ Et an Iudex debeat esse competens. ¶ Consensus an inducatur virtù illud, quod de necessitate infertur. ¶ Solutio vnius partis an inducat agnitionem totius debiti.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum non datur, nisi docto de credito.*
2 *Solutio facta metu Iudicis incompetentis non liberat, num. 3. & 4.*
5 *Debitor soluens ad iussum Iudicis absque contradictione non liberatur, n. 6. Contrarium, n. 9. Intellige vt nu. 10. 11. & 12. & an sit necessaria appellatio, num. 15.*
7 *Sequestratarius antequam soluat ad mandatum Iudicis debet recusare, ac denunciare debitori, aliàs non erit liberatus, nu. 8.*
13 *Excusatio non soluendi, & defensio debet innotescere Iudici.*
14 *Passio aliqua debet esse, antequam soluatur pro debitore, vt illa sit fidei testimonium.*
16 *Consensus non inducitur, nisi pro eo quod de necessitate infertur.*
17 *In vna o[illegible]gatione omnium annorum si sunt plures præstationes, præsumptio quæ colligitur ex vnica perceptione non trahatur ad alias.*
18 *Solutio vnius partis non inducit agnitionem totius debiti.*

CAPVT CCCCLXXXV.

MAndata non sunt reuocanda, cum fuerint relaxata seruatis seruandis docto de credi-
1 to D. Hieronymi, † & de debito tam Petri principalis debitoris, quam sequestratarij, & factis [illegible] probationibus, prout requiritur in huiusmodi sequestris, *Pract. Papiens. rubr. de forma sequestri seu saximenti, in verb. audeat vel præsumat, nu. 2. in fi. Matth. Coler. de processib. execut. cap. 1. lib. 3. numero 3.*

Non obstat solutio prætensa metu Iudicis Vicarij sic iubentis. Quia illa non suffragatur tanquam
2 facta † non seruato iuris ordine, & sine cognitione causæ, ac iussu Iudicis incompetentis, *Rim. iun. consf. 506. num. 30. lib. 5. Ruin. consf. 171. num. 11. lib. 4. Decian. in l. non videntur 127. § qui iussu, nu. 4. ad fin. ff. de reg. iur. Graff. de exception. cap. 25. num. 79.*
3 † & in specie quod requiratur subiectio, & quod sit de foro præcipientis ad hoc, vt similia præcepta operentur liberationem concludit *Ruin. consf.*
4 *167. n. 4. vers. quæ ratio etiam locum habet, lib. 4.* † & notat etiam *Castr. in l. 1. in fi. princip. nu. 8. vers. tunc enim parendum ff. de iudic. Rot. Ianuens. decis. 33. colum. 5. ad med. vers. & hac certa conclusio, & vers. nam & de iussu.*

Præterea cum non constet de contradictione, non
5 successit liberatio. † Nam ad hoc vt solutio propter præceptum Superioris dicatur coacta, necesse est quod debitor contradicat, & soluere recuset, & quod hoc non obstante superior præcipiat, & mandet, sed vbi debitor soluit ad iussum Iudicis sine vlla contradictione, tunc dicitur solutio spontanea, quæ non liberat *Ruin. consf. 147. ad fin.*
6 *n. 16. lib. 1.* † vbi quod cum hac distinctione debet intelligi doctrina *Bart. in l. creditor, ff. de solution.* quod etiam voluit *Castrens. in l. 2. in fi. princip. nu. 7. ff. de iudic.* vbi quod est perpetuò notandum per text. *in l. ait Prætor, §. permittitur, vers. allegans se minorem, ff. de minorib.* vbi etiam *Bart. nu. 2.* dixit semper menti tenendum; *Bald. in l. falsus, nu. 30. & 31. C. de furt. Afflict. decis. 150. nu. 11. Cumán.*
7 † qui loquitur de sequestratario *consil. 185. ad fin. vers. hoc igitur præmisso:* quem sequitur *Rota Ianuens. decis. 3. col. 6. ad fi. vers. adducebatur, num. 6.*
8 vbi etiam requiritur, † quod denunciatio hat per depositarium creditori, ad hoc vt veniat ad impediendam executionem, & alia necessaria pro eius defensione, *Menoch. de arbitr. cas. 137. nu. 14. cum aliis per Surd. consf. 345. nu. 5. & 6. lib. 3. Graff. de except. cap. 25. num. 80. in fi. Ias. consil. 26. col. penult. in princ. vers. accedat ad prædictorum confirmationem, lib. 3. Cardin. Seraphin. decis. 1019. nu. 4. part. 2. Rota coram R. P. D. Bubalo, Romana pecuniaria, die 9. Martij 1587. & coram R. P. D. Penia Pistorien. pensionis, 24. Nouembris 1603. & coram R. P. D. Ortemberg. Romana Palatij, 9. Martij 1611. Gab. de solut. conclus. 11. nu. 20. & 21.* vbi etiam allegat *Calcan. consil. 113. column. fin. & Barbat. consil. 29. lib. 3.*

Neque obstat quod secundum alios sufficiat metus
9 mandati Iudicis, † ex quo videtur facta diligentia *Bart. in l. creditor, nu. 3. vers. tertiò quæro, ff. de solut. Decian. consf. 25. n. 1. & 2. cum aliis per Menoch.*
10 *consil. 168. in fin. lib. 2. & de arbitr. cas. 137.* † Quia prædicti Doctores, & alij idem sequentes debent intelligi de proclamate generali sub magna pœna, tunc enim iste metus sufficit ad inducendam liberationem absque alia resistentia, quasi tunc in statutis consistat metus terribilis, sicut in armis, *Bald. in l. omnem, ad fi. C. ad Tertullian. Curt.*
11 *iun. consil. 26. num. 4.* † Aliud est quando Iudex alicui præcipit de mandato speciali, prout est casus noster. Nam tunc debet allegari defensio, & exceptio, & fieri debita resistentia antequam soluatur, cum istis non concurrentibus non esset in-

12 ducta liberatio: Ita in specie distinguit concordando opiniones contrarias, *Curt. iun. in l. 2. in pr. num. 4. ff de iudic. & consil. 126. num. 4.* & sequitur *Gabr. de solution. conclus. 11. col. 3 post med. vers. concorda has duas opiniones, nu. 21. Afflict. decis. 150. nu.*
13 *21 & 22.* Et est distinctio iuridica: † Quia debet innotescere Iudici excusatio non soluendi, & defensio, forsan enim Iudex destitisset à iussu, *Castrens. in l. 2. in princ. n. 7. in fi. ff. de iudic.* Nam debet esse aliqua passio antequam soluatur, vt illa
14 sit fidei testimonium, † non quod tormenta patiatur, aut vilipendia, sed quod agat quidquid honestè potest pro sua, & debitoris defensione, vt in specie notat *Bald. in l. falsus, in fi. num. 31. versic. in summa, C. de furt. per l. nepos proculo, ff. de verbor. signific. l. hoc demum, ff. de oper. libertor. Ias. consil. 26. col. penult. in princ. lib. 3. Rot. Ianuens. decis. 33. col. 6. in princ. vers. enim vero.*

Amplius non solum requiritur resistentia, & contradictio, vt soluens liberetur, sed etiam erit necessa-
15 ria appellatio, † secundùm *Ang. in l. 2. in fi. versic. quia in hac materia, num. 11. ff. de appellat. recipiend.* quem sequitur *Gregor. Lopez. in l. 4. tit. 14. part. 5. in verb. mandamiento, num. 5.* Quamuis modò non opus sit hoc firmare cum supra adducta sufficiant pro victoria, & de dict. opinione Ang. quomodo procedat multa *Caldas de restit. in integr. in verb. lasis, num. 65. vsq. ad 68. dixi supra cap. 227. n. 33.*

Minus obstat receptio pecuniarum coram Vicario Iudice qui modo prætenditur incompetens, & cuius præceptum dicitur non ligare, quasi ex hoc videatur approbatio eiusdem Iudicis. Quia huiusmodi receptio est pro diuerso affectu, & pro
16 alia causa, vt constat in facto. † Quo stante non est inducendus consensus, nisi pro illo actu limitato, & pro eo solùm, quod de necessitate infertur *Bart. in l. 1. § hoc interdicto, de itiner. actuq. priuat. Surd. cons. 126. in p. num. 33. lib. 1. & cons. 290. nu. 58.*
17 *lib. 2. cum aliis per Becc. cons. 106. num. 46.* † Quamuis enim sit vna omnium annorum obligatio, plures tamen sunt præstationes, & præsumptio, quæ ex vna colligitur ad alias sequentes non debet trahi *Alciat. in l. creditores, nu. 15. C. de pact.* Prout è contra solutio in vna parte, non præiudicat in alia non soluta, nec illam videtur tanquam debitam quis agnouisse, *l. vlt. C. ne vxor. pro marit. gloss. in l. non dubium, in verb. non agnoueris, C. de testam. Natt. consil. 77. nu. 6. Aret. cons. 91. col. fi. Paris. cons. 79. n. 11. lib. 3. Surd. cons. 212. nu. 25. lib. 2. & cons. 522. num. 16. lib. 3.*

EPITOME.

Cessio bonorum ad fauorem particularium creditorum quando prosit aliis. § Et quo casu dicatur vniuersalis. § Inuentarium vnicum an sufficiat tam respectu eorum, qui sunt citati, quam pro aliis creditoribus postea comparentibus. § Cedens bonis, quando remaneat dominus, & possit pœnitere, & repellatur ab agendo. § Statuta ordinatoria & decisoria, ex quibus cognoscantur. § Quietatio pro residuo an impediat, ne plus possit peti, quamuis sit debitum. § Pensio domus communis an sit soluenda. § Compromissum ad res plures directum an finiatur restante vna re indecisa, ita vt sententia arbitri debeat integraliter ferri. § Compensatio an sit admittenda stante iuramento. § Denunciatio facta per creditores debitoribus cedentis an subsistat post sententiam. § Actor, qui lite pendente cessit bonis, an possit prosequi iudicium cæptum. § Clausula, *quomodolibet, & quibuscumque* quid operetur. § Legitimatio personarum an sit necessaria in iudicio summarissimo. § Et an sufficiat, si superuenerit. § Exceptio cessionis bonorum an impediat litis ingressum.

SVMMARIVM.

1 *Cessio bonorum quando dicatur vniuersalis, nu. 4.*
2 *Verba, quibuscumque, habent latiorem significationem, quam dictio, omnibus.*
3 *Clausula, quomodolibet, comprehendit omnem modum tam directum, quam indirectum, realem, & personalem.*
5 *Beneficium cessionis datur pauperibus.*
6 *Legitimatio personarum est facienda in omni iudicio etiam summarissimo. Nec sufficit si superueniat, num. 7.*
8 *Prius est discutiendum an quis actionem habeat.*
9 *Cedens bonis excluditur ab agendo.*
10 *Actiones personales remanentes apud eum, qui cessit bonis sunt inutiles, nec possunt exerceri, nu. 11.*
11 *Exceptio cessionis bonorum impedit litis ingressum, ac illius contestationem.*
12 *Actor qui lite pendente cessit bonis non potest prosequi iudicium cæptum.*
13 *Cessio bonorum facta ad fauorem duorum creditorum extenditur ad alios non nominatos, num. 38. Et de ratione, num. 14. Declara vt nu. 17.*
15. *Confessio vnica inuentarij sufficit pro omnibus creditoribus etiam postea apparentibus. Intellige vt numero 16.*
19 *Cedens bonis non desinit esse dominus rerum suarum per cessionem, ne aliàs concedantur occupanti, vnde videtur solùm concedere creditoribus facultatem agendi, & eos fecisse procuratores in rem suam. Contrarium est verius, nu. 20.*
22 *Creditores possunt denunciare creditoribus cedentis, ne illi soluant, & valebit illa denunciatio etiam post sententiam, dummodo non ante illam exceptionem.*
24 *Cedens bonis remanet dominus antequàm bona fuerint vendita, & tradita creditoribus, & potest pœnitere, & prosequi sua iura, quando res est integra. Declara vt num. 26. Et quo casu dicatur res integra, nu. 25.*
27 *Laudum quando non possit dici iniustum si obstat exceptio rei iudicatæ. Et quid in hoc disponat statutum vrbis.*
28 *Districtuales ligantur statutis vrbis.*
29 *Statutum est decisorium si permittat litem confirmandi laudum non terminata causa in tempore.*
30 *Statutum concludens actions, seu causa est decisorium secus si concluderet Iudici, quia tunc est ordinatorium.*
31 *Statutum minuens appellationem, seu nullitatem, & tempus ad illam prosequendam est ordinatorium.*
32 *Compensatio admittitur in liquidis, non obstante iuramento, num. 33.*
34 *Quietatio pro residuo continet confessionem, quod reliquum sit solutum, nu. 35.*
36 *Indefinita æquipollet vniuersali.*
37 *Pensio domus communis non est soluenda.*
38 *Compromissa tot dicuntur quot lauda, si datur facultas terminandi lites coniunctim, vel diuisim per*

vnicum arbitramentum, vel per plura. Contrarium, n.39. Declara, vt nu.40.

CAPVT CCCCLXXXVI.

CEssio fuit facta de singulis, & quibuscumque bonis, & iuribus, quæ cedens nunc &
1 in futurum habet, † & habebit quomodo libet, & nullo iure sibi reseruato ad habendum, &c. & cum clausula constituti, ac promissione iurata, & obligatione camerali, ac aliis, contentis in instrumento desuper confecto, ex quibus clarè apparet nos esse in cessione generali, ac vniuersali pro-
2 pter supradicta verba, quibuscumque, † quæ hoc important, & habent latissimam significationem comprehendendo omnia, immò maiorem, quàm dictio, omnibus *Alex. cons. 50. n. 14. & 15. lib. 5. cum aliis per Bertazzol. clausul. 54. glos. 30. & clausul. 21.*
3 *glos. 4.* † stante etiam dicta clausula, quomodolibet, per quam venit omnis modus tam directus quàm indirectus, realis, & personalis nullum excipiendo *gloss. in clement. 2. in verb. quomodolibet, de sentent. excommun. Curt. Iun. consi. 50. n. 428. Rebuff. in l. creditorum, 11. columm. 2. ante fin. de ver-*
4 *bor. significat.* † Cùm etiam vltra cessionem prædictam de omnibus bonis, & iuribus præsentibus, & futuris adsit quoque promissio iurata deferendi birretum viride iuxta formam Constitutionum Pij IV. de qua in Bullario constit. 52. & aliorum Summorum Pontificum, ob quam promissionem fuit per cedentem obtenta excarceratio tanquam nulla bona possideat, vt medio iuramento asseruit, adeo vt ex hoc magis dignoscatur fuisse ces-
5 sionem generalem, prout † pauperibus huiusmodi beneficium datur *Crass. de except. c. 17. nu. 54.*

Quo stante persona cedentis nullo modo potest legitimari, cùm in omni iudicio etiam summariis-
6 simo † sit facienda talis legitimatio, *Glos. penult. in l. 1. vbi Bart. nu. 3. C. de edict. diu. Adria. toll. Boer. decis. 171. nu. 19.* Ita vt à principio illa debeat fieri,
7 † nec sufficiat si superuenerit *Riminald. Iun. consil. 231. nu. 14. post princ. lib. 3.* quasi ista exceptio impediat, ne vlterius procedatur, nisi prius sit dis-
8 cussum, † an qui actionem habeat, *Glo. in l. si pupilli, §. videamus, de negot. gest. cum aliis per Marc. Mut. super consuet. Panorm. c. 12. num. 9. & 10.*

Quod autem cedens bonis repellatur ab agendo, ita vt contra eum possit opponi exceptio illegitimi-
9 tatis personæ † concludunt omnes *in l. item si vnus 17. in prin. ff. de recept. arbitr. vbi Bald. in 1. lect. n. 1.* notat quod etiam directæ actiones personales
10 remanentes penes eum, † qui cessit bonis sunt inutiles, ac inanes, nec ab eo possunt moueri, seu intentari, *Io. Plat. in §. fi. instit. de actio. Natt. cons. 440. Brun. de cession. bonor. q. 17. nu. 1. ad med.* Ita vt ista exceptio cessionis bonorum impediat litis ingres-
11 sum, †, & illius contestationem, cùm cedens nec agere, nec conueniri possit, *Capel. Tholos. deci. 136. Franc. deci. 55. nu. 3. & 4. Aloys. de Leo. in l. 1. nu. 12. C. qui bon. ceder. poss. Matthes. in l. ex contractu, 3. nu. 2. C. de bon. auct. iudi. possid.* quæ est post *singul. eiusdem tom. 2. fol. 184. Amannel. de clar. aquis, sing. 5. Cornaz. decis. Lucens. 175. nu. 7. Stracc. de decoctorib. p. 3. nu. 14. fol. 180. Ias. in §. fin. nu. 24. instit. de action.*
12 † Adeò vt neque iudicium intentatum possit prosequi per actorem, qui lite pendente cessit bonis *Capell. Tholos. decis. 250. Matth. Brun. de cess. bon q. 7. num. 2.*

Non obstat, quod huiusmodi cessio non videatur generalis tanquam facta solùm contemplatione
13 duorum creditorum, † & sic ad alios non nominatos non extendatur; Quia satis est, quod debitor fuerit carceratus ad petitionem vnius ex pluribus creditoribus, tunc enim cessio est valida quo ad omnes, & eundem effectum operatur, ac si pro o-
14 mnibus esset facta, & illis præiudicat, † cùm non sit necesse, quod alij ad talem cessionem sint citandi, sed solùm sufficiat vocari eos, qui instant, seu qui contra cedentem litigant, & cum quibus causa pendet *Guid. Pap. cons. 114. n. 9. Couar. lib. 2. var. resol. c. 1. nu. 5. post princ. vers. & erit satis, post Petr. Iacob. in prax. rubr. de cess. bonor. Salic. in l. 1. num. 4. vers. secundum dubium, & ibi Aloys. de Leo, nu. 10. C. qui bon. ceder. poss. Bal. cons. 301. ad euidentiam, n. 5. lib. 5. Brun. decis. bono. qu. 9. num. 4. Gabr. de citat. concl. 1. n. 494. Alber. in rubr. C. qui bon. ceder. poss. col. 2. ad fi. versi. item habet effectum, Carpan. ad constit. Mediol. c. 410. n. 5. Mar. Mut. super consuet. Panorm. c. 57. n. 24.* Et est communis opinio *vt per su-*
15 *pradictos* qui omnes mouentur † exemplo inuentarij, cuius confectio vnica sufficit pro omnibus creditoribus, etiam postea apparentibus *l. fi. §. licentia, C. de iur. delib. Salic. in l. 1. n. 4. C. qui bon. ced.*
16 *poss. Guid. Pap. consi. 114. n. 9.* † Intelligendo tamen de citatione particulari, cum secùs sit in citatione generali per edictum, quæ requiritur, vt per *Grass. except. 17. n. 60.* Quamuis Doctores per eum ad hoc allegati nihil dicant. Ideò dicendum est, quod valeat quod ad omnes etiam non citatos vt supra di-
17 ctum est, † dummodo cedens eisdem non vocatis, dum conuenietur, debitum fateatur *Guid. Pap. cons. 24. nu. 9. post med. Salic. in l. 1. nu. 4. C. qui bon. ceder. poss.* vbi etiam addit debere intelligi, nisi bona quæsiuisset de nouo, qui bonis cessit, nam illorum bonorum respectu non præiudicat istis, ad quorum instantiam cessio facta non fuit.

Et cùm ista cessio prosit cedenti quo ad omnes creditores etiam non vocatos, quibus poterit per
18 eum semper de ea opponi, vt dictum est, † Ita etiam debet illi nocere, & opitulari, creditoribus, vt æqualis sit eorum conditio, nec ad imparia iudicentur *Salic. in l. Iulianus, §. efferri, num. 6. de act. empt. Becc. cons. 45 nu. 23. Surd. cons. 383. nu. 20. ad fi. lib. 3. Bero. cons. 140. num. 17. lib. 1.*

Neque aduersatur doctrina *Cuman. in l. is qui bonis,*
19 *ff. de cess. bonor.* vbi ex illo textu notat, † quod debitor per cessionem bonorum non desinit esse dominus rerum suarum, qui aliàs concederentur occupanti, vnde poterit conuenire debitores, quo antea habebat, sicut enim non perdit dominium, ita nec actionem, quasi videatur solùm concedere facultatem agendi creditoribus, & eos
20 fecisse procuratores in rem suam; † Quia respondetur quòd dicta opinio Cuman. non est vera, vt in specie testatur *Natt. consil. 440. num. 1. & 2. per text. in l. item si vnus, in princ. ff. de arbitr.* cùm
21 directæ actiones personales, † quæ remanent in cedente bonis sint inanes, nec possint ab eo intentari, vt supra dictum est *Ioan. de Plat. in §. fin. instit. de actionib.* Immo possunt creditores denun-
22 ciare debitoribus cedentis, † ne illi soluant *l. 3. C. de nouat. Natt. d. cons. 440. n. 2.* vbi etiam quod valebit talis denunciatio, quamuis fuerit facta post litem contestatam, vel etiam post sententiam,
23 dummodo fiat ante executionem sententiæ *Alex. cons. 15. col. 1. num. 2. lib. 6.* vbi testatur de magis

communi, post *Cyn. Ang. Salic. & Fulgos. in l. 3. C. de donat.*

Verum est, quod qui cessit bonis remanet dominus antequam eius bona fuerint vendita, & tradita
24 creditorib. † *l. si quis bonis, la 1. de cession. bon. Brun. eo. tit. quest. 15. num. 2. & qu. 19. nu. 6. tom. 3. part. 2. fol.* 198 *Capell. Tholos. quaest.* 194. Vnde non obstante cessione posset cedens pœnitere, & prosequi sua iura agendo, & se defendendo, quando res est integra, *Bald. in l. 2. C. qui bon. ceder. poss. & ibid. Alber. in rubr. n. 7. Soci. Iun. cons. 58. nu. 14 lib. 4. Mar. Mut. super consuet. Panormit. c. 57. nu. 4. Ias. in §. fi.*
25 *nu. 23. instit. de actiõ.* † Et dicitur res integra quando post cessionem nihil est venditum, aut inter creditores distributum, sed omnia iura, & bona sunt in eodem statu, in quo erant tempore cessio-
26 nis, *Soci. Iun. cons. 58. nu. 14. lib. 4.* † Quando tamen cessio esset facta solemniter coram Iudice approbante, & coram creditoribus acceptantibus, non posset pœnitere, vt concludit *Bald. in l. vlt. nu. 4. C. qui bon. ceder. poss.*

Et quamuis hæc sufficerent stante defectu actionis, à qua repellitur cedens bonis ex supra adductis, Tamen etiam quod persona cedentis non repel-
27 leretur, constat de bono iure, † nam laudum non potest dici iniustum, quasi obstet exceptio rei iudicatæ, iuxta dispositionem *Statuti Vrbis lib. 1. cap. 178.* vbi expressè disponitur, vt à laudis Arbitratorum, seu à sententiis Arbitrorum liceat appellare, & de nullitate dicere infra decem dies, & petere reductionem ad arbitrium boni viri intra eosdem dies, quæ omnes causæ infra tres menses terminentur, quibus elapsis sententia, arbitrium, seu laudum firmum remaneat, quod in casu nostro non fuit adimpletum, vnde meritò ob-
28 starista exceptio, cùm simus in districtualibus, † qui ligantur huiusmodi statuto, quidquid sit in forensibus *Gl. in c. quod clericus, de foro comp. Dec. cons. 97. in casu proposito in prin. Marzar. cons. 9. n. 9.*

Et tale statutum est decisorium cum perimat litem,
29 & expresse confirmet laudum, † non terminata causa in tempore *Achill. decis. 10. de constit. Dec. in c. ecclesia S. Mariæ, num. 152. eo. tit. Soci. cons. 72. nu. 21. lib. 4. & cons. 195. nu. 2. lib. 2. Honded. cons. 29.*
30 *nu. 10. lib. 2.* † Et cum dictum statutum concludat actioni, seu causæ vbique valet, & est decisorium, quidquid aliud esset quando concluderet Iudici, quia tunc esset ordinatorium, Bald. qui dicit menti tenendum *in l. 1. num. 7. in fin. de constit. pecun.*

Et contraria quæ allegantur ad probandum,
31 † quod statutum sit ordinarium, procedunt, quando solum per illud minueretur appellatio, & nullitas, seu tempus ad eam prosequendam, siue simus in prohibitione appellationis à diffinitiuis, seu interlocutoriis, iuxta *decis. Rot. diuers. 452. in fi. nu. 6. p. 1. & dec. 112. nu. 6. & 7. p. 3. lib. 1.* quæ est repetita *decis. 59. num. 5. p. 3. lib. Put. decis. 480. num. 10. lib. 2. dixi supra c. 103. nu. 16.*

Et vltra dictam rem iudicatam adest quoque iustitiæ secundi laudi, Nam quamuis in primo laudo fuerit aduersarius declaratus dominus pro tribus partibus domus de qua agitur. Nihilominus constat, quod illæ tres partes fuerunt consignatæ Adriano pro pretio, de quo in actis, quod pretium Arbiter vltimo loco electus mandauit excomputari in pecuniis per eum solutis, & in eodem laudo
32 specificatis, † quæ compensatio rectè procedit tanquam sint partes liquidæ, in quibus compensatio admittitur, cum per eam extinguatur ipso iure obligatio *§. in bonæ fidei, vbi Ias. num. 77. instit. de actionibus, Decia. in c. cum inter, colum. penult. de except. Afflict. decis. 121. nu. 1. & 4. Surd. cons. 82. nu.*
33 *5. lib. 1.* † Non obstante promissione iurata de soluendo, quæ dicitur adimpleri per compensationem, *Bart. in l. amplius non peti, col. fin. vers. ego puto, ff. rem rat. haber. Bald. in cap. ad nostrum, vers. quæro qui iurauit, de iur. iurand. Alex. consil. 12. col. fin. num. 15. lib. 2. Surd.* qui de communi *consil. 82. num. 6. lib. 1.*

De solutione autem huiusmodi pecuniarum apparet, quia licèt in laudo mandetur solui maior
34 summa, quàm illa, quæ fuit soluta, † Tamen quietatio est pro residuo, vnde continetur confessio, quod omne reliquum sit solutum, *Gloss. in l. si ex pluribus 89. in princ. in verb. reliquum, vbi Angelus & Imol. ff. de solutio. Salic. in l. si quidem, in fin. num. 3. Cod. de transact. Castrens. in l. 2. in fin. C. de na t.*
35 *dib. instit. Corn. consil. 33. col. 4. in fin. lib. 2* † Adeo vt amplius peti non possit, quamuis etiam plus deberetur *Ias. cons. 100. num. 3. lib. 4. Rebuff. in l. potest reliquorum 95. colum. 2. versic. nota tamen singulariter, ff. de verborum significat. Veronens. cautel. 121. ego do tibi, num. 1.*

Verificantur etiam aliæ partitæ solutionis censuum & fructuum inquietatione tam de sorte princi-
36 pali, quàm de fructibus decursis, † vnde intelligitur de omnibus cum indefinita æquipolleat vniuersali, *l. si pluribus, de legat. 2. Alex. consil. 91. nu. 5. lib. 1. Bero. consi. 141. nu. 2. lib. 3. Tiraqu. de retract. consanguin. §. 1. gloss. 13. in princ.* Ita vt non sit consideranda obiectio, quod Arbiter non iudicauerit super prætensionibus aduersarij, cùm non appa-
37 reat illas fuisse deductas: † Maximè quia non est soluenda pensio domus tanquam sit communis, & per eum potuisset habitari, si voluisset, quemadmodum socius habitauit, *Castr. in l. 1. in fin. Cod. qui testam. facere poss. per text. in l. duo, ff. de acquir. heredit. cum aliis per Surd. consil. 260. num. 10 lib. 2.* vbi de communi *Menoch. consil. 121. numer. 102. & 103. ad med. vers. cum solum disputent, lib. 2.* Cùm etiam fuerit data facultas terminandi controuersias coniunctim, ac diuisim per vnicum arbitramentum, vel per plura, prout citius vnam controuersiam quam aliam partes dicere poterant,
38 † quod operatur, vt tot dicantur compromissa, quot lauda, *l. quid tamen, in princ. ff. de recept. arbi. Rota coram Cardin. Pamphilio, Romana executionis laudi, 16. Octobris 1584. in princip.* & ita declaratur text. *in l. licere 23. §. sed & si de pluribus, ff. eodem*
39 *titul. de recept. arbitr.* vbi † compromissum ad res plures directum non finitur restante vna re indecisa, vnde sententia arbitri debet integraliter ferri, quia actus pronunciandi est indiuiduus, vt no-
40 tat *Bald. in d. §. sed & si de plurib.* † Hoc enim intelligitur procedere, vel quando non fuit factum compromissum de omnibus litibus insimul, vel quando adesset clausula, vt possit pronunciari semel, aut pluries, tunc enim videntur plura compromissa, & hoc operatur ista clausula, non autem quod super pronunciatio possit iterum pronunciari, *Bald. in d. l. quod tamen, in princip. vers. in gl. compromissum, & vers. quæro quid si sit dictum, & ibi Bart. num. 1. & late Addit. in verb. quid relevet, ff. de recept. arbitr. Fels. in cap. præsentatam 50. in fin. vers. item dicit quod si est dictum, nu. 14. post Bal. ibid. num. 12. de testib.*

EPI-

EPITOME.

Repræsentatio an attendatur in vocatis salua gradus prærogatiua. ¶ Appellatione cippi domus an veniant agnati iuxta ordinem graduum. ¶ Nepos an concurrat cum patruo, si substituatur cippus. ¶ Communicatio erronea bonorum, quando possit reuocari. ¶ Fideicommissum sub conditione, si hæres institutus decesserit sine filiis, an habeat locum in casu, in quo filius habuerit filios, qui postea sine filiis decedant. ¶ Et quid stantibus coniecturis, & quales illæ debeant esse. ¶ Extensio de persona ad personam quando detur in substitutionibus. ¶ Clausula, *tunc & eo casu*, an inducat restrictionem. ¶ Vocatio natu maioris proximioris agnati, quando extendat fideicommissum. ¶ Filius an succedat in locum patris tam in successione legis, quàm hominis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione cippi domus veniunt agnati iuxta ordinem graduum.*

2 *Repræsentatio non attenditur in vocatione salua gradus prærogatiua, num.9.*

3 *Testator censetur voluisse disponere secundum mentem statuti, per quod si mandatur vt in successionibus seruetur gradus prærogatiua, ita etiam voluntas testatoris dicatur talis, num.4.*

5 *Nepos non concurrit cum patruo; si substituatur cippus, sed solum frater admittitur.*

6 *Communicatio erronea bonorum facta per fratres potest reuocari, num.7.*

8 *Filius an succedat in locum patris tam in successione legis, quàm hominis.*

9 *Fideicommissum sub conditione si hæres institutus decesserit sine filiis, habet locum etiam in casu: in quo habuerit filios, qui postea sine filiis decedant, quando fuit cogitatum de bonis in familia, & agnatione conseruandis, & de ratione, nu.12.*

11 *In substitutionibus fit extensio de persona ad personam, si illa comprehenditur sub mente disponentis, Maximè quando pluries testator dixit, quod volebat bona permanere in agnatione, num.13.*

14 *Prohibitio alienationis facta successoribus extenditur ad vltimam gradum agnationis.*

15 *Testator vocans natu maiorem proximiorem agnatum videtur voluisse extendere fideicommissum de persona in personam.*

16 *Fideicommissum magis inducitur, si relinquantur bona illustria, & digna, quæ conseruentur in familia.*

17 *Verba tunc & eo casu, quamuis non inducant extensionem, Tamen aliud est si potest colligi de contraria mente disponentis, num.18.& 21. Declaratur num.22.*

19 *Actus qui de sui natura non debet extendi, multiplicatur, si constet de contraria voluntate testatoris.*

21 *In fideicommissis præualet mens defuncti, reiectis verbis.*

CAPVT CCCCLXXXVII.

SVccessionem bonorum de quibus erat quæstio, Dixi spectare ad Gabrielem fratrem testatoris excluso Bartholomæo nepote, Cum enim testator substituerit cippum suæ domus, dicitur substituisse agnatos suos secundum gradus prærogatiuam, † cùm appellatione cippi domus comprehendantur agnati iuxta ordinem graduum, *Ang.in l.vltim.in princ.& ibi Castrens.col.2.ad fin. vers.& eodem modo, n.7. C.de verb.signif. Curt.Iun. consil.172.nu.3. Soci.consil.49.num.1.lib.1.& consil. 51.lib.4. Sim.de Pret.* qui de communi *de interpr. vltim.volunt.lib.3.solut.11.dub.1.interpret.3. nu.19. fol.289.& Iasius consil.203.num.4 & 5.Thob.consil. 76.num.28. & 29. Peregrin.de fideicommiss.art.22. num.29.*

Dum igitur simus in vocatis salua gradus prærogati-
2 ua non attenditur repræsentatio, † neque filius subintrat in locum patris, sed tantum vocatur proximior in gradu, quasi tunc magis appareat de voluntate testatoris, quod voluerit illum succedere excluso nepote, qui hoc casu non concurret cum patruo, neque vna persona in alterius locum subrogatur *Castrens.in auth.defuncto, nu.6.C. ad Tertull. Aym.cons.65.n.5.in princ.vers.tamen loquuntur, Dec.consi.1.nu.6.* & ibi esse indubitatum dicit *idem Dec.consil.408. in præsenti, num.2.* & de veriori opinione, & magis communi, quidquid alij contrarium sentiant, testatur *Card.Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.8.tit.9.num.9. Curt.Iun.in l.si auia, nu.5.C.de successor.edict. & consil.154.num.9. Paris.cons.59.num.10.& 11.lib.2. Gozad.cons.4.nu. 33.Socin.Iun.consil.20.in fin.vers. vel etiam secundò respondeti, lib.3. Rot.diuer.decis.708.num.9.p.1.Couar.pract.qu.c.38.nu.4.ante fin.ver.quarto vbi fideicommissum.*

Neque etiam confirmatur ex dispositione statuti mandantis in successionibus seruandum esse gra-
3 dus prærogatiuam, † adeò vt testator, quamuis hoc expressè non disposuerit, nihilominus censeatur semper voluisse disponere secundùm mentem, & voluntatem statuti, quamuis loqueretur ab intestato *Bart.in l.hæredes mei, §.cum ita, nu.4. & ibi Rip.nu.75.ff.ad Trebel.Bald.in cap.in præsentia, nu.11.de prob. Alexan.in l.3.nu.5.ff. de leg.1. Rui.* in specie successionis, de qua agimus, *cons.151.nu. 8.lib.2. cum aliis late per Card. Mant. de coniect.*
4 *vlt.volunt.lib.6.tit.7.nu.4.* † Maximè quia tam statutum, quàm ius commune in hoc casu idem disponit, cum vt dictum est, appellatione cippi domus veniant agnati secundum gradus prærogatiuam *Castr.in l.fin.num.7.C.de verb signif. cum aliis supra allegatis.*

Et in propriis terminis quòd substituto Cippo do-
5 mus, nepos non concurrat cum patruo, † sed solùm frater admittatur, consuluit *Tob. cons.34.per tot.Sim.de Pret.consil.203.num 5.& 6.* Vbi amplius concludit posse repeti bona communicata nepoti per fratrem putantem, quod quando vocatur cippus detur talis concursus, & similis reprę-
6 sentatio, † cum huiusmodi communicatio bonorum sit erronea, & tanquam continens enormem læsionem sit reuocanda, *l.si post diuisionem, Cod.de iur.& fact.ignor. l.cum putarem, ff.famil.erciscund. l. si soror, C.de collat. l.sed & si, ff. de condict. indebit. Bald.cons.306.Proponitur lib.1.Aym.cons.26.in fin.*
7 *Menoch.consil.91.nu.26.cum seq.lib.1.* † & ita quoque in specie similis diuisionis erroneæ etiam iuratæ stante clausula, salua gradus prærogatiua, latè concludit *Decian. consil.408. in præsenti consultatione, num.1.vsque ad 12.*

Et hæc sufficiant pro decisione præsentis dubij absque eo quod ampliùs quæratur, † an filius succe-
8 dat in locum patris, quando agitur de successione ex dispositione testatoris. Cùm multi teneant quod solùm in successione legali detur talis con-

cursus, non autem in alia successione ex testamento, Maximè in fideicommissis, vt declarat *Dec. cons.408. num.13.* Vbi quod ita fuit iudicatum in Curia Romana secundum opinionem *Bald. in l. cum ita, §. in fideicommisso, de legat.2. Sim.de Pret. cons.203.num.11.vsque ad 14.cum aliis latè per Tob. cons.34.nu.7.vsque ad 11.* Quamuis verius sit, vt etiam in fideicommissis,& feudalibus,& in emphyteusi, & aliis similibus detur ista repræsentatio iuxta ea, quæ latè tradit *Peregri. de fideicommiss. art.21.Valasq.de emphyt.qu.50.Alex.cons.88.col.1. lib.1.post gl.& alios in l.cum ita, §.in fideicommisso,de leg.2.* & multa adduxi *sup.c....*

9 † Sed vt dictum est huiusmodi disputatio non videtur necessaria stantibus illis verbis, salua gradus prærogatiua, quæ continentur in substitutione facta de Cippo domus, prout ob istam rationem non esse locum de veritate d.opinionis disserere dicit *Dec.consil. 408.in fin.ver.& gratia breuitatis.*

Quo verò ad aliud dubium dicendum est esse locum fideicommisso, Quamuis enim iuxta *cons.Oldra.*

10 *21.* videretur illud expirasse, † Tamen ab illius opin. receditur, quando ex dispositione testatoris apparet illum cogitasse de familia, & de bonis in sua agnatione conseruandis, tunc enim fideicommissum ordinatum sub conditione, Si hæres institutus decesserit sine filiis, habet etiam locum in casu,in quo filius habuerit filios,qui postea

11 sine filiis decedant, cùm non sit inconueniens † vt etiam in substitutionibus fiat extensio de persona ad personam, de qua verisimiliter credendum est testatorem sic disposuisse, quasi satis sit, illam personam comprehendi sub mente disponentis, dum constituit fideicommissum successiuum, & perpetuum ad fauorem suæ agnationis, cuius voluntas ne pereat est adiuuanda interpretatione,& extensione: Ita per prædictas, & similes rationes concludit in specie *Castrens.cons.343. quia ex allegationib.nu.2. vers.Præterea posito, lib.1. per text. in auth. Sed & si quis, vbi Cyn. ante fin. versic. vltimo colligitur hic argumentum.Cod.de secund.nupt.*quod etiam voluit *Soci.consil.250. in causa Bononien.col. 4.in fi.vers.Sed in casu nostro valde dissimili,num.4. & 5.lib.2.Curt.sen.cons.51.col.2.& per tot.Curt iun. cons.121.n.14.& 15.Rui.cons.119.n.14.ad fi.lib.2.Dec. cons.477.viso consilio,n.1.& 2. Paris.cons.63.nu.28. lib.2 & cons.75.n.40.vsq; ad 65.eo.lib. Decian.cons. 84.nu.25.in fi.& per tot.lib.3.Rimin.Iun.consi.20.n. 36.lib.1.& cons.464.nu.20.cum seq.lib.4.Guid.Pap. decis.521.col.vlt.ad med.* quem sequitur multos alios adducens *Marzar.cons.4.nu.24.cum seq.Menoch.consil.117.nu. 18.lib.2. & cons.220.num.16.lib.*

12 *3. & præsumpt.69. lib.4. num.9.& 10.* † Vbi etiam addit rationem, quia nisi onus restitutionis fideicommissi censeretur repetitum, bona ipsa non possent dici conseruari perpetuò in familia, & agnatione, & sic voluntas testatoris eluderetur, quæ tamen semper seruanda est in fideicommissis, ne extinguantur contra mentem illa constituentis, *l.penult.de legat.1. l.fideicommissa, §.item si quis, ff.de legat.3.*

Quæ magis procedunt in casu nostro, quia pluries

13 testator declarauit in testamento, † quod omnia sua bona semper,& in perpetuum,& continuò remaneant in sua familia, & agnatione, cum fuerint patrimonialia, & suorum ascendentium prohibendo alienationem etiam in parte, & particula tam suis hæredibus, quàm successoribus, tam ex causa voluntaria, quàm necessaria, mandans quod deficientibus masculis bona prædicta deueniant ad proximum agnatum ipsius testatoris maiorem natu de sua familia cum eodem onere prohibitionis cuiuscumque alienationis ob eandem causam, quia vult in perpetuum remanere in sua familia, ex quibus verbis toties repetitis magis declaratur eius voluntas extendendi fideicommissum de persona in personam, quod quidem non posset habere locum, nisi vnus alteri successiuè perpe-

14 tuò restituat, † Maximè quia etiam prohibitio alienationis est facta successoribus, ideò etiam extenditur ad vltimum gradum agnationis, *Menoch.præsumpt.69.nu.16.lib.4. & consil.117.num.17. lib.2.post Alex.cons.53.col.vlt.lib.6. Cassan.cons.62. nu.10.Ceph.cons.137.nu 38.lib.1.Ias.in l.si quis hæredem, num.10.Cod.de instit. & substit. Tiraq.de retract.lignag.§.1.glo.9.num.24. Couarr.lib.3.var.resol.cap.5.num.4.*

Stante præsertim quod testator vocauit natu maio-

15 rem proximum agnatum ipsius, † ex qua vocatione colligitur euidens coniectura, quod voluerit extendere fideicommissum de persona in personam, ob quam coniecturam receditur *a cons.Oldrad.21.* vt considerat *Menoch.præsumpt.68.nu.15. lib.4.& cons.220.nu.34.lib.3.& cons.117.num.14.& 15.lib.2.* per doctrinam *Anchar.consil.27.non seruato ordine,col.pen.versi.& primò sic arguitur, Rom. consi.438.num.14.*

Cùm etiam fuerint relicta bona illustria, & digna,

16 quæ conseruentur in familia, † prout de illis testator specialem mentionem facit in testamento prohibens alienari tanquam maiorum suorum prout ex causa prædicta recedendum esse *a consil. Oldrad.21.* dicit *Menoch.præsumpt.69.nu.18.lib.4. post Aym.cons.878. col.penult.* vbi exemplificant in domo nobili, aut palatio, seu turri, cum simil. *Castr.consi.343.col.1.lib.1.Gloss.Bal.& Ias.in l.quoties, C.de fideicomm.Dec.consi.23.col.penul.& cons. 58.col.2.Capic.deci.108.nu.4.Menoch.consi.117.nu. 19.& 20.lib.2.*

Neque obstant verba, tunc & eo casu, posita in substitutione, quæ non videntur posse inducere ex-

17 tensionem, † cùm non habeant vim restrictiuam ad expressa *Dec.cons.63.num.2.Aym.cons.98.num. 6.Rub. Alex.cons.31.nu.6.* Quia enim supra ostensum fuerit constare de voluntate testatoris constituentis perpetuum fideicommissum, nulla ha-

18 betur consideratio dictorum verborum, † sed fiet extensio de casu ad casum, & de persona ad personam, *Menoch.cons.117.n.29.lib.2.Paris.cons.20. nu.36.lib.4.Soci.Iun.cons.145.num.29.lib.3.Albens.*

19 *cons.31.in fin.*Vbi quod est leuis coniectura, † cum etiam stantibus verbis appositis in testamento, quæ de sui natura solent restringi ad primum actum, fiat extensio propter verisimilem mentem testatoris, quod voluerit contrarium, vt videlicet ille actus multiplicetur *But.cons.30.dubium ingerit,*

20 *Felt.in c.innouamus,col.4.limit.3.de treug.& pac.* † & semper reiectis verbis est attendenda voluntas defuncti in fideicommissis, & conditionibus, *Bal. in l cùm virum, nu.19.C.de fideicommiss.latè Decia. cons.84.nu.25.lib.3.*cum aliis *per Cardi. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.3.tit.5.nu.1.cum seq. & tit.14.*

21 *eod.lib.num.10. ad med.* † vbi quod stante coniectura voluntatis testatoris ista verba, tunc & eo casu, non sunt restrictiua, sed extendunt substitutionem ad non expressa, & ad alios casus Gozad.

cons.

conf.64.in fi. Decian.conf.227.nu.6.& 7. Natt.conf. 671.num.13. Roland.conf.70.num.49.lib.3. Crobal. consil.196.num.23.lib.2. Decia.conf.2.num.45.lib.2.
11 † Maximè, quia in substitutione, de qua agimus adest solùm clausula, tunc & eo casu, absque illa dictione, & non aliàs, vel simili taxatiua, *Cardinal. Mantic. de coniect.vltim.voluntat, lib.3.tit.14. nu.10.in fin. post.Gual.de art.testand.tit.de substitut. caut.5.*

EPITOME

Census inualidus an sit ratificatus per solutionem fructuum. § Filius immiscens se hæreditati paternæ an præsumatur habuisse scientiam testamenti propter consuetudinem illud publicandi mortuo testatore. § Productio, seu retentio scripturæ an inducat scientiam omnium in ea contentorum. § Dispositio patris, quod filius non administret, donec non peruenerit ad ætatem vigintiquinque annorum, an liget illum pro tempore, quo est minor, non quando est effectus maior vigore statuti constituentis eum in perfecta ætate, dum est in vigesimo anno. § Emptor census an teneatur verificare causam narratam, quod fuerit impositus pro melioramentis.

SVMMARIVM.

1 *Pater disponens quod filius non administret antequam perueniat ad vigesimumquintum annum non ligat illum, nisi pro tempore quo est minor vigore statuti, secus postquam habetur pro maiore, si fuerit in ætate viginti annorum, n.2.3.6.& 7.*

4 *Ætas annorum viginti subrogatur per statutum loco ætatis perfectæ vigintiquinque annorum, adeo vt omnia fieri possint, quæ permittuntur maioribus num.5.*

8 *Census inualidus an censeatur ratificatus per solutionem fructuum, nu.9.*

10 *Consensus tacitus æquiparatur verbis.*

11 *Ratificatio retrotrahitur ad tempus contractus.*

12 *Emptor census non tenetur verificare causam narratam a venditore, quod per eum fuerit impositus pro soluendis melioramentis. Intellige vt nu.13.*

14 *Filius immiscens se hæreditati paternæ præsumitur habuisse scientiam testamenti propter consuetudinem illud publicandi mortuo testatore.*

15 *Productio testamenti inducit scientiam omnium in eo contentorum, quamuis non constet de illius lectura, nu.16.& 17.*

18 *Scientia præsumitur omnium contentorum in scriptura, quam quis præ manibus habet.*

CAPVT CCCCLXXXVIII.

Dispositio patris, quod filius non possit administrare, quousque non peruenisset ad ætatem vigintiquinque annorum solùm illum ligat
1 pro tempore, † quo est minor, secus autem quando iam est effectus maior vigore statuti constituentis illum in perfecta ætate, dum est in vigesimo anno, tunc enim habebit legitimam administrationem suorum bonorum, & poterit contrahere, ac omnia facere, quæ per statutum sibi permittuntur, cum huiusmodi præcepta ad tempus sint valida solum pro tempore, quo durat minor ætas, quæ elapsa statim permittitur posse renunciari similibus dispositionibus, ad quarum obseruantiam prohibitus vlterius non tenetur, quasi tunc non militet amplius ratio facultatis considerata per testatorem, quæ solùm habet locum in
2 minoribus, non autem in maioribus, † Ita in specie concludit *Decian.conf.442.in causa in qua molestatur, colum.5.ad fin.num.24.& 25. & consil.403. quamuis in fin.* vbi ita declarat *consil.Oldrad.241. per tot.* quod etiam prius voluit *Bartol. in l.filiusfamilias 117. §.diui.nu.2.ff. de leg.1. Cuman. in l.cum pater 79.§.curatoris.in fin.de leg.2. Bald.conf.72.factum.lib.2.& consil.144.multa n.3.in fin.lib.3. Ioann. Dilect.de art.testand.caut.8.titu.de var.testator.præcept.nu.5.tom.8.part.1.fol.139.* & latius comprobat *Decian.in l.cum proponas, la 1.nu.3.& 4. Cod.de pa-*
3 *ctis.* † vbi etiam dat rationem, quia respectu maiorum talis prohibitio esset contra legem, contra quam testator non potest disponere, stante præsertim iuramento, quod magis validat actum, & facit cessare rationem imbecillitatis, & deceptionis tanquam per illud reputetur maior *Aret.* in terminis *conf.22.colum.penultim.post med. vers.ad secundum, n.6.*
Maximè, quia ista ætas viginti annorum est subrogata per statutum loco ætatis perfectæ vigintiquinque
4 annorum, † adeò ut omnia fieri possint, quæ permittuntur illis; qui sunt in legitima ætate constituti *Corn.conf.108.nu.6.& 7.lib.3. Castr. in l.2.num. 9. C.de his qui ven.ætat.impetr. Cardin. Alban.ad Bart.in l.magis puto. § si pupillus, ff. de reb.eor. Menoch.de recup.possess.rem.15.n.152.& 157. Cald.* in qui de veriori opinione testatur *de restit.in integr. in*
5 *verb.vel aduersarij dolo.nu 66 in fin.* † Et in statuto nostro *Mandos.de ætat.minor.t.5.n.83.* Ita vt per istud statutum Vrbis maiores viginti annis habeantur pro maioribus absolutè ad omnia negotia etiam ad effectum donandi *Card.Seraph.decis.*
6 *751.n.2.p.1.* † Vnde quemadmodum administratio non poterat prohiberi vltra tempus perfectæ ætatis annorum vigintiquinque de iure communi
7 *Dec.in d.l.cum proponas, la 1.C.de pact.* † Ita etiam neque talis prohibitio obstabit post ætatem redactam per statutum, ad viginti annos tanquam in illius locum in omnibus subrogatam *Anchar. cons.34 col.penul.ante fin.vers.postremo.*
Ex quibus non poterit dici de nullitate Census, de quo agimus, cum simus in maiore, qui poterat illum legitimè constituere, Præsertim quia etiam
8 dato quod esset nullus, quod negatur, † Tamen cum fuerint soluti fructus census per viginti annos, & vltra, censetur omnino ratificatus, adeò vt amplius de illius nullitate non possit dici, cum cesset illa qualitas minoris ætatis, quæ induxerat nullitatem, vt in specie census concludit *Paris. conf.49.n.27.cum seq.lib.1. Bald.conf.184.ad intelligentiam, n.4.& 5.lib.2. Alex.conf.117.n.2.& 3.lib.5. Dec.conf.431.clara admodum colum 3.post princ.n.3.*
9 *& 4. Aret.conf.228.col.3. ad med.nu.6.* † vbi quod censetur actus nullus ratificatus tam in eo, qui ex illo soluit, quam in eo, qui ex illo recipit solutionem, quasi tunc istud facto implicitè habeat consensum vtriusque partis in tali ratificatione, qui æquiparatur verbis *Gloss.in l.1.in verb.ratam.Cod.*
10 *si maior.fact.ratum hab.ue.* † Adeò vt talis ratificatio retrotrahatur ad tempus contractus, perinde, ac si
11 ab initio validus fuisset † *Decian.dict.conf.231.n.3. ad fi. per tex, in l.vltim. ad med. vers.sed sic tenere quasi ab initio.C.si minor.fact.alienat.sine decret.ra-*

tam habuer. latè Alex. cons. 117. nu. 2. & 3. lib. 5.

Non obstat prætensa falsa causa allegata, quod census fuerit impositus pro soluendis melioramentis, quæ prius dicuntur fuisse soluta occasione alterius contractus, † Quia ista non fuerunt narrata per modum causæ, quæ astringat emptorem, seu soluentem, qui illam causam non tenetur verificare, cum solutio sit ritè facta, quamuis pretium non fuisset conuersum in eandem causam, sufficit enim quod recipiens confiteatur se ob illam causam recepisse, quamuis mentiatur, quia hoc non nocet emptori, *Bart. in auth. hoc ius porrectum, col. fi. ad med. vers. quid dicemus, nu. 17. C. de sacros. eccles. Decian. consil. 329. conclusio superius, col. 2. post med. nu. 2. vers. vnde considerandum est: Rot. coram Card. Seraphin. Romana fideiussionis, 13. May 1596. in impressis 1187. part. 2.* quæ loquitur in specie census, cum aliis per *Rot. coram R. P. D. Coccinulo Romana vineæ, 21. Aprilis 1589. Castr. in l. 1. §. non autem, num. 4. vers. alia regula, ff. de exercit. action.*

13 † Maximè quia sumus in maiore, cum quo si contrahatur non adstringendus emptor ad huiusmodi versionem faciendam latè *Ludouic. Molin. de primogenit. hispan. cap. 4. lib. 4. nu. 21. ad med.*

Nec facit non probari scientiam testamenti paterni, Quia talis probatio non est necessaria, † Statim enim quod filius immiscuit se de facto hæreditati, præsumitur habuisse notitiam testamenti, & qualitates illius, maximè in testamento nuncupatiuo propter consuetudinem illud publicandi mortuo testatore, *Bero. cons. 130. n. 18. lib. 2. Roland. cons. 36. num. 11. lib. 2. Surd.* qui de magis communi *cons. 119. num. 21. lib. 1.* & fuit opinio Bald. qui dicit hanc esse veritatem *in l. eius qui in prouincia, col. 6. in princ. vers. veritas est, ff. si cert. petat. Alex. cons. 4. col. penult. in princ. vers. plus dicit, n. 20. lib. 2. Castr. cons. 94. clarum, nu. 1. in fi. vers. vnde si in extraneis, lib. 2. Handed. cons. 30. nu. 30. lib. 1.*

14

Cuius scientia probatio magis confirmatur ex productione dicti testamenti, quæ inducit scientiam

15 omnium contentorum † in testamento, non obstante, quod non constet de lectura illius cum sufficiat fuisse in potestate ipsius legere, & copiam de productis accipere, *Castr. consil. 380. videtur ad med. vers. non obstat quod non fuerit sibi lectum, nu. 2. lib. 2. Aym. consil. 26. nu. 3. vers. qua etiam scientia: Dec. cons. 266. non excedit, ante fi. vers. vnde non conceditur, num. 6. cum aliis per Peregr. de fideicommiss. art. 52. nu. 107. ad fi.* Prout † generale est, vt stante

16 scientia testamenti præsumatur certificatio de omnibus in eo contentis, *Bartol. Bald. Crot. Rip. & alij per Honded. cons. 33. n. 34. & 35. lib. 1. Ceph. consil. 253. nu. 13. lib. 2.*

Minus obstat, quod tempore impositionis census, non adesset scientia testamenti; cum illa ex post facto superuenerit: Quia contrarium constat ex instrumento liberationis administrationis 24. Ianuarij 1589. in quo asseritur deputatio curatoris per testatorem facta in dicto testamento, quousque aduersarius peruenirer ad ætatem vigintiquinque annorum, quod instrumentum cum dictis enunciationibus fuit postea productum, & repetitum in iudicio, cum aliis de quibus in fa-

17 cto, † ita vt ex istis magis probetur talis scientia contentorum in testamento, cum ad hunc effectum sufficiat etiam sola mentio testamenti ad hoc vt habeatur pro certiorato de singulis in eo contentis, *Surd. cons. 4. n. 46. & cons. 22. n. 27. lib. 1,*

Cum etiam adsit transumptum eiusdem testamenti factum ad instantiam aduersarij, quod

18 † cum fuerit in eius manibus probat scientiam singularium partium, & verborum, ac omnium, quæ in eo continentur: *Menoch. cons. 87. n. 58. lib. 1. Albens. consil. 59. n. 8. Paris. consil. 46. nu. 19. lib. 1.* ex quibus fuit conclusum pro validitate census *in hac causa Romana census, coram R. P. D. Buratto 10. Maij 1615.*

EPITOME.

Æstimatio bonorum dotalium quo casu faciat emptionem. ¶ Modus citandi obseruatus ab vno ex litigantibus an possit dici inualidus, si ille ab altero obseruetur. ¶ Citatio generalis per edictū quando sufficiat. ¶ Vxor pro restitutione dotis an debeat agere solùm contra fundum dotalem non ad alia bona. ¶ Hypothecaria pro legatis, & pro dote, ac aliis creditis an detur solùm pro mensura debiti. ¶ Sententia ad fauorem vxoris super restitutione dotis an præiudicet creditoribus. ¶ Et quando bona illi assignata pro mensura suæ dotis possint ab ea auocari per creditores offerentes suas dotes. ¶ Adjudicatio an sit facienda præuia æstimatione per peritos, vel per subhastationem. ¶ Restitutio dotis an debeat fieri in pecunia, si pars illius in ea consistat, & pars in stabilibus.

SVMMARIVM.

1 *Vxor pro restitutione dotis debet agere contra fundum dotalem, non ad alia bona, & nu. 7.*

2 *Æstimatio bonorum dotalium facit emptionem. Intellige vt nu. 3. 4. 5. 6. 8. & 9.*

10 *Sententia per quam mulier immittitur in possessionem bonorum dotalium ob vergentiam viri ad inopiam, non afficit creditores non citatos.*

11 *Actus conditionalis non attenditur, nisi prius verificata conditione.*

12 *Citatio generalis per edictum non sufficit quando adest certus creditor, vel incertus, qui potest certificari, num. 13.*

14 *Notoria nullitas & injustitia excludit omnem rem iudicatam.*

15 *Mensura debiti non consideratur in hypothecaria, & num. 16.*

17 *Mulier agens pro sua dote ob vergentiam viri ad inopiam debet de multis bonis eligere vnum prædium pro concurrente quantitate dictæ dotis. Contrarium, nu. 18. Sed prima opinio est verior, nu. 19.*

20 *Hypotheca competens pro legatis datur solùm ad rem æquiualentem relicto, & pro mensura debiti.*

21 *Bona assignata mulieri pro mensura suæ dotis ob vergentiam viri ad inopiam non possunt auocari ab ea per creditores offerentes suas dotes.*

22 *Confessio mariti de dote recepta post vergentiam ad inopiam, & post contractum debitum non obstat creditori.*

23 *Modus citandi obseruatus ab vno ex litigantibus non potest dici nullus, si ille ab altero seruetur.*

24 *Absens citatur domi solitæ habitationis transmissa copia apud domesticos.*

25 *Res per mutata succedit loco rei dotalis alienæ.*

26 *Res empta ex pecunia redacta ex altera assumit illius qualitates, & naturam.*

27 *Adjudicatio est facienda præuia æstimatione per peritos,*

ritos, non autem per subhastationem.
15 *Restitutio dotis debet fieri in pecunia, si pars illius ea consistat, & alia in stabilibus.*

CAPVT CCCCLXXXIX.

FVit promissa dos pro maiori parte in medietate duarum domorum, & in tribus locis Montium cum expressa conuentione, quod tam dicta medietas, quàm loca Montium debeant stare pro fundo dotali, prout maritus ita huiusmodi bona accepit tanquam fundum dotalem, & vxor, & eius patruus pro tali eidem viro consignarunt, vt
1 latius continetur in instrumento exhibito, † Quare cum modò per vxorem agatur ad restitutionem dotis non competit actio contra alia bona, nisi contra dictum fundum dotalem, cum ille semper remaneat talis, quamuis etiam sit solutum matrimonium, *l. etiam 12. vbi Bald. in princip. ff. de fund. dotal.*

Neque obstat, quod huiusmodi bona fuerint æstimata in summa scutorum octingentorum, cum a-
2 liis bonis datis in dotem, † ita vt sit facta emptio per maritum, & non sit amplius fundus dotalis, *l. quoties, Cod. de iur. dot. Cephal. cons. 735. nu. 7. lib. 5.* Quia prædicta æstimatio, seu declaratio pretij fuit solum facta ad euitandas expensas liquidandi quantum dotale, & vt sciretur quantitas donationis propter nuptias, vt expressè declaratur per
3 contrahentes in instrumento, † Vnde non consistit dos in quantitate, sed in eodem fundo dotali, qui semper erit habendus pro tali, quasi in hoc voluntas partium debeat attendi, de qua dicetur constare, non solùm si adsit conuentio expressa, vt in casu nostro, sed etiam si existant coniecturæ & præsumptiones, vt per *Socin. jun. cons. 141. num. 11. lib. 1. Aret. consil. 84. col. 2. Ioseph. Ludouic. conclus. 10. col. 9. versic. limitatur secundo, num. 15.* Prout etiam cessante dicto pacto idem est de iure
4 communi, † secundum quod si datur fundus in dotem nulla præcedente promissione dotis in quantitate, quamuis fiat æstimatio, tamen censetur potius facta, vt probetur valor rei, & sciatur quantitas bonorum, quæ consignantur, non quod desit esse dos in fundo dotali, *Socin. cons. 57. colum. 1. & 2. lib. 1. Bald. in l. ex conuentione 11. oppos. 3. nu. 3. Cod. de pact. & in l. interest, 6. ad med. versic. alius casus est, Cod. de vsufruct. Corn. cons. 15. colum. 1. lib. 1. cum aliis per Rot. coram Cardin. Lancellot. Romana fundi dotalis, 16. Iunij 1578. & coram R. P. D. Penia Spoletana bonor. 16. Aprilis 1602. Afflict. decis. 270. n. 2. ad med. Ruin. cons. 134. n. 5. ante fin. lib. 4.* † Immo
5 quamuis fundus datus in dotem pro dote promissa non sit dotalis, nec possit agi per mulierem ad fundum, sed ad pecuniam, *Natt. cons. 630. n. 3. Becc.*
6 *cons. 42. nu. 5.* † Tamen hoc est verum quando fundus esset datus pro certa quantitate debiti, nam alias si non constet aliquo modo de debito dotis erit fundus dotalis, *Anchar. q. 28. nu. 4. lib. 1. Surd. cons. 39. nu. 6. libr. 1.*

Quo stante solùm prædicta vti dotalia veniunt in restitutione dotis, & mulier ad illa tantum potest a-
7 gere, † & non ad alia *l. fin. ff. de pact. dotalibus, Doctor. in l. si æstimatis 51. vbi Barbos. nu. 35. ff. solut. matrimon. Roland. cons. 91. nu. 6. lib. 2. Pract. Papiens. in form. libell. ad dotem & vsufruct. in gloss. in verb. ac etiam castrum, n. 1. ante fin. versic. ex quibus patet. Socin. cons. 57. nu. 3. lib. 1. per text. in l. si inter 21. Cod. de iur. dot. l. cum post. §. res in dotem. ff. eod. tit. cum aliis per Ioseph. Ludou. conclus. 10. colum. 8. versic. limitatur primo, Ruin. cons. 134. n. 4. lib. 4.*

Quod magis confirmatur quàm in casu nostro maritus solum se obligauit restituere, & conseruare
8 dictam dotem, prout sibi fuit data, † cum tamen respectu alterius partis dotis pro quantitate bonorum mobilium, & pro aliis scutis centum promissis in dotem fecerit assecurationem in super omnibus suis bonis, & sic cessat obligatio mariti, quæ solum restringitur ad illud residuum dotis, cum pro locis montium, & medietate domorum remaneat fundus dotalis ex conuentione partium, quæ in hoc attenditur *Socin. jun. consil. 141. num. 11. lib. 1.*

Coniectura autem quod æstimatio rerum dotalium non facit emptionem colligitur ex eo, quod ma-
9 ritus pro pecunia in dotem accepta † obligauit aliqua sua bona specialiter in casu restituendæ dotis, & pro soluenda æstimatione bonorum, quæ æstimata accepit, nihil obligauit, neque promisit ea restituere, Nam ex hoc oritur vehemens præsumptio, quod illa bona sint dotalia, quamuis fuerint æstimata: Vnde in casu dotis restituendæ ex legis dispositione debent restitui, & ob id nulla alia obligatio facta fuit *Card. Man.* in specie *de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 28. num. 28.*

Non obstat sententia, per quam mulier fuit missa in
10 possessionem omnium bonorum mariti, † Quia illa non afficit creditores non citatos cum respectu illorum plenior probatio requiratur, quàm vbi agitur ad repetitionem dotis contra virum ob illius vergentiam ad inopiam *Bart. in l. si constante, in princ. num. 8. & 10. ff. solut. matr. Pract. Papiens. in form. libell. ad dot. & vsufruct. in gloss. in verb. vxor*
11 *quondam, nu. 1. col. vlt. in fin. nu. 32.* † Maximè quia dicta sententia est conditionalis, cum mandet prius faciendam esse æstimationem per peritos, vnde prius erat talis conditio adimplenda, cum antea nihil ponat in esse *l. cedere diem, de verb. signif. Surd. cons. 91. n. 11. lib. 1.* Et generale est, vt habens creditum debeat citari, stante notitia, quam aduersaria habuerat ex pluribus citationibus in
12 ipsius dotis factis contra virum suum, † adeo vt ex hoc neque sufficeret citatio generalis per edictum, cum persona sit certa, quæ nominatim erat citanda *Felin. in c. 2. nu. 8. de constit. Alex. cons. 107. col. 1. l. 5. Menoc. de recup. possess. remed. 8 n. 102. Rui.*
13 *cons. 62. n. 20. lib. 5. Surd. cons. 173. n. 97. lib. 1* † Etiam quod essemus in persona incerta, dummodo aliquo modo possit certificari. *Idem Surd. consil. 181. n. 6. post med. lib. 1. Alex. cons. 3. n. 2. lib. 2. Ruin. cons. 24. num. 3. lib. 4.*

Et quidem bene dignoscitur dictam sententiam fuisse latam inscia, & penitus ignara creditrice cum Iudex immiserit aduersarium in possessionem bonorum, de quibus agimus pro summa scutorum 1155. occasione suæ dotis, cum tamen illa non consisteret, nisi in scutis 800. vnà cum quarto dotali, vt in instrumento in actis producto, & sic in scutis 355. vltra dotem sibi debitam, quod non contigisset, si fuisset citata, quia de omnibus prædictis certiorasset Iudicem exhibendo
14 iura, prout modo exhibuit, † ex quibus colligitur notoria nullitas, & iniustitia dictæ sententiæ per quam excluditur omnis prætensa res iudicata *Bald. in l. 1. C. ne lic. tert. pronoc. Aym. cons. 3. num 4. Menoch. de adipisc. possess. rem. 4. n. 891. Rip. in l. 4. §.*

condemnatum, numero 15. de re iudicat.
Nec aduersatur hypotheca anterior dotalis ex aduer-
so allegata, Quia per illam non sustinetur immis-
sio in possessionem omnium bonorum mariti,
15 † Quamuis enim in hypothecaria non attenda-
tur mensura debiti *Alexand. cons. 1. num. 8. ad med.*
lib. 1. Tamen quando mulier in casu inopiæ agit
pro sua dote, non potest occupare omnia bona
sui viri, sicut possent alij creditores hypothe-
16 carij, † iuxta *l. creditores, Cod. de distract. pignor. l.*
quamdiu, Cod. eod. tit. sed tenebitur de multis bo-
nis eligere vnum prædictum vsque ad concurren-
tem æstimationem suæ dotis, non detur mulieri
occasio fraudandi creditores secundum commu-
17 nem opinionem, † de qua per *Bart. in l. si constan-*
te, q. 4. princ. q. 3. nu. 94 ff. solut. matrim.
Nec obstat opinio *Rom. in d. l. si constante, nu. 42.* dum
voluit mulierem esse immittendam in possessio-
18 nem omnium bonorum viri, † non pro mensura
debiti dotis iuxta *Gloss. in l. eum qui neque 3. in*
verb. in possessionem, C. de procurat. & in auth. de ex-
hibend. reis, § si vero etiam quidam iurant. Cum e-
tiam in casu inopiæ ita vxor agat hypothecaria
sicut matrimonio dissoluto, tunc enim non fit im-
missio secundum mensuram debiti, sicut quando
agitur personali, sed omnium bonorum hypothe-
catorum *l. vbi adhuc, 29. C. de iur. dot.*
Nam quidquid dicat *Rom.* illo excepto, omnes te-
19 nent contrarium, † vt testatur *Negus. de pignori-*
bus, 1. m. 5. part. nu. 33. Ioan. Andr. ad Speculat. de do-
nat. int. vir & vxor. § fin. in verb. sed cum mulier, Cin.
in l. vbi adhuc, quæst. 14. Cod. de iur. dot. Papiens. in
form. libell. ad dot. & vsufruct. in gloss. in verb. vxor
quondam, nu. 28. in fin. Vrsill. ad Afflict. decis. 9. n. 4.
& 5. Bald. Nouell. de dot. part. 7. privileg. 47. ad fin.
Mastrill. decis. 142. num. 12. Franc. decis. 54. n. 5. ante
20 *med.* † Prout dicimus de hypotheca competente
pro legatis, quæ solum datur ad rem æquiualen-
tem relicti, & pro mensura debiti, *l. 1. in fin. Cod.*
commun. de legat. Surd. consil. 192. nu. 7. lib. 2. Cephal.
21 *cons. 58. nu. 13. lib. 1.* † Ita vt ista bona assignata mu-
lieri pro mensura suæ dotis ob vrgentiam viri ad
inopiam non possint ab ea auocari per creditores
offerentes suas dotes, quidquid aliud sit quando
agerent creditores, & vxor vellet retinere aliqua
bona mariti, *Roland. cons. 9. nu. 39. lib. 1. Gabr. consil.*
174. lib. 1. Osas. decis. 135. n. 10. Franc. decis. 54. num. 1.
latè Vrsin. decis. 413. per tot.
Accedat, quod non est standum confessioni mariti
de residuo dotis habitæ vltra medietatem domo-
22 rum, † cum sit facta postquam cœpit vergere ad
inopiam, & postquam fuit contractum debitum
de quo agimus, vnde non obstat creditori, *Ale-*
xand. cons. 14. nu. 1. lib. 5. & cons. 45. nu. 6. lib. 1. Salic.
in l. si mater, C. de contrah. empt. Alciat. de præsumpt.
reg. 3. præsumpt. 26. in fin. num. 17. per text. in § aliud,
versic. si vero non fuerit, Auth. de æqualit. dot. Rom.
cons. 185. nu. 1. lib. 2. Bald. in l. 1. C. de donat. ante nupt.
Bart. & alij in l. si voluntate, Cod. de dot. promiss. & in
l. quod de iure, Cod. de dot. caus. non numerat. Decian.
cons. 94. num. 7. lib. 3.
Nec facit prætensa nullitas decreti, & mandati re-
laxati tanquam non fuerit citatus maritus tunc
23 existens in extremibus, † Quia eodem modo esset
nulla sententia lata ad fauorem aduersariæ, quæ
etiam tunc temporis illam obtinuit contra suum
vitium, Vnde quemadmodum ipsa prætendit il-
lius validitatem stante citatione facta ad domum
habitationis ipsius viri, Ita etiam debet esse vali-
dum decretum, cum idem vir fuerit citatus in eo-
dem loco, vbi habitabat vxor cum suis filiis, &
cum iste modus citandi fuerit obseruatus ab vtra-
que parte, sufficit, & non potest dici de nullitate
citationis iuxta regulam Quod quisque iuris, &
in terminis similibus citationum hinc inde facta-
rum, *Rot. coram R. P. D. Coccino Aretina spolij, 11.*
Decembris 1603. de qua in recollect. Farinac. decis.
24 *205. post 2. part. cons.* quæ citatio sufficit † quando
non adest principalis, nec illius procurator, tunc
enim absens citatur domi suæ solitæ habitationis
transmissa copia apud domesticos, per quos de-
fensio absentis poterit fieri, *l. 1. § 1. de liber. agnosc.*
l. penult. Cod. de annal. except. cum alijs per Vant. de
nullit. defect. citat. n. 87. cum seq.
Minus obstat, quod bona data pro fundo dotali fuit
alienata, Quia cum constet de reinuestimento, il-
25 lud † fuit subrogatum loco fundi dotalis, & est
quædam permutatio, quæ succedit loco rei ali-
natæ, stante præsertim consensu mulieris, de quo
in casu nostro, *l. fin. vbi Gloss. in verb. solutum, ff. de*
iur. dot. Gloss. in l. mutus 76. in verb. emat. ff. eod. tit.
Barbos. in l. 1. part. 5. num. 7. post med. ff. solut. matrim.
26 Prout † regulare est, vt res empta ex pecunia re-
dacta ex altera assumat ipsius qualitates, & na-
turam, & in locum ipsius in omnibus subrogetur
l. imperator, § fin. ff. de leg. 2. l. si & rem, de petit. hære-
dit. l. si donatarei, § si sponsus, de donat. int. vir. &
vxor. cum alijs per Molin. de primogen. hisp. lib. 4. c.
27 *4. nu. 27. cum seq.* † Ex quibus non est impedienda
adiudicatio vineæ, cum in ea nulla actio detur
vxori stantibus saluis suis iuribus dotalibus
bonis sibi assignatis pro fundo dotali, vt dictum
est, sed debet procedi ad æstimationem per peri-
tos, non autem per subhastationem, vt latè di-
28 cat *Franc. decis. 54. nu. 5.* † An autem quando pars
dotis consistit in pecunia numerata, & pars in bo-
nis stabilibus, sit facienda restitutio in pecunia af-
firmatiuè concludit *Thob. consil. 52. nu. 7. Ludouic.*
conclus. 10. ampliat. 9. Rab. Alexand. consil. 3.

EPITOME.

Fructus censuum, & annuæ præstationes quan-
to tempore præscribuntur tam de iure communi,
quam iuxta statuta Vrbis. ¶ Et quando sufficiat
vnica præscriptio. ¶ Statuta confirmata à Sede
Apostolica an tollant actus iuratos. ¶ Et quid
si per ea annullentur instrumenta continentia de-
bita. ¶ Qualitas præcedens statuti an intelliga-
tur repetita in subsequenti. ¶ Compensatio qui-
bus casibus sit admittenda cum legitima. ¶ Filia
exclusa à successione propter dotem an possit di-
cere de nullitate testamenti, & petere legitimam,
si fuerit præterita. ¶ Et quid si in eo non fuerit
institutus hæres masculus, sed extraneus. ¶ Vel si
essemus in testamento matris, in quo non consi-
deratur agnatio. ¶ Dotata à matre an excludatur
tam à successione illius, quam patris. ¶ Reuoca-
tio testamenti facta non simpliciter, sed animo
condendi aliud an tollat primum. ¶ Et an ista
exceptio reuocationis possit opponi per tertium,
si hæres non declaret an velit adire.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio vnica non sufficit in annuis præstatio-*
nibus

nibus, sed et requiruntur quae sunt anni. Nec in eis habet locum statutum Urbis admittens praescriptionem sexdecim annorum in contractibus cuiuscumque generis, sed requiruntur triginta anni, num. 4.

5 *Exceptio format regulam in contrarium.*

5 *Statutum Vibis, c. 159. admittens praescriptionem decem annorum non procedit in actibus iuratis, nu. 6 [illegible] declarat a n. 10. & 11.*

9 *Iuramentum perpetuat actionem, & habet vim litis contestationis, per quam interrumpitur praescriptio.*

11 *[illegible] potest tollere vires, ac probationes instrumentis, quae alias de iure communi probarent.*

12 *[illegible] sublato instrumento, nu. 14.*

13 *[illegible] inducens praescriptionem procedit etiam in debito iurato, quando iuramentum non probatur [illegible], quam ex instrumento debiti, [illegible] per statutum eneruatur, secus si ex [illegible] probaretur, num. 16.*

[illegible] *praecedentis statuti non censetur repetita [illegible] non venit in conuentione ad [illegible]*

[illegible] *subiacet statutis confirmatus au[illegible] ex certa sententia Intellige ut [illegible]*

[illegible] *retardatur per exceptionem requirentem indaginem.*

[illegible] *quota bonorum, & dicitur incerta, &*

[illegible] *non admittitur stante incertitudine; nec de [illegible] ad quantitatem, nu. 25.*

[illegible] *non potest opponi, si non constat de subiecto debiti.*

[illegible] *a patre, & nupta tempore testamenti [illegible] non potest petere etiam in bonis maternis [illegible] Urbis.*

[illegible] *successione propter dotem non ad [illegible] dum de [illegible] testamenti, nec ad [illegible] ambulandum, nec ad petitionem legitimae, si [illegible] certa, num. 17. 33. & 36.*

[illegible] *a matre an excludatur iam ab hereditate [illegible] quam patris, nu. 29.*

[illegible] *non succedens ab intestato tanquam exclusa [illegible] dicere testamentum nullum, [illegible] tanquam haeres in culina, sed [illegible] 32. 33. 34. Et quid in testamento [illegible], in quo non consideratur [illegible] numero [illegible]*

[illegible] *non seruata forma.*

4[illegible] *[illegible] etiam in parte, & partibus [illegible] contenta.*

4[illegible] *[illegible] non simpliciter, sed a [illegible] condendi [illegible]*

4[illegible] *[illegible] testamenti non admittitur, nisi [illegible] ad [illegible] reuocatio, declaret [illegible], nu. 42.*

44 *[illegible] non prodest excipienti, non admittitur.*

CAPUT CCCCXC.

Praescriptionem opponi [illegible] Dixi non obstare in casu, [illegible] quo agebatur. Etenim sumus in [illegible] annuis praestationibus, in [illegible] unica praescriptio, † sed tot [illegible] quot sunt anni, *Castren. [illegible] 18. n. 6. post med. vers. breuiter op[illegible] de [illegible] vbi de communi Boer. decis. 336 in fi. num. 4. per text. in l. cum notissimi § 3. in ise, Cod. de praescrip. trig. annor. Fulgos. cons. 164. col. 2. in princ. Iason in l. de pupillo, § si in pluribus, num. 4. ad med. ff. de non. oper. nunciat.*

Non obstat statutum *Vrbis, cap. 158.* vbi admittitur
2 praescriptio sexdecim annorum † in contractibus cuiuscumque generis. Quia in eodem statuto excipiuntur in specie census iam debiti Camerae Vrbis, quam constituit, vel venditi quibuscumque illis personis super bonis stabilibus, vel il-
3 lis aequipollentibus, † Vnde tanquam casus exceptus non comprehenditur in statuto, sed firmatur regula in contrarium in casibus exceptis, *l. quaesitum, § denique, de fund. instrum. Alex. cons. 31. nu. 4. lib. 7.* & sic requiritur praescriptio trigin-
4 ta annorum ex supra allegatis, † *Aym. de antiq. tempor. part. 4. § materia ista singularitatis, num 36. ad fi. vers. vltramontani vero. Ias. in l. vbi autem, § si quis fortem, nu. 2. ff. de verb. oblig.*

Minus obstat aliud statutum *Vrbis cap 159.* vbi in
5 specie prohibetur qui petere census emptos, † vel quomodolibet constitutos, nisi pro decem proxime praeteritis annis tantum, & pro reliquis vltra decem annos sibi satisfactum praesumatur, nisi fuerit doctum de interpellatione extraiudiciali, aut legitima interruptione praescriptionis.

Quia cum simus in contractibus censuum iuratis
6 huiusmodi statutum non procedit, † Nam iuramentum non venit in generali dispositione, nisi de illo fiat specialis mentio, *Felin. in cap. constitutus 19. col. 3. ad med. vers. si iuramentum iurata, nu. 4 de rescript.* ubi multa similia adducit *Alex consil. 37.*
7 *num. 4. & 25. lib. 2.* † & ita in specie similis statuti concludit *Corn. consil. 328. col. 3. post med. versic. & maxime cum interuenerit, num. 5. in fi. lib. 1. Grat.* qui de communi *consil 4. num. 14. lib. 1. Boer. decis. 326 ad fi. versic & similiter opponi, nu. 5. Marsil. singul. 14. audiui [illegible] nuli.* quos omnes sequitur, & de communi testatur *Seraph. priuileg. iuramen. 22. numer. 53.* cum aliis late adductis per *Lamberteng. de statut. super contrahen. mulier. ad fin. nume*
8 *13. & 14.* vbi quod ita fuit iudicatum, † & idem etiam in terminis statuti Vrbis, de quo agimus, fuit conclusum *per Rot. coram Cardin. Millino, Romana census, 13. Iuny 1603. & coram Card. [illegible] Romana [illegible] domus, 16. Ia-*
9 *nuary 98. inter decis. diuer. p. 4. decis. 199.* † Etenim iuramentum perpetuat actionem, & habet vim litis contestationis, per quam interrumpitur praescriptio *Fels in cap si. num. 7. de praescript. Alberic. in [illegible] nam postea 9. Si is qui temporalis, in princ. ff. de iur. iur.*

Nec ne obstat decisio *Put. 116. lib. 1. & Mohed. 22. [illegible] 5. de praescript. Caput. quaest. decis. 413. lib. 1. in [illegible] decis 9 lib. [illegible] alios per Bon de stat.*
10 *[illegible] praescript. gloss. 19. nu. 125.* Quia [illegible] similes decisiones loquuntur in statuto Vibis antiquo, *lib. 4. c. 18* in quo non solum admittitur praescriptio [illegible] annorum, [illegible] dispositum, quod instrumenta & [illegible] tantum post cursum dicti temporis nullam hoc [illegible] faciant,
11 † quod statutum est validum, cum possit tollere vires ac probationes [illegible] instrumentis, quae alias de iure communi probarent; *Castren. cons. 61. not. [illegible] lib. 2. Rot. diuer. dec. 105. nu 1 part. 1 & decis. 104. [illegible] part. 2. Roland. cons.*
12 *14. num. 3 & 4. lib. 3.* Vide [illegible] sublato instrumento tollitur etiam iuramentum [illegible], quo non existente habet locum dicta praescriptio,

statutaria, neque perpetuatur actio, vt declarat
Put. ad decis.176.num.3.lib.1.Rot.coram Card. Lance-
13 *lotto. Romana pensionis domus, 10. Ianuar.1598.* † &
ita etiam declarando *Put Bon. & alios supra addu-*
14 *ctos* concludit *Surd.cons.361.nu.12.& 13.lib 3.* † vbi
quod sicut instrumentum non probat contractum,
ita nec iuramentum, cum abulitione instrumen-
ti resoluatur omne ius oriens ex instrumento,
vnde non mirum, si statutum inducens præscri-
15 ptionem † procedit etiam in debito iurato, quan-
do iuramentum non probatur aliunde quàm ex
instrumento debiti, cuius robur & vis per statu-
tum eneruetur, cùm aliud esset quando iusiuran-
dum probaretur testibus, *Crot.cons.79.num.18.vs-*
que ad 21.lib.1.Pafett.cons.65.num.2.Surd.cons.361.
nu.13.lib.3.

Aliud est in casu nostro, cùm in statuto de quo agi-
mus sub *cap.159.li.1.* non tollatur fides instrumen-
16 to, † & per consequens remaneat actus iuratus,
qui non comprehenditur sub huiusmodi statutis,
nisi de iuramento fuerit specialiter facta men-
tio *Corn.consil.328.num.3.in fi.lib.1.cum alijs supra*
allegatis. Et quamuis in statuto antecedenti, *cap.*
158. adsit ista qualitas de adimendo fidem dictis
17 instrumentis, † non tamen hæc eadem qualitas
censetur repetita in sequenti *cap* 159. cùm vnum
statutum non veniat consecutiuè ad aliud, Im-
mò sint separata, & omnino diuersa, quo casu
non datur repetitio, *l. qui fundum, de contrahend.*
empt. l. si ita quis, in princ. de verbor. obligat. Bartol.
in l. si ita stipulatus, 6. §. Chrysogonus, ff. eod. titul. &
in l. Seia, § Caio, nu.2. ff. de fund. instrum. Alex. cons.
47. c.l.1. in fi lib.5.

Prout neque oberit confirmatio Apostolica ex cer-
18 ta scientia, † per quam etiam obligatio iurata vi-
detur subiacere statutis *Gabr. conclu.11. nu.8. & in*
fi de statut. Quia intelligitur in terminis, in qui-
bus statuta loquuntur, cùm confirmatio addat
19 robur, † non extendat id quod in contractu non
continetur, vt in specie huiusmodi statuti notat
Rot. coram Card. Lancellot. Roman pensionis domus,
16. Ianuarij 1598 post Bald. in l. remuneratione, in pa.
C. de oppo at. Bero. quæst.5 . num. 10.

Nec facit dubium exaductio excitatum tanquam
non sit præienti [illegible] exceptionis, Etenim an debea-
tur legitima, necne, requirit altiorem indagi-
20 nem † & interim non est retardanda executio
obligationis cameralis, & iuratæ de soluendo
fructus censûs, *l. fin. C. de ordin. cognit. Bartol. in l.*
4. § condemnatum, nu.3. de re iudic. Aym. cons.104.
num.10.

Maximè quia licèt deberetur legitima, quod nega-
tur, tamen prius debet constare de illius quanti-
21 tate, † cùm enim sit quota bonorum dicitur in-
certa, & illiquida, *Bart. in l. remunerationem, num.4. C.*
quand. & quibus quart. pars debeat, l. b.10. Curt. Sen.
22 *cons. vlt. Surd. cons.248. nu.7. lib.2.* † Quia incerti-
tudine stante non datur prætensa compensatio,
l. si constat, Cod. de compensat. Purpur. con. il.218.
nu.8. prout neque erit admittenda cùm [illegible] tetur
23 de specie ad quantitatem † *l. si conuenerit, la 2. in*
princ. de pignor. act. Gloss. in l. fi. C. de compensat. [illegible]
cis. Iun. cons.60. num.3. lib.1. Immò non apparet
substantia crediti prætensæ legitimæ, cum [illegible]
huc non fuerit declaratum, an sit detrahenda, quo
24 casu minus habet locum compensatio, † Nam ad
hoc, vt illa possit opponi, requiritur, quod prius
substantiæ legitimæ declaretur esse debita, & sic
quod sit certum illam deberi, [illegible]
illiquida, cum aliàs non possit tractari an quid
sit liquidum, necne, ex quo non potest e [illegible] qua[illegible]-
tas sine subiecto, sicut nec cætera accidentia, *l. eius*
qui in prouincia, ff si cert. pet. Crot. cons.12. num 8. &
in [illegible] ecie compensationis de qua agimus, *Surd.*
cons 246 nu.4 lib.2.

Immò neque debetur prætensa legitima, Cùm enim
simus in filia donata a patre, & nupta tempore te-
25 stamenti, † nihil amplius potest per eam prætendi
etiam in bonis maternis, iuxta dispositionem sta-
tuti Vrbis *lib.* [illegible] *cap.145. in fi.* Qua exclusione stan-
te non admittitur filia prætexta ad dicendum de
26 nullitate testamenti, † neque ad contra tabulas n[illegible]-
dum *Bald. in l. posthumus, §. si quis ex his, ad fi.* [illegible] *de*
inoff. te[st]. Rom. cons.13. num.1. & ibi late Mand [illegible] *in*
verb. nullum. Quasi tunc repellatur illa per h[illegible]
27 exceptionem † ita non interest rumpere, † attento
quòd si rumperetur, spectaret ad alium mas[culum]
ab intestato *Alex.* qui de magis comm[uni] [illegible].
47. abunde, col.3. post med vers. repellitur enim [illegible] *a,*
nu 9. lib.1. per tex [illegible] *in l. ille à quo, §. si te* [st]*ame*[illegible]
ad SC. Trebell. l. [illegible] *post mortem, §. liberi. ff. de bonor.*
possess. secund. tabul.

Neque obstabit, quòd non sit dotata à matre [illegible]
28 tunc excludatur ab illius hæreditate, [illegible] qu[illegible]
ab ea dotem habuit *Anchar. consil.80. Dec. con[s].*
346. Nam sufficit illam esse dotatam à [illegible]
ab vno, ad hoc vt excludatur tam a [illegible]
matris, quam omnium aliorum secundum
29 veram, & communem opinionem, † de qua latè
testatur *Menoch. consil.3. per tot. lib.1. post Ca*[illegible]
cons.9 [illegible] *b.2. Cephal. cons.578. nu.15. lib 4. Curt* [illegible]
cons 65 nu.3. Dec. cons.112. nu.18. Thesaur. dec [illegible]
nu.4. Mandoz. ad Rom. cons 185. in verb. non do[illegible]
tis, in princip. & in specie statuti V[rbis] *Rot. c*[oram]
Card Pamphilio Balneoregien. succe[ssi]*onis, 16 M*[illegible]
1594. & coram Card. Seraphino Romana hæredita-
tis de sel [illegible] *1. Iulij 1598.*

Nec aduersatur qu[od] in testamento, de quo agimus,
non fuerit institutus hæres masculus, [illegible]
30 [illegible] † [illegible] filia, quamuis ab intest[ato] [illegible] con
succedat tanquam exclusa propter dotem, ta[m]en
potest dicere testamentum nullum [illegible] *in l. G*[illegible] *us,*
§. & quid si tantum, num.11. ff. de liber. & posthum.
C[illegible] *in* [illegible] *testamentum, quæst.36. num.8. ver. tertius*
est [illegible] *us, cum* [illegible] *per Card. Seraph. decis.* [illegible] *5. nu 1.*
31 *& 2. part.1.* † [illegible] ampliat etiam quando h[illegible] us ma-
sculus est [illegible] orus in legitima, & in reliquis
bonis [illegible] *Surd.* qui in simili multa adducit
cons.10[illegible] *n.* [illegible] *o. li.1.* Quia indistinctè est magis vera,
& recepta opinio in contrarium, quod [illegible] liceat
non posse impugnari testamentum paternum per
dictam filiam, siue instituantur filij masculi, [illegible]
32 extranei, [illegible] vt testatur *Clar. in §. testamentum, qu.*
42. in fi. Castrens qui latè defendit *consil.323. super*
primo puncto, col. penult. in princ. vers. vnde reperio,
lib 1. post Bart. in l.1. §. si pater, ff. de coniug. cum e-
mancip. liber. Brun. qui de veriori, & magis com-
muni, *de statut. artic.10. nu 43. vsque ad 46. tom.2.*
33 *fol.115.* & [illegible] indistinctè omnes loquuntur, [illegible] de
quibus latè *Tiraq. de primogenit. qu.5* [illegible] *nu.22. p*[o]*st*
Bart. consil.20 lib. [illegible] *& l fin. col. penult. vers. quid si*
illa filia, ff ad Trebell. Bald cons.328. in 1. dub. li[b]*.3.*
& in l. maximum vitium, in fin. nu.22. Cod de liber.
prateris. Anchar. cons.16. in prin. [C]*astrens. cons 21*[illegible]
nu.1. lib.1. & con 1.6 nu.1. lib.2. & cons 6[illegible] *nu 2. eod.*
lib. Rom. cons.13. in princ. Brun. de statut. art.8. q [illegible] *4.*
num.

[illegible] *de do.* [illegible] *l.6.* [illegible] *part ultim.* [illegible] *nu.1. ad* [illegible] *in lit. de hered. qua* [illegible] *& i* [illegible] *ed ea omnia, in penult. notab.* [illegible] quando [illegible] fuit relicta filio masculo [illegible], tunc enim pos- [illegible] dotare, & ea exclusa [illegible] testamento [illegible], neque agit ad legitimam [illegible] *Dec. in l. illa dotem, C. de collat.*

[illegible] quia cum isto hæres non succedat ab intestato [illegible] debet [illegible] admitti ad rumpendum testamentum [illegible], † nec [illegible] dicendum de illius nullitate [illegible] em legitimæ, cùm dos succedat [illegible] *postumum.§. si quis ex his, de inoffic. testa.* [illegible] *.19. nu. 4. lib.6. Guliel. Bened. in c. Raynutius, verb. duas habens filias, num. 178. usq. ad 181.* [illegible] † Vbi etiam solùm admitti filiam ad [illegible] supplementum dotis contra hæredes [illegible] extraneos, si non fuerit congruè dotata, [illegible] non apparet in casu nostro, *Alex. cons. 69.* [illegible] *auth. n. 2. & ibi latè Add. in verb legitima* [illegible] *Salic. & Fulgos. in auth. res quæ, Cod.* [illegible] *legat. Bald. con.* [illegible] *398. lib. 3.* quod est te- [illegible] *4* [illegible] *7. eod. lib. Castrens. cons. 362. si sta-* [illegible]

[illegible] modi distinctio est superflua, quia [illegible] res, qui distinguunt inter institutionem de extraneis, siue de agnatis loquatur [illegible] testamento patris, † in quo considera[illegible]tio, cum enim statutum vocet, & præferat masculos fœminis propter agnationem, me[illegible]nt institui agnati, & non extranei, vt sit [illegible] exclusioni, quæ non est generalis, sed certo [illegible] fauore agnatorum, † Vnde tali forma non [illegible] fat dispositio *Socin. in l. Gallus, §. & quid* [illegible] *nu. 11. ff de liber. & posthum.* Aliud est in [illegible] linea materna, in qua non considera- [illegible], & sic non potest dici, quod exclusio [illegible] facta fauore agnationis prout est [illegible] *Castr. consil. 91 col. pen. & vlt. lib. 4. Decia.* [illegible] *in casu occurrenti col. vltim. in princ. vers.* [illegible] *sequitur, nu. 6 in fi. & latius Bero. consil. 120.* [illegible] *ne ad* [illegible] *7. lib. 2.*

[illegible] neque est amplius quærendum de ista [illegible] m per patrem productam [illegible] produ- [illegible] neum D. Siluiæ matris D. Olympiæ, [illegible] quo [illegible] am hæredem instituit, adeo vt ex isto [illegible] nunc censeantur approbata omnia in eo [illegible], quamuis etiam ista productio fieret in [illegible] partibus, quia nimium [illegible] talis processisset [illegible] operaretur, *Decia. in* [illegible] *col. vlt. C. de* [illegible] *d.* [illegible] *sasc. dec.* [illegible] *38. nu. 26. vsq. ad n. 33. Aym. cons.* [illegible] *in* [illegible] & latius *de antiq. tempor. part. 1. §. viso, de* [illegible] *enunciatiuis, nu. 72. & 73.*

N[illegible] [illegible] ndi debet prætensa renouatio testamenti
4 [illegible] dicitur facta per Syluiam matrem, † quia ex [illegible] a reuocatione non fuit annullatum primum [illegible] testamentum, in quo D. Olympia fuit instituta [illegible] hæres, cum ex lectione illius appareat non fuisse [illegible] m reuocationem factam simpliciter, sed animo [illegible] ntentione condendi aliud testamentum, [illegible] vt testator non absoluit istum actum [illegible] perfecto, & per consequens non tollitur pri- [illegible] ndum hic, & perfectè consumme- [illegible] imus hæres, & non alius censetur a te- [illegible] tus: Ita in specie similis reuocationis [illegible] *cons* [illegible] *vsque ad 9. lib.* [illegible] *Corn. cons.* [illegible] *ad* [illegible] *ed. ver. quod maxime dicendum videtur, lib.* [illegible] *Socin. sen. cons. 145. nu. 8. lib. 2.* & mul-

t[illegible] [illegible] nes, & decisiones adducam Deo dante [illegible] ap[illegible] it, vt non sit dubitandum de veritate [illegible] istius opinionis.

Cum etiam renouatio, quæ prætenditur sit ad fauo-
42 rem succedituri ab intestato, † cuius exceptio non admittitur tanquam de iure tertij, nisi prius facta declaratione per illum tertium an velit adire, & sibi ius acquirere actu, & potentia, *Bartol. in l. 2. vers. quandoq. ius tertij, ff de except. rei iud.* *Bald. in auth. qui rem, ante fin. vers. subsequenter quæro,*
43 *nu. 6 C de sacrosanct eccles.* † Quare cum talis declaratio non interuenerit hæc oppositio non potest fieri, quia nullius alius est hæres, cùm nullus adhuc adierit, *Decia. cons. 633. nu 4.* Præsertim quia nihil interest excipienti, nam siue vnus, siue alter habeat, ipse tamen nunquam potest retinere tales
44 fructus. † Vnde nihil illi proderit huiusmodi exceptio, *Bald. in l. cum seruus, nu. 1. C. de seru. fugitiu.* & satis est, vt debitor soluat de mandato iudicis, & consequatur liberationem, *Bart. in l. creditor, n. 3. vers. Tertiò quæro, ff de solutionib. Decia. cons. 25. nu 1. & 2 cum alijs per Menoch. cons. 168. in fi. lib. 2. & de arbitrar. cas. 157.*

EPITOME.

Appellatione stipiti, seu cippi quando veniant fœminæ. ¶ Et quo casu censeantur vocati agnati iuxta ordinem graduum. ¶ Qualitas masculinitatis an intelligatur repetita in substitutionibus. ¶ Agens tanquam agnatus an debeat probare agnationem legitimam etiam parte non opponente. ¶ Testes qui deponunt præsumptiuè an probent concludenter. ¶ Consanguinitas, & fraternitas an probetur per tractatum, & nominationem, quamuis agatur de acquirenda hæreditate. ¶ Et an in fratribus detur quasi possessio fraternitatis, prout in vxore, & filio. ¶ Confessio agnationis facta per procuratorem, an possit reuocari per principalem. ¶ Conditio, *si sine filiis decesserit*, quando verificetur in fœminis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum debet intelligi iuxta formam limitationis, & qualitates illius.*
2 *Testator vocans stipitem intelligit de cippo domus, seu stirpe*
3 *Substitutio de stirpe comprehendit agnatos iuxta ordinem graduum.*
4 *Appellatione cippi veniunt fœminæ. Declara vt n. 5.*
5 *Agnatio conseruatur per masculos, non per fœminas.*
7 *Agnati quando dicantur vocati.*
8 *Fœmina non fuit de familia, & æquiparantur ramusculis, & frondibus siue sint nupta, siue innupta.*
9 *Qualitas masculinitatis censetur repetita in substitutionibus.*
10 *Fœminæ, quamuis sint de agnatione patris, tamen conseruant agnationem.*
11 *Conditio, si sine filiis decesserit, verificatur in fœminis. Fallit nu. 12.*
[illegible] *Bona subrogata pro rebus fideicommissariis assumunt omnes qualitates illarum.*
14 *Agens tanquam agnatus debet probare agnationem etiam legitimam, & parte quoque non opponente, num. 15. & 16.*
17 *Confessio agnationis facta per procuratorem non præ-*

iudicat principali, qui illam potest reuocare.

18 *Minor ætas probatur ex fide Baptismo.*

19 *Consanguinitas an probetur per testes deponentes, quod fratres se tractabant, & nominabant pro fratribus, & an in eis detur quasi possessio fraternitatis, prout in filio, & uxore, num. 20. & 23. & quid in decisoriis, ubi agitur de acquirenda hæreditate, num. 24.*

21 *Extranei etiam diliguntur, & tractantur fraterna affectione.*

22 *Testes probant, si concludant per præsumptiones à iure approbatas.*

CAPVT CCCCXCI.

PRo reuocatione sententiæ Dixi concludendum esse, Quia per mortem Flaminij fuit resolutum fideicommissum tanquam restrictum ad
1 certas personas, & lineam, & gradum, † ita vt sit intelligendum secundum modum, & formam limitatam, & restrictiuam, & qualitates illius *Paris. cons. 65. num. 2. & 3. lib. 3. per l. in testamento 31. de cond. & demonst.*

Neque obstat quod prætendatur extare fideicommissum in personam Lucretiæ, Quia illa tanquam
2 fœmina non est in consideratione. † Etenim testator vocauit stipitem: qui significat Cippum domus, seu stupem, *Ang. in l. si in princ. vbi Castr. n. 7. C. de verb. signif. Bald. in l. peto, 71. §. fratre, col. 1. ad med. in 2. notab. de legat. 2. Franc. in c. si pater, col.*
3 *pen. nu. 115. in fi. de te, am. in 6.* † Vnde cum substituerit stipitem, seu Cippum suæ domus dicitur substituisse agnatos suos secundum gradus prærogatiuam, cum appellatione Cippi comprehendantur agnati iuxta ordinem graduum, *Soci. cons. 49. nu. 1. lib. 1. & cons. 51. nu. 21. lib. 4. Cur. iun. consil. 172. nu. 3. Sim. de Præt. interpret. 3. vlt. volunt. nu. 19. solut. 11. dubit. 1. fol. 289. & latius cons. 203. nu. 4. & 5. Thob. cons. 6. nu. 29. & 32.*

Minus obstat quod aliquando etiam Cippus comprehendat fœminas, *Paris. cons. 55. lib. 1. & cons. 47.*
4 *nu. 5. cum seqq. eod. lib.* † Quia cùm ex lectura testamenti appareat testatorem habuisse respectum conseruandi agnationem, tunc appellatione Cip-
5 pi † non veniunt fœminæ, *Corn. cons. 16. n. 5. lib. 4. & cons. 4. n. 1. vsque ad 12. eod. lib. Rot. coram Card. Mantica Nucerina fideicommissi, 24. Nouemb. 1595. & coram Card. Lancelloto Fulginaten. fideicommissi, 21. Martij 1599. de qua per Farin. decis. 507. part. 4. d. ners.* vbi allegantur concordantes decisiones, cum aliis per *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 16* cum agnatio conseruetur per
6 masculos, non per fœminas, † quæ ad alienas familias transeunt, *l. pronunciatio, §. familiæ, ff. de verb. signif. Aret. in §. cæterum, n. 2. instit. de legit. agnat. success. Cephal. cons. 134. n. 11. & 12. lib. 1. Surd. cons. 443. nu. 17. & 21. lib. 3.*

Quod autem fuerit considerata agnatio apparet:
7 Quia testator vocauit solùm masculos, † cùm disposuerit, vt occurrente morte alicuius ex suis hæredibus nullis superstitibus filiis masculis in portione, & rata illius veniant superuenientes, & deinde proximiores primogeniti, & successiue alij descendentes ex sua familia, domo, & agnatione gradatim de proximiore primogenito in proximiorem primogenitum vsque ad vltimum stipitem, ex quibus verbis colligitur esse exclu-
8 sas fœminas, † quæ non dicuntur de familia, & agnatione, & stipite, quando fuit vocata agnatio cum comparentur ramusculis, & frondibus, siue sint nuptæ, siue innuptæ, vt latissimè consuluit *Surd. cons. 435. nu. 22. cum seq. lib. 3.* Maximè quia fuerunt facti plures gradus substitutionum, quo casu magis censetur considerata agnatio, cùm e-
9 tiam fuerint vocati primogeniti, † ita vt quoque censeatur repetita qualitas masculinitatis in sequentibus substitutionibus, quamuis non fuisset expressa *Idem Surd. cons. 241. nu. 11. vsque ad nu. 14. lib. 2.*

Prout regulare est, quòd dispositio facta fauore a-
10 gnationis semper excludat fœminas, † quamuis enim dicantur de agnatione patris, non tamen sunt idoneæ ad conseruandam agnationem, ideò non mirum si eis denegatur successio, cum in illis deficiat ista qualitas, in qua fundatur conseruatio agnationis, *Menoch. cons. 95. nu. 56. vsque ad 64. lib. 1. & cons. 197. nu. 49. & 55. lib. 2. iuxta vulgatum cons. Ioan. de Ana. 4. col. 2. Osasc. deci. 127. num. 4. Aym. cons. 180. nu. 1. Ceph. cons. 306. nu. 74. lib. &
11 cons. 71. nu. 47. lib. 4.* † Vnde, quamuis contingat, si sine filiis decesserit, verificetur etiam in fœminis, *l. si ita scriptum, de leg. 2. l. si quis ita, de testam. Rot. coram R. P. D. Penia Camerinen. fideicommissi.*
12 *13. Nouembr. 1595.* † Tamen aliud est, ubi est limitata ratio conseruandæ agnationis, *Rot. coram Card. Lancelloto Fulginat. fideicommissi, 22. Martij 1599. de qua per Farin. decis. 507. part. 4. diuers. per l. licet Imperator, de leg. 1. l. cum proponebatur, ff. de leg. 2. cum aliis late adductis per* Card. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 14. nu. 13 cum seq.*

Accedat quod non est probata ex aduerso deducta dentia ex Ambrosio, quæ ad effectum succedendi in huiusmodi locis montium subrogatis fidei-
13 commisso erat probanda, † cùm illa assumant omnes qualitates, & naturam illius, in cuius locum subrogata, & habentur pro rebus fideicommissariis *l. Imperator, §. fin. de legat. 2. l. si rem & pretium §. vlt. de petit. hæred. Ias. cons. 232. nu. 61. ad med. lib.*
14 *2. Menoch. cons. nu. 8. lib. 1.* † Et generale est, vt agens tanquam agnatus debeat probare agnationem *Dec. cons. 113 pro tenui, col. 2. Soci. Iun. consil.*
15 *76 nu. 5. lib. 1* & non solum se agnatum † sed etiam legitimum *Ceph. cons. 8. nu. lib. 1. Rolan. cons. 32. nu. 18. & 19. lib. 1. & cons. 3. nu. 4. vsque ad 48. lib. 1.*
16 Quamuis non opponatur † *Dec. consil. 61. in princi. Bero. cons. 73. Honded cons. 4. n. 103. lib. 1. Ruin. iun. cons. 4. n. 20. lib. 5.*

Nec fortè ei præsenta confessio agnationis facta in
17 articulis per procuratorem, † Quia illa fuit reuocata tanquam emanata à non legitimo procuratore, quod potuit fieri etiam non docto de errore, quia præsumitur ab eo facta tanquam de causa malè informato (*aputaq deci 148. part. 1. Franc. in cap. si. num. 6. de m. in 6. Addit. ad Rot. decis. 19. de procurat. in nou. nu. 1. Ægid. deci. 694 de confess.* Cum etiam non constet quod per vsum, actis fuerit in iudicio ratificata, nam tunc obstaret *Rot. decis. 296 lib. 2. Oldrad cons. 116 Rot. diuers. decis. 205. in fi. part. 4 inter recol. per Farin.* Maximè quando sumus in minoribus, quibus minimis
18 talis confessio præiudicat, † prout in ætate constat ex fide baptismi, per quam probatur minor ætas, *Feder. cons. 119. in fi. . . . per Card. de restit. in integ. in verb. minoribus, nu. 8*

An autem prætensa consanguinitas dicatur probata, quando testes deponunt, quod fratres se tra-
19 ctabant, † & nominabant pro fratribus, non est opus

opus quærere, cum nullus testis de hoc aliquid deponat: Præsertim, quia secundum opinionem multorum ista non sufficiunt ad probandam consanguinitatem, cum huiusmodi genus probationis tractatus, & nominationis non habeat locum in fratre, sed solum in filio, & vxore, cum maius incommodum sit, vt quis nominetur filius propter onus instituendi, & alendi, ac alia, quæ non
10 considerantur in fratre, † ideò in eo non datur ex huiusmodi actibus ista quasi possessio fraternitatis, & opus est aliunde hoc probare: Ita in terminis concludit *Dec.cons.514.visis his,num.4.& 5 & cons.531.accuratè nu.4.& cons.320.in causa qua Alexandria,col.penult.in fi.vers.tertio respondetur,n.9 post Anchar.cons.52.pro clariori,nu.7.& 8. Capr.cons.16.nu.8.cum aliis per Tiraq.de retract.lignag.§.1.glos.16.num.1.& 6. Mascard.conclus.412.nu.9. vsque ad 15.tom.1.*

Quamuis in prædicta quæstione verior sit opinio eorum, qui concludunt, quod fraternitas probetur sufficienter per tractatum, & nominationem:
11 † Nam quamuis isti actus conueniant non solis fratribus, sed etiam extraneis, qui se fraterna dilectione diligunt, *l.nemo,§.qui frater.ff.de hared.instit.* Tamen satis est, quod testes concludant præsumptiue, scilicet per præsumptiones à iure ap-
12 probatas, † *l.omnes,§.lucius,ff.de his qua in fraud.credit. l.dolum,C.de dolo: Bart.in l.1.ff.si cert.petat.* Sed ex eo quod isti habuerint se pro fratribus, & ab aliis pro talibus fuerint reputati resultat præsumptio iuris, quod sint tales: Vnde incumbit onus probandi aduersario, donec probetur contrarium:
13 † Ita in specie concludit *Castr.consil.151. viso puncto facti, col.1. ad med. vers.sed ad hoc respondetur,lib.1. post Cin. in l.epistolis 13. in fin. vbi Bald. num.1.& 4 Fulgos.nu.3.ad med. Alber.ad fin.nu.5. C.de probat. Bartol.in l.non nudis 14.in 2.lect.in fi. Petr.de Bellapertic.post princ. C.eod.tit. Idem Bart.in l.vbicumque, §.interdum, in fin. de vener.in possess.mittend. Felin. in c.per tuas 10.colum.fi. post princ.vers.secundo nota quod sicut est dare,nu.17. de probat. Ang.in l.1.nu.3.C.quor.bonor.* vbi quod ita fuit habitum in facto loquens tam in fraternitate, quam in consortio, *Albens.cons.83.nu.23.vsque ad*
14 † vbi testatur de magis communi, quamuis tractetur in decisoriis pro obtinenda hæreditate, *Aym.cons.149.col.2.ad fi.vers.sed tamen aduertendum,n.2.Corn.cons.1.col.12.in princ vers.non obstat quod dicit,n.12.ad fi lib.3. Tiraq.de retract.lignag. §.1.glos.16.nu.9.* vbi allegat *Masuer.tit.de probationib. §.item si fiscus possides: Barbat.cons.14.n.33. lib.1. Mascard.conclus.411.in verb.consanguinitas, n.15.& 16.Rub.Alex.cons.16.n.16.& 17.*

EPITOME.

Parochus an præferatur in sepultura Parochiani, sicut in administratione Sacramentorum. ¶ Et quando debeat præmoneri per Fratres volentes deferre ad suas Ecclesias cadauera defunctorum. ¶ Et quid in hoc decreuerit Sacra Congregatio Regularium. ¶ Verbum, *liberè*, quid significet. ¶ Cura animarum, & potestas absoluendi à peccatis, & administrandi Sacramenta an possit præscribi, & in alium transferri. ¶ Priuilegium concessum Ecclesiæ quando possit tolli per Prælatos. ¶ Consuetudo recitandi officium, & recipiendi funeralia per Canonicos, & Parochum in Ecclesiis Mendicantium quando corpora defunctorum ibidem deferuntur an valeat. ¶ Concessio consequenti quo casu censeatur datum antecedens. ¶ Consuetudo immemorabilis, quæ habet vim tituli, an sit sublata per derogationes vniuersales. ¶ Ius reuerentiale an amittatur per consuetudinem contrariam. ¶ Decretum irritans an aliquid operetur, si non appareat quod quis velit illo vti. ¶ Libera sepultura, quæ conceditur Fratribus ex Bulla Pij V. & ex Mare magno quomodo, & in quibus casibus procedat.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo recitandi officium, & recipiendi funeralia per Canonicos, & Parochos in Ecclesiis Mendicantium quando cadauera defunctorum ibidem deferuntur an valeat nu.3.10.27.*
2 *Consuetudo immemorabilis habet vim tituli, & priuilegij, etiam in casibus Principi reseruatis, n.4.*
5 *Derogatio consuetudinis, etiam cum dictione vniuersali non comprehendit immemorabilem, nu.6.*
7 *Consuetudo attenditur in materia funeralium circa personas, quæ in illis debent interuenire, quamuis aliis Ecclesiis concedatur libera sepultura, n.8.*
9 *In præcedentiis standum est consuetudini.*
10 *Ius reuerentiale non amittitur per consuetudinem contrariam.*
13 *Fratres Mendicantes habent liberam sepulturam. Intellige vt nu.15.16.& 21.*
14 *Verbum, liberè, excludit omne impedimentum, & alterius licentiam.*
17 *Bulla Pij V. concedens fratribus facultatem deferendi corpora defunctorum ad suas Ecclesias, & illa leuandi absque interuentu alieno est reducta ad ius commune, sicut etiam Mare magnum, n.18.*
19 *Clausula decreti irritantis intelligitur, si pars vti voluerit, si est posita in dispositione particulari secus generali.*
20 *Priuilegium concessum toti Religioni an per Fratres possit tolli, nu.22.23 & 24.*
25 *Cura animarum, & potestas administrandi sacramenta, & absoluendi à peccatis potest præscribi, & per consuetudinem in alium transferri. Declara vt num.26.*
28 *Parochus debet dare licentiam, & vltimum vale, vt corpus parochiani possit sepeliri. Contrarium nu.33. Sed prima opinio est verior, nu.34.36.37.38.39.40.41.& 42.*
29 *Portatio funeris etiam ad alienam Ecclesiam competit Rectori parochiali.*
30 *Parochus præfertur cunctis in administratione sacramentorum, & sepultura parochiani.*
31 *Omnes res sacræ, & Ecclesiasticæ possunt dici sacramenta Ecclesiæ.*
32 *Sepultura pertinet ferè ad officium diuinum.*
35 *Concesso consequenti censetur datum antecedens, dummodo non sibi ius dicatur pro illo consequendo.*
43 *Parochus est præmonendus per fratres volentes deferre cadauera defunctorum ad suas Ecclesias, iuxta constitutionem Leonis X. & decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium, nu.44.45.46.& 47.*

CAPVT CCCCXCII.

Obstare videtur Reuerend. Fratribus Ordinis Mendicantium immemorabilis consuetu-

1 do,† quam præsupponunt habere Reuer. Domini
Canonic decantandi, & recitandi officium etiam
cum stola in Ecclesiis dictorum regularium quo-
ties cadauera defunctorum ibidem deferuntur, &
recipiendi emolumenta funerum tam ordinaris,
quàm extraordinaria, ac illa etiam pro missis di-
stribuendi, Etenim talis consuetudo immemora-
2 bilis habet vim tituli, † priuilegij, *c. super quibus-*
dam, §. præterea, de verbor. significat. Alex. cons. 6. n.
1. Felin. in c. accedentes, col. 5. vers. tertius casus, &
vers. nam in illa præsumitur, de præscript. cum aliis
per Gabr. cod. tit. conclus. 1. n. 1. & 2.

Neque obstat declaratio Sacræ Congregationis
3 Concilij, dum censuit prædictum officium, † non
posse recitari à Presbyteris secularibus inuitis
Fratribus; Quia per talem declarationem non
censetur derogatum huic consuetudini imme-
morabili, vt in similibus casibus resoluit *Rot. co-*
ram Cardinali Seraphino Salamantina iurisdictio-
4 *nis, 23. Octobris 1579. & 27. Iunij 1582.* † Quia huius-
modi consuetudo habeat vim legis, & priuilegij,
etiam in casibus reseruatis Episcopo Prælatis, &
Principi, *Abb. cons. 94. n. 2. lib. 1. & in cap. cum ne-*
bis, colum. 1. de præsumpt. Ias. consil. 208. col. penul-
tim. lib. 2. latè Gab. dict. conclus. 1. n. 3. cum seq. de præ-
5 *script. Socin. cons. 7. n. 4. lib. 3.* † Cum expressa mentio
sit facienda istius consuetudinis, vt intelligatur
reuocata consuetudo immemorabilis, quæ non
comprehenditur in reuocatione consuetudinis
etiam cum dictione vniuersali, *Ruin. cons. 13. n. 30.*
lib. 1. Aym. de antiqu. tempor. part. 4. §. materia ista
n. 47. Couarr. lib. 3. var. resolut. cap. 14. n. 5. Rot. coram
R. P. D. Orano Palentina iurisdictionis, 25. May 1565
de qua per Garz. de benefic. p. 3. c. 2. n. 190. Gonzal. ad
6 *reg. 8. glo. 33. nu. 2.* † Vnde *Concil. sess. 6. c. 4. & sess. 25.*
cap. 6. & sess. 24. c. 10. de reform. dum derogat qui-
buscumque consuetudinibus non sustulit imme-
morabilem, prout sæpius declarauit Congregatio
eiusdem Concilij, vt per *Garz.* qui d. declaratio-
nes adducit *d. p. 3. c. 2. n. 194.*

Maximè in materia funeralium, in quibus statur sem-
per consuetudini circa personas, quæ in illis de-
7 bent interuenire, † quamuis aliis Ecclesiis libera
sepultura concedatur *Gloss. in clem. dudum, §. ve-*
rum ne parochiales, in verb. integre, de sepultur. Abb.
in cap. cum liberum 6. in fin. vers. & cum sit concessa,
& vers. & acta hoc vltimum, & ibi etiam Anchar.
in fin. vers. & prædicta faciunt, eod. tit. Idem Anch.
in d. clem. dudum, §. huiusmodi, in prin. vers. vbi etiam
tetigi quod tangit, num. 8. & ibi Imol. num. 65. colum.
16. in princip. & Card. in fin. vers. primum tamen ob-
8 *seruatur, de sepult.* † & ibi per eos concordantur
consilia contraria *Oldrad. 82. & 225. n. 14.*

Prout etiam hoc procedit in huiusmodi iuribus præ-
cedentiarum, in quibus consuetudo attenditur
9 † *Bald. in cap. cum olim, de consuetud. Rot. decis. 4. in*
fin. de electione. in nou. Menoch. cons. 126. num. 3. lib. 2.
Præsertim quando talis consuetudo iuuaretur
10 spatio 40. annorum, ne dum immemorabili, †
tunc enim est seruanda quo ad ista, quæ fiunt in
Ecclesiis, *Purpur. in l. 1. nu. 101. ff. de offic. eius, post*
Andr. Sicul. cons. 5. lib. 3. & in sedendo contra ius
alterius *Aret. cons. 23. nu. 11. ad med. Felin. in cap. au-*
ditis 15. colum. 14. in princip. versic. cui adde omnino,
11 *nu. 22. de præscript. Roland. cons. 5. nu. 71. lib. 1.* † Ita vt
stante patientia, & consensu fratrum tale ius mi-
nistrandi circa defunctorum cadauera sit in alios
translatum, quamuis ad eos pertineret *Ruin. cons.*
155. n. 4. & 5. lib. 4. post l. nnec. inc. cum olim, il 3. de re-
12 *stit. spoliat. & in cap. dilectus, de capell. monachor.* †
Intelligendo quo ad iura sibi competentia, prout
est casus noster, quidquid aliud sit quo ad ius reue-
rentiale, seu prælationem, vt declarat *idem Ruin.*
d. cons. 155. n. 18. in fin. lib. 4.

Non obstat quod fratres debeant habere liberam se-
13 pulturam *iuxt. clement. dudum, de sepultur.* † quæ
non posset dici libera, si capitulum ipsis inuitis
posset prædicta exercere, cum verbum, liberè, ex-
cludat omne impedimentum, *Bald. in cap. quæ in*
14 *ecclesiarum, nu. 4. de constitut.* † & faciat, vt actus
possit expediri absque alterius licentia, & aucto-
ritate *Rip. in l. nemo potest, num. 26. de legat. 1. Socin.*
Iun. cons. 72. n. 7. lib. 2.

Quia ista libera sepultura solùm consistit, vt fratres
possint ad eam recipere omnes, qui sepeliri elege-
15 rint in eorum ecclesiis, † Non tamen ex hoc
tollitur illud, quod aliis debetur de iure commu-
ni, seu ex consuetudine circa ea, quæ seruantur in
huiusmodi funeralibus, cum non sint contraria d.
sepulturæ, nec quæ illi repugnent, prout ita re spon-
det *Gloss. in dict. clem. dudum, in verb. integrè. &* se-
16 quitur *ibid. Imol. n. 65. & Card. in fin.* † Cum etiam
latis sit, quod fratres fuerint priuilegiati circa ista
iura funerandi, quæ antea non habebant tam-
quam carentes populo, *Gloss. in d. clem. dudum, §.*
huiusmodi, in verb. sepulturam, Host. in c. 1. post prin.
vers. caue tamen ibi, de sepultur.

In Bulla *Pij V. 140. §. nec non fratres isti.* Verum est
quod concedit in facultas dict. fratribus deferen-
17 di corpora defunctorum ad suas ecclesias, † & illa
leuandi ex eorum domibus absque interuentu a-
liorum; Sed d. constitutio fuit reuocata, & reda-
cta ad terminos iuris communis, & Concilij Tri-
dentini, vt per *Gregor. XIII. const. 15. incipien. in*
18 *tanta, de qua in Bull. fol. 209.* † Prout etiam Mare
Magnum fuit reuocatum per *Clement. VIII. &*
prius per Gregor. XIII. dict. constit. 15. de qua memi-
nit *Nauar. in fin. sui Manual. & Paul. Fusc. de visi-*
19 *tat. l. 1. cap. 25. n. 8. ad med.* † Qua reuocatione stan-
te non est quærendum de clausulis decreti irritan-
tis, & annullatiuis, de quibus in d. mari magno, ma-
ximè quia neque obstarent, cum sint appositæ in
speciali commissione, & gratia, ac priuilegio ad
commodum priuatum, non autem in dispositione
generali ad vtilitatem publicam, Vnde tales clau-
sulæ intelliguntur quatenus partes vti voluerint
secundum distinctionem, de qua per *Doctores in*
cap. statutum, de rescript. in 6. Cardin. cons. 71. nu. 2.
cum aliis per Gabriel. de clausul. conclus. 3. num. 23. &
24. Felin. in c. cæterum, col. 15. in fin. vers. solutio forte
dici potest, nu. 29. de rescript.

Priuilegium concessum fratribus, quod non fuerit
20 amissum tamquam datum toti religioni, † non
obstat, Quia verius est quo stante spatio 40. ann.
ne dum immemorabili potuerit per fratres præiu-
dicari Ecclesiæ *Felin. in c. cum accessissent, 8. col. 16.*
post med. vers. tertio limita, num. 29. de constit. Ruin.
cons. 118. n. 11. in princ. lib. 1. And. Gail. obseruat. nu.
12. vers. secundo casu, lib. 1.

Præterea non est sublatum priuilegium, quamuis a-
21 lij interueniant in illis funeralibus, † cum talium
præsentia non repugnet sepulturæ, vt dictum est
ex Gl. in clem. dudum, §. huiusmodi, in verb. integrè,
22 *& ibi Imol. n. 65. & Cardin. in fin. de sepultur.* † Cum
etiam ex hoc oriatur leue præiudicium Ecclesiæ,
quo casu potest illi præiudicari per Prælatum in

piruilegiis eidem Ecclesiæ concessis, Felin. in c.
cum acce[..]ssent, col. 17. in princip. vers. & pro intelli-
23 gentia huius limitationis, nu 30. de const. † vbi etiam
idem concludit quando ex tacita renunciatione
reducitur ad ius commune, Abb. in c. veniens, co-
lum. 2. vers. concludendo prædicta, de præscript.
Cum etiam valeant consuetudines onerosæ, & præ-
iudiciales Ecclesiis quando sunt inductæ per tan-
tum tempus, cuius initij memoria non existit
24 † Bald. in c. 1. in princip. colum. 3. vers. quæro quanto
tempore, nu. 8. de his qui in feud. dar. poss. Paris. cons.
2. n. 12 li. 1. Gemin. in cap. fin. in princ. colum. penult.
ad med. vers. vnde dicit considerandum, nu 9. de con-
suetud. Aym de antiq. tempor. p. 4. §. materia ista sin-
25 gularitatis, nu. 22. fol. 181. † Et generale est vt etiam
cura animarum, & potestas administrandi sacra-
menta, & absoluendi à peccatis, & similia possint
præscribi, & consuetudine immemorabili induci,
vt ad alterum pertineant, quam ad eum, cuius est
parochia, & ad quem aliàs de iure communi talis
administratio pertineret, Gloss. in clem. quia contin-
git, § cæterum, in verb. parochiales, & ibi Imol. col.
penult. in fin. nu. 20. & ibi Anchar. colum. 6. post prin-
cip. n. 17 & 18. in 13. & 14. notab. & ibi Car. in fi. vers.
secundo quæro, n. 3. de religios. domi. Prax. Arcihiepi-
26 scop. Neapolit. cap. 61. nu. 2. † Maximè quando isti
tales, qui prætendunt huiusmodi consuetudinem,
seu præscriptionem sunt capaces dictorum iu-
rium, Ruin. cons. 156. in fin. versi. & per hoc responde-
tur, lib. 4. per text. in cap. vltim. de offic. ordin. in 6. &
clem. statutum, de elect.
Similis quæstio iterum occurrit in Parocho sæcula-
27 ri, in quo idem dixi obseruandum, † quod in Ca-
nonicis conclusum fuit, cum militent in vtroque
casu omnes rationes supra adductæ, Ideò est ma-
nutenendus in sua possessione longissimi tempo-
ris, vt possit aqua benedicta cadauer aspergere, &
pluuiali indutus absolutionem dare, antiphonam
inchoare, & alia munia exercere, quæ in huius-
modi ministerio circa corpora defunctorum ad-
hiberi solent etiam quod illa deferantur ad Ec-
clesias Fratrum Mendicantium, non obstante de-
claratione Sacrę Congregationis, quæ dict. Fratri-
bus talia munia defert, cum per illa non censea-
tur derogatum consuetudini immemorabili pa-
rochorum ex supra allegatis, in princ. vers neque
obstat declaratio.
Quod magis est in parocho, cum de iure communi
non possint Fratres sepelire corpus Parochiani
28 † non interessente illo, ac iubente, & dicente an-
tiphonam subuenire, vt declarat Imol. in clement.
dudum, colum. 16. ante med. versic. nota bene, n. 66. &
ibi Cardin. in §. huiusmodi, in fi de sepultur. Oldrad.
29 cons. 82. an fratres, n. 2. versic. nam & portare. † Cum
etiam portatio funeris ad Ecclesiam quoque alie-
nam de iure competat Rectori Parochiali, Gemin.
in cap. vt animarum, nu. 20. post med. de constit. in 6.
Immò etiam sicut Parochus præfertur cunctis in
30 administratione Sacramentorum Parochiani, † I-
ta etiam erit præferendus in sepultura, quasi illa
magis videatur accedere ad communionem Sa-
cramentorum, quam ad communionem diuino-
rum officiorum, Nam licet septem sint Sacramen-
31 ta Ecclesiæ, † Tamen etiam vltra ea dicuntur Sa-
cramenta omnes res sacræ, Ecclesiasticæ, prout
post Feder. concludit Geminian. in cap. alma mater,
§ in festiuitatibus, nu. 8. ad fin. versic. & ista videtur
verior opinio, & ibi Costa. n. 7. vsque ad 10. de sentent.
excommunicat. in 6. Quamuis Couarr. ibid. in fin. §.
32 6. nu. 6. † teneat quod sepultura ferè ad officium
diuinum pertineat, quia funus ipsum ad Eccle-
siam defertur cum officio diuino, cap. quia diuina
13. quæst. 2.
Nec facit quod Parochus non possit in funere sus
33 etiam minimum sibi vendicare, † quando est
concessa sepultura libera Fratribus, cum mortuo
Parochiano sit dissolutum omne ius Parochi,
Vnde statim funus spectat ad Fratres iudicio de-
functi, qui apud eos elegit sepeliri, vt in specie
concludit Anchar. cons. 56. vbi etiam non appro-
bat, quod Parochus det vltimum vale defuncto,
Cardin. Thusc. conclus. 194. num. 3. in verb sepultura,
tom. 7.
Quia cons. Oldrad. 82. est magis communiter appro-
batum, dum vult, quod Fratres non possint pro-
pria auctoritate accipere cadauer absque paro-
34 † cho, quamuis habeant liberam sepulturam, cum
vltra supra allegatos idem firmet Rebuff. de sen-
tent. executoriis, artic. 3. gloss. 1. nu. 3. Euerard. qui te-
statur ita seruari loco argumentorum à concessione
consequentis ad concessionem antecedentis, col. 2. ad
35 fin. versic. secundo limitatur, num. 2. † vbi ita de-
clarat regulam, quòd concessio consequente cen-
setur concessum omne antecedens, seu præpara-
torium, dummodo ille, cui conceditur conse-
quens, non sibi ius dicat pro consequendo ante-
36 cedente, vel præparatorio, † Idem voluit Fusc. de
visitat. capit. 25. num 8. vbi quod sine permissione
Parochi, seu Episcopi Fratres non debent ingredi
alienam Parochiam, & parochus non debet im-
pedire, cum sibi consultum sit de iuribus sibi com-
petentibus, quod prius dixit Lapus Abb. in cap. vt
animarum, nu. 14. de constit. in 6. vbi post Ricard. de
37 Senis vnum ex compilatoribus Sexti. † concludit,
quod quamuis Religiosi habeant liberam sepul-
turam per priuilegium Apostolicum, non debent
intrare parochiam illius Ecclesiæ solemniter cum
Cruce, & aliis consuetis, & quod sunt excommu-
nicati, si adsit statutum Episcopi, quod intrans a-
38 lienam Parochiam sit excommunicatus, † quam-
uis Geminian. in dict. cap. vt animarum, n. 20. distin-
guat, vt non sint excommunicati, quando priuile-
gium concedit liberam sepulturam, secus quando
39 non adest ista dictio liberè, † Tamen verior est
prima opinio indistinctè, cum illa verba liberè
non excludant Parochum, vt dictum est supra, &
Lapus loquitur etiam stante dictione liberè, prout
etiam loquuntur Cardinal. & alij supra allegati.
Marc. Anton. Mayscotus in repet. dict. cap. vt ani-
marum, num. 42. & 43. Vgolin. de potest. episcop. cap.
40 17. num. 3. † vbi quod est requirendus Parochus,
quamuis eligatur sepultura in Ecclesiæ sæculari
alterius Parochi Stephan. Quarant. in Bullar. in
verb priuilegium regularium, fol. 405. Vbi concludit
pro parocho Cardin. Thusc. conclus 194. nu 7. tom.
7. vbi etiam admittit requirendum esse Parochum
iuxta d. consil. Oldrad. 82. Ideò non est curandum
41 de Anchar. dict. cons. 15. † Quamuis etiam ipse ad-
mittat seruandam esse consuetudinem præscri-
ptam longo tempore, Prout neque est attenden-
42 da opinio Rodrig. quæst. regul. tom. 3. quæst. 58. art. 3. †
dum excludit licentiam parochi ad fauorem Fra-
trum, quia etiam ipse loquitur contra receptam
omnium sententiam, licet idem quoque admittat
consuetudinem, ne litigio personæ Ecclesiasticæ
inuoluantur.

Quibus adde quòd Leo X. in Concilio Lateranensi
43 statuit prius præmonendum esse Parochum, † & requirendum, dummodo pro Fratribus non adsit contraria consuetudo, quod etiam admittit *Rodrig. quæst. regul. tom. 3. quæst. 58. art. 3.* quamuis dicat hoc non obstare cum priuilegia Fratrum, quæ fuerunt reuocata in Concilio Lateranensi, sint in pristinum restituta præter illa, quæ sunt contraria
44 Concilio Tridentino, † Sed quidquid ipse dicat in Sacra Congregatione Episcoporum, & Regulatium 12. Ianuar. 1604. conclusum fuit pro parochis contra Fratres, prout in decreto super hoc edito, cuius tenor talis est.

Licèt in sacro generali Lateranensi Concilio statutum, & ordinatum fuerit, vt Fratres Ordinum Mendicantium, cæterique religiosi regulares non
45 possint intrare Parochias cum Cruce † ad leuanda funera eorum, qui apud Ecclesias domorum, & locorum eorumdem suam elegerint sepulturam, nisi prius præmonito, & requisito, ac recusante parochiæ præsbytero, & tunc sine eius, & ordinarij præiudicio, Significatum tamen est Sacræ Congregationi S. R. E. Cardinalium negotiis Episcoporum, & regularium propositæ nonnullos Fratres præsertim Ordinis Minorum de obseruantia cuiusdam consuetudinis prætextu, quam neque antiquitate vallari, neque obseruantia viridi inuiti, neque pacifica, & non interrupta possessione firmatam esse constat; contendere sibi licere defunctorum funera proprio eorum parocho absente, eoque irrequisito efferre, & leuare, idque haud leues controuersias, & altercationes aliquibus in locis non sine populi scandalo, &
46 Dei offensione excitasse, † Ideò volens eadem sacra Congregatio omnem eiusmodi dissensionem, & scandalorum materiam, & occasionem præcidere, atque in futurum prouidere, vt tam Parochi, quàm Fratres ipsi vnanimi inter se voluntate, & ea qua par est charitate, vltima hæc Christianæ pietatis officia defunctis præstent, declarat, & huius decreti tenore statuit, prædictis Fratribus Ordinis Minorum de obseruantia, aliisque quibusuis Regularibus quorumcumque Ordinum, & Congregationum, tam Mendicantium,
47 quàm non Mendicantium existant, † nullo modo licere, etiam specialis alicuius consuetudinis prætextu parochias cum Cruce processionaliter, aut aliàs ad efferenda, & leuanda defunctorum funera intrare, vel illa leuare, & efferre, nisi vocato, & expectato proprio defuncti Parocho, eoque ibidem præsente, si tamen ipse aliter fieri non consentiat, & permittat, vel nisi requisitus, venire expressè omninò recuset, Atque ita obseruari mandat, & distinctè præcipit, firmis de cætero, & in suo robore permanentibus iis omnibus, quæ super quarta funerum, & canonica portione aliisque iuribus ad sepulturas pertinentibus, à sacris Canonibus, & Conciliorum decretis, Summorumque Pontificum Constitutionibus hactenus sancita, atque ordinata sunt, vel aliàs ex particulari consuetudine, vel alio iure obseruantur *Romæ die 12. Ianuar. 1604. Alex. Card. Florent. Hieronymus Agucchius Secret. Apud Impressores Camerales.*

EPITOME.

Conditio respiciens plures personas an debeat verificari in omnibus. ¶ Indefinita an æquipolleat vniuersali collectiuè, vel distributiuè. ¶ Testator si relinquat vsumfructum vxori vnà cum suis hæredibus, si vnus ex eis diuidat an vxor licitè petat aliud legatum sibi factum casu quo non posset stare cum eisdem hæredibus, quamuis alij cohæredes sint parati cum ea simul habitare. ¶ Et quomodo in hoc consulatur eis, qui volunt obedire præcepto testatoris contra alios contrauenientes. ¶ Proximitas grauantis, vel grauati quando attendatur in successionibus. Et quales coniecturæ debeant esse. ¶ Et quid si vocentur sibi proximiores, vel in sua familia, vel hæreditate sua, vel in suis bonis, vel quod sint sui hæredes, vel in vocatis nomine collectiuo, vel si vterque prouenit à testatore grauante. ¶ In substitutione proximiorum an omnes in pari gradu succedant.

SVMMARIVM.

1 *Testator si relinquat vsumfructum vxori vnà cum suis hæredibus, si vnus ex eis diuidat poterit vxor petere aliud legatum eidem factum, si non possit viuere cum eisdem hæredibus, quamuis alij cohæredes vellent cum ea simul habitare, n. 2. 3. & 6.*
4 *Conditio respiciens plures personas debet verificari in omnibus, nec sufficit quod in aliquibus adimpleatur.*
5 *Conditio casu quo non possit viuere cum suis hæredibus est indiuidua, & formalis, & non habet locum in parte.*
6 *Indefinita æquipollet vniuersali collectiuè, non distributiuè.*
8 *Hæres vnus non parens conditioni appositæ per testatorem in præiudicium cohæredum tenetur ad interesse, num. 9.*
10 *Cohæres impediens præstationem legati damnatur iudicio familiæ erciscundæ alteri cohæredi.*
11 *Vnus ex hæredibus non potest proprio facto se abdicare in præiudicium cohæredis.*
12 *In substitutione proximiorum omnes, qui sunt in gradu æqualiter concurrunt.*
13 *Proximitas grauantis, non grauati attenditur in successionibus, nu. 15. 16. 17. Contrarium num 18. Sed prima opinio est verior, nu. 19. Maxime stantibus coniecturis, num. 20. Et quales debeant esse numero 21.*
14 *Affectio testatoris est interpres dubiæ mentis, quæ magis dirigitur ad suos proximos, quàm alterius.*
21 *Testator vocando sibi proximiores, vel in sua hæreditate, vel familiam suam, vel in suis bonis, vel quod sint sui hæredes non censetur vocasse proximiores grauati & nu. 23.*
24 *Proximitas testatoris attenditur in vocatis nomine collectiuo, n. 25.*
26 *Quæstio an attendatur proximitas grauantis, vel grauati procedit solum inter eos, qui non descendunt à testatore, secus si vterque ab eo prouenit.*

CAPVT CCCCXCIII.

IN facti specie exhibita adsunt duæ dispositiones, seu duo legata, Vnum videlicet, dum testator relinquit vxorem Dominam, & vsufru-
1 ctuariam omnium bonorum † vnà cum infrascriptis eius hæredibus, Alterum dum relinquit eidem vxori casu quo non possit viuere cum dictis hæredibus vltra eius dotem omnes fructus Montium

tium non vacabilium existentium in Vrbe duran-
te eius vita, quæ post eius mortem reuertantur ad
hæredes ipsius testatoris.

Quibus duabus dispositionibus stantibus conclu-
dendum est, quod si contingat vnum ex filiis, &
hæredibus ab aliis diuidere, & seorsum vitam de-
2 gere, † quod vxor testatoris possit petere se-
cundum legatum, & sit adimpleta conditio non
obstante, quod eadem vxor possit insimul coha-
bitare, & viuere cum aliis tribus filiis, & hæredi-
bus, Nam vt non sit locus secundo legato, & ac-
quiratur primum, requiritur, vt simul & coniun-
ctim vxor viuat cum omnibus hæredibus, non
autem distributiuè, Etenim ita testator disposuit,
dum legauit vxori vsumfructum simul cum suis
hæredibus, & casu quo non possit viuere cum
3 illis processit ad aliud legatum, † quod fuit trans-
latum in hoc secundum loco pœnæ propter ino-
bedientiam filiorum *l.1.§.item si ita, ff ad leg.Fal-
cid.l. ff.de pæn.legat.* & notat in specie *Castr.cons.*
167.num.2.vers.dico autem in hoc.lib.1. quod etiam
4 est de iure communi, † cum simus in conditione
respiciente plures personas, quæ debet verificari
in omnibus, nec sufficit, quod in aliquibus ad-
impleatur *Rip.in l.heredes mei.§.cum ita, num.95.de
vulg.& pupill. Ruin.cons.52.nu.1.ad med.lib.3. Car-
din. Mant.* qui de communi *de coniect.vltim.volun-
tat.lib. .tit.8.n.3.* † Maximè, quia ista conditio ca-
5 su quo non possit viuere cum suis hæredibus tan-
quam indiuidua, & formalis non potest scindi,
aut diuidi, sed debet verificari in omnibus, ne-
que enim sufficit quod in parte adimpleatur cum
aliquibus ex filiis *Cin.in l.si plures, oppos.2.Cod.de
condit.insert. Alber.in l.statuliberos,§.1.in princ.D.
de statulib. Alex.cons.75.nu.9.lib.7.Tiraquell.de
6 ret.act. lignag.§.1.glos.21.nu.13.* † Et in propriis ter-
minis conditionis, de qua agimus, concludit *Surd.
cons. 56.n.13 cum seq.lib.2.post Ruin.cons.80.nu.3.&
4.lib.2.& cons.81.n.12.& 13.eod.lib.Roland.cons.89.
7 n. lib.3.* † vbi dat rationem, quia indefinita æqui-
pollet vniuersali collectiuè, non distributiuè,
*Iason.in l.si ita scriptum filiabus, ff.de legat.2.Alex.in
l.qui filiabus, in princ.ff.eod.tit.*

Consuletur tamen hæredibus, quorum culpa, vel
facto ista diuisio non euenit, vt agant ad omne
8 interesse, & damnum, † quod ex huiusmodi diui-
sione patiuntur contra cohæredem dantem cau-
sam edicto, qui in prædictis condemnabitur, vt
in specie concludit *Castr.cons.167. considerandum,
n.2.vers.dico autem in hoc lib.1.per text.in l.2.§.item
9 si in fat. ff.de verb.obligat.* † vbi si vnus ex hære di-
bus contrauenit in indiuiduis reperitur à contra-
uenientie quod per alios soluitur *l.dedi.3.§ vlt.in
fi.D.de condict.caus.data caus.non secut.& est tex.in
l.heredes §.non tantum vers.si incerto. & vers. idem
10 est è contra D.famil.erciscund.* † vbi de vno ex co-
hæredibus non consentiente præstationi legati
illud impediendo contra mandatum testatoris,
quod damnabitur illo iudicio familiæ erciscundæ
cæteris cohæredibus quanti eorum interfuit, Ita vt
si pluris damnati fuerint dare propter dissensum
vnius impedientis quod aliis cohæredibus fieri
expediebat, semper ab isto damno releuentur, vt
dicitur *in d.§.non tantum, ante fin.* & notat *Alber.*
qui similia adducit *in l.2.§.si tamen hominem, col.4.
ante med.n.1 .& 13.D.de verb.obligat.*

Protestatio igitur fiet per hæredes obseruare volen-
tes contra impedientem offerendo se paratos sta-
re, & habitare communiter cum vxore, & omnia
facere, & adimplere, ad quæ tenentur iuxta vo-
luntatem testatoris, ad hoc vt eis non imputetur,
11 † cum non sit in facultate vnius hæredis proprio
facto se abdicare in præiudicium aliorum cohæ-
redum *l.cætera,§.fi.de legat.1.* & notat in proposi-
to *Alex.cons.158.n.2.lib.7. Surd.de alim.tit.4.qu.
15.per text.in l.qui concubinam.§.vxori meæ in fi.de
leg.3.l.si quis ita legauerit.& l.illis libertis, in princ.
D.de condit. & demonstrat. l.annua, in princ. ff.de
ann.legat.*

Quo ad alterum dubium concludendum est, quod
vterque sit admittendus ad fideicommissum.
12 † Cum enim fuerint substituti proximiores, &
tam vnus, quàm alius sint in pari gradu omnes æ-
qualiter concurrunt *l.2.§.hereditas, ff de suis & le-
gitim.heredibus, §.si plures instit. de legit. agnator.
succession. Aym.cons.180.n.3.Card. Mant.de coniect.
vltim.voluntat.lib.8 tit.12.n.33.Gabr.cons.123.n.2.in
fi.lib.2.*

Neque obstat, quod non simus in proximiore graua-
ti, Quia sufficit illum esse proximiorem testatoris
13 grauantis, † Cum in fideicommissis, & eorum suc-
cessione attendatur illius proximitas, non autem
grauati, quasi in ea succedatur ipsi testatori, cuius
14 † affectio est interpres dubiæ mentis *l.qu. liberis,
§.hac verba, ff de vulgar.& pupillar.* & talis affe-
ctio magis ad ipsius, quam ad alterius proximos
dirigitur *l. lucius, in fi. de hered.b.instit.* & ista est
15 verior, & magis communis opinio, † quidquid a-
lij malè senserint, vt latissimè testatur *Surd.* qui
pro omnibus sufficiat *cons.31.nu.29 & cons.345.nu.
14.lib 4.& cons.120.nu.8.lib.1.& decis.66.nu.15.post
Bart.in l.si cognatus.col.vlt.de reb.dub.& in l peto.§.
fratre de leg.2.* & pluribus comprobat *Rub. Alex.
in l.gallus,§.quidam rectè,n.76.cum sequ.de liber.&
posthum.* cum aliis per *Menoch.consil.124.num.30.
16 vsque ad 56. lib.2.* † prout etiam tanquam verio-
rem, & magis receptam sententiam sequitur *Ga-
br.cons.86 n.11. lib.1.& cons.107.nu.9.col.1.ad med.
vers.sin autem contra.& cons.121.num.10.eod. lib.&
cons.130.n.50.lib.2.Rusti.ad l.cum auus,lib.5 c.10 n.
30.de condit. & demonstrat.Cenar. pract quæst.c.58.
col.4.vers.sic sane.n.3.Port.cons.55.nu.85.Zanc.in l.
heredes mei.§ cum ita nu.1114.vers.quod enim.D.ad
trebellia.Guald.de art.testan.tit.5.caut.21.n.3 tom.8.
17 par.1.fol.124* † Cæteros consulto omitto, cum per
præfatos Doctores latissimè ostendatur hanc esse
verissimam opinionem respondendo omnibus,
quæ in contrarium opponuntur, & præcipuè per
*Menoch.d.consil.124 per tot. lib. .& per Gabr.d.
cons.121.lib.1.* & ita etiam practicari testatur *Pere-
gr.de fideicommiss.art.20 nu.3.post princ. Molin.de
primog.hispan. lib.1.c.6.n.46. Rim.Iun cons.246.nu.
38.cum seq.lib 3.*

Verum est, quod *Rot. Romana coram R.P.D.Robuste-
rio. Bononien.fideicommissi de Bereis 5. Maij 1574.
18 inter decis.diuers.72.pag.1* † sequitur contrariam
opinionem, quod immo sit attendenda proximi-
tas grauati in fideicommissis, non autem testato-
ris, vbi etiam attestatur hanc esse magis receptam,
nam quamuis multi dicant contrariam esse magis
communem, Tamen in hoc standum est potius
attestationibus iuniorum, prout ibidem multi re-
centiores adducuntur, qui ita attestantur. quod
etiam pluribus comprobat *Ludou. Molin.de pri-
mogen.hispanor. lib.3. cap.9.* cum aliis relatis per
Surd.consil.370.num.10. lib.3. Schrad. de feud.p.7.

*cap.7.nu.19. Rosental. eodem titul.cap.7.conclus.57. num.*10.

Non est tamen discedendum ab opinione supra firmata, quia non solùm est verior, sed hodie est magis recepta, † vt attestantur omnes Recentiores qui scripserunt vsque ad præsentem diem post *dictam decisionem R.P.D.Robusterio* 1572. Cum etiam multi ex supradictis loquantur in feudis, & in aliis casibus, in quibus potest cadere coniectura testatoris, quod voluerit vocare proximiores grauati, Et quamuis propter auctoritatem *Rotæ Romanæ d.decis.*72. posset aliquibus videri tutior eius opinio. Nihilominus quidquid sit de huiusmodi sententia in casu nostro non videtur dubitandum, quia in similibus dispositionibus atten-
20 dantur coniecturæ, † vt per *Rot.d.decis.72.nu.*4. satis est quod in testamento, de quo agimus, adest nedum coniectura, sed clara mens testatoris, qui apertis verbis disposuit semper velle, quod hæreditas sua debeat conseruari, remanere, ac restare in illis de sua familia ex linea masculina sibi pro-
21 ximioribus, † quæ verba in sua hæreditate, vel in suis bonis, vel quod sint sui hæredes, vel similia sunt relatiua ad personam ipsius testatoris non
22 grauati, vnde multò magis quando † prout in casu nostro addidit, quod sint sibi proximiores *Decian.consil.21.n.2.lib.3.Alex cons.56.consideratis n.2.& ibi Addit.in ver.testatoris lib.1.Marsil.sing.21. alias interrogatus n.1.per tex.in l.ex facto.in princ.& ibi Glo.& Bart.ff.ad trebell. Idem Bart. in l.cum in testamento de aur.& arg.legat.Curt.Iun.cons.5.n.3. Aret.in l.gallus,§.& quid si tantum,in 3.notab.de liber.& posth.C.Mantic. de coniect.vlt.volunt.lib.*8.
23 *tit.12.num.31. ad fin. vers.& nouissimè.* † vbi etiam idem concludit, quando testator dixisset familiæ suæ, cum etiam tunc debeamus interpretari de proximioribus testatoris *Alciat.in l.peto. §.fratre. n.5.de legat.2.*

Accedat quod sumus in vocatis nomine collectiuo,
24 quo casu attenditur proximitas testatoris † secundum magis communem opinionem, de qua per *Decian.cons.21.n.1.lib.3.* quem sequitur *Cardin. Mantic.de coniect.vltim.voluntat.lib.8.tit.12.nu.31.* vbi etiam quod hoc magis procedit quando, prout in casu nostro, non supersunt descendentes legitimi ex vltimo, qui decesserit *Gabr.cons.112.num.*
25 *12.& 13.lib.2.*† vbi quod si fideicommissum est restituendum à grauato non descendentibus immediatè, vel mediatè ab ipso primo hærede grauato, sed collateralibus testatoris ex ipso primo originem trahentibus, tunc videtur testator voluisse præferre proprios propinquos, & consequenter esse attendendam eius proximitatem tanquam magis prædilexerit suos, quàm alios *Bart.in l.cum in testamento, ff.de aur.& argent.legat. & in l.si cognatis, de reb.dub.*

Notandum est tamen, quòd si proximior grauati descendit etiam à testatore, præfertur alteri etiam
26 proximior testatoris, † quia ista controuersia procedit solum inter eos, qui non descendunt à testatore, sed vbi vterque prouenit à testatore cessat dubium, quia donec aliquis extat de linea grauati semper ille est præferendus *Surd.cons.370.n.15.lib.3.* vbi quod donec existit aliquis de linea eius, qui fuit admissus, numquam succedunt qui sunt de altera linea, licèt descendant ab eodem stipite *Gab.cons.112.nu.13.lib.2.Natt.cons.22.Cephal.cons.301.n.110.lib.3.Molin.de primog.hisp.lib.3.c.4.n.14.*

EPITOME.

Administrator an possit conueniri spolio ante redditam rationem. ¶ Vxor an præsumatur scire ea, quæ continentur in capitulis matrimonialibus factis cum marito. ¶ Receptio pensionis nomine alterius an probet possessionem. ¶ Clausula, *quam & quas*, quando inducat omne ius, & actionem spolij. ¶ Condemnatio in fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt quo casu admittatur. ¶ Conclusio super remedio reintegrandæ qualis debeat esse. ¶ Bona fides, & probatio dominij & melioramentorum quando excludat spolium. ¶ Ægidiana an habeat locum stante notorio grauamine. ¶ Actio spolij an detur contra cohæredem, & quanto tempore præscribatur.

SVMMARIVM.

1 *Iniustitia notoria excludit Ægidianam.*
2 *Clausula, appellatione remota, non habet locum vbi quis manifestè grauatur.*
3 *Administrator retinens bona, quæ administrauit non potest conueniri spolio, donec rationem reddiderit. Idem in hærede n.4.*
5 *Contra administratorem debet agi ad factum, non ad certum quid.*
6 *Remedium spolij non datur contra cohæredem.*
7 *Spolium non competit quando ex conuentione partium constat de veritate dominij, n.8.*
9 *Scientia vxoris præsumitur circa contenta in capitulis matrimonialibus factis cum marito.*
10 *Productio scripturæ arguit scientiam contentorum.*
11 *Testes etiã de credulitate probant contra producẽtem,*
12 *Retentio competit pro melioramentis probatis in genere, & excluditur spolium, n.13.*
14 *Receptio pensionis facta nomine alterius non probat possessionem, nisi ratificetur.*
15 *Actio spolij, & alia qualibet præscribitur spatio triginta annorum.*
16 *Mala fides non consideratur in administratore, donec non reddiderit rationes.*
17 *Bona fides inducitur ex qualibet causa, & sufficit non adesse malam fidem, & quilibet titulus coloratus admittitur, n.18.& 19.*
20 *Præscriptio interrumpitur per citationem.*
21 *Conclusio super spolio, debet esse, vt agens reintegretur ad possessionem.*
22 *Clausula, quam & quas, operatur vt sit deductum omne ius cum actione spolij. Declara vt n.23.*
24 *Condemnatio in fructibus, qui percipi potuerunt non datur stante bona fide, ob quam venient fructus post litem motam.*

CAPVT CCCCXCIV.

Actum fuit per D. Tarquiniam remedio spolij contra D. Vincentium & Iudex deputatus concessit mandatum de reintegrando, cum condemnatione in fructibus perceptis, & qui percipi potuissent, & cum fuisset commissa causa executionis, quatenus esset locus Ægidianæ † dicebam illam non intrare stante notoria iniustitia *Rot.diuer.decis.19.n.2.lib.2.p.3.Bald.in l.vnic.n.4. ad med.C.si de momentan.possess.& ibi Contard.q.16. in fi.n.7.& 8.Ruin.cons.82.n.1.lib.5.* vbi etiam † de clausula appellatione remota quæ non habet locũ quando quis manifestè grauatur *Decian.cons.49.* præ-

præstantissime, nu. 3. Felin. in c. significauerunt, num. 12. de except. Preb. in c. episcoporum, num. 4. de priuileg. in 6.

Iniustitia autem erat manifesta, quia Vincentius fuit
conuentus per Tarquiniam ad reddendam ratio-
3 nem administrationis: † Vnde talis administra-
tor retinens bona quæ administrauit, non di-
citur spoliare, donec rationem reddiderit, cum
possit contingere, quod ostendat plus impendis-
se, quam ipse habuerit, & sic quod remaneat cre-
ditor, & per consequens condemnaretur, qui non
erat condemnandus, *l. 2. § si tutela, de contr. iud. tu-
tel.* & notat *Anchar. cons. 235. col. 2. Ias. consil. 60.
lib. 4. Alex. cons. 193. lib. 7. Negus. de pigno. par. 5. m.
3. n. 37. Cephal. cons. 768. n. 24. & cons. 769. n. 1. lib. 5.*
4 † Quod ampliatur ad hæredem administratoris
Castr. cons. 370. n. 3. lib. 1. Decia. consil. 110. nu. 7. Ma-
xime, quia contra administratorem agitur ad fa-
5 ctum, non ad certum quid: Vnde æquum est, † vt
præcedat ratio administrationis, non vt prius a-
gatur spolio, vel ad certam rem reddendam, *Pur-
pur. cons. 339. nu. 2. ad med. lib. 2.* Maxime, quando
agitur via executiua, quidquid secus sit, si actum
esset ordinaria, vt late per *Surd. cons. 196. n. 23.
& 14. lib. 2.* § Et passim seruatur, vt quis non pos-
sit compelli ad certæ summæ restitutionem, nisi
factis computis, vt possit cognosci, qui remaneat
debitor, prout vltra supra adductos late conclu-
dit *Munnoz de ratiocin. administr. c. 21. n. 12. vsque
ad 22. & est text. in l. de illo. ff. pro socio. Bald. consil.
463. nu. 4. lib. 2. Aym. cons. 231. nu. 16. & cons. 275. nu.
13. Castr. cons. 372. n. 1. lib. 1. & cons. 126. ad med. lib. 2.
Caualcan. de tutor. n. 214. Rot. coram R. P. D. Man-
zanedo Fauentina hæreditatis, 2. Iunij 1609. & co-
ram R. P. D. Marco Monsia Assisien. pecuniaria, de
qua per R. P. D. Euratum, Romana pecuniaria, 2. Iunij
1614.* vbi hoc admittitur in pecunia, quidquid a-
liud sit quoad bona per administratorem inuen-
tariata, & cætera quæ non recipiunt functionem
in genere suo, iuxta distinctionem *Surd. decis. 184.
nu. 2. & 12. vers. non resistunt.*

Præterea quia sumus in cohæredibus, contra quos
non competit iudicium spolij, sed familiæ ercis-
6 cundæ, pro habenda diuisione, vt per *Rot. in cau-
sa Romana Palatij dell'Aquila, 5. & 16. Ianuarij
1602. coram R. P. D. Sacrato, iuxta l. 1. & 2. ff. famil.
erciscund.*

Non obstat prætensa alienatio bonorum per D. Vin-
centium facta. Quia illa potuit fieri stante con-
uentione, quod domus deberent illi remanere in
satisfactionem suorum creditorum, adeo vt ex
7 hoc non possit agi spolio, † cum per conuentio-
nem partium constet de veritate dominij ad com-
modum eius, qui prætenditur spoliasse, quo casu
non datur restitutio *Innoc. in c. constitutus, ad med.
vers. secundum autem omnes, de fil. presbyter. Rot. de-
cis. 16. de restit. spoliat. in nou. Castr. cons. 253. ad con-
firmationem, in fi. vers. sed forte idem dici potest, lib.
1. Franc. Marc. decis. 316. n. 12. vers. tum etiam quia,
par. 1.* Maxime, quia de prædicta conuentione ad-
sunt capitula matrimonialia, & publicæ scriptu-
8 ræ, † ex quibus constat de dominio administrato-
ris, quæ excludunt restitutionem, *Aym. consil. 302.
n. 1. & cons. 323. n. 3. in fi. Socin. cons. 87. col. penult. in
princ. vers. primo quia per instrumentum, n. 23. lib. 1.*
Licet nimis dicta Capitula matrimonialia fuerint
facta cum D. Octauio marito D. Tarquiniæ, qui
pro ea promisit de rato: Tamen etiam ipsam at-
testant tanquam de illis & toto eorum tenore
scientiam habuerit, & in illorum executionem
9 matrimonium contraxerit, † cum etiam in huius-
modi negotiis ex qualitate facti præsumatur sci-
entia vxoris circa capitula matrimonialia, & do-
tis constitutionem, vt late per *Surd. 519. n. 4. vsque
ad 8. lib. 4.* licet in hoc casu minus sit dubitan-
dum de prædicta scientia, cum vnor in iudicio v-
10 tro se fuerit eisdem capitulis, † adeo vt censeantur
approbata, *c. cum olim, de consib. Abb. cons. 52. in 3.
dub. ad fi. vers. & præsertim vt dixi lib. 2. Dec. in c.
cum venerabilis, col. 4. in princ. vers. successiue, de
except. Aym. cons. 77. n. 8. & cons. 101. nu. 5.*

Accedunt multa melioramenta facta tam per Dom.
Vincentium, quam per D. Papirium, de quibus
11 constat tam ex relaxatione peritorum, † quam ex
testibus per aduersarium productis, qui contra
producentem plene probant, etiam quod depo-
nerent de credulitate, *Rom. cons. 104. ad fi. Ias. cons.
157. col. 4. in fi. lib. 2. Aym. consil. 201. num. 7. ad med.*
Quamuis etiam sufficeret, quod de dictis melio-
12 ramentis constaret in genere, † cum pro eis com-
petat retentio, donec liquidentur, adeo vt per il-
lorum exceptionem eam impediatur remedium
recuperandæ, secundum veriorem opinionem, de
qua per *Capic. decis. 17. nu. 17. Roland. consil. 28. nu. 3.
lib. 1. Corn. cons. 147. nu. 18. lib. 2.* cum aliis per *Me-
noch. de recuper. poss. remed. 11. n. 8 & 9. & remed. 15.
nu. 569. vers. contrarium verum est, quæst. 29. in fin.*
13 † Præsertim, quia neque fuit data aliqua cautio
de aliis reficiendis, licet etiam in hoc casu neque
cautio sufficeret stante probatione melioramen-
torum facta in genere, *idem Menoch. d. remed. 15.
nu. 570. post Ruin. cons. 84. in fi. lib. 1.*

Nec etiam per aduersariam fuit probatum, quod di-
ctas domos possederit, cum pro ea non fuerint ex-
hibitæ, nisi quædam quietantiæ pensionum à D.
14 Vincentio factarum nomine aduersariæ, † quæ
receptio pensionis nomine alterius facta non pro-
bat possessionem, nisi secuta ratificatione illius,
pro quo pensio accepta fuit *Socin. in l. 1. §. si vise-
rint, n. 11. & 12. ff. de acq. possess. Rot. diuers. decis. 320.
n. 2. in p. p. 3. lib. 1.* Maxime cum D. Vincentius non
fuerit tutor, & curator aduersariæ, sed iure quo-
dam familiaritatis id fecerit, quo casu talis fru-
ctuum perceptio non probat possessionem *Me-
noch. de retin. remed. 3. n. 566.*

Vlterius exclusum est remedium spolij per lapsum
15 triginta annorum, quo tempore omnis actio † est
præscripta *l. sicut, & l. omnes C. de præscript. trigin.
annor. Menoch. de recuper. possess. remed. 15. nu. 418.
Balbus de præscriptionib. 2. part. 3. part princ. qu. 13.
Roland. cons. 72. n. 19. lib. 2. Aym. cons. 124. n. 14. Rui.
cons. 69. n. 14. lib. 1.* & in specie ex multis concludit
*Rot. coram Card. Seraphin. Nullius seu Maceraten.
remedij reintegrandæ. 17. Maij 1600.* Vltra statu-
tum vrbis, quod requirit idem tempus; ita vt non
possit allegari in hoc casu mala fides, cum talis
16 administrator potius sit in bona fide, † donec ter-
minata fuerit redditio administrationis, vel sal-
tem in media quæ est habilis ad præscribendum,
vt late per *Purpur. cons. 339. n. 3. & 4. lib. 1.*

Amplius nec potest considerari aliqua mala fides in
Vincentio ex eo, quod prætendatur illum domos
occupasse, tanquam eas recuperauerit vti tutor,
& administrator bonorum Ercliliæ, & Tarquiniæ,
Quia ista recuperatio fuit facta de pecuniis pro-
priis ipsius, & erat creditor illarum in alia pe-

cuniarum summa, & vigore capitulorum matri-
monialium inter eundem Vincentium d. domus
27 fuerunt datæ in solutum ipsi Vincentio,† ex qui-
bus potius dicendum est eum fuisse in bona fide,
cum ad eam inducendam quælibet causa sufficiat
*Bald. in l. 1. in fi. Cod. vbi cauf. stat. Ias. in l. si quis id
quod, col. 7. de iurisd. omn. iudic. Marsil. in l. patre
vel marito 24. de quæstionib. Menoch.* qui de com-
muni *de recupe. possess. rem. 13. n. 34. & 35. Aym. cons.*
18 *6. num. 119.* † vbi etiam quod satis erit non adesse
malam fidem, *Rot. diuers. decis. 55. num. 6. part. 1.* vbi
19 quod titulus quilibet coloratus admittitur, † *Co-
uarr. in c. possessor, par. 2. §. 8. nu. 2. de regul. iur. in 6.
Menoch. de recuper. poss. remed. 13. n. 35.*

Nec oberit quod Tarquinia egerit contra Vincen-
tium de anno 1577. & sic præscriptio fuit interru-
20 pta, † *l. cum notissimi 7. in princ. vbi gloss. in verb.
solam communionem, C. de præscript. trig. ann.* Quia
lis fuit tantum introducta super redditione ratio-
nis, & restitutione bonorum, vt narratur in rescri-
pto, seu commissione, non autem fuit actum spo-
21 lio, † super quo conclusio petitionis debet esse,
quod agens reintegretur ad possessionem, *Alex.
cons. 117. viso processu, nu. 1. lib. 2. Archid. in c. reinte-
granda 3. q. 1. Feder. de Sen. cons. 283. Bald. in l. penul.
C. de sentent. quæ sine cert. quantit. Io. Andr. Butr. &
alij in c. cum ad sedem, de restit. spoliat.*

Neque est attendendum, quod in commissione, seu
rescripto fuerit apposita clausula quam & quas,
22 cuius virtus est, Tarquinia potuerit deducere om-
ne ius suum, ita præsumatur per eam intenta actio
spolij, *Sarnens. de infirm. resignant. q. 34. n. 4. Achill.
decis. 14. de rescript. & decis. 22. n. 2. de appellat. Rot.
23 diuers. decis. 254. nu. 1. part. 1.* † Quia vt talis clau-
sula suffragetur, opus erat in specie talem actio-
nem in actis deducere, cum aliud sit, quando pars
illa non vtitur, nec ad speciem ius deducit restrin-
gendo se ad aliquod ius particulare, *Caputaquens.
decis. 115. nu. 1. par. 1. Mandos. form. 9 commission. in
verb. quam & quas: Accoramboa. decis. 15. Rot. coram
Card. Pamphilio. Legionen. præstimoniorum, 16. Ianuarij
1595. & Aretina commendæ, 27. Februarij 1595. co-
ram eodem: & Florentin. damnorum & interesse, co-
ram R. P. D. Gypsio, 16. Decembris 1585. Modern. in
tract. de clausul. c. 120. nu. 10. & 19.*

Quibus additur iniustitia resultans ex condemna-
tione hæredis Vincentij ad omnes fructus perce-
24 ptos, † & qui percipi potuissent, ad quos non po-
terat condemnari, nisi ad eos, quos percepisset
post litem motam stante bona fide supra adducta
Rot. diuers. decis. 552. nu. 1. & 2. part. 1. vbi quod ita
seruat Palatium, *Bellam. in c. grauis, nu. 27. cum seq.
de restitut. spoliato. Bisignet. decis. 11. eod. tit. in antiq.
Cassador. decis. 6. nu. 3. de præbend. Crescent. decis. 8.
de caus. possess. & propriet.* Et hæc sufficiant pro
declaranda notoria iniustitia sententiæ, de qua
agimus, prout postea ex prædictis fuit decisum
per *Rot. in huiusmodi causa Romana prætensi spolij,
Iunij 1614. R. P. D. Verospio.*

EPITOME.

Post sententiam quando possit opponi exceptio inuentarij tam in iudicio ordinario, quàm executiuo. ¶ Ex quo casu dicatur plenè cognitum super tali exceptione, adeò vt amplius illa non debeat admitti. ¶ Inuentarium factum citato vno creditore, an valeat quo ad eum, ita vt non possit opponere defectum, quod alij non fuerint citati.
¶ Exceptio falsi, & excommunicationis an admittatur post terminum, si in eodem termino fuit
7 specificata. ¶ Hæres condemnatus in solidum ad instantiam creditoris, seu legatarij, ac fideicommissarij an possit in executione sententiæ excipere, quod bona non sufficiunt. ¶ Reus an valeat se tueri pluribus priuilegiis. ¶ Impugnans inuentarium an debeat probare existentiam plurium bonorum vltra ea, quæ in illo non sunt descripta.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio inuentarij, & ne quis conueniatur nisi in quantum facere potest, admittitur post sententiam, & nu. 2. Amplia tam in iudicio ordinario, quàm executiuo, n. 3. Limita vt nu. 21. 22. 23. 26. & 27.*

4 *Creditoris minus fauetur, quam legatario.*

5 *In executione sententiæ quando possit opponi, quod bona relicta à testatore non sufficiunt.*

6 *Super exceptione inuentarij quando dicatur cognitum ad hoc vt amplius illa non admittatur, nu. 9. 10. & 11.*

7 *Exceptiones plures possunt cumulari ad intentionem tuendam.*

8 *Reus potest se tueri ex pluribus priuilegiis transeundo de vno ad aliud.*

12 *Pœna periurij non intrat quando colligitur veritas iuramento præstiti.*

13 *Inuentarium factum præuia citatione vnius valet quo ad eum, qui non poterit opponere defectum aliorum non citatorum.*

14 *Impugnans inuentarium debet probare plura bona reperiri, quàm in eo descripta.*

15 *Purgatio moræ admittitur si ius aduersarij non est factum deterius.*

16 *Exceptiones peremptoriæ an opponantur in executione sententiæ.*

17 *Inuentarium non potest produci post sententiam, quando fuit datus terminus ad probandum exceptiones dilatorias, peremptorias, & anomalas, nu. 25. Et quid si dilationes non possunt immutari, num. 18.*

19 *Exceptio falsi quando possit opponi post terminum, Tamen satius est si in termino qui ipsam specificet. Fallit in exceptione excommunicationis.*

24 *Differens opponere exceptionem sibi competentem videtur esse in dolo: & an condatur refectis expensis, nu. 18.*

29 *Hæres condemnatus in solidum ad instantiam creditoris, seu legatarij an possit in executione sententiæ excipere, quod bona non sufficiunt.*

30 *Iuris rigor non attenditur, si appareat ex publicis instrumentis omnia fuisse conuersa in solutionem onerum hæreditatis.*

CAPVT CCCCXCV.

Exceptio proposita est admittenda, concernit
enim oppositionem inuentarij, cuius benefi-
1 cium potest opponi etiam post sententias, † sicut
illud ne quis conueniatur, nisi in quantum facere
potest, quia non impugnatur sententia, neque
illi contradicitur, sed eius executio impeditur, &
quatenus etiam impugnaretur, quod fuit iudi-
catum, esset permittendum inspecta dispositio-
ne iuris, per quod resecantur legata, quatenus vl-
tra vires hæreditarias confecto inuentario: Non

autem

autem inspecta voluntate defuncti, qui voluit ea
solida præstari, Bartol. in specie in *l. cum fideicom-*
missum 7. in princ. ff. de confiss. & in l. nesennius 41. §.
insolidum, nu. 1. de re iudic. Castrens. consil. 166. visis
actis & at statis, col. 3 post med. vers. sed exceptio per
quam non impeditur, lib 2. & in l. 1. col. 3. in princ.
vers. breuiter potest dici, nu. 5. ad med. & ibi Ias. nu.
17. C. de iur. & fact. ignor. Bald. in l peremptorias 2.
col. 1 in princ. nu. 4. vers. beneficium etiam, C. de sen-
tent. rescind. non posse. Capell. Tholos. decis. 312. Ro-
land. cons. 28. n. 5. lib. 1. Negus de pignor. m. 4. part. 5.
2 *nu. 10. post princ.* † Cæteros consultò omitto, cum
sit communis opinio, & ab omnibus approbata,
quidquid alij contrarium sentiant, vt testatur
Phanuc. de inuent. part. 8. nu. 5. Roland. eod. tit. ad fi.
vers. exceptio inuentarij, n. 3 fol. 173. Surd decis. 331.
nu. 2. part. 2.
Quæ procedunt siue simus in iudicio ordinario, siue
3 etiam in summario, & executiuo, † prout contin-
git in causis instrumentorum, *Caltan. cons. 18. Pha-*
nuc. d part. 8. n. 4. Canar. de execut. instrument. q. 26.
ver. qua ratione idem dico, n. 62. tom. 5. fol. 43. Graff.
4 *de ex.* [illegible] *ap. 23. n. 3.* † Maximè in sententia lata
pro [illegible], cui minus fauetur, quàm legatariis,
Corn. in l vltim. §. donec, ad fi vers. illum tamen, C. de
bonis quæ liber. Et poterit in executione senten-
5 tiæ opponi bona non sufficere, si non solùm te-
stator reliquit in suo patrimonio tantum quan-
tum legauerat, quamuis deducto ære alieno sin-
geretur non esse, sed etiam si in bonis testatoris
non erat tantum, quantum legasset, quia fortè re-
liquit centum, & legauit ducenta, *Castr. in l. cum*
fideicommissum, 7. in fi. versic. in textu ibi aut quod
heres, ff de confiss. Mastr. decis. 24. n 6. in fi.
Non obstat, quod super ista exceptione inuentarij
fuerit disputatum: Quia hoc non verificatur in
facto cum nulla disputatio, aut cognitio adhibita
fuerit super huiusmodi exceptione, fuit enim so-
lum primo loco exhibitum inuentarium executo-
rum, quod pars ex aduerso impugnauit, quamuis
ad petitionem ipsius fuerit declaratum velle vti
pro bono, & legali, cui declarationi, cum pars non
7 acquiesceret, † non ex hoc fuit præiudicatum, vt
non possit aliud inuentarium exhiberi, quasi per-
missum sit cumulare plures exceptiones ad suam
intentionem tuendam, *l. nemo prohibetur, de exce-*
ption. l. nemo ex his 4; vbi Decian in princ. ff. de reg.
iur. Din. c. nullus pluribus, in princ. & ibi Franc. n. 1.
8 *eod. tit. in 6.* † Cum etiam reos possit se tueri ex
pluribus priuilegiis transeundo de vna exceptio-
ne in aliam, *Gloss. in c. nndecim, in verb. præscripsisse,*
de præscrip. c. omni persona, §. quod si tales, de priuil.
in 6. Panorm. in c. abbate, col. 2. de verb. signific. Dec.
in l. nemo ex his, n. 4. de reg. iur.
Ideò requirebatur quod super illo inuentario modò
9 exhibito fuisset cognitum, † ad hoc vt eiusdem
inuentarij exceptio amplius non admitteretur,
non enim sufficit allegatum fuisse beneficium in-
uentarij, nisi etiam super huiusmodi allegatione,
& exceptione adhibeatur cognitio, & discussio,
& diffinitiuè pronuncietur post debitas dilatio-
nes, vt in specie concludit *Phanuc. de inuentar.*
part. 8. n. 9. vers & verius est istam, Caloan. cons. 14.
Mannel. cons. 14 nu 6. vbi quod ita loquitur Bald.
in l. ab executione, col. penult. vers. quare quo modo
cognoscam, C. quor. appell. non recip. Abb. in c. de ca-
tero, col. [illegible] *de re iudic. Ias. in l. 1. col. penult. vers. se-*
10 *cundo limita C. de iur. & fact. ignor.* Tiliq faciunt,

quæ de similibus exceptionibus concludit *Me-*
noch. de recuper. possess. remed. 1. num. 177. & 178. Et
quod requiratur expressa reprobatio per Iudicem
11 vltra discussionem super huiusmodi exceptione
Mastrill. decis. 24. n. 7. post Turret cons 75. n. 7. iuxta
doctrinam Bald in l. receptitia, n. 3 C. de const pecun.
Bolognet. in l qui Romæ, § duo fratres, num. 82. & ibi
Rip. nu. 27. de verb oblig.
Minus obstat prætensum periurium, quia de eo non
constat, cum fuerit præstitum iuramentum super
12 inuentario executorum prius exhibito, † & iura-
tum illo velle vti pro bono, & valido, & quod
nulla alia bona extabant, nisi ibi descripta, & in-
uentariata, prout verè non adsunt, vt etiam appa-
ret in alio inuentario postea exhibito, quod in ni-
hilo contrariatur primo stantibus eisdem bonis,
vnde cum iuramentum sit verum, non intrat ali-
13 qua pœna prætensi periurij, † & cum tale inuen-
tarium fuerit factum citata etiam aduersaria ad
videndum illud confici, velet quo ad eam, quæ ne-
que potest aliquid opponere de defectu aliorum
non citatorum, *Bart. cons. 154. n 8. lib. 1 Bald. in l. si*
omnes C. si maior se ab hereedit. abstinuer. Surd. cons.
1. n. 87. lib. 1 & cons. 181. n. 16. lib 2. Aym. consil. 125.
n. 6. post med. vers ex præmissis dissolutum: Phanuc.
qui de communi *de inuentar. p. 3. n 26.*
Neque obstat quod alia bona prætendantur adesse
in hæreditate, Quia interim standum est inuenta-
14 rio, † adeò vt qui illud impugnat probare debeat
plura bona reperiri, quàm in eo descripta *l. fin. §.*
*licentia. Cod. de iur. delibe*r, vbi de hoc esse casum
dicit *Rom. consil. 276. in fin. vers. illud tamen vltimo*
est sciendum. & ibi *Mandos. in verb. probatio. in fin.*
testatur de communi *Bald. cons. 514. n. 1. lib 5 Imol.*
in l. [illegible] *§. hæc stipulatio. ff si cui plusquam per leg. fal-*
cid. Alex. cons. 55. nu. 6. lib. 1. Hond. cons 55. n. 3 lib. 1.
Gutd. Pap decis. 241. in fi.
Concludendum est igitur obstare prædictam exce-
ptionem inuentarij non obstantibus sententiis,
cum præsertim ex illius admissione pareant iudi-
cata præcipienti, & ipsius decreto sit satisfactum,
15 † Maximè quia ius aduersarij in nihilo est factum
deterius, quo casu semper datur purgatio moræ
Bald in l. quæ crimen, quæst. 11. Cod qui accusar. non
poss. Innoc. in cap. dilectis, colum 2. de arbitr. Gozad.
cons. 66. num. 13. Rot. diuers. decis. 170. num. 2 part. 2.
Quamuis adesset iuramentum *Capitaquens. decis.*
231. part. 2. cum aliis, quos adduxi *in addit. ad de-*
cis. Merch. 26 nu. 26. licèt nulla mora hic adsit,
cum vt dictum est, possit quandocumque huius-
modi inuentarium produci in executione sen-
16 tentiæ, † quamuis etiam simus in exceptionibus
peremptoriis *l. 2. Cod de re iud. Specul de execu sen.*
§. fi. nu. 11. & de excep. & replicat. §. dicto. n. 14 Andr.
Gail. lib. 1. obseruat. 113. n. 5 & 6.
Alia quæ opponuntur non faciunt; quia procedunt
quando fuit datus terminus ad proponendum
17 suas exceptiones tam dilatorias, † quàm perem-
ptorias, & anomalas, tunc enim non posset am-
plius post sententiam produci inuentarium *Boer.*
decis. 54. n. 3. Phanuc. de inuentar. part. 8 n 7 Roland.
eod. tit. in fin versic. exceptio inuentarij, fol. 173. Luc.
18 *Pet. in prax. lib. 6.* † vbi tamen subdit, quod ista li-
mitatio vix potest cadere in statuto Vrbis, in quo
dilationes non possunt immutari *Surd. decis. 311.*
nu. 2. in fi. Felin. in cap pastoralis 4. colum. in fi ver-
sic. limita secundo. n. 11 de exceptio. Anto. ad decis.
19 *Cappell. Tholos. 121. post med.* † Vnde etiam exceptio

falsis quamuis possit opponi post terminum, Tamen fallit si in termino quis ipsam specificet *Card.in clem.1.q 6.de except. Felin.in d.c.pastora-*
20 *lis,nu.12.*† vbi limitat in excommunicationis exceptione, quæ post terminum potest opponi, quamuis specificata fuerit in assignatione termini propter periculum animæ, cum non tangatur interesse partis, *Gloss.fi.in clem.1.* vbi Cardin. dicit esse alibi de *exception.*

Prout etiam prædicti Doctores loquuntur, quando
21 esset opposita exceptio ante sententiam,† & per Iudicem reiecta, tunc enim non potest amplius post eam produci inuentarium, vt per *Phanuc.de inuent.d.par.8.n.7. Roland.eod.tit.in fi.in verb.exceptio inuentarij: Luc.Pet.in praxi.lib.8.c.2.num.5.*
22 † Vel si hæres admonitus à legatariis, seu creditoribus, vt illud exhibeat, nollet producere inuentarium, seu negaret se habere, vel quando adesset statutum, vt illud non possit produci post sententiam *Monticul.de inuentar. c.10.n.10.tom.8. par.2.fol.236.*

Et ita etiam loquitur *Surd.decis.332.n.2.p.2.* vbi iam
23 erat lata sententia,† & pars fuit ad soluendum, & opponendum, ne sententia exequatur, & ad dandum exinde pignora, & demum fuerunt commissæ executoriales, & capta pignora, & multi termini præfixi, & quam plures monitiones factæ pro executione sententiæ, istis enim concurrentibus non est mirum, si amplius non debet esse locus productioni inuentarij, quia cum sint concessi tot termini, imputet sibi debitor, si prius de
24 illo non opposuit, † quasi videatur esse in dolo tandiu differens exceptionem sibi competentem *Aym.consil.75.nu 9. Anchar.cons.234.col.... Castr. cons.281. col.1.lib.1.* Nam quando ante sententiam iudex statuit terminum parti ad opponendum omnes exceptiones dilatorias peremptorias, & anomalas, non est amplius locus post sententiam
25 tali exceptioni, vt dictum est *supra vers.alia quæ opponuntur: Bald.in l.ab executione,col.fi.vers.du-*
26 *bitatur,C.quor.appella.non recipiunt.*† Vnde multo magis talis forma monitionis facta post sententiam excludet hæredem, vt non possit opponere exceptionem inuentarij, Alciat. in specie *consil.*
27 *428.lib.1.alias est cons.65.lib.6.*† Quia tali casu beneficium prædictum, quamuis non impugnet sententiam, impugnat tamen executionem cœptam in bonis propriis, & continet contrarium eius, quod à patre patitur, & cui ipse non contradixit, & sic adest aliud impedimentum executionis, & non sola sententia *Surd.decis.332.n.4.& 8.in fi.p.*
28 2. An autem † talis ita differens opponere audiatur refectis expensis, *Bald.in c.exceptionem,de except. Dec.in l.qui in alterius,n.10. & ibi Cagnol.nu. 22.ff.de reg.iur.*

Addendum est etiam, quod quando hæres fuisset condemnatus in solidum ad instantiam credito-
29 ris, † tunc in executione sententiæ non posset excipere, quod bona non sufficiunt, secus autem quando ad instantiam legatarij, seu fideicommissarij condemnatus fuisset, nam tunc in executione sententiæ prædicta exceptio admitteretur *Corn. in l.fi.§.donec,num.2. C.de iur.deliber.* & multum notandum *post Roland.de inuent.p.5, vers.exceptio inuentarij,n.5.* dicit *Mastrill.decis 24.n.5.ad med.*

Obseruandum est etiam, quod quando appareret ex
30 publicis instrumentis hæreditatem exhaustam,† & totam fuisse conuersam in solutione onerum hæreditariorum, non deberet attendi iuris rigor, stante maxima æquitate, de quo in casu per *Mastrill.decis.24.in fi.*

EPITOME.

Collegium Archiuij, quando, & in quibus casibus possit legitimare. ¶ Et an valeat præiudicare tertio, & excludere substitutum. ¶ Et quid in hoc disponant Bullæ Summorum Pontificum. ¶ Ius succedendi an sit separatum à filiatione. ¶ Dispensatio collatiua in quo differat à restitutiua. ¶ Legitimatus cum clausula, Sine præiudicio venientium ab intestato, an sit verè legitimus, & dicatur de agnatione patris. ¶ Et an habeat legitimam, & illius supplementum. ¶ Et quid si ei aliquid relinquatur. ¶ Et an concurrat cum filiis legitimis, & naturalibus. ¶ Et quando succedat tam condito testamento, quàm ab intestato, tam secundum mentem patris, quàm contra illius voluntatem. ¶ Et an possit impugnare testamentum, si fuerit præteritus. ¶ Legitimatio an valeat, non facta mentione filiorum, & filiarum, ac nepotum, ac ventris prægnantis. ¶ Et quid in ea, quæ fit per Collegium Archiuij. ¶ Et an in illa requiratur citatio filiorum. ¶ Et quid si filij renunciauerint hæreditati paternæ, vel filiæ sint ab ea exclusæ per statutum. ¶ Et an possit fieri ea lege, vt legitimatus non succedat simpliciter, nec æqualiter cum aliis filiis; vel quod non succedat, nisi de voluntate testatoris. ¶ Adoptatus cum limitatione successionis an habeat legitimam. ¶ Clausula, Sine præiudicio venientium ab intestato, an censeatur apposita per legitimantem, quamuis non fuerit expressa in legitimatione. ¶ Filij, qui renunciarunt hæreditati paternæ, an possint capere sibi in testamento à patre relicta, non obstante renunciatione, & dissensu filiorum, quorum causa fuit renunciatum. ¶ Filia exclusa è statuto quando petat supplementum legitimæ, si pater ei aliquid relinquat. ¶ Nullitas legitimationis an consideretur respectu substantiæ ipsius, vel præiudicij filiorum non nominatorum.

SVMMARIVM.

1 *Legitimationes possunt concedi per Collegium Archiuij, cum clausula tamen sine præiudicio venientium ab intestato, & de illius effectu, n.2.3.4.& 21.*
5 *In legitimatione est facienda mentio substitutionis fideicommissariæ.*
6 *Legitimatus cum clausula Sine præiudicio venientium ab intestato, non est propriè legitimus, neque venit illius appellatione. Contrarium nu.26.*
7 *Collegium Archiuij non habet facultatem legitimandi in præiudicium tertij, & tales legitimati non excludunt substitutum.*
8 *Legitimatus dicitur de agnatione patris, & illam conseruat, & debet habere legitimam, & omnia iura legitimorum, & naturalium, nu.9.10.11.12. & 13.*
14 *Legitimatus cum clausula Ac si esset natus de legitimo matrimonio, excludit substitutum. Amplia vt num.15.*
16 *Præiudicium non potest fieri substitutis per legitimationem post mortem patris, secus ante illius obitum, nu.17.& 18. Declara vt nu.19.*
20 *Clausula Sine præiudicio venientium ab intestato, non minus operatur condito testamẽto, quam ab intestato, & quando qualificet successionem, n.50.51.*
22 *Substitutiones omnes sunt reuocatæ in præiudicium substitutorum per bullam Pij IV. Intellige vt nu.23.24.& 25.*

27 Int

27 *Ius succedendi dicitur separatum à filiatione, & num.36.*

28 *Filius remanet legitimus quamuis non habeat ius succedendi.*

29 *Successio non est de substantia essentiali legitimationis.*

30 *Dispensatio collatiua in quo differat à restitutiua.*

31 *Verbum Legitimauit, quando exponatur pro Dispensauit.*

32 *Clausula Sine praeiudicio venientium ab intestato, non facit legitimationem defectiuam.*

33 *Expressio eorum, quae tacitè insunt, nihil operatur.*

34 *Filij nati post legitimationem concurrunt cum legitimato.*

35 *Legitimatio potest fieri ea lege, vt legitimatus non succedat simpliciter, nec aequaliter cum aliis filiis, vel quod non succedat nisi de voluntate testatoris.*

36 *Legitima non debetur legitimato cum clausula Sine praeiudicio venientium ab intestato, n.39. proinde nec eius supplementum, n.49. secus si fuerit simpliciter legitimatus, n.34. & 35.*

38 *Amplius cum limitatione successionis non habet legitimam.*

40 *Legitimatus cum clausula Sine praeiudicio venientium ab intestato, excluditur à successione intestati, & praeteritus non dicit testamentum nullum, nu. 44. nec impugnat dispositionem patris, n.52.*

41 *Legitima non debetur exclusae à successione intestati, nu.42. nec alius qui praeteritus non habet querelam impugnandi testamentum, n.45.*

43 *Legitima est portio eius, quod quis esset habiturus ab intestato, n.46.*

4. *Causa intestati regulatur secundum causam rumpendi testamentum, n.53.*

48 *Legitimatus cum clausula Sine praeiudicio venientium ab intestato, non succedat nisi in eo, quod pater voluerit, ita vt non teneatur aliquid ei relinquere.*

56 *Filia exclusa à statuto potest petere supplementum legitimae, si pater ei aliquid relinquat. Contrarium, n.5 . Intellige vt n.58. & 59.*

60 *Legitimatus cum clausula Sine praeiudicio venientium ab intestato, non potest petere supplementum legitimae, quamuis ei aliquid à patre relinquatur.*

61 *Clausula Sine praeiudicio venientium ab intestato censetur apposita per legitimantem, qui non habebat facultatem aliter ita legitimandi, licet non fuerit expressa in legitimatione.*

Legitimatio non valet absque mentione filiorum legitimorum & naturalium, & filiarum, & nepotum non extantibus filiis de ventris praegnantis, nu.63. & de ratione, n.65. & quid in ea quae fit per Collegium Archiuij n.68.

64 *Legitimatio concoditur ob defectum prolis legitimae.*

66 *Citatio filiorum non requiritur in legitimatione. Et quomodo hoc intelligatur.*

67 *Legitimatio cum clausula Non obstantibus, valet etiam non facta mentione filiorum. & n.69.*

70 *Nullitas legitimationis ob non factam mentionem filiorum non consideratur respectu substantiae ipsius, sed praeiudicij, quod fit filiis non nominatis.*

71 *Legitimatio non est surreptitia non factà mentione filiorum, qui non sunt successuri ob eorum renunciationem, vel filiarum exclusarum à statuto, & numero 72.*

73 *Filij qui renunciarunt haereditati paternae cum iuramento possunt sibi petere relicta in testamento à patre, & omne ius superueniens, non obstante renunciatione, etiam iurata filiis, quorum causa renunciatur n.74 & 75.*

CAPVT CCCCXCVI.

PRo nepotibus q. Iulij videbatur prima facie concludendum, quod ad illos spectet successio de qua agimus, excluso legitimato per Collegium
1 Archiuij, † Quamuis enim per illud possint concedi similes legitimationes etiamsi adessent filij, iuxta *Bullam Pauli III.* declaratoriam, & confirmatoriam facultatum dicti Collegij *Gabr. cons.23. num.7. lib.2.* Tamen in dicta legitimatione adest clausula Sine praeiudicio venientium ab intestato,
2 † Vnde per eam videntur illorum iura reseruata, & etiam substitutorum, quibus legitimati nullum afferunt praeiudicium, eosque non excludunt *Rum. cons.166. nu.8 vers. & potest dicta clausula lib.3. post Ang. cons.264.* cum aliis per *Peregr. de fideicommiss. art.25. nu.75 & 81. Surd. cons.337. in fin. n.54. lib.3. Hended. cons.67. n.42. lib.1.*

Et generaliter est, vt huiusmodi clausula Sine praeiudicio venientium ab intestato praeseruet tam
3 ius de futuro, † quam de praeterito, videlicet fideicommissi, & succedendi ex pacto & prouidentia tam in feudo, quàm in emphyteusi, & similibus, cum ex illa clausula videatur facilè percipi mens legitimantis, ne id ius quidem auferre volentis comprehendendo omnes tam agnatos, quàm cognatos, siue dicatur Sine praeiudicio venientium ab intestato, siue exprimatur Sine praeiudicio eorum, qui ab intestato succedere deberent, vt latè post multos adductos omnia praedicta comprobat *Gabr. cons.22. n.7.12. & 13. lib.2. & cons.20. n.30.*
4 *lib.2. Hended.* † qui loquitur in specie de huiusmodi collegio Archiuij *cons.92. n.49. lib.1. & cons.67. n.41. & 42. lib.1.* vbi subdit hoc esse indubitatum stante Bulla Pij IV. edita de anno 1562. per quam omnes legitimationes annullantur in quantum respiciunt praeiudicium substitutorum, declarando illas intelligi sine praeiudicio fideicommissi,
5 † Adeo vt in legitimatione sit facienda mentio fideicommissariae substitutionis factae sub ea conditione, si grauatus decesserit sine filiis legitimis & naturalibus, vel quod aliter constet de voluntate Principis vtentis plenitudine potestatis, ad hoc vt praeiudicetur substituto, *idem Hended.* qui alios adducit *cons.64. n.33. lib.1.*

Accedat, quod legitimatus cum dicta clausula Sine
6 praeiudicio venientium ab intestato † non est propriè, & verè legitimus, sed secundum quid, ita vt non veniat appellatione filij legitimi, cum dicatur tantum dispensatus, vt possit recipere ea de quibus pater poterat disponere *Corn. cons. in fin. n.6. lib.4. Crot. cons.183. nu.22 li.1. Anchar. cons.242. colum.2. versic praeterea posito. Decian.* qui de communi *cons.610. viso themate. nu.1. Paris. cons.14 nu. 44. lib.2. Decian. cons.19. n.25. lib.1. Rimin. iun cons. 446. n.43. lib.4. Hended.* qui de recepta opinione
7 testatur *consil.67. num.30. lib....* † vbi etiam *nu.39. cum sequ.* notat huiusmodi collegium Archiuij non habere facultatem à Summis Pontificibus legitimandi in praeiudicium tertij, & per consequens tales legitimati non possunt dici in conditione positi, & vocati ad exclusionem substituti *Alexand. cons.67. n.5. in fin. lib.1. Paris. cons. n.30. & 31. lib.2.*

Vpsum, ne in litibus immoremur, contrarium est

teoeodum, quod legitimatus debeat in huiusmodi
di hæreditate succedere, nam constat de legitima-
8 tione in amplissima forma † cum facultate in spe-
cie succedendi io bonis quorumcumque agnato-
rum, qua stante filius dicitur de agnatione patris,
& illius, de cuius successione agitur *Alexand.cons.*
2.nu.12.lib.1.Socin.cons.63.nu.19.vsque ad 23.lib.3.
Cum etiam per legitimatos conseruetur agnatio
9 † tamquam dicantur de linea, & familia testato-
ris *Decian.cons.403.visa copia.nu.19.& consil.306.*
viso puncto nu.14. vbi de commom *Molin. de primogen.hispanor.cap.4.nu.44.lib.1.Couar.de sponsa.*
lib.2.part.cap.8.§.10.nu.2.& 3.Gozad.cons.83.num.
10 *19.* † Vnde legitimatus dicitur verè, & propriè le-
gitimus, & nihil ab eo differt, & succedit ab inte-
stato cum legitimè procreatis, & sibi debetur le-
gitima, sicut legitimis, & naturalibus, & facit par-
11 tem 10 ca cum filiis legitimis, & naturalibus, †
& illam debet habere titulo hoootabilis institu-
tiouis, & si fuerit præteritus, seu exhæredatus po-
test dicere testamentum nullum, & inofficiosum,
& non potest in legitima grauari, & illam detra-
hit de fideicommisso, & non cogitur imputare
12 fructus, & decedens aote petitionem † illam trans-
mittit ad hæredes, & approbando testamentum
sibi non præiudicat, & in summa consequitur
omnia priuilegia, quæ dantur legitimis, & natu-
ralibus *Surd.* qui prædicta latè comprobat *consil.*
13 *75.nu.1.vsque ad 6.lib.1.* † Vnde etiam talis legiti-
matus excludit substitutos sub conditione, si de-
cesserint sine filiis legitimis, & naturalibus secun-
dum communem opinionem, de qua per *Alexand.cons.2.nu.13.lib.1.Cardinal. Mantic.de coniectur.vltim.voluntat.lib.11.tit.10.n.9. Molin.de primogen.hispanor. lib.3.cap.3.num.2. Peregrin.de fideicommiss.art.23.n.39.Cardinal Seraphin.decis.880.n.*
14 *5.* † Maximè, quia in legitimatione, de qua agi-
mus fuit specialiter prouisum, quod legitimatus
possit succedere tamquam legitimus, & de legiti-
mo matrimonio procreatus, quo casu magis ex-
cluditur substitutus *Socin.cons.63.num.12.lib.3.Decian.cons.624.coprose.num.4. Roland.cons.67.n.46.*
lib.3.Surd.cons.1.n.98.& 99.lib.1.Decian.cons.41.n.
15 *15.lib.3.* † Ita vt etiam excludatur substitutus per
legitimatum, siue sit naturalis natus ex soluto &
soluta, siue spurius *Castrens.cons.30.nu.2.lib.1.Cardinal.Mantic.* qui de magis communi *de coniectur. vltim.voluntat. lib.11.titul.10.n.20.Peregr.de fideicommiss.art.23.nu.46.*

Non obstat *decisio Rotæ coram R.P.D.Ortemberg.Co-*
16 *senaten.bonorum, 23.Ianuary 1608.* † vbi fuit con-
clusum, quod non obstante legitimatione non
poterat fieri præiudicium substitutis, & aliis præ-
tendentibus successionem, Quia ibi legitimatio
fuit obtenta post mortem patris, & sic postquam
fuerat ius quæsitum vocatis per fideicommissum,
17 † In casu autem nostro legitimatio fuit facta an-
te mortem testatoris, & illo consentiente ac in-
stante, & sic de tempore, quo testator poterat di-
sponere de bonis ad libitum excludendo suos ne-
potes, & alios, qui ab intestato essent successuri,
qui nullam habebant spem, neo ius considerabile
Ruin.cons.125.n.3.lib.5. Bero consil.472.n.3.cum seq.
lib.2.Roland. qui de communi *consil.12.nu.53.lib.4.*
Honded.cons.92.n.51.lib.1.Gabr.cons.29.nu.16.lib.1.
18 † Et ita concordando opiniones distinguit *Rot. coram R.P.D.Vbaldo Romana de Ianellis 20.Iunij*
1614. vbi etiam ita in specie respondet *ad decis.*
Rot.coram Cardin.Lancelloto Narnien.de Capitoni-
19 *bus 19.Ianuary* † 1609. Cum etiam ibi tractaretur
de fideicommisso conditionali, & sic erat ius
quæsitum substitutis ex contractu, quod est po-
tentius *Gabr.cons.30.lib.1 Ruin cons.36.n.21.lib.1.&*
cons.99.n.5.lib.3.

Nec aduersatur clausula Sine præiudicio venien-
tium ab intestato, quæ fuit apposita in legitima-
20 tione, de qua agimus, † Quia illa non operatur
conditio testamento *Castrens.consil.102 ante fin.*
versic.quarto videndum est.lib.2. Ruin.cons.87.n.20.
lib 3. Decian.consil.393.consultus n.1.Gabr.cons.22.n.
12.lib.2.& cons.29.n.16.& 17.lib.1.Cæsar.de Grass.decis.4.n.3.qui fil.sint legi.Rot diuers.decis.355.n.2.par.
1: latè *Ioan.Paul. Lancellot.cons.178 nu.34 cum sequent.cons.vltim.volunt at.lib.1.Gozad.cons.6.nu.35.&*
78.Zuccard.in l.posthum.nu.48.de bonor.possess.contra tabul. & de communi testatur *Rot.coram R.P.*
D.Vbaldo Romana de Ianellis, 20.Iunij 1614 Capr.
cons.157.n.42. vsque ad 46. latissimè *Surd.cons.337.*
21 *n.14.& 15.lib.3.* † Et de d. clausula multa *Peregrin.*
de fideicommiss.art.23.n.80.cum seq. Menoch.consil.
306.lib 4. Decian.consil.19.n.23. lib.1.Cephal.consil.
441.n 38.lib.3.

Nec facit quod fuerint reuocatæ omnes legitima-
22 tiones in præiudicium substitutorum † iuxta Bul-
lam *Pij Papæ Quarti.* Quia intelligitur de præiu-
dicio iuris quæsiti; quando videlicet fieret legiti-
23 matio post purificatum fideicommissum. † vt col-
ligitur ex prooemio, & tota lectura eiusdem Bul-
læ, quod non est in casu nostro, cum tempore le-
gitimationis nullum esset ius quæsitum alicui,
cum fuerint facta viuente ipso testatore, qui vel
non confecerat testamentum, vel si condidisset,
poterat illud mutare excludendo successuros ab
intestato, vt in specie resoluit *Rot.coram R.P.D.*
Vbaldo Romana de Ianellis, 20.Iunij 1614. in fin.
24 † vbi etiam quod dicta Bulla Pij IV. procedit
tantum in legitimatis, qui vellent succedere con-
tra voluntatem testatoris, prout etiam in termi-
nis eiusdem Bullæ declarat *Eugen.cons.52.num.65.*
25 *cum seqn. Ludorch.consil.23 n.23.* † & in simili con-
stitutione *Decian. consil.42.nu.30.in fin.lib.1. Menoch.consil 459 nu 4.lib 5.& consil.401.nu.9.eodem*
lib. cum aliis latè adductis per *Rot coram R.P.D.*
Sacrato Bononien.de Maluetiis, 24.February 1612.
Lup.de illegitim commen.3.§.2.n.5.

Nec obstat quod legitimatus cum dicta clausula Si-
26 ne præiudicio venientium ab intestato, † non sit
propriè legitimus, sed potius dispensatus, Quia
contrarium est verius, Nam tale ius succedendi
27 dicitur separatum à filiatione † *Bartol.in l.si potest.de acquirend.hereditat.* Vnde quamuis limite-
tur effectus legitimationis, non tamen restringi-
tur ipsa legitimatio tamquam respiciat integrita-
tem personæ, Quare potest esse quod filius perfe-
ctè remaneat legitimus, & tamen non habeat ius
28 succedendi, † Videmus enim quod filius viuente
patre potest renunciare successioni *cap. quamuis de pact.in 6.* nihilominus remanet legitimus filius,
29 † quia successio non est de essentia substantiali
legitimationis *Socin.in specie cons.146.eleganter colum.1.in fin. versic.secundo prima legitimatio.n.3.ad*
med lib.2. latè *Tiraqu.in l.si vnquam in verb.donatione largitus n.317.& 318 C. de reuoc.donat.* & pas-
sim ita per *Rot.* seruari testatus *Gabr.cons.30 nu.1.*
vsq.ad 4.lib.1. Vbi ita intelligit *Alex.cons.30.lib.4.*
& cons.189.l.5. quod etiam voluit latè *Ruin.cons.86.*
num.6.

30 *nu.6.lib.3.* † Vbi quod contraria procedunt in di-
spensatione collatiua, prout est illa, quæ fit quo
ad quid futurum, secus in restitutiua, sicut est illa,
quæ fit, vt ex retro, quando videlicet quis resti-
tuitur antiquis natalibus, quia per eam efficitur
verè legitimus, Vide quando sit dispensatio col-
31 latiua, tunc ratione subiectæ materiæ † potest ex-
poni verbum legitimauit pro dispensauit, ex quo
legitimatus non plenè, sed ad quid, & ita loquitur
Castrens. in l. si ab eo, Cod. de legitim. hæred. & di-
stinguit etiam *Butr. in cap. per venerabilem, colu. 7.
vers. nunc vltimo videamus, n. 16. qui fil. sint legitim.
Dec. cons. 152. in casu domini, col. vlt. ante med. vers.
non obstat, quod successi. n. 10. vsque ad 14. Paris. cons.
7. n. 15 lib. 2.* & latissimè etiam comprobat *Roland.
cons. 26. n. 11. vsque ad 17. lib. 4. Hondedeu cons. 37. nu.*
32 *31. lib. 1. Gozadin. cons. 6. nu. 64. vsque ad 67.* † vbi e-
tiam quod ista clausula Sine præiudicio venien-
tium ab intestato, non facia legitimationem de-
fectuosam, tamquam insit de iure communi *§.
quoniam, auth. quib. mod. natur. effi. sui.* Ideò expre-
33 ssio eorum, quæ tacitè insunt † nihil operatur *l. 3 ff.
de legat. 1.* Et facit quod licèt per superuenientiam
filiorum legitimorum non reuocetur legitimatio,
34 Tamen effectus illius limitatus, & restringitur, †
quia cum ipso legitimato concurrunt postea filij
nati ex legitimo matrimonio, & sic firma remanet
legitimatio, quamuis effectus illius aliqua ex par-
te minuatur *Dec. consil. 252. in casu domini, ad fin.
vers. ad hoc facit Gozad. cons. 6. n. 65.*

Quare etiam legitimatio ea lege nuncupatim fieri
potest, vt legitimatus non succedat simpliciter,
35 † vel non succedat æqualiter cum cæteris filiis le-
gitimis, vel quod non succedat, nisi de voluntate
parentum *Bertrand. cons. 169. n. 7. lib. 2. p. 1. Ias. cons.
162. in causa contradictionis, colu. ante fin. vers. cla-
rum est autem, lib. 2. Soc. cons. 246. in prin. post Io.
Andr. ad Specular. de success. ab intestat. §. 1. vers. sed
ex facto quæritur, Doctor. in l. pactum dotali, 3. C. de
36 collat.* † propter illam rationem, quia ipsum ius
succedendi discretum est, & separatum à filiatio-
ne *Bart. in cap. si potest, colum. 2. vers. est aliud, & ibi
Aret. Ias. & alij de acquir. hæredit. Castr. consil. 304.
colum penult post med. versic. quod maxime procedit
in filiabus, nu. 4. in fin. lib. 1. Alexand. cons. 4. colum.
vltim. lib. 1. Tiraq. in l. si vnquam, in verb. donatione
largitus, n. 517. ante fi. C. de reuoc. donat.*

Quo verò ad aliud dubium an stante clausula Sine
præiudicio eorum, qui succedere debent ab inte-
37 stato, sit debita legitima ei, † qui ita fuit legitima-
tus, Concludendum est negatiuè, cum illa solùm
debeatur, si nullum præiudicium fieret venienti-
bus ab intestato, & sic filiis legitimis, & naturali-
bus, prout dicimus de adoptato cum limitatione
38 cessionis, † cui neque habetur legitima, ita vt de
vno sit arguendum ad alium *Gabr. in specie consil.
23. n. 11. lib. 1. Ias. in rubr. de liber. & posthum. num. 5.
vsque ad 18 Dec. cons. 576. pro resolutione casus pro-
positi, col. 2. post med. vers. his tamen non obstantibus,*
39 *num. 6.* † & hanc opinionem sequuntur *Rot. coram
Card. Ludouisio Bononien. apothecarum, 24 No-
uembris 1603.* Etenim effectus clausulæ Sine præ-
iudicio venientium ab intestato, est excludere le-
40 gitimatum à successione intestati, † *Anchar. cons.
241. col. 2. in fin. vers. præterea posito. Paris. 14. nu. 44.
lib. 2. Capic decis. 22. num. 5. Put. decis. 303. lib. 3. Dec.
cons 576. col. 2. ad fin. & cons. 377. in casu proposito, n.
4. Capr. cons. 157. num. 45. Castr. in l. gallus, §. & quid*
*si tantum, num. 16. in fin. de lib. & posthum. & consil.
302. ante fin. lib. 2. Cros. cons. 100. num. 29. lib. 1. Surd.*
qui multos adducit, & de communi testatur *cons.*
41 *357. nu. 15. lib. 3.* † Vide cum talis legitimatus non
succedat ab intestato, neque poterit petere legi-
timam, quæ non debetur ei, qui est exclusus à suc-
cessione intestati *Ang. cons. 105. statuto cauetur, in
fi. Bald. in l. Maximum vitium, vers. in contrarium,
C. de liber. præter. Dec cons. 576. colum 2. in fin. Aym.
cons. . . . 19. Rot. coram Cardin. Arigonio Roma-
na supplementi legitimæ, 8. Februarij 1593. & coram
R. P. D. Bubalo Asculana legitimæ, 2. Decembris*
42 *1588.* † & est communis, & trita conclusio, de qua
latè *Surd. cons. 4. . . lib. 1. & de aliment. tit. 1. qu. 31.
num. 28. & 29.* cum legitima sit portio eius, quod
43 quis esset habiturus ab intestato † *l. Papinianus. §.
quoniam autem quarta, de inoffic. testam. & l. pa-
rentibus, C. eod. tit. . . .*

Adde quod legitimatus cum clausula Sine præiudi-
44 cio venientium ab intestato, † non potest dicere
testamentum nullum ex causa præteritionis *So-
cin. cons. 4. num. 8. in princ. vers. operatur. lib. 3. Rolan.
cons. 105. col. 5. in fin. vers. condito igitur testamento,
lib. 3 Capic decis. 28. num. 4. Rot. coram Card. Ludo-
uisio Bononien. apothecarum, 24. Nouembris 1603.*
45 † Legitima autem non debetur, ei, cui præterito
non datur querela impugnandi testamen-
tum *l. omnimodo in fin. Cod. de inoffic. testam. l. cum quæ-
ritur, Cod. eodem. tit. §. 1. in fin. auth. de trient. & se-
46 miss. Gabr cons. 64. nu. 4. lib. 2.* † Cum legitima sit
portio successionis ab intestato, *l. parentibus, C. de
47 inoffic. testam. Surd. cons. 45. n. 1. lib. 1.* † & causa in-
testati regulatur secundum causam rumpendi te-
stamentum *l. 1. §. vocis, ff. si tabul. testam. null. extab.
Cros. in l. gallus, § & quid si tantum, n. 151. in fin. ff.
de liber. & posthum.*

Vlterius legitimatus cum tali clausula Sine præiu-
dicio venientium ab intestato, succedit in eo tan-
48 tùm, † quod sibi a patre relinquitur, ita vt non te-
neatur aliquid relinquere, cum sola voluntas te-
statoris in hoc attendatur *Cæsar. de Graff. Bononie,
apothecarum, 28. Martij 1576.* quæ est *in impressis
decis. 179. alias 4. nu. 16. qui fil. sint legit. Rimin. Sen.
cons. 41. num. 9. lib. 1.* vbi quod non adest contradi-
ctor post *Petr. Nicol. & Dionys. omnes de Perusio,*
quos sequitur *Socin. cons. 213. super prima consulta-
tione, col. 3. in fin. lib. 2. Decian. cons 40 n. 33. ad med.
lib. 5. Gabr. cons. 30. n. 19. lib. 1. Curt. Sen. cons. 73. n. 8.
49 ad med.* † Quare cum sit in potestate patris relin-
quere illam quantitatem, quæ sibi videbitur, vel
etiam nihil relinquere, si ita sibi placuerit, non
potest prætendi per filium sic legitimatum aliqua
legitima, neque illius supplementum *Dec. cons.
265. reuocatur, col vlt. in princ. vers. & non potest pe-
tere, Ias in rubr. de lib. & posthu. n. 16. Dilect. de art.
testand tit. 3. caut. 6. n. 2.*

Cum etiam ista clausula Sine præiudicio venien-
tium ab intestato, non minus operetur condito
50 testamento, † quàm ab intestato, Nam qualificat
& limitat etiam successionem ex testamento, pre-
ferendo iis venientibus ab intestato, siue pater
decedat intestatus, siue condito testamento insti-
tutis hæredibus illis, qui ab intestato successissent
Gabr qui alios adducit *cons. 14. num. 16. & 17. lib. 2.
Alex. cons. 187. nu 5. lib. 1. Capic. decis. 22. nu. 7. Pe-
regr. de fideicommiss. art. 23. nu. 80. cum seq. Soc. cons.
41. n. 6. lib 3. Rot. coram Card. Ludouisio Bononien. a-*
51 *pothecarum, 24. Nouem. 1603.* vbi † declarat *Gozad.*

cons.6.n.35. dum voluit, quod ista clausula nihil operetur condito testamento, vt procedat ad effectum, quod relictum in testamento tali legitimato sustineatur, quamuis filij legitimi contradicant, sed non propterea quod idem legitimatus fiat capax impugnationis voluntatis paternæ, cum solùm habilitetur, vt possit illi pater in testamento relinquere, & reddatur successibilis ex testamento, non contra testamentum *Ang.cons.264.num.3. Dec.cons.579.nu.6.Socin.cons.95.num.4.lib.4.Bero.cons.177.n.74.lib.2.Rim.Sen.cons.41.nu.9.* & concludunt omnes *in l.gallus, §.& quid si tantum, vbi Castr.n.16.in fin.Aret.n.26.de liber.& posthum. Felin.in c.cum olim, n.37.de re iudic.*

Ex quibus sequitur, quod cum talis legitimatus sit exclusus à successione ab intestato, vt dictum est,
52 neque † poterit impugnare disposita in testamento per patrem, *l.posthumos, §.si quis ex his, de inoffic. testam. Alex.cons.57.in casu præmisso, n.2.post princ. vers.& ideo videtur, lib.4.* Prout neque ei licebit legitimam petere, cum illam metiamur tam in
53 causa testati, quàm intestati † à qua sumit regulam & initium, *l.Papinianus, §.si quis mortuis, & §.quoniam autem quarta, de inoffic.test. Affl.decis.158.n.6. Brun.in tract. quod statut.masculi.art.9.q.1.col.4. Cephal.cons.5.n.49.lib.1.*

Et ita concordantur Doctores, dum volunt, quod
54 legitima debeatur legitimato, & quod ei detur querela inofficiosi, cum habeatur pro legitimo quo ad omnes effectus, de quibus latè *Surd.cons.75.nu.1.vsque ad 5.lib.1.* cum aliis per *Tiraquel.in l.si vnquam, in verb.susceperit liberos, nu.79.Cod.de*
55 *reuocand.donat.* † Quia omnia ista procedunt in eo, qui fuit simpliciter, & absolutè legitimatus, secus autem quando continet legitimatio clausulam Sine præiudicio venientium ab intestato, tunc enim est limitata in eo, quod pater vellet ei relinquere & per consequens non habet effectum plenæ legitimationis quo ad successionem, *Dec. cons.257.in casu domini, col.1.in fin.vers.vltimo obycitur, post Butr.in cap.venerabilem, vers.sed est dubium, an pater qui fil.sint legitim. Alexand.cons.25. circa primum, num.5.lib.1.& cons.30.iuxta ea.lib.4. Castr.in l.adoptiuum, §.patronum, & l.2.ff.de in ius vocand.& in l.pactum quod dotali, C.de collat. Dilect. de art.3.testand.tit.3.caut.6.n.2.*

Neque obstat, quod iste legitimatus cum dicta clausula poterit petere supplementum legitimæ, si a-
56 liquid illi à patre relinquatur † exemplo filiæ exclusæ à statuto, quæ similiter potest petere dictum supplementum, si pater ei aliquid in testamento relinquat *Ruin.cons.40.n.8.lib.3. Curt.Sen.cons.37.*
57 Quia contraria opinio est verior, † quam seruat *Rot.coram Card.Arigonio. Romana supplementi legitimæ, 8.Februar.1593.& coram Card.Ludouisio Bononien.apothecarum, 24.Nouembris 1603.in fin. post Castr.cons.503.lib.2.* prout etiam tenet *Ruin. cons.27.nu.19.& 20.lib.3.& in l.gallus, §.& quid si tantum, in 1.lect.nu.179.vers.sed contrarium, de lib.*
58 *& posthum.* Cum † etiam dicti Doctores, qui tenent alteram sententiam, loquantur in casu, in quo non erant instituti in testamento aliqui masculi ex illis, qui ab intestato eum excludebant, prout declarat *Cæsar.de Graff.decis.179.alias 4.nu. 17.ad med.qui fil.sint legit.* prout dicit *Curt.Sen.d. cons.37.n.23.*

Maximè, quia adest diuersa ratio in istis casibus, cum in filia exclusa à statuto adsit assistentia iu-
59 ris communis, † secundum quod potest ab intestato succedere; Vnde pater testando, & ei aliquid relinquendo, videtur voluisse recedere à dispositione statuti, & redire ad ius commune, & sic eius legitima potest commensurari successioni ab intestato iuris communis, quod non est penitus sublatum à statuto, sed solùm impeditus effectus, de quibus loquitur *Ruinad.cons.40.num.12.lib.1.*
60 † Aliud est in legitimato, qui neque de iure communi potest succedere, non quidem vt illegitimus, cum non habeat successionem ab intestato, prout neque vt legitimatus, cum eius legitimatio non sit simplex, & absoluta, sed cum clausula Sine præiudicio venientium ab intestato, quæ tamquam limitata non tribuit facultatem impugnandi testamentum, & consequenter non adest illa portio, cui commensuretur, neque illa iuris communis dispositio, ad quam possit dici, quod pater voluerit redire, & recedere à statuto exclusiuo fœminarum, & ita in proposito distinguit *Rot. per Cæsar.de Graff.Bononien.apothecarum, 28.Martij 1576.* quæ est *in impress.179.alias 4. qui fil.sint legit. & coram Card.Ludouisio in eadem causa, 24. Nouemb.1603.*

Notandum est etiam, quod quamuis in tali legiti-
61 matione non adesset ista clausula † Sine præiudicio venientium ab intestato, Tamen illa virtualiter inesset, & censeretur apposita per eum, qui legitimationem concessit, quando legitimans non habebat facultatem legitimandi, nisi cum dicta clausula, vnde operabitur eumdem effectum, ac si fuisset expressa, & apposita in tali legitimatione, cum non posset legitimans aliter legitimare, ideo quibuscumque verbis vtatur, non poterit plus dare, quàm sibi fuerit concessum, *Socin.Iun. cons.120.n.20.lib.2.Paris.cons.14.n.43.lib.2.Castr. cons.180.super eo quod primo, n.2.in fin.lib.1.Rot.coram Car.Ludouisio Bononien.apothecarum, 24.Nouembr.1603.in princ.* iuxta decisionem in eadem causa factam *24.Ianuar.1575.*

Obseruandum est etiam, quod in similibus legitimationibus erit facienda mentio filiorum legitimo-
62 rum, & naturalium, † ad hoc vt non possit dici de illarum obreptione, *§.sit ergo licentia, quibus mod.natural.efficiant leg.Socin.in l.gallus, §.& quid si tantum, col.6.& ibi Ias.nu.112.Castr.col.penult.& alii communiter, ff.de lib.& posthum.Alexan.cons.*
63 *25.n.7.lib.1.latè Surd.cons.337.n.19.& 20.lib.3.* † vbi ampliat idem esse in filiabus, & nepotibus non extantibus filiis, & idem si vxor prægnans esset, immò etiam quod numerus filiorum erit exprimendus, *Peregr.fideicommiss.art.23.n.14.& 58.Paris.cons.55.n.7.lib.3.Couar.lib.2.var.resolut.c.vlt.in fi.* Cum enim extant liberi, cessat causa legitiman-
64 di, † vnde etiam legitimatio, quæ conceditur ob defectum prolis legitimæ, *Barth.in auth.item si quis, C.de natural.lib.Tiraq.in l.si vnquam, in ver. donatione largitus, n.314.C.de reuocand.donat.* Præsertim, quia extantibus filiis legitimis, & natura-
65 libus † solent difficilius concedi similes legitimationes, quare meritò de eis est facienda mentio *Præposi.in cap.per venerabilem, §.quod autem, n.20. q.4.qui fil.sint legitim.Dec.cons.19.n.49.& 50.lib.1.*
66 *Gabr.cons.23.nu.5.lib.2.* † & hoc sufficiat quo ad nullitatem legitimationis absque eo, quod quærendum sit, an sit necessaria citatio filiorum, cum illa non requiratur iuxta magis communē opinionem, de qua per *Bart.in d.§.& quid si tantum, n.14.*

Curt.

Curt. Sen. conf. 16. nu. 24. Socin. conf. 151. nu. 10 lib. 2. Maxi[illegible] bonis, de quibus pater potest liberè disponere, quidquid aliud sit in illis quæ teneretur [illegible] ore fideicommissi, vt latè per *Honded. conf. [illegible] nu. 23. & 24. lib. 1.*

Neq[illegible] ob[illegible] quo[illegible] simus in legitimatione facta per Colle[illegible] A[illegible] quod habet facultatem legitimandi etiam extantibus filijs, iuxta declarationem [illegible] Iulij III. confirmatoriam priuilegiorum 67 eiusdem Collegij: † Quia hoc procedit quo ad potestatem, non autem quo ad voluntatem, vnde etiam in dict. collegio dicendum est, quod debet constare, quod sciuerit, & voluerit illam concedere, quæ voluntas non potest colligi, nisi de filiis sit facta mentio, & probetur scientia. Ita in pun- 68 cto d[illegible] at *Gabr. conf. 21. nu. 7. lib. 2.* vbi etiam † respondet, quod quamuis multi prætendant de consuetudine valere tales legitimationes concessas per Archiuium, etiam non facta mentione filiorum: tamen esset probanda talis consuetudo, cum sit contraria iuri communi, per quod requiritur vt fiat expresse mentio filiorum, *Surd. consil.* 69 *33. nu 19. [illegible] lib. 3.* † Quamuis hoc non haberet loc[illegible] quando legitimatio esset facta cum clausul[illegible] Non obstantibus, vel cum similibus derogato[illegible]is, prout datur ista facultas Archiuio apponen[illegible] tales derogationes, tunc enim valeret legitimatio, etiam non facta mentione de filiis legitimis & naturalibus, cum ex istis clausulis censeatur der[illegible]gatum legibus ciuilibus, ac aliis dispositionib[illegible] c[illegible]tarium facientibus, dum volunt expr[illegible]ionem fiari de filiis: Ita in specie conclu- d[illegible] *Ias. conf. 68. col. 5. ante fi. vers. quarto moueor, & [illegible] in p[illegible] inc. vers. secundo respondeo, lib. 3. post Alex. conf. [illegible] nu. 19. cum seq. lib. 5. Anchar. consil. 3[illegible] col. 2.*

Ve[illegible]um quia præsupponitur in facto quod filij masculi [illegible] ucerint in vita patris hæreditati, & su[illegible]cessioni [illegible] propter multa bona habita ascenden[illegible] vltra legitimam eis debitam. Ideo quo a[illegible] dic[illegible] est talem legitimationem præ- 70 iu[illegible] N[illegible] ista nullitas legitimationis ob non f[illegible] entionem filiorum non considera[illegible] bstantiæ legitimationis, sed solùm re[illegible] & extensionis præiudicij & damni, quod fi[illegible] quorum non fit mentio *Ruin. conf. 8. nu. 8. cum seq. [illegible] conf. 93 nu. [illegible] eod. lib. Cephal. consil. [illegible] lib. 2. [illegible] conf. [illegible] & 3. lib. 2. [illegible] consil. 1[illegible] nu. 81 ad med. lib. 2. Gabr. de legitim. con-* 71 *clus. [illegible] nu. 28. [illegible]* † Vnde cum isti filij non fint [illegible] patr[illegible], valebit legitimatio in totum, & [illegible] mnem effectum, neque poterit dici obrep[illegible], [illegible] tractetur de aliquo damno filiorum, [illegible] non requirebatur mentio pro[illegible] pter[illegible] ren[illegible] ciationem prædictam, ita in terminis declarat [illegible] *conf. 68. colum. penult. post princ. versic. [illegible] notabiliter [illegible] Ruin. conf. 93. n. 8. post princ. vers. [illegible] ur leg[illegible] 10. lib. 3. Honded. conf. 89. n. 11.* 72 *& 12. lib. 1.* † Et idem erit dicendum quo ad fœminas, [illegible] dote habita sunt exclusæ à successione patris, iuxta consuetudinem totius Or-bis [illegible] per *Ias. & Ruin. supra allegatos.*

Poterunt tamen dicti fratres, qui renunciarunt hæreditati pa[illegible] petere omnia sibi à patre relicta [illegible] † non obstante renunciatione, & [illegible] men[illegible] in ea apposito, cum illud non traha[illegible] ad [illegible] tanquam habeat causam [illegible] præ[illegible], [illegible] etiam iurans non venire ad successionem, & bona paterna intelligatur tunc exclusus, quando venit contra eius voluntatem, secus si de eius consensu, prout in specie concludunt communiter Doctores *in l. stipulatio hoc modo concepta vbi Bart. col. 1. ad fin. Roman. col. 7 Ang. col. 1. Alex. col. 3 Ias. col. 4 nu. 13. & 14 ff. de verbor. oblig. Felin. in c. si diligenti 12. col. penult. post med. vers. vnde filia renuncians, de for. compet. Bald. in l. vlt. col. 3. post med nu 5. in fi C. de pact. & in l. pactum q. 3. C. de codicill. Aret. conf. 94. n. 9. Castr. conf. 448. non est dubium, aute fi. vers. præterea ille qui renunciat, lib. 1. Tiraq. in tract. le mort saisit. declar. 8. nu.* 74 *1. part. 2. Gabr. de iur. dot. conclus. 1. 26. & 27.* † vbi ampliat idem esse in quacumque causa superueniente, ad quam non refertur talis renunciatio *Ruin. conf. 98. col. 4. ad med. nu. 8. lib. 1. Afflict. decis.* 75 *350. vbi Vrsill. num. 2.* † extendit procedere etiam inuitis filiis, quorum causa fuit renunciatio, *Cassan. conf. 43. nu. 18. ad med.*

EPITOME.

Statutum disponens, quod notarius debeat cognoscere contrahentes, quomodò intelligatur. ¶ Et an talis cognitio de iure sit necessaria. ¶ Verbum, sufficit, positum in aliqua dispositione, quid operetur. ¶ Primus actus quando sit iterandus. ¶ Tabellio obligatus ad suscipiendum iuramentum pro cognitione contrahentium an debeat illud suscipere ab eisdem personis, à quibus in aliis contractibus prius susceperat. ¶ Et an valeat probatio postea facta, quod illud fuerit præstitum. ¶ Notarius an possit extendere iuramentum vnà cum clausulis cæteratis. ¶ Clausula; Pro habitis, & receptis, an extendatur ad tempus futurum. ¶ Facultas transferendi pensionem nunc, & pro tempore an comprehendat omnes pensiones reseruatas post facultatem. ¶ Verba præsentis temporis, quo casu murent naturam, & trahantur ad futurum, & quid è contra. ¶ Mutuum quando sit conualidatum. ¶ Exceptio non numeratæ pecuniæ an tollatur per numerationem postea factam. ¶ Et illa cohæreat rei, vel personæ, ita vt competat fideiussori.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum testis asserentis se cognoscere contrahentes quando requiratur.*
2 *Verbum, sufficit, positum in aliqua dispositione facit, vt nihil aliud sit adhibendum quam quod fuit expressum, & num. 3.*
4 *Tabellio non tenetur cognoscere contrahentes.*
5 *Notarius obligatus ad suscipiendum iuramentum pro cognitione contrahentium an debeat illud suscipere ab eisdem personis, & à quibus in aliis contractibus prius susceperat.*
6 *Primus actus quando sit iterandus.*
7 *Iusiurandum quod non est de forma, vt præstetur ante actum, potest recipi post [illegible], [illegible] consensus retrotrahatur, n. 8.*
9 *Notarius an possit conueniri ob receptionem mandati, & fideiussionis nullæ, si aliunde quàm in ea contrahens damnum patiatur, & nu. 13.*
10 *Instrumentum continens causam non veram est inualidum.*
11 *Tabellio an possit extendere iuramentum, & alias clausulas cæteratas.*
12 *Clausula, pro habitis, & receptis, non potest extendi*

ad tempus futurum. Contrarium, num. 13. Intellige vt nu. 14. 16. 19, 20. & 32.

15 *Participium intelligitur iuxta tempus verbi cui est adiectum.*

17 *Facultas transferendi pensionem nunc, & pro tempore comprehendit omnes pensiones reseruatas post facultatem.*

18 *Verba praesentis temporis ratione adiuncti mutant naturam & trahuntur ad futurum. & n. 31.*

21 *Verba praeteriti temporis non includunt futurum.*

22 *Dispositio loquens de futuris non trahitur ad praeterita.*

24 *In mutuo adest priuilegium, vt competat exceptio non numeratae pecuniae etiam fideiussori. tamquam cohereat rei non personae. Declarat vt numero 25.*

26 *Mutuum quando dicatur conualidatum.*

27 *Numeratio facta de voluntate fideiussoris obligati pro mutuo excludit illum ab exceptione non numeratae pecuniae. & n. 29.*

28 *Lex praesumit in mutuo numerationem ab initio interuenisse.*

30 *Exceptio non numeratae pecuniae quando tollatur per numerationem postea factam.*

CAPVT CCCCXCVII.

NOn constare Dixi de aliqua contrauentione reformationis, Etenim quamuis in ea prius
1 requireretur iuramentum testis † asserentis agnoscere contrahentes, Tamen in declaratione postea facta per S. D. N. non fit amplius mentio de tali iureiurando, sed solùm disponitur sufficere, vt notarius, vel vnus ex testibus cognoscat alterum ex contrahentibus, Vnde cum appareat de tali cognitione, non est addendum, quod requiratur iuramentum, Nam quando verbum Sufficit est
2 positum in aliqua dispositione, † tunc nihil aliud est adhibendum, quàm illud quod fuit expressum, siue loquamur de personis, siue de qualitatibus, siue de solemnitatibus, siue de actionibus, seu de similibus circumstantiis *Decian. in cap. 1. numer. 15. colum. 3. in fin. in 13. notab. de postulat. praelat. post Gloss. in cap. statutum 11. in verb. canonicis. ad med. de*
3 *rescript.* † vbi *Gemin. num. 6.* dicit notandum pro statutis, & priuilegiis, in quibus huiusmodi verba ponerentur *Rebuff. in l. saepe ita compertum 53. colum. 8. post med. versic. sufficiant. ff. de verborum significationibus.* Maximè, quia est facienda interpreta-
4 tio, vt minus recedatur à iure communi, † secundum quod Tabellio non debet habere notos contrahentes, sed satis est, vt acquirat notitiam, tunc & eo modo, quo potest, scilicet videndo personas paciscentes, & audiendo verba eorum, nomina, & pronomina, quibus asserunt se vocari, siue simus in nominibus designatiuis substantiae, vel corporis, siue officij, & dignitatis, cum illis teneatur credere *Bald. in rubr. C. de fid. instrum. nu. 11. col. 4. vers. venio ad secundum. & num. 12. vers. item non debet. Ias. in l. fi. in princ. nu. 10. vbi Alex. nu. 4. C. de iur. deliber. Franc. decis. 262. num. 1.*

Et quamuis requireretur iuramentum, quod negatur, Tamen Notarius in casu nostro non teneba-
5 tur amplius illud suscipere, † cum in aliis contractibus per easdem personas celebratis sub eius rogitu circa cognitionem contrahentium illud adhibuerit, adeò quod esset frustratoria talis reiteratio, cum iam adimpleuerit contenta in reformatione, quae non requirit, quod semper iusiurandum praestetur, sed solùm disponat quod notarij non audeant se rogare, nisi contrahentes nouerint, vel ab vno saltem ex testibus cum iuramento adhibitis cognitos esse sciant, Vnde eo ipso quo semel impleuit scire tales contrahentes esse ab eodem teste cognitos cum iuramento, non
6 tenetur illud amplius reiterare, † cum per primum actum fuerit satisfactum menti, & intentioni statuentis, quo casu actus non reiteratur *Ruin. consil. 30. nu. 8. lib. 2. Bald. in l. inuitus. in fin. C od. de procurat. Ias. in l. diuortio. §. quod in anno, in fin. ff. solut. matrim. Dec. cons. 562. viso puncto. in princ. cum aliis per Tiraq. in boues. §. hoc sermone. limit. 6. nu. 1. & 8. ff. de verb. significat.*

Accedat declaratio iurata testis, de qua in summario nu. 6. vbi clarè deponit quod semper asseruit cum iuramento se cognoscere personam contrahentem, de qua agimus, & praesertim dum interfuit contractui, de quo modo est controuersia, Ita vt
7 ex hac declaratione magis notarius sit tutus, † Maximè cum possit doceri aliunde, quàm ex ipso instrumento, quod tale iuramentum interuenerit etiam post actum, cum non sit de forma, vt ante ipsum actum praestetur *Socin. cons. 15. nu. 47. & 48. lib. 1. Rot. diuers. decis. 133. nu. 9. lib. 2. Boer. decis. 345.*
8 *nu. 3. Gabr. cons. 200. col. 2. lib. 1.* † Ita vt ad illum actum talis consensus iuratus retrotrahatur *Ias. in l. si quis mihi bona. §. iussu. num. 41. de acquir. heredit. Natt. cons. 126. nu. 6. Aym. cons. 11. n. 4. Put. decis. 153. nu. 1. lib. 2. Caputaq. decis. 211. p. 1.*

Vlteriùs dato & non concesso quod admitteretur defectus iuramenti, de quo in mandato procurae,
9 quae controuertitur, † nihilominus Aduersarius non probat aliquod damnum sibi obuenisse vigore dicti mandati, & fideiussionis inde subsecutae, cum iam prius fuerint traditae merces, de quibus agimus, & illarum consignatio fuerit facta antequam sit praestita fideiussio. Vnde quamuis illa esset nulla, non tamen ex hoc pars damnum patitur, cum iam credidisse principali, cuius obligatio firma, & valida remansit ex sententia per D. Gubernatorem lata, Ita vt non obstet quod ex aduerso praetenditur probatum per testes merces non fuisse traditas ante dictam fideiussionem, sed post, sub spe validitatis illius, cum tam mandatum procurae, quàm fideiussio clarè specificet iam fuisse merces traditas. & consignatas. adeò vt modò non possit agi, nisi ex testibus, cum talis a-
10 ctio non detur ex instrumentis, † quae redduntur ex parte aduersarij omninò inualida, & simulata, tamquam contineant causam non veram, sed falsam *Paris. cons. 81. n. 24. lib. 2. cum aliis per Menoch. cons. 91. n. 40. vsque ad 51. lib. 1.*

Neque est omittendum, quod in mandato procurae, de quo agimus fit mentio cognitionis contrahen-
11 tium per clausulas caeteras, † quas notarius potest extendere, vt comprehendat omnia requisita, & quae pro validitate actus sunt necessaria, & per consequens etiam iuramentum, maximè quia ex aliis instrumentis per eumdem notarium rogatis apparet, quod dum per extensum ponit huiusmodi clausulam, semper in ea facit mentionem iuramenti, cuius appositio permittitur notario, tamquam si consuetum, & obseruatum illud apponere, cum etiam credendum sit, quòd fuerit electa via, per quam actus fiat omni meliori modo, & efficacius, prout ita erit, si iuramentum intercesserit, ideò multo magis illud poterit

terit apponi per notarium, prout de veriori opinione testatur, & multis comprobat *Seraph priuil. iuram.23.n.108.in fin.vers.contrariam partem, usq. ad nu.119.Gabr.de consuet.conclu.3.n.25. Ruin.cons. 66.n.5.lib.4.* Quamuis hoc non opus sit modò firmare, cum multi teneant contrarium.

Quibus addendum est, quod in instrumento, de quo agimus non leguntur illa verba, & habendis,
12 prout exaduerso præsupponitur, † cum adsit solùm clausula, pro habitis, & receptis, Vnde illa non potest extendi ad tempus futurum tanquam limitus in verbis determinatis respectu temporis, quod procedit, ne dum in contractibus, in quibus fit stricta interpretatio, sed etiam in vltimis voluntatibus, quæ magis plenè intelliguntur *Ias.in l.si stipulatus fuerim, §.cum stipulamur, n.1.ad med. ff de verb.oblig.Surd.cons.313.nu.2.lib.3.latè Menoc. cons.97.n.65.& 70.lib.1.*

Neque obstat, quod istud participium pro habitis debeat referri ad tempus futuræ obligationis, &
13 fideiussionis, † non autem ad tempus mandati procuræ, ita quod sufficiat fuisse datas tempore promissionis, vel fideiussionis, exemplo facultatis transferendi pensiones reseruatas, vt *in decisione coram R.P.D. Buratto Romana pensionis, 21. Iunij*
14 1613. † Quia ibi illud participium regitur à verbis cassari, & extinguere, ita vt sufficiat pensiones tunc temporis esse reseruatas, Vnde non mirum,
15 si participium intelligitur secundù tempus verbi, † cui est adiectum *Alex.cons.143.nu.1.& 2.lib.2 & ibi Add.in verb.temp.is, Castren.cons.24.num.3.lib. 2.* Quod non est in casu nostro, in quo partes solùm cogitarunt de tempore præterito, cum dixerint, pro mercibus habitis, & receptis vsque in
16 præsentem diem, † & sic excluditur omnino tempus futurum, *Socin.Iun.cons.99.num 6.lib.3.* & ita etiam declaratur *in decisione exaduerso allegata, vers.quia cum participium.*

Præterea facultas transferendi, de qua in dicta decisione erat concepta cum clausula, nunc, & pro
17 tempore, † Vnde non mirum si comprehendit omnes pensiones reseruatas post facultatem, Quia hoc est de natura illius clausulæ, vt etiam futura comprehendat, cum exponatur de pensionibus, quæ nunc sunt, & quæ tunc temporis fuerunt reseruatæ *Bald.in c.cum inter, n.7 de re iudic.*& ita etiam concluditur in eadem decisione *vers.accedit*
18 *adiectio, Menoc.cons.97.nu.124.& 125 lib.1.*† Cum ratione adiuncti verba præsentis temporis mutent naturam, & trahantur ad futurum tanquam habeant tractum temporis futuri, *Affl.decis.3.nu. 4 ad fin.Alex.cons.1.nu.22.lib.3.Salic.in l.1.ante fi. vers.& omnia ista significata, C. de his qui latron. vel aliis criminis reos occultant, Socin.cons.91 col.5.*
19 *in princ.n.2.lib.1.*† Aliud est in casu nostro, in quo nullum adiunctum adest, quod possit trahere præteritum ad futurum, immò cum adsint verba, pro habitis, & receptis vsque in præsentem diem, excluditur omne tempus futurum, neque istud ad-
20 iunctum facit mutare naturam suam, † immò potius illam retinet, quidquid sit quando adiunctum aliud significaret *Socin.Iun.cons.167.in fi.nu.26.lib. 2.Menoc.cons.97.n.124.& 125.lib.1.*

Cessantibus igitur istis adiunctis non est recedendum
21 dum a proprietate verborum, † quæ tanquam præteriti temporis non includunt futurum, vt dictum est *l.si seruitus, ff de seruit.vrban.prad. Honded.cons.63.n.61.lib.1.* Maximè, cum semper inspiciendum sit, quod conuenit subiectæ materiæ, & ne absurdum sequatur contra mentem contrahentium, qui dum contrahunt pro mercibus habitis, debeant dici contraxisse pro habendis, de
22 quibus non cogitarunt, † prout dicimus è contra, quod dispositio loquens de rebus futuris non trahitur ad præterita, *Felin.in cap.ad hæ.10.col.1. & 2.de rescri.post Oldrad.ad cons.310 per tot.*

Ex quibus remanet firmum fundamentum, aliàs fa-
23 ctum, quod ex mandato procuræ † nullum damnum contigerit Aduersario, prout neque ex fideiussione inde secuta, cum iam prius fuerint traditæ merces, & illarum consignatio fuerit facta antequam sit præstita fideiussio. Vnde quamuis esset nulla, non tamen ex hoc pars damnum patitur, cum iam credidisset principali, vt dictum est supra *vers.vlterius dato & non concesso, n.9.*

Addendum est etiam quod fuit exaduerso per Dominum Iudicem allegata doctrina *Bart. in l.tam*
24 *mandatori 12. Cod. de non numerat.pecun.* † quæ quidem ex notabilis, & tanquam talem ibi sequuntur *Bald.& Salic.cum aliis de quibus per Hering.de fideiussor.cap.27.nu.51.& 52.* Verum non facit ad casum, de quo agimus, cum non simus in mutuo, in quo adest priuilegium, vt competat exceptio non numeratæ pecuniæ, quod priuilegium tanquam concernens merita, & obligationem ipsam, & tanquam cohærens rei non personæ competit etiam fideiussori *Surd.decis.301.nu.13.* Vnde cum fideiussor possit de hoc excipere debet releuare, vt non teneatur, quando pecunia non fuit
25 numerata, † Quare si postea appareat, quod creditor illam reo principali numerauit, aufertur talis exceptio fideiussori, quando enim fideiubet, agitur cum creditore, quod numeret, & ideò si creditor numerat non potest sibi imputare, & per consequens ex hoc non debet habere exceptionem non numeratæ pecuniæ, sed vbi sic non ageretur, tunc fideiussor non esset defraudandus dicta exceptione, Ita explicat *Cin.in dict.l.mandatori, nu.*
26 *3. Cod. de non numerat.pecun.* † & ratio etiam est, quia tam fideiussor, quàm reus principalis, se obligauerunt sub ista spe futuræ numerationis, & sic considerarunt tempus futurum numerandi, Ideò non potest conqueri, si postea numeretur, cum eius intentio adimpleatur, & mutuum sit verificatum, seu conualidatum, nisi fortè iusta causa superuenirer, vt benè declarat *Alber.in d.l.mandatori, post med.vers.sic.ego autem puto, num.2.* Et hoc
27 est quod dicit *Bart.ibid num. 2.in fin.* † dum præsupponit numerationem fuisse factam de voluntate fideiussoris, ob quam excluditur ab exceptione non numeratæ pecuniæ *Bald.ibid.num.10.* vbi post *Glo.ibi in verb.competit.ad med.* subdit quod lex præsumit numerationem à principio interue-
28 nisse, † & sic fingitur non competiisse exceptionem numeratione facta, Quod etiam clarius explicat attestando de communi *Salic. in dict. l.tam mandatori, nu.3.* vbi quod hoc videtur actum cum
29 fideiussore, † dum fideiubet, vt reo numeret, & sic propter talem consensum fideiussoris, vt fiat numeratio debitori, tollitur illius exceptio, quæ non esset sublata, nisi actum fuisset, & consensisset, vt dicit *Cuman.in d. l.tam mandatori, ad fin. Cod.de non numerat.pecun.Hering.de fideiussor.cap.24.p.4.*
30 *nu.51.* † Immò in hoc casu ideò tollitur talis exceptio creditori per numerationem postea factam, quia infinitiuè agebatur, quod pecunia

numeratur, & sic non est facta restrictio ad aliquod tempus præsens, sed est consideratum etiam futurum, quandocumque ergo fiat numeratio tenebitur fideiussor cum effectu: Ita in specie declarat *Petr. de Bellaper. in d. l. iam mandatori, ante med. vers. dico quod immo, n. 1.*

Aliud est in casu nostro, in quo tractatur de cautio-
ne pro rebus venditis habitis, & receptis vsque
31 in præsentem diem, † ex quibus verbis constat,
quod nullus adest consensus, neque voluntas fide-
iussoris, & quod cum eo nihil actum fuit: Immò
potius de huiusmodi dissensu apparet, cum pars
expresserit solùm pro mercibus habitis vsque in
præsentem diem, & sic non in diem futurum, cum
ista verba non possint importare tempus futurum
virtute dicti adiuncti, quod facit mutare naturam
32 temporis, † Vnde multò magis operabitur, vt illa
retineatur *Socin. Iun. cons. 167. in fin. num. 16. lib. 2.
Afflict. decis. 3. nu. 4. ad finem. Alexand. cons. 1. nu.
22. lib. 3. Bald. in cap. cum inter, numero 7. de re iudic.
cum alijs per Menochium cons. 97. num. 124. & 125.
lib. 1.* & ad materiam multa per *Doctores in rubr. C.
de edendo, vbi Iason nu. 8. Ioannes Andreas ad Spe-
culatorem, de libell. concept. §. iam nunc videndum, in
princip.*

EPITOME.

Vxor confitens cum iuramento recepisse pretium census dotalis vnà cum marito, an præsumatur participasse pro dimidia. § Emptor census, qui debet reinuestiri, quando teneatur probare conuersionem pecuniarum, vt liberetur. § Confessio mulieris adminiculata an valeat, quamuis sit absque solemnitatibus statuti. § Augmentum dotis quando possit fieri per maritum tam ante, quàm post matrimonium. § Et quo casu statutum loquens de donatione in eo verificetur. § Pactum an sit validum, vt mulier lucretur donationem propter nuptias. § Et quid si fiat, vt matrimonium contrahatur. § Conuentio inæqualis inter dotem, & donationem propter nuptias an subsistat. § Statutum loquens in donatione an habeat locum in remuneratoria, & lucro dotis, & in accessoriis ad alios contractus. § Sponsalitia largitas an possit reuocari. § Donatio ob causam nuptiarum an sit irrita si illæ non sequantur. § Effectus donationis propter nuptias quis sit. § Et an illi possit per mulierem renunciari. § Et an sit amplius in vsu. § Et ex quibus colligatur quod non sit sponsalitia largitas. § Dos taxata quando possit augeri, vel minui. § Acconcium an sit pars dotis, & veniat appellatione illius. § Et an pro eo concedatur alienatio bonorum fideicommissi, sicut pro dote. § Dos congrua an consideretur tam respectu bonorum patris, quàm matris. § Acconcium quomodo sit restituendum. § Et an veniat sub prohibitione rerum dotalium. § Dignitas personarum an attendatur in constitutione dotis, si non suppetunt facultates. § Et quando annulletur, si fuerit constituta.

SVMMARIVM.

1 *Mulier potest repetere dotem suam, quamuis fassa fuerit recepisse pretium census dotalis vnà cum viro ad quem præsumitur in totum peruenisse, n. 2.*

3 *Iuramentum an faciat præsumere, quod vxor participauerit pro dimidia de pretio confessato vnà cum marito, nu. 4. 5. & 6.*

7 *Iusiurandum præsumitur per Statutum Vrbis metu extortum, si præstetur per mulierem non seruatis solemnitatibus.*

8 *Confessio vxoris facta cum viro non probat participationem pretij, nisi fiat cum debitis solemnitatibus statuti.*

9 *Emptor census dotalis, quod debet reinuestiri, tenetur probare conuersionem, aliàs non liberatur.*

10 *Confessio adminiculata an sit valida, quamuis non habeat solemnitates requisitas per statutum, nu. 11. & 12.*

13 *Augmentum dotis habet priuilegia dotis. Fallit in eo, quod fit per maritum constante matrimonio, n. 14. 15. & 17.*

16 *Statutum loquens in donatione habet locum in augmento dotis facto per maritum constante matrimonio. Amplia vt n. 18.*

19 *Vxor an possit petere mortuo viro augmentum dotis sibi factum tam ante, quàm post matrimonium, numero 23.*

20 *Vxor præsumitur dare secundo viro dotem, quam dedit primo, non tamen augmentum illius sibi ab eodem factum constante matrimonio.*

21 *Iuramentum an conualidet donationem inter virum, & vxorem.*

22 *Duplex prohibitio magis actum infringit, & plus operatur, quàm si esset simplex.*

24 *Stipulatio concepta in vno casu facit præsumi donationem liberam in alio.*

25 *Ratio finalis debet attendi.*

26 *Mens contrahentium est inspicienda.*

27 *Remuneratio potius dicitur, quàm augmentum dotis, si fiat à viro sene mulieri iuueni, & valet tanquam contractus irreuocabilis, n. 28. & 29.*

30 *Pactum est validum, vt mulier lucretur donationem propter nuptias, & augmentum dotis, & cedunt lucro vxoris. Declara vt num. 32.*

31 *Conuentiones inæquales inter dotem, & donationem propter nuptias non valent. Fallit de consuetudine, numero 33.*

34 *Statutum de donatione non habet locum in remuneratoria, neque in lucro dotis, n. 35. Nec in accessoriis ad alios contractus, nu. 36.*

37 *Donatio facta per virum mulieri, vt sibi nubat valet, & non redit ad heredes viri, n. 40. & 44.*

38 *Causa finalis dicitur illa, quæ ita mouet intentionem agentis, vt ipsa cessante non esset omnino facturus, vel non eo modo.*

39 *Sponsalitia largitas est vera donatio, & non potest reuocari, nisi ex causa ingratitudinis.*

41 *Donatio est pura, si fiat causam liberalitatis.*

42 *Donatio ob causam nuptiarum est irrita, si nuptiæ non sequantur. Intellige vt n. 43.*

45 *Donatio propter nuptias fit contemplatione dotis, & pro cautela mulieris, vt sit tuta pro illius restitutione. Et de aliis effectibus remissiuè, n. 46.*

47 *Mulier potest renunciare hypothecæ, non autem donationi propter nuptias, nisi etiam maritus renunciet doti, n. 48.*

49 *Ex donatione propter nuptias mulier dominium consequitur.*

50 *Maritus si assecurauit dotem in bonis suis, non præsumitur amplius voluisse facere donationem propter nuptias, sed sponsalitiam largitatem.*

51 *Donatio propter nuptias non est amplius in vsu.*

52 *Sponsalitia largitas dicitur, quamuis in instrumento asseratur,*

asseratur, quod pecuniæ donatæ crescant in augmentum dotis. Declara vt nu. 53.
55 *Sponsalitia largitas quando accipiatur pro donatione propter nuptias.*
56 *Verborum multiplicatio non mutat substantiam rei.*
57 *Suppletio non debet fieri stante congruitate dotis.*
58 *Acconcium dicitur pars dotis, & de appenditijs illius, & pro eo conceditur alienatio de bonis fideicommissi, sicut de dote.*
59 *Non est recedendum à dote iam taxata, nisi ex causa de nouo superueniente.*
60 *Dos detrahenda de fideicommisso debet declarari, vt minus illud lædatur.*
61 *Dos taxata potest minui, si superueniat causa æris alieni, quod prius erat incognitum ante taxationem.*
62 *Dos congrua consideratur tam respectu bonorum patris, quam matris.*
63 *Dignitas, & qualitas personarum non attenditur in constitutione dotis, si non suppetunt facultates, immo si fuerit constituta erit nulla.*
64 *Acconcium quomodo sit restituendum, & an veniat sub prohibitione rerum dotalium remissiuè, nu. 65. & 66.*

CAPVT CCCCXCVIII.

FVerunt probata requisita in Saluiano, de quo cum non controuertatur, consequens est concedi debere mandatum, non obstante prætensa
1 solutione, † Cum enim vir, & vxor fateatur se recepisse pretium census dotalis, talis confessio non præiudicat mulieri repetenti dotes suas, nisi doceatur dict. pretium fuisse conuersum in vtilitatem mulieris, cum potius illud totum præsumatur peruenisse ad manus mariti *Bald. in authent. si qua mulier. col. 2. post princip. versic. pone ergo quod vir & vxor. n. 1. Cod. ad velleian. Bertrand. cons. 236. n. 22. lib. 1. part. 1. Aret. in § est & aliud genus. colum.*
2 *1. in fin. versic. & aduertas. instit. de donat.* † Quidquid contrarium sequatur *Bart. cons. 124.* vbi vult quod ad vtrumq; pro dimidia dicatur peruenisse; Quia contra eum, & alios qui illum sequuntur est verior opinio, & magis communis, vt latè testatur *Aym.* qui omnibus respondet *cons. 91. per tot.* & multis comprobat *Roncagall. in l. eandem, in princip. nu. 55. vsque ad 62. de duobus reis.* cum aliis per *Tiraquell. de retract. lignag. 31. gloss. 1. num. 5. cum sequent. Imola in c. cum contingat. colum. 14. post med. versicul. sed iuxta prædicta potest dubitari. nu. 24. de iur. iur. & in l. cum vir. 42. colum. 8. ante med. versic. quid autem quando. n. 17 ff. de vsucapion. Alex. cons. 172. nu. 17. lib. 6.* latissime *Card. Mantic.* qui de veriori opinione testatur *de tacit. & ambig. conuention. lib. 1. tit. 10. n. 44.*

Neque obstat, quod saltem stante iuramento præsumatur pro dimidia participasse de pretio † *Bald.*
3 *in l. si eum seruum. ad med. versic. item nomine patris, ff. si certum petat. Aret. in § item. colum. 28. nu. 10. de act.* vbi quod propter iuramentum seruaretur in praxi, quod pecuniæ intelligerentur ad vxorem
4 peruenisse, licèt de iure hoc non sit verum; † Quia neque iusiurandum hoc casu aliquid operabitur, cum non habeat annexam dispositionem, sed contineat simplicem assertionem, ideò ei non statur, vbi de vero actu probationis, & versionis per legem disponitur propter fraudem euitandam, quia maxima viri reuerentia videtur causa huius confessionis, vt in specie concludit *Salic. in auth. si*
5 *qua mulier. ante fi. num. 7. ad med. Cod. ad velleian.* † Vnde ex tali confessione sola etiam iurata non præsumitur aliquam partem pecuniæ ad mulierem peruenisse, nisi probetur realis, & manifesta versio, quasi hoc iuramentum non sit promissorium, sed accessorium, cui non statur, vbi lex determinat de vero actu probando, vt dictum est;
6 † & declarat etiam *Bald. in dict. authent. si qua mulier. n. 1. C. ad velleian. Roncagal. in l. eandem. in princ. n. 58. C. de duob. reis.* Maximè stante statuto *Vrbis. c.*
7 *151. lib. 1.* † vbi iuramentum præsumitur metu, & dolo extortum non seruatis solemnitatibus ibi contentis, quare hoc casu nihil operabitur *Caputaquens. decis. 200. lib. 3.* nec d. solemnitatibus pacto,
aut iureiurando priuatorum poterit renunciari *Idem Caputaq. decis. 190. p. 3.*

Ideò, vt talis confessio facta cum viro probet partici-
8 cipationem, requiritur, † vt fiat in iudicio cum debitis solemnitatibus *Bald. in d. auth. si qua mulier. ad med. nu. 1. vbi Salic. nu. 6. in fin. C. ad velleian. Roncagal. in l. eandem. in princ. n. 58. vers. nisi fortè id actum sit, C. de duob. reis. Tiraq. de retract. lignag. § 31. gloss. 1. n. 5. in princ.*

Accedat quod cum simus in solutione census dotalis tam de iure communi, quàm ex forma instrumenti, in quo mandatur huiusmodi pecunias esse
9 reinuestiendas, † emptor d. census debebat curare, vt fieret tale reinuestimentum, adeo vt solutio aliàs facta non liberet soluentem, nisi probetur conuersio in illam causam, pro qua fuit facta extinctio census *Alex. cons. 4. in fin. lib. 3. & ibi Natt. in addit. in verb. quod pecunia. Abb. consil. 41. col. 2. vers. ergo non potuit, lib. 1. Surd. cons. 181. nu. 11. & 12. lib. 2. post Dec. in l. ciuitas. in fi. ff. si cert. petat.*

Non obstat quod confessio, de qua agimus non sit simplex, sed adminiculata aliis verisimilitudini-
10 bus, † & præsumptionibus, quæ faciunt, vt illa valeat, quamuis non habeat solemnitates requisitas per statutum *Achill. de Grass. dec. 160. alias 1. de confess. Tiraq. in l. si vnquam, in verb. donatione largitus, nu. 100. vsque ad 104. C. de reuocand. donat.*
11 † Quia ista adminicula, quæ adducuntur habent eumdem defectum, qui est in confessione, Nam omnes quietantiæ, quas pars aduersa allegat pro adminiculis sunt factæ tam ab vxore, quam ab eius marito, Vnde semper militat illa præsumptio, quod sint simulatæ, & quod omnes pecuniæ peruenerint ad virum, prout dictum est de confessione sortis principalis census *Bald. Nouell. de dote, p. 7. priuileg. 1. colum. 7. in fin. vers. nam consului de facto. Boer. decis. 23. n. 7. cum aliis supra allegatis.*

Maximè cum appareat de manifesta circumuentione mulieris, per quam asseritur pecunias fuisse conuersas in scassato vineæ, & tamen tunc temporis non aderat aliqua vinea, cum illa fuerit
12 conducta per multos menses postea, † adeo vt stante ista falsa assertione cessent coniecturæ, & per consequens non nocebat talis confessio vxori, quæ dotem suam poterit petere, stante vergentia viri ad inopiam, cum enim bona illius non sufficiant, debet esse illi consultum in aliis ratione suæ hypothecæ, quæ hoc casu non censetur remissa *Boer. decis. 24. n. 9.* Ne præsertim mulier remaneat indotata, quod non est permittendum *l. 1. ff. solut. matrim.*

Quo verò ad augmentum dotis, de quo quæritur dixi esse nullum, Quamuis enim illud permitta-

13 tur etiam constante matrimonio,† & habeat priuilegia dotis, *Bald. in l. etiam, C. de iur. dot.* Tamen hoc procedit quando fit à persona, quæ tenetur dotare, vel ab ea quæ potest donare, secus quando sumus, prout in casu nostro, in eo, qui non est obligatus dotem dare, & prohibetur donare propter suspicionem fraudis, & ob nullam necessita-
14 tem constituendæ dotis,† tunc enim tale augmentum, quod fit ex interuallo post matrimonium contractum, non habet priuilegium dotis, & tanquam donatio comprehenditur sub statuto prohibente donationem inter virum, & vxorem. Nam huiusmodi datio post matrimonium est vera donatio, non ob causam, cum vir iam esset obligatus ad onera: Ita in specie statuti Vrbis concludit *Gabr. cons. 10. n. 7. & 8. lib. 1.* quem sequitur *Rot. coram R.P.D. Coccino Romana contractus, 17. Iunij*
15 1600.† vbi concluditur constare de nullitate donationis ob non seruatas solemnitates statuti vrbis *cap. 151. lib. 1.* non obstante quod obligatio esset pro augmento dotis, quo casu licèt statutum non habeat locum, Tamen quia tale augmentum fuit factum à persona, quæ non tenebatur dotare,
16 † præsumitur quod illud fecerit ad fraudandum statutum, cum habeat vim donationis, non augmenti dotis tanquam factum post contractum matrimonium, vnde comprehenderur in statuto prohibente donare absque dictis solemnitatibus, prout etiam istam fraudem considerat ad hunc effectum *Rot. coram R.P.D. Coccino in eadem causa Romana contractus, 1. Decembris* 1608.

Et ita intelliguntur omnes Doctores, dum præsupponunt, quod augmentum dotis sit vera dos,
17 † Quia procedunt quando fieret ex parte mulieris, seu alterius ex parte ipsius, secus quando constituitur per virum, tunc enim non potest dici dos, nam titulus dotis transfert dominium in maritum: Vnde res quæ iam est mariti non potest amplius effici sua, & per consequens dos non potest à marito vxori constitui, & sic videtur tale
18 augmentum ei donasse, † quamuis etiam maritus huiusmodi rem donaret extraneo, vt eam deinde constitueret in dotem vxori ipsius donantis, quia semper dicitur donatio tanquam facta constante matrimonio, ideò est nulla, & vxor non potest
19 eam repetere mortuo viro,† prout in istis terminis latè comprobat *Surd. cons. 164. nu. 16. cum seq. & cons. 196. n. 24. & 25. lib. 2. per text. in l. 1. C. de donat. ante nupt. Natt. consil. 253. nu. 7. & cons. 571. n. 9.* vbi etiam ex hoc concludit, quod quamuis mu-
20 lier præsumatur dare secundo viro dotem,† quam priori marito dedit, & illius augmentum: Tamen non censebitur dare augmentum dotis sibi factum ab eodem primo viro, quasi illud habeat speciale nomen donationis propter nuptias, *Iacob. Maneil. cons. 22. nu. 5. in fi. & consil. 68. in princ. Aym. cons. 185. num. 5. Purpur. cons. 148. num. 1. lib. 1. Thesaur. decis. 46. n. 7. Cagnol. in l. si emancipati, in fi. C. de collat. cum aliis per Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 20. c. 4. nu. 5. cum seq. & latius lib. 12. tit. 26. n. 10.* vbi testatur de veriori opinione, quidquid malè senserint, & notat etiam *Cephal. cons. 613. nu. 5. lib. 4. Laurent. Chircon. commun. opin. cent. 1. conclus. 94. Sola in comment. decret. Sabaud. tit. de feud. gloss. vnic. par. 1. n. 9. dixi supr. c. 172. n. 21. & cap. 254. n. 65.*

Neque obstat iuramentum, per quod conualidatur
21 donatio inter virum & vxorem: † Quia omisso quod hoc multis modis limitatur, vt latè per *Seraphin. priuileg. iuram. 71.* In casu nostro adest statutum Vrbis *c. 135. lib. 1.* per quod omninò annullatur iusiurandum, ita vt nihil operetur, sed præsumatur dolosum, nisi in casibus à iure permissis. Vnde cum de iure istud augmentum factum à marito prohibeatur, vt dictum est, intrat disposi-
22 tio statuti,† sic adest duplex prohibitio, quæ magis actum infringit, & plus operatur, quàm si esset simplex *§. sanctissimas, auth. de non alienand. Ruin. cons. 34. nu. 2. lib. 2. Rolan. cons. 70. nu. 72. lib. 3. Ceph. cons. 133. n. 62. lib. 1. Gozad. cons. 25. n. 3. Menoc. cons. 95. nu. 124. lib. 1. Surd. decis. 254. nu. 35. in fi.* & concludunt omnes *in l. filiusfamilias, §. diui. Rip. n. 89. ff. de legat. 1. Socin. iun. cons. 31. nu. 71. lib. 1.*

Verum esset quod quando sumus in augmento dotis facto à marito ante contractum matrimonium,
23 †tunc illud non spectaret ad hæredes viri, sed cederet lucro vxoris, prout aliàs dixi in casu mihi proposito, in quo stipulatio fuit facta solùm in euentum obitus vxoris sine filiis legitimis, & naturalibus, tunc enim maritus augens dotem voluit illud augmentum redire ad ipsum, & eius hæredes, Vnde cum mulier supervixerit viro non est
24 locus stipulationi, † quæ tanquam concepta in vno casu facit præsumi donationem liberam in alio, *l. si cum dotem 23. in princ. & ibi Bart. num. 1. Castr. n. 1. Alex. nu. 14. ff. soluto matrim. gloss. in l. filiæ meæ 60. in verb. redderet, ff. eod. tit. l. fi. in princ. C. de iur. dot. Honded. cons. 48. 37. lib. 1.*

Maximè, quia ex instrumento clarè constat, quòd maritus auxit dotem ad vtilitatem mulieris, cum
25 expressè asserat † hoc facere intuitu, & contemplatione matrimonij cum ea contrahendi, quæ ratio tanquam finalis debet attendi, *l. vlt. de hæred. instit. Bero. cons. 180. nu. 41. lib. 2.* Et in contra-
26 ctibus † semper mens contrahentium est inspicienda, *l. promittendo, de iur. dot. Rolan. cons. 61. n. 31. lib. 2.* Ita vt possit etiam dici potius remuneratio, quàm augmentum dotis stante iuuenili ætate
27 vxoris, † & senectute viri, *Bald. & alij in l. si voluntate, C. de dot. promiss. Anchar. cons. 219. col. 1. post princ. n. 2.* Adeo vt neque possit dubitari de validitate huiusmodi donationis, quæ statim valet, &
28 efficitur irreuocabilis † tanquam in recompensationem ætatis, vel similis inæqualitatis, *Bart. in l. si stipulatus, §. si tibi nupsero, ff. de verb. obligat. Ang. cons. 5. n. 6. cum aliis per Ceph. cons. 613. nu. 34. lib. 4.*
29 *Bursat. cons. 179. lib. 1.* † Maximè quando est facta, prout in casu nostro, tempore constitutæ dotis ante contractum matrimonium, *Paris. cons. 89. nu. 18. & 20. lib. 3. Clar. in §. donatio q. 9. vers. sed pone, nu. 5. Honded. cons. 48. n. 21. & 22. lib. 1.*

Et passim valent huiusmodi pacta, vt mulier lucretur donationem propter nuptias, seu augmentum
30 dotis, † quo casu non debet redire ad virum, & eius hæredes, *c. fi. de donat. int. vir. & vxor. Roland. cons. 62. n. 2. lib. 1. Menoch. cons. 256. nu. 25.* sed cedit lucro vxoris, vel illius hæredibus, *Cin. Bald. & Castrens. in l. quod scitis, C. de bon. quæ libe. Aym. cons. 185. nu. 1. in fi. Albens. cons. 68. n. 3. in fi. cum aliis per*
31 *Honded. cons. 48. n. 26. & 27. lib. 1.* † vbi etiam quod ista pacta de lucro dotis, & donationis propter nuptias inæqualia, quamuis non valeant, *auth. de inæqualit. dot. in princ.* tamen intelligitur post con-
32 tractum matrimonium, † secus autem ante *Innoc. in c. donationes, de donat. inter vir. & vxor. Ang. in l. ex morte, C. de pact. conu. Io. de Amic. cons. 5. n. 17.* li-

cet hodie de consuetudine indistinctè valeant pa-
33 cta inæqualia † inter dotem, & donationem pro-
pter nuptias *Bero.conf.140.nu.34.lib.2.*

Neque obstat statutum de donationibus *cap.149. & 150 lib.1.* Quia habet locum in vera, & propria donatione, non autem in remuneratoria, prout
34 est ista, † præsertim cum accesserit doti, & fuerit facta in augmentum ipsius, quo casu dicitur ipsamet dos, & habet omnia priuilegia doti concessa, Ita vt statutum de lucro dotis procedat etiam in
35 augmento † *Abb.conf.46.in 2.dub.lib.1.Castr.conf. 1, .col.3.in fi.lib.1.latè Roland.de lucr.dot.qu.100. per tot.tom.9.fol.390.Tiraq.de retr.lignag.§.1.gl.18. nu.51.Cephal.conf.156.n.25.lib.2.*

Præterea statuta prædicta debent intelligi in veris, & propriis donationibus, non autem in istis ac-
36 ... ad alios contractus † *l.si quis nec causam, ff. si cert. petat. l fundi partem. de contrahen. empt. Bartan l.si tibi decem.in princ. ff de pact.Couar.lib. 2.var.re. Int.cap.4.nu.8. Calder.conf.2. de empt.& vendit.Fabian de Mont.eod tit.q.8.princ.q.4.vers. quarto quæro nu.19.Rot.coram Card. Blanchetto Romana veneferis,14 Februarij 1592.*

Quæ omnia confirmantur ea his, quæ in simili voluit *Rot.coram R.P.D. Pamphilio Fanen. Saluiani 8. Martij 1613.* vbi fuit declaratum donationem
37 factam per virum suæ vxori † non debere redire ad hæredes d. viri, cum fuerit simplex donatio post constitutionem dotis, & sui animi benignitate ... eamdem vxorem cum clausula dummodo, si binubat, & non aliàs, nec alio modo, Ita vt ea hoc dicendum sit, quod causa finalis ipsius donationis fuit matrimonium de futuro, ad quod contrahendum principaliter fuit facta donatio, quæ non habuisset effectum, nisi cum ista necessitate ita con-
38 trahendi, † cùm causa finalis dicatur illa, quæ ita mouet intentionem agentis, vt ipsa cessante non esset omninò factutus, vel non eo modo *l.damus. de condict.indeb.l.in summa § id quoque.ff.eodem titu.Bald.in l.1.n.1.Cod.quand. non petent.part. Aym. ... 142.nu.9.Roland.conf.44.n.15.lib.4. Fulgos.in l. enim te num.4.& ibid Castre. fin.3. Cod.de pact. Cardin. Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.3.tit.
39 12.num.24. vsque ad 28.* † Et propterea censetur quædam sponsalitia largitas, quæ est vera donatio, & reuocari non potest, nisi ex causa ingratitudinis *l.1.& l.si filia. ff.de donat.ant.nupt.* Vnde soluto matrimonio ad maritum donatorem non
40 reuertitur, sicut donatio propter nuptias, † sed remanet penes vxorem *l. si mater. & l.vltim ff de donation.ant.nup l.cum veterum.Cod.eodem tit.cap. fin. de donat.int.vir. & vxor. Cardinal. Mantic.de tacit.& ambig.connentionibus. lib.10.tit.1.n.3.vsque ad 6. Molin. de contract disput.290.nu.1. Sancez.de*
41 *matrimon. lib.6.disput.18.num.1.* † Ita vt quamuis ista donatio olim esset puta quando fiebat causa liberalitatis *l.1.versic.igitur.ff de donation.* Tamen hodie habet tacitam conditionem nuptiarum, quia etiam cessante conuentione, quæ adest in ca-
42 su nostro, † præsumitur facta ob causam matrimonij, & ideò irrita est, si nuptiæ non sequantur, & res donatæ condici possunt *d. l. cum veterum, Cod. de donat.ant.nupt.* quod quidem locum habet, si per alterum steterit quominus matrimo-
43 nium contrahatur, † sed si mors alterius intercesserit, & sponsus sponsæ osculum dederit, sponsa lucrabitur dimidiam partem donationis *l. si à sponso.de donat.ant.nupt.Bero.conf.62.num 14 lib.1.*

Roman.conf.146.n.2.in fi.Cardin.Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.20.tit.1.n.5.

Et quamuis donationes propter nuptias reuertantur ad virum *Surd.conf.196.nu.24. cum aliis supra ad-*
44 *ductu.versic. & ita intelliguntur.num.17.* † Tamen aliud est in sponsalitia largitate facta à futuro marito, vt mulier sibi nubat, quæ soluto matrimonio non reuertitur ad hæredes mariti, vt dictum est *l. cum veterum.Cod.de donat.ant.nupt.* Contraria autem procedunt in donatione propter nuptias, quæ propriè fit contemplatione dotis, & pro cautela
45 mulieris, † vt sit magis tuta pro restitutione dotis *Bald.in l.si constante post princip.versic.quid operetur ista donatio. ff.solut.matrimon. Becc.conf.43. num.12.cum aliis per Honded.conf.48.num.11.lib.1. Corn.conf.256.n.51.lib.1. Menoch.conf.33.n.14.Cardin.Mantic.de tacit. & ambig.conuent. lib.10.tit.*
46 *3.nu.2.* † vbi vltra istum effectum securitatis mulieris recenset alios tres effectus donationis, de quibus etiam per *Abb.in cap. vltim.nu.1.2.de donat. int.vir.& vxor.* Quorum ratio est, quia ex d. donatione vxor redditur magis tuta, cum plus sit, quod ipsa habeat dominium in bonis viri, quam solam
47 hypothecam, † Nam potest mulier renunciare hypothecæ *l etiam & l.iubemus.C.ad vellean auth. sine a me.C.eod.tit.* quod non est in donatione propter nuptias, cui vxor non potest renunciare, nisi
48 etiam maritus renunciet doti † *l.sed & si contrario ff.de donat.ant.nupt. Gloss.in §. est & aliud. in ver.exequentur.instit.de donat.Bald.in l.si constante. post princ.ff solut.matrim. Honded conf.48.n.12. lib. 1.* Quod autem in donatione propter nuptias vxor
49 dominium consequatur, † apparet ex *auth donationem.Cod.de iur.dot.*& de hac ipsa securitate dotis loquitur *Bald.in auth. dos data.num.3. C.de donat.ante nupt. & in l quod scitu.nu.9 vers modo hic quæro.C.de bon.quæ liber. Abb.in c.vlt.nu.12.in 2. effectu de donat.int.vir & vxor.Card.Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.20.tit.3.n.2.*

Et magis prædicta procedunt si adesset instrumentum, in quo maritus pro assecuratione dotis obli-
50 gasset omnia eius bona, † tunc enim non censeretur postea voluisse facere donationem propter nuptias, vt denuò cautam illam redderet, postquam illius securitati iam erat prouisum, sed quod potius voluisset facere sponsalitiam largitatem, prout ita in specie arguit *Honded.conf.40.num.43. lib 1 Aym.conf 880.n.5.* quos in proposito sequitur *Rot.coràm R.P.D.Pamphilio Fanen. Saluiani 8.*
51 *Martij 1613.* † vbi etiam additur hoc magis suaderi, cum donatio propter nuptias hodie non sit amplius in viu *Glo.in auth.æqualitas, in verb.pariæ & ibi Bart. Bald. & Salic.C.de pact.conuent. Ang.in l.ex morte.C.eod.tit. Boer.qu.22.col.4. Paris.conf.95. n.35 lib 2.Natt.conf.519 nu 7.Cephal.conf.598 num. 43.Dec.conf.49.n.33.lib.2.cum aliis per Card. Mantic.de tacit.& ambig.conuention. lib.20.tit.4.n.15.& lib.12.tit.26.n.5.Clar.in §.donatio.q.11.vers.dispositio tamen.Aym.conf.462.n.1.*

Amplius neque obstatet, quod in instrumento similium largitatum adessent verba, quod pecuniæ
52 donatæ crescant in augmentum dotis, † Nam quamuis tale augmentum nil aliud sit, quàm donatio propter nuptias *Natt.conf.571.num.9. Aym. conf.880.nu.4.cum aliis, de quibus supr.num....* Tamen hoc procedit si idem augmentum fuisset factum correspectiuum ad dotem, non autem quan-
53 do fuit propter matrimonium de futuro, † nam

tunc dicitur sponsalitia largitas, quæ differt a do-
natione propter nuptias *l.cum veterum.Cod.de do-
nat.ant.nupt.Card. Mantic de tacit.& ambig con-
uent.lib.20.tit.1.n.5.* & ita in specie concludit *Rot.
coram R P.D.Pamphilio Fanen.Salutiani* 8. *Martij*
54 1613. † vbi etiam subditur quod illa verba non
fuerunt apposita ipsi donationi, sed in casu quo
matrimonium culpa donatoris non sortiretur ef-
fectum, tunc enim voluit donans, quod donatio
nihilominus esset valida, & vxor illam acquire-
ret, & accresceret in augmentum dotis: vnde sicut
in illo casu non secuti matrimonij donans, &
eius hæredes nihil possent prætendere super quan-
titate donata, Ita etiam idem censeri debet solu-
to matrimonio iuxta dispositionem *l.cum veterem
C.de donat.ant.nupt.*

Nec facit, quod ista sponsalitia largitas aliquando
55 accipiatur pro donatione propter nuptias. † *Car-
din. Mantic de tacit.& ambig.conuent.lib.20 tit.2.
num.1. Rot.coram R.P.D.Pamphilio in eadem causa
Fanen.Salutiani.* Quia cum ex prædictis constet de
vera qualitate donationis, & quod fuit facta ob
matrimonium futurum, non quod sit donatio
propter nuptias est attendenda magis veritas,
non habita consideratione verborum *Aym.cons.*
56 *880.num.4.* † Cum verborum multiplicatio non
mutet substantiam rerum *l.pediculis, §.labeo.ff de
aur. & arg. legat. l.qui mutuam, in princ. ff.mand.
Natt.cons.146.nu.12.Card Mantic.de tacit.& am-
big.conuent.lib.13.tit.32.n.14.*

Circa vltimum dicebam, quod ratione acconcij non
erit aliquid addendum dotibus constitutis, Et-
enim per Sacram Rotam fuit aliàs declaratum
congruam dotem vniuscuiusque ex filiabus esse
scutorum mille considerata quantitate bonorum
hæreditatis præuia illorum æstimatione per peri-
tos communiter à partibus electos, nec non ære
57 alieno, & aliis de quibus in facto, † Vnde sequi-
tur, quod stante dicta congruitate dotis non de-
bet fieri alia suppletio, cum ista bona mobilia, seu
acconcium, quod solitum est dari mulieribus sit
pars dotis, seu supplementum illius, & de perti-
58 nentiis, & appenditiis dotis, † de quibus ita iudi-
camus, sicut de ipsa dote iuxta *cons.Anan.36.nu.1.
vsque ad nu 4 Paris cons.95.num.13.lib.2.Curt.Iun.
cons.129.in fin.* Cum etiam isti apparatus dotis de
consuetudine sint soliti dari, & dicantur de ex-
pensis necessariis, & accessoriis dotis, quia si non
darentur, dos esset maior, quare sunt pars dotis
*Gabr.cons.153.nu.6.& 12.lib.2.Rot.diuers.decis.556.
nu.3.lib.1.Castr.in l.cum pater, §.pater filia, ff.de leg.
2. Alex.cons.36.nu.6.lib.6.& cons.27.lib.5.Roland.
de incr.dot.q.50.* Vnde etiam pro istis apparatibus
alienantur bona fideicommissi, sicut pro dote *Sa-
lic.in auth.res quæ,nu.5.C.de fideicommiss.Bero.cons.
116.nu.23.lib.2.& cons.134.n.9 eod.lib.Gabr.d.cons.
153.n.11.Rot.d.decis.556.n.1.*

Maximè, quia iam multis ab hinc annis dictæ filiæ
fuerunt nuptæ cum huiusmodi congrua dote, &
traductæ ad domum virorum, Ita vt non sit am-
plius grauandus hæres in præiudicium fideicom-
missi aliam dotem constituere, aut illam augere
stante limitatione, & taxatione dotis iam facta,
59 † à qua non est recedendum, nisi ex causa de no-
uo superueniente *l.quod seruus. de condict.ob caus.
l.vtilitatem.de confirm.tut. Aym.cons.291.n.4.in fin.*
Præsertim, quia hæc matar[illegible] tanquam subsidiaria
60 est declaranda, † vt minus lædatur fideicom-
missum, quàm fieri possit *Peregr.de [illegible]
art.42.n.71.& 72.fol.300.*

Accedat nouum æs alienum occasione [illegible]
torum bis mille, & tercentum, quod apparuit in
hæreditate post [illegible]atas dotes, de quo tamen quia
non cognito non fuit prius habita ratio in huius-
modi taxatione, Vnde non solum est aliquid [illegible]
61 dendum dictis dotibus, † sed potius stante illa
causa de nouo superueniente poterunt ret[illegible],
& minui dotes iam taxatæ [illegible] debitam quanti-
tatem, siue a Iudice, siue ab [illegible] fuerit fa[illegible]
declaratio, vt per *Garz. Mastril decis Sicul.1[illegible] n.
27.post Petr.Gregor.in tract. de dot.de par ag.qu.34.
per tot.*

Præterea cum ex bonis maternis fuerit datum ac-
concium, satisfactum est consuetudini, quæ ex-
62 aduerso præsupponitur, † cum non probetur in
specie huiusmodi acconcium dandum esse potius
ex bonis patris, quàm matris, Præsertim quia e-
tiam habetur ratio bonorum, & dotum mat[illegible]na-
rum ad effectum cognoscendi congruam d[illegible]ta-
tionem *Thes.decis.192.in fin.versic.& quamuis ita
dotes.*

Neque obstant quæ dicuntur de dignitate, & quali-
tate personarum, Nam quando non sup[illegible]etunt
63 facultates, † non solùm non potest cade[illegible] aliqua
constitutio dotis, sed etiam si fuerit constituta e-
rit nulla *Ias in § fuerat.colum.29.post med versic.se-
cundo notate.nu.116.instit.de action.post R[illegible] in l.
1 ff solut.matrimon. Bald.in l.fin.num.1[illegible] versic.sed
quid si pater Cod. de iur.dot. Ascan. Clementin.de
patr.potestat.effect.11.num.22.cap.6.tom.8.par.2.fol.
1 4.Rebuff de congr.port.n.102.* & ita quod non de-
beatur acconcium, resoluit *Rot.in huiusmodi causa
Amerina dotium 12 Ianuar.1607.coram R.P.D.Pe-
64 nia.* De Acconcio autem vltra supradicta multa
*Roland.cons.92.nu.10.lib.2.Socin.cons.259.lib.2.&
65 cons.112.nu.5 libr.3.* Et quomodo restituatur † *Lu-
douic.conclus.10.limit.1.fol.19. Carpan.ad constitut.
Mediolan.cap.455 nu.47.Couarr.pract.qu. .18.* Et
prohibitio rerum dotalium an extendatur ad
66 mobilia † *Mar. Ant.super consuetud. Panormit.
cap.41.n.12.cum seq.*

EPITOME.

Repetitio pecuniarum quando detur contra eum, pro quo fuit facta promissio de non offendendo de mandato Iudicis. ¶ Et an requiratur actus positiuus circa approbationem dictæ promissionis, vel sufficiat sola scientia, & illius intimatio. ¶ In actu necessario an sint adhibendæ solemnitates. ¶ Fideiussor verus an dicatur, qui ex officio Iudicis cogitur ad cauendum pro consanguineo de non offendendo, & an æquiparetur fideiussori iudicatum solui. ¶ Pœna fractæ pacis præstitæ pro se, & complicibus an incurratur, si vnus fuit offensus, antequam ratum haberet. ¶ Et an ratihabitio retrotrahatur. ¶ Consanguineus offendēs quando debeat releuare promittentem ratificando promissionem ¶ Et ex quibus censeatur facta ratificatio. ¶ Actus positiuus qualis debeat esse ad inducendam ratificationem. ¶ Statutum quo casu trahatur ad præterita. ¶ Et quid in negotiis pendentibus per appellationem ¶ Tempus secundi fatalis quomodo sit calculandum ¶ Protestatio impedimenti an sit necessaria, vt fa-

talis

[illegible] curtant. § Appellanti quando detur [illegible]. § Et an sufficiat comparere in vltimo [illegible] io induciarum.

SVMMARIVM.

1 Iudex ex officio nobili cogit ad præstandam fideiussionem de non offendendo, & qui promisit censetur [illegible] fideiussor, & æquiparatur fideiussori iudicatum solui, nu. 2. & 3.

4 F[illegible]o potest intercedere non solum pro eo, qui [illegible]ur iure actionis, sed etiam pro illo qui tenebatur [illegible] officio nobili, & mercenario, n. 5.

6 Re[illegible] pecuniarum quando detur contra eum, pro [illegible] fuit facta promissio de non offendendo de [illegible] iudicis, & an requiratur actus positiuus [illegible] obationem d. promissionis, vel sufficiat sola [illegible], n. 7. [illegible] 34. 35. & 38.

9 I[illegible] debet præstari quamuis non sit promissa.

10 Sole[illegible] non requiritur in actu necessario faciendo [illegible] minorem.

11 De[illegible] Iudicis non est adhibendum, vbi adest decre[illegible], n. 36.

12 [illegible] offendens non tenetur releuare pro[illegible]tem, nisi in casu, in quo ratificaret promissio[illegible]. Intellige vt nu. 13. 14 & 16.

15 Pæn[illegible] pacis præstita pro se, & complicibus non incurruntur, si vnus fuit offensus antequam ratum haberet, quamuis postea subsequatur ratihabitio, [illegible] non retrotrahitur.

17 A[illegible] quando detur biennium, & an ad illud [illegible]nendum sufficiat comparere in vltimo termino [illegible] tarum.

18 [illegible] non currunt stante impedimento Iudicis etiam absque protestatione, nu. 19.

20 Prorogationes fatalium post appellationem desertam non iuuant, & quomodo debeat calculari tempus [illegible] fatalis, nu. 21.

22 [illegible] iudicatam non attenditur in supremis tribunali[illegible].

23 [illegible] & consensus quando inducat ratificatio[illegible] nu. 24 & 25.

26 [illegible]atio potest fieri re, verbo, & consensu tacito.

27 Ad inducendam ratificationem an sufficiat consen[illegible] eo intimare quod fuit præstita fideiussio de non [illegible]dendo, nu. 33.

28 Sc[illegible] simplex non attenditur in ratificatione, sed [illegible] plena cum omnibus qualitatibus.

29 A[illegible] ad hoc, vt inducat ratificationem quando ad[illegible], & nu. 31.

30 Tacita voluntas, quæ colligitur ex actu, eatenus extendi[illegible] quatenus infertur de necessitate.

32 Lectio a[illegible] ratificati requiritur cum omnibus qualitatibus.

37 Iudex potest se informare de notorio etiam parte non [illegible].

39 Statutum quando trahatur ad præterita. Et quid in negotiis dependentibus per appellationem, n. 40.

CAPVT CCCCXCIX.

DE mandato Sacræ Consultæ fuit facta promissio de non offendendo, de qua agimus, & [illegible] illis, qui poterant cogi officio Iudicis nobili [illegible] ane idiun, † l. illicitas, §. ne potentiores. ff. de offic. præs[illegible]. Cin. in l. denunciamus, C. de his qui ad eccles. [illegible]. Rip. in rubr. de damn. infect. col. 1. in fin. vers. [illegible] quæritur, n. 7. Vnde sequitur, quod qui pro

2 misit censeatur verus fideiussor, † quamuis nulla obligatio præcedat, quasi satis sit, quod ille, pro quo tunc facta fideiussio, poterat cogi ad illud faciendum, & per consequens haberi pro obligato, cum factum reputetur vtrumque Arg. in l. 1. in fin. n. 5. ff. qui satisdar. cogan. & in specie similis fideiussionis de non offendendo concludit Gabr. 3 cons. 176. n. 2. vsque ad 5. lib. 2. † vbi etiam quod talis fideiussor æquiparatur fideiussori iudicatum solui, adeo vt sicut sine alio processu fit condemnatio ad instantiam fisci contra dictum fideiussorem condemnato principali Bart. in l. 1. ff. iudic. sol. Ita etiam è contra erit facienda executio contra principalem pro fideiussore sine alio processu l. 4 fin. C. de execut. rei iud. Bart. in d. l. 1. in fin. † Neque est inconueniens, quod fideiussor possit intercedere non solum pro eo, qui poterat cogi iure obligationis actionis, sed etiam pro illo, qui solùm tenebatur officio Iudicis nobili, prout in casu nostro Alex. in l. 2. § si quis ex his. nu. 6. ff. qui satisdar. cogant. post Bart. in l. Marcellus. num. 4. ff. de fideiuss. Guid. Pap. decis. 570. nu. 5. per text. in l. pecuniæ verbum. 178. § vlt. ff. de verb. signif. & ita † etiam pro 5 eo, qui tenebatur officio Iudicis mercenario Castr. in l. 1. in fin. ff. de fideiuss.

Quibus stantibus rectè potuit agi contra D. Brutum ad repetitionem pecuniarum pro eo solutarum, cum illæ fuerint solutæ pro negocio ad illum per-
6 tinente. † quamuis nulla eius obligatio intercessent, & pro quo ipse cautiam damni dedit, maximè præsupposita scientia, & præsentia eiusdem D. Bruti, quando fuit facta huiusmodi obligatio per D. Mutium, & approbatione d. fideiussionis, ex quibus inducitur actus positiuus sufficiens ad consensum etiam in obligatoriis Aym. cons. 1. 1. n. 5. Dec. cons. 268. non excedit. n. 3. Ias. in l. qua dotis. nu. 91. ff. solut. matrim. cum aliis per Surd. consil. 349. nu. 23. lib. 3. Paris. consil. 66. n. 19. lib. 4.

Præterea neque etiam in casu nostro requireretur
7 aliquis actus positiuus † ad hoc vt D. Brutus sibi præiudicauerit, cum sufficiat sola præsentia, & scientia ipsius, quasi D. Mutius habeatur pro fideiussore ex iis, quæ supra dicta sunt, & consequenter habeat actionem mandati contra D. Brutum, quamuis eo solùm sciente, & non contradicente fideiusserit, prout contigit in casu, de quo agi-
8 mus, quasi tacitè mandare videatur ille, pro † quo præsente quis obligatur, aut fideiubet l. qui fide. 53. & ibi Glos. in prin. & Salic. n. 1. ff. mandat. Bertazol. clans. 43. glos. 1. num. 1. quidquid sit eo absente, quo casu haberet actionem negotiorum gestorum l. ex mandato. ff. mandat. dixi cap. 130. nu. 24. Vide & per consequens tenebitur ad omnia damna passa,
9 † quamuis indemnitas non fuerit promissa, quasi hoc tacitè insit, ita vt non requiratur expressio cap. peruenit. de fideiuss. Bald. in l. constitutionibus, 20 in princ. C. de vsur. Paris. cons. 104. num. 12. lib. 3. Abb. cons. 60. n. 1. lib. 1.

Non obstat, quod D. Brutus tempore quo fuit præsens fideiussioni esset minor, qui non poterat obligari sine solemnitatibus, Quia in facto præsup ponitur adfuisse omnia requisita per statutum Asculi in casibus minorum cum decreto Iudicis, consensu consanguineorum, & aliis, ex quibus non potest dubitari de validitate huiusmodi ob-
10 ligationis, † Quamuis neque ista essent adhibenda, cum sumus in actu necessario, ad quod lex obligat, vt quis possit cogi ad cauendum de non

offendendo *Bart.in l.illicitas §.ne petentieres, ff de*
offi.præsid. Vnde cum interueniat decretum legis,
11 non requiritur aliæ solemnitas, vel † decretum Iu-
dicis *Bald.in l.certi iuris.q.8.num.11.Cod.locat.Ias.*
in l.si constante.in 1.lect.nu.201.ff solut.matrim.Ne-
guf.de piguer.p.2.m.4.q.73.Surd.de alim.titul.9.qu.
44.nu 15.

Nec facit, quod consanguineus offendens non te-
12 neatur releuare promittentem, † nisi in casu quo
ratificaret promissionem *Farinac.q.107. art 3.nu.*
35.& art.21.num.293.Vulpell. de pace.q.61. Quia
13 † satis constat in casu nostro de ratificatione taci-
ta, cum fideiussio fuerit facta præsente D. Bruto
consanguineo, qui ex hoc videtur tacite manda-
re, cum sufficiat, vt ipso præsente, & non contra-
dicente fit præstita fideiussio *l. qui fide.53. ff.man-*
dat.

Minus obstat, quod ex tacita ratificatione compre-
14 hensus in cautione † non incurrat pœnam offen-
dendo *Castr.in l.bonorum.25.num.5. ff.rem.rat hab.*
cum aliis ex aduerso allegatis. Quia prędicti Docto-
res hoc non dicunt, nam solum loquuntur, quan-
do esset facta pax pro se, & complicibus, si enim
15 vnus fuit offensus antequam ratum haberet, † ra-
tihabitio subsequens non porrigitur ad delictum
commissum ante ratihabitionem, & sic non in-
curritur in pœnam fractæ pacis, ob illam ratio-
nem, quia licet ratihabitio retrotrahatur, Tamen
hoc est verum existentibus rebus integris, quia a-
liàs illa impediretur propter medium inhabile
superueniens, vt declarat *Bart.post Din.in l.si vxor*
§.si quis vxorem. & ibi latè *Alex.in addit.in verb.*
rebus integris.ff.de adulter.Bald.in l.fin.num.2.C.ad
16 *Maced.latè Honded.cons.95.n.11.lib.1.* † Aliud est in
casu nostro, in quo non tractatur de aliqua rati-
habitione post fideiussionem præstitam, & de of-
fensione secuta ante dictam ratihabitionem, sed
de tacito mandato, dum fuit præstita fideiussio, &
in ipsomet actu fideiussionis, ex quo dicitur facta
ratificatio, ita vt ex sola præsentia, & non contra-
dictione, illa inducatur, ita vt non possit sine in-
cursu pœnæ sequi offensio, & si sequatur, debeat
dari repetitio omnium solutorum occasione præ-
fata *per d.l.qui fide ff.mandat.*

Post hæc scripta fuerunt denuo aliqua opposita, quæ
tamen vel sunt sublata ex superius adductis, vel
17 ex infra dicendis tollentur, † & dum opponitur
de re iudicata, apparet ex facto vltimo loco dato
illam omnino esse inclusam, Nam fuit appellatum
die 20. Nouembris 1601. & fuerunt repetita acta
19. Ianuarij 1602. † & seruati omnes termini sub-
stantiales, quibus stantibus datur biennium, ad
quod etiam obtinendum sufficeret comparere in
vltimo quoque iuduciatum termino *Cassad.decis.*
6.num.8.de appellat. Et quamuis non adsint cita-
tiones ad videndum prorogari fatalia vsque ad
diem 28. Aprilis 1604. Tamen non est imputan-
dum D. Mutio propter notoriam absentiam R.
18 P.D.Crescentij, † ob quam non currunt fatalia,
etiam sine protestatione, tamquam constet de im-
pedimento, quod vim habet protestationis *Go-*
mes.in reg.de annal.possess.q.76.in fi. Caputaq.decis.
73.lib.2. Non admissa contraria opinione, quam
19 Iudices non sequuntur, † cum potius debeant
inniti veritati, quam apicibus iuris, Maximè in
supremo tribunali, de quo agimus, vt in specie de
appellante impedito ita seruari testatur *Granat.*
ad Vestr. lib.3.capit.5.num.8, in verbo, dummodo.in
fin.dixi latè decis.120.

Neque obstat, quod dicitur de prorogationibus fa-
talium factis post desertam appellationem, quæ
20 tunc † non iuuant; Nam detracto tempore dicti
impedimenti, prout debet detrahi, omnes proro-
gationes sunt continuatæ, Præsertim quia debet
21 calculari tempus secundi fatalis † post finem pri-
mi, quamuis etiam ante dictum tempus fuerit fa-
cta prorogatio, vel prius petitum prorogari *Put.*
decis.395. lib.1. vbi quod ita fuit resolutum *in*
causa Abulen.receptionis in hospitem, 14. Decembris
1542.

Insuper istæ res iudicatæ sunt reiiciendæ in hoc su-
premo Tribunali, in quo sola veritas attenditur,
22 Cum appareat † de bono iure D. Murij ex supe-
rius allegatis, quibus non obstant vltimo loco
ex aduerso adducta, Dum enim dicitur approba-
tionem fideiussorum factam per D. Brutum solum
illum arctare ad fauorem fisci in subsidium, qua-
tenus fideiussor non sit idoneus, Responderur i-
stam approbationem fuisse deductam pro actu
positiuo, qui vna cum scientia & præsentia, quæ
interuenit in instrumento fideiussionis inducit
23 plenum consensum etiam in obligatoriis, † ita
vt vbi prius talis sola patientia, & scientia non
poterat operari ratificationem, iuncta cum dicto
actu positiuo illam operetur *Aym.cons.111. num.5.*
Surd.cons.349.n.23.lib.3.

Neque aduersatur, quod in præiudicialibus tacita
24 ratificatio non sufficiat † *ex Farinac.q.107.n.293.*
cum aliis adductis, Quia omnes loquuntur in so-
la scientia, & taciturnitate, per quam non induci-
tur ratificatio: Aliud est in casu nostro, in quo
vltra scientiam, & præsentiam adest actus posi-
25 tiuus, per quem infertur ad ratificationem, † quæ
aliàs sine ipso non induceretur *Ias. in l.quæ dotis.*
nu.92. ff.solut.matrim. & Farinac. loquitur in eo-
demmet casu, de quo agimus, cuius veritas modo
controuertitur, & est iudicandum per rationes,
quæ magis vrgent pro D.Mutio, Ita non sit præ-
supponendum illud, de quo disputatur, Maximè
quia *Idem Farinac.q.107.nu.35.in fin.* expresse fa-
tetur rem non transire sine magna difficultate,
adeo vt per eum talis opinio non sit plenè firma-
ta, prout verè firmari non potest ex multis quæ
26 superius adducta sunt, † Præsertim quia ratifica-
tio potest fieri re, verbo, & tacito consensu *l. Pau-*
lus respondit.rem rat.hab. & in specie similis fide-
iussionis concludit *Herculan.de caut.non offend.c.*
35.nu.8. & ad inducendam ratificationem sufficit
consanguineo intimari talem fideiussionem fuis-
27 se præstitam, † quo casu si consanguineus non
contradicat, incurrit in pœnam contrauieniendo
Honded.cons.95.nu.5. lib.1. Vnde etiam præsentia
dicti consanguinei in actu fideiussionis vnà cum
non contradictione eumdem effectum operabi-
tur, cum præsertim tamquam præsens sciuerit to-
tam substantiam negotij, & tenorem instrumen-
28 ti, † & sic non est scientia simplex, sed plena om-
nium qualitatum, prout requiritur ad hoc vt rati-
ficatio valeat *Aym.cons.197.n.14. post Castr.consil.*
465.viso compromisso.col.penult.lib.1.Bald.cons.176.
præmittendum est, lib.2.

Nec facit, quod actus positiuus, ad hoc vt inducat
29 ratificationem debeat esse talis, † qui de necessi-
tate inferat ratificationem *Ruin.cons.91.n.10.lib.1.*
Quia procedit quando essemus in actu positiuo
de per se, quando necessariò debet inducere ap-
probatio-

probationem, Nam si esset indifferens qui posset
fieri certatus, & nomen ratificantis, non induce-
retur ratificatio, vel in actu aditionis hæreditatis,
societatis, & similibus *Alex.conf.204.n.14.Bursat.*
30 *conf.11 .n.19 lib.2.* † ob illam rationem; quia taci-
ta voluntas, quæ colligitur ex aliquo actu catenus
ex ea datur, quatenus infertur ex necessitate *Bart.*
in l. §.hoc interdicto de tun.ali prium. Surd.consil.
164.nu.47. & 48.lib.2. & declarat *Idem Surd.conf.*
31 *328 nu 24 lib.3 & decis 121.nu.4.* † Aliud est in ca-
su nostro, in quo vltra actum positiuum adest
silentium, & taciturnitas, quæ omnia inducunt
consensum *Paris conf.66.num.19 lib 4.* & patet ad
sensum, quia si adesset actus positiuus factus citra
ius, & nomen approbationis non esset quætien-
dum de alio adminiculo ad hoc vt induceretur
ratificatio, cum ille de per se sufficeret *Castr.conf.*
2.nu 2 lib.1 Aymd.conf.204.n.14 Burr.d.conf.31.
Anchar conf.302.col.2.

Neque obstat, quod requiratur lectura actus ratifi-
32 cati cum omnibus qualitatibus † *Ossusc.decis 176.*
nu.3.& 4. Quia cum simus in præsente, & intelli-
gente, & approbante fideiussorem, consequens
est omnes qualitates intellexerit, & totam sub-
stantiam negotij sciuerit, ita vt sit plena, & non
simplex scientia, prout requiritur *Aym.consil.97.*
33 *nu.14* † & sufficit intimatio fideiussionis præstitæ
consanguineo, ad inducendam scientiam, ex qua
idem consanguineus obligetur, dummodo non
contradicat *Honded.conf.95.n.5 lib.1.* Vnde etiam
sufficiet scientia, & præsentia in actu fideiussio-
nis, ex qua orietur idem effectus ad illum obli-
gandum, qui oritur ex intimatione, cum eodem
modo ad eius notitiam venerit tota substantia
negotij *Bald. in l.si tutor petitus nu.1.in 2. & 3.fall.*
Cod de pericul.tutor. Mascard.conclus.1293.in fin.
nu.22.

Nec turbat quod *Gab.conf.176.in princ.lib.2.* loquatur
34 in fideiussore de iudicio sisti, † Quia immo con-
cludit in specie casus nostri de fideiussione præ-
stita per consanguineum de non offendendo ob il-
lam rationem, quia fideiussio fuit facta de mandato
Superiorum, & pro illis, qui poterant cogi ad ca-
uendum *Rip.in rubr. de damn.infect.col.2. in princ.*
35 *nu.7.* † ita vt talis promittens habeatur pro vero
fideiussore, adeo vt habeat releuationem indem-
nitatis, cum aliis quæ in similibus fideiussionibus
conceduntur, in quibus etiam sufficiet sola præ-
sentia sine contradictione, ad hoc vt detur actio
mandati contra eum, pro quo fuit facta fideiussio
l.qui fide ff.mand. & ibi Salic.num.1. Bertazol.claus.
43 glos.1.n.1.

Quæ dicuntur de minori ætate fuerunt soluta, cum
in facto constet de solemnitatibus, quæ interue-
nerunt in approbatione fideiussionis, licet neque
illæ esset adhibendæ, cum simus in actu necessa-
36 rio, † ad quem lex obligabat ad cauendum *l.illici-*
tas § ne potentiores ff de offi.præsid. & sufficit decre-
tum legis *Bald.in l.certi iuris.q.8.n.11.C.locat. Ias.*
in l.si constante.in 1.lect.n.201.ff.solut.matrim. Surd.
de alim.tit.9.q.44.n.15.

Alia quæ obiiciuntur de decreto interposito per eum
qui non habebat auctoritatem, non subsistunt,
quia est notorium in Ciuitate Asculi Iudicem
maleficiorum esse specialiter deputatum ad hu-
37 iusmodi decreta interponenda, † de quo Iudex
poterit se informare etiam parte non monita *Are-*
tin.consil.127 n.1.in fi. Socin.Iun.conf.65.n.4.lib.2.

Vltimum, quod D. Brutus non sciuerit ratificatio-
nem fideiussionis factam per D Mutium non ap-
plicatur, Quia satis est in casu nostro constare de
scientia, & approbatione primæ fideiussionis præ-
stitæ per D. Marium, & alios simul obligatos
38 † cuius vigore fuit coactus D. Mutius soluere pro
releuatione indemnitatis, quam ipse in ratifica-
tione promisit ad fauorem dictorum obligatorum
eius contemplatione, prout tenebatur *c.peruenit.*
de fideiussorib. Bald.in l.constitutionibus 20.in princ.
C.de vsur.

Additur statutum, per quod consanguinei teneantur
resarcire omnia damna, & pecunias solutas per fi-
deiussores occasione istarum fideiussionum exten-
dendo tam ad futuras, quàm ad præteritas obliga-
39 tiones, † quæ ex eo sic comprehendit casum no-
strum, quamuis simus in fideiussione præstita an-
te dictum statutum, cum enim illud clarè dispo-
nat de præteritis erit attendendum *Felin.in c.quo-*
niam.13.num.3.de constitut.per tex.in clem.2.in fi de
iudic.

Sed hoc non videtur tutum, cum simus in negotiis
pendentibus per viam appellationis, quo casu
quamuis lex noua comprehenderet illa negotia
40 nominatim, † tamen non comprehendit ea, in
quibus iudicatum est, licèt pendeant coram Iudi-
ce appellationis, cum talis Iudex ad quem succe-
dat loco primi, & ideò tenetur iudicare secundum
ius commune, quod vigebat in prima instantia,
Quare opus est, vt lex expressè nominet penden-
tiam per appellationem *Ang.Castr. & alij per Fe-*
lin.in c.quoniam,13.col.6. ad med.vers. limita tertio
hanc primam fallentiam.de constit per tex.in auth vt
cum de appellat.cognosc.in princ. Vnde multò ma-
gis in casu statuti nostri, in quo solum fit extensio
ad præteritas fideiussiones absque mentione pen-
dentium, & sufficiunt plures rationes super ius
adductæ, quamuis hæc vltima non verificetur.

EPITOME.

Literæ inter Mercatores an habeant vim pu-
blici instrumenti, & probent stipulationem.
¶ Transmissio mercium, animalium, & similium
rerum cum nomine, & signo emptoris an transfe-
rat dominium, & possessionem. ¶ Et an tale mer-
cium seu signum debeat ad hunc effectum poni
per emptorem, seu nuncium coram venditore.
¶ Res empta de mandato alicuius an dicatur sua,
antequam sit tradita. ¶ Pretium an possit conferri
in arbitrium venditoris, seu emptoris. ¶ Venditio
an sit valida, si fiat pro pretio declarando. ¶ Do-
minium an transferatur sine traditione de con-
sensu partium. ¶ Commissio emptionis mercium
facta mercatori, si per eum acceptetur, & merces
consignentur portitori, seu procaccio an opere-
tur perfectam venditionem, ita vt non sit locus
pœnitentiæ, & periculum spectet ad emptorem
& pretium sit soluendum venditori pro summa
inter eos taxata. ¶ Parua portio, quæ remanet do-
mino de panno dato ad cimandum an inducat ef-
fectum recognitionis.

SVMMARIVM.

1 *Venditio dicitur perfecta si fuit data cõmissio de emē-*
dis mercibus, & si pro eis & illorum pretio de com-
2 *muni consensu taxato fuit emens creatus debitor in*

libris venditoris, neque tunc erit locus pœnitentiæ. & si ante receptionem mercium emens decoxerit sunt acquisita creditoribus, num. 12. Declara numer. 13.

2 *Littera inter mercatores habent vim publici instrumenti, & probant stipulationem prius factam, & in eis præsumitur contractus, ex quo ipsi poterunt conueniri, n. 3. & 4.*

5 *Transmissio capsulæ cum nomine & signo emptoris probat merces in ea contentas esse eiusdem emptoris. Idem in ballis, trabibus, seruis, arboribus, animalibus, & similibus n. 8 & oritur plena probatio, quo ad possessionem & dominium nn. 6. 7. 16. 26. & 36 Intellige vt n. 8. 35. 37. & 38.*

9 *Restitutio datur si constat mercum fuisse abolitum, & dominus poterit auctoritate propria rem signatam accipere.*

10 *Parua portio remanet domino de panno dato ad cimandum ad effectum illum recognoscendi.*

11 *Signum & inscriptio in mercibus facit præsumi animum tradendi, secus in vino, in quo cadit alia præsumptio, ne aliquid immittatur.*

14 *Pretium est vnum de requisitis ad substantiam venditionis, n. 28. prout res & consensus, n. 15.*

17 *Commissio emptionis mercium facta mercatori, si per eum accipietur, & merces consignentur portitori, seu procaccio, vel simili, facit vt periculum spectet ad mandantem, & pretium debeat solui venditori pro summa inter eos taxata.*

18 *Pœnitentia non datur in contractibus re non integra, secus si non sint perfecti, n. 30.*

19 *Venditor mercium debet concurrere cum creditoribus ementis pro pretio, de quo habuit fidem, si non reseruauit sibi dominium, aut hypothecam super eis.*

20 *Mercum, aut signum est ponendum in mercibus per emptorem coram venditore, alias non operatur translationem dominij. Declara vt n. 21.*

22 *Possessio acquiritur per nuntium mittentis.*

23 *Res empta de mandato meo non efficitur mea, nisi postquam fuerit tradita. Intellige vt nn. 24 & 25.*

27 *Nemo plus iuris in alium valet transferre, quàm ipse habeat.*

29 *Pretium non potest conferri in arbitrium venditoris, seu emptoris.*

31 *Venditio non est valida, si fiat pro iusto pretio declarando, n. 32.*

33 *Dominium non transfertur sine traditione, neque ex conuentione partium, n. 34.*

CAPVT D.

CApsula de qua agimus est consignanda Creditoribus Bartholomæi, Etenim præsupponitur fuisse datam commissionem per eumdem Bartholomæum Auuersariis de emendis mercibus sericis in eadem capsula contentis, & quod pro eis, & illorum pretio de communi consensu
1 taxato fuit creatus debitor in eorum libris, † Vnde videtur necessariò inferri venditionem fuisse perfectam, & per consequens non esse locum pœnitentiæ, neque posse rem ab emptore amplius reuocari *l. de contractu. & l. non est C. de rescind. vendit. Cephal. cons. 335. n. 13. lib. 3. Surd. cons. 179. n. 13. & 55. lib 2.*

Maximè, quia huiusmodi negotium fuit per litteras
2 missiuas hinc inde tractatum, & conclusum, † quæ litteræ inter mercatores faciunt plenam probationem, & habent vim publici instrumenti, ac sententiæ, & rei iudicatæ, præsertim in locis, in quibus viget mercium, & negotiorum frequentia *Rot. Ianuens. decis. 2. nu. 11. decis. 126. n. 8. Boer. decis.*
3 *335. n. 8. Paris. cons. 91. n. 3. ad fin. lib. 1.* † Ita vt etiam per tales litteras probetur stipulatio tamquam prius facta *Alex. cons. 78. in causa & lite, n. 1. ad med. lib. 1 post Bart. in l. Titius seio. n. 1. ff. de constit. pecun.* Cum etiam ex istis litteris præsumatur contra-
4 ctus, † ex quo possunt mercatores conueniri *Rot. Ianuens. decis. 48. in fin. n. 6.*

Ideò etiam per aduersarios in executionem prædictorum fuit transmissa capsula prædicta ad Bartholomæum emptorem cum inscriptione, & si-
5 gno, ac nomine ipsius Bartholomæi, † ex quibus probatur res, & merces in ea contentas esse eiusdem Bartholomæi *Boer. decis. 205. nu. 9. & 10. Luc. de Pen. in l. stigmata. col. 2. ad med. C. de fabricensib. lib. 10. Affli. decis. 23. nu. 3. & 4. & super consist. regn. rubr. 27. lib. 1. num. 2. ad med. Ias. cons. 170. col. 4. ante med. vers. septimo consideratur, lib. 2. cum aliis per Sur. cons. 61. n. 28. & 29. lib. 1. Rot. Ianuens. decis. 101. n. 2. & 3. Bald. in auth. dos data, n. 1. in fi. & ibi. Add. C. de donat. ante nupt. Cassan. super consuetud. Burgund. in des iustices, rubr. 1 §. 8. incip. quando le signe, nn. 1. ad med. fol. 314. Rebuff. de mater. possess. in præfat. nn. 115. & 116. Mut. super consuetud. Panormit. c. 74. n. 14. vsque ad 17. Milanes. dec. 12. nu. 2. Laurent.*
6 *decis. Auenion. 30. num. 1. & 2.* † Quod etiam est in balla, trabe, animali, seruo, arbore, & similibus, de quibus per *Mascard. conclus. 160. n. 1. cum seqq.*
7 *conclus. 1032.* † vbi etiam quod ex hoc orietur plena probatio quo ad possessionem, & quo ad do-
8 minium, *idem Mascard. concl. 91.* † probata tamen impositione signi *Cassan. in catalog. glor. mund. conclus. 55. p. 1. fol. 16. Luc. de Penn. in l. stigmata, col. 2.*
9 *post med. C. de fabricens. lib. 10.* † vbi etiam, quod dabitur restitutio, si constiterit mercum fuisse abolitum, & quod dominus poterit auctoritate propria rem signatam accipere *Mascard. conclus.*
10 *91. nu. 6.* † Et de panno quod datur ad cimandum, ex quo parua portio accipitur remanens domino ad ipsum recognoscendum *Boer. decis. 205. num. 8. in fin.*

Præsertim quia sumus in rebus, & mercibus, in qui-
11 bus per huiusmodi signum, † & inscriptionem non potest præsumi, nisi animus tradendi, & quod tales merces non spectent, nisi ad eum, cuius est inscriptio, quidquid aliud sit in vino, in quo alia præsumptio potest sumi, ne aliquid immittatur *Bart. in l. qua dote. in fi. ff. solut. matr. per tex. in l. sed si neque. ff. de peric. & commod. rei vend. & l. 1. §. fidelium eod. tit. Rom sing. 285. in fcu quod traditionibus. n. 1. Rebuff de matern. possess. in præfat. nn. 115. & 116. Alber. in dict. l. sed si neque. quam repetit in l. lectos. 12. §. materia. ff. de peric. & commod. rei vend. Ias. in l. traditionibus, n. 8. C. de pactis, Mascard. conclus. 160. nu. 4.*

Neque obstat quod ante receptionem capsulæ Bar-
12 tholomæus decoxerit, † Quia satis est, quod tempore consignationis factæ in partibus portitori, de quo tempore iam erat contractus perfectus, non fuisset conditione deterioratus, Vnde ius quod bona fide acquisiuit, transmisit ad creditores, qui eum in huiusmodi negotio repræsentant: Adeò vt etiam Bartholomæus posset ab eisdem creditoribus compelli ad præstationem istorum iurium *Franc. decis. 55. n. 5. & 6.*

Minus obstat *decisio Romana pratensis venditionis, 23. Ianuar.*

13 *Ianuar.1589.coram R.P.D. Pena.* † Quia ibi præsupponitur venditionem non fuisse perfectam; tamquam non constaret de pretio mercium, quod est vnum ex illis, quæ requiruntur de substantia
14 venditionis † *§.pretium,instit.de emp.& vend. Angel.in l.iuris gentium,§.adeo,ff.de pact.Surd.cons.52. lib.1.* Aliud est in casu nostro, in quo verificatur fuisse datam commissionem de drappis emendis, & hinc inde constitutum, & conuentum pretium & pro eo factum debitorem ementem, ita vt ex istis colligatur adesse tria illa substantialia vendi-
15 tionis, videlicet consensum, rem,& pretium, † sine quibus non posset consistere emptio, & venditio, *Glos.in l.pacta conuenta 72.in princ.in verb.ex pretio.ff.de contrahend.empt. per l.2.§.1. & l.nec emptio.ff.eo.tit.Ias.in l.iurisgentium,§.adeo,num.1.ff.de*
16 *pact.Surd.cons.202.n.4.lib.2.* † Et stante emptione perfecta per signum mercibus appositum censetur tradita possessio rei signatæ,& venditæ, *Mascard.conclus.1052.n.15.*

Et magis ista perfectio contractus colligitur in casu, de quo agimus, quia ex fide mercatorum apparet, quod quando committitur emptio cuiuslibet ge-
17 neris mercium alicui Mercatori, † & per eum tales merces mittuntur mandanti, sufficit quod consignentur portitori, seu procaccio, vel simili personæ approbatæ, qua consignatione facta omne periculum amissionis illarum spectat ad mandantem, & pretium talium rerum etiam amissarum debet solui per emptorem pro summa, & quantitate, pro qua fuit creatus debitor in libris mercatoris venditoris, qui poterit agere ad d. pretium sic stabilitum in suis litteris contra eumdem emptorem: Ita vt ex hoc appareat quod non sit amplius locus pœnitentiæ, cum facta consignatione omne ius sit translatum in ementem, & illud abdicatum à venditore, & per consequens emolumentum, & commodum inde resultans spectare debet ementi,& mandanti, sicut ad eumdem spectat periculum amissionis, vt dictum est, & cum
18 † amplius res non sit integra non datur pœnitentia *l.si pecunia.§.item si quis.vbi Glos.in verb.liceat, ff.de condict.caus.dat.caus.non sequut. Bart.in l.3.n. 1.ff.eod.tit.Surd.cons.136.nu.28.* Maximè in contractibus nominatis, in quibus minus licèt pœnitere, *Bald. in l.cum te, C.de pact.inter empt. & vend. Natt.cons.171.n.2.Roland.cons.8.nu.29. lib.2.Surd. cons.38.n.7.lib.1.*

Debent igitur ex prædictis Aduersarij concurrere cũ
19 creditoribus † cum de pretio mercium fidem habuerint, neque sibi aliquam hypothecam, aut dominium in illis reseruauerint *l.procuratoris,§.plane,& §.sed & si dedi,ff.de tribut.act.l.si pro patre,§. si dictum,ff.de in rem vers.Ias.cons.111.col.1.post med. lib.4. Bart.& alij communiter in l.si cum dotem,§. fin.ff.solut.matrim.*

Neque oberit, quod mercum, seu signum debeat apponi ab emptore coram venditore, & ipso præ-
20 sente, † & patiente, ac non contradicente, aliàs quocumque modo mercibus imprimatur, non debet operari translationem dominij, quasi potius sit appositum, vt res cognoscatur *Bald.& Salic.in l.fi.C.de pericul.& commod.res vendit.Stracc. de mercatur.p.2.nu.90.fol.52.Mascard.concl.1052.*
21 *n.14.* Quia præsupponitur in casu nostro † nunciũ, siue procaccium habuisse in mandatis apponendi signum emptoris, & ipsum apposuisse coram venditore, ita vt verè per eum sit acquisita possessio, siue dicamus illum fuisse procuratorem Domini iuxta *l.1.§.per procuratorem.ff.de acquir.possess. l.per procuratorem,eod.tit.l.1.C per quas person.nob.*
22 *acq.* † siue dicamus illum fuisse nuncium, per quem acquiritur possessio mittenti. *Socin.* in specie *cons.55.nu.6.& 7.lib.4.* Quamuis enim res ex mandato meo empta non prius efficiatur mea
23 quàm mihi fuerit tradita, † *l.res,de acquir.rer.domi.* Tamen intelligitur quando neuter gessit in animo, vt emptori quæreretur, cum aliud sit si alter tantum in animo gesserit, nam tunc siue procurator accipiens, siue tradens habeat animum
24 acquirendi dicto emptori † acquiritur possessio, quidquid secus sit in dominio, *l.per liberam, vbi Cin.num.1.C.de acquir.possess.* Maximè in nuncio, qui concipit verba in personam mittentis, & immediatè illi acquiritur, cum aliud sit in procuratore, qui concipit verba in persona sua, & imme-
25 diatè quæritur sibi, † quamuis per viam cessionis quæratur domino: *Idem Cin.in d.l.1.col.2.ad med. vers.dicit enim quod differentia est, C.de acq.possess.* Neque in casu nostro potest præsumi alia causa signandi, quam animus tradendi, cum iam esset perfecta emptio, & hinc inde pretium constitu-
26 tum, † & ad hunc effectum impressum signum emptoris, tunc enim per dictum signum merces pro traditis habentur *Salic.in l.fi.n.nu.6. ad med.C. de peric.& commod.res vendit.Stracc. de mercatur. p.2.n.90.* Et quoniam supra fuit facta mentio decisionis *Rot.coram R.P.D. Pena* visum fuit eius tenorem hic inserere, vt appareat diuersitas casus cum eo,de quo locuti sumus,ita vt ob istam rationem possit illa non obstante contrarium concludi,cum verè illa non obstet ex superius allegatis.

Romana prætensæ venditionis Capsulæ auri & argenti filati.
Coram R.P.D.Pena.23.Ianuarij 1589.

Hieronymus de Mare Mercator Neapolitanus per suas litteras committit Iuliano de Riccis Florentino, vt sibi transmitteret Capsulam auri, & argenti filati librarum 50. incirca, quem rogauit, vt in pretio sibi faceret commoditatem quantum possibile foret. Idem Hieronymus paulò post Io.Thomæ Piuzzello scripsit, vt circa prædictam Capsulam ordinem Nicolai Casnedi sequeretur. Idem Hieronymus deinde ad Iulianum scripsit, vt d. Capsulam Romam transmitteret ad D. Io. Thomam Piuzzellium, Casnedus postmodum scripsit ad Piuzzellium, vt d.Capsulam acciperet, & venderet, & de retractu sibi satisfaceret pro suo credito, Iulianus compositam Capsulam, cui nomen, & signum Io. Thomæ Piuzzelli more Mercatorum apposuit iuxta ordinem sibi a Hieronymo præscriptum, Mulioni, qui eam Romam ad Io. Thomam Piuzzellum deferret, consignauit, sed antequam Capsulam d. Piuzzello esset consignata, Iulianus intelligens Hieronymum, & Casnedum Mercatores Neapolitanos decoxisse confestim Mulioni nunciauit, ne Capsulam consignaret d.Io.Thomæ Piuzzello, sed potius Lauro Polino Mercatori Romæ commoranti, Pollinus certior factus, in Dohana Capsulam accepit nomen, & signum d. Piuzzelli delet, & suum apposuit, Piuzzellus Capsulam suam esse contendens iudicium contra Laurum Pollinum intentauit, denique causa mihi commissa die Lu-

næ 23. Ianuarij 1589. dedi dubium stantibus litte-
ris, & ordinationibus à prædictis Mercatoribus
profectis. An ratione emptionis, & venditionis
vel alterius contractus competeret d. Pinazellio
aliquod ius super dicta Capsula, & DD. omnibus
circumstantiis maturè consideratis pronuncia-
runt d. Thomæ non competere aliquod ius in d.
Capsula, nam ei non poterat aliquod ius compe-
tere, nisi ex persona Hieronymi de Mare, cum in-
ter Piuzzellium, & Iulianum nihil esset actum,
27 † Vnde si Hieronymus non habuit ius ad Capsu-
lam non potuit id in Piuzzellium transferre *lege
nemo plus iuris. ff. de regul. iuris. l. traditionibus, ff de
acquir. rer. dom.* quod autem Hieronymo de Ma-
re nullum fuerit ius quæsitum in Capsula illud
demonstrat, quod inter ipsum & Iulianum non
fuit de aliquo certo pretio conuentum, quod ta-
men fieri oportuit, cum pretium certum præfi-
nitum sit de substantia emptionis, & venditionis
28 † *l. 2 ff. de contrah. empt. §. pretium. Instit. de empt. &
vend. vers. item etiam deducitur.*

Nec dicatur satis constare de certo pretio, ex quo
fuit relictum arbitrio Iuliani, cui Hieronymus
dixerat in literis ad eum datis, & auantaggiatemi
nel pezzo più che potete, & del costo di ello me
ne darete debito in mio conto, Quia pretium ad
perficiendum contractum emptionis, & vendi-
29 tionis † non potest conferri in arbitrium empto-
ris, vel venditoris *l. quod sæpe. §. illud constat, ff. de
contrah. empt. vbi Glos. in verb. emptum & ibi com-
muniter Doct. in l. in vendendo. Cod. eod. tit.* Vnde
cum Hieronymus de certo pretio non fuerit cer-
tior factus, nec illud acceptauit, non potest dici
30 perfecta emptio, & venditio, † & propterea non-
dum consummato contractu pœnitere licet *§. 1.
in princ. Instit. de empt. & vend. l. contractus, Cod de
fid. instrum.* Immo quamuis Hieronymus de ma-
re dixisset ad Iulianum, vt transmitteret sibi Ca-
psulam pro iusto pretio, seu pro pretio, quod iustè
declarabitur adhuc non resultasset valida emptio,
vel venditio, sed solum contractus quidam inno-
31 minatus, † qui non perficeretur consensu, & ideò
locus esset pœnitentiæ, quam sententiam post di-
ligentem præmissam discussionem receptiorem
asseruit *Pinell. in rubr. C. de rescind. vend. par. 2. nu.
20.* videns magnam Doct. varietatem *& n. 21. vers.
ego communi opinioni adhæreo.*

Neque prædictis obstat *tex. in l. fin. C. de contrah. emp.*
vbi validus definitur contractus emptionis, &
venditionis sub pretio collato in arbitrium ter-
32 tij, † Nam ille sensus potius probat superiorem
sententiam, cum conditionalis sit talis venditio,
& si quidem ipse qui nominatus est ad pretium
constituendum definierit, tunc venditio ad effe-
ctum peruenire debet, secus autem non constito,
aut definito pretio, tunc enim pro nihilo est ven-
ditio, quasi nullo pretio statuto.

Minus potest dici dominium capsulæ Hieronymo
acquisitum, Cum illud non transferatur sine tra-
33 ditione † *l. traditionibus, Cod. de pact. §. per tradi-
tionem. Instit. de rer. diuis. l. si ex stipulatione. ff de ac-
quiren. possess. Decian. cons. 302. incip. vera petitione,
nu. 4 versic. vlterius & secundo.* Nec casus de quo
agitur propriè sit de illis in quibus sine traditio-
ne transfertur dominium *Gloss. in l. 3. §. 1. in verb.
animo. ff. de acquirend. possess. Bald. & Salic. in dict. l.
traditionibus. Cod. de pact. latè Ant. de Butr. in cap.
fin. de caus. possess. & prop.* vbi enumerantur casus,
in quibus sine traditione transfertur possessio, &
dominium rei.

Immò quamuis contrahentes egissent vt sine tradi-
tione rei dominium transferretur, adhuc non es-
34 set translatum, † cum ex conuentione partium id
fieri non possit secundum *Glos. in l. traditionibus,
C. de pact.* quod expressè profitetur *Bart. in l. cum
falsa. C. de iur. & fact. ignor.* sequitur *Dec. d. consil.
300. n. 4. vers & ista conclusio.*

Quod capsula re vera fuerit mulioni consignata, &
sub nomine, & cognomine Io. Thomæ Piuzzelli
35 ad Vrbem transmissa, † non operatur veram, & a-
ctualem traditionem, ac talem quæ sufficiat ad
translationem dominij, tum quia nondum erat
contractum, aut purificatum certum pretium, vt
paulo antea dictum est, tum quia Hieronymus
non erat præsens, nec mulio ab eo habebat man-
datum, vnde cum ignoranti, vel absenti, ac nemi-
ni pro eo recipienti res non intelligatur legitimè
tradita; non potest dici dominium acquisitum, &
ideo nec amissum *l. nec vnlem. ff ex quibus causis
maior.*

Per signi, quod mercum mercatores vulgo vocant,
appositionem in d. capsula non intelligitur trans-
36 lata possessio, † vel acquisitum dominium licèt
enim istud mercum, seu signum mercibus appo-
situm probationem traditionis ipsius rei iam ven-
ditæ, translationisque possessionis illius, quæ ex
signi appositione cognoscitur operari videatur *l.
quod si neque. ff. de per. & commod. rei. vend.* id ta-
men verum est in emptione, & venditione iam
37 perfecta, † secus autem ante perfectam emptio-
nem *Bald. in rub. C. de peric. & com. rei vend. Salic.
in l. fin. C. eod. tit. Ias. in l. quoties num. 18. vers. sexto
principaliter limita. C. de rei vend. Boer. decis. 105. n.
10. vers. secus est in vegete.*

Item id procederet cum mercum, seu signum merci
esset appositum ab emptore, vel ab eius legitimo
38 procuratore coram venditore ipso patiente, † &
non contradicente, aliter vero quocumque modo
mercibus imprimatur, non operatur dominij
translationem, nam potius apponi videtur, vt res
cognoscatur *Bald. & Salic. in locis paulo ante citatis
latè Stracc. tract. de merc par. 2. n. 90.*

EPITOME.

Soluens indebitum, vel suscipiens terminum
ad soluendum per errorem an possit repetere.
¶ Et quomodo dicatur constare de errore. ¶ Et
quid si adsit clausula Ex certa scientia, cum re-
nunciatione condictionis indebiti, ac omnis iu-
ris, & legum auxilij. ¶ Memoria, seu fides societa-
tis an faciat aliquam probationem. ¶ Et an possit
ex ea confici instrumentum per notarium, si de
originali non constet. ¶ Relatum si non verifice-
tur an aliqua probatio desumatur ex referente.
¶ Apocha recognita an præiudicet tertio quo ad
hypothecam à die recognitionis, vel potiùs con-
fectionis. ¶ Disdicta societatis sine testibus an
valeat. ¶ Acta iudicij quo casu probent absque
interuentu testium. ¶ Cedens an debeat ostende-
re se verum creditorem antequam agat. ¶ Resti-
tutio pretij, & sortis principalis an veniat appel-
latione damnorum & interesse. ¶ Petens dilatio-
nem ad soluendum quando dicatur acquiescere
sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Solutio, & promissio de soluendo à pari procedunt.*
2 *Soluens indebitum per errorem potest repetere. Idem in suscipiente terminum, num.3. Amplia vt num. 5.6.& 7.*
4 *Promissio dicitur erronea si constat rem aliter se habere.*
8 *Confessio debiti, & susceptio termini per errorem non valet, quamuis adsit clausula, ex certa scientia, cum renunciatione condictionis indebiti, & omnis iuris, & legum auxilij.*
9 *Causa obligationis non cadit vbi non adest obligatio.*
10 *Memoria, seu fides societatis nullam probationem facit, si non constat de principali instrumento, ad quod refertur Contrarium n.13. Declara vt nu.15.*
11 *Instrumentum societatis non potest confici per notarium super fide, seu memoria illius data parti.*
12 *Notario suspecto & condemnato minus creditur quo ad eius scripturas.*
14 *Apocha non recognita non probat, & attenditur dies recognitionis ad effectum hypothecæ.*
16 *Relatum est in referente, & si de eo non constat, nulla fides oritur. Intellige vt num.17.*
18 *Disdictæ societatis sine testibus non valet quamuis in actis repertatur.*
19 *Acta in iudicio quando probent sine testibus, & n.20.*
21 *Consuetudo est seruanda.*
22 *Cedens tenetur probare se verum creditorem nominis cessi, & de isto legitimo credito debet prius constare, nu.23.*
24 *Verba, spectare & pertinere, significant dominium.*
25 *Restitutio pretij & sortis principalis venit in promissione damnorum & interesse.*
26 *Cessio nihil operatur si non constet de iure cedentis.*
27 *Confessio habetur pro re iudicata, & inducit veritatem. Fallit si fuerit erronea, quamuis iurata, & parte præsente, & acceptante, n.28.*
29 *Petens dilationem ad soluendum videtur acquiescere sententiæ, secus si constat de errore. n.30.*

CAPVT DI.

Confessio debiti cum susceptione termini inde secuti est erronea, & potest condici per
1 condictionem indebiti, † vel sine causa, cum à pari procedat promissio de soluendo, vel solutio *l.vltim.C.ad legem Falci.l.si patronus, ff.de donationib.* Adeo vt quemadmodum ille, qui soluit inde-
2 bitum per errorem † potest repetere *l.1.de condict. indeb.l.cum quis, Cod re iur.& fact.ignorant.* ita etiam poterit, si per errorem suscepit terminum de
3 soluendo, † seu promisit *l.is qui plusquam, D.de cōdict.indebit.l.qui sine causa, 3. de condict.sine caus.* Et promissio præsumitur erronea, vbicumque apparet rem aliter se habere, vt quia promittitur tanquam debitum, & constat quod non erat de-
4 bitum, † prout est casus noster *l.de ætate, §.qui iusto, de interrog.action.l.cum de indebito, in princip. de probat.* & ita in specie omnia prædicta comprobat *Alex.cons.102.visis & ponderatis.colum.penult. ad fin.versic.breuiter respondeo.nu.8.lib.1.* Et quod non obstante termino possit dici de errore conclusum etiam fuit per *Rot.coram Card. Millino. Romana de Perottis, 3.Decembris 1601.*

Quod procedit, siue promittens semel susceperit terminum ad soluendum, siue pluries promiserit se soluturum, vel confessus fuerit se debere,
5 quia † semper erronea confessio potest reuocari etiam pluries repetita, ac geminata *Bald. in l.1. Cod.de error.calcul.Alex.dict.cons.102.nu.8.in fin. Bero.cons.201.nu.30.lib.3.Surd.cons.345 nu.17.lib.3.*
6 † siue sit error facti proprij, siue iuris, maximè vbi tractatur de damno euitando, prout est casus noster siue sit in iudicio, siue extra, vt latè multos adducens explicat *Roland.cons.69.nu 48. vsque ad 54 lib.3.* & quamuis confessio habeatur pro re iudicata quo ad ipsum confitentem, Tamen illa non attenditur stante errore *Butr. in cap.fin.col.10. de*
7 *confess.Bero.cons.201.n.15.lib.3.* † licèt etiam sit iurata, & facta ad interrogationem Iudicis etiam parte præsente, & acceptante, & ex interuallo *Idem Bero.cons.194.nu.1.lib.3.& cons.206.nu.34.& 35.eod.lib.Dec.cons.408.per tot. Paris.cons.131.num. 35.cum seq.lib.1.*

De errore autem constat in casu, de quo agimus, quia confessio debiti, & susceptio termini fuit facta præsupposita obligatione ipsius confitentis, de qua cum non appareat, neque aliquod instrumentum reperiatur, remanet obligatio sine causa, & non nocet, statim enim quod probatur rem ali-
8 ter se habere dicitur probatus error, † ita vt neque obstet, quamuis adesset clausula, ex certa scientia, & renunciatum fuisse condictioni indebiti, sine causa, doli mali, & omni iuri, & legum auxilio, cum similibus clausulis: Nam quo errore quis fecit principalem contractum, eodem errore apponit ista verba, vt in proposito notat *Castr.in l.vlt.§.item quæsitum, nu.2.ff.de condict.indeb.* & multis comprobat *Becc.cons.90.num.19.&*
9 *20.* † Et facit quia vbi non adest obligatio, ibi non cadit causa obligationis, ita vt dicatur promissio, & obligatio per errorem, quando causa non subest, quamuis etiam facta esset per stipulationem *Butrig. Imol. Alex. & alij per Surd.consil. 431.n.28.& 29.lib.3.*

Non obstat memoria, seu fides societatis, Quia nul-
10 lam probationem facit, † cum referat se ad instrumentum, maximè quando facit mentionem de fideiussionibus, prout est ista, de qua agimus, Vnde si non constat de principali instrumento, & de forma obligationis factæ per fideiussorem, nulla probatio ex dicta fide, seu memoria resultat *auth.si quis in aliquo, C.de edend.Aym.cons.273.n. 6.Becc.cons.56.n.20.*

Neque ex tali scriptura, seu fide potest notarius con-
11 ficere instrumentum, † quamuis prætendat illud deperditum, quia hoc est faciendum citata parte, præuio examine testium super probatione contractus, & secundum eorum dictum postea protocollum conficere, & cum tali causæ cognitione poterit Iudex mandare, vt de nouo instrumentum fiat *Castr.in l.si quis ex argentarijs, §.fin.nu.4. de edend.Boer.decis.37.nu.6.Bart.in l.1.& ibi Alex. in addit.D.de rit.nuptiar.Marsil.sing.596. Ias.in l. ius autem ciuile, n.17.ff.de iust.& iur.*

Accedat quod fides, seu memoria prædicta est confecta à Notario substituto suspecto, & condemnato, vt in facto præsupponitur, pro similibus
12 delictis in officio, † quod per eum exercebatur, ita vt ex hoc minus sit credendum eius scripturis *Bald.consil.402.colum.1. lib.5. Aym.consil.134.numer.34.*

Nec facit quod in ista fide, seu memoria per notarium facta plenè narrentur omnia gesta inter
13 partes cum aliis in societate requisitis, † ita vt

debeat ex se sola probare, quamuis non appareat
instrumentum, maximè cum adsit subscriptio
officialis, & eius qui ab eo recepit pecunias, vt in
specie notat *Castr. ac. de societat. c. 21. num. 17.* Quia
hic non fuit actum vigore dictæ memoriæ, seu fi-
dei, sed instrumenti publici, de quo cum non ap-
pareat meritò mandatum relaxatum est nullum,
prout confessio debiti cum susceptione termini,
quæ fundata erat super eodem instrumento, vt
dictum est supra *vers. de errore autem, nu. 8.* Vnde
14 erat agendum vigore dictæ fidei, † quæ tanquam
priuata requirebat recognitionem, & citationem
partis, nam aliàs non probaret *Bald. in l. contra ne-
gantem, C. ad leg. Aquil. Curt. Iun. in l. admonendi. n.
37. ff. de iur. iur.* Agnitio enim partis facit talem
scripturam valere tanquam à tabellione confecta
*l. publia, D. deposit. l. cum de indebito, de probation.
Bert. in l. nuda, D. de donationib. cum aliis per Alex.
consil. 191. num. 1 lib. 2.* Intelligendo quod tunc talis
scriptura recognita præiudicabit solùm confitenti,
& recognoscenti, non tamen tertio, nisi an quan-
tum eadem scriptura potest de iure illi tertio no-
cere à die recognitionis, Vnde ista recognitio
non trahetur retro ad tempus ipsius scripturæ,
nisi contra recognoscentem, non autem contra
tertium habentem medio tempore hypothecam,
si quidem hic tertius habebit priuilegia prioris
creditoris, Ita in puncto concludit *Couarr. lib. 2.
var. resolut. c. 11. num. 4. ad med.* Prout dicimus de
prorogatione termini, qui non dicitur idem ter-
minus quo ad tertij præiudicium respectu hypo-
thecæ *Bald. in l. si cum hermes, in princ. C. locat.*
Quamuis hoc intelligatur respectu fideiussoris,
cuius voluntas requiritur, cum respectu hypo-
thecæ contrarium concludat *Aldobrand. consil. 137.
num. 8. lib. 2.* vbi etiam consuluit, quod hypotheca
resultans ex laudo retrotrahitur ad diem compro-
missi, & præfertur contractibus factis pendente
compromisso, quam d. laudum fuerit latum vi-
gore compromissi prorogati, cum dicatur idem
terminus *cap. de causis, de offic. delegat. Marsil. sing.
300. Card. in clem. 1. §. nos itaque, col. fin. vers. quinto
quæro, de iur. iur.*

Præterea neque dicta fides, seu memoria aliquid
15 probat, quamuis sit à notario subscripta, † quia
poterit quidem operari contra officialem subscri-
bentem, & alium, qui ab eo confessus est pecunias
recepisse in eadem fide *l. publia, Dig. deposit. Dec.
in c. scripta, n. 5 de fid. instrum. Ias. in l. admonendi. n.
88. D. de iur. iur.* Non tamen prædicta fides faciet
aliquam probationem contra fideiussores, cum
in ea solùm dicatur, quod accessit talis in fideius-
sorem, prout in instrumento, & non narratur ple-
nè, & explicitè obligatio fideiussoris, nisi relatiuè
16 ad instrumentum, † adeò vt non constito de illo
tanquam relato nulla probatio sumi possit *l. in te-
stamento, la prima, de condit. & demonstrat. l. Titia
textores, de legat. 1. auth. si quis in aliquo, Cod. de
edend. Aym. consil. 273. n. 6. Becc. consil. 56. num. 6. So-
cin. consil. 120. in 1 dub. lib. 1. Surd. consil. 419. nu. 1. lib. 3.*
17 Quod procedit quamuis essemus in his, quæ de-
pendent à voluntate, & potestate partium, nam
licèt tunc credatur referenti etiamsi non appa-
reat de relato, Tamen hoc procedit, quando in
dispositione referente constat plenè, & explicitè
de voluntate disponentis, ita vt de ea certitudo
habeatur, cum aliàs nihil operaretur. Vndè multò
magis in casu nostro, in quo ista relatio fuit facta
non à disponente, sed à notario, qui non explici-
tè se retulit ad instrumentum *Bal. in l. 2. ad fin. Cod.
de episcop. & cleric. Angel. consil. 368. col. 1. Aym. consil.
157. num. 16. Surd. consil. 419. num. 23. in fi. Rimin. Iun.*
qui multa similia adducit *consil. 42. num. 5. cum seq.
lib. 1.*

Idem aliàs dixi de susceptione termini suscepti per
fideiussorem conuentum ad soluendum pecunias
occasione societatis officij, pro qua fideiusserat,
Nam cum postea apparuerit, quod dicta societas
erat superlucrata, potuerunt repeti pecuniæ solu-
tæ non obstante termino suscepto per errorem
ex superius allegatis. De societate autem super-
lucrata apparebat, quia non fuit valida præten-
18 sa disdicta, tanquam non adsint testes, † Quamuis
enim obiiciatur illam esse validam, etiam sine te-
stibus tanquam factam in iudicio, Tamen hoc
intelligitur quo ad ea, quæ sunt propriè de actis,
& pertinent ad expeditionem iudicij, tunc enim
acta iudicis faciunt fidem absque interuentu te-
stium, secus quo ad alia, quæ extrinsecus in actis
apponuntur, vt mandatum, insinuatio, denun-
ciatio, & similia, de quibus per *Rum. consil. 73. nu.
2. lib. 5. & consil. 149. num. 22. eod. lib. & consil. 126.
num. 3. lib. 4. Abb. in cap. quoniam contra, num. 18. de
probat. & ibi Felin. num. 12.* post *Lap. alleg. 81.* vbi
*Mandos. in verb. quoniam, in princ. Mascard. concl.
1100. n. 9.*

Neque obstat, quod indistinctè sufficiat acta fuisse
facta in iudicio ad hoc, vt probent sine testibus,
19 † quamuis etiam non essent explicanda in iudi-
cio secundum eorum naturam *Put. decis. 26. lib. 2.
iuxta non impress. Magdal. de num. test. in testam. re-
quis. par. 2. cap. 25. nu. 7. cum seq. fol. 317.* Quia supra-
dicti Doctores, & alij qui possent adduci loquun-
tur, quando huiusmodi acta non fierent simplici-
20 ter coram notario, † sed etiam coram Iudice, vel
eo mandante, tunc enim non requirerentur testes,
quod non est in casu nostro, & ita declarat idem
*Magdal. d. c. 25 n. 10. ad med. & num. 13. in fin. Felin.
in c. quoniam contra, nu. 12. vers. & hoc intelligo dum-
modo præsente, de probat.* Et ita etiam loquitur
Aret. in d. c. quoniam contra. prout ibidem declarat
*Decia. n. 19. ad fin. vers. secundus casus, col. 10. in prin-
cip.* Et ita post *Mandos. & alios allegatos.* seruari in
21 Rota testatur *Mascard. conclus. 1100. nu 9.* † prout
etiam passim de consuetudine recipiuntur testes
in productione disdictæ societatis, quæ magis est
seruanda *c. cum dilectus, de fid. instrum.*

Cum etiam sufficeret quod ita fuerit iudicatum su-
per nullitate huiusmodi disdictæ, adeò vt non
22 potuerit cedi talis societas, † cum cedens tenea-
tur præstare se esse creditorem nominis debitoris
cessi cum effectu, & sine aliqua exceptione, &
quod sit bonum de iure, id est quod sit obligatus,
quamuis de facto non teneatur, id est quod sit sol-
uendo, *l. si nomen. 4. cum l. seq. D. de hæredit. vel act.
vendit. Alex. consil. 242. num. 3. lib. 6. & in l. si cum do-
tem, §. si similiter, n. 4. vers. non omitto, ff. solut. matrim.
Castr. consil. 270. n. 2. lib. 1.* latè *Bertr. consil. 217. n. 1. lib.*
23 *7.* † vbi etiam quod prius est docendum de huius-
modi credito legali, ac vero & legitimo, & nullam
exceptioné habente cum aliàs hoc non docto non
possit quis cogi satisfacere summam concernenté
prætensa nomina *l. Iulianus, §. offerri, ff de act. empt.*
Maximè, quia vltra istam obligationem, ad quam
cedens de iure communi tenetur, habemus etiam
pactum expressum ipsius cedentis, dum promisit
se sat-

resarcire omnia damna, & interesse occasione præfatæ cessionis, quatenus ad eum non spectaret, &
24 pertineret, † quæ verba significant dominium *Felin. in rubr. de rescript. colum. penult. ad med. vers. sed si diceretur. Rebuff. in l. verbum illud* 181. *ff. de verb. signific. per l. si super, C. de transact. Innoc. & Io. Andr. in c. dilecta, de offic. ordin.*

Tenebitur itaque cedens istam societatem, de cuius substantia non constat, de euictione releuando cessionarium ab omnibus damnis, & interesse iuxta formam suæ promissionis, & sic ad restitu-
25 tionem pretij, & sortis principalis, † quod succedit loco dicti interesse, ac damnorum *l. 1. C. de his qui à non domin. l. si controuersia. C. de euict. l. cum successores. C. eod. tit. Alex. cons. 67. nu. 2. lib. 2. Ruin. cons. 141. nu. 9. in fin. lib. 1. Rimin. Sen. cons. 297. nu. 12.*
26 *lib. 1. Rot. diuers. decis. 741. nu. 1. p. 1.* † Et cum non constet de aliquo iure cedentis cessio est nulla, & nihil operatur *Bart. in l. si sic. §. 1. de legat. 1. Alex. cons. 187. n. 5. lib. 2. Ang. in l. locus ff. de acquir. possess. cum aliis per Aldobrand. cons. 68 n. 2. lib. 2.*

Nec aduersatur quod confessio habeatur pro re iu-
27 dicata quo ad confitentem, † quæ inducit veritatem *l. res iudicata, ff. de regul. iur. Menoch. de arbitr.*
28 *q. 52.* Quia stante errore illa non attenditur, † neque habet hunc effectum *Butr. in cap. fin. col. 10. de confess. Bero. cons. 201. n. 15. lib. 3.* Quamuis etiam esset iurata, & facta ad interrogationem Iudicis parte quoque præsente, & acceptante, & ex interuallo *Idem Bero. cons. 194. n. 1. li. 3. & cons. 206. n. 34. & 35. eod. lib. Dec. cons. 408. per tot. Paris. cons. 131. n. 35. cum seq. lib. 1.*

Prout nec facit *l. ad solutionem, C. de re iudic.* Quia licèt ibi petens dilationem ad soluendum videatur
29 acquiescere sententiæ, † ita vt renunciet appellationi interpositæ, Tamen non ex hoc intelligitur sibi præjudicasse, vt non possit docere de errore, quo constito non procedit *text. in d. l. ad solutio-*
30 *nem*, vt ibi notatur per *Bald. & Salic. per l. sed & si quis, §. fin. ff. si quis cautionib.* & sequitur *Felin. in cap. quo ad consultationem, col. 7. ad fin. n. 7. de re iudic. Gabr. conclus. 3. n. 12. de appellat.*

EPITOME.

Constitutum quando transferat possessionem naturalem, & ciuilem. ¶ Pluralitas an præsumatur. ¶ Possessio quo casu probetur per locationem. ¶ Spolium quando competat in actu iudiciali. ¶ Executori an stetur, si asserat, quod bona, in quibus fuit facta executio sunt debitoris ¶ In remedio reintegrandæ quid debeat probari, & an vnus testis sufficiat. ¶ Immissio in possessionem an possit fieri contra tertium non citatum etiam iniustum detentorem. ¶ Statutum mandans, vt in bonis dandis in solutum fiat proclama generale, ad hoc, vt habens ius in eis veniat ad se defendendum intra certum tempus an intelligatur solùm de incognitis vel etiam de certis possessoribus. ¶ In actione reali quando fiat executio contra non citatum, in quem fuit facta alienatio lite pendente. ¶ Et an requiratur scientia litis. ¶ Et quando prius sit agendum reuocatoria. ¶ Et quo casu sit locus cautioni, de qua in *l. is à quo, cum l. seq. ff. de rei vend.*

SVMMARIVM.

1 *Remedium spolij non competit, si non probetur possessio anterior.*
2 *Constitutum transfert possessionem ciuilem, & naturalem. Intellige vt n. 3. & 4.*
5 *Confessio in precibus probat contra confitentem.*
6 *Detentio nuda est meri facti, quæ non transit per constitutum, seu precarium.*
7 *Producens scripturam approbat omnia in ea contenta.*
8 *Possessio probatur per locationem, quæ habuit effectum, Declara vt n. 9. & 10.*
11 *Identitas domus est probanda per eadem confinia aliàs præsumetur pluralitas.*
12 *Plena probatio requiritur in remedio recuperandæ possessionis, nec vnus testis sufficit.*
13 *Spolium non competit in actu iudiciali, & facto cum causæ cognitione, nisi probetur notoria iniustitia.*
14 *Statur depositioni executoris asserentis bona, in quibus fit executio spectare ad debitorem, & num. 15. Intellige vt num. 17.*
16 *Nuncio creditur in spectantibus ad suum officium.*
18 *Immissio in possessionem non potest fieri contra tertium non citatum, etiam si esset iniustus possessor, n. 19. Neque sufficiet citatio generalis quando est certus qui possidet. n. 20.*
21 *Statutum mandans, vt in donatione in solutum fiat proclama ad hoc, vt habens ius veniat ad se defendendum intra certum tempus intelligitur de illis, qui ignorantur, secus respectu certi possessoris.*
22 *In actione reali potest fieri executio contra possessorem non citatum, condemnato principali, qui rem lite pendente in eum alienauit. Et quid si ignoranter fuit res litigiosa acquisita, n. 23. 25. 27. 28. 30. 31. 34. 35. & 36.*
24 *Ignorantia, & scientia probantur coniecturis.*
26 *Status rei litigiosæ non potest mutari in præiudicium agentis quo ad ordinem iudicij.*
29 *Alienatio post litem motam dicitur fieri in fraudem creditorum.*
32 *Alienatio facta in fraudem non reuocatur, nisi vterque particeps de fraude, nu 33.*
37 *Facta alienatione post motam litem potest fieri executio contra tertium possessorem citatum recta via non petita aliter rescissione contractus, etiam non data cautione de qua* in l. is à quo, cum l. seq. ff. de rei vendic. *& n* 38.
39 *Actio in factum ad rescissionem alienationis competit quando debitor alienauit ante litem motam, seu dolo desiit possidere probata fraude.*

CAPVT DII.

NOn est admittendum prætensum spolium, cum non probetur aliqua possessio anterior
1 prout erat probanda, † vt quis obtineat in huiusmodi iudicio *Innoc. in cap. sæpe. de restit. spoliat. cum aliis per Roland. cons. 6. n. 36. lib. 2. Alex. cons. 91. n. 3. vers. & etiam probatur, lib. 5.*

Non obstat clausula constituti in instrumento emptionis apposita, per quam venditor dicitur pos-
2 sidere, † cum per eam censeatur translata possessio tam ciuilis, quàm naturalis *Bart. in l. interdum, in princ. de acquir. possess. Surd. cons. 221. num. 34. lib. 2.*
3 Quia non fuit articulatum, † neque probatum, quod tempore constituti venditor, qui constituit, tunc possideret, quo casu nihil operatur constitutum, nec est translata possessio *Angel. in l. quamuis, §. si conductor, ante n. ed. ver. pro hoc etiam multoties, ff. de acquir. possess. & in l. 2. C. eod. tit. & in l. quædam mulier, de rei vendic. Bald. in l. 1. col. 1. n. 2.*

in fin.C.quando liceat ab emptio.diſceder. Natt.con-
4 *ſil.439. nu.2.* † Contraria autem procedunt inter
conſtituentem, & cum, pro quo quis ſe conſtituit
poſſidere, quaſi tunc talis recognitio operetur
quandam confeſſionem poſſeſſionis, quæ confi-
tenti nocet, & probat, quamuis contra tertium
nihil operaretur, prout ſumus in caſu noſtro Soc.
*conſil.187.n.13. lib.2.poſt Bald.in l.vltim.qu.8.C.de
edict.diui Adr.toll. Surd.conſil.28.numer.48.lib.1.
Natt.conſil.171.num.9.& conſil.439.nu.3.*

Neque obſtat, quod probetur poſſeſſio dicti vendi-
toris ex commiſſione porrecta Sanctiſſimo, quia
narratur eundem venditorem poſſidere domum,
5 de qua agimus, † ita vt hoc probet contra confi-
tentem, & eius ſucceſſores *l.cum precum, C.de li-
ber.cauſ. Decian. in l.2.in 3. notab.Cod. de inſtitut.
& ſubſtitut. & conſil.534. colum.2.num.4. verſ.nam
verba etiam ſi eſſet ſupplicatio ſubreptitia, & conſil.
274.in princ. Aldobrand.conſil.65.num.1.& 2.lib.2.*
Quia dicta confeſſio ſolùm eſt de intruſione de
facto, non autem de poſſeſſione, vt in ſummar.ex
aduerſo dato.num.2. Vnde non præiudicat, quia
vt dictum eſt, debet probari, quod venditor poſ-
ſideret, neque ſufficit, quod probetur detentio,
6 vnde minus intruſio, † cum detentio nuda ſit me-
ri facti, quæ non tranſit per conſtitutum, ſiue pre-
carium, habet enim plurimum iuris, & ideo non
pertinet, niſi ad naturalem, & ciuilem poſſeſſio-
nem, non ad detentionem, quæ non eſt vera poſ-
ſeſſio, prout neque intruſio de facto *Bald.in rubr.
C.de contrahend.empt.quæſt.16.num.16.in fin.Iaſ.in
l.1.in princip.col. penult in fin.num.105.ff.de acqui-
rend.poſſeſſ. Decian.conſil.400.viſo eleganti, colum.
penult.in princ.verſ.& non ſufficit,num.9. Butr.in c.
cum veniſſet,col.penult ante med.verſ.ſi non poſſidet,*
7 *num.13. de reſtit.ſpoliat.* † Adeo vt ex hac produ-
ctione commiſſionis pars aduerſa fateatur ſe ha-
bere cauſam ab intruſo, & iniuſto occupatore de
facto, prout loquitur commiſſio, quæ illi præiu-
dicat in omnibus in ea contentis tanquam ab illo
producta, & approbata *Aym.conſil.80.num.7.&
de antiq.tempor.p.1. §. viſo de verbis enunciatiuis,
numer.72.& 73. Decian.in l.vlt.colum fin. Cod.de
edend.*

Minus obſtat inſtrumentum locationis vnà cum il-
lius effectuatione, per quam prætenditur proba-
8 tam eſſe poſſeſſionem † *Gloſſ.in l.qui vniuerſas, in
verb.colonum. ff.de acquir. poſſeſſ.* Quia hoc non
procedit contra tertium, in cuius præiudicium,
nec dominium, nec poſſeſſio dicitur probata per
huiuſmodi actus, Contraria enim habent locum
9 inter ipſos contrahentes † *Gloſſ.in c.bonæ memoriæ,
51.in verb.vnam procurationem,de appellat.per text.
in c.inter dilectos,6. ad fin. vbi Felin.num.8. de fid.
inſtrum. Rot.deciſ.1.eod.tit.in antiq.Corn.conſ.6.col.
3.in princ.verſ.reſpondetur,n.4.lib.3. Boer.deciſ.105.*
10 *nu.15.Gabr.de locat.concluſ.4.nu.5.& 9.* † Maximè
cum in caſu noſtro conſtet alium tunc temporis
poſſidere, tunc enim minus tales locationes pro-
bant *Affl.deciſ.325.nu.1.& 2.Socin.conſ.106.n.1.lib.
3.Calcan.conſ.56. in fin. verſ.facit pro hoc quod per
ſolemnem,n.15.*

Nec faciunt depoſitiones teſtium, Cum nihil pro-
bent ſuper identitate domus, nam ſpecificant di-
uerſos confines ab illis, qui enunciantur in em-
ptione eiuſdem domus, ideo non pot[illegible] dici
11 probata aliqua poſſeſſio, † cum deberet probari
identitas rei per eadem confinia, vel alias de-
nunciationes, cum in rebus, ſeu corporibus præ-
ſumatur pluralitas, niſi probetur identitas *Aym.
conſ.112. num.3. poſt Io. Andr.in c.auditis, de præ-
ſcript. Decian.conſ.91.col.2. Alex.conſ.118.& 119.
lib.1.*

Accedat exceptio falſitatis, de qua in facto contra
vnum ex dictis teſtibus, cum aliis nullitatibus e-
iuſdem examinis ob non ſpecificationem factam
de nominibus, & cognominibus teſtium, de quo
expreſſè fuit proteſtatum, adeò vt ex his minus
12 ſit credendum dictis teſtibus, † cum etiam in re-
medio recuperandæ poſſeſſionis requirantur ple-
næ probationes, & non officiat vnicus teſtis
*Natt.conſ.630.n.5.& 7.Rimin.Iun.conſ.237.nu.70.
lib.3.Roland.conſil.50.n.16.lib.2. Surd.conſil.73.n.1.
& 38.lib.1.& de aliment. tit.1.q.112.nu.23. Contard.
in l.vnic.nu.8.C.ſi de momentan.poſſeſſ. Alex.conſ.
139.circa primum dubium,n.14.ad med.lib.6.& con-
ſil.187.viſa copia ſcripturæ, in fin.lib.7.*

Additur, quod ſumus in eo, qui fuit immiſſus in
poſſeſſionem domus de qua agimus, præuiis ſub-
haſtationibus, & deliberationibus, Iudicis decre-
to,citato debitore,ac vltimo poſſeſſore dictæ do-
13 mus, † Vnde non intrat ſpolium tanquam ſimus
in actu iudiciali, & facto cum cauſæ cognitione,
cum iuſtè dicatur quis poſſidere ſtantibus prædi-
ctis, adeo vt ſit probanda notoria iniuſtitia præ-
tenſæ ſpoliationis, nam vt dictum eſt, non ſumus
in actu extraiudiciali, in quo iſta probatio non
requireretur, ſed in iudiciali, qui magis talem
probationem requirit propter præſumptionem
illi inhærentem *Gemin. conſil.156. alias 46. col.2.
ad med. Dec.conſil.449. viſis duobus.col.5. poſt med.
n.30.Aym.conſ.65.n.4.*

Iſta autem notoria iniuſtitia ex aduerſo non proba-
tur, immò potius conſtat de euidenti bono iure
eius, qui fuit immiſſus in poſſeſſionem auctore
prætore, ſtante relatione executorum, quod do-
mus de qua agimus ſpectaret ad debitorem cita-
14 tum, † cum in concernentibus eorum officium
circa talem immiſſionem in poſſeſſionem illis
credatur, dum deponunt, quod bona, in quibus ſit
executio pertinent ad dictum debitorem *Natt.
conſil.654.num.5. Grat.conſil.30.n.57.lib.1. Alciat.
præſump.14.nu.5.reg.3. Bald.in l.1.n.9.col.1.ad med.
verſ.ſed hic dubitatur, C.quand.fiſc.vel.priuat.debi-
torem debitoris exiger.poſſ.* Ita vt non ſit dicendum,
quod Iudex ſtantibus prædictis iniuſtè præceſſe-
rit, quod facit vt ſpolium excludatur, cum ſuffi-
ciat Iudici, non conſtito quæ bona à debitore
poſſideantur, dare licentiam Nuncio, vt credito-
rem mittat in poſſeſſionem bonorum eiuſdem de-
bitoris, quo caſu ſi idem nuncius hoc facit, & re-
fert ſe miſiſſe, illi creditur circa dicta bona, quod
ab eo poſſideantur, quia lex de eius fide & dili-
gentia confidit ob id credens, quod informatio-
15 nes ſumpſerit, † quod huiuſmodi bona poſſide-
bantur à debitore, & non ab alio, & ſecundum in-
formationem captam referat ſe ita executum fuiſ-
ſe *Caſtr.in l.fin.nu.8.ad med.verſ.in dubio autem &
ibi Zuccard.nu.147. Iacobin.nu.52. & Dec.nu.17.in
7.notab.C.de edict.diu. Adrian.toll. Imol.in l.à Diuo
Pio §.ſic quoque,n.28.& ibi Alex.in §.ſi ſuper rebus,
col.6.poſt med.verſ.item circa hoc adde n.17.ff.de re
16 iudic.* † vbi quod ita practicatur ob illam ratio-
nē, quia creditur nuncio in ſpectantibus ad ſuum
officium, & quia pro actu iudiciario in dubio præ-
ſumitur *Dec.in d.l.fin.num.17 poſt Bart. in l.1.Cod.
de priuil.*

de priuil. fisc. & in extrauag. ad reprimendum. ad fin. num. 10 & declarat etiam *Menoch. de adipiscend. possess. remed. 4. n. 925.*

Et magis apparet, quod Iudex rite, & rectè processerit, quia hic agitur solùm de probatione, quod bona sint possessa à debitore, non autem quod illa sint in ipsius dominio, quia tunc non ita faciliter
17 caderet in notitiam nuncij, † an debitor esset dominus nec ne, quasi dominium sit difficilis probationis, quod non est in probanda possessione, in cuius relatione magis creditur nuncio, quàm in probando dominio (*Castren. cons. 273. alias 265. visis & ponderatis nu. 3. lib. 2. Zuccard. Alex. Franc. & alij per Menoch.* qui ita distinguit *de adipisc. poss. rem. 4. n. 926.*

Vltimo fuit oppositum, quod executio & immissio in possessionem, de qua agitur, est facta contra
18 tertium non citatum, † neque in iudicio nominatum aut condemnatum, Et quidem in hoc vera est conclusio, quod illa non possit fieri sine citatione *l. cum quaeritur, cum l. seq. de excep. rei iudic. Bald. cons. 149. proponitur. lib. 5. Castrens. cons. 87. in causa quae vertitur. num. 3. lib. 1. Gail. obseruat. 118. in princ.* [illegible] amplhat quamuis adesset rescriptum imperiale p[illegible] *text. in l. fin. C. si per vim. vel alio mod.*
19 † [illegible] possessor esset inuitus *c. licet episcopus, de praeben.* [illegible] *alijs per Honded. cons. 20. n. 47. lib. 1. Alex. cons. 5 num. 1 lib. 2.* Vbi extendit neque sufficere citationem generalem, quae licèt sufficiat quando aduersarius non est certus *Bart. in l. si diu. ff. ex quib. caus. in possess. eatur. Innoc. in c. fin. de ma-*
20 *iorit. & obed.* Tamen in iudicio in quo principaliter agitur de transferendo possessionem in alium non attenditur citatio generalis, quia possessor debet specialiter citari, cum de eo pars potuerit verisimiliter certificari, ita vt non sit probabilis ignorantia, quasi agens sit in culpa non quaerendo possessorem *Bart. cons. 86. Bald. in l. fi. q. 4. C. de*
21 *edicto diu. Adr. tollend.* Quod † procedit quamuis adesset statutum disponens, vt quando proceditur ad dationem in solutum aliquorum bonorum fiat proclama generale, quod habens ius in dictis bonis, sel volens illa defendere veniat infra aliquod tempus, Nam debet intelligi quo ad eos, qui habent ius in re, qui faciliter ignorantur, secus quo ad possessorem, cuius scientia potest cum modica difficultate haberi per inuestigare volentem *Alex. cons. 5. col. 1. post med. vers. & statutum etiam lib. 2.*

Verum praedicta non obstant in casu nostro, quia
22 sumus in eo, qui emit rem litigiosam, Etenim in actione reali, condemnato principali, qui rem lite pendente alienauit, potest fieri executio contra possessorem non citatum, & nullo instituto nouo processu contra eum, nam alienatio rei litigiosae est ipso iure prohibita, & iniquum est actorem diuersis iudicijs defatigari *auth. nunc si haeres. & l. fin. C. de litigios. Bart. in l. creditores, nu. 23. C. de pignorib. & hypoth. Couar. pract. quaest. c. 15. nu. 6. Socin. Iun. consil. 92. numer. 8. lib. 3. Cephal. consil. 195. num. 14. & 15. lib. 2. & consil. 41. numer. 9. lib. 1.* cum alijs supra adducendis *vers. quamuis etiam posset. num. 25. & vers. huiusmodi tamen opinio. numero 30.*

Neque obstat *Ang. in auth. de litigios. col. 2. post med.*
23 *vers. est alius effectus. num. 5.* † vbi distinguit inter eum, qui ignoranter accipit rem litigiosam, & illum qui scienter, Nam ignorans videtur excusandus propter ignorantiam, ideò non posset fieri executio illo non audito, sed opus esset reuocatoria, cum in sciente non adsit ista ratio, quasi videatur in culpa emendo rem litigiosam scienter *Bart. in l. a Diuo Pio. § si pignori. ff. de re iudic.* & distinctionem *Ang.* sequitur *Natt. consil. 350. num. 4. vers. praeterea opus esset. col. vlt. Ossasc. decis. 64. nu. 2. ad fin. vers. dummodo probetur.*

Quia in casu nostro constat de scientia ex multis coniecturis adductis in facto, per quas etiam pro-
24 batur scientia, † sicut & ignorantia *Bart. in l. qui Romae §. duo fratres nu. 3. de verb. obligat. Alex. cons. 187. n. 8. lib. 2. Nat. cons. 121. n. 2. Ruyin. Iun. cons. 1. n. 12. Cephal. consil. 314. n. 15. lib. 3.* cum alijs, de quibus supra *c. 118. n. 13. & 14. p 1.*

Quamuis etiam posset defendi, quod indistinctè siue adsit ignorantia, siue scientia rectè fiat executio contra ementem rem litigiosam absque ali-
25 qua citatione, † cum vitium litigiosi afficiat etiam ignorantem per tex. expressum *in l. fin. C. de litig.* Ipso enim iure non subsistit alienatio, aut pignoris obligatio de re litigiosa *l. 1. §. quid ergo,*
26 *ff. quae res pignor. vel hypoth. oblig. non poss.* † Maximè quia non potest mutari status rei litigiosae in praeiudicium agentis, quo ad iudicij ordinem, & examinationem causae, nec litis cursu impediri, & conditio actoris durior fieri *d. l. fin. & l. quanquam,*
27 *§. 1. de aq. pluu. arc.* † & ita in specie contra *Ang.* de veriori opinione testatur *Andr. Gail. obseruat. 118 n. 2. in fin. lib. 1.* vbi etiam quod talis ignorantia excusabit accipientem à poena, non autem vt pos-
28 sit euitare executionem, quae erit valida, † quamuis non sit citatus iuxta *l. fin. Cod. de litigios. Bero. consil. 155. nu. 41. lib. 1. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 6. n. 26.* & notat etiam *Couar.* qui dictam *Ang.* opinionem non approbat *pract. quaest. c. 15. nu. 7. post princ. vers. ego sane, col. 11. ad fin.* quod etiam indistinctè sequutus est *Cin. in l. 1. q. 8. nu. 1. C. de alienat. iudic. mut. caus. fact.* quem refert, & sequitur *Castr. in l. certa 6. ante fin. C. vt in possess. legat. & in l. a Diuo Pio. §. si super rebus, nu. 8 vers si autem ab illo. col. penult. ad med. & ibi Hercul. ff de re iudic.* per doctrinam *Bald.* qui idem tenet *in l. ob maritorum. 2. n. 4. in princ. & post med. vers. breuiter dico. C ne vxor pro marit.* cum alijs supra adductis *vers. verum praedi-*
29 *cta. nu. 22.* † quasi tunc videatur facta alienatio in fraudem creditorum, quae tunc dicitur fieri, quando est post litem motam, vt concludit *Castr. in d. §. si super rebus n. 8. Capic. decis. 128. n. 11. Carthar. decis. 55. n. 5.*

Huiusmodi tamen opinio, quamuis de iure esset admittenda, vt patet ex rationibus superius allega-
30 tis, † cum etiam aequiorem propter circuitus euitandos dicat *Hercula. in d. §. si super reb.* de quo per *Capic. decis. 128. n. 12. post princ. Carthar. d. decis. 55. n. 5. Papiens. in form. execut. senten. definit. in prin. num. 18. in fin.* cum alijs adductis supra *vers. verum praedicta nō obstant. n. 22.* Nihilominus in praxi non
31 esset ita de facili admittenda, † nam stante ignorantia litis tempore contractus, non potest dici in culpa accipiens rem litigiosam, qui debet esse particeps fraudis, ad hoc vt vitium litigiosi obstet, neque enim sufficit sola fraus alienantis lite pendente, & hoc etiam admittit *Castr. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. col. pen. post med. n. 8. de re iudic.* vbi quod actor debet probare debitorem in fraudem alienasse, & quod ille, in quem est facta alie-
32 natio sciuerit litem motam, † cum non reuoce-

tur alienatio in fraudem facta, nisi vterque participauerit de fraude *l. qui autem §. hoc edictum de his qua in fraud. credit.* & hoc probato non expedit aliter alienationem rescindere, & ista probatio fraudis facienda est in hoc iudicio executionis, & ea facta procederetur ad executionem, Hæc *Castr.* ex quibus verbis clarè colligitur esse necessariam citationem, vt appareat an adsit scientia possesso-
33 ris de facta fraude, † quod etiam post *Herculan. in d. §. si super rebus,* sequitur *Capic. decis. 128. nu. 12. & 13. Surd. cons. 405. nu. 10. ad med. lib. 3. Aym. cons. 235. n. 2. vers & hoc procedit, Carth. decis. 55. n. 13. Decian. cons. 109. n. 8. lib. 3. Franc. Marc. decis. 76. num.*
34 *2. & 1. Affl. decis. 396. n. 9.* † vbi quod reliqui Doctores tenent contra *Cin. & Castr.* quamuis ipse teneat cum *Cin.* propter Capitulum Regni, quod sic disponit, licèt hanc attestationem *Affl.* contra *Cin. & Castr.* non approbet *Osasc. decis. 64. num. 4. post princ.* & quod requiratur citatio tenet etiam *Vrsil. ad d. decis. Affl. 396. n. 7. Rimin. Iun. cons. 100. num. 4. lib. 1. post Imol. in c. quia qu. vbi Inno. Aret. Bellam. n. 3. & Felin. n. 4. de iudic. Praposit. Alexandr. in c. ex ratione, col. 22. in fin. vers. tertia quastio, nu. 62. & ibi Franc. n. 92. de appellat.* vbi multis similibus comprobat *Rot. decis. 3. vt lit. pend. in nou. Vestr. in prax. lib. 8. c. vlt. nu. 4. & ibi Granat. in verb. secus, num. 28. Menoch. cons. 319. n. 12. in fi. lib. 4. post Nat. cons. 350. n. 4. Lancellot. de attentat. lit. pend p. 2. c. 4 in prafa. n. 462. tom. 5. fol. 312. Gabr. cons. 31. nu. 10 & 20. lib. 2. Bald. & Corn. in l. 1. C. de alien. iudic. mut. caus. fact. Add. ad Guid. Pap. decis. 81. in ver. contra secundum: Honded. cons. 20. nu. 48. cum seq. lib. 1.* vbi etiam adducit *Bott. cons. 37. nu. 4. & Brognin. decis. 16. nu. 9. & Mandos. com. miss. executor. 29. vers. vigesimotertio*
35 *quaro, n. 90.* † qui omnes concludunt, quod quamuis ista executio possit fieri sine nouo iudicio, non tamen sine citatione huius tertij, qui rem litigiosam emit, nam ante executionem requiritur cognitio, an tertius sit intrusus lite pendente, debet enim parere ex actis illum esse talem, & habere causam à litigante, & nullam ei prorsus defensionem competere, aliàs citatio requiritur, vt liquidentur necessaria, & nisi citetur, executio erit nulla, nec possessori aliquod fiet præiudicium, si tamen ex actis iustificatur nullam defensionem competere, tunc posset omitti citatio, vt per *Vestr. in prax. lib. 8. tit. vlt. nu. 4. Butr. in c. quia qu. in fi. de iudic. Honded. cons. 20. n. 50. lib. 1. Abb. in c. cum olim, de re iudic. Crot. cons. 127. num. 11. lib. 1. Asin. in prax. §. 7. limit. 89. n. 1. Decian. cons. 191. in causa. n 9.*
36 *Duen. reg. 94. limit. 2. Natt. cons. 129. nu. 33.* † ex quibus apparet non obstare opinionem contrarium sequentium, cum loquantur aduersus magis communem, & non fundentur in bonis rationibus, prout latè omnibus respondet singulos recensendo *Honded. cons. 20. n. 51. vsque ad 54. lib. 1.*

Ex istis etiam colligitur, quod facta alienatione post motam litem poterit fieri executio contra tertium
37 possessorem citatum recta via, † non facta aliter contractus rescissione, & non proposita actione reuocatoria, & sine alio processu, quasi tunc fiat in fraudem paratæ executionis, *l. chirographis, §. fin. de administr. tutor. Ruin. cons. 34. num. 14. lib. 5. Bald. in l. ob maritorum, Cod. ne vxor pro marit. Cast. in l. a Diuo Pio, §. si super rebus, de re iudic. cum aliis per Osasc. decis. 64. n. 4. ad med. Asin. in prax. §. 31. limit. 51. vers. est autem huiusmodi, fol. 386.* & ita iudicatum in Rota testatur *Lancellott. de attentat. lit. pendent. n 459 & 460. tom. 5. fol. 311.* quæ executio etiam poterit fieri contra talem ementem rem
38 litigiosam † etiam non data cautione de qua in *l. si à quo, cum l. seq. ff de rei vendic.* vt per *Ioseph. Ludou. decis. Perus. 26. n. 8. & 9.* Non obstante opinione *Bart. in l. creditores, n. 23. C. de pignorib.* quæ procedit quando debitor ante motam litem alienauit, seu dolo desiit possidere tunc enim agendum
39 erit via ordinaria, † & consequenter actione in factum ad rescissionem alienationis probata fraude *Gloss. in l Fulcinius, §. si aduersus, ff. ex quib. caus. in possess. eat.* & in his terminis opinionem *Bart.* esse communiter approbatam dicit *Asin. in prax. d. §. 31. limit. 31. ante fin. Zas. in l. à Diuo Pio, § si super rebus, col. 2. vers. quid autem si possessio erat apud contradictorem, de re iudic.* & multa quando prædicta procedant in actione personali, & reali cum aliis ad materiam pertinentibus *Osasc. decis. 64. per tot. Carth. decis. 55. Rolan. cons. 5. li. 2. Neuiz. cons. 20. n. 13. Angusciol. cons. 49. Menoc. de adipisc. possess. remed. 5. n. 137. Tiraq. de retract. lignag. §. 11. glos. 1. n. 27. Io. Petr. Ferra. in prax. tit. Form. libell. executio. sent. definitiu. glos. 1. col. fin. vers. quaro an sententia, n. 26.*

EPITOME.

In iudicio manutentionis, quæ probatio requiratur. ¶ Traditio clauium quando transferat possessionem, seu custodiam. ¶ Et an sit docendum de titulo, & possessione transferentis claues. ¶ Et an debeat esse in præsentia rei stabilis. ¶ Et quid in mobilibus, & aliis inclusis in domo, seu horreo. ¶ Citatio, Relatio, Inhibitio, Libellus, Sententia, & similia acta iudicij an possint probari per testes, vel requiratur scriptura. ¶ Et quid in locis insignibus. ¶ Manutentio, & reintegratio an detur minori, & mulieri, qui nulliter ceciderunt à possessione facto proprio. ¶ Et an eis competat restitutio officio Iudicis. ¶ Possessio an transferatur per deliberationem vltimo oblatori factam, & per traditionem calami.

SVMMARIVM.

1 *Possessio est probanda in iudicio manutentionis, & sufficit vnicus testis, & probatio leuis, n. 16. & 17.*
2 *Traditio clauium transfert possessionem. Intellige probato titulo valido, & habili ad acquirendam possessionem, nu. 3. 4. & 5. Aliàs præsumetur facta causa custodia, n. 6.*
7 *Per traditionem clauium transfertur possessio dummodo transferens possideat.*
8 *Possessio non aufertur a tertio non audito.*
9 *Possessio rei stabilis transfertur per clauium traditionem etiam extra præsentiam, sic in mercibus, & mobilibus in ea exclusis.*
10 *Claues non dicuntur pars mercium, sicut domus.*
11 *Citatio an possit probari per testes, vel requirat scripturam, & n. 13.*
12 *Nuntius si non fecit relationem citationis non dicitur liquere Iudici, ita vt non valeat immissio, quamuis postea citatio referatur.*
14 *Per testes probatur, quod quis non fuit citatus.*
15 *Nuncio creditur quo ad citationem executam.*
16 *Acta iudicij an debeant probari per scripturam, & non per testes in loco insigni, & n. 19.*
20 *Amissio relationis citationis facta per nuncium potest probari per testes.*

21 Execu-

21 *Executio citationis probatur per testes, num.23.*
22 *Libellus, & sententia debent probari per scripturam.*
24 *Inhibitio potest probari per testes.*
25 *Probatio relationis factam iudicio poterit fieri aliter, quam per scripturam.*
26 *Acta iudicij magis probantur per testes in locis non insignibus.*
27 *Manutentio, & reintegratio non datur mulieri, & minori, qui ceciderunt à possessione facto proprio, num.28.*
29 *Mulier, & minor possunt petere se restitui officio Iudicis, si facto proprio ceciderunt nulliter à possessione. Intellige vt n.30.*
31 *Possessio an transferatur per deliberationem vltimo oblatori factam, & per traditionem calami.*

CAPVT DIII.

PRætendebatur manutentio domus, de qua in
1 actis, tanquam probaretur possessio † cum a-
liis, quæ in huiusmodi iudiciis requiruntur *Alex.*
cons.92.num.4.lib.1. Guid.Pap.cons.13.nu.1.Rot.co-
ram R.P.D.Martino Andrea. Salamantina archi-
pre[illegible]teratus 13.Martij 1615. & coram eodem Bene-
uentana bonorum 28. *May* 1614. Sed quoniam
exaduc[illegible]o fuit probatum fuisse talem possessio-
nem am[illegible]ssam, ideò non videbatur esse locum di-
ctæ ma[illegible]tentioni, Omnes enim testes conclu-
2 dunt fuisse traditas claues in manibus oblatoris, †
per quam traditionem fuit illi acquisita, & tradi-
ta possessio siue simus in præsentia rei, siue in lo-
co propinquo, adeò vt de proximo possit ad eam-
dem rem accedi, cum per claues intretur ad possi-
dendum, & claues sint pars rei *Bald. in l.2. C.de*
verb.signifi.& in l.1.C.de crimin.expilat.haredit. &
notat *Alex. in l.1.colum.19.post med. versic.sed suf-*
ficit cas.nu.78.ff.de acquir.possess. & ibi Castr.in fin.
princ.ver.dic ergo quod volendo n.18.Dec cons.56.in
causa appellationis nu 2.vers.& huiusmodi traditio-
ne.colum.2 post med.Tira.de iur.constit.p.2.ampliat.
3.n.3.& 4.Mascard.concl.298.nu.78.Rebuff.de ma-
ter.possessor.in præfat.n.57.vsque ad 66.tom.3 fol.231.
Præsertim quia constat de titulo, tunc enim traditio
clauium probat rei consignationem ac possessio-
3 nem, † nam aliàs illo non probato censetur talis
traditio facta causa custodiæ *Cephal.consil.225.nu.*
4 *25.& 26.lib.2.Afflict.decis.299.ad fin.num.32.* † vbi
quod etiam debet esse titulus validus *Rip. in l.1.*
nu.59.versic.tertio requiritur.ff de acquir.possess. vbi
v[illegible] quod titulus sit habilis ad acquirendam pos
5 sessionem † *Decian.cons.35.num.38.lib.4.* vbi quod
claues conseruant res ipsas, adeo vt perinde sit, ac
si res ipsæ traditæ fuissent, dummodo titulus præ-
cedat *Honded.cons.100.nu 51.lib 2.* vbi quod tam
retentio clauium, quam traditio illarum indicant
6 solùm custodiam, quando † deficit titulus *Anchar.*
in clem.1.§.sane.num.5.de haretic. vbi quod debet
præcedere titulus habilis ad translationem domi-
nij *Ias.in l.1.§.si iusserim.in fin.de acquir.possess.* vbi
quod debet præcedere titulus, putà venditio, vel
similis, iuxta doctrinam *Bart.in l.cum pater.§.pa-*
ter pluribus, per illum tex.ff.de legat.2. Mascard.
conclu.298.in fin.& latè Addit.ad Abb.in cap.2.nu.
11.in verb.alium.de consuetud Dec.cons.56.in cau-
sa appellationis,n.2.Rebuff.de mater.possessor.in præ-
7 *fat.nu.67.& 68.tom.3.fol.232.* vbi etiam requirit, †
quod [illegible]radens claues possideret, prout est casus
noster, cum secus sit si alius possideret, quia tunc
non transfertur quod non habetur, cum etiam
duo in solidum non possint possidere *l. si vt certo,*
8 *§.si duobus vehiculum, ff.commodat.* † cum etiam
non auferatur possessio à tertio ipso non audito
cap.licet episcopus, de præbend.in 6. Socin.consil.131.
nu.8.lib.1.
Quod magis est, quia sumus in ipsa domo, cuius cla-
ues traduntur, Nam quamuis illas tradam extra
9 domus præsentiam, † videor tradere possessio-
nem domus, quasi partem rei tradendo dicat to-
tam rem tradidisse, vt dictum est, cum aliud sit in
rebus, seu mercibus in domo, seu horreo inclusis,
nam tunc ita demum transfertur possessio, si apud
horrea claues tradantur, licèt recipiens claues
tunc non aperuerit, Diuersum est si traditæ sint
extra præsentiam horrei, quia nisi is, qui recipit
claues, aperuerit horrea, non acquirit possessio-
10 nem mercium, † Nam claues non dicuntur pars
mercium, sicut domus *l.fundi de act.empt.* & ideo
non censetur tradita possessio mercium, quamuis
aliud sit in ipsa domo, seu horreo vendito, prout
in specie distinguit dicens multum notandum
Rebuff.de mater.possessor.in præfat.num.63.vsque ad
67.tom.3 fol.232.
Neque obstat prætensa omissio citationis quando
fuit processum ad subhastationem, & delibera-
11 tionem, † quamuis enim dicatur illam interuenis-
se, vt probant testes & nuncius, Tamen ista pro-
batio non sufficit, cum debuisset fieri per scriptu-
ram, adeo vt si nuncius vellet postea notificare se
citasse, & fecisse relationem, non deberet ei credi
sicut nec iudici, quia cum citatio sit de actis, non
potest probari per testes, sed necessario requiritur
scriptura, vt in specie concludit *Brogni.* qui mul-
tos adducit *decis.11.nu.9. & in repertor. in verb.ci-*
tatio. vbi allegatur. *Curt.Iun.cons.304.n.49. Abb.*
cons.84.nu.11.lib.2. Ruin.cons.68.nu.16.& 17. lib.1.
& cons.16.num 4.lib.5. Marsil.sing.462.Anchar.in
12 *clem.2.nu 9.vt lit.pend.* † Vnde si nuncius non fe-
cit relationem citationis, & Iudex immisit in pos-
sessionem citantem pronunciando contumacem
citatum, processus est ipso iure nullus, quamuis
per nuncium postea fiat relatio, quia debet lique-
re iudici *Bart.in l.hac autem.§.non defendi.nu.2.ff.*
quibus ex caus. in possess. & in l.multum interest 21.
de condit. & demonstrat. cum aliis per Anchar. in
clem.2.in fin.vt lit.pend. Felin.in c.illud.nu.10.in fin.
de prescript.
Quia respondetur, quod opinio *Brogn.* non subsistit,
nullus enim Doctorum, qui per eum adducuntur
13 † aliquid dicit, Maximè cum sit verior sententia,
quod possit probari per testes citationem inter-
uenisse, prout potest aliquod factum, vt concludit.
Socin.de citation.art.16.num.3.vers.deteguntur. post
Innoc. per eum allegatum *in cap.quod sicut.de ele-*
ction. quod etiam voluit *Archidiac. in cap. propo-*
suisti.col.2.in princ.in verb.deteguntur.nu.3.distinct.
82.Mascard.conclus.291.n.17. & conclu.292.in fin.
vbi adducit etiam *Afflict.super constitut.regn.rubr.*
96.incip.litteris citatoriis,n.7.& Boer.in repet.l.con-
sentaneum,nu.11.Cod.quomod.& quand.iud.& Vin-
14 *cent.in cap. quod sicut de election.* † Sicut è contra
dicimus posse probari per testes, quod quis non
fuit citatus *Gloss.in dict.cap. quod sicut 2o. in verb.*
vocatus,in fi.de electio. Asin.in prax.§.9.cap.2.nu.6.
Bertrand.cons.27.nu.1.lib.1. Menoch.de arbitr.cas.
112.n.11.Tiraquell.de retract.consanguinit.§.8.gloss.
9.nu.4.& 5.

Maximè, quia vltra altos testes adest etiam probatio
15 facta per ipsummet nuncium qui citauit, cui † est
credendum de citatione per eum executa, & relata
Notario, quæ licet non reperiatur in actis, non
tamen hoc debet nocere veritati in præiudicium
partis. Ita vt talis testis, quamuis vnicus, plenè
probet, tamquam deponens de gestis in officio
ad eum spectante, & de facto proprio *Castr. in l. quicumque, in fin. C. de seru. fugitiu. Salic. in auth. si quis decurio. oppos. 4. Cod. ad leg. cornel. de fals. De-*
16 *cian. cons. 93. lib. 1.* † Præsertim quia sumus in iu-
dicio manutentionis, in quo tanquam summa-
rissimo sufficit vnicus testis, & leuior probatio
Dec. in l. 2. n. 2. Cod. de carbon. edict. & cons. 56. nu. 1. Aym. cons. 158. n. 12. Abb in c. cum ecclesia sutrina n. 23. & ibi Rip. num. 52. de caus. possess. & propriet. Rot. coram Card. Seraph. Ortocen. pensionis 5. Iulij 1599.
17 *quæ est in impress. 1326.* † quamuis hoc de vnico te-
ste non faciat ad casum nostrum citationis, quia
intelligitur respectu possessionis, quæ si probetur
per vnicum testem facit, vt detur mandatum de
manutenendo *Aym. cons. 158. n. 12.*

Nec aduersatur, quod acta iudicij debeant apparere
18 in scriptis, & per scripturam probari † maximè in
loco insigni, vbi est copia notariorum *Alex. cons. 74. nu. 9. lib. 1 post Bart. in l. ne in arbitris. nu. 3. C. de arbitr.* quidquid dixerit *Bart. in l. gesta 6 num. 14. C. de re iud.* cum contra eum sit magis communis o-
pinio, vt testatur *Felin. in c. cum à nobis 28. n. 12. fall. 8. de testib. & in c. quoniam contra 11. col. vlt. in princ. nu. 55. de probation. Mandos. de inhibit. q. 40. num. 2. Mascard. conclus. 32.*

Quia omisso, quod multi tenent contrarium, vt per
Ruin. cons. 16. nu. 5. lib 5. cum aliis per Mascard. ibid.
19 *num. 2. & 3.* † Respondetur nos esse in probatione
amissionis relationis factæ per nuncium quo ad
citationem per eum executam, tunc enim admit-
20 titur probatio per testes, † & ita concordando
opiniones distinguit *Felin. in d. c. quoniam contra. nu. 55. de probat.* & declarat etiam *Bart. in d. l. ne in arbitris. n. 7. Cod. de arbitr. Petr. de Bellapert in l. testium. post med. vbi Castr. num. 9. col. 3. in princ. de testib. Idem Castr. cons. 60. pro eiusdem n. 2. li. 1. Mascard. conclus. 32. nu. 14.*

Immo quamuis etiam non essemus in probatione
citationis amissæ, Tamen posset quoque probari
21 per testes illius executio, † cùm omnes Doctores,
dum requirunt per scripturam probanda esse acta
iudicij, loquantur in actis, quæ necessariò requi-
runt scripturam, *Felin. in cap. quoniam contra. col. vlt. n. 55. de probationib. Mascard. ibid. n. 5.* prout est
22 sententia, & libellus, † quibus exceptis alia acta
non habent istam necessitatem scripturæ ex eo-
rum natura, & essentia *Bart. in auth. nisi breuiores. nu. 3. C. de sentent. ex breuic. recitand. Socin. cons. 46. nu. 45. lib. 4 post Gloss. in cap. 1 §. postquam in verb. in scriptis. versic. vigesimus sextus, & versic. vigesimus octauus. de censib. libr. 6. cum aliis per Mascard. con-*
23 *clus. 32. n. 3. & 32.* Vnde † non mirum si citatio tam-
quam non sit de requirentibus scripturam, possit
probari per testes, vt dictum est supra *versic. quia*
24 *respondetur. nu. 13.* † Quare etiam inhibitio proba-
bitur per testes *Mandos. de inhibit. quæst. 40. nu. 5.*
25 Prout etiam relatio facta in iudicio, † cuius pro-
batio poterit fieri aliter quàm per scripturam
Ruin. cons. 26. n. 4. in fi. vers. tertio cessantibus. lib. 5. &
in similibus, vt per *Bellam. decis. 67. in fin.* Cum
etiam simus in Castro, in quo fuit facta huiusmo-
26 di subhastatio, & deliberatio, † ita vt in huiusmo-
di locis insignibus magis acta iudicij possint pro-
bari per testes *Alex. cons. 74. nu. 6. lib. 1. Mandos. de inhibit. qu. 40. nu. 2. in fin.*

Ex prædictis patet fuisse translatam possessionem in
oblatorem de domo subhastata, & deliberata, &
per consequens non posse per mulierem aduer-
sariam post traditionem clauium emptori factam,
27 † petere se manuteneri in eadem domo, tanquam
ceciderit facto proprio à possessione alteri dato,
prout neque datur reintegratio *Rip. in cap sæpe. n. 27. de restitut. spoliator. Ruin. consil. 32. nu 8. lib. 1. & cons. 47. nu. 5. lib. 4. Cassador. decis. 6. num. 4. de restit. spoliat. Osasc. decis. 46. n. 4 Socin. in l. rem quæ nobis, nu. 8. de acquirend. possess. Ceph. cons. 100 nu. 26. lib. 1. Grat. cons. 50 nu. 10 lib. 1.* vbi quod nullum reme-
dium possessorium datur illis, qui amittunt pos-
sessionem facto suo, cum nulla causa magis iusta
inueniri possit, quàm illa, quæ ex voluntate pro
pria perueuit, & est communis omnium senten-
tia, vt testatur latè *Menoch. de recuperand. possess.*
28 *remed. 15. nu. 95.* † Et declarat *Io. Vincent. Ann. allegat. 131. num. 7. part. 2.* vbi quod neque minor, qui
cecidit facto proprio à sua possessione potest pe-
tere se manuteneri, cum possit sibi præiudicare in
possessorio *Bald. in l. vnic. Cod de moment. possess. & in l momentanea. vbi Salic. qui legitim person. hab. in*
29 *indic.* Et † quatenus minor, an mulier prætendat
restitui tanquam ceciderint nulliter à possessione
facto suo, debent illam recuperare officio Iudicis,
non petere manutentionem *Hostiens. in cap accedens il 1. vt lit. non contest. & in cap. dilecti. de maior. & obedient. Alexand. cons. 103. nu. 2 in fin. lib. 7. Menoch de recuperand. possess. remed. 17. n. 16. & 17.*
30 *Socin. Iun. cons. 52. n. 6. lib. 2.* † Dummodo sint intra
tempus restitutionis, Nam aliàs eo elapso quem-
admodum non esset locus restitutioni in inte-
grum, sic neque Iudicis officio *Socin. Sen.* qui dicit
notandum *in l. rem quæ nobis n. 9. de acquirend. possess* Et hæc sufficiant absque eo quod quæratur,
an sit translata possessio per deliberationem vlti-
31 mò oblatori factam, † & traditionem calami prout
per talem actum non transferri de iure, quidquid
aliud sit de consuetudine illius fori dicit *Guid. Pap. quæst. 81. post Din. in c. beneficium nu. 35. de reg. iur. in 6. Hostiens. in summ. de caus. possess. & proprietat. col. 3. post princ. vers. quid ergo si vendas mihi fundum nu. 4.* Cum vt dictum est in casu nostro non
adsit sola deliberatio ad fauorem oblatoris, sed
etiam traditio clauium, per quam est translata
possessio ex supra adductis.

EPITOME.

Dispositio loquens per verbum *dotare*, an signi-
ficet ius, vel actum nudi ministerij. Statutum,
quod dos data à fratre ad eum reuertatur, an ha-
beat locum, si non probetur, quod fuerit de suis
bonis. ¶ Soror an concurrat cum fratre in hære-
ditate patris quamuis non sit dotata stante statu-
to Vrbis excludente filiam dotandam. ¶ Et an suf-
ficiat dare dotem quando interpellabitur. ¶ Soror
si excludatur à successione fratris, quando ab i-
pso dotatur, an intelligatur exclusa, si frater illam
dotauit de propria portione sororis vel de bonis
communibus ipsius, & fratris. ¶ Constitutio do-
tis filiæ tam de bonis paternis, quam maternis an
valeat. ¶ Et quando illi præiudicetur, vt non pos-
sit age-

sit agere ad bona materna, si dos non fuerit sibi promissa, sed genero. ¶ Et quid in hoc operetur ipsius filiæ renunciatio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de donatione significat ius non actum nudi ministerij, n.2.& 4.*

3 *Stante statuto, quod soror dotata à fratre non succedat fratri, si frater illam dotauit de propria portione sororis non erit exclusa ab hæreditate fratris, quamuis etiam soror fuisset dotata de bonis communibus ipsius, & fratris.*

5 *Dos censetur data à filia non à patre, si res, quas pater ei donauit ex illius voluntate postea eidem in dotem dedit.*

6 *Gessisse videtur ipsemet, qui per alium gerit.*

7 *Statutum Vrbis* cap.130. libr.1. *disponens quod dos data sorori à fratre ad eum reuertatur, non habet locum, nisi probetur quod fuerit de ipsius bonis, nu. 9.& 13.*

8 *Frater dicitur extraneus, & præsumitur in dubio dotasse sororem de proprio, nisi esset eius administrator.*

10 *Soror exclusa ab hæreditate paterna propter masculos debet dotari à fratre tanquam ab hærede patris, & de illius patrimonio, num.12.*

11 *Onus dotandi transit ad hæredem.*

14 *Soror, quamuis non sit dotata non concurrit cum fratre in hæreditate patris secundum statutum Vrbis, quod excludit filiam dotandam, & sufficit quod se præbeat paratū dare dotem quando interpellabitur.*

15 *Pater potest constituere dotem filiæ tam de bonis suis propriis, quàm maternis, & nu.16. Et an præiudicetur filiæ, ita vt non possit postea agere ad bona materna, num.18.& 19.*

17 *Dos constituta filiæ per patrem de sua, & materna substantia non liberat illum ab onere dotandi, nisi in subsidium.*

CAPVT DIV.

* *Adde sup. ad c.259.nu.25 & 26.*

VErbum * dotare prolatum à statuto significat ius, non actum nudi ministerij, vt dixi
1 supra *cap.259.nu.56.& 26.* † vbi allegaui *Anchar. in cap. canonum statuta, de constitut* cuius auctoritas, cum non reperiretur ab adolescente legum cupido licèt plurieš quæsita, dedit eidem occasionem petendi, vt locum clarius indicarem, quod libenter feci, erat enim nimis vagè, & obscurè allegatus propter longam eius auctoris repetitionem. Erit igitur audendum *col.49. in fine, versic. prosequor nunc quadam dubia circa statuta quæ excludunt filias si dotatæ fuerint a successione patris, n.*
2 *255. in fin. fol. mihi 53. in impressione Bononiæ* 1581. † vbi Anchar. adducit ad comprobationem suæ opinionis *Bald. in l. matri, C. de iure dot.* sed est *lex, neque mater, 14. ad fin. vers. pone statuto, n.3.* Quod etiam voluit latè *Dec. consil. 529. alias 588. in causa quæ in ciuitate, col. penult. post med. vers. & considerandum est, n.88.& 9.*
3 † vbi ex hoc concludit quod stante statuto, quod soror dotata à fratre non succedat fratri: si frater illam dotauit de propria portione sororis, non erit exclusa ab hæreditate fratris, quamuis etiam soror fuisset dotata de bonis communibus ipsius & fratris, *Socin.* qui idem tenet, *cons.121. visa contingentia facti, col.2. ante med. versic. potest etiam dici, nu.2. lib.1. Ferron. super consuetud. Burdegal. tit.5. de testam. §.18. col.1. post med. versic. fortius id traditum est, fol.212. Corn. cons.171. col. vlt. in princi. vers. item huiusmodi statuta, n.5. lib.*
4 4. † Qui omnes mouentur ex illa ratione, quia verbum dotare significat ius, non actum nudi ministerij argumento, *l. pater ex prouincia 22. ff. de*
5 *manum. vindict.* † & facit *text. in l. si res quas 52. de iur. dot.* vbi quod censetur dos data à filia, non à patre, si res quas ei pater donauit ex illius voluntate postea eidem in dotem dedit, gessisse enim
6 videtur ipsemet, qui per alium gessit † *l.3.§ fin ff. de negot. gest. l. nam & seruum, Cod. eod. tit. l.1.§. deiecisse, de vi & vi armat. l. ita autem 5.§. gessisse, in fi.& ibi glo. in verb. per alium ff de administ. & peri. tutor.* Quod facit ad statutum Vrbis *cap.130. lib.1.* vbi disponitur, quod dos data à fratribus sorori de bo-
7 nis propriis fratrum, † & non paternis soluto matrimonio per obitum sororis sine liberis, reuertitur ad dictos fratres dotantes, illorúmque hæredes, & sic stipulari debeat lucro dotali marito reseruato, si aliter conuentum non sit. Huius enim statuti dispositio, non habebit locum, nisi probetur, quod ista dos fuerit data ab ipsomet fratre de suis bonis propriis, & sic non sufficiet sororem fuisse dotatam à fratre, quamuis enim in dubio præsumatur frater illam dotasse de bonis
8 propriis tanquam sit extraneus, † qui in dubio censetur dedisse dotem animo donandi, nisi sit eius administrator *Salic. in l. vltim. nu.3. in fin. Cod. de dot. promiss. Menoch. de arbitr. cas.88. num.36.& 40. de præsumpt.16. lib 3. Rip. in l.1. columm.17. post med. versic. vltimo an frater, nu.94. solut. matrimon.*
9 Tamen † quo ad effectum eiusdem statuti non sufficiet ista præsumptio, quod fuerit simpliciter dotata à fratre, cum tollatur ex alia præsumptione, quod in hoc casu non teneatur dotare ex persona propria, sed vti hæres patris, cum enim soror sit exclusa ab hæreditate paterna propter super-
10 existentiam masculorum, † ex forma statuti *c. 145.& 146. lib.1.* debuit à fratre dotari tanquam ab hærede patris, & de illius patrimonio, quasi o-
11 nus dotandi transeat ad hæredem † *Bart. in l. sicut §. si debitori, ff quibus mod. pign. vel hypothec. soluit. & in l. post dotem. vbi Alexand. ff solut. matrimon. Castrens. in l. si socer, in princip. & in l. si marito, §. si*
12 *voluntate, ff eod. tit.* † & ita in specie declarat *Ruin. consi.200. n.1. lib.1.* iuxta doctrinam Bald. *in l. vltim. ad fin. versic. quod est multum notandum, Cod. de dot. promiss. Idem Ruin. cons.65. n.6. ad fin. lib.3.* Maximè cum non sit verisimile, quod frater voluerit, vt soror in hæreditate cum eo concurreret, ideò præ-
13 sumetur dotata tanquam ab hærede patris, † & quod ista qualitas sit probanda voluit etiam *Rot. coram R.P.D. Sacrato Romana restitutionis dotis 17. Martij 1600.& coram Cardin. Pamphilio. Roman. restitutionis dotis 7. Februar. 1601.*

Non tamen soror concurret cum fratre in hæredi-
14 tate, quamuis non fuerit dotata, † quia statutum *cap.146.* excludit filiam dotandam, etiam si frater ei non offerat dotem, dummodo se paratum præbeat dotationi si interpelletur, quia non excludit sub conditione, si dotetur, vt in casu, de quo per *Decian. cons.160. superioribus diebus num.2. & per Ruin. cons.47. lib.2.* Sed sub modo, vt dotetur, ideo prius est necessaria interpellatio, vt latè in terminis istius statuti concludit *Gabr. cons.5 lib.1.* quod fuit per Rotam approbatum, vt dicit *idem Gabr. cons.139. lib.2.*

Audendum est etiam, quod si pater dotauit filiam
15 partim de bonis suis, † partim de bonis maternis
valebit talis constitutio dotis, & attendetur voluntas
patris, quando apparet, quod ita voluit dotem
constituere tam de sua, quàm materna substantia
Socin. in cap. tua, de sponsalib. quem refert, & sequitur
*Rom. cons. 200. num. 3. lib. 1. Gabr. cons. 156.
num. 25. & 26. lib. 1.* vbi idem concludit, si pater
promisisset certam summam dotis computatis
bonis maternis, quia virtute talis conuentionis
non poterit conueniri, nisi pro bonis promissis
Corn. cons. 16. nu. 4 lib. 3. & concludunt omnes *in l.
1. vbi Ias. n. 24. versic. ergo valdè dubito. Rip. n. 91. Socin.
Sen. n. 37. & 40. Socin. Iun. num. 172. ff. solut. ma-*
16 *trim.* † & ista est verior opinio quidquid Bald.
Nouell. contrarium sequatur *de dot. priuil. 6. part.
6. Affl. decis. 178. n. 13.* Quia contra eos. & alios sequaces
contrarium est verius, vt testatur Menoc.
*præsumpt. 15. num. 24. lib. 3. & cons. 370. num. 31. lib. 4.
Alciat. reg. 1. præsumpt. 26. in fin. Ludouic. decis. Perus.
21. nu. 28. cum seq. Bald. in l. fin. num. 16. C. de dot.
promiss.*

Non tamen præiudicabitur filiæ ex ista dote constituta
per patrem, qui non ex hoc liberatur ab one-
17 re dotandi, † cum talis promissio dicatur in subsidium,
quatenus bona patris non sufficiant *Ias.
consil. 133. nu. 11. volum. 6. post med. lib. 3.* Quare, vt illi
præiudicet dos data à patre de bonis paternis, &
18 maternis, † debet dari ipsi filiæ, non autem genero
Gabr. cons. 156. libr. 1. cum declarationibus tamen,
de quibus per *Menoch. præsumpt. 15. lib. 3. &*
19 *per Doctores in l. fin. Cod. de dot. promiss.* † vbi etiam
quod si filia renunciat ob talem dotem habitam
à patre, non poterit amplius agere ad bona materna,
quamuis esset soluendo Vrsill. ad Affl. *decis.
179. num. 3.*

EPITOME.

Mandatum procuratoris ex quibus coniecturis probetur. ¶ Et quales illæ debeant esse ad hoc, vt solutio illi facta liberet soluentem. ¶ Testis vnicus à parte productus an faciat plenam fidem. ¶ De præterito quando sit præsumendum in futurum etiam in mandatis. ¶ Et quo casu testes coniunguntur circa probationem temporis ¶ Ratificatio personæ procuratoris quomodo inducatur. ¶ Et an sufficiat in genere cogitatum de actu per eum gesto ¶ Confessio administratoris de recepto quando inducat liberationem. ¶ Et an solutiones anticipatæ illi rectè fiant. ¶ Reuocatio procuratoris quando præiudicet soluenti. ¶ Gesta cum administratore alicuius, qui publicè, & palam se pro tali gerebat an valeant. ¶ Mandatum in quibus casibus possit probari per scripturam, seu per testem ¶ Et quid in ratificatione, & in facultate concessę œconomo Ecclesię, vel Collectori dato cum iurisdictione coercendi, seu ad nudum tantum ministerium exigendi. ¶ Si fuerint constituti plures procuratores ad iudicia & negotia, & alius postea constituatur ad iudicia, cum reuocatione omnium procuratorum an intelligatur solùm reuocatio procuratorum quo ad iudicia. ¶ Ratificatio an probetur per testes, si statutum disponat, quod mandatum non possit probari testibus, sed per scripturas. ¶ Procurator datus ad exigendum an possit recipere à sponte soluente. ¶ Et quid si dominus est præsens. ¶ Vel si fuisset datum mandatum diuersis personis, vni ad exigendum, alteri ad recipiendum solutiones. ¶ Qualitas administratoris quando sit acceptata ex productione instrumenti administrationis.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas administrationis enunciata debet approbari per producentem solutionem alicui factam.*
2 *Producens instrumentum confectum à tutore, censetur illum acceptasse pro tutore.*
3 *Reproductio enunciatiua probat mandatum, non secus ac si partes enunciassent aliquem esse procuratorem.*
4 *Potest solui procuratori putatiuo ex contractu cum eo celebrato.*
5 *Contractus præsumitur gestus cum procuratore ob solutiones eidem postea factas tanquam tali.*
6 *Testis vnicus reproductus per eum, qui illum induxit plene probat.*
7 *Productio attestationum, & instrumentum æquiparatur.*
9 *Testis non deponens de tempore, declaratur ex aliis testibus de eo deponentibus, & n. 9.*
10 *Testium dicta sunt reducenda ad concordiam, ne dicantur variare in tempore.*
11 *Patientia, & scientia, quod quis publicè reputetur pro administratore alicuius, operatur mandatum etiam in futurum, nu. 12.*
13 *De præterito præsumitur in futurum etiam in mandatis, nu. 21.*
14 *Mandatum probatur coniecturis, & quales sufficiant, n. 17. & 20.*
15 *Præsumptio mandati transfert in aduersarium onus probandi appositum.*
16 *Adminicula & præsumptiones coniunguntur ad faciendam plenam probationem.*
18 *Ratificatio gestorum per procuratorem non requiritur quolibet momento.*
19 *Vtens actu gesto ab aliquo tanquam procuratore approbat illum pro tali, etiam in præiudicialibus.*
22 *Tempus præsens habet connexitatem quandam cum futuro.*
23 *Partita verificata in parte censetur vera in totum.*
24 *Vicinitas temporis, & necessitas facit præsumi, quod pecunia sint conuersa in causam de qua quæritur, & inducitur liberatio, n. 25.*
26 *Ratificatio personæ procuratoris inducitur approbando gesta per eum, & sufficit in genere cogitatum de actu, n. 27.*
28 *Confessio de recepto facta per procuratorem existentem soluendo liberat debitorem post triginta dies, præsertim si tendat ad liberandum, n. 29.*
30 *Solutiones anticipata facta administratori non inducunt liberationem. Intellige vt num. 31 & 32.*
33 *Solutio in dubio in quam causam censetur facta.*
34 *Valent gesta cum procuratore alicuius, qui publicè & palam pro tali se gerebat.*
35 *Exactio crediti non præsumitur longo tempore dilata.*
36 *Reuocatio mandati non præiudicat soluenti primo procuratori*
37 *Si fuerunt constituti plures procuratores ad iudicia & negotia, & alius postea constituatur ad iudicia cum reuocatione omnium procuratorum, intelligetur solum reuocatio procuratorum quo ad iudicia.*
38 *Soluens procuratori reuocato liberatur, non constito de in-*

de intimatione reuocationis, num. 39.

40 *Mandatum censetur restauratum, si post reuocationem dominus patitur illum sua negotia gerere.*

41 *Mandatum ad recipiendam solutionem est probandum per scripturam, non per testes, secus in aliis nu.4. Declara vt n.51.52.54.55.& 56.*

42 *Oeconomus Ecclesiæ debet probare mandatum per instrumenta, non autem per testes. & nu.44.*

43 *Casus, in quibus potest probari mandatum per scripturas, & per testes remissiuè.*

46 *Ratificatio probatur per testes, quamuis statutum disponeret, quod mandatum non possit probari testibus, sed per scripturam.*

47 *Mandatum continet in se ratificationem.*

48 *Ratificatio est fictum mandatum.*

49 *Statutum non extenditur ad casum fictum.*

50 *Mandatum & ratificatio à pari procedunt.*

53 *Mandatum Collectoriæ dati cum iurisdictione, & facultate coercendi, seu ad nudum ministerium tantum exigendi potest probari per testes.*

57 *Procurator datus ad exigendum potest recipere à sponte [illegible] soluente. Maxime si ad est clausula ad agendum & [illegible] gendum nu.60. Amplia quamuis dominus [illegible] e, nu. 61. & licet procurator sit difficilis ad [illegible] nu.62. Limita vt nu.61.*

58 *[illegible] e soluens videtur soluere ob necessitatem cau[illegible] m.*

59 *[illegible] pontanea solutio venit sub nomine exactionis.*

CAPVT DV.

P[illegible]missio Illustrissimæ D. Lauiniæ fuit facta
procuratori Monaster. S. Claræ de anno 1582.
q[illegible]pore Cæsar Oldus habebatur pro admi-
n[illegible]o generali, & procuratore eiusdem Mo-
n[illegible], vt probat octauus testis pro parte Mo-
n[illegible]ium reproductus in iudicio ad adminiculan-
dam recognitionem apochæ, dum deponit, quod
D. Lauinia ad computum scutorum bis mille de-
bitorum Monasterio soluit scuta quingenta ei-
dem Cæsari procuratori dicti Monasterij, vnde
ca ista reproductione censetur approbata tam de-
1 posi io dicti testis, † quàm etiam qualitas admi-
nistrationis ibidem enunciata, cum [illegible] rca eundem
actum non detur diuiso, sed debeat totus tenor
[illegible] us approbari, quando est [illegible] na oratio, & non
[illegible] t plura capitalia, & adiectio qualificat *Bald.in*
l. [illegible] *quidem 14.num.2.Cod.de transact. & in l.contra*
iuris.in 1.lect.3 si filius in fin.n.4.versi. sexto & vlti-
mo nota ff de pac. Ias.cons.57.colum.4.ad fin.versic.
2 *& tanto plus. lib.1.* Et † in producente instrumen-
tum factum à tutore, seu simili, quod debeat ac-
ceptari cum illa qualitate tutoris *Idem Bald.cons.*
to.in [illegible] n.vers.& hac est verit.as, libr.2.per text.in l.
cum queritur, de administrat.tutor.
Ideò ista enunciatiua per huiusmodi reproductio-
3 nem probabit mandatum, † non secus ac si ipse-
met partes enunciassent aliquem esse procurato-
rem, quo casu etiam præiudicaret enuncianti in
materia quoque requirente speciale mandatum
Roman.sing.359.secundo supplicatione, nu.1.& con-
sil 65.solum est videre, nu. ..Felin.in cap.cum in iure,
31.nu.14.colum.penult.ante med.vers.sunt duo casus,
de offic.delegat.
Vnde credendum est D. Lauiniam de eodem Cæ-
sare procuratore sensisse, cum non constet alium
tunc temporis extare, sed talem publicè habitum
pro administratore, ideò solutio ei facta ipsam
liberauit, quasi cum eo videatur contractum,
4 † Rectè enim soluitur procuratori etiam putati-
uo ex contractu cum eo celebrato, quamuis sol-
uens sciat pecuniam ad alium pertinere *Castrens.*
in l.filio intestato 88.ad med. ff.de solut.cum aliis per
Surd.decis.219.nu.9 cum sequ. & satis constat D.
5 Lauiniam cum tali procuratore contraxisse † ob
solutiones eidem postea factas in vim obligatio-
nis, de qua agimus *l.sed & Iulianus, §.proinde, ad*
Macedon. Aym cons.77.nu.10. Sard.cons.150.n.95.
lib.1.
Ex quamuis dictus testis sit vnicus, tamen cum vltra
6 productionem sit etiam reproductus † plenè pro-
babit *Roman.cons.104.ad fin.versic.quæ quidem at-*
testationes, nu.6. Aym.cons.250.nu.7.Ias.cons.57.co-
lum.4 in fin.versic. & quod producens, lib.1.Paris.
cons.50.nu.60.lib.1.Socin.Iun.cons.69.num.12.lib.1.
7 *Honded.cons.84.num.50.lib.2.* † Quasi tunc æqui-
paretur productio attestationum & instrumen-
torum *Felin. in cap.imputari 13.colum.2. in princip.*
versic.quarta declaratio, n.4.de fid.instrumen. Aym.
de antiquit. tempor.part.1.§. quæritur etiam in hac
materia.num.14 vers ideò si testis. Bursatt. qui benè
declarat *cons.89.nu.1.Rot.coram R.P.D.Iuslo. Ver-*
cellien.Canonicatus 30. Maij 1600.
Quod confirmatur ex tertio teste Monialium, dum
deposuit quod Cæsar Oldus erat procurator Mo-
nasterij, & ab omnibus pro tali reputabatur, &
8 quamuis non testificetur de certo tempore, † ta-
men debet declarari ex aliis testibus, qui de illo
deponunt *Aym.cons.78.nu 9. Alexand.consil. 109.*
in fin.lib.1.& consil.53.nu.2.eod lib.Ioann de Anan.
cons.40.nu.6. Præsertim concurrente depositione
Canonici examinati pro Illustrissima D. Lauinia,
qui testificatur dictum Cæsarem publicè gessisse
9 de anno 1583.negotia Monasterij, † & haberi pas-
sim pro procuratore illius de dicto tempore, ex
quo magis suppletur dictum aliorum testium
Aym.cons.35.nu.6.& cons.73.nu.3. cum etiam simi-
10 les depositiones debeamus interpretari, † ne vi-
deantur variare in tempore, quasi illius tacita fiat
relatio *Bald.in l.apud antiquos 21.n.1.in fin.versic.*
& nota quod si testis, Cod de furt.post Bart.in l.labeo,
ff.de supell. legat. Alexan.cons.183.colum.penul. in
prine.versic.bene facit.nu.5.lib.7. Ita vt ista publica
reputatio faciat valere actum cum tali procura-
tore *Rot coram Cardin. Ludouisio Romana societa-*
tis 12. Nouembris 1612. vbi allegantur concordan-
tes decisiones.
Qua publica administratione stante non potest ne-
21 gari scientia, & patientia Monialium, † quæ ope-
ratur mandatum, ita vt gesta per tales factores, &
administratores valeant, & sint habenda rata *Ca-*
strens.consil.1.nu.1.lib.1.Natt.cons.262.num.2. Rot.
coram R.P.D.Brano Romana census 4. Maij 1580.
Rot.diuers.decis.89.nu.9.part.2.Anchar.cons.63.co-
22 *lum.1.in fin.versic.quo ad quartum nu 4.* † Vbi am-
pliat, quod præsumetur etiam factor in futurum,
23 cum non præsumatur voluntas mutata, † & pos-
sit argui de præterito in præsenti *l. siuè possidetis,*
Cod.de probation. Et passim mandata probantur
coniecturis, præsertim si interueniat scientia
24 principalium † *Cardinal. Seraphin.decis.1326.n.2.*
par.2.Cardinal.Millin.Nicoterensis donationis 22.
Iunij 1600.inter decis.diuers.recollectas per Farinac.
350.nu.2.part.4.
Immò quamuis etiam ex prædictis non probaretur
mandatum, Tamen inducitur illius præsumptio,

15 † ita & taliter, vt domino incumberet onus probandi mandatum non præcessisse, & docendi de opposito *Imol. in l. sæpe, in fin. vers. & adde his quæ dixi. ff. de re iudic. Ruin. cons. 101. col. 14. in prin. vers.*
16 *procedit dictum, lib. 1. Mascard. conclus. 1004. n. 23.* † Imò ex istis adminiculis, & aliis, de quibus in facto, coadiuuatur probatio dubia, & imperfecta, & coniunguntur ad constituendam plenam probationem *Menoch. cons. 692. nu. 24. lib. 7.*

Maximè, quia de anno 1582. & 1583. cum pluribus sequentibus d. Cæsar à multis, & diuersis personis recepit dotes pro monialibus, & multos census emit ad fauorem Monasterij semper recipiendo,
17 & stipulando tanquam illius procurator, † ita vt per exactionem tot pecuniarum magis præsumendum sit mandatum, cum aliter sibi solutum non fuisset, nisi docuisset se constitutum ad exi-
18 gendum, vt in specie arguit *Roman. cons. 63. nu. 3.* † Ita vt non semper requiratur ratificatio Monialium quolibet momento *Cæsar de Graff. decis. 8. n. 7. de caus. poss. & propriet.*

Præterea Moniales exegerunt sortem principalem, & fructus censuum, quod dictus Cæsar tanquam
19 illarum procurator emerat de d. anno 1583. † Vnde vtendo actu gesto ab aliquo tanquam meo procuratore videor eum habere procuratorem etiam in his, quæ mihi nocere possunt. *Roman. cons. 331. in casu proposito, ante fin. vers. cæterum. Felin. in cap. cum inter 5. col. 9. in prin. vers. ex quo infert, nu. 11. ante fin. de except.*

Accedat adminiculum Vicarij Sabinen. dum admisit exactiones dotium tanquam legitimè factas à
20 dicto Cæsare, † quod non fecisset, nisi verè fuisset procurator, Ita vt ex tot præsumptionibus simul iunctis magis appareat de mandato, licèt etiam de illo plenè non constaret *l. 3. §. ideoque, de testib. Paris. cons. 3. num. 95. lib. 4. Menoch. cons. 602. nu. 40.* quamuis vt dictum est legitimè illud probetur, Maximè, quia in annis subsequentibus post annum 1583. non controuertitur, quod dict. Cæsar fuerit procurator, Vnde potest coadiuuari præ-
21 sumptio ex præsenti in tempus præteritum, † cum etiam in istis factoribus arguatur de vno tempore ad aliud, vt arguit *Anchar. cons. 65. colum. 1. in fin. vers. quo ad quartum, nu. 4.* Quasi tempus præsens habeat connexitatem quandam cum præterito
22 † *l. non est necesse, ff. de probat. l. ex persona, C. eod. præsump. 24. lib. 1. n. 45.*

Vlterius apparet huiusmodi pecunias solutas dicto Cæsari fuisse conuersas in vtilitatem, & fabricam Monasterij, vt constat ex apocha ex aduerso approbata per Moniales, & ex eisdem partitis Cæsaris Oddi declarantis ex pecuniis habitis à D. Lauinia partem illarum datam ad censum, partem
23 erogatam in dictam fabricam, † ex quibus partitis, cum illæ verificentur quo ad census, præsumentur etiam veræ aliæ in fabricam conuersæ *Castrens. cons. 301. ad benè examinandum, colum. 1. ad fin. vers. potentissimè quia, n. 4. lib. 1. Aym. cons. 158. n. 6. Gabr. de præsumpt. conclus. 4. n. 1. Rot. diuers. decis.*
24 *vlt. nu. 15 part. 1.* † Quamuis etiam stante necessitate Monialium, & vicinitate temporis præsumerentur in illam causam conuersæ sine alia probatione *Castr. in l. vl. §. in computatione, col. 2. post med. vers. sed pone notabiliter, n. 4. C. de iur. deliber. Aym. cons. 91. nu. 5. Socin. cons. 16. num. 10. lib. 3. Menoch. de*
25 *præsumpt. quæst. 68. nu. 6. lib. 3.* † Vnde competit liberatio, & tollitur omnis actio, quamuis non bene essent solutæ, siue directè, siue in consequentiam, & indirectè peruenerint ad Monasterium *l. quoties 61. de solut. Castr. in l. filio intestato 88. ad med. vers. in textu ibi pretium venditionis, ff. eod. tit. post Bart. in l. 3. §. sed si pecunia, ff. solut. matrim.* & ibi *Barbos. nu. 31. vers. his non obstantibus.*

Neque obstat quod dictus Cæsar fuerit constitutus procurator de anno 1588. Quia non ex hoc infertur, quod prius non fuerit talis, Quasi illa noua constitutio potuerit fieri ad alium finem, vel cum minori, aut maiori facultate, cum etiam ex hoc magis videatur approbata persona dicti Cæsaris
26 ratificando ea, † quæ per eundem gesta sunt, stante præsertim scientia Monialium de omnibus negotiis, & exactionibus per eum factis, quæ magis inducit ratificationem *Alexand. cons. 112. in fin. nu. 5. post Ioann. Andr. ad Speculat. de procurat. §. 1. in*
27 *verb. sed quid si procuratorum.* † Adeò vt sufficiat etiam in genere cogitatum de actu, ad hoc vt dispositio trahatur ad illum actum in specie ignoratum, *l. sub prætextu specierum 29. C. de transact. Alex. cons. 146. n. 12. ad med. lib. 3.* quem sequitur *Rot. diuers. decis. 89. n. 12. p. 2.*

Nec facit, quod non constet de verâ solutione, cum quietantiæ sint per confessionem de recepto,
28 † Quia cum simus in procuratore qui est soluendo, talis confessio liberat debitorem post lapsum triginta dierum, quasi tunc dominus contra eum habeat regressum *Imol. in l. si debitorem 21. col. 2. post med. vers. nec obstat si dicatur, & col. vlt. in fi. nec erit domino, ff. de nouat. & in l. à diuo Pio 15. §. sed si emptor, col. penult. in princip. vers. sed si dubitatur ex qua causa, nu. 22. & n. 26. vers. tamen puto ipsum verum, ff. de re iudic. post Ang. ibid. col. vltim. in princ. vers. ego dico contrarium, n. 3. per Glo. in l. Lucius Titius curator 47. in verb. apochæ, ff. de administr. tutor.*
29 † Præsertim quia confessio, de qua agimus, tendit ad liberandum, non obligandum dominum, & disponit de eo, quod consistit in facto proprio confitentis, quibus concurrentibus præiudicat *Felin. in c. vlt. in fin. versic. & de confessione, n. 13. de præscr. Surd. decis. 229. n. 13. in fin.*

Minus obstat, quod solutiones fuerunt factæ antici-
30 patæ, quæ non liberant † si fiant administratori tanquam non pertineant ad principalem, antequam dies adueniat *l. si ita scriptum, §. si sub condi-*
31 *tione, & l. si scripsisset 46. de legat. 2.* † Quia contrarium est verius tam in debito proueniente ex contractu, quam ex vltima voluntate, vel ex sententia Iudicis, aut ex dispositione legis, Maximè quando talis dilatio est apposita ad fauorem debitoris, prout in dubio præsumitur, vt latè declarat *Gomes. de qualit. contract. n. 22. versic. ex quibus primo infero, tom. 2. cap. 11. & est text. in l. quod in diem, de solut. l. quod quis, de act. & obligat. l. post mortem, C. de fideicommiss. l. quod in diem, de acceptila. Surd. de aliment. privileg. 34. in prin. cum alis per Mun-*
32 *noz. de ratiocin. cap. 13. n. 54.* † stante præsertim magnificentia D. Lauiniæ debitricis, & eius diuitiis, & necessitate Monialium, ex quibus facilius credendum est voluisse ante diem solutionem fieri, quæ magis cum causa videbitur facta *Paris. cons. 83. nu. 29. lib. 1. Surd. decis. 105. in princ.*

Neque aduersatur, quod pecuniæ, de quibus agimus, videantur datæ potius pro fabrica Mona-
33 sterij, † adeò vt non extinguant debitum promissionis factæ per dictam Lauiniam in apocha, Quia cum non appareat de alia causa, non est conside-

considerandum, quod per administratorem fuerint veitæ in ædificando dictum Monasterium: Ideò præsumendum est solutionem fuisse factam in causam certam, & non in eam, quæ vel controuertitur, vel cuius probationem creditor non habet *Cyn. in l. 1. oppos. 1. C. de solut. & ibi Salic. nu. 1. in fin. vers. sed confirmatur, Bart. in l. si is cui, §. flauius, ff. eo. tit. Menoch. cons. 121. num. 40. lib. 2.* Præsertim quando fuit simpliciter per administratorem scripta solutio constituendo debitorem soluentem pro creditore, quo casu semper est electio eius qui soluit, quasi tunc non attendantur iura dicentia, quod quantitas simpliciter soluta debeat cedere in causam grauiorem, & erit locus compensationi, quam debitor opponet eligendo, in quam causam velit compensare *Alex. cons. 83. nu. 3. & 4. lib. 3. Dec. cons. 307. in casu ad no. transmisso, in fin. Menoch. cons. 121. nu. 43. Surd. decis. 186. nu. 8.*

Adde, quod etiam sumus in procuratore, & admini-
34 stratore, qui publicè se gerebat pro tali, † Vnde
debent valere gesta cum eo, ne contrahentes cum
illo decipiantur, prout in specie de tutore non legitimo concludit *Rot. coram R. P. D. Cantuccio Romana lucri dotis, 15. Decem. 1578.* quæ est inter *decis. Rot. diuer. 89. n. 9. p. 2. post Chissanen. decis. 197. iuxta cons. Socin. 153. n. 3. & 4. lib. 2.* & de procuratore *Tiraq. de leg. connub. glo. 8. nu. 148. lib. 16.* Quod magis procedit cum simus in personis pauperibus, & in necessitate constitutis, & lapsi fuerint plures anni
35 à die solutionis præfixa, Vnde non est † verisimile, quod tanto tempore dilata sit exactio huiusmodi crediti, adeò vt magis sit præsumenda solutio *Ceph. cons. 240. num. 9. Aym. cons. 148. n. 11. Dec. cons. 596. ad dubia, in fin. nu. 9.*

Quo verò ad reuocationem mandati, quæ ex aduer-
so prætenditur per constitutionem aliorum pro-
36 curatorum, † dicendum est non potuisse aliquo
modo præiudicari soluenti, ita vt non sit facta liberatio, quamuis fuerit solutum primo procuratori; Etenim sumus in deputatione gerentium negotia Monasterij, seu factorum, ex qua non tollitur mandatum primum, tanquam diuersum, cum ad hoc vt per constitutionem secundi procuratoris censeatur prior reuocatus, debeat tam primus, quàm secundus concurrere in eadem causa, vel negotio, & contra eamdem personam, & circa idem, non autem circa diuersa, adeò vt istis non concurrentibus reuocatio non præsumatur *Paris. cons. 88. num. 22. & 23. lib. 4. per Gloss.* quam notabilem dicit *in l. cum simul, ff. de adult.* sed corruptè allegatur, quia est in *l. cum semel 5. in verb. non potest, in fin. & ibi Bart. post med. num. 2. ff. de tutel.* quam etiam sequitur *Castr.* licèt corruptè alleget *in l. si quis cum procuratore 31. §. Iulianus ait, in princ. ff. de procur. Boer. decis. 347. nu. 4.*

Quare si prius fuerint constituti plures procurato-
37 res ad iudicia & negotia, † & postea alius constituatur ad iudicia, etiam cum clausula reuocationis omnium procuratorum sub quacumque forma verborum constitutorum, intelligetur solùm ista reuocatio quo ad eos, qui sunt constituti ad iudicia, non quo ad alios, cum hæc sint diuersa mandata. Vnde quamuis vnum sit reuocatum, tamen alterum permanet *Franc. in cap. si quem 8. §. secus, nu. 2. de procurat. in 6. Rot. decis. 18. aliàs 256. nu. 3. eodem tit. in nou. Paris. dict. cons. 88. num. 23. lib. 4. Menoch. præsumpt. 36. nu. 6. ad med. lib. 2. Ruin. cons. 106. nu. 5. lib. 4. Vant. de nullit. ex defect. mandat. nu. 164. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 7. tit. 22. nu. 44.*

Et quamuis dicta reuocatio haberet locum, quod
38 negatur; Tamen illa non præiudicauit, † cum non
constet de aliqua intimatione, qua non existente gesta cum huiusmodi procuratore reuocato subsistunt, & per dominum non possunt retractari *Glo. in c. mandato 13. in verb. reuocato, in princ. de procurat. & in c. 2. in verb. reuocari, eod. tit. in 6. Bald. in l. vnic. num. 6. Cod. de satisdand. cum aliis per Vant. de nullit. ex defect. mand. nu. 160. ad med.*

Cum etiam agatur de liberatione debitoris, ob cuius
39 fauorem, si soluatur procuratori reuocato † non
facta huiusmodi certioratione liberatur soluens, *Glo. in clem. 1. in verb. teneat, ad fin. vers. fallit fauore liberationis, de renunciat. per tex. in l. cum quis 58. §. 1. & l. si hominem 38. § si Titium, ff. de solu. Abb. in c. ex parte decani 33. & ibi Felin. col. 11. in fin vers. secundus casus exceptuatus, nu. 17. de rescript.*

Quibus additur, quod post prætensam reuocationem primi procuratoris apparet ex actis illum
tanquam talem gessisse, vt prius, negotia Mona-
40 sterij † vtendo facultate sibi concessa in suo mandato scientibus, & non contradicentibus Monialibus, quo casu non solùm non obstat reuocatio, sed potius intelligitur de nouo constitutus procurator, & mandatum denuo restauratum, *Gloss. in l. qui mutuum 56. §. non ideò minus, in verb. instaurauerit, ff. mandat. Rom. cons. 76. n. 2. versic. item dici euidentissimè potest, & ibi Mandos. in verb. reuocatum Boer. decis. 347. in fin. num. 18. Alex. consil. 128. sentio insuper, in fin. versic. tamen fallit, lib. 6. & in l. sæpe, nu. 95. ff. de re iudicat. & ita in Rota decisum testatur Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tit. 22. lib. 7. num. 2.*

Prædictis tamen videbatur obstare, quod non ad-
mittuntur testes ad probandum mandatum fa-
41 ctum ad recipiendam solutionem, † quia soluentes debent habere plenam securitatem per scripturam solemnem, quæ fieri non potest, quando non habet mandatum in scriptis, *Bald. in l. falsus, 19. colum. penult. quæst. 4. in fin. versic. vtrum autem mandatum, nu. 27. C. de furtis:* quem sequitur propter eius auctoritatem, non per rationem, cum neminem illi contradicentem inuenerit *Alex. in l. 1. in fin. n. 16. vers. limita tamen, Cod. de procurat. & ibi Ias. nu. 9.* & tanquam aureum dictum dicit notandum *Cremens. sing. 139. si procurator ad exigendum, Cat. in memorab. in verb. mandatum procuratoris, in princ. Rebuff. de liter. dilator. annalib. art. 3. gl. vnic. nu. 9. tom. 2. fol. 86.* vbi quod debet soluenti acceptilationem scriptam dare, & sic mandatum per scripturam probare, *Boer. decis. 281. præsuppono, colum. 1. in fin. nu. 2.* vbi etiam adducit *Petr. Rauen. in suo alphabet. in verb. mandatum, Ludouic. concl. 31. col. 3. ad med. vers. fallit primo, Bart. Belencin. Rotæ Aud. de charitat. subsid. & decim. benefic. quæst. 111. nu. 7. tom. 15. part. 2. fol. 167. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 3. nu. 26. versic. hoc tamen,*
42 *Rimin. Sen. consil. 1. num. 28.* † Et in œconomo Ecclesiæ, quod debeat probare mandatum per scripturas non per testes dicit *Bald. in l. prohibitum, col. pen. in princ. vers. item quando est mandatum, nu.*
43 *11. in fin. Cod. de iur. fisc. lib. 10.* † Vbi etiam per tres
columnas latissimè ponit omnes casus, in quibus mandatum possit probari per testes, vel per instrumenta. Et quo ad œconomum *Bald.* sequitur
44 † *Ias. in l. col. pen. ad med. vers. secundo limita, nu. 9.*

*Cod.de procurat. Mascard.conclus.*1010.*n.*9.*tom.*2.
*fol.*348. *Ludou.conclus.*31.*col.*3.*ad med. versic.fallit*
secundo. Quidquid aliud sit in aliis mandatis, quæ
45 per duos testes poterunt probari † secundum *Rot.*
de qua per *Sarnens.decis.*50.*lib.*1.quem refert, &
sequitur *Card.Mantic.de tacit lib.*7.*tit.*3.*n.*26. *Al-*
*dobrand.cons.*67.*num.*4. *Oldrad.cons.*254.*num.*24.
*Alexand.cons.*49.*nu.*2.*lib.*5. Et quidquid aliud sit
in ratificatione, quæ poterit probari per testes,
46 † quamuis statutum disponeret, quod mandatum
non possit probari testibus, sed per scripturam
*Decian. in cap.*2.*colum.*11.*in princip.versic. & ideo*
*si statutum loquitur nu.*11.*de probat. & cons.*196.*non*
*partitur.num.*4.*Surd.cons.*54.*num.*10.*in fin.Bald in*
l.obseruare in 2. *lect.versic.post hæc.colum.penultim.*
47 *post med.quæst.*11.*de offic.procons.& legat.* Vbi quod
quamuis mandatum habeat in se ratificationem
48 *l.Iulianus,ff.qui satisd.cogant.* Tamen † ratificatio
est fictum mandatum, ideò statutum ad hunc ca-
sum non extendetur *l.*3.*§.hæc verba ff.de negot.gest.*
49 † quod etiam sequitur *Asin. in prax.iudic. cap.*5.
*§.*19.*nu.*5.*fol.*272. Et faciunt similia, de quibus per
50 *Anan.cons.*64.*& ibi Ludou.Bolog.in addit.*† Quid-
quid aliàs mandatum, & ratificatio procedant à
pari, *l.si mandauero,in princ.ff.mand. Menoch.cons.*
443.*nu.*6.*lib.*5.

Verùm prædicta non obstant, Nam distinguendum
51 est, quod aut est quæstio inter procuratorem, † &
debentem soluere debitum, qui non vult soluere,
nisi sibi constet de facultate mandati per instru-
mentum, & tunc vera sit opinio *Bald.& aliorum*
quod non sufficiat probare mandatum per testes,
52 † Aut est quæstio de præterito, vtrum videlicet il-
le fuerit procurator, & tunc talis deputatio pote-
rit probari non solùm per scripturam, sed per te-
stes, qui interuenerunt deputationi: prout dici-
53 mus † de subcollectore tam dato cum iurisdictio-
ne, & facultate coercendi, quàm in eo qui deputa-
tur ad nudum ministerium exigendi sine aliqua
iurisdictione, qui hoc casu censetur procurator ad
negotia, cuius facultas poterit probari per testes
cum supradicta distinctione, Ita in puncto decla-
54 rat *Bald.* doctrinam † *Belencin. de charit.subsid.*
*quæst.*111.*nu.*11.*& per tot.& Rot.decis.*256.*item colle-*
ctor habens. aliàs *est decis.*10. *de offic.deleg. in nou.*
quam per palatium seruari attestatur *ibid.Bellen-*
*cin.n.*11.*ad med.* quidquid *Collector in dicta decisio-*
55 *ne* contrarium teneat. † Quod etiam colligitur ex
Ioann.Andr.ad Speculat.de procur.§.ratione autem
forma, versic.pono vbi quis, in verb.videtur auctor
præsupponere, in fin. Vbi quod Mandatum procu-
56 ratoris, quamuis non posset probari per testes, †
procederet solùm quo ad lites prosequendas, quo-
niam si ageretur de præterito an talis fuerit pro-
curator, tunc admitteretur probatio per testes, si-
ue quæstio sit inter procuratorem & dominum,
siue inter alterum eorum & tertium, siue inter
duos tertios *Bellencin.ibid.in fin.*

Quæ autem dicebantur de solutione spontanea non
57 rectè facta, non obstabant, † Quia procurator
datus ad exigendum potest solutionem recipere
à sponte soluente, cum enim sit mandatum expe-
riti per modum magis periculosum, intelligitur
etiam mandatum, vt si fieri potest, expediatur per
modum minus periculosum, Istam opinionem
dicit magis communem, & veriorem *Alexand.in*
l.non solum 3.*colum.*2. *in princip.versic.sed certè me-*
*lius,n.*5.*notab.*2.*ff.solut.matrim.& ibi Barbos.nu.*26.
*ad fin. versic.sed his non obstantibus, colum.*19. *ad*
med. Vbi quod hæc sententia est communiter re-
58 cepta: † Nam licèt quis sponte soluat, tamen vi-
detur soluisse ob necessitatem causatiuam, & per
spontaneam solutionem non solùm æquipollen-
ter impletur mandatum, sed etiam vtiliori modo,
59 cum lato quoque sumptó vocabulo † spontanea
solutio veniat sub nomine exactionis. Idem con-
cludit *Castrens.cons.*181. *viso puncto in causa.colum.*
2.*ad med.nu.*3.*lib.*1. vbi quod hoc maximè proce-
dit quando mandatum ponitur cum illo adiun-
60 cto, scilicet ad agendum, & exigendum † *Alciat.*
qui etiam de crebriori sententia testatur *in l.ver-*
bum exactè 187.*n.*2. *& ibi Rebuff.colum.*1.*in fin.vers.*
vnde procurator.ff.de verb.significat.& concludunt
omnes *in d.l.non solum* 3. *vbi Socin.nu.*6. *Ias.nu.*17.
*Zas.n.*17.*ff.solut.matrim.*

Quæ procedunt, siue dominus sit præsens, siue ab-
61 sens, quia potius credendum est, † quod non re-
seruauerit sibi facultatem recipiendi spontaneam
solutionem priuatiuè ad procuratorem, sed po-
tius cumulatiuè, quod scilicet tam sibi, quàm pro-
curatori fieret: Vnde etiam poterit fieri solutio
domino, quamuis per debitorem fuerit promissa
procuratori per stipulationem, quasi etiam domi-
nus videatur illam sibi reseruasse: Quemadmo-
62 dum † idem erit, siue sit legalis procurator, siue
difficilis ad conueniendum, cum enim fuerit ei
commissa exactio, non obstante simili defectu,
pariter videtur demandata facultas recipiendi,
cum vtroque casu idem versetur periculum, prout
omnia prædicta comprobat *Barbos.in dict. l. non*
63 *solum* 3.*nu.*27.*&* 28.*ff.solut.matrimon.* † Quidquid
aliud sit quando dominus dedisset mandatum di-
uersis personis, vni videlicet ad exigendum, alte-
ri vero ad recipiendam solutionem, tunc enim
resultat coniectura, quod videatur tacitè negata
receptio spontanea, cui fuit commissa exactio
*Vincent.in d.l.non solum, nu.*11.*ad med.ff.solut.ma-*
trimon. In huiusmodi causa Sabinen. pecuniaria
fuerunt latæ duæ sententiæ per Rotam pro inua-
liditate solutionis tanquam factæ illegitimo pro-
curatori, & cum in causa restitutionis in inte-
grum, in qua interueni, iterum ageretur de præ-
dictis, dicebam constare ex superius adductis de
mandato, & per consequens esse locum restitutio-
ni, prout postea pluries & pluries causa proposita
tandem ita decisum fuit coram *R.P.D. Pamphil.*
13.*Maij* 1613.

EPITOME.

Mulieres, & senes an possint carcerari pro de-
bito priuato, & fiscali. ¶ Verbũ, potest, an inducat
necessitatem, vel honestatem, & decentiam. ¶ Pri-
uilegium datum causa miserationis an tollatur
per renunciationem à miserabilibus factam. ¶ Et
quales sint isti miserabiles. ¶ Senes quando æqui-
parentur pupillis, & fœminis. ¶ Et quo casu illis
minuatur pœna sicut minoribus.

SVMMARIVM.

1 *Pro debito priuato sexagenarius non carceratur, & quid in debito fiscali, n.*4.*&* 22.
2 *Senes æquiparantur mulieribus.*
3 *Fœminæ non carcerantur pro debito fiscali.*

5 *Delictum*

5 *Delictum publicum, seu fiscale, & priuatum quale sit remissiuè.*
6 *Sex non debet custodiri, sicut iuuenis.*
7 *Mulieres dum carcerantur habent locum separatum.*
8 *Aetate infirmi liberantur à pœna condemnationis in metallum.*
9 *Punitio delicti spectat ad publicam vtilitatem.*
10 *Senectus liberat ab operum præstatione.*
11 *Opera fabriles, & officiales, & voluptariaq; quæ sint remissiuè.*
12 *Verbum, potest, non inducit necessitatem, sed honestatem, & decentiam, n. 13.*
14 *Senibus idem honor tribuitur, qui Magistratui.*
15 *Non vocatur in iudicium sine venia ille, cui præstanda est reuerentia.*
16 *Commissum potestati Iudicis intelligitur tanquam bono viro.*
17 *Senex non potest renunciare priuilegio, vt non carceretur.*
18 *Priuilegium datum causa miserationis non tollitur per renunciationem à miserabilibus factam.*
19 *Personæ miserabiles sunt senes, & decrepiti etiam diuites.*
20 *Senes æquiparantur pupillis, & mulieribus quando concurrit in eis imbecillitas intellectus.*
21 *Bulgarus adeò senuit, vt luderet ad puluerem cum pueris.*
23 *Senibus succurritur in delictis, sicut minoribus, vt mitius puniantur. Intellige vt n. 24. & 25.*

CAPVT DVI.

* *Adde sup. ad c. 318.*

SExagenarium * non posse carcerari pro debi-
1 to priuato dictum est supra *cap.* 318. † Quibus adde, quod hoc etiam procedit in debito fiscali, si attendimus communem illam propositionem,
2 quod senes æquiparantur mulieribus † *Ias. in l. ad personas* 15. *n.* 9. *in fin. de iur. iur. Tiraquel. de iur. primogenit. in præfat. num.* 109. *Osasc. decis.* 123. *num.* 3. *versic. tertio dicebatur. ad med.* Fœminæ autem pro
3 debito fiscali † non detinentur in carceribus *Alex. ad Bart. in l. nemo carcerem. in fin. & ibi Ang. Cod. de exactorib. tributor. lib.* 10. *Mart. Laudens. de fisc. qu.* 225. *tom.* 12. *fol.* 5. *per tex. in l.* 1. *C. de offic. diuers. iudic. auth. sed nouo iure. Cod. eod. tit.* cum aliis latè adductis per *Duen. reg.* 312. *nu.* 2. *Peregr. de iure fisc. lib.* 6. *tit.* 7. *nu.* 9. *fol.* 147. *Iaffred. decis.* 395.

Verum est quod *Menoch. consil.* 916. *lib.* 19. concludit
4 contrarium, quod sexagenarius † potest carcerari pro debito fiscali, vbi etiam multa adducit, quando dicatur debitum priuatum, seu publicum, seu
5 fiscale, † de quo etiam *Rebuff. in l pupillus, §. munus de verborum significationibus, & in l. inter publica. eodem tit.* Maximè quia licèt senex debitor non
6 debeat custodiri, † sicut iuuenis *Caccialup. de debitor. suspect. q.* 5. *num.* 6. *tom.* 3. *p.* 2. *fol.* 151. Tamen non ex hoc debet esse in totum exemptus à carceribus, cum possit custodiri in aliquo loco carceris com-
7 modiori, † prout dicitur de mulieribus, quæ dum carcerantur habent locum separatum *Duen. reg.* 312. *nu.* 4. *ad med.*

Non est tamen discedendum à prima opinione, quam comprobat *text. in l. in metallum* 21. *ff. de pœ-*
8 *nis.* † vbi ætate infirmi possunt liberari à pœna condemnationis in metallum, & tamen istæ operæ erant debitæ fisco, tanquam prouenientes occasione commissi delicti, cuius punitio spectat ad
9 publicam vtilitatem † *l. congruit ff. de offic. præsid.* & ita per *d. l. in metallum.* hanc opinionem tanquam veriorem tenet *Gasp. Beatius de inop. debitor. cap.* 7. *per tot. tom.* 3. *part.* 2. *fol.* 220. vbi etiam illam comprobat multis iuribus, & rationibus, & auctorita-
10 tibus, † & de senectute, quod ab operum præstatione liberet *Azo in summ. Cod. de oper. libert. Alber. in rubr. ff. eodem tit. col.* 2. & plura ad materiam ope-
11 rarum tam fabrilium, quàm † officialium, & voluptariarum, ac similium *Zas. lib.* 1. *responsor. singul. c.* 3. *per tot.*

Neque obstat, quod in *dict. l. in metallum. ff. de pœn.* non disponatur, quod senex debeat liberari, cum solùm lex dicat Præsidem posse illum liberare,
12 quæ verba † non inducunt necessitatem, siue simus in legibus, siue in rescriptis, siue in contractibus *Bart. in l gallus in princ. nu.* 9. *de lib. & posthum. Ruin. cons.* 69. *nu.* 12. *lib.* 1. *latissimè Surd. cons.* 98. *per tot.* 1. *lib.* 1. Vnde solùm in eius arbitrio & facultate hoc repositum erit, vt in specie ita respondet *Menoch. cons.* 916. *nu.* 5. *lib.* 10.

Quia licèt prædicta verba non inducant necessitatem, Tamen secundum subiectam materiam im-
13 portant † decentiam, & honestatem *Socin. in cap.* 1. *in princ. col.* 2. *ad med. in* 6. *notab. num.* 6. *de libell. oblat. Felin. in cap. si qui testium.* 8. *col.* 2. *in princ. num.* 3. *de testib. dixi supr. cap.* 146. *num.* 18. Nulla autem maior decentia, & honestas poterit considerari,
14 † quàm reuerentiam præstare senectuti, cum etiam maiores nostri tribuerent eumdem honorem senibus, quem dabant Magistratui *l. semper. ff. de iur. immunit. Abb. in cap. statuimus, in* 2. *notab. de maiorit. & obedien. Tiraq. de primog. in præfat. n.* 79. Carcerare autem non est reuerentiam præstare.
15 † Vnde neque vocantur in iudicium sine venia isti, quibus reuerentia debetur *l.* 1. *in princ. ff. de in ius vocand. Tiraq. de primogenit. in præfat. nu.* 109. Cum etiam in his, quæ committuntur potestati Iudicis, debeamus considerare hoc intelligi com-
16 missum tanquam bono viro, † maximè quando non est concessum libero arbitrio, ac potestati Iudicis *Felin. in c. exceptionem* 11. *num.* 3. *de exceptio. Ruin. consil.* 149. *num.* 4. *lib.* 4. cum aliis, de quibus *supra c.* 149. *num.* 23. *&* 27. *Plaz. in epitom. delictor. c.* 32. *nu.* 10. *ad med.*

Amplius neque poterit senex huic priuilegio renun-
17 ciare, cum in omnibus casibus, † in quibus non potest quis carcerari ob dignitatem, vel sexum, seu ætatem, neque valeat renunciatio similis priuilegij *Bald. in l.* 1. *n.* 8. *Cod. qui bon. ceder. poss. Duen. reg.* 312. *num.* 2. *Asi. de execution. §.* 2. *c.* 7. *nu.* 13. *fol.* 39. *dixi supra c.* 318. *nu.* 13.

* *Adde supr. ad cap.* 318. *nu.* 13.

Quibus * addendum est, quod priuilegium datum causa miserationis non potest tolli per renuncia-
18 tionem à miserabilibus factam, † quia facilè, & modico dato renunciarent, & quia talis renunciatio tolleret misericordiam *Felin. in cap. si diligenti* 12. *colum.* 7. *ante med. versic. tertium corollarium. nu.* 16. *de foro compet. cum aliis per Rebuff. de sentent. præiudicialibus seu prouisionalib. gloss. vlt. art.* 3. *in fin. n.*
19 38. † vbi enumerat personas miserabiles, inter quas ponit senes, & decrepitos etiam diuites *Affl. decis.* 257. *in princ. Lup. in cap. inter vestras. notab.* 2. *nu.* 12. *de donat. int. vir. & vxor.*

Quæ tamen sunt intelligenda in senibus similibus pupillis, & mulieribus, quibus per Doctores

20 comparantur senes, † quod esset quando in eius
concurreret imbecillitas intellectus, sicut in pu-
pillis, & fragilitas, sicut in mulieribus, de quibus
*Bald in l.quid ergo, §.pœna grauior, in 2.lect. col.4.
post med. versic. quare iuxta prædicta, nu.10 ff. de his
qui not. infam.* vbi loquitur de nimis senibus, qui
reuertuntur quodammodo ad sensum puerilem,
21 † exemplificando de *Bulg.* qui adeo senuit, quod
ludebat ad puluerem cum pueris, Vnde aliter vi-
deretur concludendum in sene perspicace, & sa-
piente, qui in aliquo non conueniret cum pueris,
22 & mulieribus, † cui non deberet concedi simile
beneficium, de quo per *Franc.* qui ita declarat *de-
cis.608.nu 6 p.4.*
Prout etiam dicimus, quod quamuis senibus succur-
23 ratur in delictis, vt mitius puniantur, sicut suc-
curritur minoribus *Tiraquell de pœn. temper. cap.8.*
Tamen intelligitur de sene iam ætate confecto, in
quo ex diminutione sanguinis sensus quoque di-
24 minuuntur, † secus in robusto, & graui, perspica-
ce, & sapiente, vt per *Odd. de restit. in integr. par.1.
q 80. in fin. nu.109. & 110.* Quamuis tutius sit in o-
mnibus prædictis standum esse iudicis arbitrio ex
25 supra adductis, † prout est communis opinio, de
qua per *Rebuff. de sent. prouisional. gloss fin. art.3 nu.
17. Couar. pract. quæst. cap.6. colum.3. in fin. versic. re-
linquendum tamen.*

EPITOME.

Debitor obligans creditori nomina suorum debitorum an faciat eum procuratorem in rem propriam, ita vt possit illa exigere non citato amplius eodem principali debitore. ¶ Et an detur saluianum interdictum, & via executiua contra d. nomina. ¶ Et quando illa veniant in obligatione generali omnium bonorum. ¶ Et quomodo detur immissio in d. nominibus ¶ Et an prius debeant conueniri ista nomina, quàm principalis. ¶ Et an illa possint dari in solutum, tam per debitorem, quàm per Iudicem creditori, inuito & ignorante debitore ¶ Mandatum procuratoris in rem suam an morte expiret. ¶ Solutio an possit negari per eum, qui non habet interesse.

SVMMARIVM.

1 *Nomina debitorum veniunt in generali obligatione bonorum, etiam tacita, n.16.*

2 *Actio vtilis datur pro exactione nominis debitoris, prout etiam via executiua, n.3. Intellige vt n.4.*

5 *Ius executiuum non excluditur per exceptionem dubiam*

6 *Interdictum saluianum competit contra nomina debitorum, neque requiritur excussio, n.7.*

8 *Debitor debitoris mei non est meus debitor.*

9 *Clausula Pro omnibus interesse habentibus, quid operetur.*

10 *Notarius stipulando est tanquam lex, per quam eius ministerio acquiritur absenti.*

11 *Debitor obligando creditori nomen sui debitoris quærit ei vtilem actionem constituendo illum procuratorem in rem propriam. Et an in illo exigendo per creditorem requiratur citatio principalis debitoris, n.13.15. & 19.*

12 *Mandatum procuratoris in rem suam non expirat morte mandantis.*

14 *Immissio in nominibus debitorum quomodo sit concedenda.*

17 *Apellatio non datur in executiuis.*

18 *Solutio non debet denegari per eum, qui non habet interesse.*

20 *Nomen debitoris potest prius conueniri, quàm debitor principalis.*

21 *Iudex rectè adjudicat nomen debitoris creditori, vt postea experiatur contra eum, cuius nomen sibi adjudicatum est etiam non citato illo, cuius nomen adiudicatur.*

22 *Debitor potest dare in solutum creditori nomen sui debitoris inuito, & ignorante debitore.*

CAPVT DVII.

IN generali obligatione bonorum veniunt no-
mina debitorum tam præsentia, quàm futura,
1 † siue adsit hypotheca tacita, siue expressa secun-
dum veriorem opinionem, de qua per *Dec. consil.
349. consuluit, ad fin. vers. adeò quòd etiam dos, n.10.
post Bart. in l. nomen, nu.3. Cod. quæ res pignor. oblig.
poss. Andr. Gail. pract. obseruat. 25. lib.2. n.6. Castr. in
l. si constante, §. fi. nu.2. ff. solut. matrim. & consil.198.
notandum primo ad euidentiam, in princ. nu.1. & 2.
lib.1. Negus. de pignor. p.2. m.4. col. penult. in princ.
versic. insuper ad declarationem, nu.165. Surd. decis.
140. n.3. & cons.4. n.20. cum seq. lib.1. Cin. & alij in l.
vbi adhuc, in fin. C. de iur. dot. Tiraq. in l. si vnquam,
in verb. bona, nu.8. Cod. de reuocand. donat. Carthar.
decis. Genu.39. num.5.*
Ex quo sequitur rectè fuisse cócessam executionem,
2 cum pro exactione istius nominis obligati † detur
vtilis actio *l. nomen, vbi Cin. nu.2. in fin. Bart. nu.4.
Bald. n.2. Salic. nu 3. Aloys. de Leo. n.3. C. quæ res pi-
gnor. oblig. poss. Dec. cons.349. in fi. nu.10. Castr. in l. si
conuenerit, la 2. in princ. n.2. ff. de pignor. act. & cons.
198. nu.2. lib 1. Surd. cons.4. num.23.*
Immò etiam poterit intentari via executiua contra
3 tale nomen debitoris, † quemadmodum credi-
tor posset hoc facere, & sic non erit necessaria vti-
lis actio *Ang. in l. a diuo pio, §. sic quoque, n.1. & ibi
Alex. in fin. l mol. num.29 ff. de re iudic. Surd. cons.4.
nu.24 lib.1. Cassan. super consuetud. Burgund. rubr.5.
§.2. in princ. fol.817.* vbi ampliat etiam sine cessio-
ne per *text. in l. si pignori, ff. famil. ercisc.* Quid-
quid contrarium sentiat *Rebuff. de liter. obligator.
art.1. gloss 9. n.31. tom.1. fol.72. cum aliis per Coler. de
processibus executiu. part.2. cap.3. nu.498. ad med. vs-
4 que ad num.493.* † Quia istorum opinio procedit
quando ex parte debitoris posset negari debitum,
tunc enim non poterit agi executiuè tamquam
non sit parata probatio incontinenti. Aliud est
quando talis fateretur debitum, & de eo non pos-
set dubitari, vel si adesset instrumentum execu-
tiuum, in quo liquidè constaret de debito, tunc
enim executio potest fieri celeriter, sicut posset
facere principalis, prout declarat *Roder. Suarez in
l. post rem iudicatam, notab.7. aliàs 8. versic. addas a-
lium casum contra fiscales, in fin ff. de re iudic. fol.511.*
& ita etiam distinguit *Coler. de processibus execu-
5 tiu. part.2. cap.3. in fin. num.494. fol.553.* † Adeò vt
neque hoc casu sufficeret negatio debitoris, si ap-
pareret illam esse notoriè calumniosam, cum illa
non faciat rem dubiam, ideò non excludet ius
executionum, vt latè concludit *Surd. cons.4. n.27.
vsque ad 32. lib.1. Aym. cons.55. num.30. Socin. consil.
37. num.27. lib.4.*

Prout

Prout etiam dabitur saluianum interdictum contra
6 talia nomina debitorum, † cum illa veniant vt
dictum est in bonorum obligatione, qua stante est
locus huiusmodi remedio *Aret. in §. item seruiana. num. 8 instit. de action. Gabr. consil. 46. num. 20. lib. 1. Roland. cons. 14. num. 13. lib. 1. Surd. cons. 131. num. 11.*
7 *lib. 1.* † Neque requiretur excussio principalis debitoris *Bald. in l. nu... in fin. versic. & nisi creditor. Cod. quand. fisc. vel priuat. Salic. in l. nomen. ad fin. versic. quaero de remedio. num. 4. Cod. quae res pignor. obligar. poss.*

Neque obstat, quod debitor debitoris mei non possit dici meus, quasi nullum pactum intercesserit
8 inter me, & illum *Bald. in c. caeterum. colum. penult. in princ. vers. quaero si feudatarius. n. 11. de ind. Natt. consil. 487. num. 8.* Quia stante clausula, pro omnibus & singulis, quorum interest, vel interesse poterit, de qua in obligatione camerali, potest agi
9 contra dictum debitorem, † perinde ac si specialiter ei promisisset etiam nulla habita cessione, maxime in instrumento guarantigiae, quod minus illam requirit *Ruin. cons. 76. in causa nobilis, in princ. Socin. cons. 125. in fin. Decian. cons. 407. visis ac diligenter. col. 6. vers. tertio respondetur.* & de veriori o-
10 pinione testatur *Bertazol. clauf. 18. gl. 5. n. 8.* † Quasi quando notarius stipulatur, sit lex per quam eius ministerio acquiritur absenti *Bald. in l. 1. in fin. . qui sunt sui vel alien. iur.*

Minus obstat, quod requiratur citatio principalis debitoris, Quia in casu nostro non est necessaria,
11 † Nam quando debitor obligat creditori nomen sui debitoris, tunc eidem creditori ipso iure quaeritur v... ctio, & perinde est ac si fuisset constitutus procurator in rem suam, & potest agere aduersus nomen obligatum non minus, quam si actiones fuissent sibi demandatae *Aret. cons. 124. alias 125. eximie domine. col. 2. post princ. vers. & pro terminis nostris. nu. 2. post Speculat. de procurat. §. sequitur. colum. 2. in fin. vers. in summa. nu 11 & 12.* vbi quod siue mandentur actiones siue cedantur idem est ad effectum, vt quis censeatur constitutus procurator in rem suam *Dec. consil. 49. in fin num. 10.*
12 *Surd. cons. 4. nu. 38. lib. 1.* Ita vt non attendatur praeterita mors debitoris mandantis, cum tales procuratores in rem suam per illius obitum non expirent *Bart. in l. 1. C. de actionib. & obligation. Gabr. conclu. 2. n. 36. de procurator. Bertazol. clauf. 29. glo. 2. nu. 4. cum aliis per Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 7. tit. 23. nu 52.*

Quibus adde *Speculat. de procurat. § sequitur videre. col. 2. in princ. versic. quid si mihi obligasti nomen nu.*
13 *8. part. 1. fol. 87.* † vbi concludit quod non requiritur, vt prius conueniam debitorem principalem, & ibi respondet ad *auth. sed hodie.* positam post *l. si Cod. de actionibus & obligationib.* vt loquatur in re corporali, quae possidetur, & non in incorporalibus, quae non possidentur *l. possideri. ff. de acquiren. poss.* prout etiam respondet *ad § neque vers. item dicerem si quos homines. auth. de fideiussor.* quod procedit in fideiussoribus obligatis pro principalibus, qui prius sunt conueniendi, cum aliud sit quando mihi obligasti nomen debitoris tui, nam tunc sufficit, vt conueniam tale nomen vtili actione, antequam agam contra principalem iuxta notata *in l. 1. & 2. Cod. quand. fisc. vel priua.* & videtur etiam hoc sentire *Glo. in l. 1. in ver. decernere, Cod. de*
14 *praetor. pignor,* † vbi ponit practicam quomodo detur immissio in nominibus debitorum, vt videlicet vocetur, & citetur dict. nomen, quo confitente, & non negante debitum coram Iudice, tunc Iudex assignabit eum pignori creditori, & compellet illum per iuris remedia ad soluendum *Papiens. in prax. in form. execution. sentent. definitiu. in princ. num. 14. post Gloss. in l. à diuo pio. in fin. in verb. capi. ff de re iudic. & in l. 2. in verb. conuenti. Cod.*
15 *quand. fisc. vel priuat.* † in quibus locis nulla fit mentio, quod citetur creditor nominis, Maximè, quia, vt dictum est, iste agit nomine suo proprio tanquam procurator in rem suam, vnde non opus est, vt veniat principalis *Bened. de Barz. de guarantig. par. 1 quasi 9. post med. vers. quod tamen intelligitur. fol. 217. Specula. de procurator. §. sequitur videre, col. 2. ante med. vers. sed numquid ... nu. 8. in fin.* & quamuis *ibid. per Speculat.* distinguatur secundum
16 opinionem aliquorum † quando obligatum est nomen debitoris expressè, seu tacitè, Tamen quocumque modo obligetur illud venit in obligatione bonorum *Cin. in l. vbi adhuc. in fin. C. de iur. dot. cum aliis supra in princ. huius cap. allegatis.*

Ex quibus videtur bene fuisse concessam executionem, & per consequens non constare de notoria
17 iniustitia mandati, † ideò non dari appellationem, tanquam simus in executiuis, quo casu non potest appellari, prout neque à decreto de exequendo *Alexand. consil. 95. visis processibus. num. 4. lib. 2. Aym. cons. 273. num. 14 Socin. Inn. cons. 92. n. 1. lib. 3. Bero. cons. 32. num. 5. lib. 3 Capic. decis. 1. num. 17. Contard. in l. vnic. limit. 19. nu. 14 & 3... C. si de moment. possess. Roland. cons. 43. n 5. lib. 1. Rot. diuers. decis. 100. nu. 13. part 1. Lancellot de attenta. p. 2. cap. 12. limit. 3. nu. 14 Surd.* qui de magis communi *cons. 358. nu. 12 lib 3.* & ita seruari secundum receptum vsum Palatij testatur *Rot diuers. decis. 100. num. 13. lib. 1.*

Haec scripsi pro saluando decreto Iudicis facto absque praedicta citatione, quae etiam fuit omissa, cum esset difficile citare principalem debitorem seu eius haeredes existentes extra statum Ecclesiasticum, vt idem Iudex praesupponebat: Maximè, quia fuit consultum nomini debitoris conuento per cautionem ad eius fauorem praestitam de illum releuando indemnem à molestiis, quas dubitat posse sibi inferri per principalem creditorem, Vnde magis iustificatur Decretum non habita consideratione omissae citationis d. principalis,
18 † cum satis sit illum non habere aliquod interesse, ex quo possit denegare solutionem petitam *l. 1. in prin ff. de appellat. recipiend. c. cum inter. de electio. Imol. in l. ille a quo 13. §. si de testamento, post prin. ff ad trebellian. Surd decis. 44. num. 9. Aym. cons 45 nu. 7.*
19 † Quamuis si decretum esset id fieri, tutius esset citationem adhibere, vt euitetur huiusmodi disputatio, cum etiam *Speculat. de procurat. §. sequitur. nu. 8.* de quo supra *vers. quibus adde, nu. 13.* nihil
20 dicat non requiri citationem, † sed solùm quod potest conueniri prius nomē debitoris, antequam conueniatur debitor principalis, quod significat non requiri excussionem, vt dictum est supra *vers. prout etiam dabitur, num. 7.*

Addendum est etiam quod poterit Iudex adiudi-
21 care nomen debitoris creditori, † vt postea experiatur vtilibus actionibus iudicio contra eum, cuius nomen sibi adiudicatum est etiam non vocato eo, cuius nomen adiudicatur, Nam debitor posset quoque dare in solutum suo creditori no-
22 men sui debitoris † etiam inuito, & ignotan-

te ipso debitore *l.1.Cod.de nouat.* Vnde etiam Iudex hoc poterit facere, cum repræsentet personam ipsius debitoris *l.si ob causam. Cod.de euiction. l.1.Cod.de prætor.pignor.* & in specie ita consuluit *Fulgos.cons.82.colum.2.ad med.*

EPITOME.

In dispositionibus iuratis, ac factis motu proprio, quando subintelligatur clausula, si preces veritate nitantur. ¶ Probatio clericatus quo casu sit necessaria in beneficiis etiam collatis à Papa alicui tanquam clerico. ¶ Et an sufficiat clericatum superuenire. ¶ Et quid in pensionibus exigendis post litterarum expeditionem an satis sit tunc temporis ostendere clericatum. ¶ Possessio habitus, & clericalis tonsuræ an iuuet quo ad priuilegium fori, & ad obtinendum beneficia. ¶ Pensio quando sit inualida, si non exprimatur defectus infantilis ætatis. ¶ Et an infans sit capax illius. ¶ Clausula postquam idoneus repertus fueris quid operetur. ¶ Prouisio in forma congruit an tribuat ius de nouo. ¶ Gratia relatiua ad primam pensionem translatam, quando sit valida, non constito de instrumento translationis, & facultate transferendi. ¶ Clausula De nouo reseruamus, an faciat, vt non sit necesse verificare priorem reseruationem ¶ Dictiones, prout, ad instar, & similes quid significent. ¶ Quasi possessio exigendi pensionem an suffragetur non probata reseruatione. ¶ Pensio exacta ante expeditionem litterarum quando sit nulla. ¶ Decretum inducens nullitatem actus quo casu sit pœnale.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, si preces veritate nitantur, intelligitur in omni dispositione etiam iurata, nu.20. & facta motu proprio, nu.21. & 24.*

2 *Ante verificationem gratia non datur ius in re, nec ad rem.*

3 *Probatio clericatus est necessaria in omnibus beneficiis etiam collatis à Papa alicui tanquam clerico, numero 4. & clericatus superueniens non iuuat, num.5. & 9.*

6 *Possessio habitus, & clericalis tonsura sufficit quo ad fori priuilegium, non quo ad beneficium obtinendum.*

7 *Fructus reseruati loco pensionis alicui tanquam clerico intelliguntur taxatiuè, non demonstratiuè quod sit clericus, & ita de stilo seruatur, n.8.*

10 *Habilitas requiritur tempore data.*

11 *Papa quamuis rescribat ex certa scientia pro aliquo qui non esset clericus, tamen non potest promoueri antequam fiat clericus.*

12 *Collatio facta laico non est valida, etiam si haberet propositum ordinandi, & esset destinatus ad clericatum.*

13 *Pensio reseruata clerico non valet, si non sit talis tempore reseruationis, quamuis sit exigenda post litterarum expeditionem, de quo tempore erat clericus.*

14 *Prouisio in forma Congruit non tribuit ius de nouo.*

15 *Clausula Postquam idoneus repertus fueris, respicit executionem gratiæ.*

16 *Pensio est inualida, si defectus infantilis ætatis non exprimatur, quando constat illam fuisse reseruatam clerico non laico.*

17 *Infans est capax pensionis, & potest supplicare.*

18 *Clausula Etsi nondum clericali charactere insignitus, quid operetur.*

19 *Obligatio cameralis arctius ligat, sed nihil amplius vltra contenta in supplicatione, ad quam est semper reducenda.*

22 *Gratia relatiua ad primam pensionem translatam non est valida, nisi constet de instrumento translationis, facultate transferendi, n.26.*

23 *Sciens causas in motu proprio expressas esse falsas non potest se ex illo iuuare.*

25 *Actus reformatus an trahatur ad tempus præteritum.*

27 *Dictiones, prout, ad instar, & similes, quando ponantur relatiuè, seu designatiuè, & n.28.*

29 *Iustificatio gratiæ de narratis in supplicatione, non est necessaria si apparet de expresso consensu præstito litteris continentibus reseruationem pensionis, num.30.*

31 *Clausula De nouo reseruamus, operatur vt non sit necesse verificare priorem reseruationem. Intellige vt n.32. & 33.*

34 *Dispositio relatiua non est exhibenda, quando fit relatio ab habente potestatem de nouo concedendi. Declara vt n.35.*

36 *Quasi possessio exigendi pensionem non suffragatur, si non constat de eius reseruatione.*

37 *Existentia actus prius est verificanda.*

38 *Possessio competens iure speciali non releuat, nisi probetur titulus, & quid in censibus, n.39.*

40 *Pensio reseruata est nulla, si fuit exacta ante expeditionem litterarum contra formam decreti irritantis, & n.44.*

41 *Decretum quando dicatur pœnale, si inducat nullitatem actus.*

42 *Nullitas non lædens personam, nec minuens patrimonium non dicitur pœna.*

43 *Clausula Vigore litterarum desuper conficiendarum, nec antea, aliàs reseruatio pensionis nulla, impedit principium acquisitionis, & non inducit pœnam.*

CAPVT DVIII.

NOn potuisse agi ad solutionem prætensæ pensionis videbatur concludendum, Cum non fuerit iustificata gratia dispensationis tam circa facultates prætensas concessas Cardinali transferenti dictam pensionem, quam de instrumento translationis, & susceptione habitus, ac professione, ac clericatu, & aliis, de quibus in dicta gratia, quæ omnia erunt prius verificanda, tanquam sint partes dispensationis, & gratiæ, &
1 quæ mouerunt principaliter concedendum, † cum in omni dispositione subintelligatur illa conditio, si preces veritate nitantur, Ideò necessaria sunt ad probandum intentionem agentis *cap. ex parte.de rescript. Bellamer.decis.76.num.6. & 7. Caputaqu.decis.37.n.1.part.2.* Adeò vt ille, cuius gratia
2 est verificanda † non habeat ius in re, nec ad rem, & quamdiu non est verificata, perinde sit ac si esset subreptitia *Bellamer.decis.666.numer.1. cum aliis per Gonzal. ad regul.8.cancell. gloss.9. §.1. in annotat.contr.nullit.& attentat.nu.128. vsque ad n.*
3 *234.* † Quare dicimus, quod inhabilitas personæ ipsius agentis obstat, si non probet se clericũ constitutum, quæ probatio est necessaria in omnibus beneficiis ecclesiasticis *cap.ex litteris 4.de transact.*

c.2.

cap.1.de instit. c.fin.de prabend.in 6.c.saluator.1.q.3.
Anton.de Butr.in c.in nostra. q.2.col.2.de rescript.
Anch.in clem.per literas de prabend. Doctor.in cap.
4 *cum adeo.de rescript.* Quod procedit, † quamuis
Papa conferat alicui beneficium tamquam clerico, quia non sufficit talis nominatio Papæ, nisi probetur clericatus *Io. Andr.in cap.non licet actori.*
*de regul.iur.in 6.Boer.decis.*171.*col.*2.*post med.nu.*11.
5 *&* 12. *Aym.cons.*104.*n.*4.*ad med.* † vbi etiam quod
non sufficiet clericatus superueniens post impetrationem beneficij *Feder.de Sen.cons.*190.*quia in*
6 *præsenti col.*5.*post princ.* & quamuis sufficiat sola
possessio habitus, & clericalis tonsuræ quo ad fori priuilegium, non tamen quo ad beneficium obtinendum, nisi per literas doceatur *Bald.in c.dudum el* 1.*quod est* 22.*de elect. Boer.decis.*171.*nu.*13.*col.*2.*in fin.*

Et facit, quia isti fructus fuerunt reseruati loco pen-
7 sionis vti Clerico, † & cum pensionarius sit nominatus tamquam talis apparet Summum Pontificem voluisse reseruare vti clerico *Gig.de pension.* *q.*22.*nu.*8. quod sufficit ad hoc vt dicantur fructus reseruati tanquam clerico, expressio enim clericatus stat taxatiuè, non demonstratiuè *Rot. coram Card.Blanchetto.Rom.pensionis* 29. *Martij* 1574.*&*
coram C.Lancellotto. Papien.prioratus S. Michae-
8 *lis de Caletto* 6.*Iunij* 1607.*in prin.* † vbi etiam quod
hoc comprobatur ex vsu, & stilo Curiæ, qui facit ius, & pro lege habetur, quo stante huiusmodi fructus, & pensiones non reseruantur nisi clericis, vt etiam attestatur *Gig. de pension.q.*22.*nu.*14.
Rot.coram R.P.D.Decano Terulen.pensionis 15.*No-*
9 *uembris* 1596. † Vnde reseruatio erit inualida, si de
tempore reseruationis non probetur clericatus *c.adeo, de rescript. Io. Andr.in cap.*2.*de instit. Gig.de pens.q.*22.*nu.*8.*Gamnar de offic & potest.leg.lib.*6.*n.*
10 357.*Peregr.decis.*50.† Adeo vt neque clericatus superueniens validet gratiam, cum habilitas requiratur tempore datæ *cap.cam te de rescript.cap.si pre tempore.eod tit.in* 6.*Franc.in cap.si pro clericis* 8.*col.*1.*in princ.nu.*1. *in fin.de praben.in* 6.*Rebuff. de pacific.possessorib.nu.*190.*Rot.coram R P.D.Pacen.Ver-*
11 *cellen.canonicatus* 23. *Ianuarij* 1589.† Ita vt quam-
vis Papa rescriberet ex certa scientia pro aliquo, qui non esset clericus, tamen iste non possit promoueri antequam fiat clericus *Imol.in c.*2.*de institut. Franc.*qui dicit menti tenendum *in c.si pro cle-*
12 *ricis* 8.*nu.*1.*in fin.de prabend.in* 6.† Cum etiam non
valeat collatio facta laico, quamuis haberet propositum ordinandi, & esset destinatus ad clericatum *Archid.in c.nulis* 12.*q.*1.*nu.*1. *&* 5.*Reb. ff.de pacific.possessorib.n.*198.*post princ.per tex.in c.religioso.*
13 *§ fin. de sent.excommun.* † Immo neque obstabit,
quod pensio esset exigenda post literarum expeditionem, de quo tempore prouisus erat clericus quia ista clausula vigore literarum desuper conficiendarum respicit exactionem, & executionem, non autem ipsam reseruationem, quæ confert ius, propter quod habilitas requiritur tempore reseruationis, quæ non suspenditur, neque est conditionalis, sed pura, quamuis sit resolubilis in euentum exactionis ante expeditionem litterarum *Oldrad.cons.*285.*n.*8.*Paris.cons.*51.*n.*37.*&* 38.*li.*1.*Gig. de pension.q.*40.*nu.*4.*Rot.decis.*12.*de concess.prab.in nou.*& ita sæpe fuisse decisum testatur *Card.Lancellot.Papien.prioratus S.Michaelis de Caletto* 6.*Iu-*
nij 1607.*col.*3.*in fin.*vbi etiam quod non potest fie-
14 ri vis in literis in forma Congruit, † quia talis
prouisio non tribuit ius de nouo *Rot.coram Card. Mellina. Veronen.pensionis* 1.*Iulij* 1592. Prout nec proderit clausula Postquam idoneus repertus fue-
15 ris, cum illa respiciat executionem gratiæ, † non
eius substantiam, nec facit illam conditionalem *Rot.coram Card.Pamphilio.Burgen.canonicatus* 28. *April.*1597.

Quare etiam dicimus, quod pensio erit inualida, nisi
16 defectus infantilis ætatis sit expressus † *Guid Pap. decis.*139. Quia ibi constabat pensionem fuisse reseruatam clerico, non laico, vt declarat *Rot. coram R.P.D. Gypsio.Catanien pensionis* 4. *Maij*
17 1583. † vbi etiam deciditur infantem esse capa-
cem pensionis, cum possit supplicare, & quia in eo casu apparebat Principem intellexisse oratorem tamquam laicum capacem pensionis posse
18 existere propter clausulam, † Etsi nondum cleri-
cali charactere insignitus, nisi de stilo doceatur, quod erat necessaria expressio ætatis infantalis, nam tunc esset nulla pensio, vt *in d.decis.Catanien. pensionis.*

Neque obstat prætensus consensus cum obligatione camerali firmatus, Quia licèt talis obligatio
19 arctius liget, † non tamen illam ampliat, sed tam-
quam accessoria recipit omnes conditiones principalis obligationis, adeo vt si etiam contineret aliquid vltra comprehensa in supplicatione ad illius formam esse reducenda, cum partes non possint sine labe simoniæ liberè disponere in similibus materiis, nec vltra concessionem Papæ obligationem extendere, ideo nihil agunt aliter stipulando, vt in specie pensionis concludit *Sarment.selectar.interpret.cap.*11. *lib.*1.*nu.*2. quem sequitur *Rot.coram Cardin.Pamphilio. Asculana pen-*
20 *sionis* 20. *Martij* 1586. Prout etiam iuramentum,
& quælibet alia dispositio intelligitur si prececa veritate nitantur *Bellamer.decis.*4.*num.*2. *Mohed. decis.*336.*Rot.coram Card.Seraphino.Compostellana pensionis* 20.*Maij* 1585.

Nec oberit, quod pensio fuerit reualidata per Summum Pontificem, & de nouo reseruata, Quia talis noua reseruatio fuit facta præsupposita translatione Card.S.Crucis, prout clarè disponitur in dispensatione, de qua agimus, vbi Summus Pontifex decernit huiusmodi, pensionem de cætero validam, & Rectorem ad illius solutionem teneri in terminis & locis, ac sub censuris & pœnis contentis in priori reseruatione, & translatione
21 ne, † ex quibus verbis colligitur gratiam semper
esse relatiuam ad primam pensionem translatam, ideo debet constare tam de instrumento translationis, quàm de facultate transferendi ex speciali Papæ priuilegio, quod requiritur in huiusmodi translationibus tamquam odiosis, & perpetuam seruitutem imponentibus beneficiis *Sarnens. de infirm.resignant. q.*16. *Caputaq.decis.*303.*numer.*10. *&* 11.*p.*2. *Gonzal.ad reg.*8. *cancellar.glos.*5.§.5.*num.*37.*&* 38.

Maximè, quia sumus in gratia facta ad partis peti-
22 tionem, non autem motu proprio, † quod quam-
uis etiam adesset, non tamen tolleret defectum intentionis, & per consequens si causæ expressæ in concessione facta motu proprio non essent veræ, tunc quoque concessio esset nullius roboris, & momenti *Abb.in c.quia circa col.*1.*de consanguinit. Card.cons.*96 *in princ.Ruin.cons.*225.*n.*19. *post med. lib.*1. *Decian.in c.sedes nu.*11. *de rescript. & cons.*33.
23 *viso puncto col.vl.ad med.vers.& clausula motu pro-*

23 *prio nu.6.* † ita vt qui scit causas in motu proprio
expressas esse falsas, non possit illo iuuari *Anchar.*
cons.188.colum.penult.ad fin.vers.& confirmatur hoc
maxime num.6. Præsertim quia sumus in materia
pensionum, in quibus Papa non habilitat vxora-
tos ad illas retinendum, nisi suscipiant habitum
alicuius religionis, prout expressit in casu, de quo
agimus. Vnde tanquam in his, quæ Princeps
non esset aliàs concessurus, magis redditur gratia
24 nulla, † si non verificentur expressa, quidquid sit
in modicis. *Idem Anchar.cons.138.de natura & effi-*
cacia, col.2.num.2.Gabr.de clausul.conclus.2.nu.36.
& 37.

Accedat quia etiam Rector in casu, de quo agimus
posset repetere omnes pensiones solutas ante
prætensam reualidationem gratiæ, cum illæ non
potuerunt percipi stante nullitate pensionis, quæ
quamuis fuerit reualidata, tamen nihil Papa di-
spensauit, quo ad fructus prius nulliter perce-
ptos, sed solùm de cætero grauauit Rectorem ad
soluendum, quod licèt etiam non fuisset expres-
sum, nihilominus dispositio ita deberet intelligi,
cum incipiat valere, vt nunc tamquam si hodie
25 facta esset, † non autem sustineretur pro retroa-
cto tempore, tamquam sit nouus actus propter
substantiam mutatam, adeo vt solutiones omnes
hactenus factæ essent imputandæ, cum talis re-
formatio non retrotrahatur ad tempus præteri-
tum quando non erant extrema habilia, & sub-
stantialia deficiebant *Surd.consil.318.num.26.lib.3.*
Quod dictum sit vt magis appareat, quàm iuste
denegetur per Rectorem solutio prætensæ pen-
sionis.

Cum etiam pensio de qua agimus, vt dictum est, non
sit simpliciter, & determinatè reseruata, sed cum
illa clausula iuxtà tenorem in omnibus, & per o-
26 mnia primæ reseruationis, † quod facit, vt con-
cessio tamquam incerta nihil operetur, nisi de
prima reseruatione appareat, quæ ad hunc effe-
ctum erit exhibenda, siue sumus in verbis. Ad in-
star, siue, Prout, seu Iuxta, cum similibus *Felin.cap.*
2.colum.7.ad med.vers.quomodo autem priuilegium,
nu.23.de rescript. & in cap.inter dilectos 6.col.5.in fi.
vers.secus dicit hic.num.7.post Innoc.ibid. de fid.in-
strum Abb.in cap.ex parte 13.in vltim.notab.num.4.
de priuileg.

Et quamuis dictiones, iuxta, & similes aliquando
27 ponantur relatiuè, † quandoque localiter, & de-
signatiuè *Bald.in l.1.in princ.C.de episcop. & cleric.*
Tamen quando dispositio se referens continet a-
liquod incertum, semper debet constare de rela-
to, ita vt numquam noua concessio habeat effe-
ctum, nisi prima exhibeatur *Ruin.cons.1.num.1.ad*
med.lib.4.post Bald.in d.l.1.in fin.vers.deinde quæro.
nu.4.C.de episcop.& cleric.

Quod autem in casu nostro non sit dispositio certa
apparet, quia reseruatio est facta sine expressione
28 loci solutionis pensionis, ac temporis, & pœna-
rum, ac censurarum referendo se solùm ad primam
reseruationem, Ita vt neque Iudex possit esse cer-
tus ad quid debeat condemnare recusantem sol-
uere, Maximè, quia consensus per Rectorem
præstitus est etiam incertus, & relatus ad dictam
reseruationem, Vnde magis de tali reseruatione,
29 ad quam sit relatio, debet constare, † Quidquid
aliàs si appareret de expresso, & claro consensu
præstito litteris continentibus reseruationē pen-
sionis, non esset necessaria aliqua iustificatio de
narratis in supplicatione *Mohedan.decis.331.Guid.*
Bon.dec.141.Rot.coram Card.Seraphino Sunen.Ser-
zanen.pensionis 13.Feb.1593. quæ est inter impressas
1017. *& coram R.P.D.Gipsio Salamantina pens.26.*
30 *Martij 1593.* † Ex solo enim consensu præstito
per titularem reseruationi pensionis inducitur re-
leuamen ab onere iustificandi non obstante clau-
sula subintellecta Si preces veritate nitantur, quia
illa hoc casu non reddit gratiam conditionalem
Felin.in c.2.de rescript.

Ex quibus non obstat, quod Clausula De nouo reser-
31 uamus, operetur, vt non sit necessaria † verifica-
tio prioris reseruationis *Rot.decis.36.n.2.p.2.* Quia
procedit quando noua dispositio, & concessio est
in totum certa, & determinata, tunc enim constat
de mente Principis, qui voluit valere concessio-
nem in casibus, in quibus non valet vt confir-
32 matio. † Tamen aliud est quando, prout in casu
nostro, non adest ista certitudo, quia tunc obstan-
tibus dictis clausulis, iuxta, vel similibus exhi-
bendum est priuilegium relatum, prout ita de-
clarat *Rot.d.decis.36.numer.8. vers. quarto quando*
33 *princeps & n.9. vers. & ideò si in priuilegio p.2.* † &
latius explicat *Mandos. de priuileg. ad instar.q.5.*
num.9.post princ. vers dum tamen eius tenor in pri-
uilegi..Grammat.decis.59.nu.22. & 24 in fin.versic.
primus quando.

Minus obstat, quod quando fit relatio ab habente
34 potestatem de nouo concedendi † non est aliter
exhibenda dispositio relatiua *Ferret.cons.86.nu.6.*
lib. .Aret.cons.76.diligenter visis col.3. Quia proce-
dit quando sumus in dispositione in totum certa,
35 & specifica, † Ita vt ea posita ponatur oratio, & e-
ius significatio perfecta, cum aliud sit, quando ea
posita non ponitur perfectio, neque ea remota,
remouetur perfectio orationis, & intellectus,
Bald.in l.ciuile in fin.num.3.ff.de legib.& in l.vnic.§.
in omnibus C.de caduc.tollend.Surd.cons.419.nu.23.
in fin.lib.3. Rimin.Iun.cons.41.nu.5.Fel.in c.2.n.14.
vers.secus si sit specifica.de rescript.

Nec aduersatur prætensa quasi possessio exigendi,
Quia de ea non constat, & quatenus verificare-
36 tur. Tamen † cum ex prædictis non appareat de
reseruatione, si illa non præcessit, potest denegari
manutentio, quamuis quis certo tempore pensio-
37 nem percepisset *Achil.decis.4.de rescript.* † Quasi
ante omnia debeat constare de existentia actus
Bart.in l.1.§.& paruini.3.ff.quod vi aut clam.per tex.
in l.4.§.condemnatum de re iudicat.l.non ignorat.C.
38 *qui accusar.non poss.* † Cum enim pensio non possit
constitui, nisi auctoritate apostolica non debet
creditor audiri, nisi doceat quo iure possideat,
quasi tunc allegetur possessio iure speciali, seu pri-
uilegij, quod non releuat, nisi prædictus titulus
probetur *c. ad decimas de restit.spoliat.in 6. Afflict.*
decis.361.nu.15.cum seq.& in rubr. de controuers.in-
uestit.nu.98.fallent.18.Iacob.Venent.de ann.præstat.
p.1.q.25.fallent.3.late Gambar.de offic. & auct.legat.
lib.6.nu.513.vsque ad 545.q.20. & 21.tom.13.p.2.fol.
39 198.*Boccac.* † qui etiam ampliat ad exactiones cen-
suum *in tract.de censib.p.3.nu.49.*

Addendum est etiam circa ea, quæ supra dicta sunt
de exactione pensionis post litterarum expedi-
tionem, quod pensio reseruata est nulla, si ante
expeditionem dictarum literarum Apostolicarum
40 † contra formam decreti irritantis appositam in
supplicatione fuit exacta. Neque dictum decre-
tum dicitur pœnale, licèt inducat nullitatem

actus, tunc enim dicitur pœnale, quando inducit nullitatem actus propter odium personæ, quæ facit
41 † actum contra prohibitionem legis, *c. super litteris, & c. dispendiosa, de rescrip. in 6. Felin. in cap. cognoscentes, nu. 2. de constit.* Aliud enim est quando reddit actum nullum propter defectum formæ *Bald. in l. non dubium, nu. 5. C. de legib. Boer. decis. 1. nu. 16.*
42 † cum nullitas, quæ non lædit personam, aut minuit patrimonium non sit propriè pœna *Innoc. in cap. si vere, de senten. excommun. Felin in c. cæterum*
43 *num. 38. de rescript.* † prout est dictum decretum pensionis, quod non tollit ius quæsitum, nec ius cœptum acquiri, sed impedit principium acquisitionis, & ius quærendum excludit, dum dicitur pensionem annuam vigore litterarum desuper conficiendarum nec antea, aliàs reseruatio huiusmodi nulla sit eo ipso persoluendam auctoritate Apostolica reseruamus, ergo non inducit pœnam *Bald. in l. nemo martyres, nu. 4. Cod. de sacrosanct. eccles.*
44 † & ita in specie ea prædictis resoluit *Rot. coram Card. Mant. Sabinen. pensionis, 24. Decembris 1594.* De pœna autem contenta in dispositione, quod fter exclusiuè ad nullitatem, & quando pœna, & nullitas concurrant *Bart. in l. prætor, ff. de nou. oper. nunciation. Castr. cons. 62. quod dicta conuention. n. 2. lib. 2. Brun. de firm. concl. 3. quando censeat. dat. pro firm. Cin. in l. non dubiam, C. de legib. Doctor. in l. vlt. ff. de repud. & diuor.*

EPITOME.

1

Legatum dotis in testamento an sit nouatum per stipulationem subsequentem eiusdem summæ alteratæ circa modum soluendi. ¶ Et ea quibus sit inducta nouatio cumulatiua, seu extinctiua si aliquid detrahatur ex primo actu, aut addatur in secundo tam in substantialibus, quàm in qualitatibus. ¶ Et an sit necessaria mutatio vniuersalis. ¶ Et quid si primum pactum fuerit imperfectum. ¶ Et quando dicatur conuentio noua & incompatibilis cum prima. ¶ Priuilegium an transeat ad actionem cumulatam, vel ad nouantem. ¶ Verba in solidatione, computato, &c. an inducant nouationem. ¶ Præscriptio an æquiparetur solutioni, pacto, & priuilegio, tollendo omnem actionem, & obligationem ciuilem, & naturalem. ¶ Et quid in statuto præsumente solutionem post lapsum temporis. ¶ Hypotheca specialis pro legato relicta in testamento an dicatur nouata ea instrumento cum hypotheca generali.

SVMMARIVM.

1 *Nouatio partitarum inducitur, si postea fiat apocha cum commemoratione illarum detrahendo summam in eius descriptam, & minorem solidando numero 2.*
3 *Pactum secundum diuersum à primo respectu quantitatis & modi soluendi an inducat nouationem, nu. 17. Et an requiratur vniuersalis mutatio, n. 18.*
4 *Pretium est substantiale in venditione.*
5 *Actus nouus dicitur quando alteratur natura negotij in substantialibus, & inducitur nouatio, numero 34.*
6 *Diminutio, seu additio pretij facit dispositionem nouam num. 8.*
7 *Legatum dotis in testamento non fuit nouatum per subsequens instrumentum dotis eiusdem summa, nu. 9. & 11. quamuis adesset diuersitas in modo soluendi, nu. 15. Amplia vt nu. 20.*
10 *Nouatio non inducitur nisi expressè dicatur.*
12 *Nouatio cumulatiua non extinctiua dicitur, si interponatur stipulatio.*
13 *Actio dotis priuilegiata non nouatur per stipulationem subsequentem, nu. 21.*
14 *Priuilegium transit ad actionem cumulatam, non ad nouatam.*
16 *Incompatibilitas inducit nouationem, nu. 23. & 24.*
19 *Hypotheca specialis pro legato relicto in testamento non nouatur extinctiuè, sed cumulatiuè per stipulationem subsequentem cum hypotheca generali.*
22 *Verba in solidatione, computato, &c. inducunt nouationem.*
25 *Actus primus imperfectus nouatur per secundum perfectum, non è contra & nu. 31.*
26 *Actio datur ex primo, & secundo contracta quando ex vtroque oritur habilitas agendi.*
27 *Qualitas attingens substantiam actus impropriè dicitur qualitas, & potius est ipsa substantia.*
28 *In capitulis venditionis si adsit promissio cautionis poterit agi ad præstandam, quamuis postea in instrumento nihil de illa fuerit dictum, etiam si ponantur diuersa pacta a dictis capitulis. Declara vt numero 29.*
30 *Posteriora non derogant prioribus omissis per errorem.*
32 *Notarius probat deponens, quod capitula fuerunt sibi data, vt secundum formam illorum conficeret instrumentum.*
33 *Testis deponens de facto proprio creditur.*
35 *Dictio, aliquid, verificatur in minimo.*
36 *Adiectio pœnæ, seu illius sublatio alterat negotium, & nouum reddit.*
37 *Præscribens est similis soluenti.*
38 *Præscriptio æquiparatur pacto & priuilegio, & habetur pro veritate, tollendo omnem actionem, & obligationem ciuilem, & naturalem.*
39 *Statutum fingens solutionem post lapsum temporis tollit etiam naturalem obligationem.*

CAPVT DIX.

NOn potest agi vigore partitarum, de quibus
1 in actis, nam illæ fuerunt nouatæ † per apocham postea inter partes confectam cum commemoratione illarum, & destinatione temporum circa solutiones faciendas, detrahendo ab omnibus prædictis partitis summam in eis descriptam, & minorem solidando, ita vt ea hoc colligatur clara mens contrahentium, quod voluerunt illas transfundere in computationem nouiter factam, *Alex. cons. 13. n. 8. post prin. vers. idem tenet, lib. 2.* vbi in specie decidit, quod si pro quindecim, quæ mihi debes promittis decem, vel è contra, dicitur facta nouatio, quia voluntas partium fuit primam
2 transfundere in secundam, † prout est casus noster, in quo fuerunt promissa scuta septingenta pro maiori summa contenta in partitis *Salic.* qui idem concludit *in l. fin. nu. 3. C. de nouat. Paris. cons. 307. num. 27. lib. 3. Ruin. cons. 207 col. 2. in fin. n. 5. lib. 1. Loffred. cons. 24. col. 4.*

Et facit, quia quando secundum pactum est diuer-
3 sum à primo tam respectu quantitatis, † quam conditionis, & modi soluendi, inducitur nouatio, & censetur recessum à primo *Ayn. cons. 167. num. 9. post Bart. in l. item quia, §. vlt. in fin. ff. de pact.*

Thob.conf.82.nu.15.& 16.
Maximè, quia ista diminutio, & mutatio est in sub-
4 stantialibus, prout est pretium in venditione † *Ias. in l.iurisgentium, §.adeo, in princ.ff.de pact.post Glos. in l.pacta conuenta, in princ.ff.de contrah.empt.Bald. in l.ad executionem. C.de dot.prom.ss. Menoch.cons.*
5 *35.n.31.lib.1.* † vbi, quod tunc dicitur actus nouus, quia alteratur natura negotij, *Aym.cons.22.n.6.post princ.vers.& illud quod dicitur, Bald.in l.item quod*
6 *dictum, §.si quis extiterit, in fi.ff de in diem adiect.* † vbi quod additamentum, seu diminutio pretij facit nouum contractum, & est tex.clarus in *l.pacta conuenta, §.paulus, ff de contrahend.empt. Tiraq.de retract.consanguin.glos.18.§.1.nu.54.& 55.*
Non obstat decisio *Rot.coram R.P.D.Bubalo.Foroli-*
7 *uien.pratensi legati, 21.Februarij 1582.* Quia † ibi non aderat diuersitas circa quantitatem, cum tam in legato, quàm in promissione esset eadem summa scutorum sexcentum, vt dicitur in *dicta decisione*
8 *ad med.vers.quia fuit responsum.* † Vnde cum in casu nostro adsit mutatio pretij, & illius diminutio, & sic in substantia negotij, erit facta nouatio, & dicetur nouus contractus, & noua dispositio *Rom. cons.45.nu.1.ad fin.vers.aut ex hac adiectione, Felin. in c.quod super his, 9. col.penult. in princ. vers.unde posset dici, nu.9.de maiorit.& obedient. Bart. in l.ius ciuile, ad fi.vers.inducitur, de iust.& iur.Socin.cons. 27.n.7.lib.1. Marsi.sing.520.nu.5.Tiraq.de retract. consanguinit.§.1.glos.18.nu.55.*
Et quia tota vis ex aduerso sit in d.decisione, vt ap-
9 pareat nihil illam obstare, obseruãdum est, † quod ibi fuerat factum legatum dotis in testamento de scutis sexcentum, quod declaratur non fuisse nouatum per subsequens instrumentum dotis eiusdem summæ, quia regulariter non inducitur no-
10 uatio, nisi expresse dicatur † *l.fin.Cod.de nouation. Surd.cons.145.nu.1.lib.1.Honded.cons.40.n.10.cum seq.lib.2.* Maximè, nam quando legatum deducitur in stipulationem in dubio non videtur nouari, sed potius dicitur talem stipulationem inter-
11 poni pro cautela † *Imol.in l.si stichum, §.1.nu.2.ff. de nouation.* Quasi tunc potius dicatur nouatio
12 cumulatiua, quam prioris actionis extinctiua † *l. si pupillus, §.vlt.de nouat l.qui vsumfructum, l.qui bis idem, de verb.obligat. Rom.cons.121.col.1.ad med.& ibi late Add.in verb.exceptiones, Alex.cons.13.n.4. & 6.lib.2 Grat.cons.89.n.13 cum seq.lib.1.* cum aliis latè adductis per *Surd.cons.345.nu.1.lib.3.& consil.*
13 *298.num.40.* Præsertim, † quia sumus in actione dotis priuilegiata, quæ non nouatur per stipulationem subsequentem, quamuis plus contineat *l. 4.§.ex conuentione, de re iudicat. l.si stichus, §.idem Celsus ff.de nouationib.Cuman.in l.aliam, nu.6.vers. præterea in dubio, ff.eod.tit. & in l si diuortio 21.nu. 5.vers.tamen istud fallit, & ibi Alex.col.2.ad med. vers.vnde alia potest dari solutio, nu.3. ff.de verb.ob-*
14 *lig.* † cum priuilegium transeat ad actionem cumulatam, non ad nouantem argumento *l.1 §.cautionales, ff de prætor.stipulationib.Cuman.in d.l.ali-*
15 *am, num.6.* † Non obstante, quod circa legatum, & dotem promissam adsit diuersitas in modo soluendi, Quamuis enim stante ista diuersitate, & incompatibilitate censeretur inducta noua-
16 tio *Aym. consil 167. num.9.* † Tamen cum adsit eadem quantitas scutorum sexcentum tam in legato, quam in stipulatione non consideratur modus soluendi tamquam non concernens substantiam legati, cum secunda dispositio in dimi-
17 nutionem primæ † non inducat nouationem, aut extinctionem, & interitum & potius reformationem, vt notat *Bal.in l.pacta nouissima 12.col.vlt.in princ.vers.finaliter concludo.nu.10. ante fin.C.de pact. Alciat.in l.qui bis idem 18.n.18 ff.de verb.oblig. Tiraq.de retract.conuentional.ad fin.tit.nu.168. &*
18 *168.* † vbi requirit vniuersalem mutationem rei, secus particularem, cum solùm respectu supplementi intelligetur recessum à primo contractum *Menoch.cons.702.nu.14.lib.8.* Cum etiam in d.legato adesset specialis hypotheca in prædio ibidem
19 expresso; † & in stipulatione aderat hypotheca generalis, quia hæredes in genere tenebantur consignare tot bona pro concurrenti quantitate scutorum sexcentum, quod non inducebat nouationem extinctiuam *Alex.cons.13.nu.9.lib.2.* sed cumulatiuam *Ias.in l.1.C.de iud.Rot.in d.causa Foroliuien.pratensi legati coram R.P.D.Bubalo, 21.Feb.*
20 *1592.* † vbi quod neq; obstabat clausula in instrumento apposita, vt in eo intelligerentur comprehensa omnia legata in pecuniis facta, quia ista verba non inducunt nouationem expressam, sed quod eadem summa bis non petatur, vt declarat *Imol. in l.2.ante fin.vers.& per prædicta etiam patet.nu.4. ff.de nouation.* Et quatenus etiam tacitè inducerent nouationem, vt per *Bart.in d.l.2.Ruin.cons.64.n.5.*
21 *lib.2.* Tamen hoc non procedit in actione priuilegiata, prout est actio de dote, & ita respondet *Rot.in d.dec.Foroliuie.Cuman.in l.si diuortio, n.3.ff. de verb.obligat.* Ex quibus patet non obstare d.decisionem, cum non simus in causa priuilegiata, & adsit diuersitas summæ in substantia negotij, non in modo soluendi, cum aliis supra adductis, Maximè, quia in casu nostro in solidatione partitarũ
22 adsunt illa verba, † computato, &c. quæ inducunt nouationem, vt etiam admittit *Rot.post Ruin. d.cons.64.nu.5.lib.2.*
Accedat quod solidatio partitarum in minori summa in illis contenta est incompatibilis cum dictis partitis, quia in plus teneretur debitor, si illæ at-
23 tenderentur, & non solidatio, † qua incompatibilitate stante agitur in actu vltimo tamquam renouato, non autem ex primo reformato *Cephal.cons. 35.n.54.ad med.vers.vel igitur cõtractus, lib.1.& cons. 454.n.18.lib.4.Bal.in l.vlt.col.1.ad med.C.de nouat. Menoch.cons.381.n.32.& 33.lib.4.Alex.cons.193.n.3. lib.6. Decian.cons.400.col.pen.ad fin.nu.9.& cons.*
24 *564.num.15.* † Ita vt per talem incompatibilitatem fiat statim nouatio etiam absque aliqua expressione *Gabr.cons.81.nu.3. lib.1. Rot.diuers.decis. 262.nu.5.lib.2.Decian.cons.21.nu.39.lib.1.*
Vlterius in partitis nullus adest consensus debitoris, cum illæ sint solùm creatæ per Mercatorem creditorem absque eo, quod fuerit constitutum
25 certum pretium à contrahentibus, † Vnde cum superuenerit postea taxatio pretij determinati de consensu ambarum partium, non potest attendi primus actus dependens à voluntate vnius tantùm, sed erit facienda tota vis in secundo pleno, ac valido, & iuxta illud agendum tamquam per partes taxatum in renouationem primi, in quo debitor non consensit, & ex quo non fuerat aliquod ius acquisitum creditori, qui solùm habuit promissionem solutionis ex secundo iuxta taxationem pretij ibidem factam, Et ita concordantur omnes Doctores, dum disputant, an ex se-

cundo contractu fiat nouatio primi, distinguendum est enim, an prior actus sit perfectus, & ex eo acquisitum ius parti necne *Imol. in l. Titia, 134. col. 1. in fin. vers. tu potes dicere ff. de verb. oblig. Surd. decis. 70. n. 3. 4. & 13.* vbi semper præsupponit perfectionem primi actus *Idem Surd. consil. 202. col. 1. & 2. lib. 1.* secundum quod consilium fuit iudicatum, vt testatur *Idem Surd. d. decis. 70. in fi.*
26 † Tunc enim ex vtroque datur actio, quando tam ex vno, quàm ex alio oritur habilitas agendi, de qua habilitatione in casu nostro non potest apparere, quasi primæ partitæ non sint solemnes ab vtraque parte firmatæ. Vnde non potest dici, quod solidatio postea subsequuta sit confirmatoria priorum partitarum, sed potius noua dispositio, & per consequens est facta nouatio, vt latè explicat, & de communi testatur *Cephal. cons. 35. num. 50. vsque ad 54. lib. 1.*
27 † Quamuis essemus in qualitatibus attingentibus substantiam actus, nam impropriè dicuntur qualitates, cum verius sint ipsa substantia, *Menoch. cons. 35. num. 31. lib. 1.*

Neque obstat *Surd. decis. 70.* vbi ponit casum, quod in capitulis factis de venditione inter venditorem, & emptorem
28 † fuit promissa cautio danda per emptorem de satisfaciendo creditoribus, qui venissent tempore proclamatis, & cum nihil de hoc fuerit promissum in instrumento de eadem venditione celebrato, immò fuerint posita diuersa pacta à capitulis: Tamen conclusum fuit non esse nouatam primam conuentionem, de qua in capitulis, ideò vigore illorum potuisse agi ad dictam cautionem præstandam iuxtà *cons. Natt. 176. nu. 5. Imol. in l. Titia. §. idem respondet. de verb. oblig. Alex. cons. 122. num. 2. lib. 2. Surd. cons. 202. num. 20. lib. 2. Tiraq. de retr. conuent. §. 1. glos. 1. num. 1. & ad fin. tit. num. 21. q. 4.*
29 † Quia *Surd.* loquitur quando clarè constabat, quod partes non voluerunt recedere à prima conuentione, tunc enim posteriora non derogant prioribus, quasi tunc actus non debeat operari vltra intentionem agentis. Aliud est quando sumus in dubio, nam hoc casu verior est conclusio, quod sit derogatum prioribus, vt de magis communi testatur *Cephal. cons. 35. num. 54. lib. 1.* & fatetur etiam *idem Surd. d. decis. 70. nu. 9. vers. 4. respondetur.*

Secundo in casu per *Surd.* decisio fuit per errorem omissa prima conuentio,
30 † tunc enim non derogatur prioribus per posteriora *l. Lucius 41. in fin. de testam. milit. Curt. iun. in l. pact. a non: ssima, nu. 6. vers. adde aliam, C. de pact.* & ita declarat *Surd. d. decis. 70. nu. 6.* Quasi tunc error impediat consensum *l. si per errorem 15. ff. de iurisd. omn. iudic.*

Tertiò *Surd.* loquitur in contractu iam perfecto, & concluso tempore capitulorum, quasi tunc iam esset quæsitum ius contrahentibus.
31 † Vnde meritò per actum sequentem non videtur recessum à primo, ne sequatur donatio, vt notat *Imol. in l. Titia 134. col. 1. in fin. vers. tu potes dicere. de verb. oblig.* & voluit etiam *Surd. d. decis. 70. num. 3. & 4. Alex. cons. 122. n. 2. lib. 2.* & dictum est supra *vers. vlterius in partitis, nu. 25.* vbi etiam fuit ostensum nos esse in contractu imperfecto.

Quartò decisio *Surdi* fundatur in dispositione notarij attestantis sibi fuisse tradita capitula
32 † cum expresso mandato, quod conciperet instrumentum secundum formam illorum, ex quo colligebatur vera intentio partium exequendi capitula, non corrigendi, prout præsupponit *Idem Surd. d.*
33 *decis. 70. n. 12. & 13.* † Vbi etiam subdit, quod dicto notario maior fides est adhibenda tamquam deponenti de facto proprio *Alexand. cons. 193. nu. 13. lib. 6. Sal. in l. si quis decurio. oppos. 4. nu. 4. C. ad leg. Corn. de fals. Cast. cons. 84. col. pen. in fin. ver. super secundo lib. 1. Menoch. de arbitr. cas. 99. nu. 3.*

Minus obstat *Ayn. cons. 223. n. 6.* Quia ipsemet se declarat, ideò ibi hoc esse, quia per additionem in
34 nihilo alterabatur dispositio primæua, † Nam si ex illa induceretur aliqua alteratio negotij super substantialibus semper diceretur nouum ius, & noua dispositio *Bart. in l. ius ciuile ad fin. vers. inducitur, ff. de iust. & iur. Roman. cons. 45. in fin. cum aliis*
35 *supra allegatis*, † qui omnes etiam loquuntur per dictionem aliquid, quæ in qualiber minima re verificatur *Glos. in clem. 1. in verb. earum parte, de for. comp. Ias. cons. 224. col. 2. in fi. vers. tertio istud statutum, lib. 1. Ayn. cons. 294. nu. 4.*

Addendum est etiam, quod in solutionibus faciendis fuit addita pœna soluendi totum vnico contextu, si in terminis præfixis non soluantur summæ
36 conuentæ, † ex qua pœna fuit alteratum negotium, ita vt ex hoc dicatur noua dispositio, prout quando è contra tollitur pœna, quæ aderat in dispositione antiqua, intelligitur esse nouum ius, & non amplius antiquum *Glos. in clem. 2. in verb. sanctionis, de vit. & honest. clericor. Menoch. cons. 35. nu. 10. & 30. vers. accedit. lib. 1.*

Cum igitur ex prædictis sit facta nouatio non poterit amplius agi in vim partitarum, in quibus prætenditur non initare præscriptionem, nisi post quindecim annos, qui adhuc non sunt elapsi, satis enim est, quod apocha quæ nouauit partitas, fuerit
37 præscripta vigore statuti, † per quod est tutus præscribens tamquam sit similis soluenti, saltem quo ad hoc, vt excludatur ille, contra quem est præscriptum *l. si pupillus 46. in fin. de admin. tutor. Bald. de præscript. p. 1. q. 6. per tot. fol. 114.* vbi etiam
38 quod præscriptio habetur pro veritate, † & æquiparatur pacto, ac priuilegio, & tollit omnem prorsus actionem, & obligationem ne dum ciuilem, sed etiam naturalem quo ad effectum *Surd. consil. 234. nu. 12. 13. & 24 lib. 2. post Bart. in l. fin. §. 1. ff. rem rat. haber. Imo. Butr. Felin. & alij in c. ad aures 6. de*
39 *præscript.* Maximè † stante statuto confirmato à Summo Pontifice, quod fingit satisfactionem, seu promissionem de non petendo propter lapsum temporis, tunc enim neque remanet ipsa obligatio naturalis *Bald. in c. ecclesia sanctæ mariæ, in fi. n. 14. de constitutionib. & in l. bene à Zenone 3. in princ. C. de quadrienn. præscript. Felin. in d. c. ad aures. n. 5. vers. limita etiam quod est dictum, de præscriptionib.*

EPITOME.

Perceptio fructuum an probetur per coniecturas. ¶ Et an inferatur ex annis antiquis ad reditum præsentis anni. ¶ Et quid in hoc operetur consuetudo. ¶ Valor beneficij quomodo sit iustificandus. ¶ Et quando deducantur onera, & reductiones monetarum. ¶ Et quo casu dicatur valor excessiuus ad impugnationem gratiæ. ¶ Tertius habens interesse an possit deducere ius suum coram Delegato non suo iudice sine noua commissione. ¶ Sententia nulla tamquam lata extra diem citationis an præiudicet tertio. ¶ Diminutio sextæ partis quoad valorem beneficij quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij est iustificandus de tempore impetrationis.*
2 *Qua mutantur temporis cursu non prasumuntur in eodem statu.*
3 *Tempus longum preteritum non attenditur circa astimationem temporis prasentis.*
4 *Probatio astimationis fructuum non est vniformis.*
5 *Perceptio fructuum non probatur per remotas coniecturas, quarum illa est, quando quis vellet probare ex veteribus annis redditum prasentis anni.*
6 *Consuetudo non valet, vt posset probari liquidatio fructuum ex solito redditu, & cultura ipsius fundi, de cuius fructibus probatio quaritur.*
7 *Valor excessiuus ad impugnationem gratia non probatur, nisi dictum sit Deductis oneribus.*
8 *Propter detractionem onerum, & deductionem monetarum non potest dici excessus valoris, ita vt sit locus diminutioni sexta partis.*
9 *Sententia lata intra certam diem, pro qua facta fuit citatio, est nulla.*
10 *Tertius non omnino diuersus est admittendus in causa.*
11 *Sententia nulla non praiudicat tertio venienti ad causam.*
12 *Tertius habens interesse potest ius suum proponere coram Delegato non Iudice suo, etiam sine noua commissione, nu. 13. Intellige vt nu. 14.*
15 *Causa non auocatur à Rota, nisi de licentia Papa, & magna causa tunc requiritur.*
16 *Interesse sufficit probare apparenter ostendendo se prouisum & electum.*
17 *Scientia probatur coniecturis.*

CAPVT DX.

PRonunciandum est pro renocatione senten-
tiæ D. Iudicis à quo, Cum ex iuribus produ-
ctis non iustificetur prætensus valor beneficij tem-
1 pore impetrationis factæ per Raphaelem, † prout
debebat fieri, quasi non sufficiat probatio antiqui
temporis, quæ non infert ad tempus prouisionis
Felin. in c. eam te 7. col. pen. ad med. vers. fallit quinto nu. 22. & in c. ad aures 8. col. pen. in 16. concl. n. 17. de rescript. Maximè concurrente contra dictam pro-
2 bationem præsumptione iuris, † quæ vult non
præsumi esse in eodem statu, quæ temporis cursu
mutantur, vt in specie valoris concludit *Caputaq. decis. 330. nu. 2. p. 3.* Præsertim, quia in casu nostro
3 longum tempus intercessit, † tunc enim circa æ-
stimationem numquam attenditur tempus præ-
teritum ad illationem præsentis, *Surd. cons. 151. nu. 71. ad med. lib. 2.* Cum etiam probatio æstimationis
4 fructuum † non sit vniformis, *Bald. in l. si fundum 17. in fin. C. de rei vendic.* Neque per remotas con-
iecturas probatur perceptio fructuum, quod est
5 quando ex veteribus annis † vellet quis probare
redditum præsentis anni *Bald. in l. vlt. ad fin. C. de fructib. & lit. expens. Pontan de spolio lib. 4. c. 1. nu. 5.*
6 *tom. 14 fol. 305.* vbi quod neque valet consuetudo
locorum, vt possit probari liquidatio fructuum
ex solito redditu, & cultura ipsius fundi, de cu-
ius fructibus probatio quæritur, cum non sit vni-
formis fructuum perceptio *Achil. decis. 4. de restitut. spoliator.*

Præterea assignatio prætensa ducatorum 68. con-
cernit attendamenta beneficij, ex quibus non iu-
7 stificatur vera æstimatio, † cum ex illis debeant
detrahi onera eiusdem beneficij. Ita vt non pro-
betur valor excessiuus ad impugnationem gratiæ,
nisi dicatur deductis oneribus, *Crescent. decis. 2. de probat. post Rot. decis. 10. aliàs 702. de praebend. in antiq. per text. in c. præsenti, de offic. ordin. in 6.*

Vlterius propter dictam onerum detractionem, &
reductionem monetarum non potest dici exces-
sus valoris in huiusmodi beneficio, in tantum,
8 † vt sit locus diminutioni sextæ partis, quasi tunc
talis quantitas sit modica, quæ non vitiat gratiam
Papæ, qui similiter concessisset *Anchar. cons. 138. de natura. nu. 1. & 2. Peregr. decis. 264. lib. 2. Rot. coram R. P. D. Gipsio Calaguritana Archipresbyteratus, 8. Apr. 1587.*

Accedat vltra iniustitiam nullitas sententiæ latæ ex-
9 tra certam diem, pro qua fuit facta citatio, † quod
facit vt sit ipso iure nulla, cum non posset ferri si-
ne noua citatione *Alex. cons. 79. in causa & lite, col. 1. vers. non obstat etiam si diceretur, num. 3. lib. 7. Felin. in c. 1. nu. 21. col. vlt. vers. nota etiam quod citatio, deinde Vant. de nullit. ex defect. citat. nu. 73.*

Immò quo ad Raphaelem fuit in totum omissa cita-
tio, quæ tamen de eo erat facienda, cum pro suo
interesse venerit ad causam stante resignatione,
10 de qua in actis. † Ita vt deberet admitti tamquam
tertius non omninò diuersus, *Abb. in c. veniens, il 2. n. 8. & ibi Felin. col. 7. in princ. nu. 16. de testib. Rot. decis. 12. alias 103 de rescript. Put. decis. 266. n. 1. vers. hoc non obstante, lib. 3. Achil. decis. 5. aliàs 207. de ex-*
11 *cept.* † Vnde stante defectu dictæ citationis sen-
tentia erit nulla, neque tali tertio nocebit *Alex. cons. 84. in causa quæ vertitur, col. 2. in princ. vers. tamen in proposito, nu. 4. lib. 3. Vant. quis possit dicer. de nullit. nu. 19.*

Et stante huiusmodi interesse resignationis iste ter-
tius poterit ius suum proponere coram Iudice
12 Delegato † ratione connexitatis iuris sibi com-
missi, quamuis etiam talis non esset Iudex illius,
Felin. in c. veniens il 2. col. 7. in princ. vers. vlt. in hac materia nota, n. 16. de testib. post Innoc. in c. veniens 13. de spons. & ita seruat *Rot. de qua per Achil. decis. 5.*
13 *alias 207. de except.* † vbi etiam quod sine noua
commissione potest tertius comparare, & debet
admitti, quando super eodem beneficio agitur,
cum non sit causa diuersa, non obstante disposi-
14 tione *tex. in cap. cum p. & g. de testib.* † qui loquitur
quando tertius esset omninò diuersus, & causa
etiam esset omninò diuersa, *Abb. in d. c. veniens, il 2. n. 8. eod. tit. Rot. decis. 12. aliàs 103. de rescript. in nouis, Put. decis. 266. n. 1. vers. hoc non obstante, lib. 3.*

Maximè, quia iam causa est instructa in curia, & in
15 sacra Rota, à qua non debet auocari, † nisi de li-
centia Papæ *Bisignett. decis. 13. in fin. de rescript.*
Cum etiam magna causa requiratur in huiusmo-
di auocationibus faciendis, de qua hic non ap-
paret, immo constat de contrario ob interesse re-
signationis factæ ad fauorem Raphaelis. Ita vt
adhuc effectum sufficiat etiam docere de pro-
16 gressu gratiæ suæ, † cum satis sit apparenter de
aliquo interesse constare probando se prouisum,
& electum, *Felin. in c. cum super 17. col. 7. post princ. vers. ad hoc vt tertius dicatur, de sent. & re iudic. Put. 166. in fin. nu. 3. lib. 3.*

Neque obstat prætensa ignorantia resignationis fa-
ctæ per Auersanam; Cum immò ex actis manife-
stè ap-

stè appareat de contrario tam ex allegationibus factis de dicta resignatione, quàm ex constitotione procuratoris, & exhibitione tituls, & prouisionis
17 cum aliis, de quibus in facto: † Ita vt ex eis resultet plena notitia, & scientia, cum tamen ad illam indicendam etiam coniecturæ, & præsumptiones sufficiant *Bart.in l.qui Roma, §.duo fratres, num.3. de verb.oblig. Ruin.cons.42.num.21. lib.1.Alex.cons. 187.num.8.colum.3.in fin. lib.2.Cephal.cons.314.num. 15.lib.3. Rot.coram Card.Seraph.Romana de Valle 9. Decembris* 1579.

EPITOME.

Feudum, & Emphyteusis an possint dari in dotem per primum acquirentem præiudicando aliis gratiosè vocatis ¶ Consensus Domini quando requiratur in alienatione emphyteusis. ¶ Et an illius defectus possit allegari per tertium. ¶ Confessio rei emphyteoticæ quo casu dicatur ex titulo lucratiuo, seu onetoso, quamuis in actu acquisitionis nihil fuerit solutum. ¶ Patiens alium inuestiri de sua emphyteusi an sibi præiudicet. ¶ Feudum alienatum quando possit reuocari per hæredem. ¶ Emphyteusis stipulata ad tertiam generationem vtriusque sexus an sit concessa pro masculis tantum, & illis deficientibus pro fœminis stante statuto exclusiuo fœminarum. ¶ Bona alienata quando possint reuocari per hæredem prætendentem sibi esse debita ex fideicommisso. ¶ Et quid si confecerit inuentarium. ¶ Vel quando adsunt bona alienantis per hæredem possessa. ¶ Et cui incumbat onus probandi æquiualentiam bonorum per eum possessorum cum bonis alienatis. ¶ Inuentarium an faciat, vt actiones non confundantur, & quod hæres non habeatur pro nó hærede, vel solùm operetur, vt fingantur non confusæ, quatenus confusio ei damnum afferat. ¶ Et an hæres teneatur ratificare alienationem, quatenus bona hæreditatis æquiualent.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis noua potest dari in dotem per primum acquirentem præiudicando aliis gratiosè vocatis. Idem in feudo, num.2. Intellige vt num.3.4.& 5.*

6 *Dominus & non alius potest allegare, quod non interuenerit eius consensus in alienatione emphyteusis.*

7 *Consensus domini non requiritur in alienanda emphyteusi, quando non agitur de eius interesse.*

8 *Alienatum non videtur, quod conseruatur in linea agnatorum.*

9 *Emphyteusis potest dari in dotem, etiam si assumetur quando sumus in comprehensis in inuestitura. Amplia vt num.10.*

11 *Emphyteusis censetur concessa ex causa onerosa, quamuis nulla pecunia soluatur in ipso actu acquisitionis, sed solùm detur responsio magna pro canone, & debetur ouictio. num.12.*

13 *Patiens alium inuestiri de emphyteusi ad se spectante sibi præiudicat. Amplia vt num.15.*

14 *Consentiens alicui vt donet rem suam alteri dicitur donare.*

16 *Heres non impugnat factum defuncti.*

17 *Heres, qui non confecit inuentarium, non potest reuocare emphyteusim, seu feudum alienatum, quamuis esset ex pacto, & prouidentia, cum in hæreditario, neque inuentarium inuaret, & num.18.*

19 *Consensus inducitur ex actibus positiuis.*

20 *Actus non potest acceptari nisi cum suo onere, quamuis acceptans ignoraret onus.*

21 *Mater cogitur dotare filiam, non existentibus bonis patris.*

22 *Emphyteusis stipulata ad tertiam generationem vtriusque sexus censetur concessa pro masculis tantum, & illis deficientibus pro fœminis stante statuto exclusiuo fœminarum. Declara vt num.23.*

24 *Bona alienata non possunt per heredem reuocari quamuis sint sibi ex fideicommisso debita. Fallit stante inuentario, num.25. Declara vt num.26.& 28.*

27 *Inuentarium non facit, vt actiones non confundantur, neque vt hæres non habeatur pro non hærede quo ad sibi debita, sed solùm operatur, vt fingantur non confusæ, quatenus confusio ei damnum afferret, vnde hæres tenebitur ratificare alienationem, quatenus bona hæreditatis æquiualent.*

29 *Tertius in quem fuit facta alienatio bonorum fideicommissi nunquam conuenitur per hæredem cum inuentario quando adsunt bona alienantis. Intellige vt numero 30.*

31 *Exceptio est probanda per excipientem.*

32 *Heres volens impugnare factum defuncti debet probare, quod bona hæreditaria inuentariata non sunt eiusdem valoris cum bonis alienatis.*

33 *Rerum species sunt redigendæ ad quantitatem pro æstimationem.*

34 *Filius non reuocat alienata per patrem etiam confecto inuentario quando ad eum aliquid ex hæreditate patris peruenit. Amplia etiam si peruenire potest, numero 35.*

CAPVT DXI.

PEtitam immissionem dixi denegandam esse: Cum enim simus in emphyteusi noua acquisita ex titulo onetoso, potuit illa per primos acquirentea in dotem dari † præiudicando aliis gratiosè vocatis *Bald. in l.1. § in fuis, ff per quas person.nob. acquir. Ruin.cons.154. ad fin. vers.& ista est clara & vera responsio, num.11.lib.1.post Imol.in c.potuit, col.vlt. locat. Rip.in l.in quartam, col.34. ad med. vers.quid tenendum, num.279.ff.ad leg falcid.* † & est verior opinio, & magis recepta tam in emphyteusi noua, quàm in feudo, vt latè comprobat *Surd.cons.331.n. 24.vsque ad 29.cons.395.nu 9.cum seq. lib.3. & decis. 290.num.1.in fin. & decis.109.nu.16. Honded.consil. 475. per tot. Bece.cons.56.num.20. lib.1.* † Quidquid aliud sit in comprehenso in inuestitura, qui non est primus acquisitor, talis enim non poterit aliquid facere in præiudicium eorum, quibus à principio fuit stipulatum, & qui sunt in prima inuestitura cóprehensi *Bald.cons.proponitur, col.fi.in princ.numer. 4.vers.aduerte hic iacet intellectus, lib.2. Aldobrand. cons.15.in princ.vers.circa primum dico, num.1. Ruin. cons.7.num.24.lib.1.Curt.Iun.de feud.p.2.qu.7.n.42. tom.10.p.2.fol.60.*

Quod sine difficultate procedit, quia Aduersarij non fuerunt expressè in prima inuestitura nominati,
4 † quo casu magis potuit per recipientem emphyteusim illis præiudicari *Decian cons 238. primo non videtur col.4.ante med. vers.& ita concludunt, nu.6. in princ. Aldobrand.cons.94.nu.45.* Quasi permittatur † reuocatio per auctorem acquisitionis antequam sit perfectè ius quæsitum vocatis, quidquid alius non auctor hoc facere non possit *Alexand.*

consil.206.viso themate, ad fin.vers.sed ista disputatio,
numer.8.lib.14.& ibi Natt.in verb.qui non fuit.Surd.
consil.76.nu.15.& 6. lib.1.Grat.cons.22.num.9.vers.
& hoc indubitatissimum, lib.1.Natt.consil.473.num.
15.& 16.

Neque obstabit, quod non interuenerit consensus
6 Domini, Nam huiusmodi exceptio, † & defectus
solùm potest allegari per dominum, & nemo ad
hoc admittitur præter illum *Rum.cons.2.num.1. in*
fin.lib.1.Oldrad.cons.139.in 6.dub.nu.7. Cephal.cons.
3.num.112. Natt.cons.475.num.14. Alex.consil.173.
colum.fin.post princ.vers.præterea non est verum, n.7.
lib.2.Roland.cons.57.nu.10.& 30.lib.3.Surd.cons.351.
num.42.lib.3.

Maximè quià licèt consensus domini esset adhibēdus:
7 Tamen hoc intelligitur † quando ageretur de inte-
resse ipsius domini, & sic quando a iure non esset
permissa alienatio, nisi dominus consentiat, sed vbi
non potest tractare de illius interesse, non est re-
quirendus talis consensus, præsertim quia sumus in
casu, in quo emphyteusis est alienata in eam, quæ
est comprehensa in inuestitura, tunc enim sustine-
tur alienatio, quamuis facta inscio domino, etiam
si essemus in remotiore gradu, & non successuro ab
8 intestato, † quasi non videatur alienatum, quod in
corpore, & linea agnatorum conseruatur Bald.*cons.*
216 in fin. lib.2. Decian.cons.55.num.60. & 70.lib.3.
Rol.cons.57.nu.65.lib.3. Menoch.cons.158.n.88. lib.1.
latè Surd cons.351.n.45.lib.3.

Præterea sumus in emphyteusi data in dotem, quam
primus acquisitor, & alius potest dare ob huiusmo-
9 di causam, † quamuis etiam fundus esset datus æsti-
matus, cum simus in personis in inuestitura com-
prehensis, vt dictum est *Aym.cons.215.n.6.& 7.post*
Alexand.cons.163.num.4.lib.2.latè Corbul.de caus.
priuat.ob alienat.limit.20.nu.1.cum seq. vbi ampliat,
10 † quod talis dos non solùm erit apud dotatam eo
modo, quo erat apud dotantem, sed etiam apud fi-
lios, & eius hæredes, exclusis aliis in inuestitura
comprehensis, quando, prout in casu nostro, potuit
illis præiudicari per primum acquirentem, cum
talis dos deseruiat pro oneribus matrimonij, quæ
possunt durare etiam post mortem dotantis super-
uiuente fœmina in matrimonio, causa alendi se, &
filios, Ita vt ex hoc censeatur dotans voluisse trans-
ferri in eam, quæ dotatur, omne ius etiam in præ-
iudicium vocatorum in emphyteus. *Corbul.d.limit.*
20.n.4.& 5. Quod etiam est secundum formam sta-
tuti Vrbis, per quod permittitur dari emphyteusim
in dotem.

Nec facit, quod huiusmodi emphyteusis fuerit con-
cessa ex causa lucratiua, non autem onerosa, cum
nulla pecunia sit soluta per emphyteutam in ipso
11 actu acquisitionis, † Quia sufficit fuisse promis-
sam annuam pensionem scutorum quadraginta,
quod facit concessionem onerosam, licèt nihil a-
liud detur tempore contractus, Maximè quia su-
mus in responsione magna, quidquid aliud sit in
modica vnius denarij, vel simili, quæ solet dari po-
tius in signum recognitionis, non oneris, Ita in spe-
cie concludit *Alexand.in l.si mihi & Titio 110.col.3.*
in fin.vers.posset pro concordia, nu.13.& ibi Imol.col.2.
post princ.versic.item adde, num.2. ff.de verb.obligat.
12 *Surd.decis.290.numer.4.22.& 23.*† vbi ex hoc con-
cludit, quod in huiusmodi emphyteusi, pro qua
soluitur ista pensio, debetur euictio, quamuis pe-
cunia non soluatur in actu acquisitionis, cum pro-
pter dictum canonem dicatur concessio ex titulo
oneroso, Nam si esset ex lucratiuo nulla euictio
præstaretur *l.aristo, §.fin.de donat. l.2.Cod.de euict.l.*
ad res, ff.de adil.edict.

Accedat, quod pater aduersariorum vnà cum primo
acquirente, & auctore istius emphyteusis, dedit il-
lam in dotem filiæ, & sorori respectiuè: Vnde ex
hoc sibi præiudicauit, ita vt ad eam amplius non
13 admittatur, † Exemplo eius, qui patitur alium in-
uestiri de re emphyteotica *Castrens.cons.84.quæstio*
ista.nu.... lib.2. Bald.in cap.1. §.præterea, quibus mod.
feud.amitti. Honded.cons.16.& 17.lib.2. quasi ex ta-
lem consensum iura sua perdat, & aliena fortificet
14 *l.quæritur, § si venditor, ff.de adil.edict.*† Sicuti cum
quis consentit alicui, vt donet alteri rem suam suo
nomine, qui dicitur donare, & transferre suum do-
minium in eum cui donatur *Bart.in l.qua dotis, nu.*
15.vers.tertio pene, ff.solut.matrimo. Castrens.cons.319.
visis, & examinatis omnibus, col.fi.post princ.vers.sed
si quid fuit operata, lib.2. Bald.in l.si liqueat, in 2.no-
tab.C.de inoffic.donat. cum aliis per Corbul. de caus.
priuation.ex eo quod emphyt.pat.alium inuestir.n.1.&
2.Osasc.dec.pedem.23.n.27.cum seq.Honded.cons.32.
15 *n.16.& 17.li.2.* vbi † ampliat quamuis tempore con-
sensus res emphyteotica non spectaret ad eum, qui
consentit, iuxta dispositionem *text.in dict.c.1.§.præ-*
terea, quib mod.feud.amittat.

Quare etiam præiudicabunt filiis, & hæredibus eius-
dem patris, qui vt supra consensit dictæ dotationi,
non enim poterunt impugnare factum defuncti,
16 † immo tenebuntur ad illius obseruantiam, neque
poterunt vendicare, quod per suum auctorem fuit
renunciatum *l.cum à matre C.de rei vendica. Bursat.*
consil.32.num.3. lib.1. Maximè cum sint hæredes
17 sine beneficio legis & inuentarij, qui semper † sibi
præiudicant, nec possunt emphyteusim reuocare,
aut feudum, quamuis esset ex pacto & prouidentia,
cum in hæreditario, neque inuentarium tenuaret,
Alex.cons.28.num.10.lib.5. Ruin.cons.25.nu.10. lib.2.
Dec.cons.207.ad clamorem, colum.3.post princip.vers.
vnde si dominus, nu.4. Curt.Iun.cons.138. nu.10. latè
Pinell. qui de communi *in l.1.g.3.nu.93.Cod.de bon.*
18 *matern.* Stante † enim simplici aditione hæreditatis
nulla fit differentia inter feudum ex pacto, aut
hæreditarium, cum semper sustineatur dispositio
defuncti *Paris.cons.23.num.187. lib.1. Dec.cons.184.*
in causa istorum nobilium, col.4.ante fin.num.6. Surd.
cons.108.num.31.

Vlterius dicti filij, & hæredes ratificarunt præfatam
concessionem permittendo semper pacificè possi-
deri emphyteusim, de qua agimus, per dictam
dotatam per spacium tam longi temporis, de quo
in actis, declarando etiam in articulis productis eo-
rum voluntatem, dum fatentur illam fuisse datam
19 in dotem, † ex quibus actibus positiuis magis iste
consensus inducitur *clem.1. de procurat. Abb. in c.*
cum virum, in 3.notab.de regular. Ias.in l.qua dotis,
n.90.ff.solut.matrim. in proposito notat *Castr.cons.*
184.col.2. ante med.vers. & hic est tertio loco notan-
dum, lib.2. Honded.cons.32.n.27.lib.2. Stante præ-
sertim commodo diuisionis, quod peruenit ad di-
ctas filias possidendo bona diuisa, ita vt non pos-
20 sint modo agere iure proprio, † cum actus non
possit acceptari nisi cum suo onere, quamuis etiam
acceptans ignoraret onus annexum *l.cum ab vno,*
de leg.2.Castr.l.si duo de acquir.hæred.Surd.cons.150.
num.10.& 22.lib.1.

Adcitur

Additur quod pater tenebatur dotare filias, quo de-
functo huiusmodi onus spectabat ad eius hæredes.
Vnde quando isti dederunt prædictam dotem, nihil
aliud fecerunt, quàm soluere debitum patris, &
matris, maximè cum non appareat, quod adsint
alia bona, præter ista emphyteotica, quæ etiam vi-
gore statuti possunt dari in dotem, & non existen-
te inuentario talis donatio debet per hæredes ap-
probari, quamuis per eos prætendatur ius in dictis
bonis, cum ad huiusmodi dotem posset defunctus
21 cogi, † & etiam ipsamet mater non existentibus
bonis patris *l. neque mater; C. de iur. dot. Iaf. in l. 1. n.
28. & ibi Rip. n. 79. ff. solut. matr. Surd. de alim. tit. 1.
q. 14. n. 13.* Et in emphyteosi *Aym. cons. 215. n. 6. & 7.
post Alex. cons. 163. num. 4. lib. 2.*

Nec aduersatur quod ista emphyteosis, quamuis fue-
rit stipulata ad tertiam generationem vtriusque
22 sexus, † Tamen censetur solùm concessa pro mas-
culis tantum, & illis deficientibus pro fœminis
stante statuto exclusiuo fœminarum secundum opi-
nionem *Bart. in l. vt iusiurandi, § si liberi, in fin. ff.
de oper. lib.* quam communiter approbatam testa-
tur *Honded. cons. 54. n. 6. vsque ad 10. lib. 1. & cons. 13.
23 nu. 29. & 30 eodem lib.* † Quia intelligitur quando
fœminæ sunt dotatæ, de qua dotatione, cum in
casu nostro non constet, nisi in huiusmodi bonis
emphyteoticis datis à patre, & fratre in talem cau-
sam, non erit considerãdum, quod prius vocentur
masculi, & postea fœminæ ordine successiuo ob
prædictam dotationem, quæ potuit fieri in tali
emphyteusi præiudicando etiam comprehensis in
inuestitura, cum simus in primo acquirente *Surd.
cons. 351. nu. 24. cum sequ. lib. 2. cum aliis supra allega-
tis.* Vnde stante contraria dispositione non est re-
currendum ad stipulationem emphyteusis quo-
modo fuerit concepta quæ solùm habebit locum
non condito testamento, de quo constat in casu
nostro cum aliis, quibus in facto, ita vt ex eis ma-
gis sit excludenda petita immissio, præsertim ad
fauorem dotis, quæ rectè constituitur in bonis
emphyteoticis *Aym. cons. 215. nu. 6. & 7.*

Quo ad alterum dubium concludendum est negatiuè
quod non competat reuocatio bonorum alienato-
rum, cum appareat petentes talem reuocationem
esse hæredes alienantis, & per eosdem possideri
multa bona tam stabilia, quàm mobilia, & credita
24 hæreditaria, † Adeò vt stantibus prædictis non
possit aliquo modo impugnari alienatio pro hære-
dem, quamuis bona alienata essent sibi ex fidei-
commisso debita, tanquam ex aditione hæreditatis
teneatur approbare factum defuncti, prout in ter-
minis fideicommissi multis comprobat *Menoch.
cons. 89. n. 60 cum seq. lib. 1. Ruin. cons. 25. nu. 11. lib. 2.
& cons. 7. n. 30. lib. 1. Ruin. cons. 18. n. 4. Alex. cons. 3. in
princ. & cons. 32. in fi. lib 3. Paris. cons. 34. n. 60. lib 2.
& cons 16. n. 38. eod. lib. Socin. Iun. cons. 107. n. 56. lib.
3. Card. Serap. decis. 1157. nu. 2.*

Neque obstat prætensum inuentarium, quod videtur
prodesse hæredi, vt habeat bona per fideicommis-
25 sum debita, † & possit illa liberè deducere *Alex.
cons. 19. n. 3. lib. 5. post Isern. & alios in c. 1. an agna. vel
filius, & in c. 1. § hoc quoque, de success. feud.* Quia ma-
26 gis communis, & verior opinio est, † quod quate-
nus vires hæreditatis supportũt teneatur hæres etiã
cum inuẽtario præstare factum defuncti, nec pos-
sit vendicare rem alienatam sibi aliunde debitam;
Nam inuentarium non facit, vt actiones non con-
fundantur, neque vt hæres non habeatur pro non
27 hærede, quoad sibi debita, † sed solùm operatur, vt
fingantur non confusæ quatenus confusio ei dam-
num afferret. Vnde non mirũ si beneficium inuen-
tarij non liberet hæredem, vt præcisè nõ teneatur
alienationẽ ratificare, cum ad hoc possit cogi qua-
tenus bona hæreditatis æquiualent, & semper re-
pellitur exceptione *l. vendicantem, de euict. & l. ex
28 qua persona, de reg. iur.* † prout in specie concludũt
magis communiter *Doct. in l. fi. § in computatione,
Cod. de iur. del. ber. & in l. debitorib. Cod. de pact.* latè
Gabr. qui de magis recepta opinione testatur *cons.
125. n. 11. vsque ad 13. lib. 1. Aym. cons. 225. n. 12. Ruin.
cons. 18. in fi.* & ibi latè *Mand in verb. habere, Castr.
cons. 170. quia in suprascripto, col 2. lib. 2. Natt. cons.
214. col. 2. ad med. nu. 4. Dec. in l. ex qua persona 191.
n. 2. ante med. & ibi Cagnol. in fi ff. de reg. iur. Barbat.
consil. 66. col. 4. lib. 4. Boer. decis. 23 num. 30. ad med.
vers. vbi vero de substantia. Cephal. cons. 392. num. 36.
lib. 3 Afflict. decis. 26. n. 3. post princ. Tiraq. de retract.
lignag. § 1. glos. 9. num. 48. in fin. Molin. de primog.
hispan. lib. 4. tit. 1. num. 17. vsque ad 25.* Et hanc opi-
nionem sæpe sequuta est *Rota vt in causa Messa-
nen. baronia, 10. Iunij 1609. & 9 Februarij 1608. co-
ram Cardinal. Ludouisio, & Rauennaten. Saluzani
interdicti Iunij 1602. coram eodem.* & latissimè com-
probat *Marzar. de fideicommiss. part. 2. quæst. 46. nu.
29 61. & 62.* † vbi quod nunquam agitur præcisè con-
tra tertium in quem fuit alienatum quando adsunt
alia bona hæreditaria alienantis, subdens esse mul-
tum notandum contra eos, qui extendunt bene-
ficium inuentarij ad hunc casum, tanquam ad
multa prosit, sicut herba betonica, cum in hoc er-
rent etiam graues Doctores, quos etiam latè ad-
ducit, & reprobat *Pinell. in l. 1. part. 3. num. 82. ante
fin. vers. ampliatur septimo, C. de bon matern. Exea.
in tract. de pact. n. 226. vers. ista sublimatio, Socin.
Iun. cons. 107. in fin. lib. 3.*

Et semper est probãdum damnum, & interesse hære-
dis, & causa magna, & vrgens ob quam ipse nolit
stare præcisè facto defuncti, & alienationi secutæ,
30 † cum hoc non probato, prout in casu nostro, in
quo neque fuit allegatum, nunquam debeat mole-
stari tertius emptor, vt circuitus euitetur, & tantũ
intersit hæredi habere bona alienata, quam alia
hæreditaria *Gabr. cons. 125. nu. 12. in fin. vers. ideircò
in feudis, lib. 1.*

Minus obstat non constare, quod ista bona sint eiusdẽ
31 valoris cum bonis alienatis, Quia hoc erit proban-
dum per excipientem *Aym. cons. 212. nu. 6. & cons.
216. nu. 9. Rot. diuers. decis. 90. num 2 part. 2. Alex.
cons. 42. col. 2. lib. 2.* Et in specie de hærede impu-
gnante factũ defuncti, quod debeat probare bona
non esse æquiualentia, de quibus in inuentario †
*Aym. cons. 225. nu. 12. vers. sed hoc probatum non fuit,
per text. in l. fin. § licentia, C. de iur. delib. Gloss. in l.
cum leg. ff. de probatio. Rom. cons. 222. dubitatur, in fi.
Alex. cons. 41. in fin. lib. 3. Curt Sen. cõs. 27. col. 9. vers.
sed contra præmissam conclusionem, Guid. Pap. q. 142.
n. 3. Gozad. cons. 94. col. 7. post med. Iaf. cons. 34. col. 3.
in fi. lib. 3. Natt. cons. 214. n. 4. vers. vtrum autem plus
habeat, col. 2. ad fin.* vbi quod rerum species sunt re-
33 digendæ ad quantitatem per æstimationẽ † *Mar-
zar. de fideicommiss. quæst. 46. par. 2. nu. 62. vers. cui
verò incumbat, Herculan. de negatiu. proband. n. 26.
vers. nono quod hæres.* Cum etiam neque filius reuo-
cet alienata per patrem etiam cõfecto inuentario,

quando ad eum aliquid de hæreditate patris per-
34 uenisset, cum † aliud esset, si nihil haberet *Natt.*
consil.214.col.2.in fin. vers. & dicit nu.4 post Iacob.
de Beluis.in c.1.§.hoc quoque, de success feud. quem
ibi sequitur *Bald.ante fin. versic.aut non legitimè,*
num.20. vbi ampliat non solùm quando ad eum
35 aliquid peruenit ex hæreditate patris, † sed etiam
si peruenire potest *Imol. in cap. ex parte, num.23,*
colum 8.ad med.vers.hoc tamen limitat.nisi faceret,
de feud.

EPITOME.

Mensura vnius temporis, & per certam personam facta quando probet de alio tempore, & quo ad diuersas personas ad effectum excludendi spolium ¶ Dictio, incirca, quo casu verificetur in modico. ¶ Et quid si agatur de certa quãtitate præcisa. ¶ Remedium reintegrandę possessionis an competat si fiat subhastatio, & deliberatio non præcedẽte mensura, & æstimatione. ¶ Post appositam inobseruantiam an possit sequi adimplementum.

SVMMARIVM.

1 *Remedium spolij competit si fiat deliberatio non præcedente mensura, & æstimatione.*
2 *Reintegratio datur quando contractus est imperfectus, & conditionalis.*
3 *Mensura facta tempore venditionis prædij non probat quo ad tempus deliberationis.*
4 *Augmentum, & diminutio fundi datur iuxta varietatem temporum.*
5 *Æstimatio prima alicuius prædij dicitur alterata propter qualitatem illi adiectam.*
6 *Mensura fundi facta inter diuersas personas non iuuat quo ad alias, neque excludit actionem spolij.*
7 *Res inter alios acta non nocet, nec prodest alteri.*
8 *Mensuratio est facienda per eos, qui habent auctoritatem.*
9 *Dictio, incirca, verificatur in modico. Fallit quando ageretur de certa quantitate præcisa, nn.10.& 11.*
12 *Partita verificata contra aliquem probant contra habentem causam ab eo.*
13 *Actio non datur non docto de adimplemento.*
14 *Post oppositionem non implementi pars quæ non obseruauit non potest amplius adimplere.*

CAPVT DXII.

DE euidenti spolio dicebam constare iuxta primam decisionem in hac causa *Maceraten.*
spolij, obtentam 4. Iunij 1610.coram R.P.D. Manzanedo, non obstantibus vltimo loco decisis 13. *Iu[illegible]j*
1 *1611.& 13.Febr.1612.coram eodem,* † semper enim
oblatio fuit nulla, cum non fuerit facta pro certa
summa ad corpus, sed promissum soluere pro qualibet salma terreni florenos 255. exceptis domibus
in prędio existentibus, quarum æstimatio debebat
fieri per peritos. Vnde cum fuerit facta deliberatio, & ingressus possessionis nulla præcedente
mensura & æstimatione competit remedium reintegrandæ, vt in specie concludit *Neuiz.cons.38.*
num.25. Socin.in l.rem qua nobis, col.5.in fin.in 5.dubitat, vers.& hoc verum intelligas, nu.8 ff. de acquirend possess. Pontan.de spol.lib.3.n.21.tom.14.fol.194.
post Alexand.cons.90.n.4.lib.5. quod est repetitum
2 *cons.33.lib.6.* † Vbi *Natt.in addit in verb.succumbere, in principio.* dicit notandum, quod quando
contractus est imperfectus, & conditionalis competit remedium reintegrandæ, *Curtius iun. consil.131.num.... in fin. Ecce.consil.13.per tot.Put.decis.*
349.lib.2.

Neque obstat, quod quantitas terrarum prædij erat
liquida ex mensura facta tempore vẽditionis eius-
3 dem prædij anni 1592. † Quia talis mensuratio non
probat quo ad tempus deliberationis anni 1603.
cum interim spatio 11. anno. quantitates terrarum
potuerint augeri per nouas acquisitiones, prout
verè fuerunt auctæ multæ salmæ terrarum iuxta
prædium subhastatum, vt ex instrumento producto
apparet, quæ omnes fuerunt occupatæ, ita vt ex
hoc magis inter spolium, quasi partium consensus
ad intellectum temporis deliberationis, non ad
aliud se reduxisse videatur *Rubeus consil.17.num.*
4 *1.in fin.Surd cons.406.num.3.in fin.lib.3.* † Cum detur etiam augmentum, seu diminutio fundi ex pluribus causis contingentibus, vt notum est *lib. si quis duas, digest.commun.prædior.l.si locus, quemad. seruit.amitt. l verum, §.sciendum, de minorib. l.domum, de contrah.empt. Euerard. loc.argum.de tempore ad tempus, num.14.*

Præsertim quia prima mensura tempore venditionis
de anno 1592. fuit de toto prædio cum domibus.
Vnde non probat de solis terris, super quibus tantum fuit facta oblatio ad mensuram de anno 1603.
non comprehensis domibus cum suis pertinentiis
necessariis, ita vt illa non potuerit deseruire pro
æstimatione domorum adhuc non æstimatarum,
5 † cum per istam qualitatem adiectam sit alterata
prima æstimatio, & debeat considerari tanquam
diuersa species, & nouum ens *Bart.in l.si quis posthumo, §.si filium, in fin.ff.de liber.& posth.Surd.cons.*
34.n.43.Menoch.de arbit.qu.11.num.13.

Et quod tollit omnem difficultatẽ illa prima antiqua
mensura tanquam facta inter diuersas personas, videlicet inter D. Hieronymã, & Capitaneum Fran-
6 cum, † non potest prodesse D. Antonio Aduersario
ad effectum euitandi spolium, cum deberet iterum
mensurari, sicut neque illa nocuisset, vt notat in
specie *Cephal.cons.36.nn.3.& 6.* quasi res cum non
7 gesta non debeat præiudicare, † nec prodesse quo
ad alterum *l.si onus.§.ante omnia.vbi Ias in princ.n.*
1.& 3.ff.de pact.Castrens.cons.139. pro declaratione,
col.2.ad med vers.item quia instrumentum, n.4.lib.1.
Ideò mensuratio erat facienda per agrimensores,
vel à partibus deputatos, vel à lege, seu à Iudice,
cum aliàs nullum habeat effectum tanquam non
8 spectet † nisi ad eos, qui officium habent & auctoritatem *Bart.in l.2.C.de iur.fisc.n.5.lib.10.& in l.1.*
§.ex hoc rescripto, n.5.ff.de vent.inspi.Dec.in cap.proposuisti, n.15.de probat.iuxta l.hac edictali, §.his illud
C.de secund.nupt.Ceph.d.cons.36 nu.2.lib.1.

Neque obstat quod dicitur de confessione D. Pellicani asserentis prædium fuisse salmarum septem
9 incirca, † quasi ex hoc conualidetur mensuratio
non obstante illa dictione, incirca, quæ verificatur in modico *Menoch.de arbitrar.cas.46.num.4.*
Quia istud procedit, quando non esset vis in quan-
10 titate præcisa, † secus quando ageretur, prout in
casu nostro, de probatione certæ, & determinatæ
mensuræ, tunc enim talis assertio per verba, incirca, nihil probat, neque attenditur, quod huiusmodi dictio possit referri ad modicam quantitatem
decla-

declarandam arbitrio iudicis, & ita concordantur opiniones Doctorum in simili materia loquentium, prout est *decisio Rota coram Cardin.*
11 *Ludouisio Parm. statui 3. Decembris* 1607. † vbi agebatur de probatione præcisi temporis, quidquid aliud sit in probanda quantitate, seu tempore non præciso *Alex.consil.181.ad fin.num.7.lib. 7.& consil.184.num.11 eod.lib. Ruin.consil.130.numer.5.& 6.lib.4.Robuff de dispensat.ætat.in verb.seu circa,num.3.*
Accedat error in calculo, quia debitum floreoorum 2614.detractis floreuis 1400.remanet in 1314. noo in 1753.vt dicitur in decisione, in qua etiam omittuntur duæ partitæ, vna florenorum 190.soluta 6. Septembris 1593.& altera florenorum 240.sub die 4.Iulij 1598.de quibus partitis erat habenda ratio,
12 †cum existant in computo confecto cum D.Berarda,contra quam probaor & per consequens etiam contra Aduersarium,qui habet causam ab ea,mediante instrumeoto emptionis, quod post subhastationem fecit,& ex titulo sibi concesso *l.pomponius, §.si liber, de acquir.possess. Alex.cons.198.viso processu,col 3.ad u.ed n 6.lib.7.Aym.cons.92.n.7.*
Vltimò omissis multis, quæ possent adduci, spolium iustificatur solùm ex eo,quod defectu actionis fuit extortum mandatum per Berardam ad illi soluendum florenos 1163.quarum exactio non competebat, nisi prius extinctis censibus de quibus in in-
13 strumento,†quod cum non fuerit adimpletum neque doctum de implemento, prout teoebatur docere *Alexand.cons.79.n.1.lib.4* debebat repelli ab agendo oedum parte opponente,sed etiam ex of-
14 ficio iudicis *Aym.cons.151.nu.10.* Adeò vt † post iudicium inchoatum, & oppositum de non implemento, prout in casu nostro, non sit amplius pars audienda, & per consequens non satis sit modo ostendere extinctiones censuum quamuis neque de hoc constet *Castrens.cons.70. quia frustra col.6.post princ.vers.nam sufficis,nu.8.lib.1 Alex.Corn. & aly per Aym.cons.192.nn.16.* Et ita in huiusmodi causa *Macora.spoly* fuit conclusum *coram R.P.D.Manzanedo 26.May* 1613.coofirmando decisionem factam 4.*Iuny* 1610.recedendo ab aliis decisionibus 13 *Iuny* 1611.& 11.*Februarij* 1612.*coram eodem.*

EPITOME.

Iuramentum minoris an faciat illum maiorem, & suppleat alias solemnitates. ¶Et quid stante statuto annullante iusiurandum tamquā metu extortum. ¶ Et quando probatio talis iuramenti possit desumi ex instrumento facto absque solēnitatibus requisitis. ¶Ratificatio minoris post quinquenniū quo casu possit allegari. ¶Et quid de iure canonico, vel si adsit dolus tam præsumptus, quàm verus, vel allegetur læsio. ¶Constitutio Ægidiana an sit seruanda in loco, vbi adest statutum particulare. ¶Iuramentum an operetur si mulier & minor non fuerint certiorati de beneficio restitutionis. ¶Dolus verus de præterito an possit remitti.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitas inducta pro forma non potest omitti.*
2 *Iuramentum minoris facit illum maiorem, non tamen supplet alias solemnitates, num.21.*
3 *Probatio iuramenti non potest desumi ex instrumento facto per minorem absque solemnitatibus quando statutum vis illi adimitur.*
4 *Ratificatio minoris iuxta* l.fi.C.si maior.fact.*an procedat de iure canonico, num 5.7.& 8.*
6 *Tempus quinquenny ratificationis minoris non inducit præscriptionem, sed ratihabitionem.*
9 *Minor quamuis non possit dicere de nullitate contractu propter ratificationem post quinquennium, non excluditur tamen allegare læsionem.*
10 *Taciturnitas quinquenny supplet defectum decreti, non iniustitiam aliunde causatam.*
11 *Ignorantia defectus contractus præsumitur in minore, quæ non inducat ratihabitionem.*
12 *Contrahens cum minore absque solemnitatibus dicitur esse in dolo præsumpto, neque debitur ratificatio n. 25.Declara vt num.26.28.29.& 30.& quando dicatur adesse dolum verum, num 32.*
13 *Taciturnitas quinquenny non obstat minori, quando contrahens cum eo est in dolo præsumpto, numer.14. & 15.*
16 *Constitutio Ægidiana præsumit dolum, & iuramentum metu extortum non adhibitis solemnitatibus in contractibus minorum.*
17 *Statutum generale quando sit seruandum in loco, vbi adest particularis constitutio.*
18 *Minor dicitur læsus statim quod fideiubet.*
19 *Fideiubens dicitur donare, & male vti substantia sua.*
20 *Nulla ars magis damnosa est, quam fideiussio.*
22 *Iuramentum nihil operatur, si minor, aut mulier non certiorentur de beneficio restitutionis. Contrarium num.23.& 24.*
27 *Dolus verus de præterito potest remitti.*
30 *Actus nullus, vt ratificetur, requirit plenam notitiam doli, ac nullitatis cum omnibus qualitatibus.*

CAPVT DXIII.

FIdeiussio, de qua agimus, est nulla tamquam facta per minorem absq; solemnitatibus statuti Ciuitatis Narniæ, in quo huiusmodi obligatiooes annullantur ipso iure cum prohibitione, quod ex
1 eis nullo modo agi possit. † Vnde tamquam simus in solemnitate, quæ erat inducta pro forma, non poterat illa omitti stante præsertim læsione minoris, cum neque vtilitas illius consideraretur *Bald.in l.fin. §.necessitatem, n.15.C.de bon.quæ lib. Rol.cons.54.n.45.lib.2.*
Non obstat Iuramentum, qood facit illum maiorem
2 *auth.sacramenta puberum,C.si aduers.vendit.* † cum aliis per *Simonc.de decret.lib.3.tit.8.nn.138.* Quia de dicto iuramento oon constat, Nam illud erat probaodum aliunde, quàm per instrumentum in actis productum, quod tanquam factum sine solemnitatibus requisitis in statuto prædicto nullam obti-
3 net firmitatem,† & si ex eo nulla potest dici probata obligatio iurata, cum per idem statutum sit penitùs huiusmodi contractibus, & instrumentis adempta probatio *Rot.diuers.decis.104.num.1. & decis.92.in fin.part.2.Put.decis.116.nu.2.& 3.lib.1. Mohed.dec.16.de præscrip.Rot.corā R.P.D.Marco Montio Bononien.censu 17. Martij 1608.* latè *Roland.cons.43.n.3.& 4.lib.3.Ruin.cons.101.nu.14 lib. 2.& cons.19.nu.12.lib.3.* per doctrinam *Abb.in cap. cum contingat,col.pen.vers.sextus casus,n.26.de iur. iur.Socin.cons.97.n.5 lib.1. Corn.cons.64.nu.7.ad fi. lib.3.Marsil.sing.700.*

Nec facit prætensa ratificatio iuxta *l.fin. C.si maior fact.* Quia d.dispositio non procedit de iure Ca-
4 nonico, † cui in hoc standum est propter malam fidem contrahentis cum minore, *Butr.consil.45. colum.3.vers.non obstat. Ruin.cons.41.num.51. lib.1. Natt.cons.295.ante fin.vers.non omitto etiam, nu.3. Riman.jun.consil.436.num.14. & 49.lib.4.Paris.ad Bart.in l.vlt.in verb.si quando, in princ. C.si maior.*
5 *fact.* † Licet hoc non sit tutum ex his, quæ adducuntur per *Menoch.de recuperand.possess.remed.15.*
6 *num.188.vsque ad 193.* † quasi tempus istius quinquennij non inducat præscriptionem, sed ratihabitionem, *Natt.cons.162.nu.31.& 32.* Quamuis secundum *Surd.cons.49.num.41.& 47.* posset etiam
7 defendi, † quod obstet ista mala fides non obstante ista ratihabitione, *Menoch.cons.49.n.18.* vbi sequitur *Butr.d.cons.45.* quem non approbauerat *d.re-*
8 *med.15.nu.188.* † Sed vanam esse opinionem *Butr.* dicit *Gabr.cons.20.nu.38.& 39.lib.2.*

Secundò contractus, de quo agimus, duplici vitio la-
9 borat, & nullitatis, & læsionis † quo casu quamuis esset sublata nullitas ex cursu temporis non tamen diceretur sublata causa læsionis *l.1. & ibi Bald. ad med. vers.nota ex isto textu, C.si maior. fact. Pantal. Cremens.in l.2 nu.98.C.de rescind.vendit. Menoch. de recuper possess.rem.15.nu.184.& cons.29.nu.46.ad*
10 *med.li.1.* † Cum taciturnitas quinquennij suppleat defectum decreti, sed non iniustitiam aliunde causatam *Surd cons.49.nu.29.lib.1.*

Tertiò non probatur minorem habuisse notitiam de-
11 fectus contractus, de qua cum non appareat, † præsumitur ignorantia, quæ non inducit ratihabitionem *Bald.in l.mater, in 4.oppos.nu.3.ad med.Cod.de rei vendic.* & tanquam notatu dignum in specie *d. l.fi.* sequitur *Osasc.decis.179.n.13 post med.vers.pulchrè, Natt.cons.162.n.32. Corn.cons.207.col.vltim. post med.vers.item licet postea, n.8 lib.3.*

Quartò in huiusmodi contractu intercessit dolus, cū
12 fuerit gestus sine solemnitatibus requisitis, † tam per statutum, quàm per ius commune, ita vt ista præsumptio sit iuris, & de iure non admittens probationem in contrarium *Paris.in cap.si diligenti, n. 26.de præscript.Curt.jun.cons.50.n.5.lib.1.Rom.cons. 54.nu.5.Neuiz.cons.85.n.14.* Et quamuis talis dolus
13 possit dici præsumptus, † tamen etiam in eo dicendum est non militare dispositionem *d. l.vltim.* neq; censeri factam aliquam ratificationem *Curt. jun.* in specie *cons.50.nu.6.& 7.Ruin.cons.170.n.29. lib.1.Roma.cons.34 Barba.cons.70.col.3.& 4.li.3.&*
14 *cons.42.col.7.lib.1.* † Quidquid contrarium senserint *Paris.cons.49.lib.1. & Menoc.de recuper.possess. remed.15.n.179.sequ. & Gabr.cons.20.n.36. lib.2.& cons.13.lib.1.* Quia contra eos est verior opinio *Rot. per Caputaq.decis.1.lib.3. & coram Card.Pamphilio*
15 *Rom.donationis de Cupis, 5.Iunij 1602.* † Cum etiam dispositio *dict.l.fin.* procedat, vbi contractus cum minore est nullus ob non seruatam solemnitatem introductam de rigore iuris ad fauorem minoris, quia non interuenit decretum, & in reliquis contractus est bona fide celebratus, sed vbi non interuenisset ista bona fides, tuc taciturnitas quinquennij non officeret minori *Bald.cons.45. quandoque contractu, lib.2.* quod alibi non legisse dicit *Natt. cons.162.n.34. Menoch.cons.49.n.49.lib.1.*

Maximè, quia adest constitutio Ægidiana, per quàm præsumitur dolus, & iuramentum metu extortum
16 † non adhibitis solemnitatibus in huiusmodi contractibus minorum, quod facit, vt magis sit præsumendum contra eum, qui ita simpliciter contraxit. Et quamuis in statuto, de quo agimus, non adsit talis præsumptio doli; Tamen dicta constitutio est magis ampla, quàm statutum, & seruatur etiam in toto statu Ecclesiastico, Vnde potest
17 non sine ratione defendi, † quod etiam illa sit attendenda, tanquam in hoc casu loquatur de eo de quo statutum non disponit, prout est decisio *Rot. coram Cardinal. Ludouisio Camerinen. transactionis, 24.Maij 1606.* vbi ita respondet ad *Bald.cons.201.lib.1.* dum voluit, quòd debeat attendi statutum loci, non constitutio generalis in similibus contractibus, & sequitur etiam idem respondendo *Rot.coram R.P.D.Pamphilio, Perusina fideiussionis, 26. Nouembris 1611.ad med.vers. nec etiam obstare quod perusia.*

Neque est dubitandum constare de læsione in casu nostro, Cum statim eo ipso quod minor fideiussit,
18 dicatur † læsus, & ex hoc solo restituatur *l.si Titius & Seia, ff.de fideiussorib.Socin.jun.cons.47.nu.7.lib.*
19 *4.* † Cum fideiubens dicatur donare, & malè vti substantia sua, *Ias.in l.qui pecuniam, nu.1.ff.de pact.* Vnde prouerbium emanauit, quod nulla inuenitur ars, quam addiscere, vel exercere magis damnosum sit addiscenti, vel exercenti, quàm pro
20 aliis fideiubere, † cum adeo onerosus sit contractus fideiussionis, & damnificatiuus, vt in eo nullum lucrum speretur, sed solùm damnum, & amissio patrimonij *Marant.cons.39.n.14.& cons.102.n. 12.Bertazzol clausul.39.n.19.Henrig.de fideiussorib. cap.1.num.10.& 11.*

Vlterius non est omittendum, quod iuramentū nunquam validat contractum, vbi est defectus solem-
21 nitatis, † quamuis enim faciat illum maiorem, tamen alias solemnitates non supplet *Bald.cons.201. in prouincia, n.2.lib.2.Ruin.cons.159.n.15.lib.5.Gab.*
22 *de minorib.concl.5.nu.49.* Maximè † quia non apparet in instrumento, quod minor fuerit certioratus tempore iurisiurādi de beneficio restitutionis, quo casu nihil operatur iuramentum *Cin.in lib.2. quæst.6.C.de rescind.vendit.cum aliis per Simoncell.*
23 *de decret.lib.3.ti.8.n.205.fol.150.* † quamuis ipse dubitet ex multis adductis per *Gabr.conclu.3.de minorib.ad med.* vbi, quod sufficit iuramentum minoris aut mulieri, nec requirit certiorationem, cum sine illa operetur *Bartol.cons.90.colum.1.in auth.sacramenta puberum, col.2.in fin.Cod.si aduers. vendit.*
24 † de qua tamen quæstione videndus est *Tiraquel. in l.si vnquam, in præfat.n.151.cum pluribus antecedentibus & subsequentibus.* vbi in minore requirit istam certiorationem, Quæ tamen non sunt modo præsentis inspectionis: Nam hæc dicta sunt ex danti, cum ex superius adductis satis appareat de nullitate fideiussionis.

Obseruandum est tamen circa illud, quod supra di-
25 ctum est de non adhibitis solemnitatibus, † quod illarum omissio facit, vt iuramentum præsumatur dolo extortum, vnde etiam contractus dicitur dolosus iuxta dispositionem statuti, de quo agimus, quod est simile statuto Vrbis *Caputaq.decis.200.p. 3.* Ideo neque poterit ratificari. *Idem Caputaq.dec. 1.p.3.* cum aliis superius adductis *vers.quarto in hu-*
26 *iusmodi, n.12.* † Hęc autem sunt intelligenda in ratificatione expressa verbis generalibus, secus autem specialibus, quia aliàs esset absurdum, quod minor volens non posset specialiter ratificare actū, quem de nouo

de nouo posset facere, maximè quia generalis dispositio non est æquè potens, ac specialis. Vnde non mirum quod ratificatio generalis non validet contractum dolo initum, siue factis, siue verbo fiat ratificatio, quod non est quando quis expressè & specialiter ratificet talem actum dolosum, tunc enim
27 potest data plena scientia doli, † nam etiam dolus verus de præterito potest remitti, *Cephal. cons. 31. n. 30 Gabr. cons. 13. nu. 1. Surd. cons. 49. n. 11.* & cum illa distinctione intelligendam esse *d. decis. 1. Caputaq.*
28 *p. 3.* † dicit *Rot. coram R. P. D. Litta. Rom. in hæreditatis, 24. Maij 1604. iuxta cons. Ayn. 160. nu. 4. & 5.*
29 Voi etiam declarat eamdem decisionem procedere in ratificatione tacita proueniente ex *l. fin C. de maior. fact.* vel à ratificatione hominis, mediante aliquo actu positiuo, non etiam in ea, in qua ratificans
30 non habebat scientiam doli veri, vel præsumpti, † cum regulariter actus nullus, vt ratificetur, requirat plenam scientiam ipsiusmet doli, ac nullitatis, & omnium qualitatum, *Surd. cons. 49. nu. 32. vsque ad*
31 *44. Gabr. cons. 36. nu. 60. lib. 1.* † Cum secus sit in expressa, vt dictum est. Et ita intelligendus est *Paris. cons. 49. num 56 & 58. lib 1. Menoch. consil. 361. num. 21. vsque ad fin. lib 6. Gabr. cons. 146. n. 14. lib. 1. Rot.*
32 *in d. Romana hæreditatis.* † Vbi etiam subdit *decis. 1. Caputaq. lib. 3.* habere locum quando vltra dolum à statuto præsumptum concurrunt aliæ præsumptiones, ex quibus resultat dolus verus *Gabr. cons. 20. n. 37. lib. 2.* cui tamen contradicunt ea quæ superius dicta sunt *vers. quarto in huiusmodi, num. 12.* ex decisione *Rot. coram Card. Pamphil. Rom. donationis de Cupis, 5. Iun. 1602.*

EPITOME.

Contractus conditionalis an dicatur imperfectus tam respectu periculi & actionis, & obligationis, quàm rescissionis, ita vt in eo sit locus pœnitentiæ. ¶ Declaratio, seu reuocatio voluntatis quando probet ad fauorem absentis. ¶ Confirmatio Apostolica an sit facienda in vita subinfeudantis, vel sufficiat illam fieri post mortem. ¶ Venditio facta saluo assensu domini an valeat, ita vt amplius non requiratur consensus cōtrahentium, postquàm superuenit licentia. ¶ Et an illa retrotrahatur ad diem contractus. ¶ Maritus an sine mandato possit gerere negotia vxoris etiam quo ad bona paraphernalia. ¶ Mediatori an sit credendum circa qualitatem contractus tam in esse deducti. ¶ Alienans rem ecclesiæ saluo beneplacito Apostolico an possit interim pœnitere, antequam Papa consentiat. ¶ Vel post obtentum beneplacitum ante sententiam executoris, cui commissa est causa si in euidentem. ¶ Et an dictum beneplacitum sit conditionale, seu potius impediat executionem in tempus, postquam de vtilitate alienationis constiterit.

SVMMARIVM.

1 *Contrahentes non possunt recedere à contractu conditionali pendente conditione.*
2 *Contractus, in quo debet interuenire consensus domini, est perfectus quo ad ipsos contrahentes, qui non possunt pœnitere antequam præstetur.*
3 *Alienatio rei ecclesiæ secuto Papa assensu an valeat, ita vt non sit locus pœnitentiæ antequam Papa consentiat. Et quid in hoc operetur iuramentum, 4. 5. 6. 7. 8. & 10.*
9 *Alienans saluo beneplacito Papæ non potest pœnitere postquam illud fuit obtentum, quamuis non sit sententia executorum, quibus est commissa causa si in euidentem.*
11 *In mandato de confirmando cum clausula Si in euidentem, beneplacitum non est conditionale, quo ad eius substantiam, sed solum impeditur executio, qua differtur in tempus, postquam de vtilitate alienationis constiterit.*
12 *Venditio facta salua licentia domini est valida, nec requiritur alius consensus contrahentium postquam superuenit licentia, quæ retrotrahitur ad diem contractus in præiudicium illorum, non autem tertij, num. 13.*
14 *Confirmatio Apostolica debet fieri in vita subinfeudantis, non ipso mortuo propter ius quæsitum successori, & nu. 15. Intellige vt nu. 16.*
17 *Casus in quibus aliquid retrotrahitur operantur solum in præiudicium illius, qui actum fecit, non alterius.*
18 *Contractus conditionalis est imperfectus respectu periculi, & actionis, quæ non nascitur ante purificatam conditionem, non quod sit locus pœnitentiæ, cuius respectu dicitur perfectus.*
19 *Depositio testis debet acceptari in totum, nec potest diuidi, prout etiam fit in instrumentum.*
20 *Declaratio voluntatis facta etiam in publico instrumento inter alios gesto non probat ad fauorem absentis.*
21 *Reuocatio voluntatis debet fieri in scriptura, vt plenè probet pro absente, & non sufficit quod prius sit facta viua voce & postea redigatur in scriptis.*
22 *Testes præsumuntur consocies, quamuis hoc non exprimant.*
23 *Testis deponens de facto proprio magis probat.*
24 *Maritus potest gerere omnia negotia vxoris, etiam sine mandato, siue sint in bonis dotalibus siue paraphernalibus.*
25 *Argumentum à solitis valet in materia probationis.*
26 *Instrumentum productum probat contra producentem.*
27 *Solutiones, & omnia alia gesta cum eo, qui contraxit etiam nomine alterius sunt valida, & inducunt liberationem, quamuis non constet de mandato, n. 28.*
29 *Mediatori creditur quando agitur de probanda qualitate contractus tam in esse deducti. Et de ratione, num. 30.*

CAPVT DXIV.

Ante superuenientiam consensus Domini te-statur in locatione seu venditione Dni non
1 licuisse pœnitere, † Nam licèt contractus fuerit cōditionalis, Tamen non potest aliqui ex contrahentibus pendente conditione à contractu recedere, quando ille fuit celebratus gratia vtriusque, neque conditio dicitur defecisse, donec consensus domini fuerit præstitus, & sic contractus, quamuis sit cōditionalis est tamen perfectus quo ad ipsas partes antequam sequatur licentia domini, adeò vt nō liceat alteri contrahentium alio inuito pœnitere *Gloss. in l. necessario 8. §. si ita res venerit, in verb. sicut, post med ff. de peric. & commod. rei vendit. Alex. cons. 40 circa primum, n. 2. lib. 5. Ceph. cons. 118 à 3. & 28.*
2 *lib. 1.* † Et in specie consensus, de quo agimus *idem Cephal cons. 9. n. 8. & 9. late Rol. cons. 6. n. 7. & 8. lib. 4. post Affl. in c. 1. n 31. de vasall. qui cont. constit. Lotharij & in c. imperialem, in 16. notab. n. 37. & in 24 notab. n. 54. de prohib. feud. alien. per feder. Luc. de Penna.*

l nulli 13. colum. 2. ad med. vers. sed de feudo quid fiet, C. de fund. patrimonial. lib. 11. Corbul. de caus. priuat. ob alienat. irrequisit. domin. fact. ampliat. 31. num. 10. post princ. vers. & licet daremus hanc alienationem, Surd. consil. 38 num. 9. & 10. Molin de primogenit. hispan. lib. 4. cap. 3. num. 48. Frecc. in constit. diu memor. limit. 4. quem refert *Prax. Archiepiscop. cap. 406. num 4.*

Quod etiam est in alienatione rei ecclesiæ, si Papa
3 consenserit, † seu saluo Papæ assensu, in qua non
habebit locum pœnitentia, antequam requiratur
Summus Pontifex an velit consentire, maximè si
alienans promisit cum iuramento non reuocare,
cum à pari procedat, quod dispositio fiat tempore
habili, vel quod sit facta tempore inhabili, dum-
modo tamen conferatur in tempus habile *l. si quis
locuples 56. ff. de manumis. testam. l. in tempus 62. ff de
heredibus instituen. l. cum hereditas 5. ff. qui & à qui-
4 bus manum lib. non fiant.* † Quidquid velit *Gl. in cap.
si quis presbyterorum 6. in verb. alienator. de rebus ec-
cles. non alienand.* Quia non loquitur in alienatione
collata in tempus habile, sed in eo qui simpliciter
alienat in præiudicium ecclesiæ, talis enim tenetur
reuocare alienationem, etiam si iurasset, cum iura-
mentum sit illicitum *cap. intellect. de iur. iur.* Quod
5 non est in alienatione conditionali, quæ ante con-
ditionis euentum nullum ius transfert in empto-
rem, nec in aliquo præiudicatur ecclesiæ, cui fru-
ctus debentur medio tempore dum alienatio est in
pendenti argumento *l. serui. ff. de pericul & commo.
6 rei vendi.* † & in specie alienationis rerum ecclesiæ
factæ saluo beneplacito Apostolico, quod non sit
locus pœnitentiæ concludit *Prax. Archiepiscop.
Neapol. cap. 106. num. 4.*

Verùm in hoc obseruandum est quod quidquid dica-
tur *in d. Prax. Archiepiscop.* Contrarium est verius
7 circa alienationes bonorum Ecclesiasticorum, †
Nam si illa alienentur saluo, & reseruato benepla-
cito Apostolico erit locus pœnitentiæ antequam
obtineatur beneplacitum, Cum talis reseruatio o-
peretur, vt actus antea gesta nullum procedat ef-
fectum *Caputaq. decis. 205. nu. 3. p. 1. Mohed. decis.
1. de simon. Rot. coram R. P. D. Dunozet. Ferarien. bo-
8 norum 16. Iunij 1614. in fin.* † vbi etiam quod ex hoc
interim est locus pœnitentiæ iuxta *dec. Rot. coram
Car. Platto Syracusana præeminentiarum 5. Nouem.
1588.* licet postquam fuerit obtentum beneplaci-
9 tum non posset alienans pœnitere, † quamuis non
fuerit secuta sententia confirmatoria per executo-
res, quibus fuit cōmissa causa si in euidentem, &c.
*Rot. coram R. P. D. Rubeo. Leodien. domor. 10. Maij
1576. & coram. Card. Blanchetto. Romana locationis,
10 4. Iunij 1584.* in quibus † respondetur ad auctorita-
tes Doctorum *in cap. super eod. de condit. apposit.* &
ita pluribus causis seruatum fuisse testatur *Rot. co-
ram Cardin. Lancellotto Nullius emphyteusis de
Guastalla 16. Nouembris* 1607. vbi etiam additur
11 non obstare, quamuis versaremur in mandato de
confirmando cum clausula Si in euidentem, quia
non ideò beneplacitum est conditionale quo ad
eius substantiam, licèt enim sit impedita executio
beneplaciti Apostolici, quæ est dilata in tempus
postquam de euidenti vtilitate constiterit, nihil-
ominus effectus eius statim ab initio operatur,
nam quod cedat, vel non cedat in euidentem
Ecclesiæ vtilitatem, est omnino certum in rerum
natura, licèt incognitum, & propterea eius liqui-
datio non suspendit effectum beneplaciti Aposto-
lici, vt fuit etiam dictum *in supradicta causa Leo-
dien. coram R. P. D. Rubeo.*

Quo stante facilè tollitur obiectum, quod obtento
beneplacito domini debeant iterum partes con-
trahere, adeò vt hoc non facto venditio sit nulla,
12 Quia † non requiritur amplius alius consensus
contrahentium, quandocumque enim postea ad-
impleatur conditio, perinde est ac si contractus
ab initio fuisset purus, prout è contra, si illa con-
ditio deficit, idem est, ac si contractus conditiona-
lis non fuisset *Dec. in l. pecuniam 36. nu. 4. in 2. notab.
ff. si cert. petat. Ang. in l. vltim. §. Titius hæres, ad fin.
vers. in contractibus autem, de vulg. & pupill. Surd.
13 cons. 38. n. 9 lib. 1.* † Ita vt iste consensus postea sub-
secutus retrotrahatur ad diē contractus in præiudi-
cium ipsius, quidquid sit respectu tertij, in quem
medio tempore est facta alienatio cum assensu *Af-
flict. decis. 286. n. 2. & decis. 335. nu. 12. & ibi Vrsill. in
add.* de qua multa *Marin. Frecc. de subfeud. q. 30.*
14 † Exemplo confirmationis Apostolicæ, quæ debet
fieri in vita subinfeudantis, nam ipso mortuo esset
ius quæsitum successori in cuius præiudicium non
valet *Roland. cons. 2. num. 146. lib. 1. Bursat. cons. 89.
num. 29. lib. 1 Paris. cons. 18 num. 10. lib. 1. & cons. 14.
num. 2. & 3. eod. lib. Afflict. decis. 335. num. 12. & ibi
Vrsill. num. 9. Ioan. Vincent. Ann. alleg. 66. num. 4. &
allegat. 67. num. 3. Schrader. de feud. p. 8. cap. 4. num. 3.
Ludou. Molin. de primogenit. hispanor. lib. 2. ca. nu.
15 20. fol. 241.* Et † fuit opinio *Isern. c. 1. §. donare, col. 4.
qualit. feud. olim. poter. alienar. & in cap. 1. n. 15. vers.
item quid Titius, de prohib. feud. in alienat. per feder.*
16 † Intelligendo iuxta ea, quæ latè declarat *Roland.
cons. 97. num. 46. vsque ad 54. lib. 1.* Et facit generalis
regula, quod in casibus, in quibus aliquid retrotra-
hitur, numquam intelligitur in præiudicium alte-
17 rius, nisi illius, qui actum facit, vt in collatione,
confirmatione, fictione, legitimatione, restitutio-
ne, conditione, & in similibus actibus adductis per
Tiraq de retract. conuent. glos. 1. n. 71. cum seq.

Immo quamuis talis contractus à principio fuisset
nullus, tamen ex superuenienti licentia esset con-
ualidatus absq; noua declaratione, cum sit eadem
ratio in retinendo iam factum, quę est in faciendo
de nouo *Ias. in l. quominus q. 21. n. 119. ff. de flumini-
bus post Bart. in l. si quis filio exheredato, §. irritum, ff.
de iniust. & irrit. testam. Alex. in l. & militibus, C. de
testam. milit. Boer. decis. 263. col. 18. ad fin. nu. 27.*

Quæ autem dicuntur de imperfectione huiusmodi
contractuum conditionalium debent intelligi,
18 quod sint imperfecti † respectu periculi, & actio-
nis, & obligationis, quæ non nascitur ante purifi-
catam conditionem & consensum præstitum, non
quod liceat à tali contractu discedere, & sit locus
pœnitentiæ, quia hoc respectu habent omnem
perfectionem *Castr. in l. 2. C. quand. lic. ab emp. dis-
ced. Affl. dec. 280. n. 3. vsq; ad 7. Paris. cons. 39. n. 3. li. 1.
Tiraq. de retr. lignag. §. 1. glos. 2. n. 26. Couar. pract. q.
c. 3. n. 6. Surd. cons. 38. n. 11. & 12. lib. 1.*

Neque obstat, quod quamuis hoc sit de iure, Ta-
men in casu nostro videbatur contrarium dicen-
dum, cum per testes probetur fuisse dictum per v-
num ex contrahētibus, quod nolebat amplius ven-
ditionem habere locum; Quia respondetur, quod
per eosdem testes subditur non fuisse acceptatam
huiusmodi reuocationem voluntaris, prout ve-
rè non tenebatur acceptare, cum non esset am-

plius

plius locus pœnitentiæ post actum perfectum, vt
19 dictum est *supra in prin.n.1.*† ex quo sequitur quod
tales dispositiones testium nihil probant, cum debeant
acceptari in totum, nec possint diuidi tanquam
probatio fidei sit indiuidua, sicut etiam iuramentum
est indiuiduum *Alex.cons.70.n.3.in fin. lib.1. Bald.in l.un. 2, post med. de legib. Aym.cons. 201.nu 7. Salic.in auth.& consequente, num.3.C.de sentent.* cum aliis per *Cott.in memor.in verb.testis fides, princ.& in verb.iuramentum, nu.1. Vincent.de Franc.decis.175 n.6 in fin.*

Amplius neque talis declaratio, seu reuocatio volun-
20 tatis probaret ad fauorem absentis, † quamuis etiam
esset facta in instrumento publico inter alios
gesto. *Bart.in l.admonendi, n.32.vers.itē quæro quod si instrumentum, & ibi Iaf.n.148.de iur.iur. Cin.in l. antiqua, n.6.qu 3.C.ad Vellean. Surd.cons.60.n.19.*
21 *vsque ad 23.lib 1.*† vbi etiam quod requiritur scriptura,
in qua debent fieri tales declarationes, &
confessiones ad hoc vt plenè probent ad fauorem
absentis, nam aliàs illæ non probarent, quamuis
essent prius factæ viua voce, & postea in scriptis
redigerentur, quia ista redictio in scripturam non
facit, ✓ dicatur declaratio facta in scriptis *Bart.in l.nuda ratio.n 4.in fin.vers.non obstat, ff.de donation. Rum.cons.1 .nu.18. lib.5. per text.in l.certum, § si quis absente, ff.de confess.*

Quo vero ad consensum an fuerit probatum illum
fuisse præstitum venditioni prædictæ, ita vt restitutio
in integrum sit concedenda; ex testibus vltimo
loco examinatis apparet hoc concludenter probari,
cum omnes deponant de requisitione Domini,
& de illius beneplacito, & sint omnes in hoc con-
22 cordes, & vnus nominet alium in contestem. † Vnde
plenam fidem faciunt, quamuis etiam præsumentur
contestes, l. cèrtitam qualitatem non exprimerent,
Bald.in l.2.C.de bonor.possess secund.tabul. Socin.cons.143.col.4.ad n.ed.vers.confirmantur hæc, n.9.ad fin.lib.1. Aym.cons.78.n.9. Vltra quod adest
etiam depositio ipsiusmet principalis, qui probat
23 huiusmodi consensum præstitisse, † cui tanquam
deponenti de facto proprio magis creditur, cum
præsertim de eius interesse non agatur *Castr.in l. quicumque, in fi.C.de seru.fugitiu. Sal.in auth.si quis decurio.opposit.4 C.ad leg.Cornel.de fals. Socin.iun. cons.31.n.33.lib.2. Tiraq.de retract.lignag.glos.24.§. 1.n.47.consil.93.lib.2.*

Nec erat requirenda vxor pro tali consensu tanquam
domina domus, vt præsupponitur: Quia sufficit in-
24 teruenisse beneplacitum ipsius mariti, † qui potest
agere omnia negotia vxoris, quamuis non adsit
mandatum, quasi illud habeat ex legis dispositione
Roland.cons.64.n.1.lib.4. Honded.cons.66.n.23.li.1.
siue simus in bonis dotalibus, siue in paraphernalibus,
in quibus etiam censetur habere mandatum
quo ad illorum administrationem *Tiraq.de retr.lignag.§.10.glo.1.n.1.* Cum etiam huiusmodi negotia
locationum non tractentur cum vxoribus, sed cū
eorum maritis, qui passim locant domos vxorum,
25 & exigunt pro eis pensiones, † quod argumentum
a solitis valet in materia probationis *Bald.cons.70. col.1. Aym.cons.297.n.3.* Immò etiam testes pro aduersario
adducti probant domum, de qua agimus,
esse dotalem, quo casu magis ad maritum spectat
locare tanquam in dote habeat maiorem auctoritatem,
l doce ancillam, C.de rei vendic. Doctor.in l. diuor.§ si vero, ff.solut.matrim.

Nec facit, quod requirebatur etiam cōsensus sororis
tanquam dominæ pro dimidia domus: Quia constat
illam fuisse locatam per solam Portiam, & per
eam appositum pactum, per quod conductor fuit
26 prohibitus sublocare, † vt in instrumento per
partem aduersam producto, quod probat contra
producentem *c.cum olim, de censibus Aym.cons.77. num.8.* Vnde satis fuit requirere illius consensum
omissa licentia sororis, cum qua non fuit contractum,
neque per eam aliqua conuentio apposita,
27 † ideò solutiones pensionum, & omnia alia gesta
cum eo, qui contraxit etiam nomine alterius sunt
valida, & inducunt liberationem. tanquam facta
ex contractu cum eo celebrato *Bart. in l.quod seruus, de solut. Dec.in l.filius l.paciscendo, C.de pact. Bec.cons.19.n.5.& 6. Tiraq.de retr.conuent §.glos.9.*
28 *in fin.* cum aliis per *Surd.cons.43.nu.2.* † Quamuis
etiam non constaret de mandato legitimo, *Afflict. decis.147.*

Neque est omittendum, quod non probatur spectare
ad Antonium onus obtinendi huiusmodi licentiam
a locatore principali domus, cum potius
hanc curam susceperit Aduersarius, vt pro-
29 bat secundus testis, † cui est credendum tanquam
mediatori, cum agatur de probanda qualitate
contractus iam in esse deducti *Rot. Ianuens.decis. 79.nu.4 & decis.188.nu.9.post Salic.in l.nullus, ff de testib. Alex.cons.127. in fin. vers.in proposito autem*
30 *nostro, lib.7.* † Quasi tunc cesset ratio proprij commodi,
& præsumptæ affectionis, per quàm proxeneta
solet remoueri a testificando *idem Alex. consil.53.lib.1.*

EPITOME.

Depositum quando dicatur conditionale, & nō sit admittendum. ¶ Clausula non aliter quid operetur. ¶ Coniunctus an possit recipere solutionem pro coniuncto. ¶ Citatio ad docendum se soluisse an æquiparetur citationi ad soluendum ad hoc, vt sit remissa caducitas. ¶ Petitio canonis quando inducat remissionem. ¶ Et an debeat intelligi cum effectu, vt scilicet petens consecutus fuerit quod petiit. ¶ Et an sit soluendum sine contradictione, & dilatione ac statim sine termino. ¶ Exceptio habens causam successiuam, & reiterabilē an possit quandocumque opponi. ¶ Dominus si post alienationem feudi, aut ob non petitam inuestituram admittit vasallum donec stat res alienata, vel cessatur in petēdo inuestituram an possit mutare voluntatem, recurrere ad caducitatem. ¶ De differentia inter conductorē, & emphyteutā quo ad multiplicitatem pœnarum. ¶ Caducitas ob non seruata pacta an sit pœna, seu natura contractus. ¶ Mora quando purgetur, & concedatur restitutio ¶ Negotio dominij an inducat priuationem à cōmodo locationis. ¶ Compēsatio in quibus casibus admittatur, seu denegetur etiā contra executionē sententiæ. ¶ Petens solutionem canonis an possit redire ad viam rescissionis contractus. ¶ Tacita remissio non implementi an operetur tā respectu inobseruantiæ iam commissæ, quàm futuræ. ¶ Iuramentū an habeat vim clausulæ rato manēte pacto. ¶ Petitio extraiudicialis an inducat remissionem, sicut iudicialis. ¶ Liberatio, Remissio, vel quod quis non possit expelli an iuuet si nullus pro absente acceptet, & quando possit reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Clausula Non aliter, habet vim resolutionis contractus & excludit purgationem moræ, n.2.& 29.*

3 *Dispositum continens conditionem extrinsecam non attenditur.*

4 *Conditio facit actum diuersum ab actu puro.*

5 *Consensus fratris ad effectum reuocationis sequestri non suffragatur.*

6 *Coniunctus non potest recipere solutionem pro coniuncto, quamuis haberet communionem, & offerret cautionem.*

7 *Protestatio conseruat ius protestantis.*

8 *Protestatio contraria facto non iuuat.*

9 *Petere, & accipere paria sunt ad effectum remissionis caducitatis.*

10 *Citatio ad docendum se voluisse an æquiparetur citationi ad soluendum ad hoc vt dicatur remissa caducitas.*

11 *Petitio canonis, vt inducat remissionem, debet intelligi cum effectu, ita scilicet, vt petens consecutus fuerit quod petit, nu.12.13.15.16.18.19.21.& 58. Et debet solui sine contradictione & dilatione, & statim sine termino, num.22.*

14 *Si post alienationem feudi, aut ob non petitam inuestituram dominus admittat vasallum, donec res stat alienata, vel cessatur in petendo inuestituram potest mutari voluntas, & recurri ad caducitatem.*

17 *Exactus si debitum non soluit non potest sibi celeriter prouidere.*

20 *Exceptio habens causam successiuam, & pluries reiterabilem potest quandocunque opponi post quemcumque terminum.*

23 *In conductore non cadit multiplicitas pœnarum sicut in emphyteuta, qui vltra expulsionem perdit melioramenta, & vtile dominium.*

24 *Caducitas à commodo locationis ob non seruata pacta, non est pœna, sed natura contractus.*

25 *In dispositione hominis potest apponi conditio magis sibi visa ad excludendam purgationem moræ.*

26 *Mora non purgatur quando fit deterius ius domini.*

27 *Restitutio non conceditur vbi de iure mora non purgatur.*

28 *Mora non potest purgari in acquirendis.*

30 *Negotiatio domini inducit priuationem à commodo locationis.*

31 *Compensatio admittitur ipso iure ad euitandam moram, & pœnam, ita vt sufficiat credulitas, quod quis sit creditor, n.32. Intellige vt n.33.& 35.*

34 *Iuramentum, & promissio soluendi in pecunia numerata excludit compensationem, n.37 & 38. Prout etiam si debitum esset liquidandum, num.36. Declara vt num.40.41.*

39 *Debitum litigiosum potest deduci in compensationem, dummodo sit liquidum.*

42 *Exceptio quantitatis facilius admittitur, quàm substantia negotij.*

43 *Præsuppositum prius est verificandum, vt possit habere locum dispositio.*

44 *Liquidatio non conceditur in præiudicium debiti liquidi.*

45 *Debitum quod prætenditur compensari debet esse æquale credito, de quo si non constat, est offerendum residuum.*

46 *Solutio particularis non admittitur inuito creditore.*

47 *Solutio ficta non debet operari plusquam vera.*

48 *Compensatio admittitur contra executionem sententiæ, quando debitum iam esset liquidatum.*

49 *Iniustitia, vt dicatur notoria, debet esse talis, vt non possit aliquo modo defendi.*

51 *Petens solutionem canonis potest redire ad viam rescissionis contractus, si petitio non acceptetur, n.52.*

53 *Obligatio intelligitur iuxta formam præcedentis declarationis.*

54 *Tacita remissio non implementi proueniens ex receptione, seu petitione operatur solùm respectu inobseruantiæ iam commissæ, secus illius, quæ nondum euenit.*

55 *Voluntas tacita, quæ ex actu colligitur, non debet extendi vltra, quam ex ipso actu de necessitate infertur.*

56 *Renunciatio in dubio non præsumitur.*

57 *Iuramentum habet clausulam Rato manente pacto.*

59 *Decisiones præcisæ tollunt dubitationem.*

60 *Petitio extraiudicialis non inducit remissionem, sicut iudicialis.*

61 *Remissio caducitatis nihil operatur, si nullus pro absente acceptet.*

62 *Nullum ius acquiritur absenti, nisi nuncius, aut epistola intercedat.*

63 *Dispositio liberatoria, vel quod quis non possit expelli non iuuat, nisi pro absente aliquis recipiat, & n.64.*

65 *Remissio non obest remittenti, & potest reuocari ante acceptationem.*

CAPVT DXV.

Mandatum de associando dicebã fuisse legitimè cõcessum, neque esset reuocandũ, Constat enim non fuisse adimpleta contenta instrumẽto locationis, de qua agimus, ob quorum in obseruantiã licuit capere possessionem auctoritate propria, & associetatem petere iuxtà formam pacti iu-
1 rati † cum clausula, nõ aliàs, &c. quæ habet vim resolutionis contractus *l. volũtate, ff. quib. mod. pig. vel hypot. soluit, Menoc. cons. 26. n. 4. & 33. Tira. de retr.*
2 *lignag. §. 8. gl. 6. n. 1. & 2.* † Adeò vt tunc neque detur aliqua purgatio moræ *Put. decis. 66. lib. 2.*

Non obstat prætensum depositũ, cum illud fuerit factum cum clausula, & protestatione non consignãdi, nisi reuocatis sequestris productis cum ipsomet
3 deposito. † Vnde tanquàm non liberum, nec purũ & continens conditionem extrinsecam non debet attendi *Bald. in l. acceptam 19. col. 4. in princ. verb. quarto quæro, n. 14. C. de vsur. Neguf. de pignorib. p. 5. m. 1. part. 2. n. 20. vers. tertio quæritur, Iason. cons. 9. col. penult. post med. n. 15. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 523. n.*
4 *21. lib. 5.* Quasi † tunc talis conditio faciat actum diuersum ab actu puro *Ang. in l. qui liberis, 8. princ. & ibi Imol. n. 2. ff. de vulg. & pupill. Alex. in l. 1. § si quis simpliciter, col. 1. post med. vers. & retenta opinione, n. 5. de verb. obligat.*

Nec prodest prætensa reuocatio sequestrorum, Quia
5 non sunt reuocata omnia, prout requiritur, † Cum etiam consensus fratris ad hunc effectũ reuocationis non sufficiat, qui non potuit nomine sororis sequestrum per eam factũ reuocare, cum requiratur speciale mandatũ, neq; sola coniunctio siue fraterna, siue paterna operatur, vt coniunctus possit ali-
6 quid facere in præiudicium coniuncti † recipiendo solutionem, vel quid simile faciendo *Alex. cons. 4. n. 5. in fin. lib. 2.* Quamuis cõiuncta persona haberet cõmunionem *Ias. in l. 1. ff. solut. matrim.* Et quamuis etiam coniunctus vellet offerre cautionem de rato *Imol. in l. vero procuratori, nu. 1 ff. de solutionib.*

Nec facit exactio pecuniarum, de quibus in dicta cedula,

cedula, Quia non fuit facta vigore mandati prius obtenti sub ficto nomine D. Pompeij expediti die 17. Ianuarij 1606. sed in vim alterius mandati relaxati per alium Iudicem sub die 3. Octobris 1606. & sic post nouem menses cum clausula Sine praeiudicio iurium D. Pompeij, & post captam possessionem vigore morae incursae, & pro pensionibus maturatis vsque ad diem ingressus dictae possessionis, Adeò vt ex praedictis non censeatur remissa contrauen-
7 tio, † cum per talem protestationem conseruetur ius protestantis, *l. si debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. Dec. cons. 42. in fin.* & in proposito contrauentionis *Surd. de alim. tit. 9. q. 26. nu. 155.*

Immò quamuis dicta exactio fuisset facta vigore primi mandati, quod tamen negatur, nihilominus illa non praeiudicaret, cum non sit incompatibile, vt possint recipi pensiones praeteritae, & quod non recedatur à caducitate acceptata, & detur expulsio conductoris, cum stante dicta protestatione eligendo vnum non sit alteri renunciatum, quidquid sit in receptione pensionum pro tempore decurso post caducitatem, quasi non possit quis haberi pro
8 conductore, & pro non conductore, † Vnde tunc non iuuaret protestatio tanquam contraria facto *Card. in c. potuit, q. 14. locat. Clar. in §. emphyteos. q. 10. in princ. Rim. Iun. cons. 619. n. 48. Surd. decis. 317. n. 24. & 25. & de alim. tit. 9. q. 26. in fin.*

Minùs facit praetensa citatio ad soluendum affictus post acceptatam caducitatem, quasi per eam videatur illa remissa, Quia citatio solùm fuit facta aduersario ad docendum se soluisse, non autem ad soluendum, & ista sunt diuersa, vt patet ad sensum, Nam per citationem ad docendum de solutione, non inducitur remissio, quasi tunc citans solùm intendat interpellare partem, vt doceat de adimplemento, quo non docto nullum praeiudicium fit citanti, adeò vt rectè potuerit petere mandatum de associando, quod non est in citatione ad soluendum, tunc enim per eam inducitur effectus remissionis caducitatis, non secus ac si recepisset,
9 cum paria sint petere, & recipere *l. ad solutionem, Cod. de re iudic. Salic. in l. commissoria, vers. & faciunt haec quod si dominus, Cod de pact. inter empt. & vend. Ruin. cons. 119. num. 4. lib. 5. Tiraquell. de retract. conuent §. 1 gloss. 2. nu. 64.* Maximè quia citatio solùm
10 est ad docendum se soluisse, † neque enim subditur aliàs ad videndum relaxari mandatum, tunc enim videretur etiam peti solutio, quod non est quando ista verba non adsunt, Et quatenus etiam aequipararetur ista citatio ad docendum se voluisse cum illa ad soluendum, vt videtur iuuare *Rot. coram Cardin. Lancellotto, Romana vineae, 7. Iuny 1610.*
11 Tamen talis petitio † vt praeiudicet debet intelligi cum effectu, ita scilicet, vt petens consequutus fuerit quod petit, prout declarat *Petr. de Bellapertic. in lib. commissoria, in fine, Cod. de pact. inter emptor. & venditor. Castrens. in lib. 1. numer. 11. cum seq. Cod. eod. tit. per text. in l. nihil, §. cum filius, de inoffic. testamento,* & tanquam veriorem opinionem comprobat *Corbul. de caus. priuation. ob non solut. canon. limitat. 21. num. 11. ad medium, fol. 478.* Et quamuis
12 † *in fin.* relinquat cogitandum, Tamen dicta sententia est tenenda, quia emphyteuta requisitus à Domino, vt canonem soluat, si soluere negligat, dicitur constitutus in noua mora, quae debet illi praeiudicare *Sadol. in l. quod te, num. 44. ff. si cert.*
13 *petat.* † Maximè cum vltra *Bellapert. & Castren. supra adductos* idem etiam teneat *Cassan. consil. 11. in fine, num. 96.* vbi hoc notat, quod si actus, ex quo causatur caducitas, haberet tractum successiuum, tunc etiam post actum, per quem resultat remissio caducitatis, debet perseuerare actus, per
14 quem caducitas nascitur, † videlicet si post alienationem feudi, aut ob non petitam inuestituram dominus post annum admittit vasallum, donec res stat alienata, vel cessatur in petendo inuestituram, poterit mutari voluntas stante ista negligentia, & recurri ad caducitatem, quasi videatur vasallus continuò alienare stando in pertinacia
15 continuae alienationis † *Butr.* qui eandem opinionem comprobat *consil. 22. visis punctis & quaesitis. colum. 2. post princ. vers. nisi non subtiliter, numer. 3. & 4.* & licet subdat non audere illam firmare, quia
16 non habet Glosam aut Doctorum, † Tamen poterat allegare *Speculat. de location. §. nunc aliqua, quaest. 84. num. 106.* vbi clarè istam sententiam firmat, Nam inspecto antiquo, & communi iure non licebat soluere post praefixum tempus, immo res emphyteotica moroso auferebatur, & cum hodie additum fuerit iuri communi, vt sibi possit celeri satisfactione prouidere per *textum in cap. potuit, de loca.* istud est intelligendum quo ad
17 effectualem solutionem, nam † qui axactus debitum non soluit, non potest dici sibi celeriter prouidere, quod etiam sequitur *Albert. in l. 2. in fin. post Cin. ibi etiam in fin. Cod. de iur. domin. impetrand. per l. nihil interest, §. primo, ff. de inoffic. testam.*
18 † quod etiam voluit *Gloss. in l. de lege, 6. in verb. accepisset, ff. de leg. commissor.* & quamuis *l. nam & postea 7. ff. eodem titul.* videatur dubitare, Nihilominus cum habeamus tot auctoritates Doctorum, & rationes supra adductas, ita est tenendum,
19 † prout clarè concludit *Praepos. in cap. 1. col. 3. post med. vers. sed in quantum ista, num. 5. in princ. quo tempor. mil. inuestitur. peter. deb. Tiraqu. de retract.*
20 *conuention. §. 1. gloss. 2. numer. 64. ad fin.* † Exemplo exceptionis habentis causam successiuam, & pluries iterabilem, quae potest opponi quandocumque post quemcumque terminum, ex quo insurgit iudicij approbatio *Butr. cons. 22. num. 3. ad fin. vers. sic. &*
21 *dicimus de exceptione, colum. 2. post princ.* † & in hac opinione etiam residet *Card. in cap. potuit, q. 19. n. 14. in fin. post Innoc. ibid. ad fin. vers. respondemus, & ibi Ioan. Andr. & Host. in fin. vers. sed quid si post tempus,*
22 *& vers. dicendum est igitur, de locat.* vbi etiam quod debet soluere sine contradictione, & dilatione, & statim sine termino, & ita consulendo, & iudicando seruandum esse testatur *Anchar. consil. 420. col. penult. ad med. vers. venio ad 3. dubium, num. 4. Bero. cons. 116. num. 12. lib. 2. Surd. decis. 221. nu. 18. Schrad. de feud. 2. par. 9. par. princ. sect. 14. nu. 31. vers. 22. concludo fol. 744.*

Maximè quia sumus in simplici conductore, non in
23 emphyteuta, inter istos enim adest differentia, † cum in eo non cadat multiplicitas poenarum, prout in emphyteuta, qui expulsus perdit melioramenta, & vtile dominium, Vnde esset absurdum quod ad pensionem quoque teneretur, & dominus duplex lucrum acquireret, quod non consideratur in simplici colono, à quo potest peti pensio, quamuis expellatur *l. colonus 61. ff. locat.* & ita distinguit *Ias. in l. 2. num. 124. C. de iur. emphyt, Surd. de alim. tit. 7. q. 18. num. 46.*

Neque obstant quae dicuntur de purgatione morae

ad euitandam pœnam, quia ſumus in caducitate à
commodo locationis ob non ſeruata pacta conuen-
24 tionalia, † quo caſu non poteſt dici, quod ſimus in
pœna, ſed natura contractus *Bald. in l. placet 5. nu. 3.*
ut 3. notab. C. de ſacroſ. eccleſ. Redoan. de reb. eccleſ. non
alienand. in fin. tit. de caducis ob inobſeruant. pactor.
n. 12. Corbul. de cauſ. priuat. ob res deteriora. n. 6. Surd.
deciſ. 29. nu. 11. poſt med. Bero. conſ. 125. nu. 7. lib. 1. cum
aliis per *Burſat. conſ. 253. n. 12. lib. 3.* Præſertim, quia
ſumus in diſpoſitione hominis habentis facultatem
25 in re ſua apponere conditiones ſibi viſas, † quod
facit ceſſare purgationem moræ nulla habita conſi-
deratione æquitatis canonicæ *Pariſ. conſ. 19. n. 246.*
libro 2.

Accedat quod ſi admitteretur talis purgatio moræ fie-
ret deterius Ius D. Pompeij tanquam non poſſet
vendere ſuum officium multò pluris, quàm fuit
26 conuentum cum Aduerſario non obſeruante, † quo
caſu non datur purgatio moræ *Pariſ. dict. conſ. 19. n.*
240. lib. 1. Caputaq. dec. 230. n. 3. p. 2. Ita vt neque de-
27 tur reſtitutio in integrum, vbi † de iure non poteſt
purgari mora *Alex. in l. in lege, §. in inſulam, col. 11.*
verſ. vltimo fallit, D. de verb. oblig. Caputaq. deciſ. 96.
p. 3. Maxime, quia pars aduerſa tractat de acquiren-
do augmentum dicti officij ſibi promiſſi pro minori
28 pretio, † quod excludit purgationem moræ tan-
quam ſimus in acquirendis *Bart. in l. ſi inſulam, col.*
penult. vbi Iaſ. num. 39. Rip. numer. 115. de verb. oblig.
Bald. in l. ſi ſuper poſſeſſione, in fin. C. de tranſact. &
in l. Titius, de excuſat. tutor. ſtante præſertim pacto
29 reſolutiuo, † de quo in caſu noſtro, quod facit, vt
mora non poſſit purgari *Put. deciſ. 66. lib. 3. Cupu-*
taq. deciſ. 230. in fin. p. 2. cum aliis per *Grat. conſ. 93.*
num. 61. lib. 1.

Vlterius ſtante negatione dominij officij per Aduer-
ſarium facta, & longa, & iniuſta liti ſuper hoc habi-
30 ta, † illa ſola ſufficeret ad eum priuandum omni
commodo locationis *Ang. in l. vlt. col. 2. de rei ven-*
dic. poſt Innoc. cap. cæterum, in fin. de iudic. Roland.
conſ. 88. nu. 4. lib. 4. Grat. conſ. 93. num. 29. cum ſeq. lib.
1. & conſil. 115. nu. 30. eod. lib. Corbul. de cauſ. priuat. ob
mendac. num. 3. & 4.

Neque eſt admittenda compenſatio fructuum præten-
31 ſæ ſocietatis officij, † Quamuis enim prætendatur
illam poſſe fieri ipſo iure ante appoſitionem ad e-
uitandam moram, & pœnam *l. ſi conſtat, C. de com-*
penſat. Honded. conſ. 18. nu. 18. & 19. lib. 2. Rimin. Sen.
conſ. 421. numer. 12. libr. 3. Ita vt ſufficiat credulitas,
32 † quod ſit creditor *Card. Mant. de tacit. & ambig.*
conuent. lib. 22. tit. 27. nu. 66. Tamen hoc intelligitur
33 quando ſumus in caſu compenſabili, † Nam alias
de huiuſmodi exceptione non eſt habenda conſi-
deratio, prout eſt caſus noſter, in quo propter iura-
mentum, & promiſſionem ſoluendi in pecunia nu-
34 merata non eſt locus compenſationi † ſecundum
opinionem magis veram, & communem, de qua
per *Alex. conſ. 91. num. 5. lib. 2. Natt. conſ. 54. nu. 1. cum*
ſeq. Ceph. conſ. 47. num. 50. lib. 1. & latè comprobat
35 *Surd. conſ. 82. num. 25. lib. 1.* † vbi in ſpecie ita reſpon-
det ad illud quod dictum eſt de mora, & pœna
Roland. conſ. 17. num. 14. lib. 1.

Secundò quia ſumus in debito liquidando in quo nun-
36 quam admittitur compenſatio, † maximè ſtante iu-
ramento alterius debiti, contra quod prætenditur
fieri compenſationem *Natt. dict. conſ. 54. num. 7.* vbi
ſubdit quod per hoc tollitur omnis difficultas *poſt*
Bald. in cap. ad noſtram, il 1. de iur. iur. Alex. conſ. 93.
quæritur, in princ. lib. 4.

Tertiò quia debitum de quo agimus eſt iuratum, & al-
terum quod prætenditur compenſari non eſt tale,
37 ita vt multò minus ſit locus compenſationi de vno
ad aliud *cap. ad noſtram, de iur. iur. Alexan. conſ. 37. n.*
21 & 23. lib. 5. quem refert. *Surd. conſ. 82. nu. 25. lib. 1.*
Natt. conſ. 54. n. 4. Cæſar. de Graſſ. dec. 3. n. 16. de ſolut.
vbi de communi *Oſaſc. dec. 92. Seraph. priuil. iuram.*
38 *74. nu. 129.* Maximè, † quia hic præceſſit promiſſio
iurata de ſoluendo, quidquid aliud forſan poſſet
dici quando ſuperueniret iuata diſtinctionem Do-
ctorum, de quibus *Surd. conſ. 245. n. 15. ad med. lib. 2.*
Quamuis etiam neque compenſatio admitteretur
de debito iurato ad debitum iuratum, cui iuramen-
tum vnius non facit quominus alter teneatur ad
implendum ea, quæ præcisè iureiurando promiſit,
vt declarat *Laderch. conſ. 110. nu. 5.* quod tamen mu-
dò non eſt firmandum, cum non adſit iuramentum,
vt dictum eſt.

Quartò non ſumus in debito litigioſo, quod quamuis
39 poſſit deduci in compenſationem † *l. in compenſa-*
tionem, ff. de compenſat. Tamen procedit quando eſt
liquidum, cum alias, ſi non ſit tale, non poſſet allo-
gari *Bart. in dict. l. in compenſationem, in fi. Surd. conſ.*
246. n. 4. lib. 2.

Nec aduerſatur quod etiam de non liquido debito po-
40 teſt opponi compenſatio, † quando poſt breue
tempus ſtatuendum Iudicis arbitrio poſſet fieri li-
quidatio *Bald. in l. fin. nu. 5. C. de compenſ. Menoch. de*
arbitr. 14. num. 4.

Quia prædicta procedunt quando ſubſtantia debiti eſt
41 certa, ſed quantitas non eſt liquida, † quod non eſt
in caſu noſtro, cum ſit quæſtio non ſolùm ſuper
quantitate, ſed etiam ſuper ſubſtantia ipſius debiti.
Vnde talis compenſatio non eſt admittenda, prout
in ſpecie diſtinguit *Surd. conſ. 246. n. 4. ad med. lib. 2.*
42 † & eſt ratio, quia facilius admittitur exceptio
quantitatis, quàm ſubſtantiæ negotij *Nat. conſ. 102.*
nu. 2. & 3. Maximè quia, cum Doctores præſuppo-
nant poſſe fieri compenſationem de non debito li-
quido breui liquidando, neceſſariò debent conclu-
dere, quod debitum extet, & de illius ſubſtantia
conſtet, quia alias non poſſet tractari, an illud ſit li-
43 quidum, vel illiquidum: † Vnde præſuppoſitum
prius erit verificandum, cum alias diſpoſitio non
habeat locum *Gloſſ. in l. mancipia, Cod. de ſeru. fugit.*
Ceph. conſ. 90. nu. 51 lib. 1. cum aliis late per Surd. conſ.
150. n. 77 lib. 1. Et licet etiam eſſemus in quantitate:
Tamen hæc quæſtio non poſſet infra breue tempus
44 terminari. † Ideò neque erit concedenda liquida-
tio in præiudicium debiti liquidi *Tiraq. de retract.*
lignag. §. 3. gloſſ. 3. n. 11. & 12. vbi quod nullum tempus
datur ad liquidandum debitum, quod prætenditur
compenſari, quando prout in caſu noſtro ſtatim de-
bet fieri executio pro eo, quod eſt debitum ab ob-
jiciente compenſationem *Felin. in c. ſuper eo 11. col.*
2. ad med. verſ. aduerte ſecundo, de re iudic.

Quintò, debitum, quod prætenditur compenſari non
45 eſt æquale credito D. Pompeij. † Vnde cum non
conſtet de reſidui oblatione, excluditur compenſa-
tio, ſicut enim non admittitur particularis ſolutio
46 inuito creditore † *l. tutor, §. Lucius, ff. de vſur.* ita ne-
que admitteretur compenſatio non æquiualens,
47 quaſi non debeat plus operari ficta ſolutio, † quàm
vera *l. filius, ff. ſi cert. pet.* & notat in propoſito *Imol.*
in lib. 1. col. 11. in princip. n. 9. ad med. verſ. & quod dixi
de compenſatione, ff. de ſolu. Laderch. conſ. 164. nu. 10.

Seatò.

Sexto, stante re iudicata duarum sententiarum, de
quibus in actis, excluditur omnis compensatio,
48 quæ † licèt admittatur contra executionem illarum *Afflict. decis. 121. nu. 3.* Tamen intelligitur quando debitum iam esset liquidatum *Felin. in cap. sub-certa. col. 2. ad med. vers. aduerte secundo, de re iudic.*
Et quamuis contra dictas sententias opponatur iniustitia, & nullitas notoria, per quam nunquam fit
transitus in iudicatum, Nihilominus non video
istam nullitatem notoriam, cum immo ex supra
adductis constet de contrario, Et quatenus non
49 constaret, debet esse iniustitia taliter notoria, † vt
non possit aliquo modo defendi, ita vt neque sufficiat manifesta nullitas, & iniustitia ad huiusmodi
sententias vitiandas *Fran. in cap. delectis 63. col. 40. in prin. vers. sed aduerte primo, n. 153. ad fi. de appellat.* &
ita passim seruari per *Rot.* testatur *Honded. consil. 28. num. 49. lib. 1. Cephal. cons. 201. nu. 9. Felin. in cap. inter cæteras, nu. 2. vers. secunda declaratio de re iudic.*

Neque ex calculo, de quo agitur, fuit remissa mora
incursa, Nam licèt in eo fuerit facta petitio pecuniarum pro tertiaria Octobris vltra residuum computationis decursæ, Tamen illa non habuit effectum, cum per debitorem non fuerit facta solutio,
50 † quod facit vt non censeatur recessum à pacto,
seu resolutione contractus ob moram incursam,
quasi videatur petitum cum hac conditione, si incontinenti consignatum sit *Castrens. in specie in l. 1. num. 12. cum seq. vers. vltimo quæritur, Cod. de pact. int. empt. & venditor Petr. de Bellapertic. in l. commissoria, in fin. Cod. eod. tit. cum aliis de quibus supra vers. minus prætensa, nu. 9.*

Immo quatenus etiam non daretur pœnitentia, Tamen cum prætensa petitio non fuerit acceptata,
51 potest † petens reiecta illa via petitionis redire ad
rescissionem contractus, cum ante acceptationem
nullum sit ius quæsitum parti, quod facit, vt possit
variari *Abb. in c. accedens, de præbend. Iason in l. si quis*
52 *agere, nu. 2. C. de codicill. Ayn. cons. 207. nu. 3.* † Et in
proposito, de quo agimus, notat *Becc. cons. 45. num. 43 vers. tertio dico. Surd. cons. 136. nu. 45. in fin. vers. & si quod voluit, lib. 1.*

Ideo stante continuatione moræ, & non solutione
iuxta petita benè fuit protestatum per D. Pompeium sub die 1. Ianuarij 1606. declarando locationem finitam, & resolutam iuxta formam pacti
sine præiudicio consequendi affictus decursos, &
decurrendos vsque ad consecutionem possessionis officij, Ita vt non obstet, quod denuo ad petitionem debitoris factam sub die 27. Ianuarij D.
53 Pompeius obtulerit separatum recipere, † Quia
ista oblatio intelligitur iuxta formam præcedentis
declarationis factæ die 1. Ianuarij, & protestationis in ea deductæ *Alexand. in l. fuit quæstionis, de acquirend. hæred. Ang. in l. iurisgentium. §. quod fere ff. de pact. Bart. in l. non solum, §. morte, num. 18. vers. sed si aliquis qui postea, de non oper. nunciat. Rot. Genuens. decis. 6. num. 12.*

Amplius vltra primam moram incursam respectu
tertiariæ Octobris, adest secunda mora tertiariæ
cœptæ de mense Februarij, pro qua nihil fuit solutum, ideo etiam pro ista fuit concessum mandatum
54 de associando die 28. Maij 1606. † Tacita enim
remissio non implementi proueniens ex receptione, seu petitione operetur solùm respectu inobseruantiæ, seu caducitatis iam commissæ, secus autem alius, quæ nondum euenit, si enim expressa
renunciatio non extenditur ad ius futurum, multò minus tacita *Castr. in l. in executione, §. item si ita, nu. 2. de verb. obligat. Surd. decis. 317. nu. 12. Corbul. de*
55 *caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat. nu. 18.* † Cum
etiam voluntas tacita, quæ ex actu colligitur non
debeat extendi vltra quam ex ipso actu de necessitate infertur, *l. 1. §. si quis hoc interdicto, ff. de itin. act.*
56 *priuat. Natt. consil. 77. numer. 14. & 15.* † Vltra quod
etiam in dubio potius est facienda interpretatio
pro excludenda renunciatione *Butr. in cap. potuit, & ibi Imol. nu. 36. locat.*

Quibus additur iuramentum, de quo in casu nostro,
57 quod habet clausulam rato † manente pacto *Alexan. cons. 206. col. 2. in prin. lib. 7. Serap. priuil. iuram. 85. num. 2.* Ita vt ex hoc admittatur receptio, & resolutio contractus propter inobseruantiam *Imol. in l. si insulam, col. pen. in fin. n. 19 de verb. oblig. Corn. cons. 179 n. 1. lib. 2. & cons. 40. nu. 9. ad fin. lib. 4. Bero. cons. 200. nu. 13. vsque ad n. 18. lib. 1. cum aliis per Afin. de execution. §. 9. cap. 122. n. 2. cum seq. Mancin. de iuram. p. 4 effect. 48. num. 3.*

Quæ omnia dicta sunt ex abundanti, cum pro non
remissione moræ ob prætensam petitionem solùm
sufficiat, quod talis petitio non fuit acceptata,
quasi tunc possit variari, vt dictum est supra *versic.*
58 *neque ex calculo, num. 50.* † Vltra quod non est exclusa alia mora, ob quam etiam fuit ritè concessum mandatum de associando, quod debet confirmari, quia omnia quæ ex aduerso allegantur, &
per Doctores scribuntur circa remissionem caducitatis per petitionem, seu receptionem pretij sunt
intelligenda cum supradictis declarationibus,
59 † quibus standum est, cum habeamus præcisas
decisiones, per quas tollitur omnis declaratio *Menoch. cons. 73. nu. 17 lib. 1.*

Alia circa exactiones depositi sunt sublata ex facto,
prout etiam tollitur oppositio testis de nouo examinati, quia vltra quod est vnicus, nec deponit
de tempore articulato, non obstat, cum deponat
60 de petitione extraiudiciali, † quæ non operatur
remissionem, sicut iudicialis, cuius natura facit,
vt videatur electa obseruatio contractus, quasi
actus electiuus non debeat esse ludibrio in iudicialibus, prout declarat *Bald. in l. 4. in princip. Cod. de pact. int. empt. & vendit. Castr. in l. 1. colum. vlt. ad med. C. eod. tit. per text. in l. 5. fundus, §. eleganter, ff. de leg. commissor.*

Et quatenus talis remissio caducitatis probaretur, nihil obstat, cùm non fuerit aliquis, qui pro absente
61 illam acceptauerit, † vt in puncto concludit *Alexand. cons. 131. nu. 7. & 8. lib. 4.* Si enim pars non est
præsens, vel alius, qui pro ea stipuletur, aut recipiat,
vel nuncius, aut epistola missa ad illam non inter-
62 cedat, nullum ius sibi acquiritur, neque † talis gratia prodest *l. consensu 2. & ibi Gloss. in verb. consentire, de action. & obligation. Gloss. in l. 1. in fin ff. de contrah. empt. & in l. penult. vbi Bart. n. 2. de iur. iur. Idem*
63 *in l. absenti, in princip. ff. de donation.* † Prout regulare
est, vt dispositio liberatoria, seu similis, quod quis
non possit expelli, non iuuet nisi aliquis pro absente recipiat *Alexand. cons. 131. nu. 8 Castrens. Fulgos. Ang. & alij in l. postquam lite, Cod. de pact. Bart. in rubr.*
64 *Cod. res inter alios act.* † Maximè quia ista liberatio,
non prætenditur facta per modum confessionis,
sed per modum pacti, & conuentionis *Bald. in l. 1. col. 2. in fin. ff. de interrogat. action. & in l. 2. Cod. de lib.*
65 *caus.* † Et quatenus valeret, & effectum sortiretur,

nisi esset ratificata nihilominus non potest obesse stante reuocatione ante acceptationem *l. non erit 5. § fin. cum l. seq. de iur. iur. l. si quis iusiurandum, 11. C. de reb. credit. Bart. in l. absenti, in fi. ff. de donat. Natt. ad Alex. cons. 131. n. 10. in verb. dum dicit, lib. 4.* ex notatis per *Eumdem Alex. in l. si stipuler. § fin. de verb. oblig. per text. in l. qui absenti, ff. de acquir. possess.*

EPITOME.

Statutum continens plura & diuersa capita an possit recipi quo ad vnum, & quo ad aliud respui. ¶ In translatione & nominatione periculi vitæ societatis officiorum an de stilo requiratur intimatio. ¶ Et quomodo dictus stilus probetur. ¶ Decretum irritans quando operetur. ¶ Et an inducatur per verba, non afficiat, aut cuique prosit. ¶ Et an requirantur clausulæ vniuersales, nullatenus, vel omnimodo. ¶ Scienter soluens quo casu possit agere ad repetitionem indebiti. ¶ Et quando habeat retentionem. ¶ Dilatione pendente, & durantibus feriis an possit exerceri iurisdictio Iudicis etiam de consensu partium. ¶ Appellans à sententia lata die feriata an illam videatur conualidare. ¶ Feriæ an habeant locum in causis restitutionis in integrum stante statuto Vrbis. ¶ Fatalia an currant existente compromisso. ¶ Et an requiratur acceptatio. ¶ Nuntius Apostolicus an teneatur obseruare ferias Curiæ Romanæ, vel illius loci, in quo residet. ¶ Stilus fori in quo causæ ventilantur an sit seruandus, seu curiæ delegantis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum debet publicari in loco eminentiori, & consueto ad hoc vt liget, n. 2.*

3 *Constitutio trahitur ad futura non præterita.*

4 *Statutum continens plura & diuersa capita potest recipi quo ad vnum, & quo ad aliud separatum respui.*

5 *In translatione, & nominatione periculi vitæ societatis officiorum non requiritur intimatio secundum stilum qui probatur ex inspectione actorum.*

6 *Illatio ex diuersis non datur.*

7 *Decretum irritans non inducitur per verba, non afficiat, aut cuique prosit, sed requiritur vt sint vniuersalia nullatenus, vel omnimodo cum similibus.*

8 *Decretum irritans non operatur, nisi ille in cuius fauorem inductum est velit vti.*

9 *Scienter soluens non agit ad condictionem indebiti. Declara vt nu. 10. & 12.*

11 *Multa conceduntur per retentionem, quæ negantur agendo seu repetendo.*

13 *Iurisdictio Iudicis non est perempta durantibus feriis nõ tamen potest exerceri etiam de consensu partium, nu. 14 Amplia etiam in feriis ad vtilitatem hominum, num. 18. & 20.*

15 *Dilatio æquiparatur existentiæ feriarum.*

16 *Officium Iudicis conquiescit pendente dilatione, & omnia acta illa durante sunt nulla, nec partium consensu ratificantur, nu. 17.*

19 *Nullitas ex defectu iurisdictionis non suppletur, & confirmatur ex voluntate partis.*

21 *Appellans à sententia lata die feriata non censetur illam conualidare.*

22 *Partes possunt concorditer ratificare processum inualidum propter ferias non autem sententiam.*

23 *Non est maior iniustitia quàm nullitas, ita vt Iudex nulliter procedens dicatur spoliare.*

24 *Oppositio nullitatis operatur, vt non valeat confirmatio sententiæ nullæ, quamuis constet de illius iniustitia.*

25 *Feriæ an habeant locum in causis restitutionis in integrum stante statuto Vrbis.*

26 *Nulla causa excluditur per dispositionem loquentem de quibuscumque causis.*

27 *Compromissum nihil operatur tanquam acceptetur.*

28 *Fatalia non currunt stante compromisso post secutam acceptationem, secus ante, num. 29.*

30 *Nuntius Apostolicus tenetur obseruare ferias Curiæ Romanæ, non illius ciuitatis in qua ipse residet, numero 31.*

32 *Stilus fori, in quo causæ ventilantur est seruandus, non autem curiæ delegantis.*

33 *Stylus Romanæ curiæ debet seruari per Iudices inferiores.*

CAPVT DCVI.

Repetitioni prætensæ pecuniarum dixi non esse locum, quoniam non constabat de nullitate nominationis tanquam factæ contra tenorem reformationis, in qua licèt disponatur nominationem, & translationem periculi vitæ non afficere, aut cuiquam prodesse, nisi parti intimetur infra tempus ad nominandum, & transferendum,
1 & per notarium adnotetur, † Tamen non fuit probata illarum publicatio, quæ erat solemniter de necessitate facienda, saltem in loco eminentiori, & consueto Ciuitatis, ad hoc, vt liget *Abb. in cap. 2. in fin. num. 11. & ibi Felin. colum. penultim. post med. nu. 21. de constit. per text. in cap. 1. versic. solemniter, de postulat. prælat. cap. quod dictus, 16. distinct. Felin. cons. 211. factum tale, colum. 2. in fin. versic. nam posito quod omnes, num. 4.*

Ideò postea per edictum D. Procuratoris Fiscalis de
2 mense Iulij 1608. † fuit facta publicatio huiusmodi reformationis, à quo tempore incepit ligare, prout in omnibus societatibus iuxta formam illius fuerunt obseruatæ tales intimationes, Ita vt ex hoc magis colligatur, quod antea non requirebantur, neque huiusmodi reformatio modò publicata oberit societatibus prius factis,
3 prout est hæc de qua agimus, † cum constitutio ad futura non præterita trahatur, quamuis ratio legis antecesserit legem, & effectus actus præteriti expectaretur in tempus futurum *Felin. in cap. quoniam, 13. col. 1. & 2. ampl. 1. & 4 de constitut. post Bald. in l. testium, in 6. notab. & ibi Salic. nu. 2. C. od. de test.*

Et quatenus de tali solemni publicatione constaret, quod non admittitur, Tamen istæ reformationes continent plura, & diuersa capitula, vnde quo ad prætensam formam intimationis, nominationis
4 constitutio non fuit vsu recepta, † ita vt pro ea parte non liget, cum possit recipi quo ad vnum, & quo ad aliud separatum respui *Aim. cons. 55. in fin. nu. 10. lib. 5. Gabr. cons. 88. nu. 9. lib. 2.* argumento eorum, de quibus per *Bart. in l. 1. nu. 1. ad fin. vers. quid dicemus, C. si aduers. rem iudic.*

Quod autem vsus non receperit tales intimationes in nominationibus apparet ex omnibus societatibus officiorum rogatis tam in actis tribunalis A.C. quàm aliorum Iudicium, † ita vt de tali contrario vsu non requiratur alia probatio tamquam ex notoria ex inspectione dictorum instrumen-

strumentorum *Gloss.in clem.appellante in verb.iudex. de appell. Fel.in c.cum ordinem.col.7.n.11 de rescript. Bal.in l.1.in fi.n.5.vers.sed quaero.C.ad velleian.V ant. in tit.quis poss.dicer.de nullitat.n.52.*

Nec obstat clausula decreti irritantis, Quia non legitur in constitutione, seu reformatione, de qua agimus, cum illa fuerit apposita in litteris facultatum A.C. secus autem in constitutione, quae subsequitur circa reformationem, quae est separata, & stat de
6 per se, neque in ea tale decretum legitur. † Vnde in eis non datur illatio *l. papinianus exul. de minor. Surd.cons.150.nu.94.lib.1.*

Nec faciunt verba Non afficiat, aut cuiquam prosit,
7 Quia illa non inducunt decretum irritans, † Debet enim dispositio loqui per verba vniuersalia, nullatenus, vel omnimodo, cum similibus ad hoc vt tale decretum censeatur appositum, & tollat facultatem aliter faciendi: ita in specie declarat *Imol.in c. 1.col.penult.in princ.versic.ex hoc notat.numer.10.ad med.& ibi Card.in §.si quis autem.qu.6.num.6.de sequestrat possess.& fruct. Franc.in c.romana 3.§ sententias.num.1.ad med.& ibi Gemin.num.4.de appellat.in 6. Felin.in c.ex part.12.colum.5.in fin.vers.quintus casus est,num.7 de rescript.& in c.cum accessissent,8.col. 4.num.7.& 8.de constit.*

Praeterea, quamuis adesset decretum irritans, quod negatur: Tamen in casu nostro nihil posset operari,
8 † cum illud habeat locum, & effectum suum porrigat in euentum, in quem illi, in quorum fauorem appositum est eodem decreto vti velint *Oldr.cons. 305.licet allegationes,num.1. Calder.cons.1.num.2.ad fi.de translat.prala.Dec.in c.cum accessissent,colum.3. ad fin.vers.sed his non obstantibus,num.7.de constitut.* vbi testatur de veriori opinione *Gomes.in reg.de annal.q.4 colum.2. in fin. vers.praedictis tamen,num 4.* vbi etiam quod in hoc Iudex non debet supplere *Idem Gomes. in reg.de trienn.qu.49. colum.penult.ad med.num.11. Mandos.reg.7.q.4.num.6. Aret.Claud. Aquens.& alij in l.nemo potest,de legat.1. Franc.in c. dispendia,de rescript. in 6.*

Quod autem pars non voluerit vti effectu dicti decre-
9 ti irritantis quatenus adesset, † apparet quia scienter soluit pecunias, de quibus agimus: Ita vt non sit amplius agendum de condictione indebiti stante, scientia huiusmodi constitutionis *l.indebitum sciens Cod.de condict.indebit.Butrig.in l.1.in princ.ff.eodem titul.Castrens.in l.ex hoc iure 5.col.penultim. in princ. num.36.ff.de inst.& iur.Card.Mantic.de tacit.& am-*
10 *big.conuent.lib.3.tit.15.nu.60.in fin.* † Maximè, quia sumus in casu per viam actionis, quidquid aliud posset retinendo consuli scienter soluenti *Costa de iur. & fact.ignorant.centur.2.distinct.27.nu.12.& 13. post Signorol.de Homod. per eum allegatum, in l.cum quis, num.6. Cod.eod.titul. de iur. & fact. ignorant.* vbi ita declarat *textum in l.cum aurum, ff.de solut.*
11 † Quasi multa consequamur retinendo, quae non possumus agendo, seu repetendo *l.in area.de condict.indeb.Surd.cons.253.num.11. lib.2.Honded.cons. 75.num.30.lib.2.* Praesertim in soluente scienter indebitum principale, prout in casu nostro, quidquid aliud sit in vsuris accessoriis ad debitum, quasi
12 † videantur potius solutae, ne quis molestetur super debito principali *Bart. in l.si non sortem 26.§.si quis falso, in princ.ff.de condict.indeb. Dec.in l.cuius per errorem 53.ad fin.n.4.ff.de reg.iur.* & sequitur *Rot. coram Car.Millino Romana societatis 23. Iunij 1600. quae est inter decis.diuers.recollectas per Farina.par.4. decis.291.num.5.& 6.*

Quo verò ad nullitatem sententiae, de qua controuertitur, concludendum est de ea constare, cum fuerit
13 lata tempore feriarum, † quibus durantibus quamuis Iurisdictio Iudicis nõ sit perẽpta, sed penes eum remaneat *Anchar.cons.201.col.2.ad fin.* Tamen Iudex non habet exercitium in iurisdictione contentiosa, & sic sententia erit nulla defectu potestatis,
14 & iurisdictionis tanquam lata ab eo, † qui carebat exercitio ita vt nec consensus partium possit hoc facere, quod fingatur retro exercitium habuisse, nam Iudex peccat in legem, quo casu sequens consensus non firmat quod praecessit *Bald.in l.cum antea.col.3.num.8.vers.& considera Cod.de arbitr.& ibi Cin.in fi.V ant.de nullit.ex defect.iurisdictionis,n.130. Lanfranc.decis.253.num.1.*

Exemplo dilationis, quae in hoc aequiparatur existen-
15 tiae feriarum, vt per † *Bald.in d.l.cum antea, num.8. ad med.* Dum enim pendet dilatio, officium Iudicis conquiescit *l.siue pars,C.de dilation. Fran.in c.signi-*
16 *ficante,nu.15.de appellat.* † Vnde sententia, & omnia inde subsecuta erunt ipso iure nulla *Paris.cons.106. nu.14 lib 4.V ant.de nullit.ex defect.iurisd.n.157.Rot.*
17 *decis.37.nu.2.de appell.antiq.* † Ita vt neque de partium consensu ratificari valeant *Bald.in d.l.siue pars Lancell.de attent.dilat.pend.nu.5.*

Non obstat, quod sumus in feriis indictis ad commodum, & vtilitatem priuatorum, quo casu valebit sententia dicto tempore lata, quidquid forsan in repentinis, & in honorem Dei contrarium esset di-
18 cendum: † Quia indistinctè in omnibus feriis, etiam ad vtilitatem hominum sententia est ipso iure nulla, vt loquitur *text.in l.1.ante fin.ff.de feriis*, & in specie etiam concludit *Bald in l cum antea.nu.18.in fin. vers.tenementi hanc quasi.Cod.de arbitr.* vbi ampliat quod neque illa poterit confirmari per partes, aut
19 ratificari tacitè, vel expressè, † quia talis nullitas prouenit ex defectu iurisdictionis, & nullitatis substantialis, cuius suppletio, & confirmatio in voluntate ratificantis non est *Lanfran.decis.253.* qui
20 etiam loquitur † de feriis ob necessitatem hominum *Bal.in l.si feriatis.in 1.lect.col.1.vers.extra quaero de fer.* Quod procedit, quamuis etiam appelletur à
21 dicta sententia lata die feriata, † non enim censetur appellans illam conualidare *Felin.in c.significasti 17.col.2.n.7. vers.tenementi,de for.compet.post Bal. in d.l.cum ante,col.3.vers.vlterius secundum, de arbitr.* & ita intelligitur *Bart.in l.mutari,nu.3.ff.de pro-*
22 *cur.* † vbi quod partes possunt concorditer ratificare processum inualidum propter ferias, quod tamen non procedit in sententia, quia benè ante iudicium potest renunciari feriis hominum, *l.1. ff.de feriis.* secus autem in sententia, vt per *Felin.in d.c.significasti,nu.7.de for.compet.*

Erit igitur pronunciandum super dicta nullitate, cum
23 nulla maior iniustitia sit, † quàm nullitas *Aegid. decis.345.in fin.* Ita vt Iudex nulliter procedens dicatur spoliare *Aym.cons.140.num.1.* Maximè parte opponente, quo casu neque daretur confirma-
24 tio, quamuis constaret illius iustitia, † vt per *Rot. coram R.P.D. Penia Perusina nullitatis executionis 26.Martij 1593.& coram R.P.D.Litta Esina restitutionis dotis 13.Martij 1600.*

Neque obstat, quod ex statuto Vrbis feriae non habeant locum in causis restitutionis in integrum,
25 Quia † statutum loquitur de causis ordinariis, non de commissariis, & de feriis Capitolinis, ac

ſtatutariis, non de generalibus ex edicto Vicecancellarij indictis de ordine Sanctiſſimi mandantis in quibuſcumque cauſis ſuperſederi durantibus feriis, adeo vt ſtantibus dictis verbis vniuerſalibus nulla
26 cauſa cenſeatur excluſa, † ſed omnes comprehendantur in dicto præcepto *Gemin. in c. decet. in princ. col. 1. in fi. verſ. quæro an ſit prohibitum, de immun. eccle. in 6. Iaſ. conſ. 63. col. in prin. verſ. in primis moneor, lib. 3. Rebuff. in l. creditorum appellatione 11. col. 1. in fin. verſ. etiam ſi lex regia. de verb. ſignif. Imol. in clem. 1. col. 2. poſt med. verſ. & nota bene nu. 8. poſt Gloſſ. ibi in verb. quanis, de re iudic.*

Accedat quod vltra nullitatem prædictam aderat de-
27 fectio, cum iam fatalia expiraſſent, † nihil enim operatur compromiſſum ante acceptationem *Dec. in c. ex ratione. n. 8. col. 5. in princ. verſ. & prædicta conclusio, de appellat. poſt Fulgoſ. conſ. 68. Lanfran. de arbitr. in princ. colum. 4. verſ. de qua acceptatione, num. 16. Bald. in l. ſi cum dies 26. in princ. ad fin. ff. eod. tit. Marſi. Alex. & alij de quibus per Gabr. de arbitr. conclu. 2. num. 1. & 2.*

Ideò quamuis fatalia non currant ſtante compromiſſo *auth. ſi tamen, C. de appella. Boer. dec. 294. n. 17. Felin.*
28 *in cap. venerabilis, nu. 13. & 15. de iudic.* Tamen † hoc procedit poſt ſecutam acceptationem, nam ante illam currunt fatalia, & non ſuſpenduntur tempora appellationis, quia non ſolùm quo ad Iudicem, ſed etiam quo ad partes compromiſſum nihil operatur, niſi poſt ſecutam acceptationem *Glo. in l. ſi cum dies 26. in in princ. in verb. compromiſerunt, de arbitr.* vbi
29 exponit id eſt compromittere voluerunt, † & ſic etiam quo ad partes non erit compromiſſum ante quam fuerit acceptatum *Gabr.* qui de magis vera & communi opinione teſtatur *de arbitr. conclu. 2. n. 15. & 16. & conclu. 4. nu. 2. verſ. contrarium tenuit. eod. tit. Marſil. ſing. 679. Dec. in c. ex ratione, nu. 8. verſ. & prædicta concl. de appellat. Nati. in clem. ſæpe, in prin. col. 22. de verb. ſignif. Lanfranc. de arbitr. q. 10. in fin.*

Obſeruandum eſt autem quod ſi Nuntius Apoſtolicus fuerit ad aliquem Principē deſtinatus debebit ob-
30 ſeruare ferias Curiæ Romanæ, † non illius ciuitatis, in qua ipſe reſidet, iuxta notata per *Thom. Treuiſan. de. iſ. Venet. 31. part. 1.* quam refert, & ſequitur *Ioan. Aloyſ. Riccius in ſuis collectaneis deciſionum, col-*
31 *lect. 124. in fin.* † Et refert *Hiſtor. Schiſmat. Anglican.* quod Cardinalis Campegius Legatus in Anglia noluit ſententiare quando erant indictæ feriæ in Curia. Quidquid aliàs in concernentibus proceſſum
32 ſeruandus ſit ſtilus fori, † in quo cauſæ ventilantur, non autem Curiæ delegantis *Ægid. deciſ. 78. & deciſ. 82.* latè *Granat. ad Veſtr. in prax. lib. 5. cap. 3. nu. 4.*
33 *vſque ad 6.* † Vbi etiam monet Iudices præſertim Eccleſiaſticos, vt omnibus neruis ſequantur ſtilum Romanæ curiæ, quę aliarum Eccleſiarum mater eſt *cap. fin. de foro compet.* quod etiam notat *Card. in clem. quamuis. in princip. de appellat.* vbi quod inferiores Eccleſiæ tenentur ſeruare ſtilum iudicandi Romanæ curiæ *Gomeſ. in prohem. reg. cancellar. qu. 2. ad med.*

EPITOME.

Bona Confraternitatum an poſſit alienari ſine ſolemnitatibus. ¶ Et quid in pecunia magnæ quantitatis. ¶ Et quando illis detur reſtitutio in integrum, & competant priuilegia conceſſa Eccleſiis. ¶ Donatio an poſſit fieri per eccleſiam abſque ſolemnitatibus propter onera, quæ donatarij aſſumunt. ¶ Negligentia ſolius Prælati in adimplendo conditionem an noceat Eccleſiæ. ¶ Et quid in non implemento modi an reſoluatur contractus, quamuis non obſeruetur. ¶ Ordinarij an poſſint concedere licentiam, vt erigatur aliquis conuentus etiam Mendicantium non vocatis prioribus aliorum conuentuum, & non conſtito, quod poſſint ſuſtentari ſine illorum detrimento.

SVMMARIVM.

1 *Bona confraternitatum non poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus. Contrarium n. 4. Intellige vt n. 7. & 8.*

2 *Reſtitutio in integrum datur omnibus piis locis, & confraternitatibus ſicut eccleſia, nu. 3.*

5 *Confraternitates an ſint de iuriſdictione Epiſcopi, & dicantur pia loca, nu. 6.*

9 *Alienatio bonorum vnius Eccleſiæ in aliam non poteſt fieri ſine ſolemnitatibus.*

10 *Donatio bonorum immobilium acquiſitorum prohibetur adminiſtratoribus confraternitatum, ſecus in quærendis, nu. 11.*

12 *Pecunia magnæ quantitatis non poteſt alienari per adminiſtratores Confraternitatum.*

13 *Donatio poteſt fieri per eccleſiam ſine ſolemnitatibus propter onera, quæ donatarij aſſumunt. Declara vt numero 14.*

15 *Negligentia ſolius Prælati in adimplendo conditionem nocet Eccleſiæ, ſecus in non implemento modi, qui non reſoluit contractum, quamuis non ſeruetur, nu. 16. Intellige vt num. 17.*

18 *Ordinarij non poſſunt concedere licentiam vt erigantur conuentus cuiuſcumque ordinis, niſi vocatis Prioribus aliorum conuentuum ac cauſa cognita, quod poſſint ſuſtentari ſine illorum detrimento.*

19 *Decretum irritans operatur nullitatem, & omnia in oppoſitum deſtruit.*

CAPVT DXVII.

ALienatio Eccleſiæ, & bonorum de quibus agimus eſt nulla, cum fuerit facta per Confra-
1 ternitatem ſine ſolemnitatibus, † quæ debent interuenire in ſimilibus alienationibus rerum Eccleſiaſticarum, Prohibitio enim de qua in *extrauag. ambitioſæ, de reb. eccleſ. non alienan.* extēditur ad omnia
2 pia loca, † quibus etiam datur reſtitutio in integrum, ſicut eccleſiæ cum ſimilibus priuilegiis *Abb. in c. nulli 5. in fin. verſ. & nota ſemper hoc dictum, n. 14. de reb. eccleſ. non alien. Caſt. conſ. 269. dubitatur, col. 2. in prin. verſ. nam & omnes religioſa, lib. 1. Iaſ. conſ. 214. col. 1. verſ. ideo hoſpitalia lib. 1. Redoa. de reb. eccle. non alien. rubr. an appell. rei eccleſiaſ. veniant, loca pia, n. 1.*
3 *vſque ad nu. 6. fol. 230. Maſtrill. deciſ. 110.* † vbi etiam de reſtitutione in integrum, quæ competit iſtis confratribus, & quod ita ſæpè fuit iudicatum, vt refert *Georg. Cabed. deciſ. 51. nu. 8 part. 1.*

Nec obſtat quod huiuſmodi Confraternitates poſſint ſimpliciter diſponere de eorum bonis, etiam ſine
4 ſolemnitatibus, † ſicut cætera Collegia ſæcularia *Bald. in auth. hoc ius porrectum. num. 3. in 2. q. C. de ſacroſ. eccleſ. Pariſ. conſ. 34. num. 19. & 25. lib. 3. Felin. in cap. de quarta 4. col. 21. in fin. verſ. ſed per hoc non recederem, de præſcrip. Menoch. conſ. 635. nu. 5. lib. 6. Ioan. Franc. de Pont. conſ. 18. n. 8. Perez. de anniuerſar. lib. 2.*
5 *cap. 1. num. 5. in fin. fol. 266.* vbi etiam *num. 7.* † quod iſti

isti confratres non sunt de iurisdictione Episcopi, sed Iudicis sæcularis *Caputaqu.decis.328.part.1.* Intelligendo quo ad bona temporalia, cum secus sit quo ad actus ecclesiasticos, & spirituales *Nauarr.*
6 *cons.3 num.5.de for.competent.* † Quasi istæ confraternitates non dicantur propriè pia collegia *Bald. in l.illud col.1.vers.quod de eo.Cod.de sacros.eccl.cum alijs per Tiraq.de pia caus.in præfat.colum.2.in princ. versic.contrarium tamen.*

Quia cum simus in Confraternitatibus auctoritate Episcopi fundatis dicuntur loca pia, & eorum alienatio prohibetur sine solemnitatibus, non se-
7 cus ac si essemus in Ecclesiis: † Contraria enim procedunt in his, quæ non habent auctoritatem Pontificis, sunt enim prorsus seculares, & prophanæ, nec habent priuilegia piæ domus *Roman. consil.477.colum.1. post med. versic. tertio probatur, num.3. post Bald.in auth. hoc ius porrectum, num.2. in fin. vers item nomine istius, Redoan.de reb.eccles.non alienand. rubr.an in mater.alien.ecclesiast. appell.eccles.veni.loc.pia.nu.5. & 8.in rubr.de his qui consent. & de consens. qui adhibet. in alienat. ecclesiast. §.sed quid de bonis, num.13.& 14.fol.175.post Rebuff.in repet.cap.sine exceptione 12.quæst.2. & ibi Laur.Rodulph.quæst.19.numer.83.cum seq.tom.1.fol.85.Alexand. cons.120.num.3. vers.posset etiam responderi, lib.1.& cons.102.num.1.in fin.lib.7. Guid.Pap.decis.187.nu.1. Butr.Cardin. Imola & alij de quibus per Gabr.de pia*
8 *caus.conclus.2.nu.9. Mastril.decis.110.n.16.*† & latissimè hanc opinionem tanquam veriorem in hospitalibus, & locis erectis auctoritate Superiorum, vt requirantur solemnitates defendit *Valas.consultat. 105.nu.34.*

Et quamuis alienatio præsupponatur facta in aliam ecclesiam: Tamen non ex hoc debet permitti illam
9 posse fieri sine solemnitatibus, † licèt enim alienatio sit maior cum sit in laicum, aut vsus laicales, quàm si fiat in Ecclesiam: Tamen etiam quando fit in Ecclesiam alienatio est, & requirit iustã causam, & debitam solemnitatem *Nauarr.de spol.clericor.§. 3.in 7.notab.col.2.in princ.vers.sed pro contraria parte per text.in cap.1.de reb.eccles.non alienand.in 6.*

Maximè cum simus in donatione bonorum immobilium, quæ administratoribus absolutè prohibetur,
10 si enim venditio rerum Ecclesiæ interdicitur, † ex qua illa non in totum sentit incommodum, quasi recipiat pretium, multò magis erit prohibita donatio, per quam plus præiudicatur Ecclesiæ *Redoan.de rebus ecclesi. non alienand. quæst.1.numer.11. post Decian.consil.173.pro tenui facultate, num.1. in*
11 *fin.*† Quidquid aliud sit in quærendis, in quibus possent tales administratores præiudicare eorum confraternitati renunciando: Ita vt neque tunc obstaret Paulina iuxtà *decis. Put.509.num. secundo, lib.2.*

Neque etiam valebit donatio, de qua agimus, respectu pecuniarum, quæ licèt reputentur inter mobilia, &
12 permittantur alienari sine solemnitatibus: † Tamen cum simus in pecunia magnæ quantitatis, quæ erat in proprietate, non in fructu, non poterat per administratores de ea disponi sine solemnitatibus, tunc enim illa erat conuertenda in vtilitatem Confraternitatis, licèt sit mobilis, & de ea prælatus, & administrator non disponit, quidquid aliud sit quando esset in fructu, vel redditu iuxta *clem.1.in fin.de reb.eccles.non alienand.*& est decisio *Rotæ corã Car.Pamphilio Venetã nullitatis contract.13.Nouembris 1602. Redoan.de rebus eccles.non alienand.titul. de pecun.ecclesiast.alienatio.nu.9.fol.95.*

Nec facit quod talis donatio videatur facta propter
13 onera, quæ donatarij in se assumunt, † quo casu videtur posse fieri donatio per administratores de bonis ecclesiæ *c.per tuas, de donation.* Quia non procedit in rebus immobilibus, de quibus agimus *Castrens.in l.iubemus, Cod.de sacros.eccles. Decian.cons.*
14 *173.pro tenui facultate, num.2.*† Vbi etiam quod onera debent esse æquiualentia rebus donatis, & iuxtã rei collatæ modum, mensuram, & quantitatem *c.iniustum, in fin.12.quæst.2. Redoan.de reb.eccles.non alienand.rubr.1.de signifi.verb.alienat.§ donatio, nu. 10.fol.21.*

Accedant conditiones non adimpletæ per donatarios quæ faciunt, vt res non sit debita ante illarum im-
15 plementum: † Ita vt hoc casu negligentia etiam solius Prælati in non adimplendo noceat Ecclesiæ, quasi tunc simus in quærendis, in quibus posset illi præiudicare, Quidquid aliud sit in implemento modi, tunc enim donatio esset perfecta, & exigeretur mora, & culpa in dispositione propter modum
16 non seruatum, † neque enim cessatio modi resolueret contractum fauore Ecclesiæ, vt latè declarat *Felin.in c.verum 7.colum.penul.num.6. in fin.de for. compet Bapt de S.Blas.in repet.rub.decreti, nu.100. tom.1.fol.6.*

Præsertim, quia non adest in donatione clausula, quod modo non seruato res reuertatur ad dominum, si enim illa apponeretur, reincideret in commissum,
17 † neque obstaret titulus *de reb.eccles. non alienand.* quia tunc non agitur de alienatione rei, sed solùm de illa auocanda ab ecclesia perinde ac si tradita fuisset ad certum tempus, quo finito sicut liceret, illam apprehendere, ita etiam erit permissum hoc facere cessante modo *Felin.in d.c.verum, col.penult. ad med.vers.limita hanc conclusionem, n.7.de for.compet. post Card.in cap.perpendimus, de sentent.excommun. Bart.Bald.& Salic.in l.si quis curialis, Cod.de episcop. & cleric. Idem Salic.in lib.3.quæst.10. Cod. de pignor.*

Et magis concludendum est pro nullitate omnium prædictorum, cum non fuerit seruata constitutio
18 *Clementis VIII.sub die 23. Iulij 1603.*† in qua statuitur, quod Ordinarij non possint licentiam impartiri, vt erigantur conuentus cuiuscumque ordinis etiam Mendicantium, nisi vocatis Prioribus aliorum conuentuum in iisdem ciuitatibus existentium & causa cognita constiterit dictos nouos conuẽtus erigendos commodè sustentari posse sine aliorum detrimento, de cuius causæ cognitione non modò non constat, sed apparet contrarium, per dissensum omnium Priorum, qui præsunt Monasteriis ciuitatis, & diœcesis, Interamnen. vt in instrumentis productis: Ita vt omnia tanquam facta contra formam Bullæ sint nulla, stante præsertim clausula decreti
19 irritantis, † quæ operatur nullitatem, & omnia in oppositum destruit *Rot. diuers.decis 44. num.5.p. 2.Menoch.de recuperand.remed.:6.nu.444.Gonzal. ad reg.8.Cancell.glos.67.nu.12.cum seq.* Ita vt per dictam clausulam etiam inficiatur omnis titulus, & possessio, quæ prætenditur capta *Bisignin.decis 1.n. 6.ad med.vers.& esto quod sufficeret, de resti.spoliator. Caputaq.decis.15.n.1.p.3.Gomes.de annal.reg.14.nu.5. vers.postremo, Cassador.decis.11.nu.5.super regul.cum alijs per Soci.cons.63.eadem die, col.pen.ad fi.n.9.lib.3.*

De istis autem Confraternitatibus Laicorum quan-

do dicantur loca pia dixi latè *supra cap.... Gabr. & alij de quibus in dec. Luca. 19. & ibi multa in additione.*

EPITOME.

Filij an debeant præferri matri in faciendo pacem de morte patris. ¶ Et quid si fuerint pupilli, & minores an sit requirendus eorum tutor, & curator. ¶ Et an per eos possit fieri pax absque decreto Iudicis. ¶ Minor an dicatur læsus ex remissione iniuriæ. ¶ Et an illi competat restitutio in integrum siue gratis, siue pretio recepto sit facta remissio. ¶ Et an in ea veniant damna, & interesse. ¶ Mulier quando sit habilis ad accusandum, & ad faciendam pacem. ¶ Vsufructuarius omnium bonorum an dicatur hæres, & an habeat ius vendicandi defunctum. ¶ Et an possit prætendere aliquid in pecunia data pro pace facta per hæredem super nece defuncti. ¶ Pactum iuratum de non faciendo pacem an sit validum.

SVMMARIVM.

1 *Mulier est inhabilis ad accusandum, nisi in subsidium quando deficiunt consanguinei etiam remotioris gradus, & num. 2.*

3 *Filij debent præferri matri in faciendo pacem de morte patris præcludendo viam vxori, & alijs accusare volentibus, num. 4. & 28. Et si filij sint pupilli, aut minores requirendus est eorum tutor, vel curator, numero 5.*

6 *Mater non habet ius legitimæ administrationis, quando agitur de periculo circa patrimonium minoris.*

7 *Maior infante potest cum auctoritate tutoris, & curatoris facere pacem, quam tenebitur obseruare.*

8 *Pacem inire non est perdere, sed reconciliare offensos, nec dicitur actus læsiuus, num. 10.*

9 *Minor non læditur ex remissione iniuriæ, quæ est actus pius, & laudabilis.*

10 *Decretum Iudicis non requiritur in pace per minorem facienda cum auctoritate tutoris, etiam quod remittantur damna, & interesse, nu. 15. 16. & 18.*

11 *Remissio est species alienationis, quæ non potest fieri sine decreto.*

12 *Vindicta non admittitur de iure communi.*

13 *Iudex procedit ex officio etiam non existente, aut desistente accusatore.*

14 *Damna, & interesse non veniunt in remissione iniuriarum.*

17 *Iudex supplet absentiam, seu non existentiam tutoris in faciendo pacem pro pupillo.*

19 *Iuramentum magis confirmat pacem factam per minorem absque decreto.*

21 *Pactum etiam iuratum de non faciendo pacem non valet.*

22 *Minor non restituitur in integrum aduersus pacem factam siue gratis, siue pretio recepto, nu. 23.*

24 *Iudicandum est in dubio pacem expedire pupillo.*

25 *Fœminæ non habentur in consideratione quando adsunt masculi, à quibus sufficit pacem habere.*

26 *Lex admittens vxorem ad accusandam mortem mariti est exorbitans, cum ex priuilegio hoc illi concedatur.*

27 *Duo specialia non debent simul concurrere.*

29 *Vsufructuarius omnium bonorum non potest prætendere aliquod ius ad pecuniam datam pro pace facta per hæredem super nece defuncti, cuius solum competit tanquam hæredi vniuersali.*

30 *Vsufructuarius omnium bonorum non est hæres, nec habetur loco illius, sed iudicatur tanquam particularis legatarius.*

31 *Vsufructuarius omnium bonorum non habet ius vindicandi necem defuncti.*

CAPVT DXVIII.

IN casu proposito sunt firmandæ infra scriptæ
1 conclusiones, quarum prima est, † quod Mulier suapte natura est inhabilis ad accusandum, & non admittitur etiam in casibus, in quibus prosequitur suam, vel suorum iniuriam, nisi in subsidium, videlicet quando deficiunt viri consanguinei etiam remotioris gradus, nam si tales extant præferuntur *l. 1. & 2. de accusat. l. de criminae 12. Cod. de his qui accus. non poss.* & est text. clarus *in l. senatusconsulto, 5.*
2 *Cod. eodem tit. l. 3. §. cum vero talis, de liberal. caus.* † & cum ista modificatione hanc sententiam sequuntur magis communiter Doctores *in dict. l. senatusconsulto, vbi Bald. numer. 1. & 2. Salic. numer. 4. & 5. colum. 2. post princ. Fulgos. num. 2. post med. Cod. de his qui accusar. non poss. Aloys. de Leo. in l. vxor tua, 4. in fin. Cod. eod. tit. Aret. de malefic. in verb. & ad querelam, num. 16. & ibi August. in addit. Foler. in prax. in verb. & audiantur exceptiones, num. 15. Fran. decis. 328. part. 2.* vbi testatur de communi, & quod ita iudicauit consilium Neapolitanum, *Idem Fran. decis. 100. num. 10.*

Ex qua communi conclusione infertur, quod etiam filij debent præferri matri faciendo pacem de mor-
3 te patris † præcludendo viam vxori, & alijs accusare volentibus. Nam qui præfertur in accusatione est etiam præferendus in faciendo pacem *Ang. in l. si plures, de accusat. Plaz. in epitom. delict. cap. 39. nu. 15. & 17. Iaco. de Villapand. in l. 22. tit. 1. part. 7. §. nunc viso, numer. 39.* per doctrinam *Bart. & aliorum in l. 4. §. cato, ff. de verborum obligationibus, & in l. pro hærede, § vltim. de acquirend. hæredit. Couar. lib. 2. var.*
4 *resolut. cap. 10. numer. 5. vers. nono idem, in fin.* † qui omnes concludunt, quod proximiore accusante, aut transigente est præclusa via alijs ad accusandum, aut transigendum *Matienz. lib. 5. recopilat. lib. 2. gloss. 7. titul. 1. Menoch. in l. transigere, numer. 52. Cod. de transact.*

Quæ multò magis procederent in filijs pupillis, seu minoribus habentibus tutorem, & curatorem, quibus spectat accusatio, seu transactio de nece patris,
5 † ita vt matrem excludant tanquam ad eius officiũ hoc non pertineat, cum regulariter pro coniuncta persona minore, quæ habet tutorem, & curatorem alius coniunctus non accuset, neque transigat, Quia mandatum expressum excludit tacitum, Quamuis neque coniuncta persona in hoc habeat aliquod mandatum, ideo si aliquis patitur damnum, aut iniuriam, primò debet explorari, si vult ipse accusare, & si sit minor, requirendus est Curator, & tutor, qui repræsentant principalem offensum, nec ante auditur mater, nec alius coniunctus, nisi prius hoc exploretur, maximè quando adest mulier, quæ præcipiti festinatione, non auditur,
6 † cum enim agatur de periculo circa patrimonium minoris, mater non habet ius legitimæ administrationis, præsertim quæ est speciale in muliere, vt admittatur ad accusandum. Vnde prius explorandum est an velint accusare, qui de iure communi admittun-

admittuntur, vel si existant in mora accusandi, maximè quia præferendus est qui habet maius ius, & melius fundamentum de iure communi, & quamuis mater admittatur ad accusandum; Tamen intelligitur præmisso ordine prælationis tutoris, casualiter enim mulier accusat in defectum filiorum seu tutorum. Ita omnia prædicta per istas, & similes rationes comprobat *Bald. in l. senatusconsulto 5. numer. 1. & 2. Cod. de his qui accus. non poss. Odoff. Carau. Ioan. Faber. & alij de quibus per Franc. decis. 382 num. 1. vsque ad 8.*

Secunda Conclusio. Maior infante potest cum auctoritate tutoris, & curatoris facere pacem quam
7 † tenebitur obseruare *Specul. de homicid. colum. 2. numer. 6. ad med. Castr. in l. 1. in fin. C. in integr. restit. minor. & in l. pactum curatoris 22. in fin. & ibi Bald. num. 3. Alber. ad med. Salic. num. 3. Cod. de pact. Gomes. var. resolut. cap. 3. tom. 3. num. 66. Plaz. in epitem. delict. cap. 45. num. 6.* & est communis opinio, & ab omnibus recepta, vt testatur *Clar. in § fin. num. 58. vers. quaero an tutor. Ioan. de Amic. cons. 88. col. 1. &*
8 *2. Farinac. q. 15. num. 2.* † Cum pacem inire non sit procedere, sed reconciliare offensos, *l. furti. §. penult. ff. de his qui notant. infam.* & remissio iniuriæ sit actus pius, & laudabilis, ac honorandus, ex
9 quo minor non læditur. † Vnde tam iure diuino, quàm humano seruandus *Gomes. var. resolut. tom. 3. cap. 3. num. 66. ad med.*

Tertia Conclusio. In pace per minorem præstanda cum tutoris auctoritate non est necessarium decre-
10 tum Iudicis, † sufficit enim sola tutoris auctoritas, nam quamuis remissio sit species donationis, quæ
11 non potest fieri absque iudicis decreto † *l. filiofamilias, ff. de donat. l. 1. post princ. ff. de tutel. & rationibus distrahend.* Tamen per pacem minor non dicitur aliquid distrahere, cum respectu vindictæ nihil
12 perdat eam condonando, quasi illa † non permittatur de iure communi *l. 1. §. eum qui, de vi & vi armat.* Maxime quia hodie de consuetudine etiam non existente accusatore, vel eo desistente, ac tran-
13 sigente † Iudex ex officio procedit, & publicam vindictam sumit. *Alber. in l. ea quidem, col. 2. & ibi*
14 *Bald. nu. 44. Cod. de accusat.* † Prout etiam faciendo pacem non perdit damna neque interesse, quæ non veniunt in remissione actionis iniuriarum *Roland. cons. 39. per tot. lib. 2. Clar. in § fi. q. 54. vers. quaero mo-*
15 *do, nu. 3.* † Adeò vt quamuis etiam remittantur in pace damna, non ex hoc requiratur decretum tamquam remittatur ius respectu rei mobilis videlicet pecuniæ, non alicuius stabilis, *Simoncell. de decret.*
16 *titul. 3. lib. 1. nu. 4.* † & ex prædictis & similibus rationibus ista opinio approbatur communiter per Doctores tanquam animæ, ac honori pupilli magis proficua, ac Reipublicæ Christianæ conueniens, quam tenuit *Abb. cons. 108. in fin. num. 3. lib. 2.* vbi etiam, quod est magis recepta sententia, cum pax non sit damnosa pupillo *Ias. in l. pactum curatoris, n. 5. in princ. vers. item adde, C. de pact. Gomes. var. resol. tom. 3. titul. 3. num. 66. vers. nec isto casu requiritur, Bald. in l. 1. numer. 4. Cod. de in integr. restitut. minor.*
17 vbi quod non existente tutore Iudex supplebit illius absentiam, seu non existentiam in faciendo pacem pro pupillo *Moron. de treug. & pace, qu. 48. Cast. in l. rescriptum 11. §. plerumque, n. 6. ff. de pact.* vbi quod hoc permittitur tutori & curatori, cum actus pacis sit vtilis pupillo, & non contineat aliquam donationem *Crot. in l. 4. §. Cato, in 1. lectur. num. 108. de verb. obligat. Nell. de bandit. 3. p. 2. part. q. 32. nu. 32.*
18 † & quamuis aliqui contrarium teneant: Tamen ista est magis vera & communis sententia, à qua nó est discedendum in consulendo, & iudicando, vt testatur *Farinac. qu. 15. nu. 5. vsque ad nu. 15.* Quidquid contra eum latè concludat *Guter. de tutel. cap. 7. p. 2. nu. 6.* Stante præsertim iuramento de quo in casu
19 nostro, quod † magis confirmat concordiam, & pacem factam etiam sine decreto *Abb. cons. 108. lib. 2.* Et quia nihil alienatur, aut donatur in reconciliando se cum inimico, *Castr in d. l. rescriptum, §. plerumque, nu. 6. ff. de pact.* Vnde nihil est imputandum tutori, quod non adhibuerit decretum, cum actus
20 pacis non sit læsiuus, † sed laudabilis, & pietate plenus, & pax sit vinculum charitatis respiciens bonum publicum, pro qua obtinenda rigor iuris
21 relaxatur, immo est adeò fauorabilis, † vt neque valeat pactum etiam iuratum de non faciendo pacem cum inimico tanquam sit contra legem Euangelicam, & in perniciem salutis æternæ, prout omnia prædicta latè explicat *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionibus, lib. 27. titul. 3. numer. 1. vsque ad 10.*

Quarta Conclusio. Pax est ita priuilegiata, vt si minor illam fecerit numquam ex ea possit dici læsus,
22 † & ideò non debet in integrum restitui (*in. in l. 1. numer. 1. & ibi Bald. in fin. C. de in integr. restit. min. Alber. in rub. C. eod. tit. Crot. in l. 4. §. cato. num. 100. ff. de verb. oblig. Moron. de treug. & pac. qu. 48. num. 4. p. 2. Gomes. var. resolut. tom. 3. c. 3. num. 66. vers. nec*
23 *isto casu requiritur,* vbi ampliat † siue gratis, siue pretio recepto faciat pacem *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. tit. 3. lib. 27. num. 9. & 10.* per rationem *l. de fideicommisso. Cod. de transact. Lamberteng. de contract. minor. glos. 1. numer. 348. fol. 157.* cum alijs per *Odd.* qui de communi *p. 2. quæst. 85 art. 7. num. 41. de restit. in integr.*

Ex prædictis sequitur non posse amplius molestari reum pro prætenso delicto, tanquam in pace non interuenerit consensus vxoris, cum ille non requiratur stante existentia tutoris, qui potuit solus pacem facere, in qua præfertur sicut in accusatione, prout dictum est supra *in prima & secunda conclusione.* Ita vt neque obstet defectus decreti Iudicis, cum non sit necessarius, *vt in tertia conclusione,* absque vlla spe restitutionis, quæ non datur in huiusmodi
24 casu, vt dictum est *in quarta conclusione,* † cum semper in dubio iudicandum sit pacem expedire pupillo *Bald. ad Speculat. de homicid. ad fin. Lambertengh. de contractibus mulier, glos. 1. num. 348.* Maximè cum causa iam sit sopita per compositionem, adeò vt debeat esse præclusa via alijs accusare volentibus,
25 præsertim fœminis, † quæ non habentur in consideratione, quando adsint masculi, à quibus sufficit pacem habere iuxta communem opinionem, de qua per *Decian. cons. 38. numer. 12. lib. 1.* cum alijs per *Boer. decis. 121. nu. 2. & 3.*

Quibus addendum est, quod lex, quæ admittit vxorem ad accusandum mortem mariti est exor-
26 bitans, † tanquam ex priuilegio speciali hoc illi concedatur *in l. de crimine 12. in princip. Cod. de his qui accus. non poss.* Vnde non debet extendi, vt filiis præferatur, ne multiplicentur in vxore duo specialia. & quod admittatur ad accusandum, & quod sit præferenda filiis contra *text. in l. 1. Cod. de*
27 *dot. promiss.* † vbi communiter notant Doctores, quod duo priuilegia, seu specialia non debent

simul circa idem coocurrere *Glos. in l. cum post. §. gener. de iur dot. Bart. in l. iurisgentium. §. quinimmo. nu.*
20. vbi Ias. nu. 21. Alexand. n. 27. ff. de pact. Surd. cons.
34. n. 46. lib. 1. Riman. Iun. cons. 428. n. 20. li. 4. Decian.
28 *consil. 74. n. 51. lib. 3.* † & ob prædictam rationem ita
in terminis ad fauorem filiorum, quod præferantur
vxori, concludit latè *Castigl. de vsufruct. c. 40. nu.*
35. cum seq. vbi etiam *num. 1.* notat, quod vsufructuarius
omnium bonorum non potest prætendere aliud
29 quod ius ad pecuniam, seu quantitatem, † quæ pro
pace, vel concordia data fuerit hæredi pro nece defuncti,
cum istud ius competat tantum hæredi vniuersali,
vel ei qui in omnibus est loco hæredis *l. 1.*
Cod. de his quib. vt ind. l. portiones 21. ff. eod. tit. Bart. in
l. 4. §. cato. n. 33. & ibi Socin. Iun. nu. 269. de verb. oblig.
Ias. in l. 1. §. de illo. n. 6 ad Trebell. Barbos. in l. si ab ho-
30 *stibus. §. fin. nu. 27. & 18. ff. solut. matrim.* † Vsufructuarius
autem omnium bonorum non est hæres, nec
habetur loco hæredis, sed iudicatur tamquam particularis
legatarius *Menoch. cons. 500 nu. 1. & 3. lib. 5.*
iuxta l. quoties 13. C. de hæredibus instit. Vnde neque
illi incumbit onus vindicandi necem defuncti,
31 † & per consequens non debet consequi commodum
aliquod transactionis, seu concordiæ per
hæredem factæ tamquam sit quid diuersum ab
vsufructu omnium bonorum, nec possit connumerari
inter bona testatoris *Castigl. de vsufruct. c.*
40. num. 5.

EPITOME.

Pater an possit donare filio vsumfructum quem habet in bonis aduentitiis. ¶ Et quandiu duret talis donatio. ¶ Et an sibi præiudicet in vsufructu, si consentiat, vt filius donet dicta bona. ¶ Vel insinuet huiusmodi donationem. ¶ Alimenta an sint præstanda filio ratione sanguinis, vel vsusfructus, quem habet pater in bonis ipsius. ¶ Et an illum possit pater remittere filio vt se liberet ab onere alendi ¶ Proprietas bonorum patris, & patroni an debeat vendi pro alendis liberis, & libertis. Vsufructuarius an possit capere propria auctoritate possessionem bonorum, in quibus habet vsumfructum. ¶ Legitima an sit debita patri in bonis filij ingressi religionem. ¶ Vsusfructus patris an amittatur si filius efficiatur monachus. ¶ Pater quando perdat administrationem bonorum filij, & vsumfructum alienando tam bona propria, quàm aduentitia ¶ Et quo casu admittatur cautio. ¶ Insinuatio an sit actus confirmatorius donationis. ¶ Pater secundo nubens an teneatur satisdare, & inuentarium, aut descriptionem conficere tam de bonis stabilibus, quam mobilibus filij. ¶ Et an in hoc æquiparentur vir, & vxor secundo nubentes. ¶ In remissione iuris an debeant interuenire solemnitates. ¶ Actus positiui quando requirantur vltra taciturnitatem tam in maioribus, quàm in minoribus ad effectum, vt parentes non perdant vsumfructum, & proprietatem bonorum filij per transitum ad secũda vota. ¶ Et an cohabitario dicatur actus positiuus inducens consensum de secundis nuptiis. ¶ Pœnæ secundo nubentium an habeant locum si non supersunt alij fratres alterius filij. ¶ Vsufructuarius an naturaliter possideat, & possit intentare remedium recuperandæ possessionis. ¶ Incertitudo quando impediat translationem possessionis, & quid in hoc operetur constitutum. ¶ Vsufructuarius an possit de facto eiici finito vsufructu. ¶ Possidens per colonum quando priuetur possessione si per eum recognoscatur altus, & an sit necessaria expulsio. ¶ Debitor consentiendo subhastationi bonorum an dicatur cecidisse facto proprio non securo effectu. ¶ Pater in quibus casibus amittat vsumfructum bonorum filij.

SVMMARIVM.

1 *Promissio patris, quod filius percipiat vsumfructum de bonis aduentitiis operatur donationem, donec illius voluntas durauerit, num. 3.*

2 *Præsumptio resultans ex patientia non extenditur vltra quam illa interuenit.*

4 *Vsusfructus repudiatus per patrem non dicitur profectitius, sed aduentitius.*

5 *Pater potest donare filio vsumfructum, vel quid simile ad vsum.*

6 *Vsus tantum præsumitur datus à patre filio, non proprietas, vt valeat donatio.*

7 *Donatio quæ permittitur filio de bonis, in quibus patri quæritur vsufructus, est intelligenda dummodo ei non fiat præiudicium in dicto vsufructu.*

8 *Filius quærit sibi proprietatem in aduentitiis, patri autem vsumfructum.*

9 *Pater consentiens vt filius donet aduentitia alteri filio, non sibi præiudicat in vsufructu, nisi expressè dicat, quòd etiam illum remittit. Et quid si consenserit, vt bona integrè, vel pleno iure donentur, numer. 10. & 11.*

12 *Pater quamuis habeat vsumfructum in aduentitiis filij, non tamen illum ex hoc tenetur alere, sed ratione sanguinis, ex quo onus alendi causatur.*

13 *Vsusfructus acceptatus per patrem, non potest remitti filio ad effectum se liberandi ab onere alendi.*

14 *Alimenta non sunt præstanda filio per patrem, nec è contra stante illorum inopia.*

15 *Proprietas bonorum patris non debet vendi pro alimentis filiorum, nec è contra. Idem in liberto, numero 16.*

17 *Pater potest capere auctoritate propria possessionem bonorum filij, in quibus habet vsumfructum, quidquid secus sit in alio vsufructuario. Amplia vt nu. 18.*

19 *Vsusfructus patris non amittitur, quamuis filius efficiatur monachus.*

20 *Pater non perdet vsumfructum si ingrediatur monasterium, & num. 21.*

22 *Legitima debetur patri in bonis filij ingressi religio. em num. 23 & 24.*

25 *Vsusfructus tollitur à patre alienante rem aduentitiam filij, & in illum transfertur. Declara vt num. 26. 27. & 30.*

26 *Vsusfructus formalis, & causalis quomodo intelligatur.*

29 *Vsufructuarius vendens rem censetur vendidisse vt alienam.*

31 *Administratio bonorum filij non interdicitur patri, nisi in casu alienationis voluntariæ, secus necessariæ. Et quando admittatur cautio si pater bona dilapidaret, num. 32. 33. 34. & 35.*

36 *Pater dilapidans bona filij perdit administrationem, & n. 38. secus si sua. Intellige vt n. 37.*

39 *Insinuatio, quam facit pater de donatione facta per filium ad fauorem extranei, non operatur aliquod præiudicium quo ad vsumfructum ipsi patri debitum.*

40 *Insi-*

40 *Insinuatio est quidam actus confirmatorius, & respicit modum, & formam secundi donationem, non alium effectum, num. 42.*

41 *Actus non debet operari vltra intentionem agentis.*

43 *Pater transiens ad secunda vota non amittit vsumfructum in bonis aduentitiis, nec curam, aut tutelam, seu legitimam administrationem, Quidquid aliud sit in matre, num. 44.*

45 *Pater secundò nubens non tenetur satisdare, nec inuentarium conficere de bonis immobilibus, secus de mobilibus, in quibus aquiparantur vir & vxor secundò nubentes, & quid in descriptione.*

46 *Per transitum ad secunda vota non priuatur pater proprietate bonorum filij stante eius consensu, etiam tacito de secundis nuptiis, num. 47. & 48.*

49 *Actus positiui requiruntur etiam in maioribus vltra taciturnitatem ad effectum, vt pater secundò nubens non priuetur vsufructu, & qui sint tales actus, numero 50.*

51 *Cohabitatio mulieris minoris cum patre non dicitur actus positiuus, qui inducat consensum de secundis nuptiis, & requiritur certioratio iuris sibi quasiti ex dispositione* l. fœminæ, §. illud, C. de secund. nupt. *num. 52.*

53 *Ignorantia præsumitur ratione sexus, quamuis in iure consistat.*

54 *In remissione iuris, & expresso consensu mulieris requiritur solemnitas statuti.*

5[illegible] *Pœna secundo nubentium non habent locum, si non supersunt alij fratres alterius filij.*

55 *Reintegratio conceditur probata possessione antiquiore, & non spoliantis, quamuis prætendatur esse cum titulo, & bona fide, num. 57. 58. 59. & 60.*

61 *Restitutio datur vsufructuario ratione quasi possessionis vsusfructus.*

62 *Vsufructuarius quare dicatur quasi possidere, cum vere, & naturaliter possideat, num. 86.*

63 *Interdictum vnde vi, quod conceditur vsufructuario, est directum, non vtile.*

64 *Ius ipsum incorporale vsusfructus quasi possidetur naturaliter, & ciuiliter animo.*

65 *Pater non amittit vsumfructum per indicationem bonorum aduentitiorum, & consensum illorum subhastationi ad fauorem creditorum, quando subhastatio non habuit effectum.*

66 *Debitor non dicitur cecidisse facto proprio non secuto effectu, & ei competit in hoc casu reintegratio.*

67 *Datio in solutum, & assignatio bonorum incerta non aufert à dante possessionem, nec dominium, nec illud transfert in creditorem. Intellige vt num. 68.*

69 *Possessio perditur animo, secus si retineatur per colonos, num. 70. & 71.*

72 *Incertitudo impedit translationem possessionis, & constitutum nihil operatur. Declara vt num. 73.*

74 *Recognitio colonorum non transfert possessionem, sed requiritur actus facti alium possessorem inducendo, cum recessu ipsius à fundo conducto.*

75 *Possidens per colonum non priuatur possessione, nisi illo expulso.*

76 *Colonus non interuertit possessionem, quando non admittit dominum venientem.*

77 *Exceptio requirens altiorem indaginem non retardat reintegrationem possessionis.*

78 *Citatio requiritur in quolibet actu, nu. 82.*

79 *Pater est prius alendus in pari causa necessitatis.*

80 *Pater non potest de facto ab vsufructu eijci de possessione, quamuis vsusfructus esset finitus.*

81 *Per electionem vnius remedij non tollitur alterum.*

83 *Lite pendente possum inchoare aliam, nu. 84.*

85 *Vsufructuarius habet remedium recuperandæ possessionis, num. 88.*

87 *Pater habet vsumfructum in bonis per eum donatis liberis secundi matrimonij.*

CAPVT DXIX.

EXceptiones multæ fuerunt oppositæ ad impediendam petitam reintegrationem, de quarum veritate facilius apparebit firmatis infrascriptis conclusionibus, quæ tanquam approbatæ à Doctoribus, & ad factum correspondentes rem claram, & distinctam facientes, an debeant admitti, seu potius reiici.

Prima conclusio, Permissio patris, quòd filius familias
1 percipiat vsumfructũ de bonis aduentitiis † operatur donationem à principio validam, donec tamen voluntas patris durauerit, non enim est propriè donatio, sed quædam iuris remissio, quæ fit de die in diem, & dicitur successiua concessio, quia filius dietim percepit fructus, & sic permissiua, quæ non durat, nisi quousque durat consensus patris, & quousque pater patitur, sed si postea non vult pati recu-
2 perat, † quasi præsumptio, quæ resultat ex patientia non extendatur vltra quàm illa interueniat *l. 1. §. fi.*
3 *ff de itin. act. priuat.* & in specie ita concludit † *Castr. in l. cum oportet, § sin autem num. 4. post Bart. in fin. & Corn. n. 2. & ibi Add. in verb. vel dic quod ista. Salic. in §. non autem n. 5. C. de bon. quæ liber. Boer. decis. 196. n. 3. col. 2. in fin. Aym. cons. 39. nu 9. in fin vers. ideo aliter respondeo Menoch. latè cons 282. num. 32. vsque ad 36. lib. 3 Caualcan. de vsufr. nu. 185. Franc. decis. 585. nu. 1. p. 4. post Tellum Hernand. in l. 17. taur. vers. secundus casus, num. 1.*

Nec facit, quod non valeat donatio inter patrem & filium, Quia ista remissio vsusfructus, quem pater habet, vel habere sperat in eius bonis est permissa, & sustinetur potius tanquam refutatio, quàm donatio, quasi videatur pater vsumfructum nolle acquirere, ex quo est successiuus, nõ autem velle donare.
4 † Vnde talis vsusfructus repudiatus non dicitur profectitius, sed aduentitius *Crot. in l. fratre, nu. 81. ff. de cond. ind. Corn. cons. 79. in fin. n. 21. lib. 2.* vbi de magis communi *Raph Fulgos. Bartol. Castr. Ang & alij in dict. l. cum oportet §. sin autem. Cod. de bon. quæ lib. Surd. cons. 259. nu. 16. lib. 2. Paris. cons 130. n. 14. lib. 3.*
5 † Immò patri licitum est donare filio vsumfructum vel quid simile ad vsum *Gloss. in l. 2. Cod. de inoffic. testam. Surd. de alim. titul. 2. qu. 1. n. 45.* vbi etiam quod,
6 vt actus sustineatur, fiet interpretatio, † vt pater non voluerit dare proprietatem, sed vsum tantum, quidquid sit in casu in quo posset consistere donatio inter patrem, & filium: *idem Surd. dict. qu. 1. tit. 2. num. 43 & 45.*

Secunda conclusio, Donatio, & alienatio, quę permittitur filio de bonis, in quibus patri quæritur vsus-
7 fructus, † intelligitur dummodò ita alienetur, vt non fiat præiudicium patri circa dictum vsumfructum, cum, de iure suo, non alieno permittatur censeatur distractio *Bald.* in specie *in l. si quaramus, in fin. vers. secundo quaro. ff. de testament. Ang. in tract. eod. titul. de testament. in princ. colum 3. post med. versic. adde in quantum dicit quod statutum, num. 12. tom. 6. p. 1. fol. 31. Pinell. in l. 1. p. 1. amplíat. 1. num. 44 Cod. de bon. matern. per text. in l. cum maritum, § fin. de pact.*

doml. l.ex facto, in princ. de vulg.subslit. quod etiam
latè voluit *Gomes.in l.6.taur.nu.13.*
Immò quia hodie filius in potestate in aduentitiis quę-
8 rit sibi quo ad proprietatem, † patri autem quoad
vsumfructum, *l.cum oportet in princ.C.de bon.quæ li-
ber.* sequitur quod respectu proprietatis, quę acqui-
ritur alteri filio, possit pater consentire, quod vnus
9 filius donet fratri suo: † Nam valebit donatio quo
ad proprietatèm, non autem quo ad vsumfructum,
adeo vt sit necesse, quod pater consentiens filio, vt
donet alteri fratri suo protestetur, quod non inten-
dit, vt sibi aliquid quæratur de vsufructu, nam alias
tali protestatione cessante non sibi præiudicasset
quo ad dictum vsumfructum. Ita benè declarat
Ang.de testam.in fin.princip.ante glos.1.num.43.vers.
10 *quinimmo non posset, tom.6.part.1.fol.33.* † Et Docto-
res contrarium tenentes loquuntur quando pater
consensisset donari bona aduentitia integrè, vel
sine diminutione, vel pleno iure, vel cum similibus
clausulis, & ita declarat *Surd.cons.159.num.17.lib.2.
Caccialup.in l.frater a fratre, num.8.in fin.de condict.*
11 *indeb.* † Quamuis etiam multi defendant contra-
rium, quod stantibus quoque verbis pleno iure,
pater non sibi præiudicauerit in vsufructu, maximè
quando sumus in paupere, in quo minus ista re-
missio etiam stantibus dictis verbis procedit, cum
possit intelligi pleno iure respectu proprietatis,
non vsusfructus sibi competentis, vt in specie con-
cludit *Anchar.cons.106.per tot.*
Tertia Conclusio. Quamuis pater habeat vsumfru-
ctum in bonis filij, non tamen illius ratione tene-
12 tur ei præstare alimenta, † sed solùm ratione san-
guinis: Onus enim alendi filium causatur à natura,
& legibus, non autem ab vsufructu, *Bald.* qui
dicit notandum *in l.fin.§.ipsum autem, in princ.C.
de bon.quæ liber. Surd.de alim.tit.1.qu.24.nu.10.post
Crot.consil.63.num.38. lib.1. Franc. Porcell.in tract.
de duobus fratribus, qu.2. in princ.num.1.tom. 6.p.1.*
13 *fol 177.* † Immò si pater nollet alere filium dicen-
do, Non teneor te alimentare si non habes, &
volo tibi reddere vsumfructum, qui est apud me,
vt te alas, non potest hoc facere postquam ac-
ceptauit vsumfructum *l.sed cum fructuarius 71.ff.de
vsufruct.l.cum quo 7.de aqu pluu.arcend.Gloss.in cap.
vnio verb.tertias, ad med.10.quæst.3. Francisc. Por-
cell.de duob.fratrib.quæst.2.num.1.ad med.vers.immo
inferebant aliqui.*
Quarta Conclusio. Si pater, & filius sunt inopes vnus
14 non tenetur alium alere, † semper enim ad effe-
ctum præstandi alimenta requiritur, vt facultas sit
talis, vt illa possint præstari, *Glos.in l.fin.§.ipsum au-
tem, in verb.ex vtraq., C.de bon.quæ liber.per text.in l.*
15 *2.C.de alend. liber.* latè *Bologn.cons.10.num.3.* † vbi
etiam quod neque pater tenetur proprietatem
suam vendere pro alimonia filiorum, ex qua ipse-
met viuere debet, sicut neque è contra filius tene-
tur vendere suam nudam proprietatem, in qua ha-
beret vsumfructum, & ipse filius se alat ex ea, *Bald.
in l.fin.§.ipsum autem filium, in princ.Cod.de bon.quæ
liber. Benintend. decis.89.num.5. Alex.cons.72.num.
7.lib.5. Ioan. de Amic.cons.56.num.2. Afflict. decis.
290.n.9.& super.constitut.regn.de iur.suo curiæ obser.*
16 *rubr.4.lib.3.in 1.notab.* † Quod etiam est in liberto,
& patrono, *Glos.in l.si quis à liberis, §.fin.in verb.li-
berto, ff.de liber.agnosc.*
Quinta Conclusio. Pater habet prærogatiuam, vt pos-
sit propria auctoritate sibi à iure attributa capere
17 vsumfructum bonorum aduentitiorum filij, † &
illorum possessionem accipere, non secus ac si do-
minus esset, quidquid diuersum sit in alio vsufru-
ctuario, qui debet capere de manu hæredis, vel
proprietarij: Ita vt si filius patri in hac possessione
resistat, possit etiam in eum patriam potestatem
exercere, & si potens sit filius, dabitur recursus ad
Prætorem, qui eum cogat, prout pater voluerit, &
ad sui libitum coerceat, & dictamen, aut sententiā
Prætoris exequatur *Boer.decis.199.n.9.& 10.post Al-
ber.in l.cum opportet, in fi.princ.C.de bon.quæ lib.Pi-
nell.in l.1.p.2.nu.61.ad fin.C.de bon.matern. Surd.de*
18 *alim.tit.4.qu.11.nu.17.vsque ad n.20.* † vbi ampliat
quamuis bona peruenerint ad filium ex patris deli-
cto *Ang.in l.adoptiuum, §.patronum, ff.de in ius vo-
cand.* de quo tamen *Boer.decis.7.nu.17.decis.25.n.7.
Cepoll.caut.52.*
Sexta Conclusio. Numquam pater amittit vsumfru-
ctum, quem habebat, quamuis filius efficiatur mo-
19 nachus, † cum iuris ratio non patiatur, vt factum
filij, licèt laudabile auferat ius suum patri, neque
respectu temporis præteriti, nec futuri *Decian.in c.
in præsentia, col.35.ad fin.vers.tertio dubitatur, nu.62.
de proba. Palat. Rub.in rubr.de donat.int.vir.& vxor.*
20 *§.42.in fin.nu.15.* Ita vt † etiam si pater ingrediatur
monasterium, maneat quoque dictus vsusfructus,
quasi ille dicatur naturaliter viuere *Gloss. in auth.
excipitur, C.de bon.quæ liber. Alex.cons.139 viso the-
mate, col.2.ad fin.nu.5.lib.2.Guid.Pap.qu.4 8.nu.4.*
21 *& qu.591.nu.1.* † Quidquid alij sentiant, vel totum
vsumfructum redire ad filium, vel saltem diuiden-
dum esse inter eum, & Monasterium: Cum contra-
ria opinio sit verior, & magis communis, vt latè
comprobat *Pinell.in l.1.p.1.n.47.vsque ad nu.52.am-
pliat.13.C.de bon.matern.*
Ideò etiam patri debetur legitima in bonis filij in-
gressi religionem, cum in hoc non excludatur à
22 Monasterio, † nam ad huiusmodi effectum non
habebitur loco filij secundum æquiorem opinio-
nem, quam tenet *Spec. in §.qualiter concipiet, num.
9.colum.2. vers.quinto quæritur, de stat. monachor.*
vbi quod aduentitia transeunt in Monasterium quo
ad proprietatem, saluo tamen vsufructu, & fal-
cidia ad fauorem patris *Abb.* qui de communi in
*cap.in præsentia, num.53.colum.15.vers.item ex dictis,
de probat. Nicol.de Vbald.de success. ab intestat.cle-
ric.regul.& secul.2.p.colum.3.num.14.conclus.3.vers.
quæro quid si habeat parentes, Ioan. Rotas in epit.
success.cap.29.ampl.8.nu.40. dixi decis.7.num.3.cum*
23 *seq.* † Quidquid contrarium sequantur *Azo.Cin.&
Gomes.* cum contra eos sit verior, & magis recep-
ta sententia, vt testatur *Cenall qu.808.num.40.vs-
que ad 47.tom.3.fol.212.* vbi etiam quod est menti
tenendum tanquam practicabile, & de pane lu-
24 crando, † & sequitur *Astigl.de vsufru.cap.64.nu.
10.& cap.65.num.2.Guter. lib.2.canonic.quæst.cap.1.
num.96. Azeued.in l.1.tit.8.numer.47. lib.5.recopila-
tion.Ioan.de Monte Sperell.cons.46.in fi Kalasc.con-
sultat.24.num.5. Molin.de primogen.hisp.cap.9.lib.2.
num.64.& 65.fol.267.*
Septima Conclusio. Patre alienante rem aduentitiam
25 filij statim ab eo tollitur vsusfructus, † & in
filium transfertur *Salic.in l.vsufructus, de iur.dot.
Ioan.Faber.in §.item finitur, instit.de vsufruct.* & in
specie de vsufructu legali patris in bonis filij fami-
lias competente *Ferd. Loaz.in l filius familias, §.Di-*
26 *ui, n.3.de legat.1.* Hoc tamen intelligitur, † quando
constaret,

constaret, quod fuisset tradita possessio, tunc enim
perdit vsusfructus, quasi hoc casu non sit sepa-
ratus à persona vendente, quidquid aliud sit quan-
do [illegible] retur, tunc enim ad proprietatem reuerti-
tur, [illegible] ea [illegible] latur, Ita declarat *Bald. in l.*
res [illegible] 26. ante fin. vers. secundo casu, C. de iur. dot.
Et quamuis etiam possessio fuisset tradita, Tamen
27 hoc [illegible] gereret, † vt tunc demum vsusfructus
accedat proprietati per eius alienationem extra-
neo factam, quando fit alienatio ipsius vsusfructus
28 formalis, Tunc enim dicitur talis, † quando est
ab[illegible] actus à proprietate, nam si est coniunctus, &
concretus cum proprietate appellatur causalis *I-*
mol. in l. vsusfructus 58. n. 3. vers. quarto, ff. solut. matri.
cum aliud sit, quando pater alienaret rem aduen-
titiam, in qua habet vsumfructum, transfert enim
in emptorem quo ad eius vitam commodum ipsius
rei, & vsusfructus vtilitatem, neque ex hac aliena-
tione pater amittit vsumfructum, neque ille acqui-
ritur filio habenti proprietatem, quasi censeatur
solum alienata commoditas, non autem ius ipsius
29 vsusfructus formalis, vt contractus valeat, † Cum
etiam ipse vsufructuarius rem ipsam vendens vi-
deatur [illegible] lam vendidisse, vt alienam, potest enim
quis rem alienam vendere, vt de euictione tenea-
tur suo quidem periculo. Ita benè distinguit *Co-*
uar. lib. 1. var. resol. c. 8. num. 7. post med. vers. sunt ta-
men hæc accipienda colum. pen. in princ. post *Alber. in*
l. 1. numer 4. vers. quod si pater, Cod. de bon. matern.
Bald in l. res quas, 26. ad med. Cod. de iur. dot. & in l.
1. num. 2. C. si pignus pignori datum sit, Imol. in l. vsus-
30 *fructus 58. nu. 5. & 6. in 1. notab. ff. solut. matrim.* † Quid-
quid contrarium sequatur *Auchar. q. 1. num. 14. lib.*
3. Quia contra eum est verior opinio, vt testatur
Honded. consil 19. num. 20. & 21 lib. 2. Couar. lib. var.
resol. c. 8. num. 7. ad med.

Octaua Conclusio. Non interdicitur patri admini-
stratio bonorum filij, nisi in casu alienationis vo-
31 luntariæ, † secus si constaret illam esse factam in
causas necessarias *Bald. in leg. 1. ff. de reb. eor. Aretin.*
in l. vltim. §. pupillus, ff. de verb. oblig. Honded. cons. 19.
nu. 13. & 14 lib. 2. Imò quamuis etiam probaretur
dilapidatio bonorum per patrem: Tamen hodie
potest admitti remedium cautionis inter patrem,
32 & filium in potestate ex causa aduentitia, † ideò
non aufertur administratio patri, quo non haben-
te facultatem satisdandi, tunc per officium iudi-
cis consuletur filiis, quod pecunia sequestretur pe-
nes idoneum Mercatorem, aut res aliquæ loco
pecuniæ assignentur, & vsusfructus interim erit
patris, donec viuit *Ias. in l. si constante, num. 197. &*
198. colum. 27. ad med. vers. tu autem aduerte, ff. solut.
33 *matrim.* † vbi quod istæ est verior opinio, non ad-
m[illegible] à sententia aliorum, qui volunt, quod possit
agi, vt fiat restitutio filiis assecurato patre de vsu-
fructu secundum *Io. Andr. ad Speculat. de donat. int.*
34 *vir. & vxorem, §. vlt. ad fin.* † prout etiam de magis
vera opinione testatur *Surd. de alim. titul. 8. priuil.*
88. num. 1. post Imol in l. imperator 50. ff ad Trebell. Et
quamuis etiam non admitteretur ista cautio in-
35 ter patrem, & filium, † iuxta æquiorem opinio-
nem, de qua per *Ca[illegible]gl. de vsufr. c. 3. nu. 99.* Tamen
patri non deberet auferri administratio vsusfru-
ctus, quando dissiparet bona propria, & libera
ipsius, quia in eis non consideratur ista dilapida-
36 tio, † sed solùm in bonis filiorum *Bart. in l. fin. col. 3.*
in princ. num. 34. & 35. C. de bon. matern. Nisi essemus
in bonis, quæ subiacent restitutioni post mortem
patris ad fauorem filiorum, quia etiam hoc casu,
37 quamuis possessio daretur filiis, † Tamen pater
semper inde est alendus *Bald in l. 2. aduersus vers. sed*
pone, n. 3. C. in fraud. patron. alienat. à lib. fact. sit, Ias.
in l. si constante, num. 198. & 199. ff solut. matrim. latè
38 *Surd. cons 116. nu. 24. & 48. lib. 1.* † & ita intelligun-
tur Doctores, dum volunt, quod patri dissipanti
bona filij auferatur ei administratio, quia dilapi-
datio debet contingere in bonis, in quibus quis ha-
bet vsumfructum, tunc enim etiam vltra admini-
strationem amissam datur priuatio vsusfructus,
cum de vno ad aliud inferatur *Cast. in l. imperator,*
num. 4. & ibi Alexand. numer. 6. ff. ad Trebell. Boer.
decis. 61. num. 7. cum aliis per *Castigl. de vsufr. c. 3. nu.*
99. vsque ad 106.

Noua Conclusio. Per insinuationem, quam facit pa-
ter de donatione facta per filium ad fauorem ex-
39 tranei † non dicitur aliquo modo eidem patri præ-
iudicatum quo ad vsumfructum sibi debitum,
cum hoc potius censeatur factum pro confirma-
tione rerum donatarum, & per consequens, vt ma-
40 gis sibi deberetur vsusfructus, † Insinuatio enim
est quædam confirmatio actus, *l. sancimus, 34. §.*
aliàs vero vers. actu interuenientibus corroborato, C. de
donat. quem text. ad hoc ponderat *Rimin. Iun. §. 1. n.*
207. instit. eod. tit. Soci. cons. 80. de duobus, col. pen. an-
te med. vers. nec obstat octauum, n. 13. lib. 1. post Bald. in
l. cum multa 20. in fi. n. 7. C. de donat. ante nupt. & spon-
41 *salib.* † Vnde talis actus non debet operari vltra
intentionem agentis. Maximè in sui præiudicium
42 *l. non omnis, ff. si cert. petat.* † Præsertim cum tales in-
sinuationes respiciant ordinationem, & sic mo-
dum, & formam illas faciendi, non autem alium
effectum, vltra quem non extenduntur *Rimin. Iun.*
instit. de donat. in princ. nu. 683.

Decima Conclusio. Propter transitum ad secunda
vota non amittit pater vsumfructum sibi quæsitum
43 in bonis aduentitiis filiorum, † nec curam, vel tu-
telam, seu legitimam administrationem, quam ha-
bet à lege in eisdem bonis *§. quemadmodum, auth.*
de nupt. l. fi. vbi Bald. in princ. Pinell. n. 1. C. de bon ma-
tern. boer. decis. 198. Paris cons. 9 nu. 74 & 95. lib. 3.
Gomes. in l. 15. taur. num. 15. Bacça de decim. tutor. præ-
stand. c. 4. nu 51 Gutierez. lib. 2. practic. qu 95. num. 12.
44 † Cum patri non remoueatur sicut matri, quasi
amor paternus reboretur maiori firmitatis indi-
cio, quam maternus. Fœminæ enim sæpè nouis vi-
ris non solùm res filiorum, sed vitam addicunt, vt
de magis verum opinione testatur *Pinel. in l. vlt. n.*
45 *15. & 16. C. de bon. matern.* † Ita vt neque hoc casu
pater secundò nubens teneatur præstare satisda-
tionem, nec inuentarium conficere de bonis im-
mobilibus, quidquid secus sit in mobilibus, in qui-
bus æquiparantur vir, & vxor secundò nubentes,
prout de magis communi opinione testatur *Ca-*
stigl. de vsufr. c. 3. n. 9. vsque ad 99. Et quidquid aliud
sit in descriptione, quam cogitur conficere, etiam
de stabilibus ad instantiam filiorum, seu ex officio
Iudicis, vt post mortem [illegible] consta[illegible] possit, quæ
fuerint bona filij, vel aduentitia, vel ex priori ma-
trimonio prouenientia, quæ restituari debuerint
iuxtà doctrinam *Bald. cons. 15[illegible] Molin. de pri-*
mogen. hispan. lib. 1. c. 15. nu. 28. cum aliis per *Castigl. de*
vsufr. c. 3. n. 96. & 97. dixi supr. c. 114.

Vndecima Conclusio. Non priuatur pater, neque
proprietate bonorum filij, neque vsufructu per

46 transitum ad secunda vota, † si adest conscius
eiusdem filij non conquerentis de secundis nu-
ptiis, ita vt sufficiat etiam tacitus ad excludendam
talem priuationem, quasi per illam taciturnitatem
inducatur voluntas, & ratificatio nuptiarum *Bald.*
in l.pater. vers.quaero vtrum, Cod.ad Tertull. Rimin.
Iun.consil.295 num.16. lib.3. Menoch. de adipisc.re-
47 *med.1.num.15.* † Ita vt etiam requiratur, vt filius
declaret velle patrem esse priuatam dicta proprie-
tate per transitum ad secunda vota *Roland.consil.*
48 *81.num 5.& 6.lib.3 post Decian consil.206.colum.4.* †
Quidquid dubitet de tacito consensu *Boer.decis.*
190. Quia contra cum est verior opinio, & magis
communis, vt late testatur *Menoch.cons.155.num.*
16.vsque ad num.22.lib.2. & dixi late *supr.cap.140.*
num 3.cum seq.

Maximè quando vltra taciturnitatem adsunt actus
positiui, qui requiruntur etiam in maioribus iuxta
49 opinionem Doctorum, de quibus † per *Rim.Iun.*
consil.295.num.75.vsque ad 79 & cons.569.num.177.
cum seq. Menoch.cons 237.num.15.& 16.& cons.806.
nu.21.Surd.decis.100.num.7.& 8.Castigl de vsufruct.
50 *cap.2.num.100.* † vbi notat, qui dicantur isti actus
positiui *Io.de Garron.in rubr.C.de secund.nupt.n.118.*
Rip.in l.foemina, num.40.in fin.Cod eod.tit.Rot.coram
R.P.D.Buratto.Romana haereditatis & paragij dotis
1.Decembris 1614. vbi etiam quod in muliere mino-
51 re non potest dici actus positiuus † cohabitatio
cum patre, quasi decennua alibi non posset mo-
rari ratione educationis *Boer.decis 195.num.5. Pi-*
nell.in l.1.nu.53.C de bon.matern. Surd.de alim.tit.4.
52 *qu.14.num.10.* † Maximè, quia in muliere minore
non potest induci consensus, & approbatio ex il-
lius taciturnitate, & cohabitatione sine scientia, &
certioratione iuris sibi quaesiti ex dispositione *l.foe-*
mina §.illud, C de secund.nupt. vt in specie concludit
Decia.cons.206.nu.7. Aym.cons.142.nu.20. Ias.cons.
53.nu.3.lib.1. Menoch.cons.237.num.28. & cons.806.
53 *num.23* † De qua scientia debet constare, cum ra-
tione sexus praesumatur ignorantia quamuis in iu-
re consistat *l.regula. §.1 ff.de iur. & fact.ignor. Me-*
noch.praesumpt.22 nu.17.& 19 lib.6. Cephal.cons.34.
54 *nu.29.* † Cum etiam in remissione iuris, & in ex-
presso consensu sit necessaria solemnitas statutaria
requisita in contractibus mulierum, vnde multò
magis in tacito, vt notat *Ias.cons.53.nu.4.& 5 lib.1.*
Menoc.cons.157.n.54.vers.prohibet, lib.2. Rot.coram
R.P.D.Buratto in dict. Romana haereditatis, 1.Decem-
bris 1614.

Et quidquid sit de praedictis in casu nostro non su-
55 persunt alij fratres alterius filij, † quibus non ex-
tantibus nulla consideratur priuatio, & succedi-
tur pleno iure tam in vsufructu, quàm in proprie-
tate, quoniam poenae secundo nubentium non
sunt sublatae in concernentibus fauorem filiorum,
qui ex illo matrimonio supersunt, vnde si illi non
extent, cessat ratio legis, & sic etiam dispositio
Alex.cons.66.n.7. lib.4.Rip in l.foemina, n.4.C.de se-
cund.nupt. Aym.cons.36.ad fi. & de veriori opinione
latè testatur *Conall.q.671.in fin.vers & pro hac vlti-*
ma.

Duodecima Conclusio. Probata possessione anti-
quiore per eum, qui praetendit se reintegrari ad
56 aliqua bona, † & recenti ac noua aduersarij con-
ceditur reintegratio, Nam antiquior possessio
praesumitur magis iusta, & posterior vitiosa, &
clandestina *Bald.in l.ordinarij, 13.col.penult.ad med.*
vers.sed iuxta praedicta quaero, n.10.C.de rei vendic.&
57 *in l.non ignorabit, 4.ad med.n.3.C.ad exhibend.* † Et
per consequens debet concedi mandatum in in-
terdicto recuperandae *Glos.in c.consultationibus, 10.*
in verb.possessionem, de offic delega. Ias.cons.21.num.1.
lib.1.post Doct.in c.licèt causam 9.de prob. Benintend.
58 *decis.13 num.1.* † Quae procedunt, non obstante
quod noua possessio praetendatur esse cum titulo,
& bona fide, per quam licèt videatur excludi re-
medium recuperandae secundum opinionem *Bart.*
in l.rem quae nobis, de acquir.possess.cum alijs Menoch.
59 *de recuper possess.remed.nu.89.ad med.q.13.* † Tamen
contraria sententia est magis vera & communis,
vt late testatur *Roland.cons.50.nu.11.vers. quia duo-*
bus modis, lib.2.post Alex.nd.cons.91 col.vlt.ad med.
vers praeterea, nu.6.lib.5. & ita practicari in iudicijs
docet *Mysinger.obseru.85.num.3.centur.3. Cassader.*
decis.7.de restit.spoliator. Rim. Sen.cons.428.num.10.
& ibi Rimin.Iun.in addit.in verb.adde ibi Rot Bonon.
intend.decis 33.nu.1.late Eugen.co s.4 n.28.vsque ad
60 *num.35.* † Immo etiam si admitteretur opinio *Bart.*
prout non est admittenda, † Nihilominus debet
constare, quod titulus non prouenerit à malae fi-
dei possessore, nam si quis a tali habuisset titulum,
posset conueniri huiusmodi remedio recuperan-
dae *Alexand.consil.200.colum penult.ad med vers sic.*
nec praedictis obstat, num.6.lib.2.per auth.mala fides,
Cod.de praescript.long.tempor. Ang.in l.sive autem 11.
§.si duobus. ff.de publ.in rem act.Rip.in cap saepe, col.
7 in fi. vers.quod tenendum, nu.18. de restit.spoliator.
Socin.in l.rem quae nobis, col.7. in fin num.12. de ac-
quir possession. Menoch.de recup.remed.15.num 425.
in princ.vers.dum modo.

Decimatertia Conclusio. Quamuis restitutio detur
vsufructuario ratione quasi possessionis vsufru-
61 ctus, † vt per *Menoch.de recuper.remed.1.num.74.*
Tamen sufficiet probare possessionem, cum vsu-
fructuarius verè possideat, non quasi *l.naturaliter,*
in princip. ff de acquir.possess. Rip.in l.1.nu.34.eod.tit.
62 † Licèt enim *in l.3.§.penult. ff.de vi & vi armat.* ap-
pelletur quasi possessio illa, quàm habet vsufru-
ctuarius, Nihilominus hoc est ratione iuris ipsius
vsusfructus, non autem ratione fundi, cui insistit,
prout declarat *Menoch. de recuper. remed.1.nu.74.*
63 *ad fin vers.nec ad rem facit.* † vbi etiam ex hoc con-
cludit, quod interdictum Vnde vi, quod concedi-
tur vsufructuario eiecto sit directum, non vtile,
aut per extensionem, cum naturaliter possideat,
non quasi, quod etiam voluit *Ias.in l.naturaliter, in*
64 *princip.num.17 de acquir.possess.* † vbi, quod ipsum
ius incorporale vsusfructus quasi possidetur na-
turaliter per actus naturales, quos exercet in re-
colligendo fructus, & ciuiliter animo, quia si re-
cedat de feudo retinet ciuilem animo *Glos. in l.ait*
praetor, § item ei, ff.ex quib.caus.maior.Cyn.in l.vnic.
C.vti possider.

Decimaquarta Conclusio. Per indicationem bono-
rum aduentitiorum, & assensum praestitum per
65 patrem illorum subhastationi † ad fauorem cre-
ditorum non dicitur amissus vsusfructus eidem
patri debitus, quando subhastatio non habuit
effectum, nec bona fuerunt vendita, prout in spe-
cie concludit *Rot.corā R.P.D Verospio.Romana do-*
nationis, 24.Nouembris 1614. per doctrinam *Guid.*
Pap.quaest.101.num.1. & 2.& consil.126. ad fin.Curt.
iun.de feud.p.4.13.num.103.post med.& quaest.30.num.
121.Schrader.cod.tit.q.9.cap.1.nu.32.Corbul.de caus.
priuat.

privat. ob alienat. limit.38. Non enim poteſt dici,
66 † quod debitor ceciderit facto ſuo, non ſecuto ef-
fectu, ideo competit ei remedium reintegrandæ,
cum non dicatur actum quando aliquid ſupereſt
agendum l. penult. in fin. Cod. ad Syllanian. cap. ni-
hil, ad med. 7. qu... Calcan. conſil. 15. num. 34. & ita
in ſpecie reintegrationis concludit Becc. conſil. 13.
num. 7.

Amplius quamuis cum effectu fuiſſet facta aſſignatio
67 bonorum per patrem creditoribus, † tamen illi
non præiudicaret, ſi eſſet incerta ratione perſona-
rum, quibus talia bona deberent aſſignari, vel re-
ſpectu quantitatis, & ob alias cauſas temporis, lo-
ci, & quotæ, tunc enim obſtante incertitudinem
huiuſmodi aſſignatio, & datio in ſolutum non
ſubſiſtit, nec poſſeſſio, aut dominium fuit tranſla-
tum in acquirentes, prout neque dictum domi-
nium, & poſſeſſio non diſceſſit ab alienante, ſed
ad eum fructus pertinent, & ſi qui interim percepti
ſunt per creditores debent computari in ſortem:
Ita vt neque ipſe titulus ſubſiſtat, nec conſtitu-
tum ſi interuenerit, aliquid operetur, per quod ra-
tione iſtius incertitudinis non eſt tranſlata aliqua
poſſeſſio Ruin. conſ. 136. ad fi. num. 8. lib. 1. Iaſ. conſil.
147. ... in princ. verſ. quia ad iſta omnia, lib. 2. Ce-
pol. conſ. 159. nu. 1. vſque ad 5. lib. 1. late Aſin. de exe-
cut. cap. 270. § 7. num. 4. & 6. fol. 241. Tiraquel. de
iur. conſtit. limit. 19. Menoch. conſ. 222. num. 49. & 50.
lib. 3. Roteder. in Cardin. Pamphil. Maceraten. here-
ditatis, 13. Iunij, 1588. quæ eſt inter deciſ. diuerſ. part.
4. deciſ. 16. circa princ. verſ. quo ad ſecundam. num. 1.
68 † Quando autem certitudo adeſſet ex parte tra-
dentis, non acquirentis an poſſeſſio transferatur
Iaſ. in l. 1. § incertam, de acquir. poſſeſſ.

Nec obſtabit, quod poſſeſſio perdatur animo, l. 3. § in
admittendâ, D. de acquirend. poſſeſſ. Bart. in l. 1. § non
alij autem, in princ. D. de vi & vi armat. Quod ma-
69 ximè † habet locum, quando procederet a mera,
& libera voluntate mea, quidquid ſit in coacta
Alex. in d. l. 3. § an amittenda, de acquir. poſſeſſ. per
auctoritatem Gloſſ. in L. 1. § non alij quàm ei, in verb.
reſtitea poſt med. D. de vi & vi armat.

Quia cum poſſeſſio retineatur per colonos, illa amit-
titur, quamuis quis deſierit animo poſſidere ex
70 voluntate libera, & non coacta. † Quaſi tunc poſ-
ſeſſio ciuilis ita cohæreat naturali, quæ retinetur
per alium, vt non poſſit amitti ſolo animo, niſi co-
lonus expellatur, vel niſi eam alteri tradamus, vel
niſi nos illam ciuilem in alium transferamus con-
ſtituendo alterius nomine poſſidere: Ita ex com-
muni opinione benè declarat Iaſ. in l. 3. § in amit-
tenda, ante fin. verſ. tu dic, num. 12. de acquir. poſſeſſ. &
71 ibi Caſtr. in § ſaltus, num. 2. † & ita etiam loquitur
Bart. in l. 1. § non alij, num. 2. verſ. ſecus ſi ſponte, D.
de vi & vi armat. Bald. in l. cum teſtamentum, 7. in
fin. verſ. & ex certa ſcientia traderem, Cod. de iur. &
fact. ignor.

Maximè ſi nulla adeſt traditio, neque conſtitutum,
quod etiam ſi adeſſet nihil operaretur, vt dictum
72 eſt ſtante incertitudine, quæ impedit tranſlatio-
nem poſſeſſionis, l. 3. § incertam, & l. locus, de acqui-
rend. poſſeſſ. Bart. in l. 2. num. 2. in fin. verſ. item ratio-
ne quotæ, C. quand. & quib. quart. pars debeat. lib. 10.
73 Quidquid aliud ſit quando res incerta loco, &
quota tempore conſtituti poſtea fieret certa, tunc
enim non impediretur dicta tranſlatio poſſeſſio-
nis, ſtatim quod ad certitudinem eſt redacta, de
quia non poteſt dici conſtare, ſi nunquam fuit aſ-
ſignatio certificata, nec ſortita effectum Ruin. conſ.
127. viſa facti narratione, col. 5. in princ. verſ. pro-
pterea incertitudo, num. 16. lib. 5. Tiraq. de iur. conſtit.
poſſeſſ. limit. 19. num. 4.

Nec aliquid operabitur recognitio colonorum, Quia
per illam non videtur tranſlata poſſeſſio, colonus
74 † etenim ſolo verbo, putà ab alio conducendo,
vel conſtituendo ſi precario pro alio tenere, non
intervertit poſſeſſionem, cùm ad hoc requiratur
concurſus facti, putà alium in poſſeſſionem inducen-
do, & ipſe ab eo recedendo Bald. in l. 1. ad fin. verſ.
quæro, nunquid colonus, num. 3. C. commun. de vſucap.
Dec. conſ. 400. viſo eleganti, col. 5. ad fin. verſ. tertio
75 non obſtat, num. 9. † vbi etiam, quod hoc maximè
procedit, quia poſſidens per colonum non pri-
uatur poſſeſſione, niſi ille fuerit expulſus Bart.
Angel. & alij in l. peregre, § quibus, de acquir. poſſeſſ.
76 Aret. conſ. 31. Cum † etiam colonus non interuer-
tat poſſeſſionem quando non admittit Dominum
venientem Bart. in l. male agitur, C. de præſcrip. trig.
annor.

Ex iſtis colligitur, quod non poteſt impediri reinte-
gratio petita cum fuerint probata omnia, quæ in
huiuſmodi remedio requirantur, vt dictum eſt in
duodecima, & decimatertia concluſione. Non ob-
ſtante, quod vſusfructus patri acquiſitus prætén-
datur, vt ad eum tranſiuerit cum onere alendi fi-
lios, Nam talia alimenta illis non debentur ratio-
77 ne vſusfructus vt in tertia concluſione. † Vnde
talis exceptio tanquam requirens altiorem inda-
ginem non debet retardare poſſeſſionum Dec.
conſ. 424. num. 19. & 20. Menoch. de adipiſc. rem. 3. n.
101. & 105. Maximè, quia in præiudicium vſusfru-
ctus patris nón poterat fieri donatio ad fauorem
filiorum ſecundi matrimonij, vt in ſecunda con-
cluſione. Et ſatis incongruum eſſet, vt per dictam
alienationem minueretur vſusfructus patris, qui
prius tenebatur alere vnicum filium, vt poſtea
aleret plures donatarios, & quatenus etiam ali-
menta eſſent in conſideratione, Tamen ſtante pa-
ritate inopiæ prius ex dictis bonis erit alendus
pater, vt dictum eſt in quarta concluſione. Cum
etiam talia bona vix ſufficiant pro eo, ſolutis cen-
ſibus, ex aliis oneribus in illis exiſtentibus. Præ-
ſertim, quia agitur de vſufructu paterno magis
priuilegiato, quod etiam potuiſſet capi propria
auctoritate, Quamuis ad euitanda ſcandala pro-
pter iuuenilem ætatem filiorum, & ob reueren-
tiam Iudicis fuerit ad eum habitus recurſus, cuius
officium erit eoſdem filios coercere, & iura ſua il-
læſa patri reſtituere, vt dictum eſt in 5. concluſione.
Quod magis eſt concedendum, cum non aduer-
ſetur prætenſa remiſsio patris de huiuſmodi vſu-
fructo, quia illa non durat, niſi quoque pater pa-
titur, vt in prima concluſione. Nulla habita conſi-
deratione monachatus filij, per quem non pri-
uatur pater ſuo vſufructu, prout neque legitima
ſecundum veriorem opinionem, de qua in 6. con-
cluſione. Ita vt neque obſtet amiſsio vſusfructus
propter alienationem oppoſitam, cum non ap-
pareat de traditione, neque de alienatione ipſius
vſusfructus formalis vt in ſeptima concluſione.
Non habito reſpectu, quod opponatur delapida-
tio bonorum, tanquam non conſtet, quod pater
dilapidauerit bona aduentitia, prout requiritur,
vt dicatur amiſſus vſusfructus vt in 8. concluſione.

Nec considerata insinuatione donationis facta
per patrem, per quam sibi non præiudicauit in
vsufructu, quamuis etiam transiuerit ad secunda
vota, per quæ non amittitur nec cura, aut tutela,
& legitima administratio, ac vsusfructus in bo-
nis filij, stante præsertim consensu filiorum de se-
cundis nuptris, & quia non aderant alij fratres,
vt dictum est in *nona, decima, & vndecima conclu-*
sione. Et non obstante prætenso consensu subha-
stationis, per quem non dicitur pater remisisse v-
sumfructum, aut possessionem stante effectu non
secuto, & ex aliis rationibus, de quibus *in deci-*
maquarta conclusione. Ita vt nec aliquid operetur,
78 † quia non constat de aliqua citatione patris,
prout requirebatur *l. de vnoquoque de re iudic.*
Gabr. conclus. 1. num. 1. de citation. Quamuis enim
fuerint citati creditores patris, Tamen hoc non
sufficiebat, cum non adsit par ratio, filij enim
præferuntur creditoribus in dictis alimentis, non
79 autem patri, si qui esset prius alendus in pari cau-
sa necessitatis *Bolognin. consil. 10. ad fin. post Gloss. in*
l. si quis à liberis, §. fin. in verb. liberta, D. de liber.
agnoscend. Benintend. decis. 89. num. 5. Vnde meritò
nullum fuit ortum præiudicium patri, qui non
poterat sine citatione de facto ab vsufructu eii-
80 ci de possessione, † quamuis esset finitus *Guid.*
Pap. in spetio vsufructuarij *sing. 366. puesice, num.*
2. post Archid. in cap. licet episcopus, de prabend. in
sexto. Maximè quia nunquam fuit citatus in pro-
81 cessu alimentorum, † nedum in actu reassumendæ pos-
sessionis *Nicolin compend. glos. 32. fol. 86.*
Prout neque obstabit petitio patris de alimentis,
Quia non ex hoc renunciauit vsufructui, qui
non erat adeò amplus, vt non posset præter ali-
menta filiis, & retinere vsumfructum, cum non
82 esset sufficiens ad eum alendum, † & quatenus
etiam talis iudicaretur ex electione vnius reme-
dij non tollitur alterum quando plures actio-
nes competunt ex diuersis causis *Castr. in l. edi-*
ta, n. 11. C. de edend. & ibi Dec. nu. 18. post Alber. in l.
quod in haredem, §. eligere, in fi. D. de tribut. Surd.
83 *cons. 139. num. 8. lib. 2.* † Cum etiam lite pendente
possim inchoare aliam, quamuis habeat ali-
quam dependentiam a prima *Alex. consil. 105. col.*
vlt. in princ. nu. 30. lib. 3. Maximè quando ex noua
causa peteretur, quæ hic adest, cum non fuerit
84 patrum præstationis alimentorum, † sed cessa-
tum in eorum solutione, immò neque vnquam
inchoatum *Alex. consil. 105. num. 31. lib. 3.* vbi ita de-
clarat *Bald. in l. 2. C. de seruit. & aqua.*
Accedat statutum, pro quod maritus liberis extan-
tibus lucratur dotem, Vnde minus poterat præ-
iudicari in huiusmodi bonis, ad quorum recu-
perationem debet esse locus remedio intentato,
85 † cum etiam vsufructuarios iuuerat similibus in-
terdictis, quamuis pendente spoliatione vsusfru-
ctus tempore finiatur, nam adhuc est restituen-
dus *Menoch. de recuper. remed. 1. num. 69. vsque ad*
86 *75.* † Dicitur enim naturaliter possidere *Bart. in*
leg. 1. §. interdictum autem hoc, D. de vi & vi armat.
Rip. in l. 1. num. 34. de acquir. possess. & in rubr. de caus.
possess. & propriet. nu. 21. Cum etiam hic non agatur
amplius de aliquo vsufructu in bonis maternis
filij primi matrimonij, sed in bonis per eum do-
87 natis liberis secundi thori, † in quibus quoque
pater habet vsumfructum *l. cum oportet, §. 1. C. de*
bon. qua liber. Bero. consil. 139. in princ. lib. 2. Roland.
cons. 16. num. 1. lib. 4. Nec fraude isto vsufructu appa-
ret fuisse factam aliquam remissionem filiis,
quidquid dicatur de alio vsufructu, quem pater
prius habebat in bonis maternis spectantibus
ad filium ex primo matrimonio, licet etiam ne-
que de remissione illius constet ex superius alle-
garis. Et quamuis dubitaretur an vsufructuario
competeret remedium canonis reintegrandæ,
88 † Tamen dubitatio fuit sublata ex his, quæ dixi
supra cap. 311. vbi latè comprobaui opinionem af-
firmatiuam quod competat, adeò vt non sit am-
plius hoc in controuersiam deducendum, & no-
tat etiam *Gozad. consil. 99. num. 4.* Cum etiam ei de-
tur interdictum vnde vi, si expellatur, an sit im-
peditus vti frui *Gloss. in l. 3. §. si quis tamen neget, in*
verb. possidebat, in princ. D. vnde vi. Rot. decis. 27.
num. 2. Surd. cons. 162. num. 8. lib. 2. Rip. pol. 1. in princ.
num. 34. de acqu. possess. Menoch. de recuper. possess.
rem. 1. num. 70. quis per text. in l. 3. §. vnde vi interdi-
ctum, ff. vnde vi.

EPITOME.

Conductor habens bona obligata an possit
expelli ab emptore, quamuis adsit pactum de non
alienando. § Conuentio vt in casu venditionis
domus locatæ inquilinus præferatur pro scutis
centum minus pretio ab alijs reperendo an ope-
retur, vt durante locatione possit liberè vendi,
ita vt emptor non teneatur illi stare. § Locatio
ad decennium an sit ad longum tempus. § Euictio
an detur in casu occurrente post venditionem,
vel facto Principis, vel ex natura rei, vel quando
potest contingere augmentum siue diminutio.
§ Et quid in restitutione pretij, & interesse. § Et
an requiratur scientia naturæ rei. § Vtilitas seu
sterilitas bonorum Ecclesiæ an debeat attendi
de tempore contractus, non inspecto, quod res
postea fiat deterior, seu magis fertilis. § Condu-
ctor recognoscens in dominum emptorem an
sibi præiudicet in iuribus suæ locationis. § Et
quid in iure retractus iuxta formam constitutionis
Gregorianæ.

SVMMARIVM.

1 *Pactum vt in casu venditionis domus locata condu-*
ctor praferatur pro scutis centum minus an ope-
retur, vt dominus possit illam vendere durante lo-
catione, nu. 31.
2 *Conductor habens bona obligata non potest expelli ab em-*
ptore, quamuis non adsit pactum de non alienando.
4 *Hypotheca extinguitur finito tempore contento per*
contrahentes.
5 *Locatio ad decennium non dicitur ad longum tempus.*
6 *In locatione ad longum tempus acquiritur ius condu-*
ctori, vt non possit dominus liberè de re locata dispo-
nere illa finita.
7 *Ex mente contrahentium omnis contractus dirigitur.*
8 *Verisimilitudo arguit mentem partium ad interpre-*
tandum quantumque dispositionem.
9 *Æqualitas est seruanda inter contrahentes.*
10 *Specialia duo non debent simul ad eundem effectum con-*
currere.
11 *Pars vna scriptura declaratur per aliam.*
12 *Conductor recognoscendo emptorem in dominum ab-*
que protestatione, vt non admittatur in præiudi-
cium

tium ſuæ locationis an ſibi præiudicet. Et quid in iure retractus, nu.15.18.& 19. & an requiratur proteſtatio, nu.10.

15 *Non contradicens an in ſuis iuribus dicatur ſibi præiudicare.& nu.14.*

16 *Dominus dicitur etiam pleno iure, alicuius rei quamuis illa certo caſu adueniente ab eo tolli poſſit.*

17 *Renuncians non cenſetur renunciare iuri de futuro.*

21 *Vtilitas euidens Eccleſiæ requiritur in alienatione ſuorum bonorum.*

22 *Euictio non datur in caſu occurrente poſt venditionem.*

23 *Venditor non tenetur de euictione, nec de intereſſe. nec ad pretij reſtitutionem pro caſu, qui facto Principis occurrit.*

24 *Euictio ſumens cauſam ex nouis legibus, vel contra ius commune non attenditur in detrimentum venditoris.*

25 *Factum Principis dicitur caſus fortuitus, qui cenſetur reſeruatus in quacumque promiſſione, nu.26.*

27 *Euictio non debetur, nec pretij reſtitutio, ſi occurrat ex natura rei. Intellige vt nu.28.29.& 30.*

31 *Remedium euictionis tollitur quando poteſt contingere augmentum, ſeu diminutio.*

32 *Vtilitas Eccleſiæ attenditur tempore contractus non inſpecto, quod res poſtea fiat deterior ſicut è contra idem dicitur de ſterilitate.*

33 *Antiquitas temporis facit præſumi omnia ſolemniter acta.*

CAPVT DXX.

COnuentio vt in caſu venditionis domus locatæ conductor præferatur pro ſcutis cen-
1 tum minus pretio ab aliis reperiendo, † non po-
teſt intelligi, niſi quod habeat locum, vt durante
locatione dominus rem ſuam poſſit liberè vendere, & non teneatur conductorem manutenere
in detentione domus, & per conſequens, quod
emptor non ſit cogendus ſtare locationi, Etenim
contrahentes conſiderarunt quod ſtante hypotheca bonorum, & iuramento non poterat res vendi
liberè in præiudicium conductoris, qui nihilominus habeat facultatem illam retinendi pro obſer-
2 uatione contractus, † Nam conductor habens bona obligata non poteſt expelli ab emptore, neque enim requiritur pactum de non alienando
Abb. in c. fi. ne prælat. vices ſuas Grat. conſ.95.n.10.li.1. Gozad. conſ.100.col.fin.& ita ſeruat *Rot. coram Card. Ludouiſio Romana Caſalis 1. Iulij 1602. & coram R. P.D. Ortembergo. Romana apotheca 15 Ianuarij 1610. Socin. conſ.90.n.7.lib.4. Ang. conſ.2.n.12. Menoch. de retin. remed.4.nu.38.* Quamuis etiam ſufficeret iuramentum, vt dixi *ſupra c.37.nu.22.& 23. Surd. deci.*
3 *225.num.*10. † Vnde paciſcendo quod ſi contingat
venditio, ſit locus prælationi pro dictis ſcutis centum minus, tunc clarè colligitur fuiſſe promiſſam
venditionem pro tempore, quo durabat locatio,
cum illa finita non eſſet opus tali licentia, quaſi
tunc liberum ſit Domino rem ſuam pro libito cuique concedere, cum non adſit amplius aliqua obligatio, ſeu hypotheca, quæ † completo tempore
4 conuento fuit extincta *Bald. in c.1. in fin. verſ. vltimo nota. & verſ. quod facit. nu.8. de conuention. int. domin. & fidel. poſt Innoc. in c.1. de immunit. eccleſ. Rip. de remed. preſeruatiu. cont. peſt. colum. pen. in princ. nu.259. Honded. conſ.85.num.11.lib.1. Burſatt. conſ.330.num. 74.lib.3.*

Maximè quia ſumus in locatione infra ſeptem an-
5 nos, quæ non dicitur ad longum, † ſed ad breue
tempus, quamuis etiam eſſet ad decem annos *Bald. conſ.475.n.8. in fin. lib.1. Alex. in l. ſi filiofamilias, §. ſi vir. nu.23.& ibi Imol. num.11. ff. ſolut. matrim. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.5. tit.4.n.10.& lib.11. tit.45.nu.13.* Et per conſequens in tali locatione non poteſt conſiderari aliquod ius ad fauorem
conductoris, ita vt finito tempore conductionis poſſit præferri cæteris, prout eſſet ſi locatio
6 fieret ad longum tempus, † in qua acquiritur ius
in re conducta, & videntur ligatæ manus domini,
vt poſt finitam locationem non poſſit ita liberè diſponere de re ſua, ſicut poſſet facere in aliis contractibus locationum ad breue tempus *Menoch. de retin. poſſeſſ. remed.4.num.36. & 37.* iuxta doctrinam, *Bart. in l.1.n.1. ff. de loc. publ. fruend. & in l.1. §. quod autem ait. nu.5.& 6. ff. de ſuperficieb. & in l. emptorem, n.5. C. locat. Bald. in l.1. in princ. C. de iur. emphyt. Aſin. de execution. c.39. §.7. nu.7. Valaſ. de emphyteuſ. q.29. num.28.*

Præſertim quia ſi talis interpretatio non daretur, vt
tale pactum referatur ad tempus conductionis,
non autem ad illam finitam, huiuſmodi conuentio nihil operaretur, cum iſta licentia non eſſet neceſſaria, quaſi finita locatione remaneat domino
liber vſus domus, & facultas pro libito de ea diſponendi, vt ſupra dictum eſt, Vnde ad hoc vt pactum non ſit ſuperfluum, debemus colligere ta-
7 lem fuiſſe contrahentium mentem, † ex qua omnis contractus dirigitur *l. cum mulier. ff. ſolut. matri. Socin. conſ.27.nu.2.lib.4. Iaſ. in l. iuriſgentium. §. prætor ait. nu.5. de pact.* cum aliis per *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tit.4.lib.2.num.2. ad med.* Concurrente præſertim veriſimilitudine, ſecundum
quam potius eſt credendum, quod voluerit locator dare conductori in caſu venditionis ſcuta centum occaſione ſe liberandi ab intereſſe, quod poſſet conductor prætendere ſtante hypotheca ſi venderetur domus, quam ſe ligare ad perſiſtendum
in locatione, & illa finita cum præferre pro dictis
8. ſcutis centum, † Quæ veriſimilitudo magis arguit
mentem contrahentium ad interpretandam quamcumque diſpoſitionem *Bald. conſ.343. in princ. lib.1. Aym. conſ.33.n.12.* Cum etiam ita interpretando, pactum operetur, prout ad talem effectum præſumendum eſt illud fuiſſe appoſitum *Caſtr. conſ.235. col. pe. in prin. lib.2. Cur. Iun. conſ.85.n.4. Aym. conſ.603.n.6.*

Neque obſtat huiuſmodi pactum fuiſſe appoſitum
ad fauorem ſolius conductoris, quia immò concernit tam vnum, quam alterum ex contrahentibus, Videlicet vt locator poſſit domum liberè vendere, & emptor habere vſum illius abſque impedimento inquilini, qui poterant ſtante hypotheca
retinere domum pro obſeruatione contractus, &
ſic emptorem excludere, & ne ob iſtud impedimentum conductoris, domus diminueretur de
pretio, Ideò ob huiuſmodi cauſam dantur conductori ſcuta centum in recompenſationem ſui
9 intereſſe † & vt æqualitas inter eos ſeruetur prout
talis ſemper debet eſſe eorum conditio *l. ſi id quod §. vltim. ff. de contrah. empt. l. penult. in fin. C. de commun. diuid. Aym. conſil.70.num.1.* Maximè quia Aduerſarius iam declarauit velle dicta ſcuta centum,
& pro illis mandatum obtinuit contra locatorem,
ita vt non ſit æquum, vt conſequatur emolu-
10 mentum, & locationi inſiſtat, † cum ſic duo

specialia in eo concurrerent, quod esse non debet *l.1.in fin.C.de dot.promis.Gloss.in l.cum post diuortium §.in domum,in verb.placuit.in fin. ff.de iur.dot. Surd. cons.34.nu.46.lib.1.*

Minus obstat, quod non possit cessare hypotheca manutentionis, cum in instrumento adsit aliud pactum vt melioramenta facienda per conductorem excomputentur in fine locationis,quasi hoc sit contrarium alteri pacto, vt possit expelli, si contingeret domum licitè vendi durante locatione, Quia nulla adest contrarietas, cum huiusmodi conuentio recipiat interpretationem à pacto venditionis, vt tunc intelligatur finis contractus locationis, si contingat euenire casum venditionis, Ita vt eo tempore excomputatio melioramentorum sit fa-
11 cienda, † & sic vna pars scripturæ declaratur per aliam *l.vtrum.de peti.hæred.l.1.de reb.dub.Socin.cons. 51.col.1.ad med. lib.1.Surd.cons.179.num.60. Aym.in cons.pro gener.nu.336.& 338.*

Accedat recognitio in dominum facta de emptore per conductorem absque vlla reseruatione suorum iurium competentium super dicta re locata, quæ erat necessaria, ad hoc vt sibi non præiudicaretur
12 protestando, † vt emptor non admitteretur ad possessionem in præiudicium suæ locationis, cui stare tenebatur *Socin.cons.90.visis quibusdam, col.3. in princ.vers.ad hoc faciliter, nu.10.lib.4.* Stante præsertim acceptatione dictæ recognitionis expressè facta per emptorem non approbando eandem locationem, nec inquilinatum, nec per alia quæcum-
13 que iura competentia conductori, † qui cum nihil contradixerit, satis dicitur sibi in iuribus suis præiudicasse *Gloss.in l.si fideiussor. in verb.recusare, ff.qui satisd.cogant. Aym.de antiq.temp.p.11.§.quæritur etiam, num.29.Cephal.cons.25.nu.11.Io.de Amic. cons.110.num.5.in fi.Bec.cons.45.nu.45.* cum aliis per
14 *Surd.consil.445.num.24. lib.3.* † Maximè quia hic non adest sola patientia, & taciturnitas, & non contradictio, sed etiam receptio in dominum, & possessorem, per quem actum videtur magis protestationi consensum *l.filiusfamilias, ff.ad Macedon. Bald.in rubr.Cod.de fid.instrum.num.37. versic. quæro quod de litteris, Bart.in l.quo enim, §.rem haberi, in fin. ff.rem rat.hab.latè Felin.in cap.cum M. Ferrariensis, colum.20.in fin. vers.secundo fallit,nu. 36.de constitut.Natt.cons.131.num.4. Aym.consil.111. nu.5.Becc.cons.106.nu.42. Dec.cons.266. non excedit. num.3.Socin.cons.291.num.13.lib.2.Paris.cons.66.nu. 19.lib.4.*

Quamuis ista recognitio in dominum & possessorem facta per conductorem cum promissione soluendi pensiones emptori, sibi non præiudicaret in iu-
15 re retractus, † vt in specie voluit *Rot.coram Cardin. Pamphilio. Romana retractus palatij ad montem Iordanum 19.Nouembr.1604.col.pen.* ob illam rationem, quia inquilinus non facta denunciatione habeat annum à die sententiæ ad declarandum an velit retrahere, interim durante anno emptor debet habere fructus rei emptæ, & etiam acquirit dominium reuocabile, secuta declaratione inquilini, vt in terminis retractus concludit *Castr.430. circa primum quæsitum, nu.2.lib.2.* cum aliis per *Tiraq.de retract.conuent.§.2.glos.vnic.nu.37. Aldobr.cons.19.*
16 *nu.23.& cons.25.nu.10. lib.1.* † Cum non minus dicatur quis dominus alicuius rei etiam pleno iure, quamuis ab eo certo casu adueniente tolli possit *l. Iulianus §.fin.cum l.seq.ff.de rei vend.Bald.in l.1.C.de reuocand.donation. Alex.cons.208.n.6.lib.2.& cons. 162.nu.5.lib.6. Aret.in l.cum incertus, in fi.ff.de leg.1.* Præsumitur enim quod dominium apud aliquem sit perpetuum, licet incertum esset an futurum sit temporale, seu perpetuum *l.sufficit.vbi Ias.in 2.notab.ff.de cond.indeb.* Quare etiam vindicari potest, quamuis dubitetur dominium à nobis abiturum, si conditio aliqua extiterit.*l.non ideo.ff de rei vendic. l.1.§.serui.ff.ad Syllanian.* Ideo ista recognitio in dominum, & possessorem est expressio eius, quod tacitè inerat, quæ iuxta subiectam materiam, & naturam dominij reuocabilis, intelligitur reuocabiliter, & rebus sic stantibus, donec inquilinus deliberauerit, & declarauerit suam voluntatem an sibi emere expediat. Cum etiam talis actus sit necessarius, & recognitio sit simplex, & sine verbis habentibus tractum in futurum, quare sufficit, quod possit intelligi de possessione & dominio de præsenti citra præiudicium iuris retrahendi sibi
17 competentis per totum annum, † ita vt non possit dici renunciatio iuris de futuro, quando verba illud non important de necessitate *l.si ita scriptum, §.si sub conditione, ff.de legat.2. Bald.in cap.1.num. 4.imperat.lothar.Socin.consil.50.in fin.libr.1.Tiraq. in l.si vnquam, in præfat. numer.149. C.de reuocand. donation. Anchar.quæst.8.num.14. lib.2.Surd.consil: 70.numer.7. lib.1. Butr. Abb. & alij in cap.2. de renunciat.*

Cum etiam talis casus non possit dici, quod fuerit verisimiliter cogitatus à contrahentibus, nam emptor quando facit se cognoscere in dominum non
18 poterat cogere inquisitum, † vt renuntiaret iuri retrahendi sibi competenti per annum, vnde non est verisimile, quod habuerit hanc intentionem acquirendi renunciationem, sed solùm simplicem, recognitionem, ad effectum vt in futurum non solueret amplius pensiones priori domino, quæ inuerisimilitudo etiam adest in inquilino, quod videlicet sine aliqua causa voluerit renunciare iuri sibi præiudicando in retractu, cuius renunciatio non poterat ab eo peti, nec tenebatur *l.si defensor.§. qui interrogatus,ff.de interrogat.actionib.* prout in specie istas inuerisimilitudines collegit *Rot.in d.causa Romana retractus, coram C.Pamphilio 19.Nouembr.*
19 *1604.* † vbi etiam respondetur ad eos, qui contrarium tenent, quod loquantur in præstante consensum alienationi rei, in qua ius habebat, & in recognitione voluntaria,in quibus terminis verba de sui natura inducunt renunciationem *Tiraq. de retract. lignag.§.1.glos.9.nu.135.& 136.per text.in l.si stipulatus, de vsur.Bald.in rubr.C.de empt.& vendit.q. 19.Cin.in l.2.C.si quid in fraud patron. Castr.cons.84. quæstio ista quæ vertitur, lib.2. Alex.cons.184.viso themate, lib.2. Ias.in l.filiusfamilias,§.Diui.col.10.vers. octauo limita in 2.lect.ff.de legat.1..*

Amplius neque isto casu requireretur protestatio inquilini, quia cum verba non importent renuncia-
20 tionem, † vt dictum est, illa non est necessaria, tanquam sciret ius suum durare *l.sicut 8.§.non videtur autem ff.quib.mod.pign.vel hypoth.soluit.Tiraq.de retr.conuent.§.1.glos.9.nu.117.ad med.post Gloss.in cap.1. in verb.permissione, in fi. vers.nisi forte sciant. de prohib.feud.alienat.per lothar.*

Quoad secundum multùm videbatur facere æquitas pro Monasterio, vt debeat manuteneri in possessione, & exactione annui redditus sibi assignati in summa & quantitate scutorum ducen-
tum,

rem expressa in instrumento, ita vt diminutio de
qua modò agitur, spectet potius ad hæredes Car-
dinalis, cum quo fuit facta permutatio Casalis,
quasi intentio tam Summi Pontificis, quàm con-
trahentium fuerit, vt dictum Monasterium perci-
peret huiusmodi annuum redditum quolibet an-
no, vt ex eo redderetur melior conditio Ecclesiæ,
21 † prout in similibus alienationibus illius euidens
vtilitas spectatur *c.tua de his quæ fiunt à prælat. Card. in clem.1.nu 27. de reb eccles.non alienand. Abb.in c. quod quibusdam, nu.8.de fideiussor.*

Verùm iuxta tenorem secundi instrumenti 15. Maij
1548. redditur durabile ius Monasterij, Cum ibi
Cardinalis concesserit, dederit, cesserit, assignaue-
rit, & consignauerit RR. Fratribus proprietatem,
& summam scutorum 2721. cum dimidio, quam
habebat vt portionarius Montis fidei, & ex qua
percipiuntur quolibet anno scuta ducentum ad
habendum, tenendum, & fruendum, cedendum,
renuendum, alienandum, & pro libito eorum vo-
luntatis disponendum tanquam de rebus, & bo-
nis propriis ponendo illos in locum suum cum a-
liis clausulis amplissimis, ex quibus colligitur fuisse
datam in solutum istam proprietatem locorum
22 Montium, † & per consequens non datur euictio
in casu occurrente post dictam dationem, & tra-
ditionem *l.Lucius, tt. in fin. vbi Glos.in verb.pertinere, de euiction. Bart.in l.si per imprudentiam 51. ad fin. ff.eod.in Decian. in l.diem functo.num.23.col. vlt.post princ.ff.de offic.assessor. Natt.consil.181.num. 1.& 2.*

Maximè quia ista reductio, seu diminutio introitus
locorum montium processit ex facto Principis abs-
23 que vlla culpa venditoris, † quo casu contra eum
nulla datur actio emptori de euictione, nec ratio-
ne interesse, nec ad pretij restitutionem, quod so-
lùm erit soluendum per Principem, vel per vendi-
torem, si illi Princeps dedisset *l.Lucius, de euict. Gabal.eod tit.nu.36.tom.6 p.1. fol.96. Natt.cons.181.nu.*
24 *4.Put.decis.381.nu.2.lib.3.* Quasi † tunc euictio su-
mat causam ex nouis legibus disponentibus circa
decisoria vltra, vel contra ius commune, tunc enim,
non pertinet ad venditoris detrimentum *Bald.cons.*
25 *460.factum tale est nu.4.lib.4.* † Cum etiam factum
Principis reputetur casus fortuitus, cuius imperio
non potest resisti *l.item si verberatum, §.item si forte de rei vendic.l.apud Iulianum,§.constat.de l... bald.in*
26 *l.falsus 19.nu.30.C.de furt.* † Ideo semper in quali-
bet promissione censetur reseruata auctoritas Su-
perioris *l fin.vbi Ias.n.6.ff.qui satisd.cogant. & in l.si quis maior.num.19.C.de transact.*

Accedat, quod huiusmodi euictio successit ex natura
rei, cum introitus istorum locorum montium so-
leant augeri, seu minui, prout cursus temporis fa-
27 cit, † Vnde ob istam qualitatem rei inhærentem
non datur euictio, neque restituitur pretium *Bald. Salic. Ang.& alij communiter in l.si familiæ, C.famil. erciscund.Bero.cons.41.nu.48.lib.1.Roland.cons.51.n. 19.lib.4.Becc.late cons.14.num.34.cum seq.* vbi quod
nec agitur ad pretium *Mastrill.decis.61.num.6. Dec. cons.411.visis his quæ accuratè.in fin.num.4.Rosent.de feud.cap 9.num.1.conclus.54.num.17.cum seq.fol.569.*
28 dixi *supr.cap.15. Ruin.cons.7.num.18. lib.3.* † Stante
præsertim scientia emptoris, qui emendo tales in-
troitus sciuit, vel scire debuit qualitatem illius,
quod facit, vt tunc magis videatur suscepisse in se
omne periculum, & casum post traditionem con-
tingentem *Bart. cons.24.nu.35. Surd.cons.311.nu.26. in fin.lib.3.Bald.in l.si familiæ 14.nu.17 C famil.erci-*
29 *scund.* † Cum requiratur scientia naturæ assigna-
tæ *Bero.cons.41.num.48.lib.1.Bald in l.si familiæ 14. num.17.C.famil.erciscund.Surd.cons.311.nu.26. lib.3.*
Ideò opus est vt emptor faciat venditorem se obli-
gare de euictione per verba generalia, & præ-
30 gnantia † cum clausula quacumque, quomodo-
cumque, tam ex causa de præterito, quàm de præ-
senti cum similibus, de quibus in casu nostro non
apparet, quasi tunc illa promissio vniuersalis de
euictione habeat vim specialis in prædicto casu et-
iam contingente ex natura rei, pro qua venditor
tenebitur, quamuis secundum alios requiratur spe-
cialis promissio euictionis etiam in casu contingen-
te ex natura rei *Dec.cons.55.nu.92.lib.3.Mastril.dec. 61.num.6.*

Vlterius considerandum est mutuum periculum,
quod poterat contingere, tam in rebus venditis,
31 quàm in proprietate † assignata loco pretij, cum
in vtroque casu posset contingere augmentum, seu
diminutio, quo stante tollitur remedium euictio-
nis *Menoch.cons.87.nu.74.lib.1.Surd.cons.576.n.11. lib.4.dixi supr.c.234.*

Neque obstant, quæ dicuntur de vtilitate Ecclesiæ.
Quia sufficit, quod tempore contractus rei dica-
32 tur vtilis, † quamuis postea efficiatur deterior, si-
cut è contra vt res Ecclesiæ dicatur sterilis, seu in-
fructuosa, inspicitur tempus, quo fiat alienatio, nul-
la habita consideratione, quod postea fiat pretio-
sior *Io.de Plat.in l.2.ad fin.in 5.notab.Cod.de præd.& omnib.reb.naucul.lib.10.* & est verior opinio, & ma-
gis communis, vt per *Socin.consil.48 num.3.lib.4. Corn.cons.15.nu.9. lib.4.Aym.cons.188.nu.4. & cons. 144.num.15.Card.Seraph.decis.366.num.1.p.1.* Ita vt
neque Ecclesia restituatur ex læsione superuenien-
te *Calder.cons.5.de rer.permutat.Aym.cons.188.num. 4.in princip.*

Quo verò ad aliud circa defectum citationis Mona-
sterij in examinatione testium ad probandum e-
uidentem vtilitatem Ecclesiæ esset probabile du-
33 bium, † si ex antiquitate temporis non præsume-
rentur omnia ritè facta *l.si filius, C.de petit.hæredit. Alex.cons.113.n.5.lib.1.Aret.cons.36.nu.5.& 6.Paris. cons.104.nu.55.lib.1.Ias.in auth.si quis in aliquo,nu.5. ad fin.6.de edend.*

EPITOME.

Hæreditas quomodo sit diuidenda inter con-
iunctos, & disiunctum. ¶ In institutione, & sub-
stitutione facta diuersis orationibus an omnes po-
siti in vna habeantur loco vnius respectu alterius.
¶ Dispositio, in qua deficit verbum, *hæres*, quando
possit perfici. ¶ Et in quibus casibus detur subau-
ditio. ¶ Vocatio quando dicatur in capita, vel in
stirpes. ¶ In iure patronatus an detur repræsenta-
tio. ¶ Filius an possit dici compatronatus viuente
patre. ¶ Vxor quando præferatur marito in præ-
sentando. ¶ Consensus an habeantur pro præsen-
tatione. ¶ Et an illum præstet pater pro filio abs-
que mandato. ¶ Præsentationes an debeant sor-
tiri effectum, & admitti si agatur de obseruantia
iurispatronatus, non de acquisitione quasi posses-
sionis. ¶ Distributio expensarum an sit actus præ-
sentationis. ¶ Et an significent iuspatronatus de-
beri in capita, vel in stirpes. ¶ Institutus hæres pro

minima parte an sit patronus in solidum, & pro vna voce, sicut hæres scriptus pro residuo vniuerso. ¶ Iuspatronatus gentilitium, familiare, mixtum, & hæreditarium, ex quibus probetur, & ad quos pertineat. ¶ Et an deferatur in capita, vel in stirpes ¶ Et an sint faciendæ præsentationes collegialiter, vel separatim. ¶ Et quid in istis casibus operetur obseruantia. ¶ Et quomodo, & ex quibus coniecturis, & documenta illa colligatur.

¶ Iuspatronatus hæreditarium an possit dici, si fuerint admissæ præsentationes eorum, qui præsentarunt tantum nomine proprio tanquam singuli, vel aliorum, qui repudiarunt hæreditatem paternam, quamuis successerint per fideicommissum etiam vniuersale. ¶ Dispositio *l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de legat. 2.* an procedat in iurepatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Plures hæredes vocati nominatim admittuntur pro virili. Idem in dispositionibus inter viuos, nu. 2.*

3 *Inter disiunctum & coniunctos diuiditur hæreditas ita vt medietas detur disiuncto, & altera coniunctis.*

4 *In institutione & substitutione facta in diuersis orationibus, omnes positi in vna habentur loco vnius respectu alterius. Intellige vt nu. 5. & 6.*

7 *Copula posita inter diuersas orationes non inducit coniunctionem.*

8 *Dispositio, in qua deficit verbum, hæres, quando possit perfici.*

9 *Tacitum quando habeat vim expressi remissiue.*

10 *Subauditio non datur quando duo deficiunt, & facilius suppletur vnum, quam duo.*

11 *Æqualiter grauati censentur vocati in viriles portiones.*

12 *Testator quando videatur vocasse in capita, non in stirpes.*

13 *Iuspatronatus, quod in plures transfertur an debeatur in stirpes, seu in capita, n. 14. & 15. & quid stante obseruantia, nu. 18.*

16 *Repræsentatio an habeat locum in successione iurispatronatus, n. 17.*

19 *Iuspatronatus an sit gentilitium, seu hæreditarium pendet ex obseruantia patronorum.*

20 *Consuetudo est obseruanda si derogat iuri positiuo.*

21 *Vxor præfertur marito in præsentando quando fundus in iurepatronatus vxorio dato vel non dato cum vniuersitate in causam dotis. Valebit tamen consuetudo in contrarium, nu. 22.*

23 *Obseruantia præsentandi in capita, & non in stirpes, colligitur quando pater & filius fuerunt simul pluries admissi ad præsentandum.*

24 *Filius non potest dici compatronus viuente patre, quamuis sit emancipatus, nu. 25.*

26 *Præsentationes an debeant sortiri effectum, & admitti, quando agitur de obseruantia iurispatronatus, non de acquisitione quasi possessionis, & an consensus habeatur pro præsentatione, nu. 27. & an possit præstari per patrem nomine filij sine mandato, nu. 28.*

29 *Præsentatio venit in generali administratione.*

30 *Remotiores de familia si admittantur cum proximioribus in iurepatronatus, an illud habeant in stirpes, seu in capita.*

31 *Dispositio* l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de leg. 2. *procedit in iurepatronatus.*

32 *Valet argumentum de feudo ad iuspatronatus circa modum succedendi.*

33 *In iurepatronatus mixto, seu hæreditario simplici requiritur probatio proximitatis, & successionis hæreditariæ.*

34 *Qualitas legitimitatis non est necessaria in iurepatronatus hæreditario secus in gentilitio, & familiari.*

35 *Iuspatronatus hæreditarium non dicitur, si fuerint admissæ præsentationes illorum tantum qui præsentauerunt nomine proprio tanquam singuli de familia, vel aliorum, qui repudiarunt hæreditatem paternam quamuis successerit per fideicommissum etiam vniuersale.*

36 *Expensa distributa inter omnes patronos, siue proximiores, siue remotiores significant delationem iurispatronatus esse in capita, non in stirpes, quamuis ipse non sit actus præsentationis, nu. 38.*

37 *Defensio iurispatronatus est onus indiuiduum spectans ad omnes.*

39 *Institutus hæres pro minima parte dicitur patronus in solidum, & pro vna voce sicut hæres scriptus in residuo vniuerso, licet iste plus contribuat in solutione expensarum, nu. 40. Declara vt nu. 41.*

42 *Documenta & enunciatiua antiquissima quando probent delationem iurispatronatus in capita, cum aliis coniecturis, n. 43. & 44.*

45 *Consensus simultaneus, & collegialis indicat, quod iuspatronatus spectet in capita. Intellige vt num. 46. & 47.*

48 *Iuspatronatus familiare an competat vti vniuersis.*

49 *In iurepatronatus pertinente ad patronos vt singulos, non vt collegium potest fieri præsentatio separatim aliis non vocatis, quamuis ageretur de præiudicando minori parti patronorum ex præsentatione maioris, 50. 51. & 52.*

53 *Iuspatronatus mere gentilitium non potest dici illud, quod extincta familia transit ad hæredes extraneos. Declara vt num. 54. & 55.*

CAPVT DXXI.

HÆreditatem, de qua in dubio transmissa, di-
1 xi diuidendam esse in capita, † Etenim sumus in pluribus hæredibus nominatim vocatis, qui pro virili admittuntur *l. quoties, 9. §. hæredes, ff. de hæredib. instit. l. nonnunquam, 24. & ibi Gloss. in verb. nominibus, ff. ad senatusconsult. Trebel. Corn. cons. 72. col. 1. in fin. vers. his tamen non obstantibus, nu. 6. lib. 2.*
2 *Afflict. decis. 309. num. 3. late Surd.* † qui multis similibus comprobat, tam in vltimis voluntatibus, quàm in cæteris dispositionibus inter viuos *consil. 150. num. 32. vsque ad numero 57. lib. 1. & decis. 346. in princip. p. 2.*

Non obstat *tex. in l. liber homo, 59. §. Titius, il 1. ff. de ha-*
3 *red. inst.* vbi inter disiunctum, † & coniunctos diuiditur hæreditas, & mediam partem habet disiunctus, & alias omnes portiones habent coniuncti, vt notat *Bald. in dict. §. Titius, in princip.* & est etiam *text. in l. Titius fundi, 11. ff. de hæred. instituend. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 9. nu. 7.* & benè declarat *Salic. in l. vlt. col. fin. in princip. vers. aut eos instituit vel substituit, post Ang. ibi ad med. Cod.*
4 *de impub. & aliis subst.* vbi † quod tam in institutione quàm in substitutione facta in diuersis orationibus omnes positi in vna habentur loco vnius respectu alterius, videlicet si testator dixit, prout videtur esse casus noster, Titius, Mæuius, & Sempronius hæredes sunto, & Caius hæres esto, Tres enim primi dimidiam primam ferent, quam inter se pro virilibus diuident, & Caius solus

habebit

habebit aliam dimidiam *l. interdum, in 1. responso, de hæred. instituend. cum aliis per Peregr. conf. 32. nu. 3. ad med.*

Quia illud est propter geminationem, & repetitio-
5 nem illorum verborum, hæres esto, † quæ tanquam
positæ ita geminatæ in diuersis & separatis oratio-
nibus inducunt diuersitatem, & impedimentum
in coniunctione verbali, vbi dicit *Gloss. in d. l. liber. homo. §. Titius, el 1. in verb. duobus datur, & ibi Bart. in princ. Bald. ante med. vers. & ex hac glossa nota, & Imol. ad med. vers. & nota bene, ff de hæred. instituend. Petr. de Bellapertic. in l. vlt. col. 2. ad fin. vers. nec ob-*
6 *stans iura allegata, C. de impub. & aliis substitut.* †
Aliud est in casu nostro, in quo fuerunt prius qua-
tuor singulariter demonstrati, & tertius adiunctus
in eadem oratione, tunc enim illi primi habebunt
viriles portiones, & tertius aliam virilem *Ang. in d. l. si post med. vers. sed quando duo nominantur, & ibi Castrens. num. 3. C. de impuber. Alexand. cons. 55. prospectu, num. 1. & 2. lib. 4. Capec. decis. 208. num. 6. & late Dec. cons. 122. pro tenui facultate, colum. vlt. in princ. vers. vlterius, & cons. 597. superiori anno, col.*
7 *fin. in princip. vers. non obstat, nu. 9.* † vbi quod istud
est, quia vnusquisque habet propriam suam clau-
sulam, quasi tunc copula, quæ ponitur inter di-
uersas orationes non inducat coniunctionem: *Bartolus, in l. item quod Sabinus, §. 1. de hæred. instituend. & in l. Mæuio, de leg. 2.*

Quod autem in casu nostro non adsit ista geminatio
& repetitio, hæres esto, neque simus in diuersa o-
8 ratione, † patet quia in institutione facta de ter-
tio adest imperfectio dispositionis, cum deficiat
verbum, hæres, quæ licèt possit perfici ex prima
institutione, ita vt perinde habeatur ac si fuisset
expressa in scriptura *Tiraquell. leg. 16. connub. part. 9.*
9 *gl. 7. nu. 180.* † vbi multa de tacito habente vim ex-
pressi *l. cum pater, 79. §. cum imperfecta, de leg. 2. l. si in testamento, 109 de leg. 1.* Tamen cum ex illa talis per-
fectio pendeat, non potest dici diuersa oratio &
separata, neque adest aliqua geminatio. Maximè
quia fuerunt prius nominati ore proprio hæredes
vniuersales, Vnde alius qui postea instituitur abs-
que mentione hæredis habet necesse, vt subaudia-
tur hæres, & ore proprio vniuersalis, † quo casu
10 non datur subauditio, quando duo deficiunt, cum
facilius suppleatur vnum, quàm duo *Imol. in l. 1. §. si autem, nu. 166. & 167. post Bald. ibi ante fin. versic. vnica enim, & Castrens. in princ. ff. de hæredib. instituend.* sicut lex facilius facit vnam fictionem quàm
duas *l. 1. C. de dot. promiss.*

Et magis ista interpretatio est sumenda, vt æqualitas
seruetur inter nepotes institutos, Maximè quia
etiam omnes fuerunt æqualiter grauati, vt sint exe-
cutores testamentarij, cum in eos omnes parem
11 confidentiam dixerit testatrix habere, † Ita vt ex
hoc simili onere censeantur potius vocati in viri-
les portiones *Salic. in l. 1. num. 2. Cod. de impuber. & aliis substit.* Cum præsertim, vt in facto præsuppo-
nitur, nihil aut parum remaneat primis hæredibus
12 institutis, si vocentur in stirpes, † ex quo magis
colligitur mens defuncti, vt illos voluerit vocare
in capita *Rum. cons. 106. num. 30. lib. 2. Couarr. lib. 2. var. resolut. num. 3. & 7. Surd. de alim. tit. 4. quæst. 16. num. 13.*

Quo verò ad aliud dubium iurispatronatus conclu-
dendum est pro vocatione in stirpes, non in ca-
13 pita, † Quamuis enim hinc inde multa adducan-
tur per Doctores, Tamen magis vera & commu-
nis opinio est, quod attendatur vocatio in stirpes,
non solùm in pluribus hæredibus vnius ex patro-
nis, vt loquitur *clem. 2. de iur. patr.* sed etiam in omni
casu, in quo ex aliis titulis iuspatronatus transfer-
tur in plures, etiam quod vni ex patronis succe-
dant plures collaterales, qui loco vnius habentur
14 propter identitatem rationis, † vt latè concludit
Lambert. de iur. patr. qu. 1. part. 2. lib. 1. art. 25. num. 19. & art. 26. nu. x. fol. 127. vbi testatur de magis com-
muni *Spin. de testam. gloss. 4 princ. de patron. à testat. nominat. nu. 60.*

Ideò vt intelligantur vocati in capita, opus est quod
15 testator vtatur aliquo verbo denotante, † quod sin-
gulariter sint patroni omnes illi, qui sunt de vna
stirpe, tunc enim non habebuntur pro vno, sed suc-
cedent in capita, putà si vtatur verbo distributiuo,
quilibet, vel simili, prout ita consuluit *Anchar. cons. 355. in 1. dub. & Butr. cons. 29.* quod est idem cum il-
lo *Anchar.* de verbo ad verbum, & ita illos intelligi
debere concludit *Rocc. de iur. patronat. in verb. ipse vel a quo causam habuit, num. 10. fol. 38.* quod etiam
notat *Lambert. eod. tit. d. art. 25. number. 10. & art. 28. num. 5. fol. 128.*

An autem in huiusmodi successione iuris patronatus
16 habeat locum repræsentatio, † de qua *in auth. cessante, & authen. post fratres, C. de leg. à. hered. & §. cum filius, instit. de hæredit. quæ ab intest. defer.* Concludunt
Doctores pro affirmatiua, quod admittatur filius
fratris præmortui cum patruo, de quo tamen mul-
ta *Gulielm. Benedict. in c. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, in princip. num. 56. de testam. Cenar. pract. qu. c. 38. Valasc. de emphyt. qu. 50. nu. 10. Spin. de testam. glo. 4. nu. 56.*

Addendum tamen est, quod omnia prædicta proce-
17 dant de iure, secundum quod † præsentatio de-
bet fieri in stirpes, non in capita, iuxta *clem. plures, 2. de iure patronat.* Nam secus esset, vbi obseruantia
probaretur in contrarium, Maximè quando talis
obseruantia viguit in iure patronatus familiari ac
gentilitio, quod regulariter defertur in capita, &
18 in eo non habet locum *d. clem plures.* † vt reso-
luit *Rot. coram Cardinal. Lancellotto Florentina iuris patronatus de rica solis, in princ. 10. Martij 1603.* vbi
allegantur concordantes decisiones *coram R. P. D. Penia Regiea. Prioratus, 16. Nouembr 1602. & coram eodem Burg. Abbatia de Sobarzo 16. Iunij 1589. & coram R. P. D. Decano Taurinen. iuris patronatus, 1. Aprilis 1585.* iuxta doctrinam *Bald. in l. 2. n. 4. C. de suis*
19 *& legitimis. Alex. de Neno cons. 63. n. 2. & 3.* † Quod
autem ius patronatus sit gentilitium, non hæredi-
tarium pendet etiam ex obseruantia patronorum,
Gabr. cons. 96. nu. 6. lib. 2. quem sequitur *Rot. in dicta Florentina iuris patronatus, in princip. Peregr.* qui in
20 eadem causa scripsit *cons. 33. nu. 25. & 26. lib. 1.* † vbi
etiam quod consuetudo est laudabilis, & non re-
prehensibilis, ideò est seruanda *cap. apostolicam, de simon.* quasi aduersetur solùm iuri positiuo, cui
consuetudo potest derogare *Abb. in cap. fin. column.*
21 *penult. de consuetudin.* † Vnde quamuis in iure pa-
tronatus vxorio dato, vel non dato cum vniuersi-
tate in causam dotis vxor præferatur marito in
præsentando *Abb. in cap. vltim. nu. 8. de concess. præ-*
22 *bend.* † Valet tamen consuetudo, vt maritus sit
præferendus *Rot. decis. 10. de iur. patronat. in non. Peregrin. cons. 33. nu. 27.*

Ex quibus autem probetur obseruantia præsentan-

23 di capita, non in stirpes, colligitur quando pater
& filius fuerunt simul plures admissi ad præsen-
tandum, quod tamen esse non posset, si ius patro-
natus deferretur hæredibus in stirpes, cum viuo pa-
tre filius non possit ei esse hæres *Capuaq. decis. 184.*
24 *nu. 2. p. 1. & decis. 131. nu. 3. p. 2.* † vbi quod filius non
dicitur compatronatus viuente patre *Roc. de iur. pa-
tronat. in verb. competens, qu. 7. n. 17. ad fin. vers. indu-
bitatum tamen est: Calder. cons. 19 vers. 1. ex ordine ver-*
25 *borum eod tit.* etiam quod filij sint emancipati, † qui
nunquam possunt esse hæredes patris viuentis *Rocc.
d. qu. 7. num. 19. in fin. Lambert. de iur. patronat. lib. 2.
p. 1. qu. 1. art. 5. num 13. Rot. in d. caus. Florentina iuris
patronatus, col. 3. ad med.*

Debet tamen constare de effectuatione præsentatio-
num, & admissione illarum iuxta *cons. Oldrad. 229.*
26 *num. 1.* † Quamuis secundum alios ista effectuatio
præsentationum non esset necessaria in hoc casu,
cum non agatur modo ad effectum, vt per eas sit
acquisita aliqua quasi possessio, sed solùm ad effe-
ctum obseruantiæ, quasi tunc satis sit ostendere
quid in hac familia obseruatum fuerit, vt per *Rot.
in dicta causa Florentina iuris patronatus, versic. effe-*
27 *ctuatio verò, in fin.* † vbi etiam quod consensus ha-
betur pro præsentatione, & quod de huiusmodi
consensu, & voluntate, ac præsentatione ab ordi-
nario narrato illi creditur *Rot. decis. 11. de iur. patron.*
28 *in nou. Put. decis. 172. lib. 2.* † Ita vt illum consensum,
& præsentationem possit pater facere, & præstare
nomine filiorum, cum mandatum non sit necessa-
rium, tanquam pater habeat administrationem in
29 bonis filiorum, † adeo vt in generali administra-
tione veniat etiam præsentatio, vt in matre admi-
nistratrice voluit *Rot. coram Card. Lancellot. Foro-
liuien. Iurispatronatus 28. Octobr. 1599. & 15. Maij
1600. Lambert. de iur. patronat. p. 1. lib. 1. art 17. q. 4.
princ. num. 12.*

Probabitur etiam talis obseruantia, quod semper re-
motiores de familia simul cum proximioribus ad-
30 missi fuerunt, † nam hoc implicat contradictio-
nem cum iure patronatus mixto reseruato descen-
dentibus de familia, quod defertur in stirpes, in eo
enim tantum admittuntur proximiores de familia
exclusis prorsus remotioribus *l. cum ita. §. in fidei-*
31 *commisso. ff. de leg. 2.* † cuius dispositio habet locum
in iure patronatus *Bald. cons. 1 nu. 8. lib. 3 Gabr. cons.
196. nu. 3. & 4. lib. 2. Couar. pract. qu. 38. ad fin. Franc.
Marc. decis. 1135. n. 5 part. 1. Ferret. cons. 134. n. 2. Rot.
corā R. P. D. Litta Pientina iuris patronatus, 10. Iunij
1602. ad med.* prout etiam est in feudo *Isern. tit. de
his qui in feud. dar. poss. nu. 13. ad med. versic. item non
vocantur omnes, Curt. de feud. p. 5. titul. ex quib. caus.*
32 *feud. amittat. num. 5.* cum † valeat argumentum de
feudo ad ius patronatus circa modum succeden-
di *Card. in clem. plures in princ. col. vltim. n. 6. in fin. de
iur. patronat. Dec. cons. 32. num. 12. lib. 1.*

Prout quoque diceretur probata ista obseruantia, si in
legitimatione personarum non fuisset articulata
33 proximioritas, † nec hæreditaria successio, quod e-
rat necessarium, si iuspatronatus fuisset mixtum,
seu simplex hæreditarium *Ias. in rubr. C. qui admitt.
nu. 1. & 2.* Quod magis esset si præsentare volentes
articulassent, quod erant de sanguine, & de legiti-
34 mo matrimonio nati, † cum ista qualitas legitimi-
tatis non sit necessaria in iure patronatus hæredi-
tario, quidquid sit in gentilitio, & familiari, in quo
illa requiritur *Roc. de iur. patronat. in verb. competens,
num. 13. ad fin. & num 9. & 20. Lambert eodem titul.
lib. 1. part. 2. art. 26. quæst. 2. num. 2. & art. 27. num. 1.
& 2.*

Quemadmodum etiam de huiusmodi obseruantia
appareret, si fuissent admissæ præsentationes illo-
35 rum tantum, † qui præsentauerunt nomine pro-
prio, tanquam singuli de familia, vel aliorum, qui
repudiauerunt hæreditatem paternam, non ob-
stante, quod successerint per fideicommissum, cum
neque illius respectu etiam quod esset vniuersale,
admitterentur ad præsentandum, si aliquo modo
iuspatronatus esset hæreditarium *Couarr. lib. 2. var.
resolut. c. 18. nu. 8. vers. quibus & ultima ratio. Peregrin.
de fideicommiss. art. 6. num. 37. fol. 60. Alexand. consil.
73. per tot. lib. 7. Rot. coram R. P. D. Bubalo. Aretina
Cupella 1. Iunij 1584 Ferrett. cons. 134. num. 8.* vbi de
communi *Gemin. cons. 31. aliàs 32. nu. 2. in fin. Bart. in
l. quia restituta. alias incip. quia perinde 42 ff ad sena-
tusconsult. trebellian. Imol. in l. si patronis filius 55. num.
5. eod. tit. Rocc. de iur. patron. in verb. ipse, vel is a quo,
num. 20.*

Amittetur etiam probatio expensarum, quæ si fuerint
36 distributæ inter omnes patronos, † siue proximio-
res, siue remotiores nulla habita distinctione stir-
pium, sed secundum numerum personarum signi-
ficat delationem in capita, & quamuis iste non sit
actus præsentationis, tamen concludit ad effe-
ctum huius probationis, vel saltem multum deser-
uit pro adminiculo vt in *d. causa Florentina iurispa-
tronatus, col. 5. in princ.* vbi etiam subditur non ob-
37 stare, † quod in subeundis expensis procedat ratio
specialis defensionis, cuius onus tanquam indiui-
duum spectat æqualiter ad omnes *Vital. in clem.
plures, de iur. patronat. Bero. in cap. 1. num. 69. eod. tit.*
38 † Quia aliud est in contributione expensarum, quæ
tanquam diuidua proportionatur honori, & voci
vniuscuiusque *Peregrin. cons. 32. nu 14. lib. 1.* vbi et-
39 iam ex hoc concludit, † quod in istis patronantibus
tanquam indiuiduis ille quoque, qui ex minima
parte fuit institutus hæres, dicitur patronus in so-
lidum, & pro vna voce, prout hæres scriptus in resi-
duo vniuerso, quamuis iste plus contribuat in so-
lutione pensionis *Matthesil. notab. 190. alias 184. no-
ta si patronus, n. 1.* vbi, quod patronus decedens plu-
ribus hæredibus relictis ex disparibus portionibus,
40 vt puta vno ex dimidio, alio ex tribus vnciis † di-
citur iuspatronatus esse apud quemlibet æquali-
ter, prout ius præsentandi, Vnde si vnus fuit præ-
sentatus ab aliis tribus, & alter ab aliis duobus, ob-
tinebit qui præsentatur a tribus, & idem si testa-
tor iussit hæredibus Ecclesiam construi, vel altare
41 ordinari, † secus si essent duo patroni, & vnus re
linquat vnum hæredem, & alius plures, nam tan-
tum valebit vox istius vnius, quantum vox illorum
plurium, quod etiam notant omnes *in cap. 1. de iur.
patron. & in cap. querimonia, eod. tit. Cald. in l. familiæ
Cod. commun. vtriusque iudic. & in l. eam quam in pr.
Cod de fideicommiss. cum aliis per Addentes ad Mat-
thesil. notab. 190. aliàs 184. in princ.*

Facient etiam ad probationem talis obseruantiæ do-
42 cumenta, & enunciatiuæ antiquissimæ, † quan-
do ex illis apparet iuspatronatus spectare ad o-
mnes, & singulos descendentes, & pro omnibus
& singulis fuit sententia acceptata, & stipulata,
43 cum † huiusmodi stipulatio attribuat actum o-
mnibus in solidum, & sic iuspatronatus erit de-
latum in capita, non in stirpes *Anchar. cons. 355.
col. 1.*

col.1 post med. vers. etiam quodquid sit: Butr. cons. 19. n. 2.
Cæ. de Graff. dec. 154. n. 8. Rocc. de iur. patron. in verb.
44 *ipse vel is a quo, nu. 10.* † Et in ista materia enuncia-
tiuæ antiquissimæ plene probant *Archil. decis. 7. de*
iur. patron. Bald. in l. cum aliquis, C. de iur. deliber.
Ias. cons. 114. nu. 5. lib. 2. Dec. cons. 42. nu. 8. & 9. Peregr.
cons. 33. nu 19. Loffred cons. 44.

Amplius prædicta etiam procedent, quamuis in istis
præsentationibus non consueuerit adhiberi simul-
45 taneus, & collegialis consensus patronorum, † Nam
licet talis actus faciat cognoscere, quod iuspatro-
natus spectet in capita iuxta decisionem *Rot. coram*
R.P.D. Decano. Taurinen. iurispatronatus 11. Ianuar.
46 1585. Tamen non sequitur de necessitate, † quod
si patroni non conuenerint collegialiter ad præ-
sentandum, iuspatronatus non possit spectare vt
ad singulos, & in capita. Immo quando iuspatro-
natus spectat ad aliquot vti singulos, & non vti v-
niuersos, patroni possunt separatim præsentare,
47 † & contraria habent locum, quando iurispatrona-
tus competit familiæ, vel collegio vti vniuersis, vt
declarat *Rot. in d. causa Florentina iurispatronatus co-*
ram Car. Lancelloto 10. Mart. 1603. Vbi etiam quod
non valet consequentia, quod iuspatronatus sit fa-
48 miliare, ergo competit vti vniuersis, † sicut quod
præsentationes non sint factæ ab omnibus simul
congregatis, non autem quo minus possint dici fa-
ctæ in capita non per stirpes, præsertim vbi nun-
quam vnaquæque stirps separatim, ac de per se
præsentauit *Rot. coram R.P.D. Decano. in d. Tauri-*
nen. iurispatronatus 1. April. 1585.

Et generale est, quod quando iuspatronatus pertinet
49 ad patronos vt singulos, † non vt Collegium, &
vniuersitatem, possunt patroni singuli, & separa-
tim præsentare aliis non vocatis *Card. in clem. 2. §.*
& vt facilius, col. 1. de iurepatro. Cald. cons. 15. eod. tit.
Quod procedit etiam si agatur de præiudicando
minori parti patronorum ex præsentatione maio-
50 ris, † quia satis est, quod habeatur consensus ma-
ioris partis separatim, nec requiritur, quod maior
pars patronorum simul conueniat, & consentiat
Dec. qui de communi *in c. cum omnes, in 1. lectur. col.*
51 *8. vers. retenta tamen nu. 48. de constitut.* † Quidquid
aliud concludant *Abb. in c. 3. nu 21. de iur. patron. &*
Rocc. eod. tit. in verb. honorificum, q. 60. Cum contra
52 eos sit magis vera, & recepta sententia, † vt testatur
Aym. cons. 63. n. 1. quam etiam approbat *Rot. ver Cas.*
de Graff. dec. 169. & 170. aliàs 1. & 2. de iur. patron. &
coram R.P.D. Comitulo Calaguritana beneficij de Alt.
20. Iunij 1588. & 17. May 1591. & in eadem causa co-
ram Card. Mantica 4. May 1594. & coram R.P.D.
Decano Tauren. iurispatronatus 11. Ianuarij 1585. &
Idem Abb. sibi contrarius ita concludit *cons. 75. alias*
76. lib. 2.

Imò quamuis non possit dici ius patronatus merè
53 gentilitium illud, quod extincta familia † transit
ad hæredes extraneos, quale est relictum familiæ
sine dictione tantum *Rot. coram Cardin. Seraphino*
Cremonen. iurispatronatus 6. Iunij 1578. quæ est inter
impressas 364. Tamen hoc procedit in iure patrona-
54 tus mixto, † quod extante familia deferebatur hæ-
redibus de descendentia, prout dictam decisio-
nē ita declarat *Rot. coram Car. Lancellote Florenti-*
na iurispatronatus de Ricasolis 10. Martij 1603. iuxta
doctrina *Ares. in c. significauit, nu. 3 vers. sed posito.*
de testib. Dec. cons. 149. in causa iurispatronatus, nu. 1.
in princ. vers. sine etiam: Couar. lib. 2. var. resol. c. 18. n.
7. vers. tertio si proxime scripta considerentur, Lam-
bert. de iur. patr. lib. 1. q. 2. art. 17. ad fi. per doctrinam
Bart. in l. si tibi. § si pactus ff de pact. & in l. gallus, §. 1.
ff. de liber. & posth. & notat etiam *Gabr. cons. 196. n. 5.*
55 *lib. 2.* † Cum etiam prædicta possent effectum ha-
bere extincta familia, nam illa extante nihil impe-
dit, quod per omnia non debeat reputari pro me-
rè gentilitio, & in capita deferri, & singulis de fa-
milia accrescere ex vsu, & obseruantia inueterata,
vt *in d. causa Florentina iurispatronatus in fin.* ex tra-
ditis per *Paris. cons. 48. nu. 20. & 23. lib. 4.*

EPITOME.

Deficiente vno ex pluribus executoribus testamentariis, vel declaratoribus voluntatis alienæ, seu electoribus personarum, quando officium accrescat aliis. ¶ Et an isti æquipareantur quo ad omnes effectus. ¶ Verba, *cedentium aut decedentium* quid significent tam in expressione modorum vacationis, quàm in aliis actibus. ¶ Forma requisita no sit remittenda, si non potest impleri. ¶ Administratores locorum piorum an similes sint tutoribus, & curatoribus. ¶ Dispositio loquens de non volente an trahatur ad non valentem. ¶ Subrogatus in casu mortis an admittatur in casu remotionis, seu recusationis. ¶ Recedendum quando sit à persona electa. ¶ Mandatum procuratoris sicut expirat morte Episcopi, an etiam finiatur translatione, renunciatione, & priuatione. ¶ Actus limitatus quando debeat trahi ad alium modum. ¶ Patronus quo casu possit apponere conditiones sibi bene visas in limine fundationis absque consensum Episcopi.

SVMMARIVM.

1 *Facultas eligendi alium in locum cedentium, & decedentium non comprehendit subrogationem illius, qui non habet qualitates à testatore requisitas, nu. 8.*

2 *Deficiente vno ex pluribus executoribus testamentariis officium accrescit aliis. Declara vt nu. 6. 7. & 9. Amplia in declaratoribus voluntatis alienæ, & electoribus personarum, nu. 3.*

4 *Electores, & declaratores voluntatis possunt dici executores quo ad omnes effectus.*

5 *Prohibitio, quod quis non possit esse executor, habet locum in electoribus, & declaratoribus voluntatis, & in eis procedit annus, qui præfinitur executoribus ad pias causas.*

10 *Forma requisita, si non potest adimpleri, remittitur, & valet actus illa non seruata, vt electionibus, mandatis, ac similibus.*

11 *Verba Cedentium intelliguntur de renunciatione, Decedentium de morte Fallit quando ex mente disponentis potest considerari similis casus inhabilitatis, numer. 14.*

12 *Dispositio limitata non trahitur ad alium modum. Intellige vt nu. 33.*

15 *Conditio quamuis sit implenda in forma specifica, tamen satis est, vt impleatur per æquipollens quando est necessaria ad actum, seu ad effectum ipsius.*

16 *Subrogatus in casu quo tutor renunciaret seu decederet, admittitur etiam quamuis aliàs redderetur inhabilis.*

17 *Administratores locorum piorum dicuntur tutores, & curatores.*

18 *Maior pars electorum, si reddatur inhabilis, non debet remanere administratio in vno solo, si testator pluribus illam commisit.*

19 *Dispositio loquens de non volente transitur ad non valentem.*

20 *Subrogandum in casu mortis admittitur in casu remotionis, seu renunciationis, num. 22.*

22 *Mandatum procuratoris, sicut expirat morte Episcopi, sic remotione, translatione, & renunciatione.*

23 *Verba cedere capiuntur etiam pro recedere, non autem tantum pro renunciare.*

24 *Verbum decedere etiam capitur pro discedere seu recedere.*

25 *In expressione modernum vocationis decedere significat mori, cedere autem resignare, num. 26.*

27 *Facultas data per testatorem alicui nominandi puellas ad effectum monachandi excludit, ut alius non possit nominare, nu. 32.*

28 *Non est recedendum à persona, cuius industria est electa. Amplia ut nu. 29.*

30 *Obseruantia subsecuta dicitur optima interpres priuilegij praecedentis.*

31 *Obseruantia interpretatiua non requirit praescriptionem.*

33 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.*

34 *Dispositio generalis non refertur ad illud, de quo fuit specialiter prouisum, maxime in eodem rescripto.*

35 *Correctio est euitanda in eadem dispositione.*

36 *Consilium non arctat ad illum sequendum.*

37 *Patronus potest apponere in limine fundationis qualitates sibi visas circa nominationem puellarum, seu alias conditiones non contrarias iuri communi.*

38 *Expressa in testamento non possunt mutari.*

CAPVT DXXII.

PRimum dubium videtur resoluendum negatiuè, quod Gubernatores, seu Administratores, de quibus agimus, non possint cogi ad eligendum alium loco vnius ex presbyteris Regularibus nominatis per testatorem, & fundatorem Monasterij ad gubernium ipsius cum aliis deputatis,
1 † Nam licet detur facultas iisdem administratoribus eligendi alium in locum cedentium, seu decedentium, & constet de renunciatione talis electi, Tamen non potest deueniri ad huiusmodi subrogationem, cum non possit subrogari aliquis, qui habeat facultates à testatore requisitas, quòd videlicet sit vnus ex dictis presbyteris regularibus, Vnde non datur ista commutatio voluntatis testatoris in personam alterius, & per consequens cessan-
2 te subrogatione, & deficiente vno † ex pluribus executoribus testamentariis, illud officium accrescit aliis, & ad eos executio deuoluitur *c. religios. vbi Anchar. in 3. notab nu. 3. ad med. & Io Andr. nu. 4. & ibi Franc. in §. sane, nu. 2. & 3. & Gemin. num. 19. de testam. in 6. Calder. cons. 45. num. 1. eod. tit. Aret. cons. 94. nu. 3. Specul. de instrum. edit. §. nunc vero aliqua, n. 47. post med. vers. vel distingue. & n. 52. & ibi Add. in verb. & sequenti Feder. cons. 67. ad med. Ias. in l. vnic. in fin. n. 45. C. quand. non petent. part. & in l. re coniunctis. col. penult. in fin. num. 45. ff. de legat. 3. Bald. cons. 287. nu. 4. lib. 4. per l. mulier in testamento 6. ff de condition. & demonstrat. Castr. in auth. hoc amplius, n. 7. Cod. de fideicommiss. Iacob. de Aren. in l. aulis. col. vlt. in princip. in vers. tertio autem casu. nu. 17. & ibi Salicet. num. 15. C. de episcop. & cleric. Abb. cons. 65. col. 3. ante med. vers. & potest attoniari, lib. 2. Angel. in l. imperatores, §. magistratus. ante pr. ff de apellat. Capr. de substitut. membr. 6. num. 102. & 103. fol. 218.*

Quæ procedunt siue simus in executoribus testamentorum, siue declaratoribus voluntatis alienæ,
3 † siue electoribus personarum, cum ad huiusmodi effectum deuoluendi potestatem vnius ad alterum æquiparentur stante eadem ratione, ad hoc vt vltima voluntas defuncti non differatur maximè in fauorem piæ causæ, vt in specie concludit *Aret. cons.*
4 *94. nu 3.* † vbi etiam tenet, quod tales sunt quasi executores, qui etiam largo modo possunt dici executores quo ad omnes effectus iuxta doctrinam *Specular. de instrum. edit §. nunc vero aliqua, ver-*
5 *sic. quod si testator dicit. num. 7.* † Vnde etiam prohibitio, quod quis non possit esse executor de qua *in clem. exiui. de verbor. significat.* habet locum in talibus electoribus, & declaratoribus, prout etiam in eis procedit annus, qui præfinitur executoribus ad pias causas ex identitate rationis *in l. fin. §. sed & si quis. Cod commun. de legat. & in Auth. ingressi colum. penult. C. de sacros. eccles. Aret. consil. 94. num 3.*

Et quidem ista opinio, quod potestas vnius accrescat aliis, videtur magis vera, & communis, Quamuis
6 † multi teneant hoc casu executionem spectare ad Ordinarium, & Superiorem, vel potius per eum faciendam esse subrogationem *Gross. in §. executores vltimarum voluntatum. qu. 4 n. 5. ad med. Ioan. a Canibus eodem tractat. § quare tertio. nu 10. & 11. tom. 8.*
7 *part. 1. fol. 191.* † Vnde *Abb. cons. 65. nu. 1. ad med. part. 2.* concludit ad maiorem cautelam posse seruari, vt adeatur Superior, & impleretur officium illius, quatenus compellat renuentes accipere huiusmodi gubernium, si non habeat iustam causam contradicendi, vel ex eis resistentibus pronunciare ad alios potestatem esse deuolutam, iuxta doctrinam *Bart. in l. 1. §. si plures, ff. de exercit. act. Bald. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. solut. matrim. & in l. fin. de appellat. recipiend. & in l. cum non solum, §. necessitatem. C. de bonis quæ liber.*

Neque obstat, quod sit facienda subrogatio per deputatos in locum istorum non acceptantium, iuxta dispositionem fundatoris ita mandantis, quando contingeret aliquem electum decedere vel cede-
8 re, † Quia dictum est, eum non possit subrogari persona, quæ habeat qualitates à testatore requisitas, non est locus tali subrogationi, quæ semper debet fieri cum eisdem conditionibus, & qualitatibus, quæ sunt in illo, in cuius locum fit subrogatio, ita vt illis deficientibus subrogatio non valeat, *Gloss. in l. si eum 10. §. qui iniuriarum, in verb dande, post med. ff. si quis caut. Bart in l. stipulationes commodissimum, ff. de verbor. oblig. Mandos. regal. 4. cancell. q. 8. num. 3.*

Cum igitur non intret subrogatio, accrescet facultas
9 aliis administratoribus, † & ad eos electio, & executio deuoluetur, *c. religiosus, de testam. in 6. cum aliis supra adductis, nu. 2.* vbi fuit firmata ista opinio, tanquam verior, & magis communis, quam si fortè aliquis nollet sequi, & potius adhæreret sententiæ, quod esset facienda subrogatio, posset facere illa ratio, quod quando forma requisita ad ali-
10 quem actum, non potest adimpleri, † sufficit fieri actum eo modo, quo est possibile, & remittitur forma, & valet dispositio etiam illa non seruata, prout in electionibus, mandatis, & similibus actibus concludit *Roland. cons. 43. num. 36. vsque ad 44. lib. 2. Aym. cons. 12. num. 2. vsque ad 6.* per doctrinam *Ioan. Andr. in l. in toto. de regul. iur. in 6. Abb. cons. 53. col. 2.*

col.1.in fin.vers.secundus modus, lib.2.& cons.65.nu.3.eod.lib. Alex.cons.206.nu.10.lib.6.

Secundum dubium videtur habere modicam difficultatem, si purè, ac simpliciter accipiuntur verba facultatis Administratoribus concessæ, de qua in decreto, in quo disponitur, quod Deputati eligant alios in locum cedentium, vel decedentium, vnde censetur negare electionem in aliis casibus non
11 enunciatis, † Verba enim illa, cedentium, declarantur si cedant, id est renuncient, & decedentium, idest si decedant, id est, si moriantur *Rebuff.in prax.benef.tit.de vnion.reuocat.n.33. & in l.cedere diem 213.col.4.post princ. versic.2.pro resignare, ff.de verborum significationib.* & concludunt omnes *in fin.*
12 *eod.tit.n.o.* † vbi *Franc.num.2.* notat quod dispositio sub illis verbis per cessum, aut decessum tanquam limitata non trahitur ad alium modum, nisi exprimatur per *text. in cap.susceptum 6.de rescrip. in 6.*

Verum contrarium concludendum est, quod sit locus electioni eorum, non solùm si contigerit aliquem electum decedere, vel cedere, sed etiam si
13 adsit alia similis causa, † ob quam per impotentiam non possit deseruiri administrationi, curæ, ac gubernio Monasterij, cum enim tractetur de regimine personarum, ac bonorum, non est insistendum simpliciter verbis concessionis, sed est attendenda mens concedentis, qui censetur potius considerasse effectum deficientis administrationis, & regiminis, quam modum vocationis, quamuis expresserit solum casum mortis, & renunciationis,
14 † Tamen non censetur se restrinxisse ad dictos modos, sed voluisse comprehendere omnes alios casus inhabilitatis, aut impotentiæ, qui possent contingere in personis prius electis, & in quorum locum subrogatio est facienda per alios administratores, etenim par ratio est de eligendo aliquem ad curam, & administrationem personarum, & bonorum vno repudiante, seu decedente, quæ est in eo, qui redditur impotens, seu inhabilis ad dictum gubernium, ideò prouisio debet trahi ad
15 similem casum quamuis omissum, adeò vt † licet conditio sit implenda in forma specifica, tamen satis est, vt impleatur etiam per æquipollens, quando conditio est necessaria ad actum, seu ad effectum ipsius actus, Ita omnia prædicta in specie multis rationibus comprobat *Surd.decis.207.num.11.vsque ad 20. cum aliis per Mastril.decis.6.nu.11.*
16 *vsque ad 23.* † qui omnes loquuntur in materia tutorum, & curatorum, prout tales possunt dici Gubernatores, & administratores, de quibus agimus, qui æquiparantur tutoribus, & curatoribus,
17 vt dicit in proposito † *text. in clement. quia contingit. §.vt autem & ibi gloss. in verb.tutorum, & Vital. nu.65.& Imol.col.1.num.7.de religios.domib.*

Maximè, quia sequeretur absurdum, quod si maior pars talium administratorum redderetur inhabi-
18 lis, remaneret administratio in vno solo, † de quo tamen fundator, & Summus Pontifex non confidit, cum plures nominauerint ad huiusmodi gubernium *Federic.cons.67.pone quod sunt, in f.* Vnde quemadmodum voluerunt faciendam esse subrogationem in casu mortis, seu renunciationis, ita etiam credendum est ex verisimili mente ipsorum voluisse eandem subrogationem fieri in omni alio casu impotentiæ, depositionis, suspicionis, vel similis causæ, cum istæ operentur eundem effectum, & inducant parem rationem prouidendi Monasterio de administratoribus, & consequen-
19 ter videntur tales causæ expressæ: † Ita vt dispositio loquens de nolente trahatur ad non valentem, vt in specie similium executorum dicit *Io.And. in c.religiosus.num.3.post med. vers.item licet textus lo-*
20 *quatur, de test.in 6.* † Prout etiam dicimus de subrogando in casu mortis, qui admittetur in casu remotionis, seu recusationis, vt de officiali remoto ab officio, qui dicitur mortuus, & comprehenditur sub dispositione de mortuo loquente *Io.Plat.in l.1.in fin.vers.item diem dicit, post gloss.ibi in verb.corpus, C.de primicer. & secundicer. & notariis, lib.12.*
21 Quemadmodum † etiam mandatum procuratoris ita expirat morte Episcopi, sicut remotione translatione, vel renunciatione, *Card.in clem.1.nu.15.de proc. Auff.ad decis.Cap.Thol.165.Cassad.decis.2.nu.2.de appell. Mandos.reg.30.nu.13. Anna.allegat.92.nu.3.cum seq. Mastrill.decis.6.nu.15.*

Prout regulare est, quod in huiusmodi substitutionibus faciendis in locum alterius subrogatio, quæ
22 debet fieri in vnum casum putà mortis, trahitur ad omnem alium casum similem impotentiæ, voluntatis, siue ex defectu conditionis, siue morte præuentus, siue sui incapacitate, siue alia quauis impotentiæ ratione quis fuerit impeditus, *l.iam hoc iure, de vulg.& pupill. l.gallus, §.& quid si tantum, ff.de lib.& posthum. Surd.consil.256.nu.23.lib.2.& decis.207.nu.9.& 10. Paris.consil.19.n.174.lib.2. & tr. de succ.creat.lib.2.§.2.nu.31.*

Cum etiam ista verba cedere non semper significent renunciare, capiuntur enim aliquando pro recede-
23 re, *l.qua recedere, §.si in colluctatione, vers.plene, vbi gloss.in verb.cedentem, ad leg. Aquil. l.3 vbi gloss. in verb.cesserit, ff.ad leg.Iul.maiestat.* Prout decedere
24 capitur etiam pro discedere † seu recedere, *l.si finita, §.si quis autem, ff.de damn.infect. Rebuff.in l.3. §.eius qui apud hostes, col.5. ad med. ff.de verbor.signific.* Adeò vt ex istis verbis possit etiam colligi, quod impedimentum absentiæ denotetur: Quid-
25 quid sit de iure Pontificio in expressione modorum vocationis, secundùm quod decedere significat mori, & cedere importat resignare, prout procedunt contraria supra allegata, *idem Rebuff.in d.l.3.§.eius qui apud hostes, col.6.in princ. vers.4.decedere, ff.de verbor.signific. & in l.cedere diem 213.col.3.post princ.eod.tit & in prax.benefic.tit.de vnion.reuocat. nu.33. Paris.de resignat. lib.1.q.1.nu.67.& 70.*
26 *& lib.6.q.5.nu.13.* Cum † in impetrationibus beneficiorum debeat exprimi verus modus vacationis, & vnus differat ab alio, vnde non mirum si in illis non adsit ista æquiparatio. *Ioan.Vinc.de Ann. allegat.92.num.6. post Bald.in cap.ex parte, il 1. de offic.deleg.*

Quod ad tertium dubium, non est multum insistendum, cùm ex testamento appareat nullam facultatem fuisse concessam Protectori pro tempore eli-
27 gendi, † seu nominandi puellas virgines ad effectum monachandi, cùm illa solùm fuerit data Gubernatoribus, seu Administratoribus Monasterij, stante maximè constitutione eiusdem Monasterij per Protectorem confirmata, in qua mandatur Deputatis, vt curent admittere puellas quæ habent requisita, & qualitates expressas per fundatorem in eius testamento, in quo etiam idem disponitur, quod videlicet dictæ puellæ acceptentur, & ad-
28 mittantur arbitrio deputatorum. Vnde † non est

recedendum ab illorum personis, a quibus, & non aliis in arbitratus standum est tamquam eorum industria, & fides sit electa, & approbata, adeo vt iudicium vnius non possit dici iudicium alterius *Abbas cons.70.nu.4.lib.2.per l.si non sortem, §. libertus, de condict.indebit. l.inter artifices, de solutionibus, l. in compromissis, de arbitr. Bolognin.cons.6.col.5. Ias.in l.si quis arbitratu, nu.7.de verb.oblig. Menoch.de arbitr. lib.1.q.68.nu.26. vsque ad 33.* † vbi ampliat non solùm quando substantia actus, sed etiam aliquod accidens esset definiendum arbitrio alicuius, quia nullo casu licet ab illius persona recedere *l.si certa 76.ff.pro socio. Cin. in l.si in vendentis vel ementis 13. C.de contrahend.empt.*

29

Præsertim cum solùm deputati absque Protectoris interuentu, & participatione ipsius semper elegerint, ac nominauerint puellas, † quæ obseruantia subsecuta dicitur optima interpres priuilegij præcedentis *Rot.diuers.decis.872.num.2.& dec.518. nu.11.p.4.in nouissimis, post Aym.consl.101.nu.3.& 4.*
30

31 † vbi etiam quod hoc casu non requireretur aliqua præscriptio tamquam simus in obseruantia interpretatiua *Castr.consil.347.quia circa, col.vlt. ad fin.lib.1. Socin.cons.113.nu.5.lib.1. Aret.cons.11.col.penul.post med.vers.sed tamen ex superabundanti. Dec. cons.156.col.fin. Corn.cons.188.col.vlt.lib.4.*

Ex quibus intelligitur non esse aliquid dicendum super quarto dubio, cum, vt dictum est, facultas Protectoris simpliciter non extendatur ad electionem, † & nominationem, de qua agitur. Vnde non est quærendum an potestas illius sit restricta ad numerum puellarum, quæ sunt nutriendæ ex primo redditu, vel secundo, Maxime quia satis fuit expressum in testamento, ac confirmatione quando, & in quibus casibus debeat interuenire auctoritas, & consensus Protectoris,
32
33 ita vt ex hoc † magis firmetur prohibitio in casibus non expressis, *l.nam quod liquide, ff.de penu legata. Aym.consil.214.num.14.*

Neque obstat, quod per Summum Pontificem detur omnimoda iurisdictio Protectori, † Quia non ex hoc tollitur libera facultas specialiter data administratoribus eligendi puellas eorum arbitrio, cum illa dispositio quantumuis generalis non referatur ad id, de quo fuit specialiter prouisum, maximè in eodem rescripto, in quo species derogat generi, *cap.1. de rescript. cap.studuisti, de offic.delegat. Dec. in l.in toto iure 80. num.19. de regul.iur. Din.in cap.*
34
35 *generi 34.in fin. eod.tit. in sexto.* Ad euitandam † præsertim correctionem, & repugnantiam in eadem dispositione, *l.si quando, in princ. C.de inoffic. testam. Bart.in l.1.§.& parui, nu.5. ad fin. ff.quod vi aut clam. Alex.in l.si mihi, §.vlt.in princ. de legat.1. Surd.consil.10.nu.6.*

Et quamuis per eundem Summum Pontificem disponatur, quod omnia debeant ordinari consilio, & ope Protectoris: Tamen, vt dictum est, hoc non intelligitur de admissione puellarum specialiter
36 concessa deputatis, † cum etiam istud consilium, quatenus esset requirendum, non arctaret ad illud sequendum tanquam non sit necessitatis, *cap.cum in veteri, de elect. cap.nullus, ex consi. de reg.iur.in 6. Dec.in l.consilij non fraudulenti, ff.eod.tit. Lamberteng.de contract.mul. gloss.1. num.66. post med.* Maximè ne contraueniatur ordinationi fundato-
37 ris, † qui talem nominationem specialiter concessit deputatis absque alterius, etiam Protectoris participatione, quæ facultas potuit per eum in fundatione Monasterij concedi *cap.præterea, il secundo, de iur.patron. Felin.in tract.quand.litter.apost. præiudic.patron.eccles.colum.2.ad med. Anchar.in clem.quia contigit, nu.11.col.4.not.9.& ibi Imol.num. 6.de relig.domib. Bald.in l.2.num.1.in fin.C.de in ius vocand.* Et passim patrono licitum est apponere in limine fundationis conditiones sibi visas, quando iuri communi non aduersantur *cap.eleuterius 18.qu.2.cap.nullus, de seru.non ordinand. Anchar.in cap.quia contingit, not.9. de relig.domib. Rot. coram R.P.D. Sacrato. Romana iurispatronatus 31. May 1613.* Quidquid aliàs, quandò conditiones essent iuri communi contrariæ, non possint per fundatorem apponi, nisi cum consensu diœcesaui *cap.cum dilectus, vbi Gloss. in verb. constitutum, in fin.de consuetud. Innocent. in cap.in Lateranensi, ad fin.de præbend. Cardin.cons.11. Calder.consil.vltim. de iur.patronat. Abbas in cap.significatum, in 1.notab.de præbend. Rot.coram R.P.D. Pirouano. Hispalen. Thesauraria, 14. Nouembris 1616.*
38 † Adeo vt ista in testamento expressa non possint mutari *l.in iis quæ extra 16. & ibi Gloss.in verb.ex ipso, ff.de condit. & demonstrat. l.non codicillum, C.de testam. l.non aliter, ff.de leg.3. Sarmient.lib.1.selectar.c.8.nu. 22. Perez.de anniuers.lib.1.c.14.n.22.*

EPITOME.

Vendens vni quando possit alteri vendere, si primus non soluit pretium in tempore conuento. ¶ Reseruatio dominij facta per venditorem an sit de natura contractus. ¶ Et an operetur solum effectum prælationis contra quoscumque creditores. ¶ Vel etiam vt possit recedi à venditione, si non soluatur pretium per emptorem. ¶ Et quando venditio cum tali reseruatione dicatur perfecta, ita vt periculum interitus spectet ad ementem, quamuis per eum fuerit res conducta cum pensione taxata soluenda donec pretium numeretur. ¶ Res duobus vendita cui præsumatur prius tradita. ¶ Interpellatio an debeat fieri ei, qui tenetur adimplere. ¶ Venditor an possit agere rei vendicatione contra emptorem non soluentem pretium. ¶ Fructus quando dentur ratione dominij, vel naturalis æquitatis, ne emptor locupletetur cum iactura venditoris. ¶ Per traditionem rei venditæ an transferatur dominium, nisi cum qualitate solutionis, vel fidei habitæ de pretio.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei venditæ etiam absque aliquo pacto reseruationis nunquam transit in emptorem, nisi fuerit per eum solutum pretium, Ita vt neque sufficiat solutio partis, nu.2.*

3 *Pactum reseruationis dominij continet idem quod ius commune, & est de natura contractus, nu.24.*

4 *Res vendita duobus, præsumitur tradita prius ei, qui pretium numerauit.*

5 *Vendens vni, potest alteri vendere, si primus non soluit pretium, in tempore conuento, nu.18. Intellige vt nu.19.*

6 *Vendens rem duobus punitur, si primus soluerit pretium, vel illud obtulerit venditori antequam secundo vendidisset.*

7 *Primus emptor si non seruat fidem soluendo, non iustè conqueritur, si ei fides à venditore non seruetur, & num.8.*

9 Res-

9 *Res si fuerit tradita cum effectu primo emptori, non transtulit in eum dominium nisi cum qualitate solutionis, vel fidei habitæ de pretio. nu. 10. & 11. siue traditio sit ficta. siue vera, nu. 12.*

13 *Reseruatio dominij operatur solum effectum, vt venditor præferatur cæteris creditoribus tempore anterioribus, & vt valeat pactum de soluendo aliquid annuum, donec pretium fuerit solutum, nu. 14.*

15 *Reseruatio dominij habet vim pacti manus iniectionis, quod afficit rem ipsam, ita vt possit auferri à quocunque etiam tertio possessore.*

16 *Dominij reseruatio non operatur nisi constet de dominio reseruantis.*

17 *Contractus est perfectus, quamuis fuerit reseruatum dominium, & periculum interitus spectat ad emptorem, licet post rem venditam cum tali reseruatione illam conducat promittendo certam pensionem, nu. 22.*

20 *Reseruans dominium rei venditæ an possit rescindere contractum si non sit ei solutum in tempore. nu. 21.*

25 *Venditio cum reseruatione dominij, non est conditionalis, sed pura, & in ea non habet locum pœnitentia, num. 25.*

26 *Interpelatio requiritur vt quis teneatur adimplere, maximè si agatur de pœna amissionis commodi contractus, nu. 27.*

28 *Venditor habet rei vendicationem contra emptorem desic entem soluere. Declara vt nu. 29.*

30 *Fructus sunt accessorij ad dominium, secus quando dantur venditori ex naturali æquitate ratione pretij non soluti, nu. 31.*

CAPVT DXXIII.

RESeruatio dominij, licèt fuerit in conuentionem deducta, non tamen aliquid addit con-
1 tractui, neque illius naturam alterat † cum dominium rei venditæ etiam absque aliquo pacto nunquam transeat in emptorem, nisi per eum fuerit solutum pretium *l. quod vendidi 19. ff. de contrahend. empt. §. vendita. instit. de rer. diuis. Specul. de action. & petition. §. sequitur, n. 24. ad med. vers. secundum quod*
2 *pretium.* † Ita vt neque sufficiat illud pro parte solutum, ... etiam pro rata eiusdem pretij soluti dominium non sit acquisitum *Bart. in l. fistulas 78. §. qui fundum. ff. de contrah. emp. Alex. cons. 118. viso themate suprascripto, n. 1. ad med. lib. 4 & cons. 17. viso instrumento locationis, in fin. vers. & licet dicti conductores. lib. 4. Ruin. cons. 66. n. 7. lib. 4. Surd. decis. 220. nu. 12. & cons. 101. n. 13. lib. 1. Tiraquell. de retract. conuent.*
3 *ad fin. tit. num. 71. in princ.* † Et huiusmodi pactum continere illud, quod ius commune dicit *Abb. cons. 69. nu. 1. in fin. lib. 1. Surd. decis. 220. num. 13.* vbi quod eius expressio nihil operatur tanquam pretium sit naturale *Bald. in rubr. C. de contrah. empt. nu. 13.*

Ideò si vendatur res duobus, & nascitur, cui fuit prius
4 tradita, præsumitur prius tradita ei, † qui prius emit, quando vterque probat numerationem pretij, sed si vnus probaret, alius autem non, tunc præsumitur tradita ei, qui pretium numerauit *Bald. in cap. 1. §. si facta. nu. 3. si de feud. fuer. controuers. int. domin. & agnat. Aloys. de Leo. in l. quoties. nu. 2. C. de rei vendic.*

*Adde supr. * ad c. 254. in fin.*

Ita etiam* vendens vni, potest citra suspicionem falsi
5 alteri vendere, si primus non soluit pretium † iuxta originale dictum *Odoff. in l. venditor ex hæreditate ff. de hæred. vel act. vend.* quem refert & sequitur *Alexand. in l. à diuo pio. §. sed si emptor col. 2. post med. vers. secundo limita singulariter. n. 6. & ibi Ias. in 4. notab. n. 5. vers. benè facit. de re iudic.* Idem voluit *Bald. in c. 1. §. si facta. nu. 2. col. 1. ad med. versic. secundus ergo emptor. si de feud. fuer. controu. int. domin. & agnat. & in l. quoties 15. n. 2. in fin. & ibi Salic. oppos. 1. in fin. nu. 2. Ias. n. 48. C. de rei vendi. Fabian. de Monte de empt. & vendit. qu. 26. in princ. num. 50. tom. 6. part. 1. fol. 44. Menoch. de arbitr. cas. 381. nu. 18 fol. 314. Plot. de in lit. iur. in interpretat. l. si quando. C. vnde vi. n. 177 fol. 74. alias §. 4. n. 60. Magon. decis. Lucens. 31. n. 12. ad med.* vbi allegat *Castrens. in l. iulianus. §. offerri. nu. 5. ff. de act. empt.* qui tamen de hoc casu non loquitur *Surd. decis. 220. nu. 15. Marsil. in l. qui duobus, nu 8. versic. quod est verum ff. de falsis.* quæ sunt addenda his quæ obiter dixi *supr. c. 254. in fin. nu. 54.*

Prout vendens rem duobus punitur, dummodo pri-
6 mus soluerit pretium, † vel obtulerit venditori antequam secundo vendiderit *Bald. in l. quoties, num. C. de rei vendicat. & in l. venditor. n. 2. ff. de hæredit. vel act. vendit. Alex. cons. 86. col. 1 lib. 6 Fabian. de Mont. de empt. & vendit. 3 qu. princ. q. 26. nu. 50. Hond. cons.*
7 *52. n. 46. lib. 2.* † Et ratio est, quia postquam primus emptor non seruat fidem soluendo pretium potest venditor alteri vendere, & primo emptori fidem impunè non seruare, quia frangenti fidem fides frangatur eidem *licum proponas in 2. C. de pact.*
8 † Et ita in specie hanc rationem omissis aliis approbat *Alex. in l. à diuo pio. §. sed si emptor. colum. 3. in princ. versic. tamen sustinendo, num. 6. post med. de re iudic.*

Quare etiam si primo emptori fuit res tradita cum
9 effectu, si non soluit pretium, † seu de eo non fuit habita fides, præfertur secundus qui soluit pretium, quia illa traditio non transtulit dominium in primum emptorem, nisi cum dicta qualitate solutionis, vel fidei habitæ de pretio *Dec. in l. contractus 23. nu. 19. ff. de regul. iur. Gabr. conclus... num. 21. & a de empt. & vendit. Tiraq. p. 1. de iur. constit. nu. 28 Hond. cons. 52 num. 41. vsque ad 44 lib. 1. per text. ind. l. quoties, C. de rei vendicat.* in illis verbis ... pretium exoluisse, *& in l. a ... celsum, §. si à titio. de dol. except.* &
10 voluit etiam *Portius. cons. 172. n. 27.* † qui omnes concludunt non sufficere, quod res sit effectualiter tradita emptori, ad hoc vt illi censeatur acquisitum dominium, quia illud non censetur in eum translatum per huiusmodi traditionem, nisi pre-
11 tium fuerit solutum, † vel de eo habita fides *Carthar. decis. 96. nu. 8. fol. 276. & decis. 42. num. 8. fol. 135.*
12 siue sit ficta, † seu vera traditio *Dec. in l. contractus 23. nu. 19. ff. de reg. iur.*

Vnde huiusmodi reseruatio dominij operabitur solum effectum, vt ipse venditor præferatur cæteris
13 creditoribus tempore anterioribus, † Ita vt si emptor sit ære alieno grauatus non censeatur ex dicta reseruatione habita fides de pretio, latè *Bertazol. clans. 15. gloss. 4. num. 3,* vbi etiam, quod operabitur alium effectum, vt valeat pactum de soluendo aliquid annuum, donec pretium fuerit solutum absque labe vsurarum, siue fiat locatio, siue non
Socin. cons. 176. col. vlt. in princ. in 6. dub. lib. 2. Cagnol.
14 *in l. curabit. n. 62. C. de act. empt.* † quod etiam voluit *Rot. coram R. P. D. Manzanedo Rom. affictus 23. Iunij* 1606. vbi, quod reseruatio dominij nihil aliud operatur, nisi specialem quandam hypothecam, per quam reseruans præfertur cuicumque credi-

15 tori anteriori Mart.vot.43.in fin.† Habet enim vim
pacti manus iniectionis, quod poſitum in vendi-
tione rei ſuæ afficit rem ipſam, vt poſſit auferri à
quolibet poſſeſſore, & ſucceſſore, & exerceri con-
tra tertium Bald.in l.ſi titius.in princ.& in addit.ff.de
16 ſeru.exportand.† Verum eſt, quod iſta reſeruatio do-
minij non poteſt eſſe, niſi de iure competenti, ne-
que operatur, niſi appareat de dominio reſeruantis
Sim.de Pret.conſ.174.nu.8.

Quemadmodum etiam iſta reſeruatio dominij non
facit, vt contractus non ſit vndequaque perfectus,
17 † habet enim omnem perfectionem, ita vt ſi res
vendita pereat periculum interitus ſolùm ſpectet
ad ementem, quamuis etiam poſt venditionem
cum dicta reſeruatione emens rem venditam con-
duxerit promittendo ſoluere certum quid, donec
integrum pretium fuerit ſolutum, Quia iſta acci-
dentalia non conſiderantur, & poſt perfectam em-
ptionem totum commodum, ſeu incommodum
ſpectat ad emptorem, licèt fuerit dominium reſer-
uatum, prout eſt tex.in l.ſicut emptio.23.ff.locat.Boſſ.
de remiſſ.merced.conduct.nu.102.vbi, quod eſt mul-
tum notandum, nam quilibet non viſo dicto textu
contrarium diceret, & ſequitur Surd.dec.198.num.
28.poſt Curt.Iun.conſ.82.num.2.col.2.in princ.Dec.
conſ.311.col.2.in fin. verſ.tertio idem comprobatur nu.
4.Alex.conſ.121.num.1.lib.5.Ruin.conſ.73.num.3.lib.
1.Cepoll.caut.125.num.1.ad med.Card.Mant.de tacit.
& ambig.conuent.lib.4.tit.24.nu.18.dixi ſupra c.354.
num.48.tom.2.

Non obſtat, quod qui vendit vni poteſt vendere al-
18 teri, ſi primus emptor non ſoluit pretium † in tem-
pore conuento Magon.deciſ.Lucenſ.31.n.12.ad med.
quam allegaui ſupra cap.354.in fin.tom.2. cum aliis
per Surd.344.nu.15.part.2.quæ eſt duplicata, & ea-
dem cum deciſ.220.part.1.quam adduxi in addit.ad
19 deciſ.Marcb.13.num.... Quia † in caſu noſtro con-
tractus habuit executionem per traditionem rei,
& fidem de pretio, & implementum venditoris,
quod facit, vt non poſſit alteri vendi, neque con-
tractus reſolui ob non ſolutum pretium, tunc enim
ſolùm agetur ad eiuſdem pretij, ſeu intereſſe ſo-
lutionem, prout in ſpecie caſus per Magon.& Surd.
20 adducti concludit † Alex.in l.à diuo pio.§.ſed ſi em-
ptor.col.3.in princ. verſ.tamen ſuſtinendo.n.6.ad med.
ff.de re iudic.per tex.in l.inciuile.vbi Bald.in princ.C.
de rei vendic.Natt.conſ.219.n.5.Rimin.Iun.conſ.9.n.
5.lib.1.cum aliis per Becc.conſ.45.n.36.Felin.in c.3.col.
4.poſt med.verſ.tertius caſus eſt de iur.iur.Alexand.in
21 l.cum proponas.n.4. verſ.tertio fallit.C.de pact.† Ma-
ximè quia ſumus per viam actionis, quaſi tunc mi-
nus detur reſciſſio contractus, quàm per viam ex-
ceptionis Corn.conſ.121.quamquam videatur, ad fin.
verſ.nec obſtat id quod dixi.lib.1.

Nec facit, quod traditio rei fuerit ob cauſam locatio-
22 nis, non venditionis, † Quia locatio tanquàm ac-
cidentalis non eſt in conſideratione, Ideo potius
eſt iudicandum, quod poſſeſſio fuerit tradita ob
cauſam venditionis, quæ fuit perfecta, quamuis ſit
reſeruatum dominium, & periculum eſt emptoris
Dec.conſ.311.licet hactenus.col.3.in princ.nu.4.

Non eſt igitur attendenda opinio Magonij, dum con-
cludit contractum, de quo agimus, eſſe conditio-
23 nalem, † cum potius ſit purus, & habeat perfectio-
nem ex Couar.& Franc.ſupra allegatis.verſ.hoc ſtan-
te.n....cum tale pactum ſit ſecundum naturam ven-
24 ditionis † §.vendita.inſtit.de rer.diuiſ. Bald. in rub.
C.de contrah.empt.q.13.n.13. Rimin.conſ.177.n.5.lib.
1.& per conſequens non erit locus reſciſſioni dicti
25 contractus, neque dabitur pœnitentia, † vt in ſpe-
cie de huiuſmodi reſeruatione dominij concludit
Corn.conſ.297.col.3.in princ.verſ.qualitercumque au-
tem.lib.3.quem refert Vrſill.ad Affl.deciſ.358.n.2. li-
cèt corruptè illum alleget pro alia opinione, quod
ſit locus pœnitentiæ.

Accedat, quod debebat conſtare de interpellatione,
26 quæ videtur neceſſaria, † vt quis teneatur adim-
plere Menoch.conſ.128.nu.12. Maximè quia agitur
de pœna amiſſionis commodi contractus, à quo
cadit non obſeruans, tunc enim magis dicta inter-
27 pellatio requiritur † Socin.conſil.133.profecto.num.1.
lib.2.Aym.conſ.64.nu.1.ad fin.& conſ.192.num.17.ad
med.verſ.ego ſoleo diſtinguendo.colum.7. ad med. vbi
etiam allegat Gozad.conſ.22.col.3. & Ang.conſ.177.
in facto proponitur, num.1.

Neque obſtat, quod deficiente emptore ſoluere de-
28 tur venditori rei vendicatio, † iuxta doctrinam A-
zon.de pact.int.empt.& vendit.n.7.Magon.deciſ.Flo-
rent.91.nu.7. Quia loquuntur in pacto legis com-
miſſoriæ, quæ conditionaliter committitur, & tran-
ſit in emptorem, & contractus ſub conditione ex
29 pacto reſoluitur, † ideo non mirum, ſi venditor
poteſt eligere reſolutionem contractus, vel ex eo
agere, vt adimpleatur, prout declarat Idem Azo.ibi
num.7.Grat.conſ.18.num.7. lib.1.cum aliis per Card.
Mant.de tacit.& ambig.conuent.lib.4.tit.32.nu.47.
vbi ampliat ad pactum addictionis in diem l.ſi quis
hac lege, in princ.ff.de rei vend. l.commiſſoria.de pact.
int.empt.& vendit.l.vlt.de leg.commiſſor.

Nec facit, quod fructus debeantur emptori pro rata
pretij ſoluti, Vnde ex hoc videtur, quod emptor de-
30 beat habere dominium, † cum fructus ſint illius ac-
ceſſorij l.1.C.de condict.indeb.l.2.C.de pignor.action.
Cephal.conſ.63.nu.3.& conſ.131.num.14.

Quia fructus in hoc caſu dantur emptori non ra-
31 tione dominij, † ſed ex quadam naturali æquitate,
ne venditor lucretur cum iactura emptoris, ex qua
naturali æquitate veniunt fructus officio iudicis
pro rata pretij ſoluti Ruin.qui dicit multum notan-
dum conſ.66.num.7.ad med.lib.4. & latè etiam de-
clarat Alex.conſ.121.nu.2.lib.4.per tex.in l.vlt.in fi.
de fund.dotal.cum aliis per Tiraqu.de retract.conuen-
tion.ad fin.tit.num.71.

EPITOME.

Arbiter, qui debet pronunciare cum voto, vel de voto alterius an teneatur illud ſequi. ¶ Fructus recompenſatiui an debeantur venditori tempore æſtimationis, ac menſurationis prædij & declarationis pretij. ¶ Productio iurium an ſit facienda coram illis, qui non tenentur iudicialiter procedere. ¶ Damnum emergens an ſit debitum per emptorem, licèt excedat fructus rei emptæ. ¶ Terminus ſi non fuerit præfixus ad æſtimationem an intelligatur arbitrio boni viri, vt ſtatim fiat abſque interpellatione. ¶ Iudex an poſſit ex officio taxare intereſſe ad ſex, vel ſeptem pro centum, & an attendatur mos regionis. ¶ Laudum an ſit propriè ſententia, & an ſit nullum in totum, vel ſolum in exceſſu. ¶ Reductio laudi quando detur. ¶ Et an obſtet res iudicata. ¶ Et quid ſtante ſtatuto vrbis præfiniente tempus reductionis. ¶ Et an illud ſit ordinarium, ſeu deciſorium. ¶ In ſpolio

non

non extraiudiciali an sit probanda iniustitia spoliationis. ¶ Suscipiens terminum ad soluendum quo casu possit appellare, & recurrere, & agere spolio. ¶ Consentiens subhastationi bonorum an dicatur cecidisse facto proprio à possessione, ita vt sit excludendus à remedio reintegrandæ, quamuis simus in actu rescindendo per metum, seu per vim compulsiuam. ¶ Protestatio clandestina, & ex interuallo an iuuet soluentem. ¶ Suscipiens terminum pro residuo an approbet totam executionem. ¶ Soluens partem debiti confessati an possit allegare exceptionem non numeratæ pecuniæ. ¶ Laudum an sit approbatum per releuationem indemnitatis illius, qui pro releuante se obligauit soluere. ¶ Fructus dotis an debeantur soluto matrimonio. ¶ Conuentio ante moram an detur, si agitur de damno vitando, licèt adsit dilatio ad soluendum. ¶ Obligatio cameralis quando sit extendenda. ¶ Executio an debeat reuocari, si constat de bono iure. ¶ Appellatio an admittatur ante sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Productio iurium non est facienda coram illis, qui non tenentur iudicialiter procedere.*
2 *Arbiter qui tenetur sententiare cum voto, & consilio alterius, sat est vt illum requirat absque eo quod cogatur sequi. Fallit si decernetur de voto, & consilio, num. 3. & 61.*
4 *Contrahens cum aliquo tanquam procuratore alterius approbat illum cum qualitate procuratoris.*
5 *Maritus potest esse in iudicio absque mandato vxoris, & cautione in rebus dotalibus.*
6 *Fructus recompensatiui debentur venditori pendente tempore æstimationis, ac mensurationis prædij, & declarationis pretij, n. 7. & 11.*
8 *Emptor tenetur ad damnum emergens passum per venditorem, quamuis excederet quantitatem fructuum rei emptæ, & n. 59.*
9 *Terminus quamuis non fuerit præfixus ad faciendum æstimationem, tamen intelligitur arbitrio boni viri, vt statim fiat æstimatio absque alia interpellatione, n. 10. & 23.*
12 *Iudex potest ex officio taxare interesse ad sex, vel septem pro centum.*
13 *Taxatio interesse debet fieri iuxta morem regionis, quamuis fructus non tantum daret.*
14 *Laudum est nullum solùm in excessu, non in totum, prout sententia continens plura capitula. Contrarium, n. 15. sed prima opinio est verior, n. 16.*
17 *Laudum non est propriè sententia, finis tamen causæ ita habetur per vnum, sicut per aliud.*
18 *Reductio laudi non datur, nisi probato magno præiudicio, stantibus clausulis amplissimis compromissi circa facultatem arbitrandi, num. 19.*
20 *Pro laudo transacto in iudicatum magis præsumitur, quando sumus in casu exceptionis, non executionis.*
21 *Per viam exceptionis potest opponi, quod negatur per viam actionis.*
22 *Iudex reductionis debet vti eadem æquitate, qua vsurus esset arbitrator.*
24 *Census imponitur super diuersis bonis pro securitate emptoris.*
25 *Restitutio competit si iudex procedat tanquam priuatus, & extraiudicialiter, secus si parte vocata.*
26 *In spolio non extraiudiciali non sufficit probare spoliationem, & priorem possessionem, prout in priuato, sed etiam iniustitia spoliationis.*
27 *Suscipiens terminum ad soluendum contenta in laudo dicitur illud acceptare, & renunciare reductioni.*
28 *Geminatio consensus magis præiudicat ad effectum, vt sit renunciatam appellationi.*
29 *Consentiens subhastationi bonorum dicitur cecidisse à possessione facto proprio, ita vt excludatur à remedio reintegrandæ, quamuis simus in actu rescindendo per metum aut vim compulsiuam, & n. 41.*
30 *Per susceptionem termini, & censurarum non admittitur facultas recurrendi, & appellandi, tollitur tamen actio ad spolium intentandum.*
31 *Protestatio non attenditur quod terminus sit susceptus per metum, si fiat ex interuallo, & non in actu petitionis, num. 32. 35. 36. & 37.*
33 *Protestatio clandestina, & absque citatione partis non iuuat, maximè si fiat ex causa, num. 34.*
38 *Suscipiens terminum pro residuo executionis approbat totam executionem.*
39 *Promittens centum per metum si partem soluat ex interuallo, purgat metum pro residuo.*
40 *Soluens partem debiti confessati non allegat exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
42 *Laudum dicitur approbatum per releuationem indemnitatis illius, qui pro eo se obligauit, & terminum suscepit ad soluendum, num. 44.*
43 *Promisisse dicitur qui adimplet promissum.*
45 *Promissio indemnitatis refertur ad illud, quod de facto conueniretur, quidquid sit in promissione de soluendo, quæ se refert solùm ad illud quod de iure deberetur.*
46 *Statutum Vrbis est decisorium, dum disponit vt à laudis arbitratorum, & à sententiis arbitrorum petatur reductio, & appellatio infra decem dies, quibus elapsis laudum, & sententia firma remaneat, n. 49.*
47 *Districtuales ligantur statuto Vrbis.*
48 *Statutum minuens tempus appellationis, & nullitatis est ordinatorium.*
50 *Statutum concludens causa, seu actioni perimendo litem est decisorium, secus si concluderet Iudici.*
51 *Fructus dotis an debeantur soluto matrimonio.*
52 *Opinio Doctoris excusat ab expensis.*
53 *Requisita per* Castr. in l. 3. ff. de eo quod cert. loco, *non procedunt, vbi agitur de damno vitando, in quo admittitur etiam conuentio ante moram, quamuis daretur dilatio ad soluendum, & n. 54.*
55 *Executio non reuocatur si apparet de bono iure, ita vt iterum deberet fieri.*
56 *Spoliatus non restituitur si ex actis constat de non suo iure.*
57 *Solutio statim est facienda si non fuit præfixus aliquis terminus ad soluendum.*
58 *Illatio non fit ex diuersis.*
60 *Appellatio non admittitur ante sententiam.*
62 *Obligatio cameralis non extenditur in instrumentis in Vrbe celebratis, & quando partes consentiunt relaxationi mandati.*

CAPVT DXXIV.

CVm in causa Nepesina laudi dubitaretur an obstaret res iudicata in casu, & ad effectum de quo agebatur pro affirmatiua dicebam concludendum esse, Nullitates enim quæ opponuntur contra laudum emologatum, & executio-
1 nem inde secutam, non sunt releuantes, † Et quo
✱ ad defectum productionis iurium, & instrumentorum non erat necessaria aliqua productio, cum
simus in illis, qui non tenebantur iudicialiter

procedere, nec in scriptis redigere, quæ acta sunt, Ita vt in dubio alio non apparenre præsumendum sit omnia fuisse discussa, & partes de omnibus certioratas, & ritè, & rectè processum, quidquid aliud sit in iudicibus (*Cuman. cons.50. stante statuto. col.2. ad med. versic. alioquin cum non teneatur n.3. post Innocen. in cap. quinta vallis 23. n.3. & 5. de iur. iur. Bal. cons.64. numquid arbiter. ad med. lib.3.*

Neque obstabit alia nullitas laudi lati sine voto consultoris. Cum illud non requireretur stante facul-
2 tate data arbitrio sententiandi, de qua in compromisso, in quo licèt additum fuerit Cum voto, & consilio alterius per arbitrium eligendi, Tamen satis est illud fuisse requisitum absque eo, quod teneatur sequi *Abbas in c.1. nu.6. de capell. monach. & in c. cum olim 7. n.2. de arbitr. Butr. in c. cum in veteri. nu.21. de elect. Felin. in c. ex parte 12. col.1. ante med. vers. & quod sit leuis solemnitas, de constitut. Bald. in rubr. C. de exercit. & instit. act. n.6. Gemin. in cap. hinc*
3 *etenim 49. distinct.* † Contraria autem procedunt quando dictum esset de consilio, & voto, quasi tunc illa dictio, de, significet causam primam, & industriam personæ, vt concludunt omnes *in leg.1. §. si plures, ff. de exercit. act. Gemin. in cap. hinc etenim, col.2. post med. n.7. distinct.49. Bursatt. cons.90. n.43. & 44. lib.1. Corn. cons.53. nu.2. lib.1.* & sequitur *Rot. coram R.P.D. Buratto Romana laudi. col. penult. ad med. 13. Ianuarij 1614.*

Prout etiam non subsistit nullitas opposita ex defectu mandati cum D. Pompeius tanquam maritus,
4 & procurator fecerit compromissum, † quod fuit acceptatum per partem, & cum eo contractum tanquam cum tali, adeò vt ex hoc censeatur approbata persona cum ista qualitate procuratoris *Alexand. in l. licet col.1. in verb. inueniatur. Cod. de procurat. Natt. cons.262. num.7. Felin. in cap. quoniam contra. colum. penult. de probat.* Maximè, quia omnia iura, & actiones fuerunt datæ in dotem eidem viro per suam vxorem, vt in instrumento do-
5 tali de quo in actis, † Vnde etiam poterat esse in iudicio absque mandato, & sine cautione, cum in eis habeat plenam administrationem etiam iure suo *Andr. Gail. obseruat.133. num.7. lib.1. Bald. in l. 1. maritus 21. n.2. vers. vltimo duo. Cod. de procurat. Paris. cons.35. num.67. lib.1.*

Quemadmodum neque adest discordia inter votum, & laudum, de quo agimus, Cum fructus debeantur pendente tempore æstimationis prædij, ac mensurationis & declarationis pretij. Quamuis enim
6 † emptor non sit in aliqua mora antequam illud declaretur, non propterea excusatur ab vsuris recompensatiuis, quasi sufficiat vsum rei habuisse, & fructus percepisse, cum semper militet ratio, de qua *in l. curabit, Cod. de act. empt.* vbi hoc notat *Salic. in fin. Paris. consil.60. num.19. lib.1. Cephal. cons. 609. n.4. lib.4. Gabr. cons.57. num.4. lib.1.* vbi, quod non debet considerari dilatio ad soluendum vsque
7 ad declarationem pretij, † cum illa fuerit concessa in gratiam vtriusque partis, non debitoris tantum, nec potest existimari fuisse habitam rationem fructuum in pretio, cum iustum pretium esset declarandum à tertio *Idem Gabr. consil.74. nu. 31. lib.1. cum aliis per Honded. consil.30. nu.16. vsque ad nu.29. lib.1. Rot. coram R.P.D. Sacrato Romana Casaletti 20. Iunij 1611. Ioseph. Ludou. decis. Perusin. 53. num.5.*

Quæ magis procedunt, cum venditori curreret interesse censuum, quos statim extinxit habita pecunia, Ita vt hoc casu tractetur etiam de damno e-
8 mergenti, † ad quod emptor tenetur vsque ad quantitatem damni passi per venditorem, quamuis excederet quantitatem fructuum rei emptæ *Socin. cons.176. col.2. in princip. vers. quarto hoc confirmatur, lib.2. post Iacob. Butrig. in l. curabit. Cod. de act. empt. Rebuff. in l. vnic. num.13. Cod. de sentent. quæ pro eo quod inter. Castr. in l. Iulianus, §. ex vendito. num.3. vers. breuiter, ff. eod. tit. Honded.* qui de communi, tam de iure ciuili, quàm canonico *cons.30. n. 33. & 24. lib.1.*

Vnde quamuis ad æstimationem faciendam non fue-
9 rit præfixus aliquis terminus, † Tamen ista præfixio intelligitur arbitrio boni viri, vt statim fiat æstimatio absque aliqua interpellatione, ne quis fruatur re & pretio *Mannel. cons.225. n.8. post Ias. in l. si fundum per fideicommissum, nu.10. post med. ff.*
10 *de legat.1.* † Maximè quia adiudicatio erat facienda pro iusto pretio, vnde æstimatio iam erat certa, & à lege facta *Socin. cons.60. num.1. lib.4. Rot. coram R.P.D. Verospio. Bononien. de Guidolottis 14. Martij 1614. Couar. pract. quæst. cap.28. nu.1. ad med. Purpurat. in l. ex conuentione, n.46. C. de pact. Barbos. in l. si*
11 *æstimatis 51. n.2. ff. solut. matrimon.* † Cum ratio æquitatis, ne quis gaudeat re & fructibus, militet etiam ante declarationem æstimationis *Anan. cons.19. n.13. & ibi Bolognin. n.21. Gabr. cons.57. n.4. & cons.64. n.58. lib.1.*

Nec facit alia nullitas condemnationis ad damna, & interesse non liquidatum, Cum ex secundo com-
12 promisso fuerit data hæc potestas liquidandi, † ita vt etiam ex officio posset hoc fieri per Iudicem, quia acceptata informatione potest tale interesse taxare ad rationem sex, vel septem pro centenario, quamuis nulla fructuum liquidatio facta fuerit *Rot. Genuens. decis.194. n.3. Corn. cons.221. n.23. lib.2. Anchar. qu.31. n.15. & 16. lib.2. Ias. in l.3. §. vltim. n.6. ff. de eo quod cert. loc.* & de taxatione ad septem pro centum, *Rot. coram R.P.D. Sacrato. Beneuentana pecuniaria. in fin. 18. Iunij 1607.* Maximè, quia in Ciuitate Nepesina prædia rustica, computato anno sterili cum fertili reddunt ad minus scuta octo pro
13 centum, vt ostenditur in facto, † Ita vt magis standum sit circa huiusmodi interesse consuetudini, & mori regionis *Rot. Ianuens. d. decis.194. n.3. col.2. in fin.* quod in specie *l. curabit.* quamuis essent ad septem & octo pro centum etiam quod fructus non tantum darent, voluit *Castr. l.2. in princip. in verb.*
14 *equitatis ratione, C. de vsur.* Et quatenus † adesset excessus in istis septem pro centum, in illo solo esset nullum laudum, non in totum, cum in hoc æquiparetur sententiæ, stantibus capitulis separatis, vt per *Rot. coram R.P.D. Coccino. Senogallien. pecuniaria 17. Decembr. post Corn. consil.49. num.15. lib.2. Gabr. cons.56. n.19. lib.1. Bart. in l. de vnoquoque in fi. de re iudic. Bald. in auth. si omnes, ad fin. nu.11. & 12. C. si min. se ab hæredit. abstinuer.*

Nec aduersatur, quod laudum tanquam indiuiduum
15 debeat in totum reuocari, † quasi transactioni æquiparetur, quæ non potest pro parte valere, & pro parte non, quidquid aliud sit in sententia, in qua datur ista diuisio *Bart. consil.159. num.8. lib.1.*
16 *Aldobr. cons.18. n.13. lib.1.* † Quia verior est opinio, quod nulla possit constitui differentia inter laudum, & sententiam, cum Arbiter sit ad instar Iudicis, & quamuis laudum non sit propriè sententia,

Lanfranc.

17 *Lanfranc. de arbitr. nu. 38. tom. 3. par. 1. fol. 208.* † Tamen finis causæ ita habetur per vnum, quàm per alium, Vnde merito in eis datur æquiparatio, cum etiam laudum non sit transactio explicita, sed commissa in arbitrium tertij, adeo vt stantibus capitulis separatis detur validitas in vno capite, licèt in alio non consistat, tam in laudo, quàm in sententia, quæ solum censebitur indiuidua in quolibet capitulo, prout latè ex supradictis rationibus, & similibus conclusum fuit per *Rot. coram R. P. D. Caccino. Senogallien. pecuniaria 17. Decemb. 1612.* vbi etiam respondetur omnibus, quæ in contrarium allegantur, ita vt de prædictis opinionibus non sit dubitandum *Corn. cons. 49. nu. 15. lib. 2. Gabr. cons. 56. nu. 19. lib. 1.*

Præsertim, quia talis prætensus excessus non est nisi modicus, & stante facultate concessa arbitris cum
18 clausulis amplissimis, † & renunciatione enormissimæ læsionis, ac aliis, de quibus in compromisso, non datur reductio laudi, nisi probetur magnum præiudicium, de quo non apparet in casu nostro, quasi tunc in arbitratiis arguatur Iudex, quando nimis partem lædit *Bald. in c. 1. colum. antepen. nu. 15. versic. & scias quod ista arbitraria. de milit. vasal. qui contum. est & in l. 1. col. 1. ante med. n. 5. C. de reb. credit. & in l. cum filius 78. § pater cum filia. post med. in gloss. in verb. stabitur. de leg. 2. Alexand. cons. 106. viso themate. nu. 14. & 15. lib. 3. Ang. cons. 172. nu. 2. Menoch. de arbitrar. qu. 70. num. 16. Gabr. de arbitr. conclus. 3. num. 60. Imol. in c. quintanallis. col. 27. in fin. vers. aduerte tamen. num. 60. de iur. iur.* & de communi *Dec.*
19 *cons. 60. nu. 2. post med.* † Ita vt requiratur etiam probatio doli, & latæ culpæ arbitri, vt competat reductio in magna læsione *Alex. cons. 131. col. penult. ante fi. num. 23. lib. 2.*

Cum etiam huiusmodi nullitatibus fuerit renunciatum per emologationem laudi, & res iudicatas,
20 † pro quibus magis præsumitur, cum simus in casu exceptionis, non executionis *Rot. diuers. decis. 143. n. 7. p. 2. Pur. decis. 204. in fin. lib. 1.* Quasi per viam ex-
21 ceptionis possit exponi, † quod etiam non liceret per viam actionis: *Bald. in l. post mortem. n. 3. ad fi. de adoption. Felin. in c. lator. col. 1. post med. vers. & dicit. de re iudic. Imol. in l. qui superstitis. nu. 2. ff. de acquir. hered.*

Quæ omnia sunt magis attendenda, cum simus in
22 Iudicibus reductionis, † qui semper debent vti eadem æquitate, quia ipse arbitrator vsurus esset iuxta formam compromissi, non se restringendo iuris rigori, & eius apicibus, sed pronunciando tanquam bonus vir inspecta facultate arbitratoris, non separando naturam illius, in cuius locum subrogatur, tanquam hoc sit alienum legibus mandantibus compromissa custodiri *Alexand. in l. 1. col. penultim. ad fi. nu. 15 de legat. 2. Praeposit. in c. de appellationib. post med. de appellat. Conar. lib. 2. var. resol. c. 12. n. 5. ante fi. Roman. cons. 261. n. 3. Lanfranc. in c. quoniam contra. in verb. interlocutoria & appellationes, fallens. 15. de probat.*

Neque oberit conuentio de non soluendo pretium nisi post annum, Quia non fuit facta simpliciter, sed sub expressa conditione, quatenus ante lapsum anni de iure expectare deberet, vt in secundo compromisso fuit conuentum, ex quo resultat,
23 quod rectè processit declaratio arbitri, † dum condemnauit solutionem faciendam incontinenti, prout de iure debebat fieri stante æquitate recompensationis fructuum perceptorum *Gabr. consil. 57. num. 4. lib. 1. cum aliis supra adductis. nu. 9.*

Minus obstat prætensus excessus æstimationis, cum census scutorum 800. fuerit impositus non solùm super prædio, de quo agimus, sed super alio fundo, ita vt ex hoc colligatur non esse iustum valo-
24 rem æstimationis per arbitrum factæ, † Quia respondetur, quod talis probatio, & illatio non est legitima, cum huiusmodi impositio census fuerit posita super diuersis prædiis ad maiorem cautelam emptoris, non quod primum prædium esset incapax dicti oneris, prout quotidie fiunt census super diuersis bonis pro maiori securitate contrahentium *Gabr. cons. 47. in prin. lib. 2. Nauar. de vsur. q. 15. nu. 113.*

Et magis dicendum est obstare rem iudicatam, quia prætenditur ex aduerso reintegratio tanquam fuerit commissum spolium, cui non potest esse locus.
25 † Nam per Iudicem non fuit processum omninò vt primum, & extraiudicialiter, & parte non vocata, tunc enim idem iudicatur de Iudice spoliante, sicut de priuato, & no obstat exceptio proprietatis, sed interuenit partis citatio, quæ operatur, vt Iudex dicatur adhibuisse causæ cognitionem, & per consequens tunc obstabit dicta exceptio, & non competeret restitutio *Aym. cons. 302. n. 3. & 4. & cons. 5. nu. 8.* per doctrinam *Gemin. cons. 112. nu. 1. vers. nec potest dici. per text. in c. intra quatuor. de maior. & obedien. Felin. in c. dilectus filius 27. n. 1. vers. fallit primo. & col. 2. post princ. vers. fallit tertio. de rescrip. cum aliis per Dec. in l. factum à iudice 131. n. 1. & 2. ff. de reg. iur.*

Ideò in istis spoliationibus non extraiudicialib. non
26 sufficit probare illa duo, † quæ contra priuatum sunt necessaria, videlicet spoliationem, & possessionem priorem, sed etiam requiritur tertium, id est iniustitia spoliationis propter præsumptionem inhærentem actui iudiciali, vt in specie declarat *Gem. in cons. 136. alias 146. dominus burgensis. col. 1. ad med. Dec. consil. 449. visis duobus. col. 5. post med. vers. sed etiam dato. n. 30. Aym. cons. 65. nu 4. post med. Archid. in c. præsentium 7. q. 1. & in c. querendam 73. distinct. Card. Seraph. decis. 867. nu. 1. p. 1.*

De huiusmodi autem iniustitia non solùm non con-
27 stat, sed potius apparet de euidenti iustitia, † nam adest approbatio laudi, dum Aduersarij confitendo debitum terminum acceperunt ad soluendum, per quem dicitur renunciatum reductioni, & appellationi, tanquam talis actus sit expresse approbatiuus sententiæ *Bald. in l. ad solutionem. nu. 1. C. de re iudic. Roman. cons. 9. in fi. Aym. cons. 158. n. 3. & cons. 256. n. 6. col. 4. in fin. vers. simile videmus. post Calcan. cons. 101. col. 2. in fin. Franc. in cap. sollicitudinem 54. n. 14. post princip. versic. non obstat. de appella. Ang. cons. 315. nu. 2. cum aliis per Felin. in cap. quæ ad consultationem. num. 5. & 6. de re iudic. Bellam. decis. 157. num. 1.* Maximè, quia etiam post susceptionem termini subsecuta est solutio, & releuatio indemnitatis oc-
28 casione prædicta, † ex quibus oritur geminatio consensus, qui magis præiudicat, adeò vt nihil possit opponi *Castr. cons. 386. colum. penult. in fin. vers. ex quibus apparet. lib. 2. Dec. cons. 180. satis nota. col. 4. in princ. vers. secundum est quod in casu. n. 5. post Bald. in cons. schismatis posito ante rubr. C. si quis aliq. testar. prohib. § sed in contrarium. col. pen. post princ. n. 15.*

Et per istam susceptionem termini cum censibus fuit adeò præstitus consensus subhastationi bonorum suorum pro debito confessato, vt stante

29 isto consensu, † qui terminum susceperunt dicantur ex proprio facto ab eorum possessione cecidisse, quod facit, vt non competat prætensa reintegratio, quamuis simus in actu ex aliqua causa rescindendo, vt puta in contractu per metum celebrato, vel per vim compulsiuam facto, vel ob fidem non seruatam, vel in similibus casibus, in quibus stante prædicto consensu etiam meticuloso translationis possessionis, non potest allegari possessio clandestina, qua non existente cessat reintegratio *consil.386. per tot. Abb.in c.super hoc colum.penult. vers.ex præcedentibus, de renunciat.* plenè *Surd.* qui omnes supradictos casus complectitur *consil.49.num.3.vsque ad 6.lib.1.*

Et licet per istam susceptionem termini, & censurarum prætendatur esse reseruatam facultatem recur-
30 rendi, seu appellandi, † Non tamen hæc facultas extenditur ad spolium, cum semper remaneat consensus, qui sufficit, siue sit spontaneus, siue coactus ad illud excludendum, ideò agendum est alia actione, cum talis læsio, siue metus non iuuet ad effectum prædictum reintegrationis possessionis, cui fuit renunciatum, stante dicto consensu quomodocumque præstito, ita vt illius respectu non dicatur clandestina possessio, neque competat reintegratio, sed alia actione sit agendum, prout in proposito bene declarat *Natt.consi.386.num.2.& 3. But.in c.super hoc,de renunciat.*

Nec debet attendi prætensa protestatio, quod terminus ad soluendū fuerit susceptus per metum, Cum
31 † talis protestatio fuerit facta ex interuallo, & post multos dies, vnde non releuat tanquam non possit infringere actum præcedentem iam perfectum, ex quo fuit acquisitum ius parti, ad cuius fauorem est susceptus terminus *Paris.cons.5. num.196. lib.4*
32 *Honded.cons.14.nu.45.lib.2.* Et ideo † in specie dilationis, & termini ad soluendum, dant cautelam doctores, vt in ipso actu petitionis protestetur, quod per illam non intendit quis præiudicare, aut renunciare appellationi *Franc. in c. sollicitudinem 54.col.vltim.in princ.vers.& subdit cautum esse,n.14. ad fin.de appellat.post Io.Andr.in c.vltim.col.1.in fin. eod.tit.in 6.& in c.significauerunt,col.2.ad med.& ibi Hostiens.col.pen.in princ.de testibus.*

Maximè, quia dicta protestatio fuit clandestina, &
33 absque citatione partis, † quæ nihil releuat *Bart.in l.qui in aliena.§.celsus.in fin.& ibi Castr.nu.3.ff.de acquir.hared.Aym.cons.120.nu.3.* Præsertim quia non aderat aliqua causa, cur non posset palàm protestari, neque probetur aliquis iustus timor prote-
34 stantis, † & adsit præiudicium partis, quo casu sola protestatio non sufficit *Alex.cons.16. colum.fi.ad med.n.11.& 12.lib.3.post Bald.in l.clari.C.de fideicommis.Aym.cons.120.nu.6.*

Et decisiones ex aduerso allegatæ non obstant, Quia loquuntur in solutionibus factis metu censurarum
35 † cum protestatione in ipso actu solutionis, quasi non sufficiat postea protestari *l.1. quæ onerandæ, ff. quar.rer.act.non dat.* quem text.in proposito adducit *Aym.cons.114.n.5.Rot.coram Cardin. Lancelloto.*
36 *Lucana pensionis 4.Iunij* 1577. † Tunc enim constat non adfuisse animum se in obligatione constituendi in ipso actu protestando *Alexand.cons.190.ad fi. lib.2.Caputaqu.dec.130.lib.2. Rot.coram Card.Pam-*
37 *philio.Pacten.pensionis 5. Octobris* 1594. † Cum post absolutum actum nihil operetur protestatio respectu consensus iam præstiti, qui iam remansit obligatorius ad fauorem partis *Rot.coram Card. Seraphino.Romana arrogationis 14. Aprilis* 1600.*quæ est inter impressas* 1350.

Nec releuat, quod terminus fuerit captus pro resi-
38 duo executionis, † Quia in totum est approbata executio *Ias.in l.si ob turpem.nu.2.post princ. de condict.ob turp.caus.* vbi de eo qui promisit per metum certum, si postea ex interuallo soluit partem, purgatur pro residuo metus per illam solutionem par-
39 ticularem, † & quamuis *ibid.Ias.* arguat contra, Tamen postea in fine resolutionis dicit iura magis inclinare pro ista opinione, quod etiam voluit *Aloys.de Leo in l.1.in fin.C.de non nu.pecun. per text.in*
40 *l.cum fidem 4.C.eod.tit.* † vbi de eo, qui soluit partem debiti confessati, qui non potest allegare exceptionem non numeratæ pecuniæ pro residuo *Cassan.cons.27.in fin.*

Quibus addendum est, quod quatenus etiam constaret de metu, de quo non apparet ex supra alle-
41 gatis, † Tamen neque metus esset considerabilis ad effectum reintegrationis, de qua agimus, cum stante consensu, siue spontaneo, siue coacto, non possit intentari spolium, sed agendum sit alia actione, quasi per dictum consensum quomodocumque præstitum renunciatum sit spolio, neque dicatur clandestina possessio, vt supra dictum est *Natt.cons.386.nu.2.& 3.*

Et vltra terminum susceptum constat etiam in actis, quod D.Octauius habita notitia, & benè informatus de obligatione paulò ante facta eius contemplatione per Antonium, aliàs Brunerum de soluendo D. Hieronymæ scuta 303. de omnibus aliis in ea contentis, cum susceptione censuratum illum modò, vt decet, à quibuscumque molestiis liberat,
42 ac releuat, prout latius in actis, † Ex quibus verbis colligitur manifesta approbatio laudi, cum enim releuetur ille, qui pro eo se obligauit, & approbetur susceptio termini per eumdem facta ipsius contemplatione, non est amplius quærendum de reductione laudi *Roman.cons.9. in fin.Aym.consil.158. nu.3.Franc.in c.sollicitudinem, nu.14.de appellat.*

Neque est dubitandum per dicta verba fuisse approbatum laudum, cum stante ratificatione dicti termini suscepti, & releuatione indemnitatis ab omnibus in dicta obligatione contentis, in necessarium antecedens censeantur approbata omnia eius con-
43 templatione facta, † quasi adimplendo aliquod promissum dicatur quis promisisse *cap.ad decorem, in fi.de instit. Calcan.cons.11.col.4. ad med. Aym.consil. 150.n.4.* Cum etiam non possit ista indemnitas promitti sine approbatione laudi, iuxta quod fuit fa-
44 cta obligatio, ideo † illud quoque laudum censetur emologatum *Aym.* qui multis similibus comprobat *cons.159.nu.5.ante med.per l.pro hærede. §.papinianus,ff.de acquir.hæred.Butr.cons.4.n.1.in fin.* Ita
45 vt † promissio indemnitatis etiam se referat ad illud, quod de facto conueniretur, quid sit in promissione de soluendo, quæ se refert solum ad id, quod de iure debebatur *Signorol.cons.243.n.3. vers. præterea promissio de soluendo. Aym.cons.957.num.27. Surd.consil.345.num.32.lib.3.* de quibus tamen *Honded.consil.17.num.30. lib.2. Henrig.de fideiussorib.c. 26.num.45.*

Additur statutum Vrbis *libr.1.cap.178.* vbi expressè
46 disponitur, quod à laudis arbitratorum, † seu sententiis Arbitrorum liceat appellare, & de nullitate dicere infra decem dies, & petere reductionem

ctionem ad arbitrium boni viri, quæ omnes causæ intra tres menses terminētur, quibus elapsis prima sentētia, arbitrium, seu laudum firmum remaneat, Quæ cum in casu nostro non fuerint adimpleta per Aduersarium meritò obstabit res iudicata,
47 † cum simus in districtualibus, qui ligantur huiusmodi statuto decisorio quidquid sit in forensibus *Dec.consi.97.in casu proposito, in princ. Marzar.consi.9.n.9.post gloss.& alios in c.quod clericis, de for.comp.*
Nec dicatur quod dictum statutum sit ordinatorium,
48 non decisorium, † quasi minuat appellationem, & nullitatem, seu tempus ad illam prosequendam, sine simus in prohibitione appellationis à definitiuis, seu interlocutoriis, iuxta *decis. Rot. diuers. 452. in fin. num. 6. part. 1. & decis. 112. num. 6. & 7. part. 3. lib. 1.* quæ est repetita *decis. 59. num. 5. part. 3. lib. 2. Put. decis. 480. num. 10. lib. 2. dixi supr. cap. 103. n. 16. & cap. 383. num. 15.*
Quia omissis multis, quæ possent dici, sufficiat sola re-
49 sponsio, quod in casu nostro † non sumus in statuto prohibente solùm, sed minuente appellationem sed etiam in peremptione litis, cum in eo expresse confirmetur laudum, & prima sententia, non adimpletis his, quæ in statuto mādantur: Tunc enim inquantum perimit litem, & instantiam dicitur decisorium, non ordinatorium, vt in specie concludit *Achill. decis. 10. de constit. cum aliis per Honded. consi. 29. n. 10. lib. 2. Socin. consi. 71. n. 22. lib. 4. & consi. 195. n. 2. lib. 2. Dec. consi. 97. post princ. & in c. ecclesia sancta*
50 *Mariæ, nu. 152. de consti.* † Et cum dictum statutum concludat actioni, seu causæ vbique valet, & est decisorium, nam perimit litem, quidquid aliud sit quando concluderet iudici, tunc enim non esset tale, sed ordinarium Bald. qui dicit menti tenendum *in l. 2. nu. 7. in fin. C. de const. pecun.*
Nec debet attendi, quod fructus dotis non debeantur
51 soluto matrimonio, prout Arbiter laudauit, † Quia non ex hoc potest dici notoria iniustitia, vt competat spolium, cum etiam multi teneant illos esse debitos etiam post dictum tempus, vt voluit *Cumia. super ritib. sicil. c. 94. n. 22. cum aliis per Borgnin. decis. 22. nu. 18. part. 5. & decis. 16. nu. 25. part. 3. Card. Thusc. conclus. 741. n. 111. 112. & 118. in verb. dotis fructus, part. 2.* & alias etiam hanc opinionem tenuit *Rot. coram R. P. D. Litta, Romana fructuum dotis, 10. Nouembris* 1600. Cæteros consultò omitto, cum hæc non dicantur ad sustinendam huiusmodi sententiam, quam non posse defendi ex multis rationibus dixi *sup. c. 427.* sed solùm vt ostendatur excusandos esse, quia ista pronunciarunt, adeo vt stantibus prædictis non possit dici constare de notoria
52 iniustitia ad hoc, vt intret spolium, † cum etiam opinio Doctoris excuset ab expensis, & sic in concursu illarum vna eligatur, licet mala non dicatur sententia nulla, *Guid. Pap. decis. 277. nu. 1. & in fin. post Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, oppos. 6. in fin. num. 9. ff. de verb. oblig.*
Præsertim, quia d. fructus non fuerunt taxati tanquam pro dote, sed propter retentionem pretij, & rei, quod non permittitur cum damno venditoris, Ita vt potuerit hoc respectu Arbiter taxare ad quā-
53 titatem, de qua in laudo, † Maximè, quia fuerunt extincti census quo casu non agitur de lucro cessante, ita vt debeant verificari requisita, *Castr. in l. 3. ff. de eo quod cert. loc.* sed de damno emergente, in quo datur etiam conuentio ante moram quamuis datetur dilatio ad soluendum, *Sot. Lup. & alij de* *quibus per Claud. Bertazz.* qui de communi opinione testatur *in addit. ad consil. Bertazzol. crimin. 264. col. 2. ad med. vers. fallit hac conclusio. libr. 2.*
54 † Neque in tali casu debet probari quod est probandum in lucro cessante, cum satis sit de damno docere per constitutionem dictorum censuum *Palat. Rub. in capit. per vestras, not. 6. §. sexto quæritur, col. pen. vers. ex istis aliás in contingentia. de donat. int. vir. & vxor.*
Neque adest aliqua contrarietas, prout præsupponitur inter votum R. P. D. Orphini, & laudum, Quamuis enim idem Orphinus declarauerit non deberi fructus doris, tamen non expressit de fructibus dotis Violantis, sed intellexit de fructibus dotalibus prætensis per D. Hieronymam, quæ dederat ista iura, & actiones in dotem suo viro, vt constat ex informatione scripta manu Orphini, & recognita, & in actis exhibita, Vnde non possunt dici grauati DD. de Cerbellis dum Arbiter illos condemnauit ad soluendum fructus scutorum 300. debitos Adriano pro residuo dotis Violantis, Nam dato quod non tenerentur soluere fructus dotales, saltem tenebantur ad fructus recompen-
55 satiuos, † pro quibus si executio non fuisset facta, iterum deberet fieri iuxta *l. curabit, C. de act. empt.* & per consequens illa non est reuocanda. *Ang. in l. si finita. in princ. ff. de damn. infect. Alexand. consil. 81. ante fin. lib. 7. Decia. consil. 449. visis duobus, col. 3. post princ. num. 17. Abb. consil. 29. in fin. lib. 2. Aym. consil. 65. num. 4.* Vbi etiam loquitur de spoliato,
56 † qui licèt prius sit restituendus, tamen non restituitur ante omnia quando ex actis constat de non iure suo *Innoc. in cap. constitutus, de fil. presbyt. Alexand. in leg. naturaliter, §. nihil commune, num. 27. col. 10. ad fin. vers. decimo fallit, de acquir. possess.*
Minus oberit aliis consideratio iniustitiæ, quod videlicet Arbiter condemnauerit Cerbellos ad soluendum statim scuta ducentum, cum tamen in datione in solutum non tenerentur dicti Cerbelli soluere excessum scutorum mille, nisi post
57 annum à die æstimationis, † Quia dicta scuta ducentum fuerunt promissa vltra pretium per peritos æstimandum ex mera eorum liberalitate nulla facta declaratione, de quo tempore essent soluenda, Vnde solutio statim debebat fieri, & non post annum *§. omnis stipulatio. instit. de verb. obligat. §. si impossibilis, institut. de inutil. stipulat. Bartol. in l. ista stipulatus, num. 33. & ibi Ias. num. 2. de verb. obligationib.* Neque ista scuta ducentum comprehenduntur in eo, quod tenebantur Cerbelli soluere in instrumento dationis in solutum pro residuo pretij post annum, cum non sint de pretio, sed vltra pretium datum ab eis ex mera co-
58 rum liberalitate, vt dictum est, † Vnde non est facienda ista illatio tanquam ex diuersis, & separatis *l. papinianus 21. ff. de minoribus, Surd. consil. 150. num. 94. lib. 1.*
Et quo ad æquitatem *l. curabit, Cod. de act. emp.* quamuis prætendatur illam non intrare pro dictis scutis ducentum, prout condemnauit Arbiter quasi illi fuerint promissi vltra pretium, Tamen nihil de hoc laudum loquitur, vt ex eius lectura appareret, cum in eo nulla fiat condemnatio quo ad istos fructus recompensatiuos, sed tantum ad restituendum fructus censuum per D. Hieronymum solutos Crucio, & Petronio post menses decem & octo, quos census Cerbelli promiserunt extin-

gnere cum dictis scutis ducentum per eos debitis, vt in summario *num.4.* quod quidem erat iustissimum, cum enim per eos non fuerit facta extinctio, tenebantur ad fructus decursos pro dictis mensibus decem & octo incipiendo à die 2. Decembris 1587. in qua Cerbelli habuerunt possessionem vsque ad diem primam Iunij 1589. ne aliàs detur locupleratio cum iniuria, & damno D. Hieronymæ, quæ in hoc est releuanda, iuxtà formam
59 conuentionis de extinguendo dictos census, † cum etiam cessante pacto istud damnum deberet ei resarciri, quamuis excederet quantitatem fructuum rei emptæ *Cast. in l. Iulianus, §. ex vendito. num.3. de act. empt. Socin. cons.*176. *col.*2. *in princ. vers. quarto hoc confirmatur, lib.*2.

Et vltra prædicta additur, quod post multa decreta, & repositiones factas ab A. C. tandem per eum fuit commissa executio laudi sub die 3. Augusti, à qua non fuit appellatum, Et quamuis prius esset interposita appellatio sub die 27. Iunij, Tamen illa non suffragatur, & per consequens rescriptum obtentum cum omnibus inde secutis est nullum,
60 † Neque enim poterat appellari antequam iudicaretur, Vnde appellatio non valet tanquam à sententia ferenda *Ang. cons.*88. *col.*1. *vers. & in contrarium, & col.*2. *vers. ex prædictis puto.* & sic commissio est nulla, quæ non extenditur ad futuram appellationem non obstantibus clausulis ex aduerso ponderatis *Bellam. in* specie *decis.*100. *num.*2. *vers. fateor tamen. de rescript.*

Et quod opponebatur de subhastatione, & æstimatione bonorum facta nulla præuia citatione, non subsistit, cum ex facto contrarium appareat, vt ostensum fuit ex processu. Prout neque non verificatur, quod esset requirendus alius Rotæ Auditor stante recusatione Card. Lancellotti nunc Audito-
61 ris, † cum solùm in compromisso actum sit de eligendo alio Prælato, cuius votum non erat sequendum, vt dictum est *supr. num.*2. *&* 3. & sequitur etiam *Cagnol. in l. consilij, num.*11. *de reg. iur.*

Quemadmodum etiam non obstat, quod in instrumento compromissi non adsit obligatio cameralis, & quatenus adesset, quod non appareat de eius extensione, Quia contrarium fuit verificatum in
62 facto, † Quamuis neque extensio obligationis cameralis sit necessaria, cum non simus in instrumento celebrato extra Vrbem, & partes consenserint relaxationi mandati *Galles. ad form. oblig. cam. p.*3. *de processu ipso num.*4. *Cresc. decis.*197. *aliàs* 13. *de concess. præbend.* Ex quibus fuit decisum pro exclusione spolij in huiusmodi causa *Nepesina spolij coram R.P.D. Caualerio* 13. *Febr.*1615. postquam pluries, & pluries fuisset in Rota proposita.

EPITOME.

Testes minores, & inhabiles quando admittantur. ¶ Incendium an probetur per coniecturas, & quales debeant esse. ¶ Condemnatio si non datur pro delicto, an subsistat pro restitutione damni. ¶ Iudex an possit absoluere reum, & reseruare ius agendi pro interesse ciuili. ¶ Emendatio damni an competat non probato delicto ex confessione, sed ex contumacia. ¶ Incertitudo incendij an operetur, vt inquisiti sint absoluendi. ¶ Testibus affirmantibus quo casu magis standum sit, quàm negantibus. ¶ Testis deponens de iudicio suo quando probet. ¶ Negatiua parum coarctata an sit admittenda. ¶ Et an illa probetur, si testes non deponant, quod non potuisset esse, quod ipsi non vidissent. ¶ Depositio testis an sufficiat si dicat, quod non audiuit absque eo, quod addat non potuisse dici, quod non audiuisset. ¶ Causæ incendij an sint graues, & per quos cognoscantur, & de illarum pœna. ¶ Ordinarius Iudex quando efficiatur delegatus. ¶ Testes contrarij quo casu sint reducendi ad concordiam.

SVMMARIVM.

1 *Minor quatuordecim annorum non potest esse testis. Intellige vt num.*4.5.*&* 6.
2 *Impuberes non possunt iurare.*
3 *Fides rei gestæ sine iuramento nihil operatur.*
7 *In casibus in quibus testes inhabiles admittuntur debet probari, quod alij non reperiuntur, & quòd aliter non potest veritas haberi ex natura negotij, n.*8.
9 *Notorium non indiget probatione.*
10 *Testes contrarij sunt concordandi. Declara vt nu.*11. *&* 12.
13 *Præsumptio vna tollit aliam.*
14 *Incendium non probatur, si non constet de corpore delicti.*
15 *Dispositio quando est respectu certæ rei, debet prius de ea constare.*
16 *Condemnatio, si non potest sequi de delicto principali, neque dabitur pro restitutione damni.*
17 *Iudex non debet absoluere reum pro delicto, & reseruare ius agendi quo ad interesse ciuile.*
18 *Condemnatio ad emendationem damni non datur, nisi probato delicto ex confessione non ex contumacia.*
19 *Ignis magnus est probandus, ita vt non potuisset euitari incendium alterius loci vicini.*
20 *Probatio vnius necessarij non sufficit, nisi omnia probentur.*
21 *Incertitudo incendij facit, vt sententia absolutoria sit ferenda, & sufficit aptitudo, & potentia, vt ignis aliunde potuerit interuenire, num.*22.
23 *Exclusio delicti in dubio est facienda.*
24 *Per propositionem affirmatiuæ quando veniat probatio negatiua.*
25 *Testibus affirmantibus magis standum est, quàm negantibus, nisi ageretur de exclusione delicti, & n.*28.
26 *Testis probat contra producentem respectu personæ, non dispositionis, num.*27.
29 *Testis deponens de iudicio suo non facit fidem. Fallit in probatione negatiua, num.*31.
32 *Negatiua habet præsumptionem iuris alio non probato.*
33 *Negatiua parum coarctata non admittitur. Declara vt num.*34.
35 *Testes non probant negatiuam, si non deponunt, quod potuisset esse, quin ipsi vidissent, aut sciuissent. Intellige vt num.*36.
37 *Depositio testis sufficit, si dicat non audiui, quia fui præsens in loco, hoc requiritur, quod addat non potuisse dici, quòd non audiuisset.*
38 *Coniecturæ sufficiunt ad probandum incendium. Declara vt num.*39.40.*&* 41.
42 *Causæ incendij an sint graues, & per quos cognoscantur, & de illarum pœna, n.*43.
44 *Causa ordinaria quando efficiatur delegata, n.*45.

CAPVT DXXV.

IMmissionem prætensam ignis dicebam non probari ex depositionibus testium, de quibus in actis.

in actis. Primus enim testis est minor quatuorde-
1 cim, † qui etiam in ciuilibus, & causis pecuniariis
non admittitur, *l.3.§.lege Iulia.* & ibi *gloss.in verb.in*
reum, ff de test. Decia.in l.2.§.item impuberes,n.9.de
2 *reg.iur.* † cum tales impuberes non possint iurare,
l.4.de in lit.iuran.c.pueri,22.q.4. Vnde nec pote-
runt testificari quasi testimonium, aut alterius rei
3 gestæ fides sine iuramento nihil operetur, † *Felin.*
in cap.veniens,nu.18.de testib. in l.iusiurandum quod
ex conuentione,col.2.de iur.dot.Couarr.lib.2.variar.
resol.cap.13.num.3.

Præsertim, quia sumus in causa ciuili graui, in qua ne-
que pubes maior quatuordecim annorum admit-
4 titur, *Crot.de testib.par.3.n.70.in fi.vers.5.principa-*
*liter quæritur,tom.4.fol.*206. Quidquid aliàs tales in
ciuilibus non prohibeantur, *Specul.de testib.§.1.nu.*
36. Alber.in l.testimonium,n.1.eod.tit.

Nec facit, quod minores etiam quatuordecim anno-
5 rum admittantur, vbi aliter † veritas non potest ha-
beri, *Ias.in l.fi.nu.7.de quib.vt indign.post Io.Andr.*
6 *ad Specul.de test.§.1.vers.item quod excipitur.* † Quia
etiam in casu, in quo veritas haberi non potest,
non faciunt plenam probationem *Roland.cons.24.*
nu.66.& 69.lib.1. Butr.cons.24.in fi.vers.non obstant
iura. Marsil.sing.73.ante fi.vers.sed vbi alius.

Et quamuis etiam essent integri testes, & plenè pro-
barent Tamen adhoc, vt possit minor deponere
7 in defectum aliarum probationum, † debet in pri-
mis ista qualitas constare aliunde, quàm ex dicto
ipsorum minorum, & sic requiritur, quod probe-
tur alios non reperiri, nec aliter veritatem haberi
posse, quia semper quis produceret inhabiles di-
cendo, quod alios non habet *Alex.consil.64.nu.6.*
& 7.lib.1. Nicol. Arelat.ad Alciat.præsumpt.47.reg.
1.in fin.vers.ideo qui inhabiles,post Bart in l.decem,
col.2.de verbor.oblig. Marsil.consil 31. bonorum,col.
antepen.in princ.vers.præterea ad hoc vt testes,num.
33.& consil.80.col.fin. Rimin.Iun.consil.120.num.24.
lib.2. Menoch.de arbitr.cas.106.nu.2.in fin. Roland.
cons.24.nu.68.lib.1.

Immò non solùm requiritur, quod alij testes non in-
terfuerint actu ad hoc, vt Minores admittantur,
sed etiam opus est, quod ex illius natura, & habitu
8 † verisimiliter alij nõ potuerint interuenire, *Alex.*
cons.64.nu.5.lib.1. Ias.in l.fi.n.8.C de his quib.vt in-
dign Roland.cons.24.nu.67.lib.1. In casu autem no-
stro non sumus in facto, in quo de sui natura alij
non potuerint adesse, cum potius constet de con-
trario, stante immissione ignis, quæ prætenditur
fuisse post meridiem tempore messium, & in loco
non abscondito, sed cunctia patente, quando magis
9 frequentantur ab omnibus actua naturales, † vt est
notissimum, quod probatione non indiget, & suffi-
cit illius propositio *glos.in clem.appellanti,de appell.*
Bart.in l 1.col.vlt.de except. Alex.cons.125.n.13.lib.6

Vlterius dato etiam, quod talis testis admitteretur, ta-
men nihil probat tanquam singularis, & contra-
rius cum deponat de immissione ignis supra præ-
10 dium, alius autem in fine prædij, † Quamuis enim
testes contrarij sint concordandi etiam per multi-
plicationem actus præsumendo pluralitatem fa-
ctorum *Felin. & alij in c.cum tu,de testib. Bertazol.*
cons.25.num.20. Tamen hoc intelligitur solum ad
effectum euitandi falsum, & eius pœnam, non au-
11 tem probandi, † ex quo vnusquisque remanet sin-
gularis in dicto suo *Imol.in c.cum tu.num.4.de testib.*
post Butr.ibid.nu.4.col.2.vers.sed si sunt tantum. Bero.
qu.84.num.5. Anch.cons.384.in casu præmisso col.4.in
princ.nu.8. Maximè quando, prout in casu nostro,
12 non reperiuntur plures contestes, † sed adsunt
tantùm duo, qui nunquam reducuntur ad concor-
diam ad effectum, vt probent, quidquid & aliàs
concordarentur quando adessent plures contestes
etiam quo ad probationem *Alex.cons.143.quoniam*
aliunde, col.1.ante fin.vers.accedit,nu.3.lib.2.post Io.
Andr.in c.in nostra.de testib. Feder.cons.162.

Et quamuis ista sufficiant ad excludendam probatio-
nem actoris, Tamen ex abundanti fuerunt exa-
minati testes ex parte rei conuenti, quorum vnus
probat non adesse stipulas, sed vt vulgò dicitur le
maiese in loco prætensæ combustionis de anno
1608. ex qua depositione iuncta simili fide publi-
ca capitulariter facta per Canonicos Dominos te-
nutæ, de qua agimus, satis resultat magis præsum-
ptio, quod tale incendium non potuerit perpetra-
13 ri; † Adeò vt ex hoc fuerit sublata omnis alia præ-
sumptio, quæ ex aduerso prætenditur *l.Diuus, de*
rest.in integr. & in specie incendij *Gabr.cons.159.nu.*
11.lib.1.post Gramm.cons.22.col fi.& Calc.cons.63.col.
penult licèt etiam sine tali probatione, per partem
aduersam deberet probari, non solùm combustio
suæ vineæ damnificatæ, sed etiam istius prædij, in
quo prætenditur adfuisse stipulas, ex quo postea
dicitur peruenisse ignem ad vineam aduersarij,
14 cum vtriusque probatio ad illum spectet, † ne-
que sufficiat probare incendium, nisi etiam con-
stet de vtroque loco combusto tanquam de cor-
pore delicti, *l.1.§.item illud ff.ad sillan. Paris.cons.153.*
15 *n.8.lib.4.* † cum enim dispositio sit respectu certæ
rei, debet de illa prius constare *l.Diuus, de testam.*
milit. Glos.in c.ad absoluendum, in verb.accusare,de
dispensat.impub.

Cum igitur non possit sequi condemnatio de delicto
principali, neque in consequentiam poterit reus
16 condemnari ad restitutionem damni, † quod ve-
nit accessoriè, quasi sublato principali tollatur et-
iam interesse partis tanquam accessorium *Ang.in l.*
1.in fi.n.6.C quand.ciuil.act.præiud crim. Salic.in l.,si
quis ad se fundum col.pen.in princ.C.ad l.Iul de vi pu-
bl. & in specie ita late concludit *Bertaz.cons.crim.*
17 *232.n.2.& per tot.lib* 1. † Adeò vt neque Iudex possit
absoluere reum à delicto, & reseruare ius agendi
quoad interesse ciuile, cum illud fuerit sublatum
per dictam sententiam tanquam præiudicialem
ad huiusmodi interesse *Natt.cons.407. in fin.nu.14.*
& 15. Cùm etiam non possit sequi condemnatio
ad emendationem damni, nisi probato delicto ex
18 confessione rei, non † autem, si ex eius contuma-
cia, vel aliter de illo constet, quasi ex alia proba-
tione, quàm per confessionem non oriatur offi-
cium Iudicis *Bald.in l.qui crimin.colum.vlt.in princ.*
vers.si enim agit,nu.23.C.de his qui accus.non poss Pol.
qui de communi *cons.30.nu.18.lib.2.*

Accedat non probari concludenter, quod ex præten-
so igne immisso in stipulis, de quibus agimus fuit
damnificata, & combusta vinea aduersarij, requi-
ritur enim, vt constet de connexione incendij, ita
vt ex origine ignis fuerit postea accensus locus vi-
19 cinus, & connexus, † cum etiam debeat appare-
re ignem fuisse ita magnum, vt non potuisset ali-
quo modo euitari incendium alterius loci vicini
Sebast. Sapia ad Abb.in c.si egressus. in verb.adde.ad
20 *med.de iniur.* † Quasi probatio vnius ex necessariis
nõ sufficiat, nisi omnia probẽtur *Bald.in l.3.in princ.*

C.de ædil.act.Gabr.cons.159.nu.8.in fin.lib.1. Præser-
tim quia ex depositione quinti testis ex aduerso
examinati apparet quod tempore prætensæ com-
bustionis fuit accensus ignis in aliis stipulis præ-
21 diorum vicinorum, † ex quo causatur incertitudo,
vnde damnum potuerit oriri, & per consequens
sententia absolutoria est proferenda *Menoch.cons.*
5. n. m.23.lib 1. licet etiam sufficeret, vt possit con-
22 currere habilitas, potentia, & apitudo, † vnde po-
tuerit ignis habere originem ex altera parte *Gabr.*
cons.159.n.8.lib.1.post Alex.cons.50.visis & opportunè
col.4.in princ.nu.7.& 8.lib.1.

Omittuntur aliæ exceptiones contra testes depo-
nentes animosè, & nimis audacter cum desiderio
victoriæ pro aduersariis ad quorum fauorem de-
ponunt, nec sciant diem, neque tempus commissi
incendij, & an in prædio adessent stipulæ, vltra
quod satis probatur negatiua coarctata loco, tem-
pore absentiæ D. Petri Antonij, prout omnia
23 constant in facto, quæ non opus est repetere, †
Ita vt ex istis magis sit absolutio concedenda ad
exclusionem præsertim delicti, quæ in dubio est
facienda *leg.exceptione, ff.de fideiuss. Aym.cons.151.*
num.18.

Prædictis addendum est, quod ex testibus nouiter
examinatis apparet, quod omne tempus, de quo
deponunt testes prædicti circa incendium fuit
exclusum ex negatiua coarctata loco, & tempore,
per quam probatur, quod dictum Petr. Antonius
hora 15. fuit in Castro Ariccíæ, vt deponit tertius
testis, & statim post meridiem, vt deponit alter te-
24 stis, subdens stetisse ibi vsque ad serum, † Vnde
ex hoc probatur, quod non fuerit in loco incen-
dij tempore, quo ex aduerso prætenditur, cum per
propositionem istius æstimatiuæ veniat probatio
negatiuæ *Bart.in l.actor.num.5.in fin.vers.si vero non*
est coarctata.C.de probat.per tex.in l.optimam C.od.de
contrah.& committend.stipulat.

Nec facit, quod standum sit magis testibus affirman-
25 tibus, quàm negantibus † *l.diem.§.si plures,de arbitr.*
Quia cum simus in depositionibus, quæ tendunt
ad exclusionem delicti, standum est potius testi-
bus super negatiua deponentibus, quàm super af-
firmatiua. *Glos.in c.clerici vel continentes, in verb.hoc*
non potest 81.distinct. quam singularem dicit *Roman.*
cons.241.col.1.in princip.vers.2.quia vbi contraria.n.
5.post Bald. in l.data opera 11.col.11. post med. vers.&
notandum,nu.44.C.de his qui accus.non poss. Roland.
cons.63.in fin.nu.47.lib.2.

Minus obstat, quod per testem inductum à D. Petro
Antonio probetur, quod quando currebat ignis
ex stipulis erat meridies, vnde colligitur quod
26 ante meridiem fuerat accensus ignis, † qui testis
probat contra producentem *Aym.cons.100.num.13.*
Quia non loquitur de igne in stipulis de quibus
agimus, sed tenuta Montagnani longe distanti ab
ea, de qua est quæstio, cum præsertim testes exad-
uerso producti probent ignem in dicta tenuta
fuisse appositum post, non ante meridiem. Et qua-
tenus etiam testis loqueretur de tenuta, de qua a-
27 gimus, quod negatur, † Tamen non ex hoc cense-
retur probare contra producentem, cum solùm
censeatur approbata persona, non dictum, prout
seruat *Rot.coram R.P.D.Penia Tullen.Monasterij S.*
Mansueti 27.Ianuarij 1597.

Nec aduersatur depositio testis vltimo loco exaduer-
so examinati, dum deponit vidisse Petrum Anto-
nium euntem ad Castrum Ariccíæ post meridiem,
28 † Quia cum sit tantùm vnicus, ista affirmatiua non
plenè probata, Ideò magis standum est testibus ne-
gantibus, & deponentibus pro reo *Ias.consil.81.*
colum.penult.in fin.vers.3.dicitur lib.3. Sal.in l.1.col.
8.ad med.vers.sed tunc quæro quid e contra.nu.27.C.
de rescind.vend.

Cum etiam in huiusmodi depositione non sit fa-
cienda vis, nam sumus in teste, qui iuxta xi.fate-
tur Petrum Antonium deposuisse contra eum in
causa criminali, ex quo fuit coactus soluere ma-
29 gnam pecuniarum summam, † Vnde satis appa-
ret de causa odij, ob quam repellendus est à testi-
monio, maximè, quia spontè, & non citatus subie-
cit se examini, ex quo maius odium contra eum
præsumitur *Decian.in pra.c.p.1.lib.3.post Card. Abb.*
& alios in c.cum p.manconella.de accusat.

Nec oberit quod non probetur negatiua, coarctata
loco, & tempore, cum tertius testis iuxta quartum
30 deponat de iudicio suo, † dum dicit non puol esse
che Pietro Antonio, &c. *Alex.cons.74.num.6.lib.1.*
Quia in probatione negatiuæ ista verba non de-
trahunt depositioni testis, cum immo sit necesse
31 hoc dicere propter rationem subsequentem, † quia
tempore incendij semper insimul fuerunt *Gloss.in*
l.1.in prin.in verb.an non.in fi.ff.de itin.actuq.priuat.
quam dicit singularem *Castrens.in l.1.in fin.nu.22.ff.*
si cert.petat.Catell.in verb.negatiua. in fi.vers.modum
autem probandi,nu.2. Adeo quod fundans se in hu-
iusmodi negatiua habet intentionem probatam,
32 † quia iuris præsumptione omnes negationes sunt
liquidæ alio non probato in contrarium *Bald.in c.*
vltim.ad med.vers.in contrarium videtur nu.1.de pro-
bat.Cott.in verb.negatiua.in fin.

Neque obstat alia exceptio, quod negatiua sit parum
33 coarctata, & non multùm restricta, † quo casu non
probatur *Corn.cons.105.nu.14.lib.3.Rot.coram Car-*
din.Ludouisio Ianuen.iurisdictionis 13.Iunij 1603.cum
aliis ex aduerso adductis. Quia loquuntur quando
negatiuæ sunt ita parum coarctatæ, quæ verisimil-
ter non cadunt in scientiam testificantis, vt in eo,
qui vult probare, quod toto anno, vel toto mense
quis non deliquit, hoc enim non potest probabi-
liter sciri, cum delictum potuit fieri ipso dor-
34 miente, vel non vidente, † Aliud est, prout in ca-
su nostro, quando negatiua consistit in coarcta-
tione aliquarum horarum, tunc enim non est ita
vaga, & eius probatio admittitur eo ipso quod
probatur absentia de illo tempore incendij com-
missi, & præsentia in alio loco, de quo testes depo-
nunt *Bald.in l.actor.23.col.2.ad med.vers.quædã sunt*
negatiuæ.C.de probat.Catell.in verb.negatiuæ ad med.
vers.alium etiam casum.n.2. post Lanfr.in c.quoniam
contra col.2.vers.vnum non omitto.de probat.

Nec facit altera exceptio, quod testes non deponunt
quod non potuisset esse, quin ipsi vidissent Petrum
35 Antonium non adesse, † aut sciuissent, quasi tunc
non dicatur probata negatiua *Roman. cons.245.n.9.*
Rot.coram R.P D.Orano Burgen.iuris concedendi li-
centiam 8.Febr.1585.& coram R.P.D. Penia Burgen.
Archipresbyteratus de Pancoruo 18.Decem.1589.cum
aliis ex aduerso allegatis, Quia prædicta non proce-
dunt quando testes implicitè, seu explicitè dicerent
36 se fuisse præsentes, & audiuisse, † Nam tunc suffi-
cit quod dicant affuisse his, quæ gesta sunt, & vi-
disse, quod sic agebatur, nec opus est, quod dicant,
nec potuisset esse quod non vidissent, Ita in specie
nega-

negatiuæ declarat *Parif.conf.162.num.14.& 15.libr.*
*4.*post *Aret.in c.tertio loco 5.colum.2.verf.fed ad pri-*
mum. & ibi *Felin.col.3. in fin. verf.hunc intellectum,*
num.5.de probat.& ibi etiam *Marian.col.2.verf.fed*
ad primum dicendum eft per text. quem dicunt fin-
gularem *in §.hinc nobis, ad fin.verfic.& iuriurandum*
*teftium dicentium, auth.de heredit.& Falcid.*Quid-
quid ibi *Gloff.* contrarium dicat *in verb. vidiffe in*
37 *fin.* † Prout dicimus de tefte, cuius depofitio fuf-
ficit fi dicat, non audiui, quia fuit præfens in
loco, tunc enim non requiritur, quod dicat, nec
potuiffe dici, quod non audiuiffet *Aretin.in c.cum*
cauf.am, colum.6. ad fin. de teftib. poft *Bart. in l.in*
fin.ff.quemadmod. teftam.aperiant. Parif.confil.182.
num.15.lib.4.
Nec aliquid faciunt, quæ vltimo loco adducuntur,
38 Quia folùm tendunt ad demonftrandum, † quod
in materia incendij debent attendi indicia,& con-
iecturæ, iuxtà *decifionem Rot.coram Card. Ludouifio*
Romana incendij 27.Maij 1605.& 15.Ianua.1610.poft
*Alexand.conf.30.nu.6.lib.1.*Quod non negatur, fed
folum pro refponfione dicitur, quod non fumus in
facto, in quo de fui natura alij non potuerint ad-
effe, cùm potius conftet de contrario, ftante im-
miffione ignis, quæ prætenditur facta poft meri-
39 diem tempore meffium, † & in lóco non abfcon-
dito, fed cunctis parente, quando ab omnibus fre-
quentantur actus rurales, quod facit, vt non folùm
probatio debeat fieri per teftes habiles, & conclu-
denter, fed etiam quod adfit incertitudo vnde
ignis ortum habuerit, quo cafu femper eft feren-
da abfolutoria, nedum quando fumus in locis pu-
blicis, in quibus non militant, quæ dicuntur de in-
40 cendio præfumpto culpa inhabitantium, † fed ne-
que etiam in domibus, in quibus res familiæ habi-
tarent, ne vnus pro alio in dubio condemnetur
Bald.conf.441.quidam magifter.ad fi.verf.ad illud ta-
men quod dicitur.lib.1.& in l.creditor.de pigno.action.
cum aliis per *Menoch.conf.53.num.23.lib.1.& de ar-*
bitr.caf.390.nu.11.
Et ita procedunt omnea ex aduerfo allegari, vt *Alex.*
41 *conf.50.num.6. lib.1.* † qui loquitur in incendio fa-
cto domi occultè, & de nocte *Afflict.decif.57.nu.3.*
vbi quod cafus obfcuri, & ambigui probantur per
coniecturas *Bald.conf.174.num.2.ad fin.lib.1.*vbi de
præfumptione ob culpam inhabitantium *Gabr.*
conf.159.nu.8.in fi.lib.1. & bene declarat *Grammat.*
conf.22.in fi.nu.15.& 16.
Quo verò ad aliud dubium, præfupponendum eft,
quod caufæ concernentes incendia aceruorum fru-
menti pofita tam in ciuitate, quàm extra, in oppi-
42 do, vel ruri, funt grauiffimæ, † ita vt in eis etiam
aliquando infligatur pœna mortis, combuftionis,
& traditionis, ac lacerationis beftiarum fecundum
diftinctionem *Bart.in l.prima, num.quarto, de offic.*
præfect.vigil. Salic.in l.data opera.C.qui accufar.non
43 *pof.*& latè *Caball.caf.22.refolut.criminal.n.3.& 4.* †
ex quo fequitur,quod huiufmodi delicta non folent
cognofci per Iudicea ordinarios, maximè quando
fumus in locis paruis, & non infignibus, prout paf-
fim videmus feruari in fimilibus caufis, quarum
cognitio, vel referuatur Gubernatori principali,
vel per eum demandatur alicui iudici delegato,
prout factum eft in caufa, de quo modò agitur, ad
cuius cognitionem. cum fuerit deputatus iudex
44 particularis, quamuis ordinarius loci, † Tamen
non fuit fimpliciter excitata eius iurifdictio ordi-
naria, fed illa aucta, vel de nouo attributa, quo ca-
fu tanquam effecta delegata debet habere priuile-
gia, & prærogatiuas caufæ delegatæ, ita vt quo ad
expenfas ei debitas iudicandum fit, prout de ea
non tanquam de ordinaria *Ancharr.in cap.licet.in fi.*
de offic.ordin.Felin.in cap.cam te.colum.3.verf.quarta
differentia, num.11. de refcript. Boer decif.151.num.
5. Curt.Iun.in l.mandatam num.5. de offic.eius. Ita vt
45 etiam fufficiat, † quod in commiffione appona-
tur claufula fummariè Non obftantibus ftatutis
ad hoc, vt Iudex non remaneat ordinarius, fed
efficiatur delegatus, quafi tunc non excitetur iu-
rifdictio, fed immutetur *Alex. in l.more.num.16.*
*de iurifd.omn.iudic.Mandof.*qui de vertori opinio-
ne teftatur *in form.4.commiffion.in verb.quantecum-*
que fint nu.in fin.

EPITOME.

Socius an præferatur in re vendita, & locata. ¶ Et quid fi habeat communionem in puteo, balneo, aditu, fouea, fiftula, aut minima parte. ¶ Præuentio, & maius ædificium an dent prælationem in retractu. ¶ Dominium an fit probandum per eum, qui vult vti beneficio iuris congrui. ¶ Et an fufficiat habere pignus, hypothecam, & vfumfructum. ¶ Vel poffeffionem cum perceptione penfionum. ¶ Dominus putatiuus, & bonæ fidei poffeffor, & emens à minore fine folemnitatibus an habeant ius retractus. ¶ Dominium incidenter quomodo probetur in actione confefforia, in iudicio familiæ erciſcundæ, legis aquiliæ, petitionis hæreditatis ac fimilibus. ¶ Locatio fola, & poffeffio de recenti quo cafu probet dominium.
¶ Poffeffio anterior quando faciat præfumi iuniorem clandeftinam. ¶ Probationes inftrumentorum an præualeant teftibus. ¶ Dominus cum pacto retrouendendi an poffit retrahere. ¶ Et an dicatur habere purum, & perfectum dominium, & faciat fructus fuos.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio datur in retractu habenti maius ædificium, & num.8.*
2 *Ratione conſortij dicitur quis habere participationem dominij.*
3 *Socius præfertur in venditione,& locatione folute eodem pretio ab aliis oblato.*
4 *Confors iudicandus eft ratione minimæ partis, ob quam habet ius retractus.*
5 *Partem domus dicitur quis habere ob puteum communem,balneum,aditum,foueam,fiftulam,vel quid fimile.*
6 *Puteus communis eft non folùm in hauftu aquæ, fed in folo.*
7 *Vicinus præfertur inquilino in iure retractus.*
9 *Præuentio dat prælationem in iure congrui.*
10 *Prohibitio alienandi temporalis inducit permiffionem poft tempus. Intellige.vt nu.11.*
12 *Bona prohibita alienari poffunt vendi ob caufam dotis.*
13 *Dominium eft probandum per eum, qui vult retrahere, neque fufficit pignus,& hypothecam in re vicina,nec vfufructus, nu.14. Satis tamen erit poffeffio cum perceptione penfionis præuia locatione, numer.21.23.38. & 39.*

15 *Emens à minore sine solemnitatibus non potest retrahere, tanquam non sit in eum translatum dominium.*

16 *Dominus putatiuus, & bonæ fidei possessor habet ius retrahendi.*

17 *Iuramentum suppletorium non datur in probatione dominij.*

18 *In iudicijs realibus immediata causa agendi est dominium, neque sufficit sola possessio, nu.20.*

19 *Causa proxima, & immediata quæ dicatur remissiue.*

22 *Possessio de preterito probat dominium incidenter.*

24 *Agens actione confessoria pro seruitute debita suo prædio probat dominium ex sola possessione, & fructuum perceptione. Idem in iudicio familiæ erciscundæ, & petitione hæreditatis, & in alijs vt n.26. & 42.*

25 *Dominium incidenter deductum vocatur cooperans.*

27 *Locatio sola non probat dominium. Intellige vt n.28.*

29 *Possessio & fructuum perceptio de recenti magis probat dominium incidenter n.34.35.36. & 45.*

30 *Præsumptio dominij sumpta ex possessione allegata ab actore sufficit ad illum constituendum dominum.*

31 *Habens pignus, hypothecam, & vsumfructum non dicitur dominus.*

32 *Dominium non probatur ex possessione, & perceptione fructuum, si aliunde contra eum probetur, quod non sit dominus, num.33.*

37 *Dominium probatur ex longissima possessione.*

40 *In actione legis aquiliæ dominium est probandum incidenter, non principaliter, nu.41.*

43 *Possessio alterius anterior facit præsumere possessionem iuniorem vitiosam. & nu.44.*

46 *Probationes fundatæ in publicis instrumentis sunt validiores illis, quæ se fundant in testibus, & nu.48.*

47 *Lingua testis est mutabilis, ac labilis.*

49 *Qui melius probat debet obtinere, nu.51.*

56 *Oppositio de iure tertij admittitur si excludit ius agentis, quando tertius consentit oppositioni.*

52 *Tempus est præcisè probandum.*

53 *Venditio cum pacto retrouendendi est perfecta, & pura, ita vt emptor statim fit dominus, & faciat fructus suos, non considerato, quod dominium possit reuocari.*

54 *Vicinus potest vti beneficio retractus, quamuis sit dominus cum pacto retrouendendi, n.53.*

56 *Ius superueniens lite pendente conualidat iudicium.*

57 *Maius est priuilegium consortij, quàm vicinitatis.*

58 *Dominium reuocabile dicitur plenum ac si esset perpetuum.*

CAPVT DXXVI.

PRæferendus est D. Paulus in venditione, de qua agimus omnibus, qui ex aduerso prætendunt huiusmodi prælationem, & quo ad vicinum non debet attendi eius prætensio, cùm ipsius do-
1 mus sit multò minor, quam domus D. Pauli, † cuius ædificium, cùm sit longè maius facit, vt illi competat ius prælationis in retractu tanquam habenti maiorem portionem, & sic potentius ius *Anch. cons.370. post princ. Carpan. super consuetud. Mediol. c.434. n.183. & c.417. in verb. fuerint plures, n.538. Mar. Mut. super consuetud. panormit. c.28. n.1. Prosper Rouellus de iur. prothomis. in fi. in animaduers. ad c. vlt. num.5 fol.396.*

Et magis est concedenda dicta prælatio ob puteum communem, quem habet D. Paulus cum domo
2 retrahenda, † adeò vt ratione istius communionis, seu consortij dicatur habere participationem dominij in dicta domo *Glos. in l. dudum. vbi Bald. & Salic. C. de contr. empt. Ias. cons.185. col.4. ad fin. vers. quinto in fauorem. lib.2.* propter quod consortium debet præferri tam ex statuto Vrbis *cap.11. libro 1.*
3 quàm ex dispositione iuris communis, † secundum quod de æquitate, omisso rigore, datur consorti, prælatio tam in venditione, quàm in locatione, soluto eodem pretio, quod ab aliis offertur *Ruin. cons.143. n.19. vers. sed istis non obstantibus, lib.4. Bero. consil.257. nu.12. lib.1. Guid. Pap. singul 780. Marsil. sing.441. n.2. Felin. in c. ecclesia sanctæ mariæ col.22. post med. vers. sexta declaratio. n.51. de constit.* & hanc opinionem sequitur etiam *Rot. coram R.P.D. Ortembergho. Romana prelationis 20. Nouembris. 1609. Socin. cons.58. col. pen. vers. in secundo casu lib.4. & in l. serui electione, §. labeo ait, n.7. de leg.1. Rip. in l. quominus, n.104. de flum. Oldrad. cons. 34. per tot. Bald. in l.1. n.6. C. qui testam. fac. poss. & in lege 2. vers. æquum tamen, C. commun. rer. alien. per l. necesse, ff. de in diem addict. l.1. de priuil. creditor. l. ad officium, C. commun. diuid. l. si nemo. in princ. ff. de testam. tut. l.1. §. si in emptorem ff. de minoribus. Decian. cons.281. num.7. in fin. Mannell. cons.601. nu.7. Surd. cons.203. n.3. lib.2.*

Et licèt istud consortium sit solùm in puteo, tamen est considerabile ad huiusmodi effectum retra-
4 hendi, † cum etiam ratione minimæ, & millesimæ partis quis dicatur consors, vt in specie similis statuti concludit *Bald. in l.1. col.1. in fin. vers. in textu ibi quantacumque, nu.3. C. de communi seruo manum.* vbi quod iste est casus, in quo minimum trahit ad se maximum, & sequitur *Ias. cons.185. colu.4. ad fin. vers. quinto in fauorem, lib.2. Mar. Muta super consuetud. Panormit. cap.28. n.1. Felin. in c. ecclesia sanctæ mariæ. nu.51. vers. sexta declaratio. de constitut. Io. de Amic. cons.1. nu.46.47. & 56.*

Maximè, quia etiam dicitur quis habere partem do-
5 mus, tam respectu putei communis, † quàm balnei, vel aditus, seu accessus, foueæ, & fistulæ, canalis aut similium, cùm omnia ista sint portiones domus *l. prædiis 89. §. balnea. ff. de leg.3. l. limes alias. incip. fines.16. cum legib. seq. ff. de act. empt. l. cætera 43. §. hoc senatusconsultum, sl 2. de leg.1. l. planè 34. eo. tit. l. si ita. §. si mulier. in fi. ff. de fund. instr. Io. de Amic. cons. 1. n.8. & 52. Add. ad Bartol. in l. Iulianus. in fi. §. ædibus*
6 *in littera q. in fin. ff. de act. empt.* † Præsertim, quia iste puteus est communis non solùm in haustu aquæ, sed in solo, quo casu magis adiudicatio fit vni sociorum *l. per hoc. 4. §. de puteo, vbi Florian. ff. commun. diuid. Cepoll. de seruit. vrban. præd. c.47. n.2. Bald. in cap.1. §. si quis de manso. col.5. post med. nu 10. vers. tu dic de puteo. de controuers. inuestitur. Petr. de Vbald. de duobus fratrib. 4. part. principal. ad fi. n.14. qu.15. tom.6. p.1. fol.142.*

Quo verò ad inquilinum tollitur etiam eius prætensio, quia ambo vicini declararunt velle do-
7 mum venditam cum eius domo incorporare, † ac impendere summam per Dominos taxandam, & intra terminum ab eis præfigendum, quo casu nulla habetur ratio inquilinorum *vt in constitutione Gregor. §.9.* Quamuis etiam neque aliquod ius illi competeret, cùm sit præferendus vicinus, tam ratione vicinitatis, quàm etiam consortij,
8 vt supra dictum est, † ita vt etiam in pari causa præferatur habens maius ius, & partem maiorem *Bald. in l. sancimus. Cod. de donat. Glos. & alij in l. fi. in*

prima

pr[illegible] commun. de legat. Add. ad Bald. in l. 1. in ver. [illegible] de commun. seru. manum. Io. in de Amic.
9 *[illegible] n. 2. cum alijs sup-a allegatis.* † Vltra quod et am [illegible] su nostro a li st præuencio, & præoccupa[illegible] quæ dat in similibus prælationem *Tiraq. de retra. [illegible] gn. §. 10. glos. 4. nu. 2. & 4. Castr. cons. 221. in hoc pa[illegible]. n. 2. lib. 2.*

Quibus firmatis non obstat prætensio aliorum quære[illegible]m annullare venditionem tanquam factam
10 de re supposita fide commisso, † Quia prohibitio alie[illegible]an[illegible] fuit temporalis vsque ad annum vigesimum quintum, & trigesimum respecti[illegible], Vnde post [illegible]mpus inducit promissionem *l. imperator. §. fin. de leg. 2. Bart. in l. pater, §. filium. ff. de leg. 3. Surd. cons. [illegible]4. n. 5. & per tot. lib. 2. & decis. 75. n. 7. Menoc. cons. [illegible]1. n. 35 vsque ad 5[illegible]. & cons. 152. n. 60. vsque ad 6[illegible] lib. 2. Bero. cons. 86. n. 14. lib. 2. Ruin. cons. 76. lib. 2.*
Et quamuis al qui tenent obstare dictam prohibi-
11 tionem a[illegible]ndi, † cùm remoneot tacito legalis, licèt [illegible]erit prohibitio hominis *Castr. cons. 263. n. 3. lib [illegible]um similibus*, quos adduxi *supr. c. 69.* Tame[illegible]u nostro, omissa ista disputatione, alien[illegible]et tanquam facto per soluendis debitis te[illegible] tunc enim fideicommissum non obstat, Im[illegible]e testatorem fuit expresse huiusmodi lice[illegible]essa tutoribus, & multo magis ipsis hæ[illegible], [illegible]um etiam fuerint bona alienata ob
12 ca[illegible]am [illegible]m, † pro quarum restitutione, & conlibe[illegible]e permittuntur vendi, non obstante prohib[illegible]c [illegible]lienationis *l. mulier, §. cum proponeretur, ad [illegible]ebell. Bald. in auth. res quæ, C. comm. de legat.* [illegible]us per *Peregr. de fideicommiss. art. 42. n. 1 cum se[illegible].*

Præ[illegible]cto odm sta fuerunt, Dicebant tamen aliud obstare, quod videlicet non fuit probatum dominium
13 rei v[illegible]tæ, † cuius vigore agitur, quod erat proban[illegible]um [illegible]xta decisionem *Rot.* in qua magnum fit fun[illegible]amentum per partem aduersam *coram R. P. D. Corduba, Romana pratensi retractus 19. Iunij 1598.*
14 & voluit latè *Roland. cons. 63. nu. 15. & 16. lib. 1.* † vbi etiam quod non sufficit haberet pignus, & hypothecam in re vicina *Afflict. decis. 319.* Pront neque vsumfru[illegible]um, quia res fructuaria non est vsufructuar[illegible], sed aliena *l. 1. & 2. de vsufruct. l. rem in bonis, de acquir. rer. domin.* & in specie *Roland. d. cons. 63,*
15 *n[illegible] lib. 1.* † Vnde etiam neque emens à minore sine solemnitatibus poterit retrahere, cùm in illum non sit translatum dominium tanquam ementem contra ius, quidquid alias ad retrahendum sufficiat
16 quem esse dominum putatiuum, † & bonæ fidei poss[illegible]sorem *Franc. decis. 142. n. 3.* Ita vt neque in probatione dominij non sit locus iuramento sup-
17 pletorio † *Ay. cons. 157. nu. 13. post med. Ias. in repet. l. admonendi. col. 82. post med. vers. trigesimoprimo ubi*
18 *ex ista ratione, n. 196. ante fin de iur. iurand.* † Et regulare est, vt in iudiciis realibus immediata causa agendi semper sit dominium, *Surd. cons. 342. nu. 23.*
19 *lib. 3.* † vbi etiam quando dicatur causa proxima, & immediata, & in iudiciis realibus non sufficit
20 † [illegible] possessio *l. vnic. C. de alienat. iudic. mut. caus. fa[illegible] Florian. in l. 1. n. 5. ff. famil. ercifcund.*

Verum ista sunt facilis solutionis, & non debent impedire præfatam prælationem, & omissis multis, quæ possent adduci contra dictam decisionem, ex quibus apertè colligeretur non esse comprehen-
21 sam constitutionem nostram, † Respondetur illam non obstare. Nam in ea solum præsupponitur esse probandum dominium, quod vtique fatemur, non autem decidituir qualiter, & quomodo in casu nostro illud debeat probari: Et quidem in hoc concludendum est sufficere, quod ad eff. [illegible]tum retrahendi probetur possessio cum perceptione pensionis, præuia locatione, & alijs in facto verificatis, cum statim ex illis dicatur plenè & concludenter probatum dominium respectu retractus: & est ratio, quia in hoc casu non quæritur principaliter de ipso dominio inter partes, sed solùm in-
22 cidenter, cùm principalis quæstio sit super retractu, † Vnde non requiritur illa exacta probatio, quæ esset facienda, quando de eo principaliter disputaretur, sed sufficit allegare possessionem de præsenti, per quam dicitur plenè constare de dominio *Bart. in l. quidam in fin. n. 4. D. de condit. institut. Alex. cons. 103. n. 10. lib. 7. Cuman. cons. 150. col. 2. ad med. vers. nam secundum. Surd. cons. 1. n. 66. lib. 1. & decis. 10. nu. 1. Honded. cons. 84. nu. 14. lib. 2. Menoch. de recup. possess. remed. 11. nu. 32. & præsum. 63.*
23 *n. 11. lib. 6 Cephal. cons. 63. n. 13. lib. 1.* † & ita in specie retractus, de quo agimus, concludit *Bard. de iur. prothomis. notab. 3 §. 4. nu. 7. vers. sed quid si monitus, fol. 16.* & sequuntur *Benedellus & alij in eorum tractatibus de iure congrui*, quos consultò omitto, cùm sit opinio vera, & sine difficultate admittenda ob rationes supra allegatas.

Et facit casus in iisdem terminis per leges, & Docto-
24 res decisus, dum volunt † quod si quis agit actione confessoria pro seruitute debita seu prædio, tenetur probare dominium fundi, cui dicitur dicta seruitus debita, verum quia tunc illud deducitur incidenter, non autem principaliter, sufficiet tale dominium ex sola possessione, & fructuum perceptione probare, ita vt dicatur plenè de consta-
re *Glos. in l sicuti autem 8. §. sed quæratur, in verb. possessoris, in fin.* & ibi *Bart. n. 4. & Florian. nu. 8. ff. si*
25 *seruit. vendic. Boer. decis. 42. nu. 8.* † vbi, quod istud dominium vocatur cooperans, quia incidenter deducitur *Vasq. controuers. illustr. cap. 70. n. 19.* vbi de communi *Corn. cons. 48. nu. 5. vers. & succes[illegible] lib. 3. Ias. in l si prius, colum. 7. post med. vers. qua[illegible] in isto iudicio n. 29 ff de nou. oper. nuntiat. Mascard. conclus. 339. num. 8. & 9. Menoch. præsumpt. 63. num. 16. lib. 6.* cum alijs per *Ioan. Petr. Ferrar. in sua prax. papiens. in form. act. confess. pro seruitut. in verb. pleno iure, num. 2. vers. vt autem hoc plenius intelligatur. Cin. in l. 1. quest. 1. art. 4. colum. 12. post med. vers. item dicit, n. 20 ante fin. Cod quasi long. consue-*
26 *tud.* † Vbi loquitur non solùm in confessoria, sed in iudicio familiæ erciscundæ, & petitione hæreditatis, ac consuetudine, quod maior nec hæreditatem habeat *Salic. in l. cum res, num. 8. Cod. de probat.* vbi similia exempla ponit de condictione furtiua, aquiliana, quæ competit ratione damni, cum alijs, de quibus per *Alex. in rubr. de nou. oper. nunciat. num. 18. Rip in l rem quæ nobis, nu 53. de acquir. possess.*

Neque obstat, quod ex sola locatione non probetur
27 dominium † *l. ad probationem, C. locat. cap inter dilectos de fid. instrum. Curt. Iun. cons. 41. num 8.* Quia procedit quando tractaretur de dominio principa-
28 liter, non incidenter, vt in casu nostro, † tunc enim sufficit locatio, & fructuum perceptio *Paris. cons. 57. num. 44 lib. 4 Boer. decis. 42. num. 8. Alex. cons. 10. num. 3. & 4. lib. 4. Rot. diuers. decis. 34. num. 10. lib. 2.* vbi de communi *Card. Seraph. decis. 832. n. 1. part. 1.*

29 cum aliis ſupra adductis, † Maximè quia in caſu
noſtro probatur poſſeſſio, & fructuum perceptio
de recenti, per quam magis infertur ad dominium,
de quo incidenter quæritur *Bart. in l.ſi quis in ſuo.
n.4.verſ.aut ad probationem, ff.de condit.inſtit.Boer.
deciſ.42.nu.9.Salic.in l.cum res.nu.8.col.pen.ante fi.
verſ.& in iſtis dic.& in l.vlt.in princ.verſ.aut ad pro-
30 bationem huius incidentis.C. de probation.* † Præſer-
tim quia iſta præſumptio, quę ſumitur ex poſſeſſio-
ne, allegatur ab ipſo actore, & ab eo qui in illa fun-
damentum ponit, quo caſu ſufficit ad illum conſti-
tuendum dominum, & obtinendum in iudicio at-
tentato *Bald.in l.etiam, 5.col.penultim.in princ.num.
10.C.de execution.rei iudic.Rip.in l.rem quæ nobis.n.
34.de acquir.poſſ.*

Nec aduerſatur, quod in deciſione tollatur iſte modus
probandi dominium incidenter, cum excludat à
retractu vicinum habentem pignus, hypothecam,
31 & vſumfructum, † Quia iſti non probant domi-
nium, nec principaliter, nec incidenter, cum ſtatim
conſter illos non eſſe dominos, & per conſequens
non poſſe retrahere *vt in iuribus in deciſione allegatis
cum aliis per Roland.conſ 63.nu.16.& 18.lib.1. Afflict.
32 deciſ.339.* Quod † etiam eſſet in quocumque alio
pretendente ſe dominum ex poſſeſſione, & fructuū
perceptione, nam ſi contra eum probaretur aliun-
de, quod non eſſet dominus, tunc dicta poſſeſſio, &
fructuum perceptio nihil faceret, neque ex ea di-
ceretur probatum dominium etiam incidenter de-
ductum *l.item mela. §.eum cui veſtimenta, ff.ad leg.
aquil. Bart.in l.quidam in ſuo num.4. de condit.inſtit.*
33 † Aliud eſt in caſu noſtro, in quo nihil exaduer-
ſo probatur contra tale dominium quod reſultat
ex dicta poſſeſſione, & fructuum perceptione, Vn-
de interim diceretur de illo conſtare ſecundum com-
munem opinionem, de qua per *Boer.deciſ.42.nu.8.
in fi.*

Minus obſtat, quod poſſeſſio, de qua agimus, ſit de re-
34 centi, quæ non ſufficit, † iuxta *Bertrand. exad-
uerſo allegatum conſil.12.num.17. lib.1.part.1.* Quia
hoc ibi non dicitur, cum ſolùm *Bertr.* loquatur
de probatione longiſſimi temporis, per quam
quis prætendebat acquiſiuiſſe dominium per præ-
ſcriptionem iuxta *l.ſi quis emptionis.C.de præſcript.
trig.vel quadr.annor.* & ita etiam loquitur *Barbat.*
qui ex aduerſo adducitur *conſil.41. numer.2. lib.1.*
prout ad hunc effectum, tam *Bertr.* quàm *Barbat.*
allegatur per *Maſcard. concluſ.539.num.25. & 26.*
35 & declarat *Calcan.conſil.32. num.12. ad med.* † De
hoc autem non quærimus in caſu noſtro, in quo
ſufficit, quod poſſeſſio & fructuum perceptio ſit
de recenti ad probandum dominium incidenter
*Bart.in l.ſi quis in ſuo.num.4.verſic.aut ad probatio-
nem, ff.de cond.inſtitut.* bene *Calcan.* qui multos
adducit *conſil.100.num.10.* Immo in hoc caſu non
ſufficeret probare poſſeſſionem de præterito *Corn.
conſ.315.nu.4.lib.4.*

Ex quibus etiam non obſtat, quod *Bardus* loquatur
36 de probatione longæ poſſeſſionis, † cum in hoc
erret tanquam loquens contra communem om-
nium opinionem, ſecundum quam poſſeſſio debet
eſſe de recenti, vt poſt *Calcan.Bart. & alios ſupra
allegatos* concludunt ipſimet Doctores per *Bardum*
adducti, videlicet *Pariſ.conſ.57.nu.44.lib.4.Rimin.
Sen.conſ.360.nu.1.lib.2.*

Nec debet attendi *conſ. Albenſ.61.num.12.& nu.21.vſ-
que ad 36.* qui licèt loquatur de longiſſima poſſeſ-
ſione, tamen ibi agebatur de probatione dominij,
37 antiqui principaliter intentari. † Sunt enim multi
modi probandi dominium, quod etiam probatur
per longiſſimam poſſeſſionem, vt per *Maſcard.* qui
alios refert *concluſ.539.numer.25. & 26.* Non ta-
men ex hoc excluditur probatio noſtra, quam dici-
mus ſufficere ex poſſeſſione, & fructuum perce-
38 ptione de recenti, † vt per *Bart.in dict.l.ſi quis in ſuo,
numer.4.verſ.aut ad probationem, ff.de condit.inſtit.
Boer.deciſ.42.numer.9. Salic. in l.cum res.num.8.C.
de probat.& in l.vlt.in princ.C.eod.tit. Calcan.conſil.
100.num.10.*

Iſtis firmatis iterum pars aduerſa oppoſuit, quod in
materia retractus, probandum ſit dominium prin-
cipaliter, & quatenus ſufficiat illud incidenter pro-
bari, non tamen debeat admitti D. Paulus, cum quam
eius poſſeſſio cum fructuum perceptione ſit vitio-
ſa. Verùm neutrum ſubſiſtit. Nam quo ad primum
non eſt admittenda iſta opinio, quod opus ſit doce-
re de dominio principaliter, quia in caſu noſtro
principalis quęſtio, & actio eſt de retractu, pro quo
obtinendo incidenter deducitur dominium rei
39 ſuę, † Vnde non mirum, ſi ſufficit probatio dominij
per poſſeſſionem, & fructuum perceptionem, per
quam dicitur de illa conſtare incidenter *Boer.dec.
42.num.8. cum aliis ſupra adductis. verſ.& ſecus ca-
ſus, num.24.*

Nec ſubſiſtit, quod dicitur de actione legis aquiliæ, in
qua dominium eſt probandum principaliter, nec
40 ſufficit poſſeſſio iuxta *Maſcard.* ex aduerſo addu-
ctum *concluſ.539.num.16.* Quia eius opinio non eſt
admittenda, Nam in aquiliana, cuius petitum eſt de
41 emendatione damni, † ſtatur poſſeſſioni, qua pro-
bata, ſtatim dicitur de dominio conſtare, cum in
hac actione illud deducatur incidenter, quando non
petatur per agentem ſe dominum declarari, ſed rē
reſtitui, ſiue eius æſtimationem prout in ſpecie latè
declarat *Salic.in l.cum res, num.8.Cod.de probat.* &
ſuper hoc non eſt inſiſtendum, quia non habet
42 difficultatem, quidquid *Maſcard.* teneat, † cum
in ſimilibus actionibus ſemper deducatur domi-
nium incidenter, vt benè per *Cin.in l.2.qu.2.art.4.
col.3.poſt med.verſ.item dicit.nu.20.Cod.quæ ſit long.
conſuetud.& latè Rimin. Sen.conſ.360.numer.3. & 4.
lib.2.*

Nec obſtat ſecūdum quod poſſeſſio D.Pauli ſit vitio-
43 ſa, & clandeſtina, † ſtante probatione poſſeſſionis
alterius, quæ tanquam anterior facit præſumere
poſſeſſionem iuniorem vitioſam, & propterea non
poſſit dici probatum dominium incidenter *Card.
Seraph. deciſ.832.n.... Franc.deciſ.242. num.2.& 3.*
Quia non agitur modo inter poſſeſſorem anterio-
rem, & iuniorem, ita vt quærendum ſit quis eorum
44 præualeat, † & ſit manutenendus in poſſeſſione,
quo caſu dicitur clandeſtina poſſeſſio iunior, & at-
tenditur antiquior, quando probationes ſunt æqua-
les, vt latè declarat *Menoch.de retin.poſſeſſ.remed.3.
n.725.* Sed agitur inter alios, nempe inter D.Paulum
vicinum, & inquilinum, tunc enim non prejudicat
iſta poſſeſſio antiquior alterius, quam prętendit in-
quilinus probare ad excludendam probationē poſ-
45 ſeſſionis iunioris D.Pauli. † Quia præualet poſſeſ-
ſio, & fructuum perceptio de recēti, immo talis de-
bet eſſe, & non antiqua ad probandum dominium
incidenter *Bar.in l.ſi quis in ſuo.n.4.verſ.aut ad pro-
bationem.ff.de cond.inſtit.* cum aliis per *Calcan.conſ.
100.n.10.Corn.conſ.315.n.4. l.4. Salic.in l.cum res.n.
8.in*

8. in fin. vers. aut ad probationem huius incidentis, C. de probation.

Praeterea probationes D. Pauli tanquam fundatae in instrumentis publicis sunt validiores probatione
46 Adversarij, † qui se fundat in testibus, adeo vt semper ista debeat cedere alteri Gloss. in rubr. de fid instrum. Innoc. in c. cum Ioanne, nu. 7. vero, item, non obstant praedictis, eod. tit. † Quasi lingua testium satis
47 mutabilis, & labilis sit l. hac consultissima, §. at cum natura, C. qui testam. facer. poss. Maximè quando, prout in casu nostro, non impugnatur instrumen-
48 tum de falso † Innoc. in d. c. cum Ioannes, n. 7. Cum etiam vbi caetera paria sunt, quamuis neque hic sint talia, vt infra dicetur, per probationes illas meliores, & efficaciores ita obscurantur, atque debilitantur minus efficaces, vt verae non credantur, ita vt mirum non sit, quod obtineat qui melius
49 † probat, siue simus in iudiciis possessoriis, siue petitoriis Bart. in l. si duo, in prin. nu. 4. ff. vti possid. cum aliis latè adductis per Menoch. de retin. remed. 3. nu. 718. Ruin. consil. 28. num. 5. lib. 4. Aym. cons. 6. nu. 4. & cons. 53. n. 6. & 7. eod. lib. Et quod in concursu probationum scriptura praeferatur testibus concludit etiam coram R. P. D. Pirouano. Neapolitana alimentorum 11. Ianuarij 1616. per l. census, ff. de probat. Gloss. in c. tertio loco, in verb. testium, ad med. eod. tit. Rom. cons. 319. n. 1.

Cum etiam ista clandestinitas possessionis non possit
50 allegari per Adversarium, † qui licèt possit opponere de iure tertij, quando est exclusiuum iuris agentis, Tamen hoc intelligitur quando ille tertius, de cuius iure excipitur oppositioni consentiat Thes. decis. 4. n. 2. & 8. post Bar. in l. 2. n. 3. de except. rei iudic. In casu autem nostro non solùm non adest talis consensus, & declaratio alterius possessoris, sed potius dissensus cum declaratione, quòd neque possidet, neque habet dominium domus, de qua agimus, adeo vt ex hoc magis obscuretur,
51 † & in totum eneruetur probatio contraria, & praeualeat illa facta per D. Paulum Menoch. de retinend. possess. rem. 3 n. 718. ad fin.

Haec omnia dicta sunt ex abundanti, cum satis fuisset ostendere non probari concludenter intentionem Adversarij, dum praesupponit D. Paulum non esse dominum, cum testes non reddant causam scientiae, neque percutiant tempus petitionis re-
52 tractus, † quod erat necessarium, cum in ea se pars aduersa fundet l. matrem. Cod. de probation. Socin. cons. 78. num. 2. lib. 4. & omnes testes quo ad praetensam possessionem Christophori in interrogatoriis, dum deponunt de preceptione fructuum, loquuntur de credulitate, cum respectu possessionis aliorum, nihil aliud opus sit respondere, nisi quod ista antiqua possessio non attenditur, stante recentiori probata per D. Paulum, quae in huiusmodi probatione dominii incidentis praeualet Calcan. consil. 100. num. 10. cum aliis supra allegatis.

Post praedicta nouiter fuit oppositum de facto retrouendendi, ob quod praetendebatur vicinum excludi à retractu, stante huiusmodi pacto, In quo
53 tamen obseruandum est, † quod venditio cum pacto de retrouendendo est pura, & perfecta, & consummata, ac absoluta omnibus numeris, praesertim, quando ad traditionem processum est, ita vt emptor non obstante tali pacto sit statim dominus, & faciat fructus suos, nec eos teneatur restituere etiam re per venditorem redempta, & possit talem rem emptam alteri pignorare, vendere & dominium transferre, cum non consideretur, quod dominium sit reuocabile, hoc enim non impedit perfectionem actus, quasi multa possint accidere, quod res non auferatur, ideo interim est dominus, etiam pleno iure, quomuis res ab eo euinci, ac reuocari, redimi, repeti, relui, & condici possit, nam etiam sufficit esse incertum an dominium sit tantum temporale, vel perpetuum, adeo vt stante ista incertitudine, semper in dubio dicatur perpetuum, Ita omnia praedicta declarat Tiraq. qui pro omnibus sufficiat de retract. conuent. §. 1 glos. 1. nu. 1. cum seq. & concludunt Bart. Bald. Castr. & aly in l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit.

Quo stante vicinus potest vti beneficio retractus, quamuis sit dominus rei cum huiusmodi pacto re-
54 trouendendi, † nam vt dictum est, habet verum, & plenum, ac purum dominium, & ex omnibus partibus perfectum, vt in specie retractus concludit Affl. de iur. prothomis. §. 3. nu. 21. & decis. 339. n. 9. vbi etiam allegat Castr. cons. 328. & in causa mota per dominam dorotheam. aliàs est consil. 74. lib. 2. Neapodan. in consuetud. 1. de iur. congr. in glos. in verb. emit. col. 2. Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. in 2. auctor. baron. vers. hic quaero de noua quaestione, nu. 4. f. 177. Tiraq. de retract. conuent. §. 2. glos. 1. nu. 1. Franc. Vegius cons. 2. n. 26.

Nec obstat, quod praedicti Doctores loquantur in vicino volente retrahere rem venditam cum pacto
55 de retrouendendo, † non autem quando ipse vicinus est dominus cum isto pacto. Quia eadem ratio militat in vtroque casu, quod videlicet quis non debet priuari iure congrui, donec venerit tempus retrouenditionis, cum interim debeat habere illam commoditatem, quam emptor haberet, quia venditio est pura, licèt posset resolui, cum istud pactum non suspendat effectum contractus Vegius d. cons. 2. n. 26. post Affl. & alios supra adductos, per doctrinam Ang. in l. ad officium, in fin. C. commun. diuid.

Quamuis de hoc superfluum sit quaerere, cum idem pactum fuerit remissum antequam lis super retractu inciperet, & vicinus declararet se velle praeferri, Nam instrumentum venditionis domus, de cuius retractu agitur, fuit factum 15. Augusti, & 19. eiusdem fuit cessum dictum eius redimendi. prout postea die 30. eiusdem vicinus declarauit se vel-
56 le praeferri, † Vnde intrat praelatio, quae etiam haberet locum, licet penderet lis, tanquam possit ius superuenire, per quod lite pendente conualidatur iudicium, & suffragatur actori & reo Bar. in l. non potest videri, post med. vers. aut erat defectus, de iudic. Bellon. cons. 25. n. 3. vsque ad 6. Surd. decis. 44. num. 22. Rimin. Iun. cons. 546. num. 33. lib. 6. latè Schrader. qui in similibus casibus loquitur de feud. p. 10. sect. 18. n. 87. vsque ad 94.

Licet etiam neque de hoc opus fuisset quaerere, cum non solùm praetendatur praelatio respectu vicinitatis, sed etiam propter consortium, vigore statuti Vrbis c. 110. lib. 1. vt supra dictum est num. 2. cum seq. † Maius est enim priuilegium consortij, quàm viciniratis in petendo iure congrui l. 1. Cod. si liberalitat. imperial. socius sine hered. decesser. Vegius consil. 2. numer. 23. Maximè quia dictum statutum maius ius tribuit, quàm bulla, quae requirit obligationem aedificandi, cum tamen ex statuto

hoc non ſit neceſſarium, ex quo etiam ceſſat obiectum de facultate redimendi, per quam dicebatur impediri ædificium, quamuis neque illud impediretur, cum vnuſquiſque poſſit ædificare, & meliorare rem ſuppoſitam reuenditioni, & ſic non ceſſabit ornatus, & per conſequens ex quocumque capite ſemper intrabit prælatio omnibus excluſis tam vigore conſortij quam vicinitatis *l.1.ff.de priuileg.creditor. l.antepenult.ff.de pact. Alex.conſ.27.*
58 *n.8. ad fin. lib.6.* † & faciant quæ dicuntur de dominio reuocabili, quod non minus dicitur plenum, quàm ſi eſſe perpetuum, cum non conſideretur, quod ab eo tolli poſſit caſu aliquo adueniente, cum interim ſemper dicatur verus & perfectus dominus, cui tanquam tali datur rei vendicatio cum aliis prærogatiuis, & effectibus veri dominij *Alex.conſ.208.n 6.lib.2. Aldobr.conſ.18.num.25.& conſ.25.n.10.lib.1.Tiraq.de retract.conuent. §.2.gloſ. vnic.n.36.& 37.dixi ſupr.cap.620.n.16.*

EPITOME.

Periculum nominis ceſſi, quando ſpectet ad cedentem, ſeu ceſſionarium ¶ Et quid in ſocietatibus officiorum an illæ debeant manutenenti vltra ſex menſes ſucceſſiuis temporibus. ¶ Et quo caſu negligentia in non exigendo conſideretur. ¶ Obligatus ex pacto præſtare fideiuſſorem an liberetur ſtatim, quod illum dicit quamuis poſtea efficiatur non ſoluendo ¶ Fideiuſſorem inueniens an dicatur eſſe idoneus facultatibus. ¶ Et quid in eo, qui habet bonum creditum ſtante fide, quam habent alij, qui cum eo contrahunt. ¶ Officiales an ponantur ad colorandas ſocietates, & an habeant ſolum nudum nomen, & an faciant partem quando agitur contra alios obligatos. ¶ Perſona nominata an attendatur quando ad alterum tranſit commodum diſpoſitionis.

SVMMARIVM.

1 *Promittens nomen ceſſum exigibile tenetur manutenere ceſſionarium in iſta qualitate. num.2.*
2 *Periculum nominis non exacti quando ſpectet ad cedentem, num.4.5.13.& 14.*
6 *Ceſſionarius non debet explorare conditionem nomine ceſſi, quando cedens promittit illud exigibile.*
7 *Societas officij ceſſa quando debeat manuteneri pro idonea vltra ſex menſes, & ſucceſſiuis temporibus.*
8 *Negligentia non conſideratur in eo, qui non exigit, quando nullius ei terminus præfigitur, num.9.*
10 *Inexigibilis idem eſt cum eo, qui non eſt ſoluendo.*
11 *Decoctio notoria excludit diſcuſſionem.*
12 *Notorium releuat ab onere probandi, & ſatis eſt illud allegare.*
15 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
16 *Qui tenetur ex pacto præſtare fideiuſſorem liberatur ſtatim quod illum dedit, quamuis poſtea efficiatur non ſoluendo. Intellige vt num.17.*
18 *Breuitas temporis decoctionis facit, vt cedens nomen debitoris non liberetur, ſed teneatur ad intereſſe. Et ſtatur arbitrio Iudicis circa dictum tempus, num.19.*
20 *Cauſa ſecuritatis donec durat, debet durare effectus illius.*
21 *Veriſimilitudo attenditur in interpretando mentem contrahentium.*
22 *Fideiuſſorem inueniens dicitur eſſe ſoluendo. Declara vt num.23.24.& 26.*
25 *Traditurus pignora, dicitur eſſe ſoluendo, dummodo illa ſint idonea.*
27 *Fideiuſſor non præſumitur idoneus facultatibus, niſi probetur, num.28 & 36.*
29 *Idoneus dicitur qui habet bonum creditum, ſtante fide, quam habent alij, qui cum eo contrahunt. Contrarium, num.30.31.& 32.*
33 *Credulitas vnius non præiudicat aliis.*
34 *Doctor debet eſſe timoratæ conſcientiæ, nec ſufficit quod ſit excellens.*
35 *Promittens annuum redditum manutenere, tenetur illum præſtare exigibilem futuris temporibus.*
37 *Officiales in ſocietatibus ponuntur ad illas colorandas, & non habent niſi nudum nomen, & non faciunt partem quando agitur contra alios obligatos, & numero 38.*
39 *Perſona nominata non attenditur, ſed illa ad quam tranſit commodum diſpoſitionis, tam in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus, num.40.& 43.*

CAPVT DXXVII.

DEcretum dicebam eſſe iuſtificatum, cum ſimus in ceſſione ſocietatis, quæ fuit promiſſa bona & exigibilis, qua poſtea non reperta tali, tam reſpectu ſortis principalis, quàm fructuum,
1 † tenetur cedens præſtare omnia, quæ aſſeruit in ceſſione manutenendo ceſſionarium in iſta qualitate exigibilitatis, *l.ſi venditor.39. in princip. D.de act.empt. l.qui fundum 40. §.qui agrum.de contrah. empt. Gloſſ. in l. quod venditor, 38. de dolo malo.* & in ſpecie ſimilis ceſſionis *Surd.conſ.411.num.15.*
2 *lib.3.* † & ſtante promiſſione, quod debitor ceſſus eſt idoneus, debet promittens adimplere promiſſa *Fulgoſ. in l.ſi nomen, de hæred. vel act. vendit. Eugen.conſ.73. num.2. Surd. d.conſ.441. num.7. ad med.lib.3.*

Præſertim, quia in huiuſmodi ceſſione ſocietatis non fuit datum ſimpliciter in ſolutum nomen debitoris, quo caſu periculum nominis non ſpectaret ad cedentem, quaſi tunc ad eum ſit tranſlatum nomen tituli ſolutionis, ſed fuit facta ceſſio ad effectum vt ceſſionarius ſibi ſatisfiat ſuper nomine
3 ceſſo, † tunc enim periculum nominis non exacti, & conditione deteriorati non ſpectat ad ceſſionarium, ſed remanet in ipſo cedente, qui numquam liberatur, donec non fuerit ſecuta ſatisfactio, & conſequenter cedens poterit conueniri, cum ante ſolutionem, prout in ſpecie ita diſtinguit *Imol in l.facta 63.§.ſi hæres ſcriptus, col.2. poſt princ.verſ.vel fortè poteſt ſubtiliter num.11.ad fin.ff. ad Trebell.* quod tanquam ſingulare commendat *Socin.conſ.37.col.1.in fin.verſ.confirmatur iſta reſponſio, n.8.lib.4.Rot.Ianuenſ.deciſ.2.num.26. Surd.conſ. 145.nu.28.& 29.lib.1. Dec.conſ.99.in cauſa Ioannis, n.4.* cum aliis latè per *Maſtril.deciſ.179. nu.18.& 19.part.2.*

Quo ſtante non obſtat, quod cedens non teneatur
4 præſtare non debitoris exigibile † poſt tempus ceſſionis *l.ſi mandato meo, §.vltim.ff.mandat. Rot.Ianuenſ. deciſ.60.numero 11. Surd.deciſ.226 numer.42.* Quia hoc procedit, quando ab initio fuiſſet ſimpliciter ceſſum creditum, & nomen debitoris, & illud in ſolutum datum per cedentem tale quale repetiebatur, & tanquam tale quale fuiſſet ac-

ceptatum

ceptatum per cessionarium, tunc enim esset libera-
tus cedens, aliud in casu nostro, in quo fuit cessum
nomen exigibile, quod semper debet præstari ido-
5 neum per cedentem, cum huiusmodi promissio
non sit pura, sed cum ista qualitate exigibilitatis,
quæ est verificanda, prout ita distinguit *Castr. in l.
pupillis 97. §. soror. de solut.* & sequitur *Rot. coram R.P.
D. Pensa. Romana consignationis scripturarum in fin.*
6 *26. Aprilis* 1600. † Neque enim hoc casu est impu-
tandum cessionario, si non explorauit conditio-
nem nominis cessi tanquam subducto suasionibus,
& promissionibus principalis cedentis, dum asse-
ruit debitorem cessum esse exigibilem, & ido-
neum, quod facit, vt numquam cedens liberetur,
sed semper debeat præstare talem, vt in proposito
notat *Alexand. in leg. si cum dotem 24. §. si mulier,
colum. 2. post princ. versic. vnum addo. num. 4. ad med.
ff. solut. matrim.* vbi ita declarat *text. in l. inter causas
26. §. abesse, & ibi Glos. in verb. admittit. in fi. ff. man-
dat. Ang. in leg. 1. & ibi Castr. numer. 3. ff. si quis in
ius vocat. non ier. per leg. qui satisdare 3. vbi Bartol.
colum. penult. & Castrens. ad fin. versic. ego puto, de
fideiuss.*
Quod etiam apertè probatur ex verbis cessionis, in
qua cedens promittit debitorem esse exigibilem,
alias teneri voluit ad restitutionem sortis principa-
lis, illa disdicta, & ea durante ad solutionem fru-
ctuum suis debitis temporibus, ex quibus verbis
colligitur, quod erat in potestate cessionarij conti-
nuare societatem, vel disdicere ad eius libitum,
7 † & per consequens promissio, quod sit exigibilis
semper debet durare, donec durat societas, cum sit
obligatio successiua: adeo vt hoc stante non obstet,
quod per cessionarium esset adhibenda diligentia
in recuperando sortem principalem, cum nullus
fuerit ei præfixus terminus ad hoc faciendum,
immo per cedentem data facultas libera continuã-
8 di, † qua negligentia cessante nihil est ei imputan-
dum, quidquid aliàs imputaretur *Socin. cons. 273. nu.
6. lib. 2. Rum. cons. 45. nu. 5. lib. 5. Rot. Ianuens. decis. 2.
n. 26. ad med. vers. sed in casu. Mastrill. decis. 179. n. 11.
Becc. cons. 105. nu. 25. & 26. Gozad. cons. 38 num. 11. ad
med. Bursat. cons. 224. num. 27. lib. 2.* & admittuntur
omnes *in l. si fideiussores in id. 42. ff. de fideiussorib. &
in l. fi. ff. si cert. petat.*
Et in istis terminis loquitur decisio in causa *Romana
Montis Farnesij coram R.P.D. Marco Montio 19.*
9 *Nouembris* 1610. cum aliis quę allegantur, † Pręsup-
ponitur enim ibi, quod fuerit protracta exactio,
quia tempore conuento non fuit adhibita diligen-
tia in conueniendo debitores, quo casu stante limi-
tatione temporis, aut loci statim dicitur probata
negligentia eo ipso, quod non fuit factum in tem-
pore, & loco *l. 3. §. si ad diem. ff. de re milit. l. qui com-
meatus. eod. titul. lib. 2. §. sed & si quis, ff. si quis caution.
Bart. cons. 102. nu. 1. lib. 1. Felin. in cap. si autem 9. col. 3.
in princ. nu. 3. de rescrip.*
Immo etiam constat de diligentia, cum fuerint rela-
xata mandata contra debitorem cessum, & nihil
inuentum, in quo possit fieri executio, prout ex fi-
de executorum, & relatione aliorum deputatorum,
10 quibus in hoc creditur, † adeò vt hoc stante vnà
cum fuga debitoris dicatur plenè probatum illum
non esse exigibilem, vel esse non soluendo, quod
idem importat *l. vltim. in princip. ff. si cert. petat.
Socin. cons. 273. numer. 5. in fin.* & per consequens ob
istam notoriam decoctionem non requiritur vlte-
11 rior excussio † *Bald. cons. 198. lib. 1. Roland. cons. 9. n.
20. lib. 1. Neguss. de pignor. part. 8. membr. 1. n. 14. Corn.
cons. 46. col. penult. lib. 2.* Quod notorium releuat ab
onere probandi *clem. appellanti. de appellation. Doct.
in l. si vero. § qui pro rei. digest. qui satisd. cogantu*
12 † & satis est illud allegare *Bart. in lit. de except. Abb.
in c pratorea. de dilat. Fran. in c. ex parte, de appell.* &
Iudex de eo se informat etiam ex officio *Aym. cons.
104 num. 4.*
Nec faciunt Doctores tanquam omnino videndi ex
aduerso adducti, Quia loquuntur in casu simplici,
de vendente nomen debitoris, qui non tenetur
pręstare illum locupletē, & soluendo, sed dumtaxat
ipsum fore verum debitorem, & sine exceptione,
13 † cum omne periculum transeat in emptorem post
venditionē, seu cessionem factam talium nominū,
& in istis terminis consuluit *Becc. cons. 105. nu 11. &
14. Gozad. cons. 38. n. 11.* & multos adducit *Surd. decis.
326. nu. 41. vsque ad 45. post Castr. cons. 170. n. 2. lib. 2.
Bald. in l. si nomen 4. ff de hared. vel act. vendit. per l.
inter causas §. abesse, ff. mandat.*
Aliud est in casu nostro in quo non fuit simpliciter
venditum nomen debitoris, sed fuit addita pro-
missio, quod venditor cessus est bonus, & exigi-
14 bilis, † tunc enim per cedentem est manutenen-
dus cessionarius in ista qualitate exigibilitatis, &
promissio est adimplenda, vt declarat *Fulgos. in l.
si nomen, ff. de hared. vel act. vendit. Lugen. cons. 73.
num. 1. & 2. Surd. cons. 441. num. 7. post med. vers. sicuti
is conueniri potest, & nu. 13. in princ. lib. 3.* & admittit
15 etiam *Becc. cons. 105 num. 15. & 16.* † Quasi tunc con-
tractus ex conuentione legem accipiat *l. 1. §. & si
conueniat, ff. deposit. Natt. consil. 384. num. 11. Neuiz.
cons. 11. num. 10.*
Non obstat, quod sufficiat nomen debitoris cessum
fuisse idoneum tempore cessionis, non considera-
16 do quidquid postea contingat, † Exemplo eius,
qui tenetur ex pacto præstare fideiussorem, qui li-
beratur statim quod fideiussit, quamuis efficiatur
postea non soluendo *Bart. in lib. pratoria, la 2. de
prator. stipulat. Rot. coram Cardin. Puteo. Romana
pecuniaria 16. February* 1590. cum aliis ex aduerso
adductis, Quia prædicta procedunt in eo, qui
17 simpliciter tenetur fideiubere, † nam præstando
fideiussorem liberatur, quasi recipiens videatur
illum approbasse pro idoneo, & sibi imputet, si non
explorauit facultates ipsius, latè *Surd. cons. 18. per tot.*
Aliud quando, prout in casu nostro, promittens
affirmauit fideiussorem esse idoneum, tunc enim
vel debet dare alium fideiussorem, illo non existen-
te tali, vel tenebitur ad interesse, quāti videlicet in-
terfuit præstitum non esse idoneum, iuxta distinctio-
nem *Alexand. cons. 60. numer. 3. & 4. lib. 5. & in l. si
cum dotem 24. §. si mulier, num. 4. ad me. ff. solut. ma-
trim.* latè *Marsil. in rubr. de fideiussoribus, numer. 73.*
benè *Castr. in l. qui satisdare* [illegible] *vers. ego puto. post
Bart. ibid. eodem titul. Idem Castr. in l. 1. numer. 3. &
ibi Ang. num. 4. D. si quis in ius vocat. non ier. Berta-
zol. clausul. 39. gloss. 4. num. 2. ad fin.* & multis com-
probat *Roland. de lucr. dot. quæstione 24. in fin. nu. 25.
& 26. tom. 9. fol. 357.* Et in specie nominis debitoris
delegati ita distinguit *Gagnol. in l. 1. part. 19. num. 5.
ff. de reg. iur. post Aguens. in l. 2. Cod. de pact. Ca-
strgl. decis. 46. nu. 3. Marcabr. cons. 63. num. 13. cum seq.*
vbi quod ita procedit *text. in l. inter causas, §. abesse,
ff. mandat.*
Accedat temporis breuitas decoctionis debitoris

ris delegati, quæ facit, vt delegans non liberetur,

18 tur, † sed teneatur ad interesse, vel ad præstationem noui fideiussoris, quasi tunc præsumatur dolus in delegante, ob quem datur talis actio *Marsil. in rubr. de fideiussor. num. 76. Stracc. de mercatur. tit. de decoct. p. 1. qu. 2. num. 2.* quem sequitur *Surd. consil. 18. in fi. nu. 15. lib. 1. Imol. Castr. Alex. Cuman. & alij in*

19 *l. si cum dotem 23. §. si mulier, ff. solut. matrim.* † Quale autem sit hoc breue tempus Iudex arbitrabitur, quamuis ex actis constet de tam modico tempore, vt verè possit dici deceptus D. Fabius ex ista delegatione.

Ex prædictis tollitur quàm obiectum, quod debeat at-

20 tendi tempus cessionis, † Quia cum adhuc duret causa securitatis, seu cautionis debet etiam durare effectus *l. semper. §. negotiatores de iur. immuni. Tira. cessant. caus. in princ. num. 17. Surd. decis. 326. num. 44. ad med. & cons. 18. num. 4.* Maximè quia cedens tempore cessionis receperat semestre incœptum 11. Iunij, & tamen cessio fuit facta de mense Octobris, Adeo vt ex hoc cessionarius impediretur exigere, cum iam esset exactum semestre à cedéte, per quod excludebatur à recuperatione sortis & sic clarè colligitur non fuisse consideratum tempus cessionis. Cum etiam non sit verisimile, quod D. Fabius emerit societatem animo statim recuperandi pecunias solutas, Ideò rectè sibi prospexit, dum voluit habere cedentem obligatum, quousque ipse declarasset velle permanere in societate, & ista sola in verisimilitudo sufficeret ad excludendum, quod tempus

21 cessionis non fuerit consideratum, † cum in similibus materiis stetur verisimili menti contrahentium *l. ob carmen. de testi. c. in nostra eod. tit. Aym. cons. 298. nu. 14.* quod maximè procedit in contractibus *l. vlt. C. quæ res pignor. obligar. poss. Card. Mantic. de tacit. & amb. conuent. lib. 14. tit. 35. nu. 15. & latius lib. 3. c. 1. num. 12. cum seq.*

Minus obstat, dum præsupponitur, quod debitores cessi contraxerint multa debita post tempus cessionis societatis officij, de qua agimus, & pro illis con-

22 trahendis dederint fideiussores, † quasi ex hoc quod eos inuenerint, dicantur esse soluendo *Decian. in l. nemo dubitat 95. num. 1. de reg. iur. Rebuff. in l. soluendo 114. in princ. ff. de verb. signif. post gloss. ibi in verb. soluendo in fin.*

Quia huiusmodi conclusio non debet ita simpliciter

23 admitti, sed cum illa qualitate, † quod fideiussores dati sint idonei, adeo vt debeat constare quod sint tales, & quod non habeant bona peritura, sed stabilia, cum similibus, nam aliàs non posset dici illos esse soluendo, Ita declarat in specie *Bart. in l. item liberatur, §. qui paratus, nu. 3. post princ. vers. quia non potest dici quod soluere, ff. quibus mod. pignor. vel hypothec. soluit. per text. in l. verum 12. §. secundum,*

24 *vers. si locupleti. ff. de minoribus.* † & notat etiam *Cagnol. in d. l. nemo dubitat 96. num. 3. & 6. de reg. iur.* vbi semper requirit istam qualitatem, quod fideiussor datus sit idoneus, vt ille qui dedit dicatur esse soluendo, Exemplo dantis pignora, qui etiam dice-

25 tur esse soluendo, † dummodo tamen pignora sint idonea *l. plus cautionis 25. ff. de reg. iur.* Maximè, quia talis debitor dans fideiussores, videbitur esse soluendo, quantum ad ipsum creditorem tantùm, vt

26 per † *Cagnol. in d. l. nemo dubitat n. 1. in fin. de reg. iur.* vnde aliis non debet præiudicare, quod illorum respectu dicatur soluendo.

Et facit ratio, quia numquam fideiussor præsumitur

27 idoneus facultatibus, nisi probetur † *Gloss. in l. si vero 5. §. qui pro rei qualitate, in verb. dubitetur in fin. D. qui satisd. cogant.* quam multũ commendat *Bald. in l. prius 4. in prin. C. non quand. fisc. vel. priuat. Alex. cons. 37. viso & opportune, col. 2. post princ. nu. 3. lib. 2. Cagnol. in l. nemo dubitat, n. 9 de reg. iur. Boer. dec. 314. nu. 5. post princ. Natt. cons. 143. n. 11. Pacian. Carpan. & alij per Hering de fideiussorib. c. 8. nu. 19.* Ita vt etiam

28 † probandum sit, quod talis fideiussor possideat bona immobilia, cum aliis requisitis, de quibus per *Doctores in l. 2. vbi Castr. nu. 3. & 4. & Alex. nu. 5. qui satisd. cogant.*

Neque obstat, quod debitor cessus habebat, vt vulgo dicitur, buon credito, cum ab aliis pecunias accepe-

29 rit ad societatem, † ex quo sequitur, quod debeat dici idoneus, stante fide, quam habebant illi, qui secum contraxerunt *Castr. in l. si quis stipulatus 112. §. si quis ita stipulatus n. 2. & ibi Cuman. in fin. D. de verb. obligat. Ias. in l. 2. n. 5. D. qui satisd. cogant. Socin. in regula excussio. fallent. 10. ad fin. Siluest. in §. nouissime, n. 12. instit. de suspect. tutorib.*

Quia contraria opinio est verior, cum non sufficiat ista credulitas aliorum, & fides, quam habent alij

30 ad hoc, † vt quis dicatur idoneus, nam requiritur etiam sufficientia facultatem, & conueniendi facilitas, ne sequatur absurdum, quod si decedat talis fideiussor, qui erat inops, & fidelis persona, non esset consultum ei, ad cuius fauorem fuit datus fideiussor, cum hæredem improbum posset relinquere *Alex. in l. 2. nu. 5. ad fin. vers. sed hoc non puto verum, ff. qui satisd. cogant. Ias.* sibi contrarius *in l. si quis stipulatus 112. §. si quis ita stipulatus, num. 4. post med. vers. sed istud dictum reprobat. & ibi Alc. num.*

31 7. & latè etiam *Acet. num. 6. colum. 3. ad med.* † qui omnibus respondet, & de verissima opinione testatur *ff. de verb. oblig. Bald. in rubr. extr. de eo qui mittit. in possess. caus. rei seruand. in fin.* & latissimè defendit *Hering. de fideiussor. c. 8. nu. 70. vsque ad 85. post Franc. eod. tract. de fideiussor. c. 4. conclus. 1. nu. 30.* & post *Brecheum in l. habere 188. §. cautum de verb.*

32 *signif.* † & concludit etiam multa adducens *Boer. decis. 217. col. 5. in princ. vers. sed ista limitatio num. 10.* Cum credulitas vnius, vel alterius non debeat

33 tertio præiudicare *Gloss.* † *in c. quam magnum 23. q. 4. & in c. si quid 86. distinct.* & de istis fide dignis, & probatæ vitæ multa *Felin. in cap. super his 16. de accusationibus*, vbi in fin. de Doctore, quem non

34 sufficit esse excellentem, si non sit † timoratæ conscientiæ. *Idem Felin. in cap. cum contingat 24. num. 3. de rescript.*

Adde, quod facere bonum, & soluere idem est *Bart. decis. 110. numer. 24.* vbi etiam de promittente annuum redditum vẽditum verum, & bonum manu-

35 tenere, † qui tenetur præstare illum exigibilem successiuis temporibus. Vnde etiam qui affirmat aliquem esse idoneum, habetur loco fideiussoris *Bart. d. decis. 110. num. 4.* de quo *Sim. de Pret. cons. 89. num. 5. Alber. & alij in l. cum ostendimus, §. fi. de fideiussori-*

36 *bus tutor.* † Et nemo præsumitur idoneus facultatibus, nisi probetur, quidquid sit respectu morum, vt latè dixi *supr. c.... Surd. decis. 20. num. 7. Menoch. præsumpt. 91. n. 16. lib. 6. Mascar. conclus. 878. n. 4. p. 2. fol. 190. & conclus. 525. Rot. coram Card. Blanchetto. Romana census 13. Maij 1596.* Et si apparet aliquem hodiè non esse soluendo, præsumendum est neque fuisse soluendo tempore, quo fuit acceptus *Carpan. ad constit. Mediolan. cap. 44. num. 35.*

Ex

Ex prædictis etiam sequitur non obstare, quod non
præcesserit excussio officialis, Quia vltra quod illa
non est facienda, statute obligatione, camerali,
57 † Verius est, quod ista officia ponuntur ad colo-
randam societatem: *Rot.diuers.decis.288.n.2.part.1.*
Card.Mantic.de tacit.& ambig.conuen.lib.6.tit.24.
n.37.Rot.coram R.P.D. Sacrato Romana de Cassanis
5.Decembris 1612. vbi, quod isti officiales in socie-
tatibus officiorum non habent nisi nudum no-
58 men, vnde nec faciunt partem, † quando agitur
contra alios obligatos, dempta parte soluentis,
cum omnes fideiussores respectu illius sint prin-
cipales debitores *Bart.in l.reos,n.1. vbi Ang.nu.6.*
Imol.n.1.de duob.reis.Salic.in l.1.n.3.Cod.eodem,tit.
Aret.cons.33.n.8.Natt.cons.52.n.6.Aym.cons.77.nu.
3.Surd.cons.150.n.57.lib.1. Quare cum solum spe-
ctentur fideiussores, & illi ad quorum manus pe-
cunia peruenit, & ad quos transit commodum di-
spositionis, non attenditur nominatus, cui nihil
interest, sed totum negotium pertinet ad contem-
39 platum, † qui habetur pro principali contrahen-
te, quasi non curemus de persona, in quam verba
diriguntur, sed in quam effectus confertur, & vo-
luntatis intentio est directa *l. si cui legetur, §.vlt.l.*
fideiussor.in princ. & l.seruo legato, §.si testator. ff.de
legat.1.Imol.in l.filiofamilias, n.2.ff.de condit.& de-
40 *monstrat.* † quod procedit siue simus in vltimis
voluntatibus, siue in actibus inter viuos *Dec. cons.*
407.n.9.Mannell.cons.404.n.4. cum aliis latè ad-
ductis per *Monter.decis. Aragon.36.nu.3. vsque ad*
7. vbi etiam, quod quando actus ad aliquem perti-
net, tertius illum faciens intelligitur fecisse, non
suo nomine, sed eius ad quem spectat *Mannell.*
cons.248.n.23. & solus esse fecisse censetur ad quem
41 pertinet, † neque enim tunc habet locum disposi-
tio *l.reos, §.cum tabulis, de duobus reis*, de attri-
buendo cuilibet actum pro dimidia, vt declarat
Aym.cons.91.ad fin.vers.solum, superest ad contra-
ria, num.11.

EPITOME.

Substitutio compendiosa an dicatur, si fiat alicui si decesserit sine filiis, etiam absque clausula, Quandocumque. ¶ Et an contineat pupillarem & excludat matrem. ¶ Et quid si testator se restrinxerit ad bona sua. ¶ Verbum, Substituit, & Succedat, quando trahatur ad fideicommissum. ¶ Pupillus an dicatur decedere sine filiis. ¶ Mentio pupillaris substitutionis facta demonstratiuè, non conditionaliter, an excludat pupillarem. ¶ Dictio, Quomodolibet, quos casus comprehendat. ¶ Vsufructuarius an sit proprietarius nullo sibi dato cohærede invita. ¶ Substitutus vsufructuario post eius mortem, an possit ante illius obitum adire, & transmittere hæreditatem. ¶ Bona pupilli an possint dici bona testatoris. ¶ Substitutus quando dicatur primus hæres fidei committentis.

SVMMARIVM.

1 *Compendisa substitutio dicitur si fiat alicui si decesserit sine filiis, etiam sine clausula, quandocumque, & continet pupillarem, num.2.23.& 35.*

3 *Verba, cui substituit, vel cui succedat, sunt executiua, & faciunt pupillarem directam, & num.3.*

4 *Verbum substituit, est commune.*

6 *Substitutio compendiosa excludit matrem, nu.26.27. & est verior opinio tam secundum legistas, quàm canonistas, numero 28. & in toto orbe seruatur numero 9.*

8 *Substitutio in dubio præsumitur directa, & trahitur ad casum magis necessarium, num.9.*

10 *Clausula Omni meliori modo, facit substitutionem directam ad fauorem pupilli.*

11 *Ratio dilectionis piæ causæ operatur, vt testator voluerit directè substituere.*

12 *Pia causa, quamuis non sit immediatè substituta pupillo, sed post matrem, tamen illa prædefuncta succedit in locum ipsius.*

13 *Pupillaris substitutio non inducitur, si testator se restrinxit ad sua bona. num.22. Intellige vt num.14. 15.25.36 & 37.*

16 *In testamentis est facienda plena interpretatio.*

17 *Bona pupilli dicuntur etiam bona testatoris cura, solicitudine, & administratione.*

18 *Restrictio quo ad bona testatoris procedit, nisi ratio subiectæ materiæ contrarium suadeat.*

19 *Substitutio pupillaris comprehendit omnia bona pupilli etiam quæsita post testamentum patris.*

20 *Succedens per pupillarem substitutionem est hæres impuberis, non secus ac si ipse fecisset testamentum.*

21 *Vsufructus per mortem extinguitur.*

24 *Verbum commune Substituit quando trahatur ad vniuersalem substitutionem.*

25 *Testator loquens pluries in substitutione de bonis suis, quo casu censeatur voluisse illam arctare ad bona propria.*

30 *Substitutio cum conditione, si sine filiis decederet, an sit pupillaris, vel fideicommissaria.*

31 *Mentio pupillaris substitutionis facta demonstratiuè, non conditionaliter, an excludat pupillarem, num.34.*

38 *Dictio Quomodolibet comprehendit quoscunque modos nullum excipiendo, quamuis improprium.*

39 *Vsufructuarius an sit etiam proprietarius nullo dato sibi cohærede.*

40 *Substitutus vsufructuariæ post eius mortem, potest ante illius obitum adire, & mero iure succedit, ac transmittit hæreditatem, Maximè si substituatur pia causa, aut collegium, num.41.*

CAPVT DXXVIII.

SVbstitutionem, de qua agimus, dixi esse compē-
diosam, cum sit facta Bernardinæ si decesserit
1 sine filiis legitimis, & naturalibus, † quamuis
etiam non adsit dictio illa. Quandocumque *Gloss.*
in c.si pater.in verb. absque deductione, ad fin. de
test.in 6.Bart.in l.centurio.n.17.& ibi Alex.n.27.&
Ias.n.33.ff.de vulg.Couar. qui de communi *in c.rai-*
nutius.§.9.n.3.vers.vndecimo illam veram de testam.
Surd.decis.57.n.8.
Compendiosa autem substitutio continet pupilla-
2 rem, quæ dicitur expressa verbis generalibus,
† *Menoch.præsumpt.34.n.5.lib.4.& cons.751.num.7.*
lib.8.& cons.551.n.11. vers.cæterum, lib.6. vbi testa-
tur de magis communi, & recepta opinione *Ro-*
land.cons.60.n.21.lib.1.Rim.Iun.cons.270.nu.60.vs-
que ad 64.lib.3.& in l.precibus,n.461.Cod de impub.
Ripa.in l.1.nu.77.de vulg.& pupill. & in l.centurio.
n.118.ff.eod.titul.

Quæ magis procedunt in casu de quo agimus, quia substitutio est facta pupillo per verba Cui substi-

Alex. Card. de impuber. & aliis ſubſtitut. Decian. conſil. 571. in cauſa magnifici. colum. 2. ante fin. verſic. nec obſtat concluſioni. num. 3. cum aliis per Ceph. conſil. 423. num. 119. lib. 3. Mattheſil. ſing. 151. nota vtile dictum num. 1. Socin. conſil. 116. non poteſt negari. num. 4. in fi. verſic. quæ quidem limitatio. lib. 1. Corn. conſil. 138. *num.* 8. *lib.* 3.

Maxime, quia in teſtamentis debet fieri plena, & fauorabilis interpretatio ad tuendam voluntatem de-
16 functi *l. in teſtamentis de reg. iur.* † Vnde cum verbum de bonis ſuis poſſit etiam verificari in bonis pupilli, in quantum teſtator ſubſtituit pupillo, debemus admittere talem interpretationem, vt ſubſtitutio, quæ alias poteſt eſſe directa, numquam dicatur obliqua; Neq; eſt dubitandum, quod iſta verba poſſint intelligi etiam de bonis pupilli, quia hoc nomen meum, tuum, ſuum, & ſimile verificatur etiam in eo, qui habet ſemiplenam adminiſtrationem, & cuſtodiam, cum etiam dicatur noſtrum, quod ſit ſuper eo, quæ ad nos ſpectat cura, & ſollicitudine,
17 † Vnde cum teſtator ſubſtituit filio in bonis ſuis tempore pupillaris ætatis, appellatione ſuorum bonorum intelliguntur etiam bona pupilli, quia illo tempore diſpoſitio bonorum filij per viam vltimæ voluntatis pertinet ad patrem, qui poteſt ei facere teſtamentum, & per conſequens ſimilia verba debent accipi ſub iſta ſignificatione, & ſubſtitutio erit iudicanda directa pupillaris non fideicommiſſaria, prout in propoſito noſtro omnia prædicta conſiderat *Aret.* qui pro omnibus ſufficiat *conſ.* 155. *perſcrutatis ſum, col* 5. *in princ.*

Verum opinio illa de reſtrictione quo ad bona teſta-
18 toris procedit, † niſi ratio ſubiectæ materiæ contrarium ſuadeat *Imol. in lege ex facto. num.* 1. *in gloſſ. in verb. ſua. ff. ad trebell.* Hic autem ratio ſubiectæ materiæ, quæ eſt prædilectio ſubſtitutorum, ſuadet contrarium, & eſt tantæ potentiæ, vt præualere debeat etiam proprietati ſermonis, vt in ſpecie concludit *Rot. diuerſ. deciſion.* 181. *ad fin. numero* 10. *par.* 2.

Stante igitur prædicta concluſione, quod ſimus in pupillari ſubſtitutione, ſequitur non ſolùm bona teſtatoris ſpectare ad Venerabilem Archiconfraternitatem ſubſtitutam, ſed etiam omnia alia quæcumque pertinentia ad Bernardinam filiam grauatam,
19 † cum ſubſtitutio pupillaris omnia bona pupilli comprehendat, & etiam ea, quæ poſt teſtamentum fuerunt pupillo aliunde quæſita *l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos ff. de vulg. & pupill.* excluſis aliis ab inteſtato pupillo ſucceſſuris *l. ſi teſtamento iure facto. C. de impuber. & aliis ſubſtitut. Caſtrenſ. conſ.* 49. *nu.* 1. *ad*
20 *med. lib.* 2. Cum † ſuccedens per pupillarem ſubſtitutionem ſit hæres impuberis *l. ſi pater filio. de hæredibus inſtituend.* Non ſecus ac ſi ipſe filius feciſſet teſtamentum, cum hoc caſu non dicatur inteſtatus decedere, ſed teſtatus *l. vel ſingulis. de vulg. & pupill. l. Ita ſcriptum. §. qui filio. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. Socin. Iun. conſ.* 20. *nu.* 4. *lib.* 4.

Prout etiam ad dictam Venerabilem Archiconfraternitatem ſpectabit domus aliàs legata Catherinæ, cum ad eam ſolùm ſpectaret illius vſusfructus,
21 † qui per mortem ipſius fuit extinctus, Vnde conceſſio non debet operari vltra eius vitam *l. titia. §. fin. de leg.* 2. *§ finitur. inſtit. de vſufruct. l. ſi vſusfructus, de iur. dot. Iaſ. in l. commodum. de re iudi. Tiraq. de retr. lign. §.* 26. *gl.* 1. *n.* 46. *Bald. in l. apud Julianum, §. ſi quis alicui. ff. de legat.* 1.

Neque eſt recedendum à ſupra firmatis propter nouiter deducta, Quia omnes Doctores ex aduerſo allegati loquuntur, quando ſubſtitutio compendioſa fuit reſtricta ad bona, & ad hæreditatē ipſius teſta-
22 toris, † quo caſu eſt fideicommiſſaria, neque continet pupillarem, prout concludit *Alexand. conſ.* 45. *num.* 9. *lib.* 1. vbi loquitur de certis bonis mobilibus, & immobilibus, non autem in hæreditate, nec in quota parte hæreditatis *Aym. conſil.* 98. *num.* 10. vbi etiam de certis bonis teſtatoris *Menoch. conſ.* 243. *num.* 39. *lib.* 3. qui loquitur de diſpoſitione continente verba reſtrictiua, quod etiam declarat *Idem Menoch. præſumpt.* 54. *numer.* 12. *vſque ad* 28. *lib.* 4. *Bald. in l. precibus. n.* 44. *Cod. de impub. & aliis ſubſtit.* vbi de ſubſtitutione facta per verba arctatiua. *Salic. ibid. col. penult. in fin. num.* 27. vbi de certis rebus *Corn. ibid. num.* 140. vbi etiam de bonis reſtrictiuè relictis, prout etiam in iſtis terminis procedunt *deciſiones coram Car. Pamphilio. Romana ſucceſſionis* 11. *Martij* 1596. *& coram R. P. D. Bubalo Firmana bonorum* 5. *Nouembris &* 10. *Decembris* 1588. *& coram R. P. D. Litta. Fanen. fideicommiſſi* 14. *Decembris* 1594. & ita etiam in bonis relictis in hæreditate teſtatoris, & ad illa reſtrictis loquitur *Hond. conſ.* 73. *num.* 18. *lib.* 1.

Quod autem in caſu noſtro non ſimus in iſtis terminis, & in bonis arctatiuè relictis, patet ex lectu-
23 ra teſtamenti, † in quo tam inſtitutio, quam ſubſtitutio eſt facta in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, creditis, & actionibus vniuerſis præſentibus, & futuris, & quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus, ac vbique exiſtentibus, quæ verba ſunt adeo vniuerſalia, vt idem operentur, ac ſi fuiſſet diſpoſitum de tota & integra hæreditate, & per conſequens in iſta vniuerſitate comprehendetur ſubſtitutio pupillaris *Bart. in l. centurio, col.* 9. *nu.* 27. *poſt med ff. de vulgar. & pupill. cum aliis, de quibus ſup. verſ. neque obſtat quod teſtatur. num.* 13.

Ideo cum ſimus in ſubſtitutione vniuerſali, tollitur oppoſitio, quod verbum commune Subſtituit, in-
24 ducat fideicommiſſariam, † Quia procedit quando tale verbum commune eſt adiectum certæ rei, tunc enim numquam trahitur ad vniuerſalem ſubſtitutionem, quod non eſt in caſu noſtro *l. cogi. §.* 1. *& §. generaliter. verſ. inde quæritur ad trebellian. Bartol. in l. centum. colum.* 5. *verſ. quid ſi teſtator ſubſtituit aliquem compendioſè, ff. de vulg. & pupill. Caſtr. conſ.* 341. *mater iſta num.* 1. *ad med. & colum. vltim. in fin. lib.* 1. *Corn. conſ.* 47. *col. penultim. ad fin. lib.* 2. cum aliis per *Aym. conſil.* 210. *in princip. verſic. circa hanc conſultationem.*

Neque oberit, quod ſemper teſtator in ſubſtitutioni-
25 bus locutus fuerit de hæreditate ſua, † ita vt ex hac geminatione magis oſtendatur iſta enixa voluntas arctandi diſpoſitionem ad bona ſua *Dec. conſ.* 371. *n.* 4. *in fin. Menoch. conſ.* 144. *nu.* 14. *lib.* 2. Quia huiuſmodi geminatio non eſt facta ſimpliciter, ſed cum illa clauſula in dicta hæreditate, per quam cenſetur repetita inſtitutio vniuerſalis de omnib. bonis quomodocumque ſpectantibus, cum talis dictio ſit repetitiua omnium ſupra narratorum, non ſecus ac ſi in ſpecie omnes qualitates, & circūſtantias, ac ipsā ſubſtantiam repetiiſſet, adeo vt opus amplius non eſſet omnes demonſtrationes repetere *Surd. conſ.* 414. *nu.* 63. *l.* 3. *poſt Dec. conſ.* 365. *perſcrutatis. nu.* 8. *ad med. Curt. Iun. conſ.* 58. *num.* 2. *poſt med. verſ. præmiſſa*

tanto clarius, Alex.consil. 140.num.4. lib.6. Bartol. in leg. si enim serui. §.1. ff.de leg.1.& in l.qui liberis, §. hac verba. column. vltim. de vulg. & pupill. substitut.

Nec mouet, quod substitutio compendiosa, de qua agimus, sit facta per verbum commune substituo,
26 † quo casu numquam resoluitur in pupillarem, sed omni tempore est fideicommissaria matre existente in medio *Decian.cons.82.nu.9.& 35.in fin.lib.3.* Nam verior est opinio contraria, & magis communis, quod immortalis substitutio tempore pupillaris ætatis sit directa pupillaris, non fideicommissaria, non obstante quod sit facta per verba communia, & quod mater sit in medio, prout testantur *Alex. Bertr. Ripa, Ias. Socin. Paris. & alij.* de quibus latè *Roland.consil.69.num.18. vsque ad 29. lib.1. Ioan.de Amic.consil.15.numer.4. vsque ad 10. Corn.consil.28. colum.2. lib.4. Ruin.consil.105. colum.2. lib.2. Gabr. consil.169.num.45.& consil.130.num.4 lib.1.& consil. 120.num.9.lib.2.* latissimè *Bursat.consil.8.numer.39.*
27 *cum seq.lib.1. Menoch.cons.427.num.18.lib.5.* † Cæteros consultò omitto, quia hodie ista est verissima opinio, & ita practicatur vbique, & ab omnibus approbatur, tam iudicando, quàm consulendo, quidquid alij contrarium sentiant, vt latè testatur *Cephal.cons.524 num.36. lib.4. Rimin.Iun.cons.270. numer.61. vsque ad 67. lib.3. & in l.precibus. numer. 472.Cod.de impub.& aliis substit. Graff.in §.substitutio.quæst.30.*

Nec repugnat, quod per statutum Vrbis *cap.42.lib.1.*
28 seruandum sit ius ciuile, † secundum quod opinio legistarum est verior, quod dicta substitutio sit fideicommissaria, & non excludat matrem vt *per Decian.cons.82.num.36.ad fin.lib.3.* Nam quidquid ipse attestetur, contrarium est verius, cum magis communis & verior sententia sit in contrarium, quod scilicet sit pupillaris tam secundum legistas, quàm canonistas, & tam in foro Cęsaris, quàm Pontificis, & tam in foro exteriori, quàm conscientiæ, cum vbique locorum ita seruetur, & in toto orbe terrarum, quasi intentio communis omnium hominum fit, vt mater excludatur secundum magis naturalem voluntatem testatorum, prout latè declarat *Cephal.*
29 *cons.524.num.27.post med.lib.4.* † vbi etiam quod in tto Regno Neapolitano, & in Ducatu Sabaudiæ, & in omni loco ita seruatur, prout etiam dicit *Graff. in §.substitutio.qu.30.nu.1 & 2.* vbi quod totus orbis ita tenet, & nullus Doctorum dubitat *Couar.in cap. cum esses.n.11.de testam. Bologn.in l.centurio.nu.231.ff. de vulg. & pupill.* & esse communem opinionem omnium legistarum testatur *Goffr.in rubr.eod.tit.de vulg.& pupill.nu.35.in fin.* & refert *Bursat. cons.8.nu. 39.col.16.in fin.lib.1.*

Ex quo non obstat, dum dicitur, quod ista substitutio fuit facta cum conditione, si sine filiis decederet,
30 † quæ verba non conueniunt pupillari, ideo erit fideicommissaria *Decian.cons.82.nu.27. lib.3.* Quia secundum veriorem opinionem huiusmodi verba non impediunt pupillarem, neque illam excludunt,
31 † cum pupillus etiam dicatur decedere sine liberis *l.credendum.vers.si vero.ff qui pet.tut. & notat.Bart. in l.centurio.nu.27.& ibi Imol.n.15.in fin. Alex.n.27. & 28.de vulg & pupill. Bald.cons.38.nu.5.ad fin.lib.2.* cum aliis per *Card.Mant.* qui de magis communi *de coniect.vltim.volunt.lib.11.tit.1.nu.3 Ruin.cons.50. n.12.lib.3. Paris.cons.41.n.56.lib.2. Socin.Iur.cons.73. num.15.lib.3.*

Neque etiam facit, quod non fuerit facta mentio pupillaris ætatis conditionaliter, sed demonstratiue,
32 † cum dictum sit, instituo filiam meam in pupillari ætate constitutam, ex quibus verbis non colligitur coniectura substitutionis pupillaris *Bero.consil.125. num.33.lib.2. Bald.in l.precibus.num.48.in fin. Cod. de impub. & aliis substitut.* Quia licet non adsit ista mentio pupillaris ætatis per verba conditionalia,
33 Tamen satis est vt simus in compendiosa, quæ continet pupillarem expressam verbis generalibus *Roland.cons.69.nu.21. lib.1. Rimin.Iun.cons.27. nu. 60.vsque ad 64. lib.3. Rip.in lib.1.num.77.de vulg & pupill.& in l.centurio.nu.118.eod.titul. Menoch.præsumpt.34.numer.5.lib.4.& cons.751.numer.7.lib.8.&*
34 *consil.551.numer.11.lib.6.* & ita † in specie substitutionis, de qua agimus, concludit *Card. Mantic. de coniect.vltim.volunt.lib.5.titul.7.nu.21.* vbi, quod substitutio facta filio impuberi demonstratiue, non conditionaliter, quamuis non sit pupillaris specifica, & formalis, tanquam porrigatur etiam vltra pubertatem, nihilominus complectitur etiam
35 pupillarem, † quæ generaliter videtur expressa secundum *Bart.in l.centurio.num.31. & ibi Ias.num. 55.de vulg.& pupill. Castr.in l.precibus.nu.12. Cod.de impub.& in l.vltim.num.1.in fin. Cod. de hæred.su. Alex.in l.gallus.§.quidam recte, num.6.vers.prædi. de liber.& posth.*

Nec præiudicatur, quod iterum opponitur, quod ista substitutio non fuit facta de omnibus bonis simpliciter,
36 † sed de omnibus bonis ipsius testatoris, quæ non sunt apta comprehendere bona pupilli, & erit de re certa, nempe de arcto genere patrimonii *Menoch cons.144.nu.14.lib.2.* Quia satis est, quod cum verbo communi, substituo, adsit dictio vniuersalis omnium bonorum mobilium, & immobilium iurium, & actionum, prout est substitutio, de qua agimus, tunc enim quamuis addatur suis, vel ipsius, cum similibus dictionibus, Tamen super est directa pupillaris, licèt testator non fecerit mentionem de pupillari ætate, quasi hæc verba repugnent naturæ fideicommissariæ substitutionis propter legitimam, & quartam, quæ ex ea detrahuntur, cum idem importet omnia bona sua, ac si dictum fuisset sine diminutione, vel quod tota & integra sua hæreditas perueniat, tunc enim colligitur clara coniectura, quod intra pubertatem voluerit substituere, Ita in specie latè declarat *Cardin. Mantic.de coniect. vltim.volunt. lib.5.titul.7.numer.16. post Castr.in lib. 1.num.4.& ibi Socin.nu.11. in tertio casu, ff.de vulg & pupill.*

Quod clarius procedit, cū substitutio, de qua agimus, fuerit facta, nō solùm de omnibus bonis mobilibus,
37 † & immobilibus, iuribus, & actionibus, sed etiam quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, quæ verba denotant, vt censeatur cogitatum, & dispositum de bonis pupilli, quæ pertinent ad patrem, dum ipse est in pupillari ætate, cum hoc importet dictio, quomodolibet, quæ est distributiua modorum
38 comprehendens omnes, † & quoscumque modos tam reales, quàm personales, directos, & indirectos, nullum excipiendo, cum extensione ad casus, qui aliàs ex propria significatione non venirent etiam improprios *Gloss.in capit.indemnitatibus 43.§.si qua vero, in ver. quomodolibet, de elect.in 6.& in clem. 2.de sent.excommunic. Ias.cons.63.circa primum.col.3. ad med.lib. Rebuff. in l.creditorum 11. colum.2.ad fin. ff de verborum significat. Ioan. Andr.in cap statuimus,*

9 in

[illegible] undo, de rescript. in 6. & in ca. 1. §. penult. de cleric. [illegible] eod lib. 6.

[illegible] od Archiconfraternitas non sit substi[illegible] illæ, [illegible] vxo[illegible] v ufructuariæ post eius mot[illegible] [illegible] um non sit datus cohæres ipsa dicitur [illegible] ta c[illegible] plena proprietate, & grauata resti[illegible] [illegible] dum Archiconfraternitati se[illegible] *Alexand. cons. 111. nu. 1. lib. 2.* [illegible] nostro fuit f. cta substitutio ad fauo[illegible] [illegible] atus in tota, & integra hære[illegible] [illegible] ua comprehendantur bona pupilli, vt d[illegible] um est, Vnde mortua vxore prius substi[illegible] [illegible] edit Archiconfraternitas ipsi pupil[illegible] lmm[illegible] cum tempus mortis non sit adiectum [illegible] bstitutioni ad illa infringendam, statim [illegible] nfraternitas est hæres, & potest adire, & [illegible] ere tanquam purè substituta, & mero iure [illegible] t, dummodo vxor non turbetur in vsufructu [illegible] a dicta verba non suspendunt, neque li[illegible] institutionem, sed ostendunt solùm eni[illegible] tat[illegible] m testatoris super efficacia legati, cum [illegible] ator voluerit, quod vxor habeat vsumfru[illegible] videtur consequenter voluisse, quod hæres [illegible] te hæreditatem in vita vxoris, sed non ha[illegible] odum hæreditatis, & sic non expectabi[illegible] [illegible] xoris, quo ad ius adeundi, sed solùm quo [illegible] m emolumenti consequendi *Bald. in l. [illegible] superibus. colum 5. nu. 27. ad fin. qu. 14. vers. [illegible] dendum, Cod. de episcop. & cleric. late Add. ad [illegible] exand. cons. 162. lib. 2. Gultel. Bened. in c. raynutius. vers. reliquit. nu. 7. de testam. Ias. in l. filius à patre. [illegible] de liber. & posthum. Mandos. ad Roman. cons. in verb. in [illegible] lam quæstionem post med.* † Maximè [illegible] do est substituta pia causa, vel Collegiū, quod [illegible] ur, vt in casu nostro, tunc enim certum [illegible] d insti[illegible] utio sit habitura effectum, & dies, ac s m[illegible] rtis subdicitur, & tollitur de medio, & [illegible] est hæres, & transmittit *Bald. in l. id quod pau[illegible] [illegible] qua l. 14. in fin. n. 27. vers. vel. possetaice, Cod. de e[illegible] cop. & cleric. per tex. in l. hæreditas ex die. ff. de [illegible] e[illegible] ibus instit.*

EPITOME.

[illegible] gatio compromissi an sit intimanda parti, [illegible] lus an vitietur, si Iudex ordinarius, aut [illegible] s fundamentum sciit suæ iurisdictionis, [illegible] it aliquid pertinens ad illam. ¶ Arbiter [illegible] facultate procedendi sine scriptis quid possit [illegible] ere. ¶ Et quando stetur eius assertioni in deci[illegible], in leuibus, & ordinatorijs, in requirentibus [illegible] pturam, in concernentibus iustitiam, & iuris[illegible] [illegible] nem, in gestis coram aliis, & in similibus [illegible] is. ¶ Iurisdictio an competat si prius non ve[illegible] [illegible] nditio. ¶ Laudum quando sustineatur ad v[illegible] m, licet quo ad alium non valeat. [illegible] e per inutile an vitietur. ¶ Et quid in diuiduis, [illegible] voluntate contrahentium fiant indiuidua. [illegible] io ban[illegible] haria an comprehendat quid vniuer[illegible] ¶ [illegible] iuisio hæreditatis an possit fieri inter ali[illegible] os ex cohæredibus, quamuis absentibus non noceat. ¶ Iudici quando credatur circa iurisdictio[illegible] nem, & qualitates illius. ¶ Laudum excessiuum a[illegible] it nullum in [illegible] tum. ¶ Simplex scientia an suf[illegible] fi[illegible] iat in rat[illegible] ationibus. ¶ Clausulæ, Iuramenti, &c. E[illegible] certa scientia quid operentur. ¶ Conuentio vt non possit pronunciari, nisi super omnibus, an reddat compromissum indiuiduum, ita vt laudum unum subsistat vno deficiente. ¶ Prorogatio iurisdictionis an possit fieri per epistolam.

SVMMARIVM.

1 *Processus non vitiatur, si Iudex ordinarius sciit fundamentum suæ iurisdictionis, quamuis nesciat aliquid pertinens ad illam, secus in delegato, maximè ad tempus, num. 2.*

3 *Ignorantia nullius est certius effectus.*

4 *Prorogatio compromissi debet intimari parti.*

5 *Arbitro cum facultate procedendi sine scriptis creditur, si deponat, quod pars habuit scientiam prorogationis suæ iurisdictionis. Contrarium num. 6. & 32.*

7 *In decisoriis non statur dicto arbitri, etiam habenti auctoritatem procedendi sine scriptis, & quid operetur talis clausula, num. 8.*

9 *Conditio est prius verificanda, antequam arbiter possit vti iurisdictione sibi data sub conditione, & laudum prius datum est nullum, & non habet executionem, num. 10. 11. 40. & 43.*

12 *Non creditur arbitro circa fundamentum suæ iurisdictionis, num. 36. Nec iudici ordinario, aut delegato num. 37. Declara vt num. 38.*

13 *Verba, solidatis computis, inducunt conditionem.*

14 *Fundans se in laude debet probare implementum conditionis.*

15 *Laudum sustinetur quo ad vnū, quamuis quo ad alium non valeat. Intellige vt n. 16. 31. & 44.*

17 *Negotium est indiuiduum, quando ratio vnius non potest rectè adæquari sine visione alterius.*

18 *Vtile vitiatur per inutile in indiuiduis.*

19 *Ratio bancharia est quid vniuersum comprehendens omnem substantiam, & vnitatem illius.*

20 *Res diuidua potest fieri indiuidua ex voluntate contrahentium, quo casu non attenditur, quod vtile valeat, & inutile vitietur.*

21 *Diuisio eiusdem voluntatis debet fieri.*

22 *Conuentio vt arbitrator non possit, nisi super omnibus pronunciare, reddit compromissum indiuiduum, ita vt laudum non subsistat deficiente vno.*

23 *Diuisio hæreditatis potest fieri inter aliquos ex cohæredibus, & illis præiudicare, quamuis absentibus non noceat.*

24 *Simplex scientia non sufficit in ratificationibus etiam iuratis, nu. 25. maximè transactionibus, nu. 26.*

27 *Clausula iuramenti, & ex certa scientia, operantur quando iurans est certus, super quo iuratur.*

28 *Prorogatio iurisdictionis potest fieri per epistolam.*

29 *Rationes sunt calculandæ per electum à partibus, seu à iudice, cum mentione partium ad interessendum.*

30 *Cognitio extraiudicialis non potest haberi sine partium præsentia.*

33 *In leuibus, & modici præiudicij creditur Arbitro habenti facultatem procedendi sine scriptis, secus in concernentibus iustitiam, nu. 34. & 35. & requirentibus de necessitate scripturam, num. 41. & de gestis coram aliis, num. 42.*

39 *Statur arbitris circa processum, & gesta coram eis, quādo constat illos esse tales, secus si non appareat de compromisso, vel de electione arbitri, cum aliquā conditione, quæ prius est verificanda.*

45 *Laudum excessiuum est nullum in totum, & n. 46. Intellige vt nu. 47.*

48 *In capitulis separatis executio sustinetur quo ad illa, in quibus debitum verificatur.*

CAPVT DXXIX.

NVllitas compromissi, tanquam non prorogati, videtur obstare, quia cum non fuerit prorogatio exhibita coram Arbitrio, non potuit pronunciare ignorando fundamentum suæ potestatis,
1 Quamuis enim non vitietur processus, si Iudex scit fundamentum suæ iurisdictionis, sed nescit aliquid pertinens ad illam, Tamen hoc habet locum in Iudice ordinario, cuius iurisdictio est fortior, secus in Iudicibus delegatis, seu arbitris, in quibus sufficit quælibet ignorantia cuiuscumque rei pertinentis ad suam iurisdictionem, tanquam illorum iurisdictio sit debilior, Vnde non mirum si debet scire prorogationem, alioquin illam ignorans dicitur nescire fundamentum suæ iurisdictionis, ex quo credebat se eam non habere, vel expirasse per lapsum temporis in compromisso appositi *Aret. cons. 68. col. 2. ante med. vers. præterea dicit. num. 4. Imol. in l. multum interest. ad med. vers. extra glosam adde nu. 4. & ibi Socin. col. penult. ad fi. vers. aliquando & tertio sumus. n. 9. de condit. & demonstrat. Blanc. de compromis. q. 9. col. 3. ad fin. vers. intellige prædicta procedere. num. 2. Bald. in l. dicere. num. 1. ff. de recept. arbitr.*
2 † Maximè quando sumus in Iudice delegato ad tempus, in quo prorogatio debet illi innotescere, aliàs processus est nullus, quidquid diuersum sit in delegato, cuius iurisdictio prorogatur de re ad rem, vt de veriori opinione testatur *Alex. in l. sed & si de sua conditione 34. colum. 1. ad fin. vers. nam dicit. nu. 3. ff. de acquir. hered.* & ita etiam loquitur *Bart. in l. 2. in princ. nu. 6. vers. quæro vtrum in prorogatione. ff. de iudic.* quia inquit elapso tempore credit se non iudicem, Vnde ad hoc, vt sciat se iudicem, expedit, vt sciat, & consentiat, aliter non facit, vt iudex *Idem Bart. in l. quæro. in fin. ff. de eo qui pro tutor. & in dict. l. multum interest. de condit. & demonstrat. & in dict. l. sed & si de sua conditione. ff. de acquir. hered. Bald. in l. dicere. in prin. vers. nota. quod arbiter. ff. de recep. ar-*
3 *bitr.* † Quasi ignorantiæ nullus sit certus effectus *Innoc. in cap. ex conquestione. de restit. spoliat.*

Accedat, quia ista prætensa prorogatio compromissi
4 debebat etiam intimari parti, † iuxta doctrinam *Bald. in l. eos. §. apostolos, C. de appellat. & in auth. ei qui C. de tempor. appellat. Aym. cons. 34. viso themate. colum. vlt. post versic. hec probatur. num. 5. & ibi latè Add. in verb. notific. lib. 1. Curt. Sen. consil. 31. & 32. Dec. consil. 39. iurid. numer. 1. & 2. Felin. in cap. cum olim, 2. colum. 10. in fin. versic. nota tertio. quod vbi actus, num. 10. de re iudic. cum aliis per Boer. decis. 283. n. 32. col. 9. in princ.*

Neque obstat, quod de scientia prorogationis deponat
5 ipsemet arbiter, cui in hoc creditur † stante facultate data in compromisso procedendi sine scriptis, quo casu sufficit relatio arbitrorum, vt in specie prorogationis concludit *Ioan. de Amic. cons. 31. n. 17. cum seq.* & voluit etiam *Aret. cons. 68. col. 3. in princ. vers. item nec per verba summarie, num. 5.* per doctrinam *Bart. in auth. nisi breuiores. in fin. C. de sent. ex breuic. recitand.*

Quia prædicti Doctores fundant se in opinione *Bart.*
6 *in d. auth. nisi breuiores. in fin.* † quæ communiter non approbatur, cum in decisoriis non stetur dicto arbitri etiam habentis auctoritatem procedendi sine
7 scriptis † *Ruin. cons. 68. num. 14. vers. immo si arbitratori. & vers. & sic non obstat. opinio. lib. 1. Ang. Aret. cons. 2. num. 30.* latissimè *Felin. qu. [illegible]. quoniam contra 11. col. 2. in princ. vers. sed dicas quod istud dictum. nu. 3. de probat. post Bu. cons. [illegible] alia 24. quæst. hac dubia. nu. 8. Roin. in l. sciendum. nu. 65. & ibi Alex. n. 25. in fin. de verb. oblig. Imol. in c. quintanallis col. 26. post princ. vers. an autem contra iust[illegible] n. 8. de iur. iur. Paris. cons. 24. num. 139. lib. 2. Ang. in auth.*
8 *nisi breuiores. n. 3. C. de sent. ex breuic. recitand.* [illegible] enim est quod istæ clausulæ operentur, vt non teneatur quis facere scripturam, sed acta possint probari per testes absque eo, quod dicto arbitri credatur *Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum. nu. 2. ff. pro socio. Butr. in c. quintanallis. num. 42. & 4[illegible]. de iur. iurand.*

Maximè, quia ista facultas procedendi sine [illegible] non fuit data arbitris simpliciter, sed cum conditione redditionū computorum, factis videlicet prius computis, & bilanciis, & illis arbitro con[illegible]
9 † ex quibus verbis aufertur omnis iurisdictio data in compromisso, cum prius esset verificanda [illegible] conditio, antequam arbiter posset vti dicta facultate sibi data *Ruin. cons. 68. nu. [illegible] lib. 1. Paris. 45 n. 5. vsque ad 9. lib. 4. Put. decis. 429. part. 1. Lance[illegible] de attentat. lit. pend. n. 224. tom. 5. fol. 306.* latè *Rot. c[illegible] R.P.D. Marzanedo Hipporegien. Canonicatus [illegible]*
10 *Iunij* 1605. † Ita vt non purificata prius ista conditione solidationis computorum, neque laudum possit sequi, neque possit executio dari in vim obligationis cameralis, quæ in hoc nihil operatur tanquam cesset iurisdictio Aud. Cameræ, vt in spe[illegible]e concludit *Flo. Diaz. post Gomes. & alios per eum alle-*
11 *gatos. var. quæst. lib. 1. q. 12. n. 42.* † Et generale est, vt laudum sit ipso iure nullum non purificatis prius conditionibus *Felin. in cap. fin. nu. 23. vers. tertio aduerte. de præsumpt. Imol. in clement. 1. de officio. deleg. Ruin. cons. 68. col. 2. in fin. lib. 1. Paris. cons. 25. num. 5.*
12 *cum seq. lib. 4.* † Vnde cum hoc casu arbiter haberet potestatem limitatam, vt nō posset ad pronunciam deuenire, nisi prædictis adimpletis, non debet [illegible]li credi circa fundamentum suæ iurisdictionis, & facultatis *Purpur. in lib. 1. num. 547. vbi Ias. num. 6. de offic. eius cui mand. iurisd. Decian. in cap. quæ in ecclesiarum. num. 130. vers. non obstat. quod præsumatur de constitut. Gabr. cons. 40. nu. 17. lib. 1. Alciat. præsumpt.*
13 *9. numer. 27. regul. 3.* † Neque est dubitandum nos esse in compromisso conditionali propter illa verba, nisi prius solidatis omnibus computis, & illis consignatis, quæ conditionem inducunt *l. stico centum 70. §. stico centum. & l. iulianus 85. in princip. de condit. & demonstrat.* tanquam simus in participiis absolutis *Bart. in l. 1. num. 34. eod. tit. Aym. cons. 182. n.*
14 *9. Dec. cons. 466. nu. 18. Osas. decis. 165. nu. 12.* † Ita vt fundanti se in laudo incumbat onus probandi implementum conditionis, præsertim in iudicio *Bald. in l. si quidem. nu. 5. C. de except. per l. stipulatus 115. ff. de verb. oblig.*

Minus obstat, quod posset sustineri laudum quo ad
15 alios, quamuis respectu non prorogantis † esset nullum *Alexand. cons. 36. num. 20. lib. 4. Aym. cons. 60. num. 4. & 6. Bald. in auth. si omnes. ad fin. num. 11. & 12. C. si min. se ab heredit. abstin. Bart. in l. de vnoquoque in fin. de re iudic.* Quia sumus in negotiis communibus inter plures, in quibus facienda est
16 condemnatio, seu absolutio in persona omnium, † ita vt in hoc casu non possit valere laudum respectu vnius, & non alterius, sicut etiam neque compromissum, quod non potuit subsistere quo ad

vnum

vnum tantum, & non quo ad alios, cum per illud
peruenîatur ad laudum, quod non potest diuidi,
vt inter duos solùm ex tribus proferatur *Ruin.consil.129.n.12.& 13.lib.5.* quod est duplicatum *consil.11.nu.9.lib.4.* vbi dicit hoc esse certissimum,& indubitatum per *text.in l.in hoc iudicio, 28. vbi Glos. in verb.in omnium, ff.famil.ercisc und.*
Præsertim, quia negotium, de quo agimus est de sui
17 natura indiuiduum, † cum ratio vnius non possit
rectè adæquari sine visione, & adæquatione iuris alterius, tanquam diminutio debiti, vel crediti vnius possit diminuere, vel augere creditum alterius in aceruo, & corpore rationis per arbitratorem figurato *Alber.in l.1.§.sed si mihi,n.2.vers.tertio casu,ff de verb.oblig.Cin.in l.sancimus,col.1. C.de*
18 *donat.* † vnde tanquam simus in indiuiduis, vtile
debet vitiari per inutile *l.1.§.item quæritur, & §. Trebatius, de aqu.quot.æstiu.l.si sponsus, §.generaliter, & §.venditionem, de donat.int.vir.& vxor.*cum alijs per *Surd.cons.428.num.21.lib.3. Becc.consil.92.*
19 † Maximè quia agitur de diuidendis vtilibus ra-
tionis bancharîæ, quæ sunt quid vniuersum comprehendendo omnem substantiam, & veritatem illius cum omnibus pertinentibus ad vsum dictæ negotiationis cum accessionibus, ex quibus possit colligi principium,& finis illius *Castr.cons.285. visis & consideratis omnibus, col.2.ante med.n.3. lib.1. Imol.in l.grege legato.vers. & adde leg.1. Cin.in l.fi. C.quæ res pign.oblig.poss. Rot.coram R.P.D. Orano. Romana bonorum 10. Decembr.1593. & in eadem causa coram R.P.D. Penia, 27.Iunij 1594.*
Cum etiam vltra prædicta adsit expressa partium
conuentio,vt arbitrator non possit nisi super omnibus pronunciare terminando omnes differen-
20 tias. † Ita vt ex hoc quamuis etiam essemus in di-
uiduis,Tamen ex voluntate contrahentium fuerit negotium factum indiuisibile, & sic non attenditur,quod vtile possit valere,& inutile vitiari,cum semper hoc casu vnum per alterum tollatur, siue agatur de contractibus,siue de compromissis, siue talis fuisset vtriusque partis intentio, siue alteritis tantum, siue res verè sit indiuidua, siue non sit, sed partes credidissent,Ita benè explicat,& multis rationibus comprobat *Alciat.in l.1.§.sed si mihi pamphilum.col.3.in fin. vers.indiuidua res voluntate 16. & 17.vbi Imol.num.68.& Ang.num.3 de verb.oblig. post Bart.in l.grege, §.illud commune,num.4. de fide-*
21 *iuss.per l.pedius in fin.de arbitr.* † Quasi non debeat
fieri eiusdem voluntatis diuisio *Felin. in cap. cum super 23. colum.4. in princ.vers.& ratio quia isto casu,num.8.de offic.deleg Gemin.in c.1.in princ. num.2. de desponsat.impub.in 6.* Adeo vt stante huiusmodi conuentione,quod arbitrator non possit nisi super
22 omnibus pronunciare, † reddatur compromissum
ita indiuiduum,vt si vnus deficiat non possit sequi laudum inter alios *Glos.in l.diem proferre 32.§.1. in verb.morte,& ibi Bald.n.3.& Bart.n.1.in fin.ff.de recept.arbitr.Blanc.de compromis.qu.7.num.8. vers.sed pro supradicta.*
Nec aduersatur *Aym.cons.60. n.4.* Quia loquitur in
diuisione hæreditatis, quæ potest fieri inter ali-
23 quos ex cohæredibus, † & illis præiudicat, licèt
alijs absentibus non noceat, Aliud in laudo, quod debet in personam omnium promulgari tanquam sit indiuiduum,vt *Ruin.d.cons.11.n.9.lib.4.* Et ita etiam in diuisione cohæredum loquitur *Decian. cons.39.n.145.lib.2.Glos.in l.2.ad fin.in verb.pauciores, & ibi Flor.Alber. & alij,ff.famil.ercisc. Valas. in prax.partit.c.7.& 18.& c.39.n.58.vsque ad 71.*
Additur, quod protogatio non sustinetur, cum non
fuerit facta cum insertione compromissi,prout ex-
24 pressè conuentum fuerat, † Ideo non sufficiet sim-
plex scientia,& in genere ex clausula solita apponi in huiusmodi ratificationibus,& ex iuramentis, & aliis similibus, quia erat legendus tenor dicti instrumenti,vt posset dici,quod adfuit vera scientia cum omnibus qualitatibus totius negotij,prout requirebatur *Natt.consil.636.nu.192. vsque ad 196.*
25 *Surd.cons.150.in fin.num.136.lib.1.* † Ita vt neque in
hoc obstet, quod ratificatio sit iurata *Castr.consil.465.in fin.lib.1.Becc.cons.37.n.24. Aym.cons.197.nu.14.ad med.* Maximè in materia transactionis &
26 actu obligatiuo *Bart.& alij in l.cum hi,§.in causa.*
D.de transact.Sim.de Pret.cons.129.nu.1.in fin.lib.1. Cum etiam istæ clausulæ iuramenti, & ex certa
27 scientia,cum similibus † operentur,quando iurans
est certus super quo iuratur,cum iusiurandum non trahatur ad incognita,neque ad ea,quæ sunt facti, sed tantum ad illa,quæ sunt iuris,cum semper possit error allegari, non obstante clausula, ex certa scientia,vel visis, & cognitis verbis transactionis, latè *Surd.* qui omnia prædicta declarat *cons.37.nu.14. vsque ad 19.* Neque aliunde constat de perfecta,& plena scientia compromissi ratificati,ac aliarum conuentionum in eo conuentarum, prout in ratificatione requiritur *Gabr.cons.149.nu.79. lib.2. post Glos.in c.concertationi, in verb.sciuerit,de appell. in 6.* quam autem dicit *Natt.cons.636.n.192.iuxta Felin.in c.à nobis,col.2.de except. Alex.cons.114.col.2.lib.1. Paris.47.n.97.lib.1.*
Nec facit epistola,per quam prætenditur potuisse fie-
28 ri prorogationem † iuxta *Boer.decis.283.n.12.*Quia
illa non probat pro scribente *Rip.in l.admonendi, n.137.de iur.iur.* & tanquam priuata scriptura nihil facit,maximè propter suspicionem auidatæ *Castr. cons.194.col.2.vers.3.quia posito,libr.1.*cum aliis per *Tiraqu.de retract.conuent.§.1 gloss.7.nu.42. ad med.* Ita vt non probet, cum in hoc dies apposita nihil operetur *Aym.cons.197.in fin vers.5.consider.Alex. cons.66.col.vlt. lib.1.*
Neque in bilanciis poterat fieri aliquod fundamen-
tum, cum non appareat fuisse compilata per ali-
29 quem ad hoc legitimè electum, † prout esse debet
ab ambabus partibus, vel à Iudice, & non ab vna parte tantum *Ruin. consil.71. num.3. lib.4.* per doctrinam *Bart.in l.2.num.5.Cod.de iur.fisc.lib.10.*Ita vt etiam in calculatoribus electis à Iudice, sit facienda monitio partium ad interessendum *Nesiz. consil.94. num.17. post Corn.in l.2. num.5. Cod. de vsur.& fructib.legat.* Cum etiam extraiudicialis cognitio non possit haberi sine partium præsen-
30 tia, † quorum assertione negotiorum merita pan-
duntur *l.vltim.C.si per vim vel alio modo.* & notat. *Crescent.decis.2.alias 80.n.3. de arbitr.post Socin. & alios in l.si quis arbitratu,n.29.& 30.de verb.oblig. Felin.in c.veniens,in fin.vers.quarto in quantum,nu.20.de testib.*
Vltimò non fuit seruata forma compromissi, quod
deberent omnia terminare, neque vnum decidi,
31 aliud indecisum relinquendo, † dum respectu
partitæ super qua fuit adhibitum votum, facta fuit reseruatio, de qua in eo, quod facit, vt neque laudum sustineatur ratione capitulorum, in quibus est laudum *Azo.in rubr.de arbitr.num.24.Cin.*

qui de communi *in l.1.n.4.C.si aduers.rem iudicat. Abb.cons.44.n.2.lib.1.Felin.in c.cum inter.n.7.de re iudic.Bero.qu.13.n.10.per text.in l.quid tamen.de recept.arbitr.Blanc.de compromiss.qu.6.princ. n.5.9.7.* Et ita pro nullitate laudi fuit decisum per *Rot. coram R.P.D.Buratto in huiusmodi causa Romana laudi* 18.*Ianu.*1614. Quibus cum pars non acquiesceret fuit iterum dubitatum an nullitates obstarent, & pro negatiua opinione adducebatur, quod in compromisso fuit data facultas Arbitris procedendi nulla tela iudiciaria seruata de iure, & de facto, quæ verba important, vt implementum solidationis computorum, & aliæ conditiones, quæ debebant adimpleri possent probari ex assertione Arbitrorum, iuxta doctrinam *Bart.in auth. nisi breuiores, in fin.C.de sentent.ex breuicul.recitand.*

Verùm dicebam prædicta non obstare, Quia doctri-
32 na *Bart.* non est approbata, † vt diximus suprà *vers.quia prædicti doctores,n.6. Ruin.cons.68.nu.14. lib.1.Barbat.in c.ex literis, n.22.de probat. Addent. ad Dec.in c.quoniam contra,n.29.eod.tit.* Et quatenus admitteretur opinio *Bart.* Tamen intelligitur
33 in causis leuibus, † & modici præiudicij *Butr.cons. 24.n.8.Socin.cons.46.n.47.lib.4.Curt.Sen.in repetit. l.admonendi,n.338.de iur.iur.Aret.cons.163.n.5.vers. non obstant notata.* Maximè, quia ex solidatione computorum resultat augmentum, seu diminutio crediti, & debiti vtriusque partis, ita vt illa omissa non possent Arbitri cognoscere, & declarare, quis esset creditor, vel debitor, Vnde cum hoc conser-
34 uat iustitiam, seu iniustitiam laudi, non † statur circa eam assertioni Arbitrorum *Abb. in cap. quoniam contra n.3.& ibi Aret.n.19. Felin.n.5.de probat.Butr.in c.quintauallis,n.45.de iur.iur.Aym.cons. 265.n.3.& 4.* vbi quod assertio Iudicis non probat factum partis *Bald.consil.402.lib.1. Socin.cons.47. col.3.post med.lib.4.* Quamuis in rescripto adesset clausula, quod procedatur sine insinuatione certarum, quia intelligitur de scripturis friuolis, & leuibus, in quibus non consistit defensio partis, seu de
35 scripturis, quæ fiunt circa ordinem, aut solemnia iudiciorum tantùm, non autem circa probatoria, aut ea, quæ respiciunt decisionem causæ *Aym.d. cons.265.n.3.& 4.* vbi ita declarat *Bart.* & opinionem illorum, qui volunt, vt Iudicis assertioni sit credendum, quando habet facultatem procedendi sine scriptis, hoc enim intelligitur de actis ordinatoriis, non autem probatoriis, quæ sunt maioris præiudicij *Aret.cons.163. sicut Ioanne, colum.6.vers. vnde etiam alibi dicitur.* Cum etiam simus in Iudice delegato, & Arbitro, quorum iurisdictio pendet
36 ab alterius concessione, † vnde ei non est credendum, quando illius assertio est circa fundamentum suæ iurisdictionis, & auctoritatis, & circa formam præscriptam, sine qua laudare, vel iudicare non poterat *Ias.in l.1.n.60.vbi Purpur.num.547.D.de offic.eius. Dec.in c.quæ in ecclesiarum, num.130.vers. non obstat quod præsumitur.de const. Alciat. de præsumpt.reg.3.præsumpt.9. num.27. Menoch.de arbitr. lib.1.qu.76. nu.4.per text.in l.si fortè, ff.de Castr.pecul.Butr.in cap.cum in iure,nu.13.de offic.deleg.Gabr.*
37 *cons.40.num.16.& 17.libr.1.* † vbi extendit non solùm procedere, in Iudice delegato, sed etiam in ordinario, quando non habet iurisdictionem, nisi ex certa causa, quæ tunc in illo non præsumitur, nisi de ea constet, tanquam sit necessaria ad fundandam iurisdictionem, & processum ipsius *l.hac autem, §.non defendi, ff.ex quibus caus.in possess. eat. Dec.in cap.quæ in ecclesiarum, num.37.de constitut.*

38 † Quidquid aliàs credatur Præsidi, & Iudici ordinario, de quorum iurisdictione constat circa aliquam qualitatem enunciatam, putà si dicat delegare causas ex aliquibus iustis causis, prout etiam idem erit in delegato inferiori, qui licèt subdelegare non possit sine iusta causa, Tamen stabitur eius assertioni, quando subdelegando dicit se subdelegare iustis de causis *Dec.in cap.3.num.9. de offic.delegat.& in l.1.num.69.in fi.vbi Purp. num.546. de offic.eius. Ruin.consil.35.num.38.& consil.50.in fin. lib.1.& cons.98.n.8.lib.4. & cons.3.num.1.lib.5.* quos refert, & sequitur *Menoch. de arbitr.lib.1. qu.76. num.14.& 15.*

Vlterius statur Arbitris circa processum, & gesta co-
39 ram eis, quando constat illos esse tales, † secus quando non apparet de compromisso, vel quando constat de electione arbitri cum aliqua conditione, de qua prius debet apparere, quod illa sit purificata ante laudum, nam alias diceretur latum absque iurisdictione, cum non sit standum in hoc verbis narratiuis ipsius laudi, quidquid sit in assertione, per quam non acquiritur iurisdictio, quæ prius aderat, & de qua clarè constabat *Ruin.cons.68.nu. 14.& 16.lib.1.Natt.cons.167.nu.10.Alex.cons.124.n. 9.& 10.lib.2.& cons.48. n.12.vers. vltimo principali-*
40 *ter,lib.7.Aret.cons.163.n.5.& 6.* † Cum passim laudum sit ipso iure nullum non purificatis conditionibus *Innoc.in cap.fin. vbi Felin.num.23.de præsumptionibus, Cardin.in clem.1.de offic.deleg. Socin. cons.49.num.10.lib.3. Paris.cons.25.num.5. vsque ad 9.lib.4. Put.decis.319.in fin.lib.1. secundum nouam impressionem.*

Additur etiam quod sumus in facto, quod non potest probari, nisi per scripturam, cum debeant consignari Arbitris solidationes computorum, & bilancia, quod arguit de eis esse conficiendam scripturam, cùm alias non posset illa consignatio ve-
41 rificari, † Vnde quamuis daretur Arbitro potestas procedendi sine scriptis, tamen illa non extenditur ad ea quæ de necessitate requirunt scripturam iuxtà conuentiones partium, & per consequens non stabitur assertioni Arbitri in istis, quæ non possunt probari, nisi per scripturam, quasi tunc sit de substantia actus *Put.decis.43. libro 3. post Castr. in l.contractus, Cod.de fid.instrument.Thesaur.decis. 197.* & notat *Bart.in l.ne in arbitris, num.6. Bald.*
42 *n.20. Salic.num.2.& 3.Cod.de recept.arbitr.* † Cum etiam in casibus, in quibus standum est arbitris sine scriptis, intelligatur de gestis coram eo, secus de illis, quæ erant facienda coram aliis, prout sunt computa, & bilancia, quæ debebant fieri inter partes, vel alios ab eis deputandos, quibus factis requirebatur postea illorum consignatio in manibus Arbitri, cum clausulis abnegantibus potentiam aliter declarandi, nisi prius facta tali cogna-
43 tione, ob quam conuentionem expressam, † non poterat ferri laudum nisi illis conditionibus verificatis, cum antea nulla iurisdictio competeret *l. quid tamen 25.de recept.arbitr.Blanc.de compromiss. 3.qu.6.qu.princip.n.5.& 13.Ias.in l.vniuersa.nu.8.in fin. C.de precib.imperat.offer.*

Amplius neque fuit seruata forma compromissi, cum in eo esset expressum, quod deberent omnia terminari, neque posset vnum decidi, alio indeciso relicto, ex quibus verbis colligitur, quod re-

spect-

spectu partitæ, super qua fuit adhibitum votum, non poterit fieri reseruatio, prout factum fuit con-
44 tra conuentionem contrahentium,† & per consequens laudum non potest sustineri, neque respectu capitulorum, in quibus fuit laudatum *l. quid tamen. Cod. de recept. arbitr. Cin. in l. 1. nu. 4. C. si aduers. rem. iudicat. Blanc. de compromiss. 7. qu. 6. qu. princ. num. 5. Lanfranc. de arbitr. membr. 5. qu. 16. nu. 32. Abb. cons. 44. nu. 2. lib. 1. Felin. in c. cum inter. nu. 7. vers. restringe dupliciter. de iudicat. post Azo. in rubr. de arb. nu. 24.*
45 † Cum etiam ex facto appareat de excessu laudi, quod tanquam excessiuum erat nullum in totum, tanquam summa esset sub vnica conceptione verborum *Bart. cons. 159. n. 8. lib. 1.* prout dicitur sententia *Idem Bart. in l. vltim. in fi. vbi Alber. nu. 16. Castr. nu. 10. ff. de iurisd. omn. iudic. Put. decis. 315. lib. 1. iuxta*
46 *nouam impressionem.* † Et in laudo idem tenet *Socin. cons. 105. nu. 6. lib. 4. Bald. ad Speculat. de arbit. ad fin. vers. an compromissum generale. Aldobr. cons. 77. num. 21. & cons. 78. num. 13. & cons. 79. num. 1. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 127. num. 15. lib. 2. Fran. decis. 173. numer. 4.*
47 *Mohedan. decis. 10. de re iudic.* Quamuis vbi essent capitula separata valeret laudum quoad vnum, licèt non quo ad aliud, sicut sententia, cui in hoc laudum æquipararetur, iuxtà decisionem *Rot. coram R. P. D. Coccino Decano Senogallien pecuniaria* 17. *Decembris* 1612. vbi latè defendit hanc opinionem declarando contrarium tenentes loqui in materia indiuidua iuxtà *l. hoc iudicio. ff. famil. ercisc. Gabr.*
48 *cons. 18. num. 19. lib. 1.* † Cum aliàs in capitulis separatis executio sustineatur quo ad illa, in quibus debitum verificatur *Aret. in l. certi conductio. §. quoniam nu. 12. ff. si cert. pet. cum aliis in causa Melphien. spoliorum coram R. P. D. Cantuccino.* 11. *Octobris* 1576. Et ita ex prædictis fuit iterum decisum constare de nullitate laudi in eadem causa *Romana laudi coram R. P. D. Buratto* 13. *Ianuar.* 1614. Quamuis postea non obstantibus dictis decisionibus per signaturam Sanctissimi fuerit rescriptum, vt cognosceretur super bono iure non habita ratione nullitatum.

EPITOME.

Fœminæ an comprehendantur in dispositione loquente de filiis hæredibus, & successoribus, vel de descendentibus, seu de posteris, seu de genere, seu de familia. ¶ Masculinum quando concipiat fœmininum. ¶ Et quid in feudis, officiis publicis, Gabella, Telonio, Argentario, notariatu, Maioratu, mensa numularia, & cócessionibus factis à Summo Pontifice. ¶ Terminus personæ an comprehendat vtrumque sexum. ¶ Fœminæ nuptæ an veniant in priuilegio pro masculis, & fœminis. ¶ Et quid in eorum filiis. ¶ Bona prohibita alienari extra familiam an licitè alienentur in filiam nuptam. ¶ Officium argentarij an sit munus publicum. ¶ Ius habendi mensam numulariam in quo differat ab eius exercitio. ¶ Appellatione viri an contineatur fœmina. ¶ Dispositio pro filiis, & hæredibus, ac successoribus an intelligatur coniunctiuè, ita vt verbum hæredibus, qualificetur ex verbo, filiis siue adsit culpa, siue non. ¶ Prooemium an sit attendendum si in dispositiua aliud asseratur. ¶ Gratia motu proprio facta an debeat intelligi, prout iacet. ¶ Et an dicatur acceptata per registrationem in Camera vel per illius vsum.

SVMMARIVM.

1 *Masculinum concipit fœmininum, quando constat de mente proferentis, & adest eadem ratio, num. 2. etiam propriè & verè num. 3.*
4 *Dispositio loquens de filiis hæredibus, & successoribus comprehendit etiam fœminas. Intellige vt nu. 39.*
5 *Fœminæ veniunt appellatione descendentium, maximè in materia non feudali, num. 6. Declara vt num. 42. & 51.*
7 *Fœminæ comprehenduntur in dispositione loquente de posteris. Intellige vt 8. 9. 10. & 46.*
11 *Concessio facta generi trahitur ad genus paternum, & maternum, licet secus sit in materia feudali, nu. 12.*
13 *Priuilegium concessum familiæ continet etiam fœminas ex proprietate quoque sermonis. Declara vt nu. 14.*
15 *Terminus personæ est similis termino hominis comprehendens vtrumque sexum.*
16 *Fœmina nupta non comprehenditur in priuilegio pro masculis, & fœminis. Contrarium est verius, n. 18.*
17 *Origo, & familia patris retinetur per fœminam nuptam, non autem per illos, qui ex ea nascuntur, n. 19.*
20 *Bona prohibita alienari extra familiam possunt alienari in filiam nuptam.*
21 *Mulieres arcentur à telonio tanquam officio virili. Fallit si exerceant per substitutos, vt in argentaria, num. 22.*
23 *Officium argentarij est munus publicum, num. 31.*
24 *Argentarij, & numularij æquiparantur notariis.*
25 *Secunda inuestitura non attenditur in præiudicium primæ.*
26 *Officia publica, & ciuilia prohibentur mulieribus, quamuis sint publica auctoritate, & priuata vtilitate, num. 27.*
28 *Concessio notariatus cum facultate nominandi post mortem vnum filium, non comprehendit nominationem filiæ.*
29 *Facultas constituendi maioratum in vnum ex filiis non intelligitur de fœmina.*
30 *Officia tabellionatus in Hispania dantur filiabus pro dotibus.*
31 *Officia, quæ conceduntur à Summo Pontifice sunt publica.*
33 *Exactio gabellæ soluendæ Cameræ arguit officium esse publicum.*
34 *Contemplatio exercitij non conuenientis, nisi masculis, excludit fœminas.*
35 *Verba, per te & successores, seu alium, virum, non conueniunt fœminis, quæ non comprehenduntur in dispositione loquente de viro. Fallit vt nu. 36.*
37 *Dictio, alios, recidit qualitatem, & similitudinem in substantia.*
38 *Fœminæ sunt capaces feudi, si seruiatur per substitutum, secus si fuerit electa industria personæ.*
40 *Fœminæ, non veniunt in officiis appellatione filiorum. Amplia vt nu. 41.*
43 *Dispositio pro filiis, & hæredibus, ac successoribus an intelligatur coniunctiuè, ita vt verbum, hæredibus, qualificetur ex verbo, filiis, siue adsit culpa, siue non. num. 14. Contrarium, num. 45.*
47 *Prooemium non attenditur, si in dispositiua aliud asseratur.*
48 *Interpretatio stricta est facienda in priuilegiis.*
49 *Filij fœminarum multò magis excluduntur exclusis fœminis.*
50 *Filij masculi ex fœminis non comprehenduntur in*

dispositione facta ad fauorem familiæ.
52 *Clausula, motu proprio, facit vt concessio intelligatur prout iacet.*
53 *Voluntas concedentis attenditur in priuilegiis.*
54 *Gratia habetur pro accepta per registrationem in Camera, seu per vsum illius.*
55 *Obseruantia declarat concessionem dubiam.*

CAPVT DXXX.

FOeminæ videbantur comprehensæ in mensa
nummularia, de qua agitur. Quidquid enim sit
de illa quæstione, an masculinum concipiat fœmi-
1 ninum, † Tamen satis est in proposito nostro quod
si constat de mente proferentis, vt velit in sua dis-
positione comprehendi fœminas, semper sub mas-
culino illæ comprehenduntur *l. Lucius, §. quæsitum,
ff. de leg. 3. de retract. 4. lignag. §. 1. glos. 9. num. 229. ad
med.*

Quod autem talis fuerit mens concedentis apertè col-
ligitur, Quia non fuit facta differentia in sexu quo
ad ius habendi dictam mensam, sed solùm in illius
exercitio, quod sicut non conueniebat masculis,
quibus principaliter facta est gratia propter eorum
nobilitatem, Ita neque fœminis, quæ propter ean-
dem causam, & etiam propter honestatem arce-
bantur ab eodem exercitio, Vnde meritò per Sum-
mum Pontificem idem exercitium fuit demanda-
2 tum substitutio, † Quod arguit, vt quemadmodum
in masculo residebat ius retinendi dictam mensam,
ita etiam poterat residere in fœmina, cum tam in
vno, quam in alia adsit eadem ratio deseruiendi per
substitutum, ex qua rationis identitate semper fœ-
mina comprehenditur in masculino, etiam ex pro-
prio significatu, vel ex vi rationis, vt notat *Tiraq.
de retract. lignag. §. 1. glos. 9. nu. 228. post med. & n. 229.
post Cin. in l. quicumque. col. 2. in fin. vers. vt ergo scia-
tur. C. de seru. fugit. Alber. in l. 1. n. 1. in fin. D. de pecul.*
3 † Cum etiam masculinum concipiat fœmininum
propriè, & verè secundum rationem recti iudicij,
stante identitate rationis, quamuis ratio recti ser-
monis obstaret *Bald. in l. vltim. quæst. 14. num. 33. post
princ. vers. item impropria locutio omnis quæ saluatur
Cod. de hæred. instit. argumento l. fin. Cod. de indict. vi-
duit. tollend.*

Ideo Summus Pontifex ad tollendam huiusmodi dif-
ficultatem non vocauit simpliciter filios, quo casu
4 forsan potuisset dubitari, an venirent fœminæ, † sed
addidit alia verba Pro filiis, hæredibus, & successo-
ribus, quæ etiam continent fœminas propter illam
dictionem, hæredibus, quæ est communis vtrique
sexui *Ias. in l. si quis id quod 7. colum. 5. ad med. vers.
secundo notabiliter limita. num. 23. ad fin. ff. de iuris-
dict. omn. iudic. Alexand. in l. sed si hac lege. §. liberos.
numer. 3. versic. & ibi absurdum, ff. de in ius vocand.
Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tit. 14. lib.
22. num. 23. Bero. consil. 93. numer. 18. lib. 1. Rot. diuers.
decis. 125. num. 34. versic. præterea respondetur & alio
modo. lib. 2.*

Maximè, quia vltra dictum verbum, hæredibus, ad-
sunt etiam verba, & successoribus de suo corpore
5 recta linea descendentibus, † ex quibus verbis
colligitur etiam esse vocatas fœminas, quæ veniunt
appellatione descendentium, tanquam terminus sit
communis ad masculos ac fœminas *l. fin. Cod. de suis
& legitim. Decian. cons. 222. in casu proposito tria oc-
currebant. num. 1. & num. 2. in fin. Paris. cons. 26. n. 34.
lib. 3. Gonzad. cons. 20. nu. 8. Bart. & alij in l. Gallus. §.
etiam si parente ff. de liber. & posthum. Rot. diuers. dec.*
6 *125. nu. 34. part. 2.* Maximè, † quia non sumus in ma-
teria feudali, aut primogenitiuæ, vel simili, vt per
Gabr. de verb. signif. conclus. 6. nu. 40. in fin.

Accedat, quia in concessione, de qua agimus, adsunt
etiam verba, posteris, quos specialiter Summus
7 Pontifex contemplatus est, dum dixit, † quod hu-
iusmodi negotium nulli melius, quàm tibi, & poste-
ris tuis potest demandari, Adeo vt ex hoc arguatur
vocatas esse etiam fœminas, quæ veniunt appella-
tione posterorum *l. quod his verbis. §. 1. de leg. 3. Butr.
cons. 9. n. 1. ad med. vers. posteritate verbum. Dec. cons.
222. in casu proposito tria. nu. 1. post princ. vers. & idem
est appellatione posterorum. col. 1. & in l. 2. n. 62. ad med.
de reg. iur. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent.
lib. 22. tit. 14. nu. 21.*

Et quamuis aliqui contrarium sequantur, Tamen de-
bent intelligi in solo priuilegio immunitatis, in quo
8 † appellatione posteriorum non veniunt fœminæ,
tanquam illud sit contra publicam vtilitatem, Vnde
specialiter fœminæ in eo excluduntur, cum aliud
sit in cæteris priuilegiis *l. 1. ff. de iur. immunit.* & no-
tat *Castr. in l. maritum, 13. nu. 7. post med. vers. si autem
concedatur. ff. solut. matr. Dec. cons. 32. pro tenus facul-
tate. n. 3. & cons. 222. in casu proposito tria occurrebant,
col. pen. & vlt. nu. 4. & in l. 2. nu. 59. cum seq. ff. de reg.
iur. Bero. cons. 120. n. 63. ad med. lib. 2. Couar. in c. Ra-
nald. in fi. princ. vers. nec obstat. de testa. Alex. in l. quia
tale. n. 5. & 6. ff. solut. matr. Rip. lib. 1. resp. c. 24. nu. 19.
Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. ti. 14.
nu. 21. ad med. cum aliis, de quibus latissime Tiraq. de
retr. lignag. §. 1. glos. 9. nu. 243.*

Cum præsertim priuilegium, de quo agimus, sit ad fa-
9 uorem publicæ vtilitatis, † & vt conseruetur com-
moditas contrahentium, vt ipsemet Summus Pon-
tifex narrat in sua concessione, quod facit vt ma-
gis fœminæ includantur in priuilegio posteris con-
cesso, faciendo latam interpretationem, quatenus
verborum proprietas videtur requirere, maximè
in materia fauorabili *caput. cum dilecti. de donat. l.
beneficium. de constit. princ. Dec. in l. 2. num. 60. de reg.
iur. & cons. 69. visis duobus, num. 5. colum. 3. post med.
vers. cum agitur. Card. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 27.
num. 5. & 6.*

Quod eò magis militat in casu, de quo agimus, quia
10 vt supra dictum est, † non sumus in materia feuda-
li, in qua ratione subiectæ materiæ posset dici, quod
concessio facta posteris debeat restringi ad mascu-
los *Curt. Iun. de feud. 1. pag. 3. part. princ. nu. 30. in fin.*
cum aliis per *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent.*
11 *lib. 23. tit. 18. num. 13.* † Prout dicimus de concessione
facta generi, quod licet trahatur ad genus pater-
num, & maternum *leg. neque Deronheum. Cod. de
decurion. libr. 10.* Tamen in materia feudali restrin-
12 gitur solùm ad paternum † *Rol. cons. 84. num. 17. ad
med. vers. accedit quoque lib. 4. post Isern. in cap. 1. §.
filius tantum æqualiter. ad fin. versic. item dicitur de
success. feud.*

Additur, quod prædicta concessio est facta familiæ,
quam Summus Pontifex eligendam duxit ad ius, &
13 facultatem exercendi huiusmodi mensam, vnde
etiam debet intelligi fuisse vocatas fœminas, quæ
appellatione familiæ veniunt etiam ex proprietate
sermonis *l. pronunciatio 195. § familia. & ibi Rebuff.
in § item appellatur. in princip. ff de verb. significat.
Castr. in l. ... nu. 2. C. eod. tit. Decian. in l. 2. num. 63. ad
med.*

med.de reg. Tiraq.de retract. lignag. §.1.*glos.9.num.* 237.

Et quamuis appellatione familiæ aliquando non ve-
14 niant, nisi Masculi, † Tamen istud est in casibus, in quibus consideratur ratio conseruandæ agnationis, quæ non conseruatur per fœminas, *Aym.cons.*306. *nu.*5.*Cephal.cons.*511.*nu.*27. *lib.*25. *Decian.cons.*446. *stante statuto, nu.*9.*in fin.*cum aliis per *Hond.cons.*75. *nu.*14.*vsque ad* 19.*lib.*1.

Vlterius Summus Pontifex considerauit expedire cõmoditati publicæ contrahentium, vt ius, & facultas exercendi istam mensam concederetur alicui per-
15 sonæ, & familiæ, † Vnde non est excludenda fœmina, cum terminus personæ sit communis ad vtrumque sexum, est enim similis termino hominis, qui pariter comprehẽdit tam masculum, quam fœminam, ita vt hoc sit etiam ex proprietatem sermonis, non ex interpretatione, aut extensione, prout loquens de persona concludit *Rot.diuers.dec.*125.*n.* 36.*&* 38.*p.*2.per doctrinam *Bart.in lib.*1.*ad fin.ff.de verb.signif.Dec.in l.*2.*nu.*94.*&* 96.*de reg.iur.Card.in clem.*1.*q.*5.*nu.*8.*vers.dic quod quandoque, de elect.Gemin.in c.generali, n.*8.*post princ.vers.sed dicit, eod.tit. in* 6.

Nec obstaret, si forsan diceretur nos esse in fœmina nupta, cui non competit priuilegium aliàs conces-
16 sum pro se, † ac masculis, & fœminis, *Bart.Ioan.de Plat.& Ang.in l.quoties,Cod.de priuil.scholar.lib.*12. Quia contraria opinio est verior, cum etiam fœmi-
17 na nupta retineat originem, & familiã patris, † *Bart. in l.fi.*§.*penult.ff.ad municip.*& ideo comprehẽditur in priuilegio familię concesso, *Dec.cons.*222.*col.*2.*in*
18 *fin.vers.tertio non obstat, n.*3. † vbi testatur de veriori opinione, & quod tenentes contrariam sententiã communiter reprobantur *Alex. in l.cum quadam puella, in princ.col.vlt.ad med.n.*14.*ff.de iurisd.omn. iudic.* vbi quod appellatione descendentium, & filiorum veniunt tam nuptæ, quàm non nuptæ, ad quas priuilegium extenditur, cum semper dicantur
19 de genere, & agnatione patris, † licèt non illi, qui nascuntur ex eis, *l.*1.§ *si.ff.de iniur. l.*1.*ff.de iur. immunit.* quod etiam voluit *Corn.cons.*177.*num.*7. *lib.*4.*Felin.in c.nouit, col.*2.*in princ.vers.hoc dictum, nu.*2.*de iud.Alex.cons.*125.*num.*10. *vbi Add.in verb. demum, ad med.lib.*7.*Rebuff.in l.pronunciatio,*§.*mulier autem, post princ.vers.contrarium tenet,ff.de verb. signif.*cum aliis lãtè per *Tiraq.ad leg.*1.*connub.nu.*35. *vsque ad nu.*38.

Vnde etiam dicimus, quod bona prohibita alienari extra familiam non prohibentur alienari in filiam
20 nuptam, † *Socin.cons.*227.*præsens consultatio.col.*9. *ante med.vers.prima est quod immò, lib.*2.*Alexand. cons.*50.*nu.*4.*lib.*1.*& cons.*20.*in fin.vers.etiam si filia esset, nu.*11.*ad med.lib.*2.*Dec.cons.*222.*nu.*3.*post princ. versic.ad hoc facit.*

Neque obstat, quod huiusmodi officium tanquam virile sit prohibitum fœminis, *Dec.in l.*2.*num.*23.*ff.de*
21 *reg.iur.Castr.cons.*166.*in fin.lib.*1.† vbi, quod mulier à telonio arcetur tanquam sit virile officium, & ibi quod mulieri non competit ius exercendi pedagia, nec creandi notarios, nec exercendi notariatum, Quia, vt dictum est supra, illius exercitium tam erat indecorum masculis de familia Francipana propter eorum nobilitatem, quàm fœminis propter eandem causam, ob verecundiam sexus. Vnde cum non fuerit per Summum Pontificem in eis contemplatum exercitium, fuit mandatum posse per substitutum exerceri, quod ita potest fieri per masculum,
22 sicut per fœminam, † Cum etiam de iure possint mulieres per substitutos exercere publica officia, vt in argentaria est *tex.in l.prætor ait,* §.*& si seruus, D.de edend.*& est verior opinio, quidquid alij contrarium sentiat, quam tenet *Francisc.Curt.in l.*1.*nu.* 31.*C.eod.tit.*vbi quod non est mirum, quia etiam de iure Digestorum poterat esse tabellio, *l.Titius,*§. *seius.ff.de fideicommiss.libert.l.generaliter, C.de tabular.lib.*10.& eamdem opinionem sequitur *Ioan.de Vico Mercat.in d.l.*1.*n.*40. *& ibi Purpur.n.*29.*in fin. Alphan.nu.*75.*&* 76.*Cagnol.nu.*50.*&* 51.*Alciat.nu.*9. *post Old.Alber.& Ias.per eum allegatum,C.de edend. & ibi Rip.nu.*4.*ad med.*vbi testatur quod omnes, excepto *Decio*, ita ten*e*nt *Fachin.controuers.iur.lib.*11. *cap.*85.

Neque est dubitandum, officiũ argentarij esse munus publicum, & causam publicam habere, cum sit tale,
23 † vt testatur *Lup.de vsur.*§.2.*nu.*7.*&* 8. vbi quoque post *Alciat.* & *Bud.* quod tales etiam vocabantur Trapezitæ, seu numularij, vel Mensarij, seu collectarij, de quibus post *Suid.*tractat *Alciat.lib.*4.*dispunct.c.*22.*& Menoc.de arbitr.cas.*91.*n.*8.vbi etiam quod istorum munus erat publicum, & causam publicam habebat *l.argentar.ius, in princ.ff.de edend.*
24 *Bertrand. cons.*116.*num.*7. *lib.*2. *part.*1. † vbi etiam quod assimilantur isti argentarij, & numularij notariis, cum à publico habeant auctoritatem, & ad eorum fidem publicè recurratur *Specula.de instrum. edit.*§.*videndum, ad fin.vers.idem in argentario.*

Nec oberit, quod per Sixtum V. fuerit confirmata concessio Leonis, quo ad masculos, Quia modò non agitur ex confirmatione, sed ex concessione prima Leonis, quæ cum sit apta comprehendere etiam fœminas ex supra allegatis decet attendi tanquam plenior. Præsertim quia licèt in confirmatione fuerit additum illud verbum Masculorum, Tamen confirmans refert se ad litteras Leonis in totum, & per omnia illius concessionem innouando, & iuxtà tenorem, & formam earumdem litterarum. Vnde apparet illud verbum nihil officere gratiæ iam concessæ, ne dicatur adesse contrarietas, & restrictio in dicta confirmatione, cum præsertim litteræ Sixti, quę emanarunt ad fauorem DD.de Francipanis non debeant in eorum odium retorqueri,
25 Maximè, quia stante prima inuestitura † non est attendenda secunda in præiudicium primæ, & vocatorum in ea, quibus non poterant prius vocati præiudicare, *Paris.cons.*106.*nu.*2.*lib.*1.*Cozad.cons.* 53.*n.*18.*Bald.in l.*1.*C.quand.non pet.part.late Aldob. cons.*15.36.*&* 42.*Menoc.cons.*1.*n.*124.Quamuis esset quæsitum ius in spe *Bec.cons.*56.*nu.*15.

Pro exclusione autem fœminarum a dicta mensa nummularia considerabatur conclusio illa omnibus no-
26 ta, † quod mulieribus prohibentur omnia officia publica, & ciuilia *l.fœmina,*2.*de regul.iur. l.penult.de edend.l.in princ. & l.*2.*ff.ad velleian.l.*1. §.*sexum,de postulant.* Quod procedit nedum quando officium
27 est publicum auctoritate, & vtilitate; † sed etiam quando est publicum auctoritate, & priuatum vtilitate, vt per *Mainer.in d.l.fœminæ, nu.*19.*de reg.iur.* Maximè quando tale officium haberet aliquam exactionem gabellæ, prout est mensa, de qua agimus, tunc enim mulieres sunt magis incapaces *Alber.in l.adeo* 60. *ad fin.per Glos.ibi,in verb.ascriptum, ad med.D.pro socio.* quem refert, & sequitur *Martin. Laudẽs.de fisco,q.*190.*tom.*12.*fol.*5.*Peregr.eod.tit.lib.*

6.tit.5.num.10 fol.328.*Ioan.Gœddeus conſ.24.nu.94. inter conſilia Academiæ Marpurgi.Caſtr.conſil.166. in fin.lib.1.*

Ex quibus iuribus *Cald.de emph.lib.3. cap.15.nu.21.fol.* 188.concludit,quod Rex concedens alicui officium
28 tabellionatus cum facultate,† vt poſt mortem ſuam nominet vnum filium, non intellexit, vt poſſit nominate filiam, tanquam illud non conueniat fœminæ, quamuis etiam vellet virum accipere, qui eſſet capax dicti officij, per quem poſſet deſeruire, & huiuſmodi munus expedite, cum etiam in materia officiorum maſculinum non comprehendat fœmininum *Cald. in c. ad audientiam, num.1. verſic.ſanè in officiis, de reſcript. Dec. in l.fœmina,2. num.121.de reg.iur. Iaſ. in l.ſi quis id quod limit.4.de iuriſd.omn.iudic. Caldas de emph. lib.3. cap.15.num.*
29 *21.in fin.*† vbi *num.22.* idem concludit de conceſſione Regis, vt quis conſtituat in bonis ſuis maioratum in vnum ex filiis ſuis, non enim intelligitur de filia tanquam repugnet ius, & forma conceſſionis *Palaez. de maiorat.part.1.quaſt.16.nu.*
30 *2.* † Quamuis de conſuetudine Hiſpaniæ ſoleant Reges concedere dicta officia tabellionatus pro dotibus filiarum, ſeu ipſis filiabus pro illis, qui eas in vxores duxerunt, vt teſtatur *Cald.d.cap.15. num.23.in fin.*

Quod autem officium, de quo agimus ſit publicum dictum eſt *ſupra verſ.neque obſtat quod huiuſmodi.nu. 21.& verſ.neque eſt dubitandum.nu.23.* Videtur enim eſſe ſimile officiis, quæ olim in ciuitate exercebantur, de quibus *in l.2.vbi Gloſ.in verb.tradere, & in*
31 *verb.& aliis,& in verſ.hac,ff.nundin.* † quæ ſunt ad inſtar argentariæ *Budeus in l.ſi hominem, §.quoties, col.5.verſ.horum nunc inſtar ferè ſunt.D.depoſ.* Quod officium dicitur publicum *Plaut.* qui de communi *in rubr.C.de edend.cap.9.in princ.& c.10.nu.4.& ibi Alphan.n.24.& 25.Idem Plaut.in l.1.eod.tit.c.6.n.3. cum ſeq.lib.1.Ronchag.in l.eamdem.n.144.verſ.arbitror tamen.D.de duobus reis.Fachin.contro.iur.lib.11. c.86.cum aliis de quibus ſupra verſ.neque eſt dubitandum.num.21.*

Et magis dicetur publicū tale officium in caſu noſtro,
32 † cum fuerit conceſſum à Summo Pontifice *Caſtr. in l.prætor.in princ.C.de edend.Aret.in cap.1.nu.20. de probat.Ronchag.in l.eamdem.nu.144.verſ.arbitror tamen.de duob.reis.Roffred.in tract.ordin.iur.p.3.rub. de action.in fact.ex edict.de edend.n.2.verſ.iura enim.*
33 †Stante præſertim,quod ex eadem conceſſione exigitur gabella Cameræ ſoluenda,quod eſt officium, & munus publicum *Luc.de Pen.in l.ad med.verſ.an ergo cogetur.C.de mulier.in quo loc.muner.ſexui congruent.vel honor.agnoſ.lib.10.Dec.in l.fœminæ.nu.32. verſ.decimo non poteſt,ff.de reg.iur.*

Et vltra qualitatem, & naturam huiuſmodi officij, videbatur etiam eſſe de mente concedentis, cum in conceſſione appareat Summum Pontificem contemplatum fuiſſe Valerium exercuiſſe, & Iacobum tunc exercere filioſque & ſucceſſores eſſe exercituros, vt ſæpius dicitur in proœmio conceſſionis,
34 † adeò vt propter contemplationem iſtius exercitij tam in illis, qui talem menſam retinuerant, quam in eis quibus concedebatur, non erit cenſendum, quod concedens voluerit comprehēdere fœminas, quibus non conuenit exercitium iſtius officij,nec propter honeſtatem, nec propter immaturitatem iudicij *Dec.in l.fœminæ.n.121.ff.de reg.iur.Caſtr.conſ. 166.nu.2.verſ.videtur etiam.lib.1.*

Cum etiam in conceſſione adſint illa verba Per te, &
35 ſucceſſores prædictos,ſeu alium virum,† ex quibus excluditur fœmina,quæ non venit appellatione viri *l.1.de legib.l.ſcripturas in fin.C.qui potior.in pignor. habeant.l.nemo vir.C.de veſtibus,holob.lib.11.eupit.ſi. de appellat.Iaſ.in l.ſi quis id quod n.20 de iuriſd.omn. iudic.Dec.in d.l.fœminæ.nu.97.Siluan.conſ.1.num.18. Rebuff.in l.1.col.13.in princ.verſ.idem ſi dicatur.ff.de*
36 *verb.ſignif.* † vbi quod procedit quando materia non congrueret tam maſculis, quàm viris *cap.licet, vniuerſis,de teſtib.l.qui teſtamento,§.mulie.de teſtam. cap.1.de præſumptionib.* Stante præſertim dictione, alium,quæ repetit qualitatem, & ſimilitudinem in
37 ſubſtantia, † & ſic quod intelligatur etiam de viro, prout erat principalis *Felin.in c.ſedes.num.6.de reſcrip. Surd.conſ.21.nu.13.& 14.lib.1.* Cum enim concedatur exercitium menſæ per alium virum integrum, & fidelem cenſetur excluſa fœmina, in qua non adeſt iſta habilitas faciendi ſimilem electionē propter immaturitatem iudicij *Dec.in l.fœminæ.nu.*
38 *121.de regul.iur.* † Prout dicimus de feudo, cuius ſunt capaces fœminæ data facultate inſeruiendi per alium *Bero.conſ.65.nu.61.lib.1. Natt.conſ.679.n.20.* Tamen hoc non procedit, quando in conceſſione fuit electa induſtria perſonæ maſculi *Ruin.conſ.8. nu.17.& conſ.24.nu.7.lib.1.Card.Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.23.tit.15.n.40. Cephal.conſ.361.nu. 8.vſque ad 16.lib.3.Purpur.conſ.574.n.9.cum ſeq.lib. 2.Grat.conſ.9.n.154.lib.1.Iacob.de Beluiſ.Bald.& alii cap.1.§.quin etiam.tit.epiſcop.vel abba.Rom.conſ.355. nu.12.* & ibi latè *Mandoſ.in verb.fallit quidem.& in verb.certum ſeruitium.*

Et licèt conceſſio fuerit pro filiis hæredibus,& ſucceſſoribus, tamen hoc caſu non veniunt fœminæ ap-
39 pellatione filiorum, † Quidquid alias veniret, tanquam ſimus in materia differenti tàm ex natura rei, quàm ex mente concedentis *Bart.in l.1.num.1.ff.de verb.ſignif.Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloſ.9.nu.197.*
40 †Prout eſt materia officiorum,in quo fœminæ non veniunt ſub nomine filiorum *Bald.in c.audientiam, il 1.num.12.de reſcript.Iaſ.in l.tres fratres.n.14.limit. 8.ff.de pact.Tiraq.leg.connub.1.gloſ.1.part.1.n.82.Peregr.conſ.8.nu.16.lib.5.Gabr.de verb.concluſ.6.nu 61.*
41 Vbi etiam *num.56.* addit quod ad huiuſmodi effectum non requiritur,quod fœminæ ſint omnino incapaces,cum ſufficiat,quod materia conueniat magis maſculis, quàm fœminis *Guid.Pap.ſing.522.Siluan.conſ.1.num.12.ad fin.*

Quod etiam dicitur circa illa verba conceſſionis, hæredibus,& ſucceſſoribus de ſuo corpore deſcendē-
42 tibus, † quæ licèt dicantur magis communia ad maſculos,& fœminas, Tamen in materia differenti ſub iſtis nominibus non veniunt fœminæ,prout dicimus de feudo *cap.1. §.& ſi clientulus, de alienat. feud.Bald.in l.quoties.nu.3.C. de ſuis & legit Caſtr.in l.maritum n.7.ff.ſolut.matrim.Surd.conſ.95.n.4.lib.1. Card.Mantic.de tac.& ambig.conuent.lib.23.ti.14.in princ.& nu.12.* Et in ſimilibus materiis differentibus *Natt.conſ.676.num.9.Caſtr.conſ.167.nu.2.lib.1.Celſ. Vgo conſ.16.nu.19.& 20.*

Et magis hoc comprobatur ex illa opinione Docto-
43 rum, qui volunt, † quod verbum, hæredibus intelligatur coniunctiuè cum verbo, filiis, quamuis etiā adeſſet copula, &, *Pariſ.conſ.48.n.10. lib.4.Conar. lib.2.var.reſol.c.18.nu.3. Rot.coram Card. Seraphino Ceruien.bonorum 7.February 1583.quæ eſt in impreſſis deciſ.404.num.4.& 5.* Vnde magis hoc procedet, quando

44 quando nulla adest copula, † tunc enim verbum, hæredibus, magis qualificatur ex verbo filiis, & sic dispositio intelligetur de filiis masculis hæredibus *Preall. in l. 1. part. 3. n. 90. vers. inde etiam infertur. C. de bon. mater. Rot. coram R. P. D. Coccino Romana emphyteusis* 28. *Nouembris* 1603. *Curt. Iun. cons.* 319. *alias* 321. *n* 24. *Cephal. cons.* 11. *n.* 15. *&* 22. *Gabr. cons.* 69. *n.* . *&* 10. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 585. *nu.* 1. *lib.* 6. *Rim. Sen. cons.* 179. *num.* 4. *lib.* 1. *Aret. cons.* 1. *num.* 12. Vnde cum verbum commune Hæredibus appositum filiis intelligatur de masculis, vt dictum est, Ita etiam debet intelligi verbum Successoribus descendentibus, ex quo vocantur cæteri tanquam sit appositum in eadem oratione *Bartol. in l. seia, §. caio, nu.* 5. *de fund. instruct.* Et hæc opinio videtur verior, vt
45 per *Card. Seraph. dict. decis.* 404. *n.* 4. *&* 5. † Quamuis *Bart. in l. gallus, §. & si parente, ff. de liber. & posthum.* teneat contrarium, quod dicta verba, pro filiis, & hæredibus, ficent disiunctiuè *Surd. cons.* 140. *n.* 22. *lib.* 1. *Alex. cons.* 160. *lib.* 2. *Peregr. de iur. fisc. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 102. *Rot. coram R. P. D. Iusto Bononien. deuolutionis,* 14. *Ianuary* 1602.

Ex quo iam concessio fuerit facta posteris, familiæ,
46 & personæ, quo casu veniunt fœminæ, † Tamen aliud est in materia differenti *Tiraqu. de retr. lign. §.* 1. *gl.* 9. *n.* 242. *&* 243. Maximè quia d. vocatio est in proœmio, cùm tamen postea in dispositiua concedens declarauerit de qua persona, & de qua
47 familia, & de quibus posteris intellexerit, † quæ est attendenda *Bart. in l. aurelio. §. sticho, ff. de liber. legat. Dec. cons.* 28. *n.* 3. *Rot. coram Cardin. Pamphilio Pacten. pensionis* 25. *Octobris* 1593.

Cum præsertim hic agatur de priuilegio, vt dicitur in concessione, non autem de materia fauorabili, vnde sumus in materia odiosa tanquam præiudiciali respectu aliorum, qui possent similes menses retinere, ob quarum numerum pro viliori pretio præ-
48 starentur operæ, † vnde facienda est stricta interpretatio *Natt. cons.* 49. *n.* 14 *Dec. cons.* 32. *n.* 3. *Din. in cap. quæ à iure communi, n.* 3. *&* 4. *de reg. iur. in* 6.

Et multò minus in tali concessione erunt vocati filij
49 masculi ex fœminis, † cum enim illæ sint exclusæ, ita etiam excludentur earum filij *Rum. cons.* 18. *n.* 5. *lib.* 3. *Tiraq. de primogenit. qu.* 12. *nu.* 16. *& qu.* 13. *nu.* 6. Maximè qui concessio fuit facta ob fauorem familiæ, in qua non comprehenduntur filij masculi
50 ex fœminis, † qui sunt aliena familia *Mannell. cons.* 86. *n.* 4. Cum etiam in priuilegiis appellatione
51 descendentium, & hæredum masculorum † non veniant masculi ex fœminis *Alex. cons.* 56. *n.* 5. *lib.* 1. *Bero. cons.* 96. *n.* 13. *lib.* 1. *Franc. decis.* 207. *nu.* 6. *Imol. cons.* 62. *num.* 5. *&* 6.

Amplius, quamuis prætendatur in concessione adesse
52 clausulam, motu proprio, † per quam concessio debet intelligi prout iacet *Surd. cons.* 140. *nu.* 59. *lib.* 1. Tamen satis est quod sumus in materia differente, quæ regulariter non admittit fœminas, vt dictum est, accedente maximè voluntate concedentis,
53 † quæ in similibus casibus attenditur *Bart. in l.* 1 *n.* 1. *de verb. signific. Card. in clem.* 1. *num.* 7. *de election. Imol. in l. si ita scriptum, n.* 3. *ff. de legat.* 2.

Quibus accedit obseruantia, cùm aliàs fuerit narratum, quod concessio erat pro masculis, & quod per deficientiam illorum mensa erat deuoluta, & gra-
54 tia † fuit acceptata per registrationem in Camera factam *Felin. in c. cum venerabilis, n.* 22. *& ibi Dec. n.* 22. *de exceptio.* vltra vsum illius *Idem Decian. in c. l. semper qui non prohibet. nu.* 8. *ff. de reg. iur.* Ita vt ex
55 istis colligatur interpretatio concessionis, † ac illius declaratio, quatenus esset dubia *Paris. cons.* 13. *n.* 24. *in fin. Menoch. cons.* 191. *n.* 48. *lib.* 2. Hæc & similia fuerunt considerata in huiusmodi causa Romana mensæ numulariæ, in qua tandem præualet opinio pro exclusione fœminarum, vt *in decis. coram R. P. D. Coccino Decano* 30. *Iulij* 1614.

EPITOME.

Insinuatio an possit fieri post propositam querelam super inualiditate donationis. ¶ Vel donatore mortuo, aut inuito, aut reuocante donationem etiam incidenter. ¶ Recuperatio feudi à vassallo venditi an prosit, si super eo sit mota controuersia. ¶ Ius superueniens actori, seu reo quando conualidet iudicium. ¶ Donatio nondum insinuata an sit nulla ipso iure. ¶ Insinuatio an sit de forma substantiali. ¶ Et an sit inducta ob fauorem publicum, vel contrahentium tantum. ¶ Et an illi possit renunciari cum iuramento. ¶ Et an sufficiat simplex iusiurandum, vel requiratur in specie, vel per verba æquipollentia. ¶ Effectus donationis an incipiat ab insinuatione, ita vt valeat ex nunc, non prout ex tunc. ¶ Forensis donans, seu ratificans quæ statuta debeat seruare. ¶ Solemnitas loci in, quo actus perficitur quando attendatur. ¶ Acceptatio donationis an sit necessaria pro illius perfectione. ¶ Et an donans possit illam reuocare antequam donatarius ratificet. ¶ Donator condemnatus aut mutet statum, sicut mortuus, ita vt non valeat insinuare. ¶ Ius petendi insinuationem an transmittatur ad hæredes. ¶ Sententia contra non subditum an sit nulla. ¶ Et quando præsumatur lata propter delictum, vel ob contumaciam. ¶ Et an probet sine actis etiam excipiendo. ¶ Procurator an reuocetur post litis contestationem. ¶ Et si sit constitutus in causis criminalibus an sit legitimis in aliis litibus. ¶ Causa criminalis quando præiudicet ciuili. ¶ Et quid si differatur querela post mandatum relaxatum. ¶ Committens falsitatem in scriptura posita postea in actis an ammittat causam. ¶ Donatio an fiat per epistolam. ¶ Et an tunc requirat insinuationem. ¶ Et quid in donatione geminata. ¶ Contractus prohibitus per statutum absque solemnitatibus an debeat præsumi dolosus, ad hoc vt per iuramentum non confirmetur. ¶ Vitium litigiosi quando cesset. ¶ Et quo casu sit inducta litis pendentia tam per monitorium, quàm per citationem, & accusationem. ¶ Stipulatio an requiratur in donatione, & mandato in rem propriam. ¶ Notarius an possit apponere clausulam iuramenti, & stipulationis. ¶ Sententia nulla quando vulneret obligationem cameralem. ¶ Iudex nulliter iudicans an possit iterum iudicare. ¶ Tabellio condemnatus de falso in contumaciam an validè conficiat instrumenta. ¶ Et an illa produci possint per partem. ¶ Nomen accusati quando sit receptum inter reos. ¶ Citatio ad domum an sufficiat in causa graui. ¶ Accusatio sola an faciat supersedere iudicium ciuile. ¶ Pendente interrogatorio an pars velit vti testibus quos interrogatus intendit redarguere de falso an impediatur processus ad vlteriora. Pendente exceptione furoris an sit concedenda immissio. ¶ Et an debeant solui fructus ex contractu, cuius rescissio prætenditur ob dictam

causam. § Sequestrum an sit reuocandum si fiat non propter litem, sed vt soluatur. § Appellatio an detur de reuocatione sequestri. § Commissio causæ restitutionis quando impediat executionem. § Renunciatio cum iuramento omni priuilegio an operetur specialem renunciationem. § Clausula, De voto, posita in commissione, an censeatur repetita in aliis instantiis.

SVMMARIVM.

1 *Insinuatio non valet, quando res fuit in iudicium deducta, & proposita querela super inualiditate donationis, num. 5. 6. & 7. Intellige vt num. 12. 18. 19. 23. & 24.*

2 *Donatio non insinuata nullum effectum operatur tanquam deficiat forma substantialis. Declara vt nu. 95.*

3 *Insinuatio non potest fieri donatore mortuo, vel inuito, vel reuocante donationem etiam incidenter.*

4 *Insinuatio an sit inducta etiam ob fauorem publicum, nedum contrahentium.*

8 *Sententia si absorbet nouam controuersiam, ibi litis pendentia eamdem suspendit.*

9 *Adimplementum an debeat admitti post rem in iudicium deductam.*

10 *Oblatio retractus controuersa precludit consanguineo viam adhibendi amplius solemnitatem.*

11 *Recuperatio feudi à vasallo venditi non prodest si super eo sit mota controuersia.*

13 *Ius superueniens actori, seu reo ex causa de præterito conualidat iudicium aliàs nullum, etiam si pendente appellatione superueniat, n. 14 & 15.*

16 *Æqualitas est seruanda inter eum & actorem.*

17 *Magis fauendum est actori, quàm reo vt iudicium sustineatur.*

20 *Ius excipiendi competens donatori ob non factam insinuationem est perpetuum, prout etiam ius insinuãdi.*

21 *Donatio nondum insinuata non est nulla ipso iure, & sufficit insinuationem interuenire ex interuallo, per quam redditur efficax, n. 22.*

25 *Donans volens redarguere donationem tanquam non insinuatam, oportet, vt præueniat donatarium antequam ab eo citetur ad videndum fieri insinuationem.*

26 *Maritus non potest insinuare donationem propter nuptias vxore mortua.*

27 *Donatio facta per epistolam transmissam à donante donatario non est insinuanda.*

28 *Fraus est potissima causa, ob quam donatio insinuetur. Opinio Doctoris in specie attenditur, donec alius non contradicit.*

30 *Insinuatio requiritur, vt appareat, quod donans permanet in voluntate donandi.*

31 *Donatio geminata an valeat absque insinuatione, & excludat læsionem, & errorem.*

32 *Consensus geminatus valet quantum actus iuratus.*

33 *Insinuationis defectus tollitur per iuramentum, siue specificè illi renuncietur, siue per verba æquipollentia, num. 34. 35. 94. 95. & 97. Immo etiam sufficiet simplex iusiurandum, num. 36.*

37 *Effectus donationis incipit ab ipsa insinuatione, ita vt valeat vt est nunc, non prout ex tunc.*

38 *Cessionarius per quas clausulas dicatur positus in locum cedentis.*

39 *Forensis quando in donatione debeat seruare statuta Vrbis: & quid in ratificatione, n. 40.*

41 *Solemnitas loci, in quo actus perficitur debet attendi. Declara vt n. 42.*

43 *Acceptatio donationis non requiritur pro illius perfectione maximè stante iuramento, ideo non poterit reuocari, quamuis donans decederet antequam donatarius ratificaret, num. 44.*

45 *Donator condemnatus dicitur mutare statum, & non potest insinuare donationem, non secus ac si esset mortuus.*

46 *Ius petendi insinuationem non transmittitur ad hæredes.*

47 *Sententia lata contra non subditum est nulla.*

48 *Pro sententia contumaciali nihil præsumitur nisi quatenus constat ex actis, nec ex ea aliquid præiudicium infertur condemnato, multò minus tertio.*

49 *Sententia non iustificata respectu corporis delicti, & actorum, est nulla, & præsumitur lata in contumaciam, non propter delictum.*

50 *Appellatio non datur ab obligatione Camerali.*

51 *Procurator post contestationem litis dicitur legitimus, & non reuocatur morte domini, à quo neque viuente posset reuocari.*

52 *Procurator constitutus in causa criminali, & coram alio quocunque iudicio, & iudice, dicitur legitimus quo ad omnes lites, num. 53.*

54 *Causa criminalis non præiudicat ciuili quando ius totius causæ in illa non consistit.*

55 *Differens querelare post mandatum executiuum relaxatum non facit persuadere causam eiusdem.*

56 *Committens falsitatem in scriptura posita postea in actis, non amittit causam, non debeat falsitas commissa in actis.*

57 *Donatio potest fieri per litteras missiuas, & per nuncium.*

58 *Contractus prohibitus per statutum absque solemnitatibus debet præsumi dolosus, ad hoc vt per iuramentum non confirmetur, n. 99.*

59 *Exceptio iuris tertij non competit, si tertius non opponat.*

60 *Vitium litigiosi cessat finita lite, & quando sumus in actione personali.*

61 *Sententia nulla non inducit litis pendentiam.*

62 *Sententia sine actis non probat neque excipiendo.*

63 *Copia processus non datur in crimine hæresis.*

64 *Insinuatio quando fiat à solo donatario.*

65 *Donatio est perfecta absque eo, quod stipulatio interuenerit.*

66 *Iuramentum supplet præsentiam absentis.*

67 *Notarius an habeat facultatem apponendi clausulas solitas, & stipulationem, ac iuramentum.*

68 *Mandatum simplex, & in rem propriam potest fieri absenti & non requirit stipulationem.*

69 *Sententia nulla non vulnerat obligationem cameralem.*

70 *Iudex nulliter, seu notoriè iniustè iudicans potest dare sententiam secundam contrariam primæ, n. 71.*

72 *Exceptio falsi an impediat obligationem cameralem.*

73 *Condemnatio notarij de falso non præiudicat habenti interesse, si non fuit citatus.*

74 *Notarius condemnatus de falso in contumaciam potest adhuc conficere instrumenta, & illa poterunt produci per partem.*

75 *Monitorium, & citatio æquiparantur, & inducunt litis pendentiam, & præuentionem, dummodo constet de legitima executione, num. 77.*

76 *Citatio ad domum non sufficit in causa graui, sed requiritur personalis.*

78 *Accusatio*

Accusatio & querela sola non facit supersedere iudicium ciuile, nisi post transmissam citationem, & ante eam potest retrahi, & aboleri per iudicem, & non est praeuenta iurisdictio, neque sufficit mandatum de cistando, nisi citatio sit executa. Idem in causa ciuili, num.79.

80 *Accusatus non potest quis dici ad effectum, vt non possit reaccusare accusatorem, nisi nomen illius sit receptum inter reos, quod fit per citationem.*

81 *Accusatio facit silere iudicium ciuile, quando agitur inter easdem personas.*

82 *Post suspicionẽ iudicis oppositam omnia acta sunt nulla.*

83 *Pendente interrogatorio an pars velit vti testibus, quos interrogatus intendit arguere de falso non potest procedi ad vlteriora.*

84 *Fructus debentur ex contractu, donec pendet causa rescissionis illius ob furorem contrahentis prout exceptio furoris non impedit immissionem in possessionem.*

85 *Sequestrum non reuocatur, si fiat non propter litem agitandam, sed vt soluatur, vel vt sententia demandetur executioni. Intellige vt num.86.*

87 *Commissio causa restitutionis quando impediat executionem, & num.88.*

89 *Fideiussio in forma depositi non expirat lata sententia, sicut illa de iudicio sisti.*

90 *Clausula, de voto alterius, posita in commissione an censeatur repetita in aliis instantiis.*

91 *Causa reuocationis sequestri est interlocutoria, & ab ea non datur appellatio.*

92 *Sequestrum tollitur per cautionem, per quam possit pars esse tuta de suo interesse, ita vt tunc non liceat ei appellare.*

93 *Lingua est interpres animi, & tuba cordis, & cor imperator linguae.*

98 *Renunciatio cum iuramento omni priuilegio operatur ac si esset renunciatum specialiter cuicumque priuilegio.*

CAPVT DXXXI.

COntra doоationem, de qua agebamus, fuit oppositum de insinuatiooe non legitimè facta,
1 quae licet interuenerit, † Tamen dicebatur illam
non suffragari, cum oon potuerit fieri, nec per eam
donatio conoalidari, quando, prout in casu oostro,
fuisset res io iudicium deducta, & proposita querela de inualiditate donationis, & pro huiusmodi
conclusione firmanda omissis generalibus tanquam
remotis, allegabatur in puncto *Ang. cons. 179. col. vltim. ad med. vers. si tamen donatio. numero 7.* ob
cuius doctrioam tanquam notabilem, & io specie
loquentem, causa videbatur in tuto, ita vt deberet
ferri sententia pro nullitate insinuationis, & con-
2 sequenter donationis, quae † tanquam noo insinuata nullum effectum poterat operari, cum insiouatio sit pro forma, sine qua actus est ipso iure nullus
l. data. & l. sancimus. in princ. l. penult. C. de donation.
Ita vt ista exceptio dicatur intentionis, & facti, neque illi partes possint renuociare, cum etiam de-
3 beat interueoire tempore celebrationis actus, † nec
possit adhiberi donatore mortuo, vel inuito, vel
reuocante etiam incidenter, adeo vt quamuis praesupponeretur noo fuisse commissam aliquam fraudem in donatiooe, Tamen adhuc inualida censeatur, si insinuatio sit omissa, stante generali prohibitione legis, prout omnia praedicta multis comprobat *Ann. allegat. 215. n. 27. vsque ad 32. Menoch. cons. 308. nu. 57. in fin. lib. 4.* † cum etiam insinuatio fiat ob
fauorem publicum, nedum creditorum, & contrahentium cum donatore *Magen. decis. Florent. 64. n. 60.* Quamuis hoc de faoore publico non admittat, *Rimin. Iun. cons. 72. nu. 30. lib. 1. post Socin. consil. 77. col. penult. lib. 1.*

Quibus dicebam posse addi moltos, qui referendo
5 *Angel.* eandem opinioоem sequuntur, † prout
Alex. consil. 257. perspectis his quae in themate, in fin. n. 3. lib. 6. & ibi Addit. in verb. postquam, & etiam Natt. ibidem in addit. in verb. postquam, Arot. consil. 123. in causa quae vertitur, col. 2. in fin. n. 6. Becc. consil. 66. in fin. nu. 30. & summè ootandum dicit *Marsil. sing. 489. quando à lege vel statuto. ad med Corn cons. 99. colum. pen. ad med. vers. tamen his non obstantibus lib. 4. Aym. cons. 201. n. 27. versic. alibi scribit, colum. 10. in princip.* Idem voluit *Castr. consil. 337 si prima duo statuta, col. 2. post princ. versic. sed aduertendum est diligenter, ibi vnde videtur sufficere, lib. 2. per tex. in l. fi. vers. si eo tempore, ff. si cert. petat.* Idem sequitur *Rum. cons. 44. n. 21. lib. 2. Mannoll. Albens. consil. 4. n. 49. Bertaz. cons. ciuil. 88. n. 55. Lndon. conclus. 17. col. 2. vers. ampliatur vltra. Melchior. Palaoz. de maiorat. qu. vlt. in fin. num. 21. tom. 10. part. 1. fol. 495. Cephal. cons. 745. num. 13. lib. 5. & cons. 586. num. 10. & 18. lib. 4. Tiraqu. de retr. lignag. § 8. glos. 7. n. 26. fol. 278.*
6 † vbi etiam adducit *Alexand. in addit. ad Bart. in l. modestinus, in princip. in verbo sine insinuatione, ff. de donation.* & sequitur etiam *Peregr. cons. 76. nu. 23. post med. vers. illud tamen lib. 1. & Ang.* refert etiam *Card. Thus. concl. 197. in fin. in verb. insinuatio de quo tempore, num. 18. p. 4. fol. 547. & in verb. litis pendentia, conclus. 381. num. 12. part. 5. fol. 433. & Virg.*
7 *Boccac. in constit. March. vt minor. glos. 5. nu. 17.* † &
beoè declarat *Bald. in l. vnic. §. fin autem ad deficientis, in fin. vers. item articulus nullitatis, C. de caduc. tollend.* vbi, quod lite contestata super nullitate donatiooіs noo potest fieri insinuatio, quia
cum sit aduersatiua, & praeiudicialis, obstat petitae
8 insinuationi, † vbicumque enim seotentia absorbet nouam controuersiam ibi litis pendeotia eandem suspendit *lege fundum 16. ff. de except. lege fundi 18. ff. eodem tit.*

Et faciont similia de illis, qui post rem in iudicium
9 deductam noo possunt dicere se esse paratos adimplere, de quibus per *Aym. cons. 192. n. 16.* vbi allegat *Castr. cons. 337. si prima duo statuta, col. 2. lib. 2. & Alex. cons. 137. ad fin. lib. 6.* qui loquuntur in specie insinuationis *Corn. cons. 99. num. 7. lib. 4. & cons. 211.*
10 *col. 2. lib. 1.* † Vnde etiam postquam fuit coeptum
agitari de viribus obligatiouis retractus, quia emptor conuentus dicit ipsam oblationem esse nullam ob non seruatam formam consuetudinis, erit
praeclusa via consanguineo ad adhibendam posthac talem solemnitatem *Tiraq. de retract. lignag. §.*
11 *8 gloss. 7. num. 26.* vbi † etiam de recuperatiooe feudi a vasallo venditi, quae ei prodesset, neque ab
eo caderet, dummodo non sit super illa remota
controuersia, *Dec. cons. 159. in causa monasterij, in fi. post Iac. Alnar. & Iac. Ardiz. in c. 1. in princ. col. 2. quid iur. si post alien. feud.*

Verùm praedictis non obstantibus, cum super hu-
12 iusmodi dubio consultus fuissem, † contrarium
dixi concludendum esse, quod videlicet potuerit
fieri insinuatio donationis, de qua agimus, etiam
pendente iudicio, & proposita querela nullitatis
ob dictum defectum insinuationis. Ex quo enim
13 superueniat actori ius ex causa de praeterito, † con-

ualidatur iudicium aliàs nullum *l.si rem mihi dederit.§.fin.de pignor.act.l.si mandauero.ff.mandat.Alex. cons.177.col.fi.in prin.vers.& quia superuenisse.lib.2.*
14 *late Bellon.cons.25.nu.3.cum seq.* † Etiam si pendente appellatione tale ius superueniat *Ruin.cons.12. nu. 8. lib.4.post Bald.in l.per hanc.colum.2.ante fin. vers. si igitur in nube.num.6. ad med.C.de emptor.appellat. Aret. in l.hæres quandoque,col.2.in princ. de acqui-*
15 *rend.hæredit.* † Prout etiam permitteretur reo conuento, vt ius excipiendi sibi possit, saltem pendente iudicio hoc superuenire *Bartol.in l.1.col.3.in fin. num.9.vers.quæro quid si exceptio incipit ff.de exception. Angel.instit.eodem titul.in rubr.quæst.7.num.36. & in §.1.num.9.institut.de action. Paris.cons.82.in fin.*
16 *lib.3. Cephal.consil.112.numer.25. lib.1.* † Vnde hoc etiam erit in auctore, vt æqualitas seruetur inter illum, & reum *l.fin.C.de fruct.& lit.expens.* Cum etiam, vt iudicium sustineatur magis fauendum
17 sit auctori, † quam reo *l.si quis intentionem. de iudic. Gloss. in cap. cum ad sedem 25. verb. ex pertinentis, de restit.spoliat.Bart.in l.de die.num.2. ff.qui satisdar.cog.*

Et ita specie insinuationis, de qua agimus concludit *Corn.cons.221.quia in hac causa.col.vlt.in princ.lib.1.*
18 † vbi quod nec iure cauetur, nec vlla ratio suadet, quod propter obiectum nullitatis impediatur insinuatio, *Idem Cornel.cons.36.si rectè.nu.1.in fin.vers. immo & dico, libro 3.* vbi considerat rationem iuris superuenientis iuxta dispositionem *text.in l.si rem. §.fin.ff.de pignorat.act.* Idem voluit *Bald.Bart.inter. cons.Socin.cons.78.in eamdem sententiam, col.vltim. in fin.vers.immo posset dici quod etiam pendente iudicio lib.1.* & sequitur *Antor.Canar.de insinuation.quæst.*
19 *3.per tot.tom.6.p.2.fol.274.* † vbi in specie reprobat *Ang.cons.176.col.vlti.ad med.* ex aduerso allegatum, ob illam rationem, quia insinuatio consistit in mera libertate donantis, vnde in ea non potest dari contradictio,& sic omni tempore poterit fieri, sicut ipsa donatio, quasi simus in quadam simplici facultate, ex qua per illius explicationem nullum ius, aut actio, vel exceptio acquiritur ipsi donatori, sed solùm insurgit explicatio eius, quod in libero explicantis arbitrio consistebat; Ita vt tali ex-
20 plicationi numquam præscribatur, † sicut enim est perpetuum ius excipiendi, quod competit donatori ob non factam insinuationem, ita etiam ius insinuandi debet esse tale, prout omnia supradicta declarat *Rimin.Iun.in §.1.num.209.instit.de donat.post Ioan.Fabr.ibid.in §.cum retro.nu.5.ad med.Castr.in l. vniuersa 4.nu.5.vers.quod debet intelligi.Cod.de precibus imperat.offer.Rimin. Iun.cons.72.num.57. lib.1. Canar.de insinuat.quæst.3. Magon.decis.Flor.64.seu 65.num.43.Corn.cons.36.si rectè consideretur.num.1.in fin.lib.3.*

Et facit quia donatio nondum insinuata non est nulla
21 ipso iure, † cum non sit necessaria adhibenda in ipso actu, sed sufficiat illam ex interuallo interuenire, & quatenus impedimentum est, liberè potest tolli per donantem, vel in ipso actu, vel post actum *Bart.in l.modestinus 21.ff.de donat.Gabr.cons.158.nu.*
22 *15.lib.1.* † Vnde interim est sine effectu, nec competit exercitium actionis donatario, cum detur exceptio, vel donanti, vel eius hæredibus, si non est insinuata.Tamen secuta postea insinuatione est omnino effectualis, ita vt amplius talis exceptio non obstet,& per consequens iuuat donatario tanquam ius illi superueniens, vt in proposito ita arguit *Bald. Bartol. inter consilia Socin.78. ad fin. versic. plerique etiam dicunt. lib.1. Magon.decis. Florent.64.*

Ex prædictis colligitur non obstare *Ang.cons.179.col.*
23 *vltim ad med.* † Quia omisso quod dubitat, & nihil firmat loquendo per verbum forsan, Respondetur illius opinionem non esse sequendam, Cum in specie illam impugnet *Canar.de insinuat.d.qu.7.nu.7. & 8.cum aliis supra allegatis.vers.& ita in specie insinuationis, numer.18.*

Præterea *Ang.* loquitur in donatore, per quem si
24 fuerit dictum de nullitate donationis, † tunc non poterit donatarius recurrere ad remedium insinuationis, cum aliud sit quando per alterum opponeretur de dicto defectu insinuationis, quia non poterit talis defectus per illum opponi, etiam pendente iudicio, cum non possit tolli libertas, quam habet donator faciendi insinuationem, sicut iterum posset donare, neque militat eadem ratio, quando ipsemet donans opponit de insinuatione, & ita *Ang.* esse intelligendum concludit *Corn. consil.221.colum.vltim.in princ.vers.nec iure cauetur. & post med.vers.ex his igitur apertè deducitur. lib.1.* quod etiam sentit *Aret. consil.325. in causa quæ vertitur.colum.2. ad med.num.4. & 5.* Et ita etiam loquuntur omnes Doctores, qui *Angel.* sequuntur videlicet in terminis oppositionis insinuationis factæ inter donatarium, & donantem, cum respectu alterius nulla detur contradictio in donationibus *ex Corn.Bald.Nouell.Canar.& aliis supra allegatis.* Et ideò benè *Tiraq. de retract. lign. § 8. gl.7.num.26.ad fin.* dubitat de opinione *Ang.* si intelligeretur respectu aliorum, quàm illius, qui donauit, prout etiam talem contradictionem requiri in donante, non in aliis concludit *Cephal.cons.170. num.47.lib.2.*

Quæ adeò vera sunt, vt quamuis citetur donans per
25 donatarium ad videndum fieri insinuationem † non possit neque per donantem tunc opponi defectus insinuationis, cum opus sit, quod donans volens redarguere talem donationem non insinuatam, præueniat donatarium, & rem ac nullitatem prædictam in iudicio prius opponat, antequam citetur ad videndum fieri dictam insinuationem *Corn.cons. 121.col.vlt.post prin.vers.ex quo ergo vult. quod donator.lib.1.* & sequitur tanquam notandum *Ludouic. conclus.17. col.4. in princ. vers.nec sufficit secundum, limit.1.* quod tamen modo non est præsentis inspectionis.

Neque obstat argumentum, in quo se fundat *Ang.ex auth.eo decursum. C.de donat.ante nupt. & in corpore vnde sumitur. in §.illud quoque auth. vt frater filij.*
26 † Quia ibi non impeditur insinuatio ratione contradictionis, sed propter rationem defectus donationis insinuandæ, cum non possit maritus insinuare donationẽ propter nuptias vxore mortua, vt lucretur dotem, iuxta pacta dotalia, quasi post eius obitũ non sit amplius dos, quæ non potest esse sine matrimonio *l.fin. C.de donat. ante nupt. lege 3. ff.de iur.dot.* ergo neque erit donatio propter nuptias, quæ datur propter dotem *dict.lege fin.§.1.* non est igitur quærendum de insinuatione, vbi non est quod insinuetur, & ita in proposito respondendo ad *Ang.* concludit *Canar.de insinuat.quæst.3.ad fin.vers.nam non potest maritus nu.8.* quod etiam voluit *Corn.cons. 99.num.8.lib.4.* vbi quod si tempore, quo tractatur de lucro dotis, non reperitur, quod maritus fecerit insinua-

insinuationem, nihil consequitur ex pacto lucrando *Ang.cons.179.col.vlt.ad med.*

Vlterius non est omittendum, quod quamuis iura
generaliter disponant donationem esse insinuan-
27 dam, † Tamen hoc non procedit in ea, quæ fit per
epistolam transmissam à donante ad donatarium,
quasi tunc cesset omnis suspicio fraudis, & aliena-
tionis in donante, quæ fraus est potissima causa,
28 ob quam requiratur insinuatio, † cum aliæ causæ
non sint ita necessariæ *Canar.de insinuat.q.9.nu.18.
per text.in l.data, alias data 27. C.de donat.*& notat
etiam *Duen.reg.124.vers.tertia ratio,ante nu.1.*Et ita
in specie donationis factæ per epistolam, quod in
ea non requiratur insinuatio concludit *Io.Franc.de
Pont.cons.82.nu.6. vsque ad* 11. cuius opinio, quam-
29 uis ex aduerso non admittatur, † Tamen cum ha-
beamus doctorem qui in terminis ita concludit,
standum est illius sententiæ, donec alius non inue-
niatur, qui contradicat *Ias. in l.penult. col.penult.
ff.de pact. Roman.Iun.cons.639.nu.150. lib.6. Marzar.
de fideicomm.part.2.q 8.num.3. Surd.consil.613.num.
43.lib.3.*

Maximè, quia in casu nostro adsunt litteræ geminatæ,
in quibus magis colligitur perduratio mentis do-
30 natoris, † ob quam causam etiam requiritur insi-
nuatio *Ioan. Andr.ad Specul.de instrum.edit.§.porro,
sub rub.de form.donation caus mort.& inter viuos, in
ver.subscribas, post princip.vers.sed primi dicunt, fol.*
143. *Duen.regul.224. col.1. vers.rationes autem, per
text.in auth.de appellat.& intra qua tempor.in princ.
vers.vt liceat homini.* & notat in specie donationis
Albens.cons.4.num.37.lib.1.

Et in terminis, quod valeat donatio geminata absque
31 insinuatione † concludit *Bertrand.cons.50.ex casu,
col.3.in princ.n. in fi.lib.3.part.2.* quidquid contra-
rium sentiat *Rebuff.de donation.insinuan.art.1.gloss.1.
nu.41.tom.2.* Cum prima opinio sit verior, ex quo
cessat fraus, & durat mens donantis, vt dictum est
ex Specul.ac aliis supra adductis, & notat etiam *Ca-
nar.de insin.qu.9.nu.8.*Ita vt ex isto geminato con-
sensu non solùm magis colligatur veritas donatio-
nis, & perseuerantia donantis, sed etiam excludatur
omnis error, simulatio, ac læsio, cum consensus di-
catur roboratus, & confirmatus *Cast.cons.336.factum
sit se habet, col.2.in fin.vers. ex quibus apparet, lib.2.
Dec.cons.215.visa transactione, ad fi.vers.& præsertim
ista conclusio, nu.6.Aym.cons.54.col.2.ante fin.n.7.*

Adeo vt talis consensus geminatus tantum valeat,
32 quantum iuratus *Felin.in c.si cautio 14.col.10.in fin.
vers.fallit vltimo in confessione, nu.39.de fid.instr.cum
aliis per Melchior.Palaez.de maiorat.q.22.n.14.tom.
10.p.1.fol.365.Euerard.loco arg.28.à combinatione seu
coniunctione, nu.3.& loco 120.à vi geminationis, nu.3.*
33 † Quo consensu iurato stante tollitur defectus in-
sinuationis, quatenus etiam in dictis epistolis requi-
reretur, cum per iuramentum ille purgetur *Decian.
cons.314.viso eleganti, ante fin vers.3.non obstat, n.14.*
vbi de communi *Paris.cons.26.nu.60.lib.3.cum aliis
per Aym.cons.118.num.1.*

Nec oberit, quod vt iuramentum suppleat defectum
34 insinuationis, † debeat specificè illi renunciari *Me-
noch.cons.451.nu.28.& cons.465.n.16. lib.5.cum aliis
adductis per Plot.cons.79.n.6.Feder.cons.281.casus ta-
lis est statuto cauetur, post med.nu.2.Clar.in §.donatio,
q.18.vers.retenta igitur, nu.2.latè Gabr. de donat.con-
clu.1.nu.73.Phanuc.de inuentar.p.7.nu.287.vsque ad
295.tom.8. part.2.fol.317.* vbi quod ex hoc senten-
tiauit cum Rota Senense, quod donans, non ob-
stante clausula generali iuramenti potest dicere
de nullitate donationis, quæ sententia postea fuit
confirmata per *Rot.Florentinam*, vt ibidem ipse te-
statur *Corn.* qui dicit hanc esse communem opi-
nionem Canonistarum, & Legistarum *cons.69.nu.*
18.*lib.2.* Et quod specialiter sit renunciandum vo-
luit etiam *Io.Andr. ad Speculat.de instrum.edit. §.
porro, rub.de donat.caus.mort.& int.viu.in fi.in verb.
minus, vers.sed quid si renuncians.Bald in c.cum con-
tingat, nu.13.& ibi Abb.nu.17.Imol.nu.90 de iur iur.
Alex.in l.nemo potest, nu.12.ff.de leg.1.Auffr.ad decis.
capell.Tholos.371. Tiraq.in l.si vmquam, in præfat.
num.143. in fin.Cod.de reuoc.donat. Guid.Pap.decis.
350.Gabr.de donat.conclus.1.nu.6.Magon.decis Flo-
rent.64.n.23.Seraph priuil.iuram.73.nu.3. Laderch.
cons.83. Aym.consil.118 num.1. Ias.cons.51.col.vltim.
in princ.num.3. lib.1. Dec.cons.278. primo non vide-
tur, num.3.vers.præterea in casu isto.Caputaq.decis.
286.num.1.p.1.*

Nam quamuis in specie non fuerit renunciatum ipsi
35 insinuationi cum iuramento, † Tamen verior est
opinio, quod sufficiant verba æquipollentia, quæ
adsunt in litteris geminatis & in instrumentis, de
quibus agimus, videlicet si iureiurando fuerit pro-
missum obseruare donationem purè, liberè, &
merè, vel illam non reuocare, infringere, aut an-
nullare, vel de non veniendo contra eam, vel cum
similib.verbis, tunc enim illa operabuntur, ac si in
specie esset renunciatum insinuationi, *Alexan con-
sil.4. n.10.lib.1. post Imol.in c.cum contingat, conclus.
2.de iur.iur.& post Ioan.de Anan. Archid.Bononien-
sem, & Pacem de Aquila.* qui ita consuluerunt, & eo-
rum consiliis se subscripserunt multi insignes Do-
ctores, de quibus per *Alexand.dict.cons.4.num.10.*
quod etiam voluit *Corn.cons.69. num.17. vsque ad
28 lib.2.Capic.decis.159.num.21.ante fin.versic.& sic
non videatur.* Vnde etiam si in instrumento repe-
riatur renunciatum omni priuilegio sibi compe-
tenti, tantum valebit ista renunciatio, quantum si
specialiter renunciaretur cuicumque priuilegio *A-
ret.in l.stipulandum, col.9.de verbor.obligat.* quem refert
36 *Capic.decis.59.nu.31.in fin.* † Quamuis etiam multi
teneant, quod sufficiat simplex iuramentum ad
tollendum defectum insinuationis *Imol. in capit.
cum contingat, nu.90.de iur.iur. Alexand cons 4.nu.
10. l.b.4. Socin.Iun.cons.130.nu.19. lib.3.Capic.decis.
159.num.31 Claran §.donatio, qu 18. Menoch.cons 1.
nu.377.Caputaq.decis.286 part.1.Rot.coram R.P.D.
Orano Romana donationis. 29. Martij 1599. Cardin.
Seraphin.decis 472.nu.14 & decis.746 nu 3.& decis.
1184 nu.14.* Licèt ista disputatio non sit necessaria,
cum habeamus instrumentum clarum celebratum
die 7 Iunij 1612. in quo in specie renunciatur cum
duplici iuramento cuicumque insinuationi, &
aliis quibuscumque solemnitatibus, *vt in summar.
num.4.* & sic fuit omninò sublatus omnis defectus
insinuationis per speciale iuramentum, vt dictum
est *supr.nu.34.*

Minus obstat, quod effectus donationis incipiet ab
37 ipsa insinuatione, † & sic valebit donatio ex nunc
non prout ex tunc, Maxime in præiudicium ter-
tij, cui esset ius quæsitum medio tempore *Menoch.
consil.292. num.3.& 4. lib.3.* vbi quod dicitur a-
ctus conditionalis expectans insinuationem *Re-
buff de donat.insinuand.gl.6.art.1.fol.328.tom.2.* Nam
quidquid sit de ista opinione non est modo illa

examinanda, in casu enim nostro semper donata-
rius poterit exigere omnes fructus decursos, & de-
bitos ipsi donanti, cum fuerit positus in locum
ipsius, & constitutus procurator in rem propriam,
38 cum cessione omnium, † & quorumcumque in-
rium pro exactione terminorum hucusque decur-
sorum, & in futurum decurrendorum, cum aliis
clausulis amplissimis in donatione contentis, ex
quibus comprehenditur omnis actio, quæ donan-
ti competebat, & vniuersaliter omne ius illi com-
petens *Bart.in l.plane, ff.famil.ercisc.Bald.in l.3.n.6.
Cod.de nouat.Bertazzol.clausul.28.gloss.2. Curt.Iun.
cons.45.nu.5.*

Alia nullitas, quæ opponitur in donatione, de qua
agitur ob defectum solemnitatum statuti Vrbis
39 *lib.1.c.*110. non releuat. † Etenim sumus in dona-
tione facta Venetiis, quæ non comprehenditur sub
statuto Vrbis, & decisiones, quæ ex aduerso ad-
ducuntur habent locum quando exterus donaret
in Vrbe, tunc enim debet seruare solemnitates sta-
tuti Vrbis, Nam istud statutum prouidet circa so-
lemnitates actuum, non circa habilitationem per-
sonarum contrahentium, ideò attenditur locus
contractus, quamuis essemus in forensibus *Bartol.
in l.cunctos populos, qu.6.princ.n.30.vers.sexto viden-
dum est, C.de sacros. eccles.* & ita loquitur *Caputaq.
dec.281.part.1.Rot.coram R.P.D.Orano Romana bo-
norum de Ceulis, 18. Martij 1587.& coram C.Lancel-*
40 *lotto, Romana restitutionis dotis, 25.Iunij 1599.*† Nos
autem sumus in donatione facta Venetiis, per non
subditum statutis Vrbis, qui non solùm non tene-
tur seruare istas solemnitates quando donat extra
Vrbem, sed neque tenetur, quamuis ratificatio do-
nationis factæ in Vrbe sine solemnitatibus absque
illis ratificaretur Venetiis prout est decisio *Rota co-
ram R.P.D. Litta Rom.hæreditatis, 14.Martij 1603.*
quam cum multis aliis adduxi supra *c.124.nu.30.vs-
que ad num.34.part.1.* & generale est, quod semper
circa huiusmodi solemnitare attendatur locus, in
quo dispositio celebratur *Gozad.consil.49.num.14.
colum.3. Abb.consil.52. in quæstione rainerij, colum.
2.post med.vers.sed his non obstantib.nu.3. lib.2.Surd.
dec.11.num.6.*

Nec ad rem facit dum replicabatur, quod donatio
fuerit facta per forensem ad fauorem tamen Ve-
41 neti existentis in Vrbe, † in qua cum reciperet per-
fectionem per acceptationem faciendam à dona-
tario, debet attendi solemnitas loci, in quo actus
perficitur iuxta doctrinam *Bald.in l.multum 6.col.
vlt.in princ.nu.11.vers.sed hic quæro, Cod.si quis alteri
vel sibi.* Quia *Bald.* hoc non dicit, neque potest
dicere, cum sit contra rationem, & naturalem sen-
sum, & cum pro ista conclusione verificanda pe-
teretur afferri *Baldum* ipso viso, non fuit reperta
talis doctrina, cùm solùm loquatur quo ad actio-
nem exercendam, Inquit enim quod si ego per
nuncium, vel epistolam vendo fundum tibi exi-
stenti Bononiæ, & tu ibidem consentis, si ex isto
contractu volo agere, debeo actionem intentare
Bononiæ, cum ibi dicatur verè contractum, quia
ibidem per medium organum verè coniunguntur
consensus vtriusque partis, non enim inspicitur lo-
cus, à quo nuncius, vel epistola dirigatur, sed lo-
cus in quo contractus essentialiter perficitur ar-
gumento *l.obligari, §.1.* & quod ibi notat *Nicol.de
Matar.ff.de auct.tuto.l.si vt proponis, ff de fideiussorib.*
& ita etiam referendo *Bald.* concludit *Corset.sing.
110.in verb.epistola, n.4. Card.Mant.de tac.& am-
big.conuen.lib.3.tit.13.n.60.* sequitur *Rot.coram R.P.
D.Gypsio Veneta litterarū cambij, 4.Iunij 1584.* Aliud
42 † est in casu nostro, in quo agitur de solemnitate
contractus, tunc enim inspicitur locus contractus,
& locus verborum prolatorum, vt in specie distin-
guit *Idem Bald.in d.l.multum, nu.11.in fin.versic.sed
si consideras consensum, C.si quis alter.vel sib.* quod et-
iam declarat *Card. Mantic.de tacit. & ambig.con-
uent.lib.14.tit.39.nu.23. & 24.post Din. & Bart.in l.
contraxisse, ff.de action.b.& obligat.* Præsertim, quia
respectu donantis iam dispositio fuit perfecta Ve-
netiis, & quamuis fiat absenti, & illius acceptatio
requiratur, Tamen hoc non respicit factum do-
nantis, ad cuius fauorem est facienda insinuatio,
vt sciatur an velit persistere in ea voluntate, quam
à principio ostendit, & vt suspicio fraudis, & ma-
chinationis tollatur *Couar.de insinuat.q.19 num.18.
Duen.regul.224.* Vnde cum donans fecerit quid-
quid mandatur per statuta loci, in quo ipse com-
moratur, & quibus subditus est, nôn tenetur ad
aliud, Maximè, quia donatio, & eius insinuatio
non facta ad preces donatarij, sed motu proprio
ab ipsomet donante, cum sufficiat insinuationem
fieri ad instantiam vnius partis *l.cum militem, &
auth.vt cum decursum, C.de donat.ante nupt.Rimin.
Sen.cons.160.num.3.lib.3.*

Quibus adde, quod pro perfectione donationis non
requiritur acceptatio donatarij respectu donan-
43 tis, † statim enim quod donans donauit, solo eius
consensu, & nuda illius voluntate siue signis, siue
nutu perficitur donatio *§.alia autem, instit.de donat.
l.si quis argentum, §.fin.Cod.eod.tit.Franc. Marcus
decis.326.nu.11.part.1. Honded.cons.37.nu.13. & 44.
lib.1.* Adeo vt quando donatio est facta absenti no-
tario pro eo recipiente, vt in casu de quo agimus,
sit valida, & perfecta, ita vt etiam ante acceptatio-
nem acquiratur ius donatario, & amplius reuocari
non possit *Bald.in l.cum à socero, col.vlt.ante fin.C
de iur.dot. Rimin.Iun.cons.253.nu.7.lib.3.Socin.Iun.
cons.118.nu.13.lib.2.Cephal.cons.33.num.5.& 6.lib.1.
Dec.cons.39.num.144. lib.2. Socin.Sen. cons.137.col.
vlt.in princ.lib.1.cum aliis per Honded.* qui de com-
muni *cons.37.nu.27.lib.1.* Maximè stante iuramen-
to, de quo in casu nostro, quod facit vt illius vigo-
re stipulatio facta alteri magis conualidetur *Rim.
cons.180.nu.12.lib.1.Rimin.Iun.cons.253.num.8.lib.3.
Roland.cons.19.num.30.lib.1. Natt.cons.202.num.18.*
44 *& cons.506.nu.16.* Quare etiam † nec dabitur pœ-
nitentia, aut reuocatio donationis, quamuis do-
nans decederet antequam donatarius ratificaret,
ne plus iuris transeat ad hæredem, quàm erat in
defuncto, cum etiam ius in eo formatum transeat
ad successorem *Couar. in rubr. de testam.p.3.num.15.
vers. illud perfecto. Surd.decis.206.num.4. vsque ad
num.11. Ludouic.Molin.de hispan.primog. lib.4.c.2.
num.77.*

Nec aduersatur condemnatio prætensa de donato-
45 re, quæ operatur mutationem status, † ob quam
sicut non poterat donare, ita neque donationem
insinuare *Bald.cons.167.quidā franciscus tunc carens
filiis, col.pen.post med. vers. vnde si donator mutasset,
lib.5.* Prout dicimus de mutatione status ob mor-
tem donatoris, tunc enim neque poterit fieri in-
sinuatio per donatarium stante dicto obitu, Im-
mo neque per hæredem donantis, *Rimin.Iun.cons.
118.num.92. & 93. libro 2.* quasi donans censeatur
moti

mori in ea voluntate, quæ est conformis dispositioni iuris communis, secundum quod non valet donatio sine insinuatione, cum lex fingat abesse consensum donantis, donec superueniat insinua-
46 tio, † cum etiam neque istud ius petendi insinuationem transmittatur ad hæredes donatarij, qui non poterunt inuitis hæredibus donatoris insinuare, quemadmodum non posset donatarius *Bart. in l. modestinus, col. 2. de donat. cum alijs per Peregr. cons. 76. n. 23. lib. 1.*

Quia dicta sententia fuit lata in contumaciam super falsitate instrumenti Venetiis confecti absque aliquibus probationibus contra D. Dominicum donantem, qui nullo iure forum sortiebatur in Curia Romana, neque ratione originis cum esset Venetus, neque habitationes, aut domicilij, cum nullo vnquam tempore steterit in Vrbe, nec ratione
47 contractus, qui fuit celebratus Venetiis, † Ita vt tanquam sententia lata contra non subditum & per Iudicem nullam habentem iurisdictionem non sit attendenda *l. 1. & 2. Cod. vbi de crimin. agi oport. Alex. cons. 217. num. 14. lib. 6. & in l. cum quadam puella, D. de iurisdict. omn. iudic. Boss. de for. compet. num. 72. cum seq. Clar. in §. fin. qu. 39. num. 3.* Maximè in criminalibus, in quibus probationes sunt de substantia *Ruin. cons. 68. num. 6. lib. 5. Socin. Iun. cons. 38. num. 28. & 29. lib. 2. Rot. coram R. P. D. Can-*
48 *tuccio Romana notariatus, 16. Decembr. 1585.* † Adeo vt pro tali sententia contumacia nihil præsumatur, nisi quatenus constet ex actis, sine quibus habetur ac si non esset lata, & non extaret in rerum natura *Rot. diuers. decis. 136. num. 3. p. 1. Cardin. Seraph. decis. 723. num. 12. p. 1. Bald. in cap. testimonium, num. 12. de testib. & in l. confessis, num. 44. ff. de confess.* Neque ex ea aliquod præiudicium oritur ipsi condemnato, & multo minus alteri, siue adsit scientia siue ignorantia illius *l. qui repudiatus, §. fi. & l. papinianus, §. meminisse, ff. de inoffic. testam. Felin. in cap. cum bertoldus, 18. num. 20. in fin. de re iudic. & in cap. ex litteris, 11. col. 1. num. 20. de constitution. Alexand. consil. 84. num. 4. ad med. lib. 3. post Glos. in §. vlt. in verb. conueniri, institut. de noxalib. actionibus*, quam dicit notabilem *Roman. cons. 154. num. 5.* & de magis communi & veriori opinione testatur *Rot. coram Card. Lancellot. Ianuen. iurispatronatus, 25. Iunij 1607.* & notant *Bart. & alij in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de damn. infect. & in l. cum filius, de verb. oblig. Bald. in l. 1. Cod. ne filius*
49 *pro patr. Abb. consil. 66. num. 1. in fin. lib. 2.* † Ita vt ob istum defectum non possit dici sententiam iustificari respectu corporis delicti, & iudiciorum, quæ requiruntur ad formandam, & transmittendam inquisitionem, & per consequens omnia erunt nulla *Farinac. de inquisit. qu. 1. num. 40. cum seq. & qu. 11. num. 16. in fin. Carthar. de execut. senten. cap. fin. num. 60.* Vnde sententia remanet merè contumacialis, & lata non propter delictum, sed ob contumaciam *Bald. in cap. testimonium, num. 12. de testib. & in l. confessis, n. 44. Cod. de confess.* Prout in dubio semper præsumitur lata ob contumaciam etiam in terminis constitutionum Summorum Pontificum, vt ex multis Rotæ decisionibus comprobat *Farinac. qu. 11. n. 93. Rot. coram R. P. D. Orano. Romana notariatus, 27. Nouembr. 1591.* dixi latè *supr. cap. 119.*

Ex quibus post multas, & longas disputationes fuit concessum mandatum executiuum, à quo cum prætenderetur appellari, dicebam commissionem esse rejiciendam tanquam simus in pronunciatione de exequendo vigore obligationis cameralis,
50 † à qua non datur appellatio, vt sit litium finis *Castr. in l. ab executione, Cod quor. appellat. non recipiunt. Guid. Pap. qu. 573. Rolan. cons. 43. n. 5. lib. 1. Rot. diuers. decis. 100. n. 11. p. 1.*

Et quoniam exceptiones supra oppositæ ad impediendam executionem non fuerunt visæ releuantes ex rationibus adductis, fuit addita noua exceptio nullitatis processus ex defectu mandati, Quæ tamen est etiam rejicienda, prout quoque aliæ sunt
51 reiectæ, † Nam apparet in actis fuisse citatum Carrettum procuratorem, & Dominum litis effectum aliàs constitutum à q. D. Rodulpho, qui contestatus fuit litem, & actiuè, ac passiuè illam defendit, quo casu dicitur legitimus, & non reuocatur morte, sicuti neque posset à Domino viuente reuocari *l. si defunctus de procur. Ias. & alij in l. nulli, C. eod. tit. Guid. Pap. qu. 119. n. 2. Surd. cons. 99. n. 4. & 5. lib. 1.*

Adest etiam alia citatio de Cypriano substituto à Sabellico, procuratore cõstituto ad Illustrissimis Aduersarius cum decreto, & alijs solemnitatibus in
52 causa criminali, † & alio quocunque iudicio, & alio quocunque iudice cum clausula amplissima ad lites, & facultate substituendi, per quam comprehenduntur omnes causæ, quas talis procurator poterit prosequi, cum clausula prædicta non sit accessoria, sed separata, & sit posita tanquam pars mandati, & procurationis, ita vt nunc omnes causas comprehendat *Crescent. decis. 3. n. 1. & 2. de procur.* Maximè, quia sumus in litibus, & causis cum eadem persona, cum qua factum fuit mandatum de causa criminali, quidquid aliud sit respectu aliarum personarum, nam talis clausula generalis comprehendit omnes lites cum eadem persona *Natt. cons. 197. n. 4. Vant. de nullit. defect. mand. num. 101. post Bart. in l. quod dicitur, ff. de tutel. Surd. cons. 160. n. 36. lib. 2.*

Et in casu nostro nulla adest difficultas, cum fuerit
53 constitutus procurator, de quo agimus † in causa criminali, & in alio quocunque iudicio, & coram quocunque iudice, per quæ verba tãquam vniuersalia datur facultas interueniendi in omnibus causis, ita vt nulla censeatur exclusa, siue sit ciuilis, siue criminalis *Gemin. in c. decet in princ. col. 1. in fi. vers. quæro an sit prohibitum, de immun. eccl. in 6. Ias. cons. 63. col. 2. in princ. vers. in primis moueor, n. 1. lib. 3. post Archid. Io. Andr. & Gemin. in c. indemnitati, §. si qua vero, de elect. in 6. Rebuff. in l. creditorum appellatione, 11. col. 1. in fin. vers. etiam si lex regia, de verb. signific. Imol. in clem. 1. col. post med. vers. & nota benè, nu. 8. post Glos. ibi in verb. quauis, de re iudic.* Præsertim, quia in casu nostro adsunt verba geminata in quocunque iudicio, & coram quocunque iudice, quæ magis inducunt cognitionem quarumcunque causarum, vt in proposito notat *Ias. cons. 63. col. 2. post princ. vers. nam planum est, lib. 3.* ex notatis per *Bald. in l. fructus, 13. n. 1. in fin. C. de act. empt. & in c. eam, te, col. 1. in fin. vers. ibi mandatum, de rescript. post Glos. in c. requisiti, in verb. decet. de testam.*

Et quoniam post prædicta fuerunt multa alia opposita ad impedimentum executionem obtentam propter prætensas falsitates circa donationem, de qua agitur, habito recursu ad Sanctissimum fuit commissa causa in Rota cum clausula, vt cognoscerè-

tur an causa criminalis præiudicaret ciuili, & cum
super hoc datum esset dubium, dicebam illud esse
negatiuè resoluendum, quod videlicet non præiu-
dicaret, Etenim falsitas, quæ ex aduerso prætendi-
tur est super epistola sub data 15. Aprilis 1606. vt
in summario *n.3.* super qua non fundatur causa ci-
uilis, & decretum relaxationis mandati inde secu-
ti, cum etiam sine dicta epistola remaneat firmum
idem decretum, quod iustificatur ex instrumento
sub die 18 Martij 1606. & sub die 7. Iun. 1612. de
54 quibus in facto, † Quo stante clarè apparet, quod
ius totius causæ non consistit in illa epistola accu-
sata de falso, & per consequens nunquam causa
criminalis præiudicat ciuili, neque illam facit su-
persedere, cum ad hunc effectum, vt illi fiat præ-
iudicium deberet ius totius causæ in illa consiste-
re iuxta dictionem *Affl. dec. 229. n. 2. ad med. & n.
3.* quam approbat *Rota* de qua per *Cæsar. de Graff.
dec. 92. aliàs 3. n. 4. de excep. Idem Affl. in constitut.
Regn. si ciuiliter, lib. 2. de præiudicial. sublat. rubr. 20.
n. 16. ad med.* cum satis sit aliunde esse sufficienter
probatum *Franc. in c. super eo. il 2. n. 2. post med. vers.
vel pæne quod obijcitur, de appell. Gramm. decis. 60. n.
24. post princ.* cum aliis per *Roland. cons. 13. n. 17. lib.
2. Capic. dec. 25. n. 3.* & prius voluit *Bald. in l. 1. nu. 50.
vers. sed vigore, C. de his qui accusar. non poss. Rot. co-
ram Card. Plato. Comitatus Castelli spoly bonorum* 18.
Februar. 1591. de qua per *Farinac. qu.* 100. *n.* 101.

Accedebat etiam magna præsumptio vrgens contra
partem, quæ multum distulit querelam dare post
mandatum executiuum relaxatum ad fauorem
55 D. Antonij, † quo casu non supersedetur in ciui-
li *Affl. decis. 229. in prin. Capic. decis. 25. n. 3. Farin. q.
100. n. 104. & 105. vbi num. 107.* quod maximè pro-
cedit, quando non constat euidenter de proposita
suppositione, & antidata *Felin. in c. de cætero, n. 11.
de re iudic. Barbat. cons. 43. n. 6. in fin. lib. 1.* Prout non
poterat constare in casu nostro propter inuenta-
rium confectum à Fisco, & notario die 10. Iulij
1606. de scripturis ex domo D. Antonij cum eius
quietantia in calce inuentarij restitutis, in quo in-
ter alias scripturas describitur epistola transmissa
per D. Dominicum ex ciuitate Venetiarum ad Ve-
bem D. Antonio sub die 8. Aprilis 1606. ex qua tol-
litur omnis suspicio antidatæ, & suppositionis il-
lius inter scripturas notarij. Cum etiam pro exclu-
sione d. falsitatis adsit sententia absolutoria ad fa-
uorem D. Antonij, ita vt non possit dici euidenter
constare de tali antidata, vt per *Farinac. d. qua.* 100.
n. 100.

Immò neque posset considerari aliqua præiudiciali-
56 tas ex eo, quod D Antonius caderet à causa, † si
accusatio verificaretur tanquam commiserit falsi-
tatem in actis *l. in fraudem, 45. §. quoties, vbi Glos. in
verb. cadat ff. de iur. fisc. Alex. in l. diuersa, n. 7. de re
iud. Boer decis. 191. n. 1.* Quia licèt dicatur falsitas
quando sit antidata *Franc. Marc. 673. p. 1 Farinac.
de falsit. qu. 150. n. 99* Nihilominus ista falsitas non
est talis, per quam causa amittatur, cum ad hunc
effectum debeat falsitas committi in actis, non au-
tem extra, quamuis epistola cum ista antidata esset
posita in actis *Bart. in l. in fraudem, §. quoties, ff. de
iur. fisc. Ang. in l. 1. vers. secundo fallit, Cod. ad leg. cor-
nel. de fals. Boer. decis. 291. nu. 1. vsque ad 4. & decis.
292. in fi. Marsil. in rubr. de prob. n. 186. cum seq. Fa-
rin. qu. 150. n. 37. & 41. Honded. cons. 91. in fin. nu. 28.
lib. 2. Dec. in c. cum venerabilis, n. 21. col. 13. in princ. in
glos. in verb. per vitium,* vbi de magis communi, &
ibi *Felin. n. 19. & 20. de except. per text. in l. diuus, vbi
Alex. n. 7. de re iud. Capic. decis. 67. in princ. Franc.
Marc. dec. 669. ad med. p. 1. Vant de nullita ex defect.
process. ad fin. n. 141. Couar.* qui de communi *in cap.
quamuis, p. 1 §. 7. n 6. ante fin. vers. non punitur pœna
falsi, Clar.* qui de magis communi *in §. falsum. vers.
item propter falsitatem, n. 32.* vbi ampliat siue causa
sit cum fisco, siue cum priuato *Ruin. cons. 13. n. 3 ad
med. lib. 5. Socin. cons. 60. lib 4.*

Cognito igitur, quod non sumus in causa præiudi-
ciali ex supra adductis, iterum dubitatum fuit an
constaret de iustitia mandati aliàs relaxati ad fauo-
rem D. Antonij, ita vt illud sit exequendum & qui-
dem concludendum est affirmatiuè, quod de illius
rectitudine appareat stante instrumento publico,
per quod clarè probatur donatio facta per Rodul-
phum Dominico, præsertim cum sit reiteratum per
aliud instrumentum subsequens, in quo idem Ro-
dulphus voluit extendi dictam donationem, ad fa-
uorem D. Antonij factam, quæ omnia fuerunt
comprobata per *Rot. coram R. P. D. Pena. in huius-
modi causa Veneta donationis, 19. Decembris,* 1605.

Accedat etiam donatio facta per eundem Domini-
cum ad fauorem eiusdem D. Antonij per episto-
57 lam sub die 8. Aprilis, † quæ valet cum possit fieri
per literas missiuas, seu per nuncium *l. 1. in fin. ff. de
contrah. empt. l. consensu, de act. & oblig. Bart. in l.
etiam, ff de donat. Aret. consil. 7. col. 1. ante med. vers.
vnde duplici capite.* & vltra dictam epistolam adest
etiam instrumentum de eadem donatione sub
die 7. Iunij 1612. de quo non est dubitandum,
cum habens pro se instrumentum, dicatur habere
etiam casum legis *Bald. consil. 315. colum. 2. in fin.
lib. 2. Surd. consil. 134. num. 3. lib. 1.* Cui instrumento
non obstant exceptiones iterum oppositæ de o-
missa insinuatione, & solemnitate requisita per
statutum Vrbis & de sententia criminali, ac aliis
multis, cum omnibus fuerit responsum *supra. n. 33.
vsque ad n. 49.*

Nec debet admitti obiectum, quod in istis renuncia-
tionibus possit adesse fraus in præiudicium tertij,
ideo iuramentum non operabitur, Quia leges
Venetæ ex omissione stridarum, & insinuationum,
ac subscriptionum non præsumunt contractum
58 dolosum, vel fraudulentum, † prout requiritur ad
hoc, vt iusiurandum non confirmet actum prohi-
bitum per statutum absque solemnitatibus *Bart.
in l. omnes populi, n. 24. ff. de iust. & iur. & in l. nemo
potest, num. 11. ff de legat. 1. Gabr. cons. 13. num. 6. lib. 1.
Alex. cons. 151. col. 3. & 4. lib. 7. Natt. cons. 174. num. 2.
Surd. consil. 87. num. 11. lib. 1. Seraph. priuil. iuram. 61.
nu. 18. Corn. consil. 155. col. 2. lib. 1.* Vnde cum solum
per dictas leges Venetas mandetur inquiri, ne
fraudes committantur, satis est quod illæ per iu-
ramentum purgentur, *Imol. in c. cum contingat, nu.
90. de iur. iur. Corn. cons. 6. nu. 12. lib. 1. Seraph. priuil.
iuram. 73. nu. 66.*

Immo præiudicium per easdem leges Venetas consi-
deratum restringitur ad collateraneos, seu vici-
nos, & propinquos, quibus concedunt prælatio-
nem, ac retractum, vt in statuto, *libr. 5. cap. 11.*
Vel ad debitores Venetiis habitantes, quorum
nomina ceduntur, quibus debet fieri denuncia-
tio iuxta formam alterius statuti, 26. Septembris
1288. Adeo vt ex istis appareat, quod nec ratio,
nec mens, nec verba conueniunt præsenti ces-
sioni,

sioni, ac donationi annuæ præstationis loco non circumscriptæ, & nominis debitoris non subditi, nec etiam ratione bonorum, quæ existant sub ditione Veneta, Immo sicut ipsi collateranei, & alij ad quorum fauorem sunt conditæ tales leges non possent opponere de fraude, seu nullitate istius cessionis, in qua nullum interesse possunt prætendere, multu minus hoc poterit facere hæres Ro-
59 dulphi, † cui non competit exceptio iuris tertij non exclusiua iuris agentis, & ipso tertio non opponente *Bart. in l. 1. nu. 2. ff. de except. rei iudicat. Salic. in l. cum seruum, nu. 4. C. de seru. fugitiu. Thesaur. decis. 4. n. 5.*

Prout etiam tollitur alia oppositio nullitatis cessionis tanquam factæ de iuribus litigiosis, Quia iam erat finita lis cum D. Rodulpho per relaxationem mandati, & solutionem subsequutam, ex quibus cessat
60 † vitium litigiosi *clem. sicut de appellat. Bising. decis. 1. eod. tit. Card Seraph. decis. 597. n. 3.* Cum etiam fuerit actum executiuè actione personali pro annua præstatione, in qua non consideratur vitium litigiosi *Bart. in l. 2. C. de litig. Rip. in c. cum in. ferrariensis, n. 293 de constit. Arm. cons. 279. n. 1. Guid. Pap. qu. 129. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 6. n. 10.*

Nec aliquid præiudicat sententia criminalis, quia nec ipsa potuit inducere litis pendentiam cum fuerit
61 nulla, † vt sæpe dictum est *Gabr. cons. 53. nu. 6. & 7. lib. 1 & consil. 31. num. 14. & 15. lib. 2. Ostasc. decis. 144. n. 8. Lancell. de attentat. p. 2. c. 4. nu. 475.* Quibus non obstat, quod sententia sine actis probat excipien-
62 do *Rot. diuers. decis. 143. nu. 6. & 7. p. 2.* † Quia contrarium est verius, nam esset quodammodo demandare executioni dictam sententiam nullam, vnde neque attendi debet excipiendo, vt per *Mohed. decis. 3. nltàs 147. num. 1. & 2. de testib. Rot. diuers. dec. 196. n. 5. p. 2. Put. decis. 198. n. 1. lib. 2. iuxta nouam impressionem.*

Quemadmodum non subsistit alia oppositio, quòd pro sententia præsumitur siue processu, quandò non datur copia illius, prout contumacibus *Ca-*
63 *putaq. decis. 134. p. 3.* † Quia loquitur in crimine hæresis, in quo non datur copia processus. Nos autem non sumus in huiusmodi crimine, sed in eo, in quo processus publicatur fisco, & parti querelanti citatis ad causam, & ad expeditionem commissionis directæ Rotæ, & in quorum facultate est processum producere, prout quotidie similes processus criminales producuntur iuxta casuum contingentiam, cum regulariter acta in vno iudicio non probent in alio etiam inter easdem personas, nisi producantur *Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 32. D. de acquir. possess. Alex. in l. 2. n. 30. C. de edend.*

Quod donatio non fuerit præsentata à Rodulpho donante, sed à Dominico donatario nihil refert, quia per donatorem fuit data facultas id faciendi ipsi Dominico, quo casu sustinetur præsentatio, vt in statuto, seu praxi producta in littera E. & apparet de d. facultate in fine instrumenti eiusdem
64 donationis, † qua stante etiam de iure communi solus donatarius potest facere insinuari donationem, Cum etiam ad hoc sufficiat, vt donans non contradicat, ne dum permittat, vt in casu nostro, quasi cessante contradictione censeatur donans perseuerare in prima opinione donandi, ideò solus donatarius tunc potest instare, vt insinuetur *Cephal. cons. 170. nu. 47 lib. 2. Args. cons. 123.*

in causa quæ vertitur, in 2. dub. n. 5. vbi ita declarat *Bald. in l fin. in princ. n. 1. Cod. de donat. ant. nupt. & in auth. eo decursum, n. 1. C. eod. tit. Rimin Sen. consil. 560. num. 2. lib 3.*

Nec subsistit, quod donatio, seu cessio facta per D. Dominicum ad fauorem D. Antonij 7. Iunij 1612. non sit valida, cum in ea præsupponatur ex aduer-
65 so non adesse stipulationem. Quia illa statim est perfecta absque eo, quod stipulatio interuenerit, et quam oriatur actio, non secus ac si illa fuisset adhibita, statim enim quod peruenit ad notitiam eius, cui donatur, rata habetur, Vnde alia stipulatio non requiritur *Rim. cons. 486. n. 1. & 2. per text. in l. si quis argentum, C. de donat. Alex. cons. 113. nu. 1. vsque ad 6. lib. 6. Socin. cons 53. nu. 5. lib. 4. Duen reg. 19. n. 1. cum seq.* Nam donatio dicitur contractus nominatus, qui solo consensu contrahitur, & non stat in simplici nomine conuentionis, sed sortitur speciale nomen, & competit actio ex natura, & virtute ipsius contractus, & statim in esse producitur, quando quis declarat se donare talem rem, & consensu perficitur absque aliqua traditione, vt latè omnia prædicta comprobat *Bauer. in §. personam, n. 40. instit. de act. f. 50.*

Et quatenus etiam requireretur stipulatio, Tamen in dicta donatione illa quoque interuenit propter
66 iuramentum in ea præstitum, † quod supplet præsentiam absentis, & pro illo recipit, & perinde est, ac si notarius acceptasset pro D. Antonio huiusmodi cessionem, & donationem, & pro eo stipulatus fuisset, cum virtute iurisiurandi Deus intelligatur supplere pro absente *Rum. in specie cons. 209. n. 10. lib. 1. Paris. cons. 107. num. 50. & 51. lib 3. Bertaz. claus. 27 glos. 5. ad fin. vers quam tenent, & claus. 33. gloss. 6. in fin. vers sed si pro absente, n. 5.*

Stante præsertim obligatione camerali cum facul-
67 tate illam extendendi data cuilibet notario, † in qua continetur huiusmodi stipulatio cum alijs clausulis in similibus contractibus apponi solitis, de quibus per *Giulies. ad form. oblig. cameral. in princip. n. 5. ad med. & in fin. eiusdem tractatus in formul. nouell. obligat. vers. promittens sibi, &c.* Cum etiam propter rogitum notarij, de quo in dicta donatione possint per eum in extensione dictæ obligationis apponi omnes clausulæ, quæ de consuetudine apponuntur pro validitate actus celebrati *Bald. in l. fin. in princ. de fideiussor. Bertaz. in l. si quis maior, n. 315. C. de transact. late Menoch. cons. 37. nu. 70. lib. 1.* Quamuis de hoc modò non sit quærendum, cum simus in casu in quo non requiritur stipulatio ex supra allegatis. Cum iuramentum, aut stipulatio non sit de alijs clausulis, quæ permittantur apponi per notarium, prout nec iuramentum *Butr. in cap. pen. n. 3. in fin. vbi Abb. nu. 4. & Imol. ante med de fideiussorib. Gabr. de consuet. concl. 3. n. 24. & 26. Marsil. sing. 123. in fi. Paris. cons. 43. n. 40. lib. 1. Socin. cons. 24. n. 21. in fi. lib. 1. & in l. gallus, §. idem credendum, n. 4. de liber. & posth. & ibi Menoch. in addit. in vers. iuramentum. Aug. in l. quidquid astringendi. 9. §. 1. ante fin. col. 1. & ibi Imol. col 4. in fi de verb. oblig. licèt ibi Alex. col. 2. ad med. vers. non tamen puto n. 4.* videatur tenere contrarium *Card. Mant. de tacit. lib. 14. tit. 10. n. 44. & 45.*

Accedat, quod ista cessio, & donatio continet mandatum procuratoris in rem propriam in perso-
68 nam D. Antonij donatarij, † quod valet etiam si fiat absenti absque stipulatione *l. 1. §. vltim. vbi*

Bald.in princ.de procurat. Ruin.cons.209.num.2.ante med.vers.& in hoc differt.lib.1.Paris.cons.107.num.8. lib.3. In hoc enim æquiparatur mandatum simplex, & in rem propriam, cum tam vnum, quam aliud possit fieri absenti, & non requiratur stipulatio *Bertaz.claus.17.glos.5.nu.1.* & voluit *Bald.in l.in causa 28.in 1.lect. §.si ex parte, post med. vers. breuiter ego sum istius, & vers.de mandato directarum ff.de procur.Salic.in l.1.col.vlt.ad med.vers.quarto vigesimon. 26.C.de action.& obligation.* Quamuis etiam idem sit tam in directis, quàm etiam in vtilibus actionibus virtute iuramenti, vt dictum est ex *Ruin.Paris.& aliis supra adductis, nu.65.*

Neque obstat, quod fuerit vulnerata obligatio cameralis per sententiam, quæ ex aduerso prætenditur, Quia iam supra fuit firmatum dictam sententiam
69 esse notoriè nullam. † Vnde tanquam nullam effectum producens non vulnerat dictam obligationem, vel executionem, sed semper remanet processus summarius, & executiuus in quacumque instantia ad fauorem actoris non obstante dicta nullitate, vt seruat *Rot.coram R.P.D. Rubeo Pampilonen.beneficij 28.May 1589.& coram R.P.D Corduba Elboren.pensionis 9.Iunij 1595.* Quibus decisionibus non obstat decisio *coram R.P.D.Coccino Anconitana assecurationis 1.Iulij 1602.* Quia loquitur quando Iudex absoluit à petitis, & sic immediatè, & principaliter in sententia lata super meritis causæ non autem super mera contumacia, prout est ista *Bald. in c.testimonium.nu.12.de testib.& in l.confessis, n.44. de confess.* Maximè, quia non solùm sententia est nulla, sed non facit aliquam fidem sine actis, & sine processu *l.si cùm nulla.de re iudic. Rot.diuers.decis. 196.num.5.p.2.* etiam si producatur excipiendo *Mohed.decis.3.num.2.de testib.* Nec attenditur de stylo Rotæ *Card. Seraph.decis.615.nu.6.& decis.713.n.12.* Adeo vt non sit quærendum de vulneratione obligationis Cameralis, cum non constet de substantia alicuius rei, quæ possit illam vulnerare, prout de tali substantia debebat apparere *Bald.consil.465. n.1.lib.4. Surd.cons.150.nu.81.lib.1.* & sic deficit probatio dictæ sententiæ, cuius non est aliqua fides, vt dictum est, Vnde sequitur, quod neque potest dici vulnerata obligatio, cùm non entis nullæ sint qualitates *l.eius qui.ff.si cert.pet.* & paria sint, quod aliquid non extet, vel quod nullam probationem faciat *l.in lege ff.de contrahen.empt.l.duo sunt titij ff. de test.tutel. Aym.cons.46.num.4.*

Quare dicimus, quod si Iudex prius nulliter iudicauit, potest etiam postea ferre secundam sententiam
70 contrariam primæ, † ita vt si prius absoluit, possit deinde condemnare, cum ex illo actu nullo non dicatur aliquo modo impeditus *Bald.* qui dicit notandum *in l.fin.num.3. C.de sent.quæ sin.cert.quantitat. Felin.in c.inter monasterium, limit.6.de re iudic.* Cum semper actus nulli habeantur pro non factis, & careant omni effectu *l.4. §.condemnatum, de re iudic. Roland.consil.39.numer.13. lib.1. Vant.de nullit.tit.quod & intra quod temp.de nullit.agi poss.nu. 16.vsque ad 54.*

Quod etiam procedit si prima sententia fuisset noto-
71 riè, & manifestè iniqua, & iniusta, † tunc enim quoque potest secunda sententia validè ferri contra primam, quasi notoria iniustitia æquiparetur nullitati *Innocent.in c.cum bertoldus, de re iudic.* & in specie ita concludit *Archid.in c.ei qui appellat. alias incip.si qui.§.de diffinitiua.in verb.idem si scientia qu. 6.& ibi Gemin.n.12. Felin.in c.inter monasterium, nu. 25.limit.16.de re iudic. Conrard.in l.vni.limit.9.n.49. C.si de moment.possess. Surd.cons.160.n.50.lib.2.*

Quod donatio sit facta post inhibitionem A.C. non verificatur in facto, cum appareat illam fuisse celebratam die 12.Iunij 1612. Inhibitio autem emanauit sub die 17. Iulij 1612, & sic post spatium 35. dierum, & cum de hoc adsit publicum instrumentum, non est ambigendum, tanquam simus in probatione probata, & in casu claro, in quo nulla est dubitatio *Gloss.in l.ancilla.C.de furt. Surd.cons.134. num.3.lib.1.*

Exceptio falsi, quod impediat obligationem Cameralem, intelligitur quando plenè fuit probata, & in
72 continenti, † aliàs est per Iudicem reiicienda, & executio non retardatur *Bart. in specie in l.fin.post med.vers.& hic est casus, C.si ex falsis instrumentis. Ias.* qui multis comprobat *consil.85. colum.2. vers. 2.& fortius, & versic. & ex hoc dicit. lib.1. Bened. de Barz. de guarantig.p.3.qu.9. per tot. Felin. Butr. Abb.& alij per Matth.Coler.de processib.executiu. p.4.cap.1.num.144 fol.757. Rebuff.de liter.oblig.art.1. gloss.9.num.17.*

In casu autem nostro non solùm non fuit plenè probata falsitas, sed neque potest probari, cum sententia lata contra D. Dominicum nullam probationem faciat, tanquam super simplici contumacia, non constito, de corpore delicti sine actis, & nullis præcedentibus probationibus, vt sæpe dictum est *Cardin.Seraph.decis.615.num.6.& deci.713. num.12.* Vnde talis sententia non potest retardare executionem petitam cum ad hunc effectum probatio debeat concludere, & esse in continenti ex supra allegatis, ob præsumptionem instrumenti iurati, & cum aliis requisitis celebrati *Barz. de guarantig.p.3.quæst.9. Ias.consil.85.colum.2.ad med. lib.1.*

Maximè, quia dicta sententia fuit lata non citato D. Antonio donatario, qui tamen erat citandus, vt
73 posset † illum afficere, & impedire executionem per eum petitam, cum non sufficiat, quod donans, vel notarius condemnetur de falso, vel quod confiteatur se falsum instrumentum confecisse, nisi citetur ille, qui habet interesse, prout est donatarius, vel alius ad quem spectat commodum instrumenti, cui non nocet talis assertio, confessio, aut sententia *Specul.de instrum.edit.§.postremo.num. 23.vers.ego credo.Bart.in l.denunciasse §.quæritur.ad med.de adulter. Roland.cons.13.num.14.libro 2.Boss.de fals.nu.12.& 94.cum seq.Surd.cons.173.nu.80.& 81. lib.2. Castr.in l.seiæ mancipia.28.in princip.74. ff.ad*
74 *trebell.* † Immo, quamuis notarius sit condemnatus de falso in contumaciam, poterit adhuc conficere instrumenta prout etiam instrumentum ab eo confectum post talem sententiam contumacialem poterit produci per partem, cui non nocet ista condemnatio in contumaciam facta contra notarium, tanquam iudicium non sit agitatum cum producente. *Felin.in c.cum bertoldus.18.num. 20.de re iudicat.Bald.in l.vltim.ad fin.Cod.de fid.instrument.*

Nec est inducta aliqua litis pendentia ex monitorio habente vim citationis expedito per Auditorem Cameræ contra D. Dominicum de anno 1608. & contra eum executo in ciuitate Venetiarum, prout neque ex sententia condemnatoria postea lata, quæ sicut afficiebat Dominicum ita

75 ita etiam D. Antonium eius cessionatium, † Quia licet monitorium inducat litis pendentiam sicut citatio *Glos. in clem. 2. in verb. plene. vt lit. pend.* cum vnum æquiparetur alteri *Mandos. de monitor. qu.* 17. *num.* 4. Tamen illud fuit nulliter executum, cum in eo datetur forma præscripta, vt prius deberet personaliter intimari Dominico commoranti in ciuitate Venetiarum, quatenus eius persona commode potuisset haberi, sin autem facta diligentia per eandem ciuitatem, in qua solet habitare, & eius loca publica, ipso non reperto, per affixionem ad valuas domus suæ habitationis, seu Ecclesiæ parochialis, Quod quidem non fuit seruatum, cum nuncius solùm referat illud præsentasse domi cum dimissione copiæ intra ianuam, & parietem eiusdem domus, Vnde propter omissam formam datam, huiusmodi monitorium dicitur nulliter executum, vt in specie similis monitorij *Card. Seraph. dec.* 972. *nu.* 6. *Farinac. cons.* 89. *nu.* 3. & declarant omnes *in l.* 4. §. *prætor ait. vbi Bart. num.* 12. *ff. de damn. infect. Archid. in c. de illicita. n.* 3. *in princ.* 24. *qu.* 3. *Cardin. cons.* 10. *nu.* 13. *Socin. de citat. art.* 13. *nu.* 1. *Caputaq. decis.* 111.
76 *num.* 1. *p.* 1. Quod etiam vltra † formam datam in monitorio est de iure communi, iuxta quod non sufficit citatio ad domum in causa graui, cum debeat fieri personaliter *l. ignorare. C. de restit. in integr. Rom.* 454. *n.* 4. *Vrsill. ad Affl. decis.* 289. *nu.* 6. *Claud. ad Bertazol. cons. crim.* 354. *vers. & si causa.* Vbi monet nuncios, quod debeant inquirere diligenter citandos, antequam relaxent citationem domi *Vant. de nullit. ex defect. citat. num.* 94. *&* 96. Quamuis etiam per statutum concederetur alternatiuè fieri citationem personaliter, vel ad domum, quia in causa graui non operatur ista alternatiua, vt sit omittenda prius ista citatio personalis *Rom. in l.* 4. §. *prætor ait. vbi Imol. col.* 2. *ad med. num.* 34. *vers. potest ducere. de damn. infect.*

Qua nullitate stante, non est inducta aliqua litis pendentia *Lancell. de attent. lit. pendent.* 2. *p. c.* 4. *in præfat. nu.* 95. *per text. in c. gratum de offic. deleg. Gloss in clem.* 2. *in verb. plenè. in fin. vbi Cardin. qu.* 6. *vt lit. pendent.*
77 † Prout etiam neque potest induci aliqua preuentio *Abb. in c. proposuisti. numer.* 5. *de for. compet. Tiraq. de retract. lignag.* §. 8. *glos.* 2. *num.* 4. *Farinac. qu.* 7. *nu.* 61. Cum etiam totus processus corruat *Bald. in l.* 1. *in fi. ff. si quis ius dicent. non obtemperauer. & in auth. si omnes. col.* 2. *Cod. si min. se ab heredit. abstinuer. Natt. cons.* 540. *num.* 27. *&* 28. *Boss. in prax. tit. de citat. num.* 13. *Clar. in* §. *fin. qu.* 13. *in princ. Grammat. cons. criminal.* 71. *num.* 8. Etiam non obstantibus constitutionibus Summorum Pontificum *Carthar. de execut. sent. capt. bannit. c. fin. num.* 151. *&* 186. *Farinac. q.* 1. *num.* 137.

Neque sola accusatio, aut querela de falso sufficit, vt
78 sit supersedendum in causa ciuili, † Quia requiritur etiam transmissio citationis, cum sine ea non adsit aliqua vis controuersiæ motæ, neque dicatur initiatus processus criminalis, nisi post transmissam citationem, quamuis inquisitio fuerit posita in actis *Bald. in l.* 1. *n.* 3. *vers. secundo quæro. Cod. quand. libell. principaliter. Ang. in l.* 1. *&* 2. *C. de iudic. Castr. in l. libertus, la* 2. *D. de in ius vocand.* vbi etiam quod Iudex potest talem querelam retrahere, & abolere, & ideo non est præuenta iurisdictio per solam inquisitionem positam in actis, quia non est præuentio, sed voluntas præueniendi *Bald. in l.* 1. *nu.* 15. *C. de confess. Boss. in prax. tit. de for. compet. nu.* 103. *Farin. c. q.* 7. *num.* 57. *&* 60. vbi etiam, quod non sufficeret mandatum de citando sine executione citationis, quæ dicitur initium cuiuslibet processus §. *fin. instit. de pœn. tem. litigant. clem. fin. vt lit. pend. Bald. in l.* 1. *Cod. quand. libell. princ. dat. Lancellot. de*
79 *attentat. in præfat. numer.* 13. *vsque ad* 24. Quod † etiam est in causa ciuili, quæ sine citationis transmissione non habet vim controuersiæ motæ *l. libertus la* 2. *D. de in ius vocand.* nec operatur interruptionem præscriptionis *Bald. in l.* 1. *num.* 1. *&* 2. *Cod. quand. libell. princ. dat.* Vnde sicut in ciuilibus non dicimus agere, sed agere velle antequam emanauerit citatio, & lis contestetur *l. amplius, ff. rem rat. haber.* Ita etiam in criminalibus tunc demum accusans dicitur agere, postquam legitimè citauit accusatum, & post litem contestatam, cum non antea dicatur agere, sed solùm velle agere, quæ voluntas est reducenda ad actum *Cin. in l.* 1. *num.* 9. *colum.* 3. *ad med. vers. alij doctores dicunt, & in fin. vers. & ego teneo sententiam illam, Cod. de his qui accus. non poss.* Et ita loquuntur omnes Doctores per *Farin. allegati d. qu.* 100. *num.* 66. qui non admittunt solam accusationem, sed etiàm, quod ad vlteriores actus procedatur. Nam aliàs si sola querela sufficeret, posset quis simpliciter accusando perpetuò causam ciuilem dilatare, si non deueniret ad citationem legitimam, & ad vlteriores actus, per quos dicitur lis inducta *Felin. in c. super litteris,* 20. *col.* 10. *ad med. nu.* 13. *de rescrip. Card. Seraph. decis.* 316. *num.* 4. *p.* 1. *& decis.* 1440. *num.* 1. *p.* 2. Et ita etiam procedit *text. in l. fi. C. de fid. instrum.* & declarat etiam *Lancellot. de attentat. in præfat. num.* 16. *cum seq.*

Quare etiam non potest quis dici accusatus ad effectum, vt non possit reaccusare suum accusato-
80 rem, † nisi nomen illius sit receptum inter reos, videlicet si est præsens per litis contestationem, & si est absens per contumaciam *Bald. in leg.* 1. *nu.* 30. *vbi Salic. n.* 15. *in fin. C. de his qui accus. non poss. Farinac. quæst.* 12. *n.* 23. *in fin. post Clar. in prax.* §. *fin. quæst.* 14. *num.* 13. Quæ contumacia non potest considerari in non citato *Bald. in l. vltim. num.* 10. *ff. de restit. in integr. Corn. cons.* 17. *nu.* 6. *lib.* 1. *Carthar. de execut. sentent. capt. bannit. c. fin. num.* 160. Quod procedit etiam in eo, qui non legitimè citatur *Gloss. in c. de causis in verb. venire, de offic. deleg. Ias. in rubr. de in ius vocand. num.* 8. *Gramat. decis.* 79. *num.* 10. *Affl. E. decis.* 366. *nu.* 16.

Præterea tunc accusatio de falso facit silere causam
81 ciuilem, quando agitur inter easdem partes, † & inter accusantem, & accusatum *Castr. in l. vlt. num.* 2. *C. de ordin. iudicio. Bellapert. in l. cum ciuili in princ. C. eod. tit. Salic. in l. si docueris, nu.* 1. *C. ad leg. cornel. de fals. Affl. decis.* 103. *num.* 1. *Caputaq. decis.* 274. *p.* 2. qui etiam loquuntur in exceptione proposita coram eodem iudice, in cuius exceptionis propositione nulla requiritur citatio, ideo non mirum, si tunc sola exceptio falsi tanquam præiudicialis retardat executionem instrumenti, secus quando criminalis accusatio proponitur principaliter coram alio iudice, quia tunc citatio est necessaria ex supra allegatis.

Et cum ex prædictis non fuerit inducta aliqua litis pendentia ob monitorium nulliter executum sequitur, quod non iuuat aliud monitorium postea obtentum, cum ex eo non possit impediri executio mandati iam relaxati, nam illud fuit

executum die 29. Maij 1615. de quo tempore lis
iam erat finita, & nihil remanebat faciendum, nisi
executionem dare, vnde adest manifesta præsum-
ptio contra partem, quæ tamdiu distulit accusa-
tionem proponere, quod facit, vt non sit superse-
dendum in causa ciuili *Afflict.dec.229. in princ.Ca-
pic.decis.25.nu.5.& dictum est sup.num.55.* Cum etiam
neque potuerit concedi istud nouum monitorium.
82 Nam die 13. Maij 1615. † & sic per sexdecim dies
ante idem Iudex fuerat allegatus suspectus, quo
casu non solum de iure ciuili, sed etiam de iure
canonico omnia sunt nulla *Glos.in c.iudex,in verb.
opponat.in fin.de effic.delegat.in 6. Alex.consil.84.nu.
4.& 5.lib.2.Rim.cons.6.num.5.lib.4. Dec.consil.174.
in causa, num.3.Lancellott.de attentat.c.6.nummer.4.
tom.5. fol.*340. Immò istud nouum monitorium
est etiam penitus nullum, prout primum, cum
non potuerit transmitti ob defectum probationis
corporis delicti, & indiciorum, quæ necessariò
debebant procedere, vt inquisitio rectè trans-
mittatur *Dec.consil.174.num.2.ad med.cum aliis de
quibus supr.nu....* Et omnia ista sunt attentata tan-
quam facta lite pendente, sic nullum ius tribuunt
*tot.tit. vt lit.pend. Lancellot.de attentat.lit. pendent.
in præfat.*

Neque est attendendum *cons.Rimin.Senior.294. lib.2.*
Quia ibi solùm deciditur, quod pendente inter-
83 rogatorio † an pars velit vti testibus, quos interro-
gans intendit redarguere de falso, non potest pro-
cedi ad vlteriora, sed debet supersederi, cum per
iudicium intentandum de falso præiudicetur iudi-
cio intentato *l.fin.vbi Bald.C.de fid.instrum.l.lucius,
D.de his qui notant.infam. Imol.in l.diuus.ff de re iu-
dicat. Bart.in l.fundum,de except. Doctor.in l.edita,C.
de edend.& in §.præiudiciales instit.de action.* & facit
regula *l.à precedente,& ibi Bart.C.de dilat.* vbi quod
est supersedendum, si super emergenti debeat pro-
nunciari, vt notat etiam *Rimin. Iunior addit. ad d.
cons.Rim.Sen.294.lib.2.* Ex istis autem non colligi-
tur, quod sola accusatio absque citatione facit su-
persedere iudicium ciuile, Immò tale interrogato-
rium an quis velit vti instrumento pro vero, ex quo
vult illud redarguere de falso, præsupponit, quod
pars interrogata in iudicio sit præsens, vel quod
fuerit citata ad respondendum *l.1. ff.de interrogat.
action.* cum etiam detur tempus ad respondendum
interrogato *l.qui interrogatur,5.ff.eod.tit.* Et hoc pa-
tet ad sensum, ita vt neque opus esset responsione,
quæ tamen datur, cum ex hoc solo nouo funda-
mento prætenderetur victoria causæ.

Et quod dicitur de prætensa rescissione donationis
tanquam à furioso facta non obstat, Quia licèt in
84 actis fuerint dati articuli super furore, † Tamen
interim debentur fructus, & est exequendum
mandatum, donec pendet causa rescissionis ob
prætensum furorem *Robuff.* in specie *de rescission.
contractuu,glos.4.nu.7.art.vnic tom.2. fol.*168. Prout
etiam exceptio furoris non impedit immissionem
in possessionem *Boer.decis.23.in fin.n.*103. Maximè,
quia talis prætensus furor non probatur inconti-
nenti, sed dantur articuli pro examinandis testi-
bus in partibus, cuius probatio est difficilis *Bald.in
l.furiosum, num 3.Cod.qui testam.facer.poss.cum aliis
per Mascar.concl.*824.

Quibus omnibus sæpius discussis, & pluries propo-
sitis, tandem Rota censuit constare de iustitia
mandati relaxati, ideo illud esse confirmandum,
& quatenus opus sit denuo concedendum, prout
in decisionibus factis in huiusmodi causa *Veneta
donationis 5.Maij, & 7.Iunij 1614. & 7. Nouem-
bris eiusdem anni, & 30. Ianuarij, & 11. May 1615.*

Et cum pars prædictis non acquiesceret ad excluden-
dam executionem, fuit obtentum sequestrum ab
Illustrissimo D. Gubernatore ad instantiam quo-
que D. Procuratoris fiscalis pro prætensa condem-
natione alterius causæ criminalis, quod seque-
strum dicebatur non esse reuocandum tanquam
85 factum non propter litem agitandam, † sed ad fi-
nem, vt soluatur, & sententia, seu instrumentum,
vel quid simile executioni demandetur iuxta do-
ctrinam *Castr.in l.si fideiussor, 7.§.fin.num.5. & ibi
Ias.num.17.ad med. D.qui satisd.cogant.* & est nota
conclusio de qua per *Doctor. in cap. quoniam fre-
quenter. § in aliis, num.3.& 4.vt lit.non contest.Bart.
& alij in l.consentaneum, 8.C.quomod.& quand.iud.
Felin.in c.examinata, 15.num.10.ad fin.vers.quarta
limita.de indic.*

Verùm ista procedunt, quando res iudicata, non con-
trouertitur, seu debitum non negaretur tanquam
86 liquidum, seu confessatum, † & super quo nulla
exceptio posset competere condemnato, tunc
enim debet satisfacere, neque sufficiunt pignora,
aut fideiussiones, cum aliud sit in debito non li-
quido, & non exequibili, quo casu sufficit fideiuſ-
sio, & sequestrum reuocatur *Celer.de proces.execu-
tiu.p.3.cap.11.nu.94.& 97.*

Quod autem in casu nostro non adsit istud debitum
liquidum patet, Quia licèt prætendatur res iudi-
cata, Tamen stante commissione causæ restitutio-
nis in integrum, & notoriæ nullitatis per Sanctissi-
mum concessæ impeditur effectus prædictæ rei iu-
dicatæ, ita vt amplius, non possit competere exe-
87 cutio, † & per consequens neque sequestrum,
quod pro illius executione prætenditur, maximè,
quia non fuit præuentum in petitione seu inchoa-
tione executionis *Bald. in l.fin.col.2. ad med. num.
4.Cod.si ex fals.instrum. Alexand.cons.223.numero 6.
lib.6.Ceph.cons.263.num.38.lib.2. Put.decis.285.nu.2.
lib.2. alias 10.de restit.in integr. Mohed.decis.2.eod.
ti.Card.Seraphin.decis.777.in fin.p.1.Cæsar.de Graff.
decis.21.nu.3.* Ita vt ista præuentio debeat esse post
sententiam ante restitutionem, cum non sufficiat
esse petitam quando in ipsa sententia esset decre-
tum, aut relaxatum mandatum, *vt in decisione coram
R.P.D. Iusto Bononien. censui* 11. *Decembris* 1602.
vbi etiam quod neque obstaret nos esse in causa
expedita vigore commissionis habentis clausu-
lam appellatione remota, quasi per eam non cen-
seatur remota executio *Glos.in l.vni.C.si de moment.
possess.*

Neque obstat, quod restitutio non sit attendenda,
cum nihil fuerit doctum de causa restitutionis,
88 † quo casu proceditur ad executionem illa non
obstante *Thesaur.decis.181.nu.3. & 4. Lancell.de at-
tent.p.2.cap.18.num.55.cum aliis ex aduerso adductis,*
Quia omnes prædicti Doctores, & alij qui pos-
sent allegari loquuntur quando constaret de ca-
lumnia eius, qui petit restitutionem, putà si es-
sent latæ plures sententiæ, quæ transiissent in iu-
dicatum, Quasi tunc resultet præsumptio calum-
niæ contra eum, qui vult executionem impedi-
re, vel fuisset lata, vnica sententia per Principem,
qui habet præsumptionem pro se, ob culmen di-
gnitatis, vel quando aliter constaret de calumnia,

iuxta dispositionem *c.suscitata, de restit. in integr.* vel ex similibus causis, vt per *Lancellott.* qui in istis terminis loquitur *de attent.c.18.p.2.num.64. & 69. tom.5.fol.401. Thesaur.* qui amplificat in Principe *decis.18.nu.3.Beunt.* qui de communi, & etiam in eisdem terminis concludit *decis.85.nn.14.15. & 18. Corn.cons.11.n.4.lib.1.* Aliud est in casu nostro, in quo nulla præsumptio calumniæ potest considerari, & fuit lata solùm vna sententia, quæ non habet illam præsumptionem, quam habent plures *Gabr.de execut.rei iudic.conclus.1.n.17.ad med.Rot. coram R.P.D.Iusto Bonon.censius,11.Decembris* 1602. Neque fuit vnquam datus aliquis terminus ad docendum de causis restitutionis, qui erat necessarius ad effectum, vt constaret de calumnia *Cor. cons.111.n.4.lib.1.Put.decis.7.de restit.in integ. Lancellot.de attentat.p.2.c.18.n.67.* Et ita etiam loquuntur *Thesaur.Odd.* & alij ex aduerso allegati, qui præsupponunt præfixionem termini, de quo in facto non constat, neque potest constare, cùm non fuerit datus.

Cessante igitur calumnia non est facienda executio, & per consequens sequestrum, quod pro tali exe-
89 cutione fuit factum, debet reuocari, † Maximè quia adest fideiussio in forma depositi, per quam satisfactum est parti, quando continget sententiam demandari executioni, non docto de bono iure petentis restitutionem, quæ fideiussio sufficiet, cum non expediret lata sententia tanquam sit de soluendo in forma depositi, non autem de iudicio sisti, quæ post prælationem sententiæ perimitur *l.gracè, §.& post litem, de fideiussor.Bart. in l. si debitori, ante fin.ff.de iudic.*

Neque est omittendum, quod sequestrum non potuit concedi absque voto Sacræ consultæ, prout ita fuit commissa huiusmodi causa cum dicta clausu-
90 la de voto, † quæ censetur repetita in subsequenti commissione executoriali, tanquam communis omnibus instantiis, etiam si in aliis commissionibus non sit apposita *Cassad.decis.8.de rescript. Rot. diuers.decis.44.nu.2.part.2.* Et quamuis ex aduerso prætendatur adesse facultatem, etiam absque dicto voto propter illa verba, per te ipsum, Tamen sat est talem clausulam non adesse, vt patet ex eius lectura, adeò vt semper remaneat nullum sequestrum ex supra allegatis.

Et quoniam ex prædictis fuit reuocatum sequestrum, pars appellauit ab huiusmodi reuocatione, & cùm quæreretur an appellatio esset admittenda, Diai
91 † concludendum esse negatiuè, Nam huiusmodi reuocationes sunt sententiæ interlocutoriæ *Franc. in c.cum cessante, 60.n.66.vers.decimo debitori, de appellat.in 6.* à quibus interlocutoriis non appellatur, quando non continent grauamen *l.apertissimi, 14. C.de iudic.Bart.in l.1.num.2.ff.de appell.recip.Bald. in l.arbitro.nu.4.ff.qui satisd. cogant. Franc.* qui de communi *in cap.super eo, el 2.n.2.de appellat.in 6. Nicell.concord.glos.6.fall.40. nu.40.tom.18.fol.192.* & quod decretum sequestri sit interlocutorium dicit *Cassader.decis.4.num.2.de sequestrat.possess. & fruct.* quasi sit super incidenti, vel emergenti seorsum à principali *Alex.in rubr.de re iudic.col.2.post med.vers.qua autem, Handed.cons.27.n.15.lib.1.*

Quod autem non consideretur grauamen, patet, quia adest fideiussio in forma depositi, per quam satisfactum est parti pro omni, & quocumque suo
92 interesse, & † per eam tollitur sequestrum *l.fin.C. de ordin.cognit.l.litibus, Cod.de agricol.& censit.lib. 10.Cin.& Bald.in l.vnic.C.de prohib.sequestr.pecu. Papiens.de form.sequestr n.5.vers.deinde quæritur an hæc sequestratio. Iaffr.decis.240.Mandos.de inhibit. qu.10.n.3.tom.3.p.2.fol.61.*

Vnde cessante interesse partis, quæ fuit assecurata per dictam fideiussionem apparet appellationem fuisse interpositam animo dilatandi executionem, quo casu non potest appellari, & appellatio est omnino rejicienda *Glos.in cap. super eo. de offic. deleg. Barbat.consil.18.col.11.lib.1. & consil.51.col. 32.eod.lib. Nicell.concordant.glosar.6. num.76. in fin.*

Et cùm non adsit dictum interesse, non dicitur quis grauatus, ideò non potest appellare, cùm appellatio sit remedium oppressorum, quod non conuenit ei qui non habet grauamen *c.non solent, 2.qu.6. l.fin.Cod.quand.prouoc.non est necess. c.vt debitus, de appellat.Ang.188.Nicell.ibid.num* 85.

Post hæc scripta, fuit mandatum iterum particulariter scribi super insinuatione, ac aliis dubiis datis, prout factum fuit, & pro illorum decisione dicebam, quod ex instrumento sub die 7. Iunij 1612. in actis exhibito clarissimè apparet, quod donator omnino voluit suam donationem non esse insinuandam, neque subscribendam ab examinatoribus, prout disponunt statuta, Ideò illis non solùm generaliter renunciauit cum clausulis amplissimis, sed etiam expressè, & specialiter etiam medio iuramento pluries præstito in ipsomet actu renunciationis, ita vt non sit dubitandum, de eius voluntate, quæ etiam vltra prædictam renunciationem magis colligitur, quia in ipsa donatione adsunt multa verba geminata cum promissione iurata de illam obseruando purè, liberè, & merè, & de non reuocando, aut infringendo, vel annullando, ac de non veniendo contra eam, cum multis similibus verbis æquipollentibus, quæ idem operantur ac si donator dixisset, quod non volebat suam donationem subjacere alicui solemnitati insinuationis, vt etiam infra dicetur, adeò vt ex serie supradictorum verborum simus in claris de voluntate, & mente donantis, quæ non po-
93 test meliùs colligi, quàm ex dictis verbis, † cùm lingua sit interpres animi, & tuba cordis, & cor imperator linguæ *Bald. ad cap.mandatum, num.1. in fin.de rescript.& consil.160 libro 1.cum aliis latè per Tiraquell.in l.si vnquam, in verb.libertis, nu 17. vsque ad 19. Cod.de reuocand.donat. Surd.consil.89. num 6. lib.1.*

Stante igitur huiusmodi voluntate videndum est, an donans potuerit hoc facere, cum in vnaquaque dispositione ad illius essentiam ista duo copulatiuè requirantur, potestas videlicet, & voluntas, in quibus duobus omnium consistit effectus, & perfectio, ita vt vnum sine altero non sufficiat *c. cum super, de offic.deleg.Bald.in l.cum te.C.de donat.ante nup.Surd.cons.2.n.33.& cons.127.n.31.lib.1.Bero.consil.76.nu.26.cum seq.lib.1. Natt.cons.402.n.18. Roland.cons.39.n.20.lib.1.*

Et quidem concludendum est potuisse renunciari solemnitati dictæ insinuationis requisitæ tam per statutum, quàm per ius commune, Quamuis enim multi Doctores contrarium sequantur, Tamen debent intelligi, quando simpliciter, & abs-
94 que iuramento renuntiaretur d. statutis, † secus quando, prout in casu nostro interuenisset insinu-

randum, nam tunc per illud renunciatio insinuationis confirmatur, Ista fuit originalis opinio *Io. Andr. ad Specul. de instrument. edit. §. porro, rubr. de form. donat. caus. mort. & inter viuos, in fin. in verb. munus post princ. vers. sed quid si renuncians, fol. 143. Feder. de Sen. cons. 281. casus talis est statuto caueatur, num. 2. Bald. in c. cum contingat, col. 5. post med. vers. & idem dico quod in donatione, nu. 13. vbi Abb. n. 173. Imol. n. 90. Alciat. n. 170. de iur. iurand. Calder. cons. 1. in fi. de donat. Ias. cons. 51. col. vlt. lib. 1. & cons. 169. nu. 9. lib. 4 Dec. cons. 238. primo non videtur, col. 2. post princ. n. 3. Rom. cons. 26. n. 4. Aret. cons. 77. in fi. Alex. cons. 4. lib. 1. & in l. nemo potest, & ibi Campeg. ff. de legat. 1. Ruin. cons. 182. num. 15. post med. versic. 3. ad hoc respondetur, lib. 1. Paris. consil. 33. nu. 45. lib. 3. Gozad. cons. 87. col. 3. Bertrand. cons. 78. n. 7. lib. 3. p. 1. Socin. Sen. cons. 77. n. 18 lib. 1. Alex. Caccial. & Bald. Nouel. inter cons. eius Socin. 78. 79. & 80. eod. lib. Soc. iun. cons 69. nu. 39. lib. 1. & cons. 130. nu. 19. lib. 3. Aym. cons. 118. n. 1. Bellon. cons. 60. n. 19. Neuizan. cons. 8. n. 9. Rip. lib. 3. responsor. rub. de donat. reuocan. cap. 5. col. 3 & c. 11. in fin. Io. Fabr. in §. & cum retro ad med. instit. de donat. Angel. cons. 94 col. pen. Bero. cons. 65. nu. 30. lib. 1. Rub. Alez cons. 59. col. 1. Natt. cons. 28 num. 5. Marsil. cons. 107. col. 3. lib. 2. & in prax. crim. §. secunda quæstio, n. 65. Corn. cons 69. nu. 18 cum seq lib 2. & cons. 186. col. pen. & vlt. lib. 2. Capic. decis. 159. num. 31. Guid. Pap. decis. 350. per tot. Auffrer. ad decis. Capell. Tholos. 381. Corset. in repet. rub. de iur. iurand. priuil. 26. Ludou. decis. Perus. 66. n. 6. Roland. cons. 25. nu. 12. lib. 2. Ceph. cons. 467. n. 94 lib. 4. Felin. in c. 2. de maior. & obed. Affl. decis. 159. Menoch. cons. 1. n. 372. Decian. cons. 31. n. 79. lib. 1. Curt. Iun. cons. 141. colum. fin. Rim. Iun. instit. de donat. §. 1. nu. 156. Grat. cons. 70. nu. 28. lib. 1.* qui omnes attestantur hanc opinionem esse magis communem, & veriorem, Cæteros consultò omitto, quia nimis longum esset omnes recensere, & infinitos, qui hanc sententiam sequuntur, adducit *Tiraquel. in l si vnquam, in præfat. nu. 143. C. de reuoc. donat. cum aliis latè per Gabr. de don. concl. 1. n. 72.* vbi testatur hanc esse magis communem opinionem tam Canonistarum, quàm Legistarum *Clar.* qui idem dicit *in §. donatio, qu. 18. col. 1. vers. contrarium autem sententiam, num. 1. Mandos.* qui etiam multos allegat *in addit. ad Rom. cons. 26. in verb. iuramento, post princ. latè Seraph. de priuil. iur. cap. 73. n. 3.* & ibi etiam *Martin. Beneckender. in addit. n. 4. Mancin. de iuram. p. 4. effect. 19.* vbi etiam testatur ita fuisse decisum in *Rot. coram R. P. D. Gypsio Beneuentana territorij seu donationis,* 21. *Octobris* 1585. vbi etiam ponit copiam decisionis, & hanc opinionem etiam passim sequitur *Rota de qua per Caput. decis. 286. p. 1.* & de communi etiam testatur multos adducens *Card. Seraph. decis. 746. n. 5. vsque ad 9. & decis. 472. n. 14 & 15. p. 1.* & sæpius *per Rotam* ita fuisse decisum dicit *Idem Card. Seraph. decis. 1184. n. 14. p. 2. latissimè Peregr. decis. Pataun. 91. n. 6. vsque ad* 18.

Nec est attendendum, quod aliqui teneant, quod per iuramentum non possit renunciari insinuationi requisitæ per statutum, vt per *Tiraquel. in l. si vnquam, in præfat. num. 159. Cod. de reuocand. donat. Duen. regul. 224. limit. 5.*
95 † Quasi ista insinuatio sit inducta fauore publico, ne fraudes fiant, ob quas potest quis in egestatem perduci *l. data, Cod. de donat. Castr. cons. 90. libro 3.* Vnde iusiurandum non operabitur, tanquam contra publicam vtilitatem, & contra bonos mores *c. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. c. si diligenti, de for. compet. Gozad. cons. 88. col. pen. & vlt.*

Quia prædicta ratio non est vera, cum insinuatio sit inuenta principaliter fauore priuatorum, secundariò autem fauore publico *Alex. cons. 167. nu. 14. lib. 7. post Imol. in c. cum contingat, in 10. & vlt. memb. de iur. iur. Socin. cons. 77. col. 8. vers. non obstat nona ratio, num. 16. lib. 1. Corn. cons. 69. col. 5. vers. non obstat quintum lib. 2. Curt. Iun. cons. 34 n. 2. ad med. vers. aut verò volumus, Seraph. priuil. iur. 73. n. 64. Peregr. decis. Pataun. 92. nu. 13.* vbi etiam quod donatio non insinuata non dicitur contra bonos mores ciuiles, quia *tex. in d. cap. non est obligatorium, de reg. iur. in 6.* intelligitur de bonis moribus ciuilibus, id est per leges positiuas ciuiles institutis, vt in terminis declarat *Socin. cons. 77. n. 16. lib. 1. per text. in cap. cùm contingat, de iur. iur. Bald. & alij, in l. pactum, C. de collat. & in l. pacta quæ contra, C. de pact.* Stante igitur quod in casu non factæ insinuationis consideratus fauor publicus secundariò, non principaliter, actus debet firmari iuramento, cùm ad illud infringendum non sit considerabilis vtilitas secundaria *Socin.* in specie *cons 77. n. 16. vsque ad 19. lib. 1. post Bart. in l. si quis pro eodem in 3. casu, ff. de fideiussor.* Vnde meritò non est recedendum à supradicta opinione, quod possit cum iuramento renunciari dictis statutis, quidquid alij malè contrarium sentiant *Rip. dict. lib. 3. respons. cap. 3.* vbi quod est sententia verissima, & ab omnibus canonizata *Aym. cons. 118. n. 1. cum aliis supra allegatis, n. 94.*

Prout nec oberit, quod ista solemnitas insinuationis
96 sit de forma substantiali † *Bald. in l. comparationes, Cod de fid. instrum. Decian. cons. 528. in fin. & in cap. consuluit, colum. 7. vers. & ad hoc facit, de offic. deleg. Gozad. cons. 88. colum. penult. ad fin.* vbi, quod ex hoc non potest renunciari tanquam sit de forma *l. quidam decedens, de adim. legat. Calcan. cons. 25. column.* 14. Nam verius est talem insinuationem non esse de forma substantiali, sed potius accidentali à iure ciuili positiuo inducta fauore partium, cui solemnitati per iuramentum potest renunciari *Bartol. in l. si quis pro eo, col. penult. vers. octauo prohibetur, de fideiussorib. Seraph. priuil. iuram. 73. num. 69. post med. Caccialup. inter cons Socin. 77. colum. penultim. ante med. vers. nec obstat octauum argumentum, n. 13. l. b. 1.* vbi quod insinuatio non est solemnitas probatoria, vel formalis, quinimo non est propriè solemnitas, sed est quædam confirmatio *Seraph. d. priuil 73. num. 60.* quod etiam voluit *Corn. consil. 186. colum. penult. in fin. ante num 17. lib. 1.* Adeò, vt si esset de forma deberet adhiberi ipso actu, quod tamen non est necessarium, *Idem Corn. 71. in fin. lib. 1. post Bald. & Butrigar. in l. si tutor in fi. Cod. in quibus caus. in integr. restitut. Imol. in cap. in causis de testib.*

Præterea omnes Doctores, qui tenent non posse per iuramentum renunciari statutis non dantibus insinuati donationes loquuntur, quando in genere fuit renunciatum huiusmodi legibus, seu sta-
97 tutis, † secus autem quando specialiter, & expressè est facta renunciatio insinuationi, prout est in casu, de quo agimus, tunc enim sine dubio valet donatio, quamuis non insinuata propter tale speciale iusiurandum *Ruin. consil. 59. nu. 15. lib. 4. Gabr.* qui ita concordat opiniones *de donat. conclus. 1. num. 73.* vbi, quod est sententia communis

Legista-

Legistarum, & Canonistarum *Corn. cons. 69. nu. 28. lib. 2. Menoch. cons. 451. n. 28. lib. 5. & cons. 465. nu. 16. eod. lib.* cum aliis adductis *per Plot. cons. 79. n. 6. Feder. consil. 281. post med. n. 2. Clar. in § donatio, qu. 18. vers. retenta igitur, n. 2. Phanuc. de inuent. p. 7. n. 186. vsque ad* 95. *tom. 8. p. 2. fol. 317.*

Quamuis etiam verior sit opinio, quod sufficiant verba æquipollentia, quæ idem operantur, ac si in spe[...] t[...]et cum iuramento renunciatum insinuation[...] [...]quisitæ per statutum, videlicet si iureiurand[...] [...]rit promissum obseruare donationem purè, merè, ac liberè, vel illam non reuocare, infringer[...], aut annullare, vel contra eam non venire cum tam[...]ibus verbis prægnantibus, & vniuersalibus, quæ omnia adsunt, immò maiora in instrumento donationis, de qua agimus, vnde meritò debent operari validitatem illius, quamuis non adsit insinuatio *Alex. cons. 4. nu. 10. lib. 1.* vbi, quod ita consuluerunt *Io. de Anan. Archid. Bononiens. & Pau. de Aquil. & multi alij insignes Doctores. Idem Alex. cons. 21. attentis his qua in instrumento. n. 14. ad fin. lib. 3.* quod etiam voluit *Corn. cons. 69. n. 17. vsque ad* 2[...] *lib. 2. & cons. 186. nu. 18. post med. eo lib. Cape. decis. 59. n.* [...] *ante fin. vers. & sic non videtur. Socin. Iun. cons. 130. n. 19. & 20. lib. 3. Curt. Iun. cons. 34. col. 1. n. 2. ad med. vers. aut vero volumus, cum aliis per Peregr. decis. Patauin. 91. nu. 9. & 10. Seraph. priu. iur. 75. n. 49. Mancin. de iur. p. 4. effect. 19. n. 10. ad fi. Rimin. Iun. in rub. de don. § 1. nu. 270. cum seq.* & latè etiam concludit *Rot. per Card. Seraph. decis. 472. in fi. n. 15. p. 1.* vbi, quod non est necessarium renunciare in spe[...]ie statutis de insinuatione loquentibus, cùm sufficiant verba æquipollentia, & generalis renunciatio, Ita vt clausulæ solutæ apponi in similibus renunciationibus extendantur etiam ad quæcumque statuta, & alia quæ possent obstare donationi *Idem Card. Seraph. decis. 746. n. 8. & 9. p. 1.*

Vnde etiam si in instrumento reperiatur renunciatum cum iuramento omni priuilegio sibi compe-
98 tenti, † tantum valebit ista renunciatio, quantum si fuisset specialiter renunciatum cuicumque priuilegio *Aret. in l. secundum, col. 9. de verb. oblig. Cape. decis. 159. nu. 31. in fin.* Prout etiam si cum iuramento renunciaretur omni iuri competenti & competituro censeretur renunciatum nullitati ex post facto superuenienti, & consequenter insinuationi faciendæ ex forma statuti *Corn. cons. 221. col. 2. in fin. lib. 2. Seraph. priuil. iuram. 77. n. 48. ad med. Ruin. cons. 51. n. 20. lib. 1.* vbi de renunciatione iurata omni legum auxilio, quæ comprehendit etiam renunciationem talis statuti de insinuatione loquentis *Soc. Iun. cons. 130. num. 19. & 20. lib. 3.* Quæ etiam faciunt ad casum nostrum, cum respectu aliorum statutorum de subscriptionibus faciendis per examinatores, istæ renunciationes operentur, cum adsint amplissima verba renunciationis omnium priuilegiorum ordinariorum, & extraordinariorum, & omnis cuiuscumque legis, & iuris auxilij, cum aliis renunciationibus generalissimis, adeò vt ex illis sit renunciatum tam iuri communi, quàm iuri municipali de huiusmodi donationibus loquenti *Ruin. d. cons. 51. n. 20. lib. 3.* vbi, quod appellatione iuris venit ius municipale *Abb. in rub. de consuetud. Bald. in l. illa institutio, de hered. instit. But. in rub. de arbitr.*

Alia quæ opponuntur de iuramento, quod per illud non tollatur suspicio fraudis ob insinuationem
99 omissam non obstant, † Quia procedunt quando statutum vltra insinuationem requisitam vlterius progrederetur, & expressè prouideret, quod actus sit dolosus, & simulatus non adhibita insinuatione, quod non est in statutis, de quibus agimus, cum simpliciter mandent donationes esse insinuandas, annullando illas quæ non sunt insinuatæ, Cùm ergo lex non præsumat, nec inducat fraudem adhibitam, sed solùm suspicetur, ne committatur, si non fiat insinuatio iuramentum purgat talem suspicionem *l. fin. C. ad leg. Iul. repetun. Guid. Pap. sing. 795.* & in specie ita distinguit *Seraph. priuil. iur. 73. n. 67. cum seq. post Corn. cons. 6. col. 6. lib. 2. & cons. 17. col. pen. in fin. eod. lib. & cons. 69. col. 5. vers. non obstat tertium, & cons. 186. col. 5. lib. 2.* Prout regulare est, vt ad hoc, vt iuramentum non operetur, quod debet actus præsumi per statutum, seu ius commune dolosus, si non fuerit adhibita certa solemnitas, nam aliàs hoc cessante iusiurandum conualidat actum iuxta doctrinam *Bart.* communiter receptam *in l. omnes populi col. 8. n. 24. de iust. & iur. Alex. cons. 151. col. 2. & 4. lib. 7. & cons. 59. lib. 1. & consil. 28. lib. 3. Seraph. priuil. iur. 61. nu. 16. & ibi Martin. in addit. n. 44. Corn. cons. 135. col. 2. lib. 1. Natt. consil. 174. n. 2. Couar. in c. quamuis, p. 1. § 4. n. 2. de pact. in 6. Surd. cons. 87. nu. 11. lib. 1.* Ex quibus præuiis multis decisionibus fuit concessum mandatum, vt dictum est *supra n. 84. in fi.* pro cuius executione fuerunt sequestrata bona, & iura hæreditaria olim Rodulphi, Ideò contigit dubitari an potuisset exequi in fructibus locorum Montis Fidei in præiudicium vxoris eiusdem Rodulphi, quæ prætendebat esse in possessione illos exigendi, & quoniam huiusmodi dubium fuit decisum modò pro negatiua, postea pro affirmatiua, tertio pro negatiua opinione, vt distinctè habeatur veritas prædictorum, in alio capite particulari discutietur, cùm nimis longum esset in præsenti cognoscere.

EPITOME.

Hæres quando possit soluere creditoribus priua venientibus absque cautione in præiudicium anteriorum. § Inuentarium an habeatur pro non facto, si non sint descripta omnia describenda. § Et aut requiratur dolus. § Et quid operetur protestatio de addendo. § Et an in eo debeant poni nomina debitorum. § Emptor hæreditatis an sit conueniendus à creditoribus hæreditariis, vel potius venditor. § Priuilegium inuentarij an transeat ad cessionarium. § Tutor quando possit remoueri, si non descripsit in inuentario aliqua bona, quamuis pretium illorum posuerit in banco tanquam pertinens ad hæreditatem. § Et quid in tutore testamentario, & coniuncto. § Et quando illi sit dandus adiunctus.

SVMMARIVM.

1 *Emptor hereditatis potest conueniri per creditores volentes contra eum agere, non contra heredem, secus si nolint, num. 2.*

3 *Notarius stipulatur pro omnibus, quorum interest, & illis acquiritur actio sine concessione, n. 4.*

5 *Hæres potest satisfacere creditori prius venienti, neque debet molestari, quod soluerit posteriori absque cautione. Intellige vt num. 6. 7. & 9.*

8 *Scientia probatur per conjecturas.*
9 *Inuentarium habetur pro non facto, ſi non deſcribantur omnia deſcribenda, quamuis vna res omittatur, Ita vt heres teneatur inſolidum creditoribus, n.11.22. & 30.*
12 *Proteſtatio de apponendo non deſcripta in inuentario iuuat heradem, vt non poſſit conueniri de proprio, & n.28. Declara vt num.13.*
14 *Inuentarium vitiatur ſi in eo non ponantur nomina debitorum. Intellige vt n.15. & 16.*
17 *Hereditas eſt nomen iuris continens corporalia, & incorporalia.*
18 *Inuentarium eſt inualidum, ſi non ſit ſubſcriptum ab herede, & teſtibus loco creditorum abſentium.*
19 *Dolus requiritur ad hoc, vt omittens aliquid deſcribere in inuentario perdat illius priuilegium, num.27. Intellige vt n.20.*
21 *Clauſula, non aliàs, excludit conſenſum, n.25.*
23 *Doloſa omiſſio an ſuſtineat inuentarium, vel faciat vt omittens teneatur ad duplum, num.24.*
25 *Heres vendens hæreditatem non tenetur de proprio, ſtante aditione cum beneficio legis, & inuentarij, proue neque emptor, & ceſſionarius.*
29 *Tutor non deſcribens in inuentario maſſariam pecudum non excuſatur, quamuis pretium illius poſuerit in banco tanquam rei ad hæreditatem pertinentia, ita vt ex hoc poſſit remoueri velut ſuſpectus, n.31.*
32 *Tutores teſtamentarij poſſunt remoueri tanquam ſuſpecti etiam ex ſola culpa, & negligentia.*
33 *Tutor coniunctus non remouetur ob dolum, & fraudem, ſed ei datur adiunctus, ſecus ſi propter culpam, num.34.*
35 *Iudex in dubio debet potius interdicere adminiſtrationem tutori, quam illi dare adiunctum.*
36 *Iudicis arbitrio ſtatur circa remotionem tutoris.*
37 *Coniunctio ſanguinis quid operetur remiſſiuè.*

CAPVT DXXXII.

SEntentia, de qua agimus, videbatur reuocanda, Conſtat enim de obligatione facta per
emptorem hæreditatis de ſoluendo omnia debita
1 hæreditaria, † cuius vigore poſſunt contra eum
creditores agere pro conſequendo ſuo credito,
non obſtante diſpoſitione *l.2. Cod. de hered. vel act.*
vendit. & l.2. Cod. de pact. in quibus licèt diſponatur agendum eſſe aduerſus hæredes, non contra
eum, qui hæreditatem emit, quamuis hoc aſſumpſerit, Tamen intelligitur, dummodo creditores
2 noluerint, † cum illis volentibus, non detur recuſatio huiuſmodi ſolutionis, præſertim, vt circuitus
euitentur, quando ſunt ſine aliquo effectu, prout
eſt in caſu noſtro, in quo in omnem euentum condemnato hærede, poteſt fieri executio contra emptorem hæreditatis tanquam nomen debitoris
ipſius hæredis, vt in ſpecie reſoluit *Conſilium Nea-*
3 *politanum per Franc. deciſ.273. in fin. nu.5.* † Stante
præſertim ſtipulatione notarij pro omnibus, quorum intereſt, per quam in caſu noſtro tollitur omnis difficultas, cùm talis modus ſtipulandi poſſit
fieri per notarium *Bart. in l.2. ff. rem pupil ſalu. for.*
Pariſ. conſ.82. nu.2. lib.1. & per conſequens acquiri-
4 tur actio intereſſe habentibus † ſine aliqua ceſſione *Roman. conſ.76. in princ. Socin. conſ.125. in fin. Decian. conſ.407. viſis ac diligenter, col.6. verſ. ſexto reſpondetur, n.14.*
Neque obſtant prætenſæ ſolutiones factæ alijs creditoribus. Quia illæ non releuant in præiudicium
anteriorum creditorum, & habentium hypothe-
5 cam cum obligatione camerali, † Quamuis enim
poſſit hæres primo venienti ſatisfacere, & non debeat moleſtari ſub prætextu, quod ſoluerit poſteriori creditori abſque ſatiſdatione *l. fin. §. etſi præfatam, Cod. de iur. deliber.* Tamen in caſu noſtro requirebatur cautio, & ſolutio non poterat fieri
6 ſtante ſcientia ſoluentis, † quod aderant anteriores creditores, ita vt in hoc ſufficiat etiam ſuſpicio de exiſtentia aliorum creditorum, aliàs ei imputabitur, ſi ſoluat ſine fideiuſſore, quaſi tunc ſit
in dolo iam non exigendo *Gloſ. in l. fin. §. & ſi præfatam, in verb. ſatisfaciant, & ibi Bartol. num.1. verſ. tertio oppono, Salic. in fin. & Caſtr. num.4. in fin. Cod. de iur. deliber. per text. in l. dolo, 41. ff. ad leg. falcid. Rebuff. de ſent. prouiſionalib. art.3. gloſſ.3. n.16. verſic.*
7 *quarta quod ſi ſoluerit, tom.1. fol.185.* † & iſtam opinionem ſeruari in praxi, reiecta ſententia contrarium tenentium, teſtatur *Valaſ. conſult.52. num.28. in fin.*
De ſcientia autem conſtat, cum pro credito, de quo
agimus, & ſumma ſoluta fuerit obtentum mandatum contra hæredes, & facta executio in bonis
hæreditariis, vt in inſtrumento ceſſionis, de quo in
actis, cùm etiam adſit cauſa diſcuſſionis ex aduerſo introducta, vt in fide, de qua in ſummario n.2.
Ita vt ex iſtis non ſolùm adſit dubitatio, & ſuſpicio, ſed etiam certa ſcientia, quod aderant alij creditores, ob quam non fuit licita venditio, ac ſolutio in præiudicium anteriorum, vt dictum eſt,
8 † cùm etiam ſufficeret probatio iſtius ſcientiæ per
coniecturas *Bart. in l. qui romæ, §. duo fratres, num.3. de verb. oblig. Ruin. conſ.42. num.21. lib.1. Alex. conſ. 187. n.8. lib.2. Natt. conſ.231. n.2.*
Prætereà ſupradicta procedunt, quando fuiſſet fa-
9 ctum inuentarium, illo enim non exiſtente, † vel
non legitimè confecto, ſolutio non potuit fieri
creditoribus prius venientibus in præiudicium anteriorum, vt per *Doct. communiter in d. §. & ſi præfatum, Guid Pap. de inuentar. n.16. Roland. eod. tit. p. 4. in octaua vtilitate, n.1. tom.8. p.2. fol.183. Valaſ. conſult.52. n.38. Ang. de teſtam. gloſſ.112. n.8. Franc. deciſ. 172. n.3. & 4.*
Inuentarium autem in caſu noſtro habetur pro non
facto cùm in eo non fuerint deſcripta omnia re-
10 perta in hæreditate defuncti, † quaſi idem iudicetur, quod inuentarium non fiat, vel quod in eo
non deſcribantur deſcribenda *Roland. de inuentar. p.3. §. omittendum, n.4. Honded. conſ.34. num.13. lib.1.*
Ita vt hoc procedat etiam ſi omittatur vnius rei
deſcriptio, cum in totum inuentarium corruat,
11 † & ex illo non poſſit hæres ſe iuuare, ſed teneatur inſolidum creditoribus *Guid. Pap. de inuentar. num.5. & conſ.41. n. un.5. poſt Bart. in l. fin. §. cum igitur, num.3. Cod. de iur. deliber. Aym. conſil.348. n.16.*
cum aliis latè per *Honded. conſ.34. num.32. vſque ad 26. lib.1.*
Nec iuuat prætenſa proteſtatio de apponendo, quæ
forſan omiſſa fuerint, per quam bona fides reſul-
12 tat, † & excluditur dolus *Bald. in authen. ſed cum teſtator. n.18. C. ad leg. Falcid.* Quia ſtante ſcientia
bonorum in hæreditate repertorum, & debitorum in libris deſcriptorum, & illorum exigentiis,
tam iudicialiter, quàm amicabiliter cum aliis, de
quibus plenè in facto, talis proteſtatio non rele-
13 uat, † cum illa ſolùm operetur ſtante ignorantia
Bart.

Bart in l. 1 § item, num. 4 ff. de offic. perfect. vrb. Corn. cons. 146. in fin. lib. 1. Grat. cons. 25. num. 4. & 10. lib. 2. Guid. Pap. cons. 43. num. 6. & cons. 29. ante fin. vers. nec protestatio. Honded. cons. 34. num. 41. & cons. 35. nu. 19. eod. lib.

Nec obstabit conclusio ex aduerso firmata, quod per omissionem descriptionis nominum debitorum
14 non sustineatur inuentarium, † Quia contraria opinio est verior, quod ista de necessitate debeant apponi, vt per Dec. cons. 633. consului, nu. 10. Aret. cons. 147. in quaestione, nu. 1. vers. dicatis quod debitor, col. 1. in fin. cum aliis de quibus per Rotam diuers. decis. 72. num. 1 & 3. part. 1. vbi etiam quod sint describenda propria credita, & debita haeredis, ne dum aliorum creditorum, ac debitorum Ang. in l. 1. §. hac stipulatione, n. 25. vers. tu adde ff. si cui plusquam per leg. falcid. Et Surd. decis. 122. non firmat, sed dubitat allegando Montecul. de inuentar. etiam dubitantem, vt per eundem Surd. ibid. num. 9. ad med. vers. qui tamen posterior. Et Phanuc. de inuent. part. 3. num. 3. loquitur de debitis haereditatis, non autem de creditis, & nominibus debitorum, quae immò sunt describen-
15 da, † nisi fortè de istis creditis non adessent instrumenta, aut probationes, quia tunc non esset facienda mentio de eis in inuentario, quamuis si postea contingeret, quod illa exigerentur, tunc exacta deberent in eo apponi Pract. Papiens. in form. libell. ad reddend. ration. tutel. vers. in suo vltimo testamento, nu. 13. ad fin. Phanuc. de inuentar. part. 3. nu. 32. ad med. tom. 8. part. 2. fol. 278. Surd. decis. 122. num. 8. ad fin. per doctrinam Bar. in l. tutor, qui repertorium,
16 §. vlt. ad fin. vers. 2. concludo, ff. de administr. tutor. † & hic non est casus noster, quia non sumus in creditis, in quibus deficiunt probationes, cùm immò habeamus scripturas, libros, & chirographa, tunc quae indubitanter illa esse ponenda concludit Montecul. de inuentar. c. 2. nu. 7. tom. 8. part. 2. fol. 207.
17 quasi † haereditas sit nomen iuris, quae complectitur tam corporalia, quàm incorporalia, l. haereditas, ff. de petit. haeredit.

Praeterea Inuentarium, de quo agimus, deficit in subscriptione haeredis, & testium, qui erant adhibendi loco creditorum absentium, quod solùm facit, vt
18 illud in totum corruat, & non dicatur fuisse factum, sed omnino nullum iudicetur, vt latè concludit Rot. diuers. decis. 72. num. 6. 7. & 19 p. 2. Rolan. cons. 73. nu. 39. lib. 2.

Non obstat, quod non probetur dolus, qui requiritur ad effectum, vt omittens aliquid scribere in
19 inuentario † perdat illius priuilegium Rot. Romana inuentarij de Massarinis, 14. Maij 1604. coram Card. Ludouisio cum aliis decisionib. ex aduerso adductis, Quia praedicta procedunt quando non probaretur scientia, de qua constat in casu nostro, Illa enim non probata praesumitur, quod omissio potius fuerit per ignorantiam, quàm per dolum,
20 † & ita se declarant dictae decisiones, vt ex eorum lectura clarè apparet iuxta doctrinam Alex. & aliorum communiter in l. fin. §. licentia, C. de iur. delib. Bellon. cons. 30. nu. 6. & latè comprobat Surd. dec. 222. num. 11. 12. & 14.

Minus obstat, quod obligatio emptoris haereditatis sit conditionalis, cùm illam emerit cum beneficio legis, & inuentarij, & non aliàs, nec alio modo,
21 † per quam clausulam remouetur consensus, ità vt nihil censeatur actum Caputaqu. decis. 82. nu. 3. & 4. p. 3. Quia cum inuentarium sit nullum ex supra allegatis habetur, ac si obligatio fuisset pura, & inuentarium non fuisset confectum, cum idem sit il-
22 lud non conficere, † vel non legitimè, ac nulliter facere Rol. cons. 73 nu. 28. vsque ad 34. lib. 1. & in tract. de inuentar. par. 3. §. omittendum, nu. 4. Honded cons. 34. num. 13. lib. 1.

Nec debet attendi, dum dicitur, quod etiam dolosa omissio sustinet inuentarium Ias. in l fin §. licentia,
23 nu. 4. C. de iur. deliber Quia contraria opinio est verior, vt testatur Natt. cons. 574. nu. 13. vers. tertio dici potest. Rot. diuers. decis. 72. nu 9. p. 2. cum aliis per Bertazzol. cons. crimi. 154. nu. 41. lib. 1. Honded. cons. 34. lib. 1. Maximè, quia etiam puto quod inuentarium
24 subsisteret, † Tamen talis, qui dolo illud conficeret teneretur ad duplum, quod plus esset Surd. decis. 22. nu. 9. in fi. Menoch. cons. 471. lib. 5.

In huiusmodi causa Romana pecuniaria coram R. P. D. Manzanedo, 22. Iunij 1615. fuit conclusum, quod sit confirmanda sententiá, ob illam rationem, quia eramus in haereditate vendita, quo casu creditores haereditarij debent dirigere actiones contra venditorem, non autem contra emptorem, l. 2. C. de haered. vel act. vendit. Maximè, quia emptor haereditatis assumpsit onus soluendi cum beneficio legis, & inuentarij, & non aliàs, per quam
25 obligationem † non censetur praestitus consensus, nisi cum d. beneficio inuentarij Ossa. decis. 165. nu. 13. Thesaur. dec. 270. num. 23. Rot. diuers. decis. 650. in fin p. 1. Card. Seraph. decis. 420. num. 6. & decis. 414. num. 2. Cum etiam sicut haeredes, qui vendide-
26 runt haereditatem non tenentur † stante aditione cum beneficio legis, & inuentarij l. fin §. si praefatam, C. de iur. deliber. Ita neque cessionarius, cui competunt omnia iura cedentis, l. Pomponius, §. cum quis, ff de acquir possess. l. qui in ius, ff. de reg. iur. & in terminis inuentarij Bald. in auth. sed cum testator num. 19. C. ad leg. falcid. Rol. de inuentar. p. 4. r. 43. incip. vlterius, nu. 4. & 5.

Et quo ad omissionem nominum debitorum, quae non fuerunt apposita in inuentario, dictum fuit
27 per eandem Rotam, † quod sola omissio non sufficit, nisi probetur dolus Surd. decis. 122. nu. 4. & 11. qui dolus non praesumitur l. si creditor, C. de pignorib. Alciat. praesumpt. 4. reg. 3. n. 1. Immò aderat praesumptio exclusiua doli, quod videlicet haeres, qui inuentarium confecit, potius ignorauerit d. nomina debitorum, & bona fide omiserit describere Bellon. cons. 30. num. 6. Stante praefata declaratione facta per haeredes in ipsa confessione inuentarij, quod pos-
28 sit addi, siquid forsan est omissum, per quam declarationem excluditur dolus, Bald. in auth sed cum testator, n. 28. C. ad l. falcid. Phanuc. de inuentar. p. 3. n. 45. Surd. decis. 122. nu. 22. Hactenus decisio, quae tamen non videbatur tuta, cùm protestatio non iuuet, ac fuerit probatus dolus cum aliis requisitis, de quibus supra in rationibus pro contraria parte adductis, Ideò benè fuit petitū iterum audiri, ne ex diuersitate facti aliquid contra ius statuatur, prout semper Rota veritatis amatrix solita est facere.

Obseruandum est autem, quod alias Rot. coram R. P. D. Vbaldo Romana tutelae de Boncompagnis, 18. Maij
29 1616. † declarauit fuisse nullum inuentarium tutoris, qui in eo non descripserat quandam Massatiam pecudum, quae in haereditate remanserat, quamuis pretium dict. massariae venditae per eundem tutorem fuerit depositatum ab ipso Bancho, tamquam ius pertinentiis ad haereditatem,

quia licèt hoc posset excusare tutorem à dolo, vel
à suspicione subtractionis, Tamen non excusat à
negligentia, vel culpa leni cum tempore debito
non descripserit in innentario, nec pecudes, nec ea-
30 rum pretium, † quasi paria sint innentarium non
conficere, vel in eo non describere omnia, quæ
debent describi *Bart. in l.tutor, qui repertorium,*
num.21. ff de administrat.tutor. Roland.cons.73.num.
28.lib.2.Osasc.decis.58.numer.22. Menoch.cons.471.
num.19.lib.5.Surd.cons.3.num.12. Maluas.consil.113.
num.17. Adeo vt etiam ob istam culpam per eam-
31 dem *Rot.in d.Roma tutela*, † fuerit tutor remotus,
tanquam suspectus cùm ad effectum remotionis
illa culpa leuis sufficiat, nec requiratur dolus, quan-
uis tunc remotio non irroget infamiam, *l.3. §.fin.*
ff.de suspect.tutor.Glos.in §.suspectus autem, instit.eod.
tit. Corn.cons.175.num.6. lib.3.Affl.decis.207.num.3.
Maluas.dict.cons.113.num.3. Guter.de tutel. p.1.c.18.
num.19. cum seq. post Doctor.in l.quidquid, C.arbit.
tutel.Bart.in l.si tutor.num.2.ff.de suspect.tutor. Quæ
32 etiam ampliantur, † quamuis essemus in tutoribus
testamentarius cùm etiam illi possint remoueri tan-
qoam suspecti etiam ex sola culpa, & negligentia
Guter.de tutel.p.2. c.18.num.23. Maluas.cons.113.nu.
32. per l.1. §.ostendimus, ff de suspect. tutor. Albens.
cons.580.num.2.Gozad.cons.17.num.4.Rot.in d.causa
33 *Romana tutela, coram R.P.D.Vbaldo ad fin.* † vbi
etiam extenditur ad totores coniunctos, qui licèt
non remoueantur, sed eis detur curator adiun-
ctus *l.si tutor, ff.de suspect.tutorib.* Tamen procedit
quando tutores remouentur ob fraudem, vel do-
34 lum, quo casu incurrunt infamiam, † secus autem
si ex culpa, aut negligentia, tunc enim nulla infa-
mia resoltat *§.suspectus autem, instit.de suspect.tuto-*
rib.Glos. Bart.Din. & alij in l.si tutor, 9. ff.eod.tit.
Corn.cons.175.num.6.lib.3.Gozad.consil.17.numer.13.
Vrsill.ad Affl.decis.207.ad fin. Montan.de tutel.cap.
36.regul.3.num.14. vsque ad 18.& regul.9.nu.14.benè
*Grat.consil.44.num.12.cum seq.lib.1.*vbi etiam qnod
hoc casu, neque mater de iure communi habet
35 aliqnod speciale priuilegium, † ita vt in dubio
Iudex pronunciare debeat esse interdictam admi-
nistrationem ipso iure, nec esse adiungendam per-
sonam *Grat.ibi.num.15.* Cùm semper etiam stetur
arbitrio Iudicis circa remotionem tutoria, vel
tempus differendi conficere inuentarium cum si-
36 milibus, † *Menoch.de arbitr.cas.174.num.& 2.mx-*
ta l.3.§.si tutor.animum, ff.de suspect.tutorib. Gozad.
consil.17.numer.2.Corn.consil.175.numer.4. lib.3. Al-
bens.consil.580.num.3. Affl.in cap.1.numer.21. versic.
item habet arbitrium æstimandi, ex quib. caus.feud.
37 *amittat.* † & in quibus casibus operetur coniun-
ctio sanguinis *Idem Affl.in cap.1. §.& si clientulus,*
colum.4.& 5.de alienat.feud. Immò neque excusa-
bitur tutor prætextu ignorantiæ, quando sumus
in his quæ teneretur inquirere ex officio *Grat.cons.*
25.num.6.lib.1.

EPITOME.

In dispositionibus limitatis quando habeat locum ius accrescendi. ¶ Et an sufficiant verba, æquis portionibus, vel similia, seu potius requiratur taxatiua tantum. ¶ Et quid si vnus sit institutus in re certa, & alter in toto residuo. ¶ Et an debeant esse coniuncti in eadem oratione, & ad eamdem rem, partibus expressis intellectualiter, quamuis non corporaliter demonstrabilibus. ¶ Portio effecta caduca quando transeat ad hæredes, seu ad substitutos. ¶ Legata facta Canonicis an censeantur relicta Ecclesiæ, seu Capitulo, vel singulis. ¶ Legatum pro maritaggio an debeatur tam pro matrimonio carnali, quàm spirituali. ¶ Et quid si adsint verba naturalis excludentia monasterium. ¶ Vel si illud non sit capax bonorum. ¶ Hæres grauatus restituere si decesserit sine filiis an excludat substitutum, si ingrediatur religionem. ¶ Serui, seu custodes viridarij an veniant in legato relicto familiæ. ¶ Emphyteusis an possit legari irrequisito domino absque pœna deuolutionis. ¶ Ecclesia an dicatur potentior laico, ita vt legatum ei relictum dicatur factum in potentiorem. ¶ Possessio posterior quando sit clandestina, & non debeat manuteneri. ¶ Identitas, & dominium an sit plenè probandum si agatur ad deuolutionem.
¶ Et an sufficiant instrumenta locationum emphyteusis.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi habet locum inter coniunctos in eadem oratione, & ad eamdem rem partibus expressis intellectualiter, quamuis non corporaliter demonstrabilibus.*
2 *Vocati pro dimidia hereditatis non censentur omnino disiuncti.*
3 *In dispositionibus limitatis non procedit ius accrescendi. Intellige vt num.6.*
4 *Testator potest prohibere ius accrescendi in fideicommissis, secus in institutionibus, nu.5.*
7 *Ius accrescendi non impeditur per sola verba, æquis portionibus.*
8 *Ius accrescendi habet locum, si vnus esset institutus in re certa, & alius in toto residuo.*
9 *Substitutio pro dimidia effecta caduca deuoluitur per ius accrescendi ad substitutum pro alia dimidia.*
10 *Portio effecta caduca transit ad heredes. Fallit vt numero 11.*
12 *Testator præsumitur voluisse se conformare cum iure communi.*
13 *Distinctio sola partium facta à testatore per verba, æquis portionibus, vel similia non impedit ius accrescendi.*
14 *Coniuncti funguntur potestate vnius personæ.*
15 *Legata facta Canonicis censentur relicta Capitulo, seu Ecclesiæ. Intellige vt vniuersis, & collegio, non vt singulis, nu.16. Contrarium, nu.17. sed prima opinio est verior, nu.18.*
19 *Legatum pro maritaggio debetur tam pro matrimonio carnali, quàm spirituali. Amplia vt nu.20. Declara vt num.23.& 25.*
21 *Pater tenetur dotare filiam tam si contrahat matrimonium carnale, quam si ingrediatur monasterium.*
22 *Bona fideicommissi alienantur pro constituenda dote filia, siue nubat siue intret religionem.*
24 *Testator loquens per verba naturalia videtur excludere monasterium.*
26 *Hæres grauatus alicui restituere, si decesserit sine filiis, non excludit substitutum, si ingrediatur religionem non capacem bonorum.*
27 *Legatum relictum familia, an comprehendat custodem viridarij.*
28 *Serui viridarij veniunt appellatione seruitorum.*

29 Disp-

29 *Dispositio testatoris habet locum probatis qualitatibus per eum requisitis.*
30 *Absens pro negotiis Domini gerendis dicitur de familia, num.31.*
32 *Dictio, &, in legatis est ampliatiua.*
33 *In fauorabilibus debemus plenè interpretari voluntatem testatoris.*
34 *Emphyteusis non potest vendi irrequisito domino, poterit tamen legari absque pœna deuolutionis, nu.35.*
36 *Prohibitio alienationis non extenditur ad eam, quæ fit in vltima voluntate.*
37 *Ecclesia non dicitur potentior laico in materia legati ei relicti, nisi habeat potestatem super illum, cuius res alienatur.*
38 *Concessio emphyteusis pro hæredibus in perpetuum, transit ad Ecclesiam.*
39 *Ecclesia habet annum ad vendendum emphyteusim sibi relictam, quamuis non posset retinere.*
40 *Possessio posterior præsumitur clandestina, & non debet manuteneri. Intellige vt num.45.*
41 *Identitas est probanda, maximè per illum, qui se fundat in deuolutione bonorum, & quod demonstrationes sufficiant, num.42.*
43 *Dominium est plenè probandum, quando agitur de deuolutione, nec sufficit instrumentum locationis emphyteusis, num.44.*

CAPVT DXXXIII.

Dimidia hæreditatis relicta Virginiæ non est effecta caduca ad fauorem Antonij, ita vt potuerit de ea disponere, sed per ius accrescendi fuit acquisita Lucretiæ institutæ in alia dimidia, Etenim
1 † constat illas esse coniunctas, cum sint in eadem oratione vocatæ ad eandem rem partibus expressis intellectualiter, quamuis non corporaliter demonstrabilibus, quo casu portio vnius accrescit alteri, prout est *text. in l. si duobus 16. §. si titio. ff. de legat. 1. l. maiuo, 42. in princ. de leg. 2. l. vnic. §. vbi autem legatary. Cod. de caduc. tollent.* & ita per prædicta iura rem esse claram dicit *Corn. cons. 238. circa primum consultationis articulum, col. 3. ad med. vers. deueniẽdo itaque ad secundam. n. 3. lib. 2. Socin. Sen. cons. 94. pro clariori. in fi. vers. sed quia mihi narratur. lib. 4.* & latius *Soci. Iun. cons. 139. n. 21. vsq; ad 27. lib. 1. Fulgos. cons. 17. testator. in fin. vers. sed rectius & verius. Curt. Iun. cons. 83. col. penult. in fi. vers. ego autem semper putaui. Aym. cons. 62. nu. 4. Guid. Pap. quæst. 335. quæro. num. 1. Natt. cons. 323. nu. 3. Ias. cons. 72. col. penult. in fi. vers. quarto idem in terminis, lib. 3. Dec. cons. 40. nu. 8. lib. 1. Peregr. de fideicommiss. art. 9. num. 8. vers. idem si substituisset,*
2 *Menoch. cons. 209. num. 12. & 13. lib. 3.* † vbi, quod ita vocati pro dimidia hæreditatis non censetur omnino disiuncti re *Bartol. in l. re coniuncti. nu. 25. de leg. 3.* Vnde non mirum si est locus iuri accrescendi. *Soc. Iun. cons. 139. nu. 19. lib. 1.*

Non obstat, quod substitutio facta de Virginia, & Lucretia fuerit taxata ad æquales portiones, quæ cùm sint assignatæ pro dimidia tam vni, quàm alteri ex
3 substitutis, faciunt, † vt testator videatur exclusisse ius accrescendi, quod non habet locum in dispositionibus limitatis *l. lucius titius 78. §. quæ habebat. in fin. ff. ad trebellian. Bald. in l. si arrogatur. in princ. col. 1. ante fi. vers. quinto oppono ff. de adoption. & in l. 1. n. 1. Cod. de secund. nupt. Roman. in l. 1. in princ. ff. si quis ius dicent. non obtemper. Ias. cons. 61. in fin. vers. quinto principaliter. lib. 3. & in l. re coniuncti. nu. 199. de leg. 3. & in l. si mora in 4. notab. ff. solut. matrim.* Quod
4 quidem † ius accrescendi tam expressè, quàm tacitè potest etiam prohiberi in fideicommissis, cùm in eis non sequatur illud absurdum, quod quis posset decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, propter quod fuit inductam ius accrescendi *l. re coniunct. de legat. 3. l. 1. Cod. quand. non*
5 *petent. part.* † Quidquid aliud fit in institutionibus *Dec. consil. 40. num. 2. & 3. lib. 1. Ias. consil. 8. colum. 2. post med. lib. 3.*

Quia prædicta procedunt, quando testator in ipsa assignatione portionis vsus fuisset taxatiua tantùm, vel simili, tunc enim videtur voluisse prohibere ius ac-
6 crescendi, † quod non est in casu nostro, in quo substitui fuerunt simpliciter vocati pro æquis portionibus, & ita loquuntur *Bald. Ias. & alij supra allegati,* & distinguit *idem Ias. cons. 72. col. 2. ad med. vers. tertio ad idem & col. vltim. ad fin. vers. non obstat vltimum, lib. 3. Peregrin. de fideicommiss. art. 9. n. 3. Rip. in l. re coniunct. nu. 50. ad med. ff. de leg. 3. Dec. cons. 40.*
7 *nu. 25. lib. 1.* † Quia per sola verba, pro æquis portionibus, non impeditur ius accrescendi *Corn. cons. 238. n. 3. col. 3. ad med. lib. 2.* & concludit *Socin. Guid. Pap. Peregrin. Fulgos. Curt. Iun. Aym. & alij* supra allegati, qui in specie loquuntur, quando testator dimidiã vni, & dimidiam alteri reliquisset, Immò etiam si
8 vnus esset substitutus in re certa, † & alius in toto residuo etiam haberet locum ius accrescendi, per quod totum posset trahi *l. coheredi. §. fin. ff. de vulg. & pupill. Ang. & Imol. in l. 1. §. si ex fundo. ff. de heredibus instit.* & notant omnes *in l. quoties, Cod eodem titul. Dec. cons. 40. nu. 9. lib. 1. Cagnol. in rubr. C. quand. non petent. par. n. 54. in fin.* De quo tamen modò non
9 est quæstio, cum simus † in substitutione facta pro dimidia, quæ licèt sit effecta caduca, debet per ius accrescendi deuolui ad substitutum in alia dimidia, quamuis essemus in substitutione fideicommissaria *l ex facto. ff. ad trebell. Ang. de testam. gloss. 42. n. 3. Dec. cons. 40. n. 10. lib. 1.* & voluit etiam Bart. *cons. 53. pictauiensis, in fin. lib. 1. per text. in l. filius, §. diuus seruus, de leg. 1. lib. 1. §. penultim. Cod. de caduc. tol. Nat. cons. 323. num. 3.*

Vnde non obstat, quod portio, quæ est effecta caduca
10 transeat ad hæredes † *Bart. in l. pater filium, colum. penult. de inoffic. testam. Ias. cons. 8. num. 2. vers. decimo istud vltim. lib. 3. Curt. Iun. cons. 12. col. 2. Goz. ad cons. 21. col. 6.* Quia procedit quando essemus in illis, qui non sunt coniuncti in eadem oratione, & quo ad eandem rem, cùm aliud sit stante coniunctione, de
11 qua in casu nostro, tunc enim nõ potest dici, † quod portio efficiatur caduca, sed per ius accrescendi acquiritur simul cum substituto *Curt. Iun. cons. 83. col. penult. in fin. Guid. Pap. quæst. 335. numer. 1. Socin. Iun. cons. 139. numer. 19. lib. 1. Corn. cons. 238. num. 3. libr. 2.* Et cum hoc disponat ius commune, censendum est
12 etiam † testatorem voluisse se cum illo conformare disponendo, prout leges mandant *Bart. in l. heredes mei. § cum ita. num. 4. ff. ad treb. Socin. cons. 51. numer. 33. lib. 4. Aym. consil. 155. num. 38.* cum aliis per *Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. titul. 6. num. 1. vsque ad 9.*

Quibus addendum est, quod sola distinctio partium facta à testatore per verba, æquis portionibus, vel
13 similia, † non impediunt ius accrescendi, Nam quamuis per eum sint portiones ita distinctæ, adhuc tamen adeò sunt inuicem confusæ, vt magis possint percipi intellectu, quàm ad oculum demonstrare

l.maxim.§.duobus.de legat.2. Vnde isti ex coniectura
voluntatis testatoris debent habere ius accrescen-
di, quia propter vnitatem sermonis quasi in vnum
corpus sunt redacti l.vnic.§.his ita.versic.hoc ita tam
14 variè.Cod.de caduc.tollend. † Ita vt coniuncti fun-
gantur potestate vnius personæ l.planè,in princ.la 1.
de legat.1.Imol.in l.item quod sabinus, nu.3.ff.de here-
dibus instit.& in proposito nostro ita declarat Card.
Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.10.tit.3.num.9.
& 8.

Quo vero ad legata quę fuerunt facta Canonicis, Dixi
15 in dubio censeri relicta Capitulo, † Nam verbum,
Canonici, indefinitè prolatū, idem significat quod
Capitulum, quod repræsentatur ex Canonicis, Vn-
de neque potest comprehendi Ecclesia, quæ ex solis
Canonicis non constituitur, & per consequens illa
non comprehenderetur in huiusmodi legatis argu-
mento text.in cap.exemptionem 9.de priuil.in 6. & in
specie ita concludit Rip.in cap.cum m.ferrariensis.n.
21.post princip.vers.contra istud notabile, de constitut.
Menoch. qui alios adducit præsumpt.113.nu.6.lib.4.
Card.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.8 tit.6.nu.22.
& 24.ad fin.& concludunt communiter Doctor.in c.
requisiuisti.vbi Card.num.3.quæst.10.ad fin.& Couar.
num.10.de testam. Intelligitur tamen legatum reli-
ctum Ecclesiæ, quando clerici non essent seculares,
sed regulares, qui non possent habere proprium
cap.requisiuisti.de testam. Socin.in l.cinibus in fin. ff.
de rebus dub. & in l.1.num.20.& 21. ff de vulgar.&
pupill. Ita vt neque valeat consuetudo, vt possint
similia legata acquiri religioso Calder. consil.4.de
consuetud.

Quamuis autem in talibus legatis non veniat Ecclesia,
16 sed illa acquirantur Canonicis, † Tamen non con-
siderabuntur vt singuli, sed vt vniuersi, ita vt cen-
seantur facta tanquam Capitulo, & Collegio Ca-
nonicorum, non autem singularibus personis, Vnde
non diuidentur æqualiter inter ipsos Canonicos,
sed adhibebitur distinctio qualitatum, faciendo di-
stributionem, prout solent distribui cætera bona
ipsius Collegij, dando plus vni Canonico, quàm al-
teri, habito respectu ordinis sacri, seu antiquitatis,
vel alterius qualitatis vniuscuiusque secundum sta-
tuta Ecclesiæ Couar.in c.requisiuisti nu.10.post Card.
ibid.qu.10.col.6.ad med. vers.dic tamen quod etiam,
num.4.de testam. Rip.in c.cum m ferrariensis, num.
11.de constitut. Card. Mant.de coniect. vlt.voluntat.
lib.8.tit.6.num.24. in fin. vers.vnde puto quæstionem,
Prax.Neapol.cap.72.num.7.ad fin.Ceuall.qu.278.ad
med.p.1.fol.197.

Neque obstat, quod potius legatum relictum Canoni-
cis non dicatur acquisitum Capitulo, sed singulari-
17 bus de Capitulo, † qui diuident inter se, & non ap-
plicabitur mensæ capitulari Felin.qui dicit esse au-
reum dictum, & sustentabile in cap. auditis 15.col.15.
in fin.vers.secunda responsio.num.24.de præscrip.post
Barba.in c.requisiuisti.col.40.de testam.Henric.Boic.
in c.nos quidem.in fi.eod.tit.Burgos.in c.cum omnes.n.
325.de constitut.Socin. in l.2.col.penul. in fi.nu.13.vers.
aut sumus in dubio.ff.de reb.dub. & de magis recepta
opinione, & in foro seruanda testatur Menoch.
quamuis dicat apud eum non carere dubitatione
præsumpt.113.in fin.lib.4.Cin.in l.1.nu.7.in fin.Cod.de
sacrosf.eccles.

Quia contraria opinio est verior, quod immò censea-
18 tur vocatum Capitulum, & Collegium, † cum hoc
significet verbum, Canonicis, indefinitè prolatum
vt dictum est supra nu.15.per text.in c.cum omnes.&
c.cum accessissent, de constitutionib.cum multis con-
cordantibus adductis per Rip.in c.cum m.ferrariensis
num.11.eod.tit.& Doctores, qui aliter sentiunt, de-
bent intelligi, quando adessent coniecturæ, quod
Canonici fuerint contemplati, vt singuli putà si
præcesserint merita singulorum, vel quod legata
non possint conuenire ipsi Collegio, sed singulis, vt
per Card. Mant.de coniect.vlt volunt.lib.8.tit.6.n.4.
ante fin.vers.sed aduerte. Socin.in l.cum senatus.nu.8.
ff.de reb.dub.

Circa alterum dubium dixi conclusionem esse satis
19 omnibus notam, † quod legatum relictum pro ma-
ritaggio, debetur non solum si matrimonium car-
nale contrahatur, sed etiam si spirituale, cùm dica-
tur mulier nubere monasterium ingrediendo, ne-
que possit videri esse sine nuptiis, quæ intrat reli-
gionem, quasi cum domino nubat §.sed & hoc præ-
senti.auth.de sanctiss.episcop. Cin. in auth.nisi rogati.
numer.1.in 2.notab. Cod. ad trebellian. Vbi Bald. in
princ. loquitur tam de relicto nomine dotis pro
matrimonio contrahendo, quam de donatione
propter nuptias Natt.cons.29.n.1. Ancha.cons.109.
num 4 Socin.in l.mulieri.nu.12.ff.de condit.& demon-
strat.Card. Mant.de coniectur.vltim.volunt.lib.11.tit.
18.num.26.Surd.cons.191.nu.9. lib.2.Garz.Mastrill.
decis.Sicil.153.num.3.part.2. Rot.coram Card.Ludo-
uisio Bononien.legati 19. Martij 1607.Decian.cons.
5.num.12.& 13.lib.3.Sancez.de matrimon.lib.1.disput.
33.nu.30. Cæteros omitto, cùm omnis longum esset
omnes recensere, maximè cùm non expediat in
20 conclusione ab omnibus approbata, † Immò etiam
prædicta amplientur secundùm aliquos, quamuis
fuerit relictum pro tali maritanda per carnale
coniugium Bald. Nouell.de dot.part 6. priuileg.77.
Couar.in cap.nos quidem.num.1. vers.sexto ex proxi-
ma.de testam. Surd.cons.69.num.1. lib.1.& cons.192.
num.19.ad med.lib.1.

Et facit simile de patre, qui sicut tenetur dotare filiam,
21 quæ contraxit matrimonium carnale † l.qui libe-
ros, ff de rit.nupt.l.dedit dotem.ff.de collat bonor. Ita
etiam debet dotare filiam, quæ ingressa est religio-
nem Bald.in l.vltim.col.2.C.de dot promiss.Menoch.
cons.1016.n.1.ad fi.vbi etiam de bonis fideicommissi,
22 † quæ possunt alienari pro constituenda dote filiæ
fideicommittentis tam si carnaliter nupserit, quàm
si ingrediatur monasterium, vt concludit Idem
Menoc.multa alia similia adducens præsumpt.189.n.
80.& 91.lib.4.

Et in casu nostro nulla adest difficultas, quia legatum
non est conceptum per aliqua verba, ex quibus pos-
sit constare de contraria mente defuncti, quod
23 † voluerit illud non præstari, nisi secutis nuptiis
temporalibus, nam si de tali voluntate appareret,
illa esset seruanda, vt per Sancez.de matrim.tutel de
sponsal.part.1.disput.33.nu.30. Mastrill.decis.153.n.8.
13.& 28. vsque ad 38. Vincent.de Franch.decis.19.
24 † vbi exemplum datur, quando testator loquutus
fuisset per verba naturalia, & naturalem procrea-
tionem importantia, videlicet si adiecta fuerit con-
ditio, si sine liberis legitimis naturalibus decesserit,
cum similibus, quæ ad monasterium adaptari non
possent Turrec.cons.4.nu.16.cum seq.lib.3. Menoch.
25 cons.555.lib.6.& latius cons.1016.n.11.vbi etiam † n.11.
quod in casibus, in quibus intelligeretur matrimo-
nium spirituale, Tamen ista interpretatio esset fa-
cienda, quādo monasterium esset capax bonorum,

nam

nam si non esset tale, puella haberetur pro mortua
clem.exiui.de verb significat. Doctor.in auth.ingressi.
C.de sacrosanct.eccles & in cap.in præsentia.de pro-
26 bat. Vnde talis portio defertur substituto, † Prout
dicimus de hærede grauato restituere Caio, si de-
cesserit sine filiis, qui ingrediendo religionem in-
capacem bonorum non escludit substitutum, tan-
quam decesserit sine filiis, ex quo monasterium
non est capax bonorum Bart.in l.cum pater, §.he-
reditatem.ff.de legat.2.& in tract.minoricar.p.3.vers.
item isti hæredes, Alexand.qui de communi cons.13.
num.4. ad med lib.3. Ofasc.decis.126.in fin. Socin.in
l.cum auus,num.104.de condition.& demonstration.
& cons.92. num.3. lib.1. Menoch.præsumpt.83.nu.71.
lib.4. vbi ampliat idem esse, quando extaret con-
suetudo, & obseruantia, quod monachi, & reli-
giosi non succedant ab intestato morientibus
Boer. qui loquitur de consuetudine Regni Fran-
ciæ decis.354.num.8. Masuer.in prax.tit.de succes-
sionibus & vltim.voluntat.vers.item per consuetudi-
nem regni istius.

Quantum verò ad legatum relictum familiæ dixi in
eo comprehendi illum, qui testatori inseruiebat
27 in officio custodis viridarij, † & ipsius expensis
viuebat, ac in eiusdem imperio existebat, quæ
omnia faciunt, vt quis dicatur de familia l.1. §.fa-
milia, & l.quanta, ff.de public.& vectigalibus, l.pro-
nunciatio, §.seruientium, ff.de verborum signif. Bald.
in cap.litteris ante med.vers.& dic latius, & ibi Fe-
lin.n.1 de testibus, latè Mand.regul.3.qu.19.n.1.& 2.
& reg.32.qu 10.n.3.

Maximè, quia etiam testator mandauit d.legatum di-
28 stribui inter suos seruitores, † Vnde etiam debet
solui illis, qui præsunt viridariis, & ea colunt, cùm
tales appellemus seruos viridarios Rebuff. in l.im-
pensa,79. §.voluptaria, colum.2.in princ.vers.vnde
viridarios, ff de verb.significat.per text.in l.instru-
menta.ff.de fund.instru.

Accedat, quod etiam testator iussit in huiusmodi le-
gati distributione spectandum esse tempus seruitij
longioris, vel breuioris, & officij, quod d. seruito-
res administrarunt, ex quibus verbis colligitur fuis-
se vocatum d. Custodem, cùm in eo concurrat
tempus seruitij quatuordecim annorum, & quali-
tas officij, quod per illum exercebatur in viridario
29 colendo, † ita vt probatis d.qualitatibus per testa-
torem requisitis inter dispositio per eum facta
Natt.cons.574.n.31.Surd.cons.45.n.14 lib.1.

Non obstat, quod talis custos viridarij non inseruie-
bat domi cum aliis familiaribus testatoris. Quia
30 † non ex hoc potest dici, quod non sit de familia,
cum semper dicatur talis, quamuis non sit cum do-
mino, & ab illius præsentia absit, nam etiam ab-
sentes appellantur verè familiares continui, &
commensales, quasi sufficiat, quod pro negotiis
domini gerendis absint Mand.reg.3.qu.19.col.1.in
fin.vers parum refert.

Minus obstat, quod testator vocauerit ad d. legatum
solùm illos, qui eius personæ inseruierunt, Quia hoc
dixit, vt faceret differentiam ab aliis seruis, quos
habebat communes cum filiis, quos noluit includi
in legato, prout ipsemet testator declarat in testa-
mento, non autem vt vellet excludere familiares
absentes, quia immò eos vocauit, cùm fuerit con-
templatum officium, quod per suos seruos admini-
stratur, vt in legato legitur, Maximè, quia testator
non se restrinxit solùm ad personam suam, sed etiã
31 ampliatiuè addendo vocauit quoque illos, † qui
adfuerunt tempore sui obitus ad sua seruitia, quod fa-
cit, vt etiam seruus, qui præest viridario comprehé-
datur, cùm sit in seruitio domini, & pro illius nego-
tiis gerendis in eo loco præsit, & ad eam rem colen-
dam sit electus Mand.reg.3.col.1.in fin.qu.19.

Vnde non obstat text.in l.in lege censoria 203.§.itemque
ff.de verb.signific. Quia ibi solùm fuit contemplata
32 persona domini, † hic autem legatum fuit exten-
sum, & ad eos, qui reperiuntur ad illius seruitia,
cum talis dictio, Et, sit ampliatiua, prout in specie
legati est tex.in l.ea tamen 44 de leg.3. Rebuff.in l.
coniunctionem 29.col.3.post med. vers.ex clauo coniun-
33 ctio.ff.de verb.signif. † Maximè in fauorabilibus, vt
plenius testatoris voluntatem interpretemur So-
cin.cons.33. circa præsentem, col.2. in fin.vers.confir-
matur ista conclusio.n.5.lib.3.Imol.in clem.plerisque,
n.12.in fin.vers.aduertendum tamen de election.Corn.
cons.70.col.pen.in fin.n.14.lib.2.

Vltimum dubium de legato facto Ecclesiæ seu mensæ
conuentuali monachorum dicebam resoluendum
34 esse negatiuè, † quod non adsit aliqua deuolutio,
Nam quamuis emphyteusis non possit vendi, seu
alienari irrequisito domino, Tamen ista prohibi-
tio non extenditur ad legatum, quod poterit fieri
tanquam sit donatio, quæ permittitur absque ali-
qua pœna deuolutionis Specul.de locat. §.nunc ali-
qua n.138. Albert.in l.fi.col.2.& ibi Bald.n.11.Ias.n.
57.Salyc.11.C.de iur.emphyt.& quidquid aliud con-
trarium sentiant ista est magis communis opinio,
quamuis essemus in emphyteusi ab Ecclesia con-
cessa, nedum priuato Alex.cons.189. nu.11.lib.2. &
cons.17.n.11.lib.5. late Surd. decis 91.n.1. & 2. Clar.
in § emphyteusis qu.15. & concludunt omnes in l.si
domus.§.si.ff.de legat.Corbul.de caus.priuat.ob alien.
irrequisit.domin.lim.14.per tot.Redoan.de reb.eccles.
non alienand.tit. de caducit.feud.qu.79 cap.9. nu.25.
Et in hoc differt permissio alienandi à prohibitio-
36 ne, † Nam prohibitio alienationis non extenditur
ad eam, quæ fit in vltima voluntate, cum tamen
permissio complectatur illam, quæ fit in vltima
voluntate Sur.cons.71.nu.12.lib.1.post Bart.in l.si ita
quis, §.ea lege, n.7 ff de verb.oblig. Et in emphyteusi
priuati, quod non adsit difficultas, & valeat lega-
tum in Ecclesiam latè Mastril. decis.148. per tot.
37 † vbi etiam multa, quod in hac materia Ecclesia
particularis non potest dici potentior Laico, nisi
habeat potestatem super eum, cuius res alienatur
Menoch.latè cons.2:6.n.39.

Et quamuis prætendatur huiusmodi legatum non va-
lere tanquam factum in potentiorem, & Eccle-
38 siam, † Tamen ex natura prætensæ concessionis
factæ pro se filiis, & hæredibus in perpetuum res
emphyteotica transit ad quoscumque hæredes
etiam extraneos, & Ecclesiam Alex.cons.120.n.3.in
fin.lib.1. & est decisio Rota coram Card. Lancelloto
Mediolanen.bonorum 16.Februar.1601. vbi allegan-
39 tur concordantes decisiones, † & Ecclesia semper
habet annum ad vendendum alteri, quatenus
etiam ipsa non posset pro se retinere Alex. d.cons.
120.n.4.lib.1. vbi quod ita de consuetudine serua-
tur, post Ioa. de Imol. in c.potuit, col.17. super glos. in
verb.prohibetur de locat. Mastril.decis.128.n.18. vbi
de communi, & dixi latè supra cap.

Cessante igitur deuolutione est concedenda manu-
tentio per monachos petita, cum constet de eorum
possessione ex testibus formiter examinatis tam

ante litem motam, quàm tempore d. litis non ob-
40 stante præteuia possessione partis aduersæ, † quæ
tanquam posterior præsumitur vitiosa, & clande-
stina, & consequenter non manutenibilis *l. quamuis, §. si conductor. de acquiren. possess. l. pomponius, ff. quibus mod. vsusfruct. amittat. Affl. decis. 167. nu. 7. in fin. Ægid. decis. 379. Felin. in cap. licet causam, nu. 8. de probat. Menoch. de retinen. possess. rem. 3 nu. 725. Rot. diuers. decis. 506. nu. 5. & 6. p. 1. & coram R. P. D. Vbaldo. Romana de incoronatis 29. Aprilis 1616.* cum aliis adductis *coram eod. Augustana hospitalis, 1. Febr. 1611.*

Cum etiam non constet de identitate bonorum quæ
prætenduntur deuoluta ob legatum de eis factum,
41 quę † identitas erat probanda per aduersarium per
confinia, & alias demonstrationes, cùm in rebus,
& corporibus præsumatur pluralitas, nisi probetur
identitas, vt in specie inuestituræ dicit *Aym. cons. 112. n. 3. post Bart. ad l. demonstratio falsa, ff. de condit. & demonstratio.* Immò ex lectura assertæ conces-
sionis apparet de diuersitate bonorum tam ex con-
finibus enunciatis, quàm ex annua responsione,
42 quæ exprimitur, † Ita vt magis sit probanda iden-
titas, præsertim ad effectum prætensum deuolu-
tionis, quo casu neque sufficeret vnam rem esse de-
monstratam per duas demonstrationes veras, si ali-
qua demonstratio reperiretur falsa, quidquid alias
hoc non noceret ei, qui non tenetur probare iden-
titatem *Alex. consil. 35. numer. 2. & 3. lib. 5.* per tex.
quem dixit notabilem *in l. in testamento, la 1. ff de condit. & demonstr.*

Et quatenus probaretur identitas enunciata in asser-
tis parentibus, quod negatur, Tamen non constat
43 de dominio Principis, † quod debet plenè, & om-
ninò concludenter probari, cùm agatur ad deuo-
lutionem, ita non sufficiat instrumentum locatio-
nis emphyteusis, nisi plenius de illa appareat *Bart. in l. ad probationem, Cod. locat. Aym. cons. 157. num. 5. Curt. Iun.* qui de communi *cons. 158 n. 6. & cons 42. n. 8. Ruin. cons. 14. n. 3. lib. 4. Rom. cons. 127. colum. 1. ad med. Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 1. §. 2. tit. le sei-*
44 *gnour, n. 1. fol. 98.* † est receptissima opinio, de qua
latè *Alex. cons. 10. cum duob. sequ lib 4.* quam pas-
sim approbat *Rota*, dę qua per *R. P. D. Lancel. Romana pratensa deuolutionis 13. Nouembris 1596. quæ est inter decis. diuers. p. 4. centur. 7. decis. 23. nu. 2.* vbi
allegantur aliæ concordantes decisiones *Moscar. cons. lus. 541. n. 2. & 3.*

Nec aduersatur decisio *Perus. Ludou. 17. & consil.*
45 *Hond. 21. nu. 25. lib. 2.* † Quia ibi non controuerte-
batur deuolutio ob translactum tempus 29. anno-
rum, & in instrumento aderat constitutum, & pa-
ctum ingrediendi propria auctoritate, & sine vi-
tio spolij, & pars non contradixit, sed passa est co-
gnosci super negotio principali absque eo, quod
protestaretur prius cognosci super possessorio,
quod non est in casu nostro, cum Monaci semper
contradixerint, neque vnquam se habuerint pro
spoliatis, ideò meritò sunt manutenendi ex supra
allegatis, & declarat *Idem Hond. d. cons. 21. nu. 25. in fin. n. 35. & 36. & per tot lib. 2.*

EPITOME.

Venditio, & locatio an possint committi in arbi-trium vnius ex contrahentibus. ¶ Et quid de æquitate canonica, & post factam traditionem, & in augmento pretij, & temporis, & accidentalibus contractus, ac similibus. ¶ Et quæ sint ista accidentalia. ¶ Verba ad continuandum per illud nouennium post finem primi nouennij, si conductori visum fuerit, an respiciant perseuerantiam, & resolutionem contractus, ita vt valeat remissio in conductorem. ¶ Incertitudo quando vitiet contractum. ¶ Ius canonicum in materia iuramenti an sit seruandum in foro fori. ¶ Clausula, Quam, & quos, non deducta ad speciem an operetur. ¶ Vendens, aut locans rem non expressa qualitate illius an possit dicere de nullitate contractus.
¶ Conductor quando licitè recedat à locatione ob impedimentum sibi illatum. ¶ Et quid si in ea perseueret, an tunc solum agatur ad diminutionem pensionis. ¶ Pensio an soluatur propter fructus. ¶ Et quando illis non recollectis sit debita. ¶ Et quid si fructus recollecti non sufficiunt pro medietate pensionis. ¶ Remissio an sit facienda, si potuit præuideri sterilitas. ¶ Et quid stante obligatione camerali iurata. ¶ Et quando illius executio impediatur cessante causa. ¶ Necessitas qualis debeat esse, vt possit recedi a contractu locationis. ¶ Et an sit sufficiens dignitas, aut iudicatus superuenientis tum in persona locatoris, quàm conductoris.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de euacuando non datur, nisi seruata forma decreti cameralis, quod continet decretum irritans tollens omnia, quæ in contrarium fiunt, num. 2.*

3 *Continuatio locationis non potest remitti in arbitrium conductoris. Intellige vt num. 4.*

5 *Augmentum pretij potest remitti in vnum ex contrahentibus post factam venditionem pro certo pretio, num. 6.*

7 *Accidentalia possunt conferri in liberam voluntatem contrahentis.*

8 *Argumentum valet de re ad tempus.*

9 *Verba posita in locatione Ad continuandum post nouennium per alios nouem annos, si conductori tunc visum fuerit, respiciunt tam perseuerantiam, quam resolutionem contractus, quo casu valet remissio in vnum ex contrahentibus.*

10 *Redhibitoria datur post contractum perfectum ratione vitij.*

11 *Tempus, & locus sunt prædicamenta accidentalia accidentis, & non substantiæ.*

12 *Locatio est valida respectu temporis remissi in arbitrium conductoris.*

13 *Reconductiones sunt sine tempore.*

14 *Venditio, & locatio posita in alterius voluntatem sustinetur post factam traditionem.*

15 *Contractus collatus in arbitrium vnius ex contrahentibus valet de æquitate canonica.*

16 *Incertitudo non vitiat contractum de æquitate canonica, quod etiam seruandum est in foro Cæsaris stante iuramento, num. 17.*

18 *Ius canonicum seruandum est in materia iuramenti tam in foro fori, quàm poli.*

19 *Clausula, quam & quos, non deducta ad speciem nihil operatur.*

20 *Locator non exprimens, quod res locata non poterat locari, non potest dicere de nullitate contractus quidquid aliud sit in domino directo.*

21 *Vendens, aut locans rem, non expressa qualitate illius, est in dolo, qui sibi non debet patrocinari, ita vt non sufficiat exprimere in genere, cum sit in specie dicendum,*

dam, quod res sit feudalis, seu emphyteotica.

22 *Impedimentum proueniens ex facto conductoris non imputatur locatori, cui debebitur integra pensio, nu. 23 & cui incumbat probatio dicti impedimenti, num. 24.*

25 *Non est licitum recedere à locatione propter modicum impedimentum locatoris.*

26 *Conductor perseuerando in conductione sibi praeiudicat, vt non possit discedere, quamuis incommoditas magna proueniat facto locatoris, sed solum agit ad diminutionem pensionis, & protestatio nihil iuuat, num. 27.*

28 *Exceptio non implementi deducta in iudicio, impedit, vt amplius non possit impleri.*

29 *Pensio non debetur, si nulli fructus fuerunt recollecti.*

30 *Pensio soluitur propter fructus, & habito respectu ad illos, num. 33. 34. & 42.*

31 *Remissio pensionis non est facienda, si tempore locationis potuit praeuideri sterilitas. Intellige vt numero 32.*

35 *Causa superueniens facit, vt possit recedi à iuramento, & promissione, ac aliis legitimè celebratis.*

36 *Remissio non debet fieri conductori praeuidenti bellum tempore locationis, secus in bello oriente post contractum.*

37 *Locatio est finita, si pereat substantia rei locatae, amplia vt num. 38.*

39 *Remissio non negatur quando fructus deductis expensis non sufficiunt pro medietate pensionis.*

40 *Obligatio cameralis non attenditur stante damno intolerabili, nec impedit remissionem, quando ante executionem petitam constat de sterilitate, n. 41.*

43 *Executio obligationis cameralis impeditur ob defectum causae, & conditionis non purificatae.*

44 *Exceptio remissionis ob fructus non recollectos venit ex natura contractus, quae admittitur contra obligationem cameralem.*

45 *Renunciatio omni legum auxilio non extenditur ad casus insolitos.*

46 *Conductor non censetur cogitasse, quod nihil esset percepturus ex fructibus rei conductae.*

47 *Promissio omnis restringitur, quatenus non adsit magna laesio.*

48 *Conductor potest recedere à locatione propter causam necessariam de nouo superuenientem, sicut è contra hoc permittitur locatori: secus in causa voluntaria, num. 49.*

56 *Iuramentum, & obligatio cameralis intelligitur rebus in eodem statu permanentibus, num. 51.*

52 *Promittens non petere remissionem intelligitur rebus sic stantibus.*

53 *Dignitas, seu Iudicatus superueniens operatur, vt possit recedi à locatione, num. 54.*

55 *Dispositum in locatore militat etiam in conductore.*

56 *Pacto non potest renunciari casus, in quo adest necessitas publica.*

57 *Casus prouenientes ex facto Principis semper censentur excepti.*

CAPVT DXXXIV.

IN materia locationis, & conductionis de aliquibus contigit in facto dubitari, quae breuiter ex infrascriptis declarabuntur, Et quoad primum dixi non potuisse relaxari mandatum de euacuando, nisi
1 seruata forma decreti Cameralis, † quod tuetur inquilinum, vt non possit expelli, nisi ex causa habitationis pro vsu proprio, vel maioris pensionis repertae, praeuia interpellatione coram notario, & testibus bis facienda per Dominum conductori, cum fide nouae locationis factae, ac aliis in eodem decreto contentis, ob cuius formam non seruatam non potest sustineri sententia, stante praesertim
2 clausula decreti irritantis, † per quod omnia in contrarium facta tolluntur *cap. si eo tempore. de elect. in 6. Cassador. decis. 1. num. 7. de restitut. spoliat. Rot. diuers. decis. 149. num. 2. part. 2.*

Nec obstat praetensa nullitas locationis pro secundo nouennio, cuius continuatio fuit remissa in arbi-
3 trium conductoris, † quae non poterit fieri *l. in vendentis 13. Cod. de contrah. empt. l. saepè 35. §. 1. ff. eodem tit. latè Surd. decis. 82. nu. 10. & decis. 52. num. 10.* Quia praedicta procedunt in contractu ab initio gesto cum dicta qualitate substantiali arbitrij in vnum
4 ex contrahentibus remissi, † Aliud est quando, prout in casu nostro, fuit iam perfecta locatio tam respectu consensus, quàm rei, & pretij, seu pensionis conuentae, ac temporis, in quo debebat durare locatio, Tunc enim si huiusmodi contractui iam perfecto, ac consummato, & in esse producto adiiciatur aliquod augmentum spatij temporis remissum in arbitrium conductoris, qui possit declarare an velit continuare locationem necne, valebit pactum tanquam non controuertatur super illis tribus substantialibus locationis iam perfectae, sed solùm super tempore, quod est accidentale, Prout
5 † dicimus de augmento pretij, quod potest validè remitti in vnum ex contrahentibus post factam venditionē pro certo, & determinato pretio, Nam arbitrium non ponitur ad substantialem perfectionem contractus, sed ad suppletionem, quia ibi est fundamentum, vnde arbitrium inseritur rei perfectae, cùm secus esset, quando adiiceretur rei imperfectae, seu essentiae contractus, ac illius productionis *Bald.* qui in specie ita distinguit *in l. in vendentis 13. col. 2. post med. num. 7. vers. quarto oppono. & & ibi Salic. oppos. 5. nu. 6. Cod. de contrah. empt. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. titul. 35. n. 5. ad fin.* & latè comprobat *Gabr. cons. 168. quaest. 2. nu. 14. in fin. vers. secundo quamuis pretium, lib. 1. & est text. in l. si pater 12. §. si fundo aestimato. & l. item si non venierit 13. ff. de pact. dotalibus, l. haec venditio §. fi. ff. de*
6 *contrahend. empt.* in quibus iuribus † nec maritus, nec emptor cogebantur vendere, sed totum ab eorum arbitrio pendebat, & tamen valet illud augmentum pretij, quia contractus erat perfectus, cui poterat addi illi incertitudo, quamuis non posset adijci rei perficiendae, cùm hoc habeatur pro acci-
7 dentali, quod potest † conferri in liberam voluntatem contrahentis *Bart. in l. si sic legatum 78. in princip. numero 3. ff. de legat. 1.* Nam per conditionem appositam accidenti fit solùm conditionale accidens, non autem substantia, & principalis dispositio *Idem Bart. in l. 1. num. 28. ad fin. de conditionibus & demonstrat.* Et quamuis supradicti Doctores
8 loquantur de augmento rei, † Tamen idem est in augmento temporis, cùm de vno ad aliud licitè arguatur *l. miles, §. quod diximus, de milit. testam. Euerar. in locis legalibus cap. 39.* & in proposito notat *Osasc. decis. 111. num. 13.*

Et facit, quia ista verba posita in locatione ad continuandum post nouennium per alios nouem annos,
9 † si conductori, cuisque tunc visum fuerit, respiciũt

tam perseuerentiam, quàm resolutionem contractus, quo casu valet remissio in voluntatem vnius ex contrahentibus, neque attenditur, quod actus claudicet, nam si obligatus non recedit à cótractu, declarando velle continuare, non obligatur tunc voluntariè, sed perseuerat in antiqua obligatione necessaria, quæ durat, neque alia noua obligatio nascitur, si verò velit recedere à locatione, nullum sequitur absurdum, cum tempore contractus ita
10 fuerit conuentum, † Vnde hoc ei permittitur, sicut post contractum perfectum ratione vitij datur redhibitoria, sic debet dari ex pacto *l. quod si nolit, §. si quid ita. ff. de ædil. edict.* & ita specie locationis concludit *Gabr. cons. 73. n. 6. & per tot. lib. 1.* vbi fuit facta locatio ad nouénium cum pacto, vt si ante lapsum tertij anni conductor declaret se nolle continuare in dicto nouennio, quod non teneatur ad perseuerandum, si enim per dictum conductorem fiat declaratio, quod vult continuare, valebit contractus, quamuis positus sit in eius arbitrium, neque hoc prætextu potest locator recedere, cum remaneat antiqua obligatio necessaria, & non oriatur noua voluntaria, & passim admittitur talis resolutio, seu perseuerantia in vnum ex contrahentibus *Gomes. var. resol. tom. 2. cap. 2. nu. 19. in fin. Fabian. de Mont. de empt. & vendit. quæst. 5. princ. nu. 73. ad med. vers. & singulariter dixit, quæst. 13. tom. 6. part. 1. fol. 55. post Ioan. And. ad Speculat. eodem tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum, il 2. rubr. de rescind. vendit. num. 19. in verb. in præcedenti lege.* & est communis opinio, de qua per *Abb. in cap. illo vos, vers. 4. n. 2. Anchar. n. 4. Hostiens. col. 1. ante med. in verb. proximos, Card. post princip. vers. & inducit iura. Butr. num. 8. Imol. num. 9. Anan. 6. ad med. Ioan. Andr. col. 2. ad med. de pignoribus.*

Præterea tempus, & locus sunt prædicamenta acci-
11 dentalia accidentis, † & non substantiæ *cap. cum Ioannes de fid. instrumen. Fabian. de Monte de empt. & vendit. quæst. 5. princ. n. 73. tom. 6. part. 1. fol. 55.* vbi ex hoc concludit, quod valebit locatio respectu temporis remissi in arbitrium conductoris, dum-
12 modo † in vita declarauerit iuxta *l. 4. ff. loc.* & quod tempus non sit de substantia locationis notat etiam *Ossasc. decis. 111. n. 11.* & sequitur *Mozzius de contractibus rubr. de locat. & conduct. titul. de*
13 *substantialibus location. nu. 17. ad med.* † ob illam rationem, quia sine tempore fiunt reductiones, vt in vrbanis pro eo quo conductor habitauerit, in rusticis autem pro anno *l. item quæritur, §. vlt. ff. locat.*

Accedat, quod post factam traditionem sustinetur venditio, & locatio posita in alterius voluntatem
14 † *Fabian. de Monte*, qui alios allegat *de empt. & vendit. quæst. 5. princ. num. 73. vers. prædicta tamen limitat, qu. 13.* Maximè, quia dispositio *l. venditionis, Cod. de contrah. empt.* non procedit de æquitate ca-
15 nonica, secundum quam † valet contractus collatus in vnum ex contrahentibus *Aloys. de Leon. in dict. l. in vendentis, in princ. Alphan. in collectan. ad ius ciuile, num. 288. Bonacost. de æquitat. Canonic. conclus. 15. Carocc.* qui de communi *de locat. & conduct. part. 3. tit. de locat. incert. siue per errorem, num.*
16 *20. fol. 149.* † Cùm incertitudo non vitiet contractum de æquitate canonica iuxta doctrinam *Archidiac. in cap. sunt nonnulli 1. qu. 1. Tiraqu. priuil. piæ*
17 *caus. 55. in fin.* † Quod etiam seruandum est in foro Cæsaris, seu Ciuili *Rebuff priuileg. scholar. 133. in fin. tom. 18. fol. 57.* Stante præsertim contractu iurato, quo casu magis est seruandum ius canonicum *Cephal. cons. 159. n. 11. & 12. lib. 2.* vbi quod ita Ferrariæ seruatur *Gomes. in §. item si quis postulante, num. 8. vers. adde alium, instit. de actionibus, Guter. de iuram. confirmat. pag. 1. cap. 64. in fin. Seraph. priuil. iu-*
18 *ram. 86. n. 2.* vbi latè *Addit. num. 3. & 4.* † Cum ius canonicum in materia iuramenti seruandum sit tam in foro fori, vel politico, quàm in foro poli, vel ecclesiastico, quamuis ius canonicum contradiceret ciuili *Felin. in cap. ecclesia sancta maria 10. n. 41. de constit. & in causis 15. n. 1. ante fin. de testibus Affl. decis. 322. n. 5. Garzias de vlt. fin. iur. ciuil. & canonic. n. 46. & 151.* cum aliis per *Add. ad Seraph. priuil. iuram. 86. n. 4.*

Quibus additur nullitas sententiæ, de qua agimus, cum relaxetur mandatum de euacuando contra conductorem in iudicio, in quo ipse erat actor, & absque aliqua petitione partis aduersæ, quæ erat
19 rea conuenta, † Ita vt non obstet clausula, quam, & quas in commissione Aduersarij posita, cùm numquam fuerit deducta ad speciem, nec aliquid dictum super euacuatione, prout requirebatur, vt talis clausula operaretur *Caputaq. decis. 125. n. 2. p. 3. Rot. coram R. P. D. Gypsio Florentina damnorum & interesse 9. Decembris 1585. cum aliis per Modern. clausul. cap. 202. n. 10.*

Neque obstat alia prætensa nullitas locationis tanquam factæ contra formam inuestituræ, in qua dicitur prohibita omnis alienatio, & per consequens
20 locatio ad longum tempus, † Quia hoc non prodest locatori, qui non expressit qualitatem rei, Ideo eius respectu contractus valuit quidquid sit respectu dominij directi *Bart. in l. bona fides 52. n. 3. de actionibus empt. per l. & elegantes 7. in princ. vbi Gloss. in verb. nullam, ff. de dol. Abb. & alij in c. quorundam, de solution. Vant. quoties & intra temp. de*
21 *nullitate agi possit, n. 52. vsque ad 66.* † Cum locans, aut vendens non expressa qualitate rei locatæ, seu venditæ dicatur esse in dolo, qui sibi non debet patrocinari, ita vt neque sufficiat in genere exprimere, cùm debeat in specie certiorare conductorem, & venditorem, quod res feudalis, vel emphyteoteca, adeò vt stante huiusmodi taciturnitate veniat omne damnum, aut interesse ad fauorem conductoris, vt latè omnia prædicta comprobat *Surd. cons. 13. num. 33. & 34.* cum aliis per *Bec. consil. 106. num. 11. & 12. Neuiz. consil. 37. num. 4. cum sequ. Hiero. consil. 158. num. 46. lib. 1. & consil. 177. num. 43. eodem lib.* & concludunt omnes *in l. vina, ff. de periculo & commod. rei vendit. & in l. tenetur, §. fin. ff. de act. empt Ruin. cons. 91. num. 10. lib. 1. Aym. cons. 83. num. 3.*

Circa secundum dubium, illius decisio colligitur ex depositionibus testiũ, qui omnes concludunt, quod locator consignauit domum liberam ministris, & agentibus conductoris, & quod antiquus inquilinus, qui habitabat quasdam stantias comprehensas in domo locata, discessit asportando suppellectilia, & alia, quæ impediebant vsum dictarum stantiarũ, ex quibus dicẽdum est non posse discedi à locatione, Nam quamuis prætendatur eundem inquilinum reuersum fuisse, Tamen cùm iam domus fue-
22 rit data libera † impedimentũ, quod denuò euenit fuit ex facto ipsiusmet conductoris patiendo iterũ illum redire in domum, quam ipse inhabitabat, & vacuam habebat, cui cùm conductor potuisset resistere non tenebitur locator *Rom. cons. 178. nu. 1. ad med.*

med.post Bart.in l.si vno.§.item cum quidam.colum.2.
in princ.versic.tertio casu principali.numer.3.ff.locat.
23 † Vnde erit debita integra pensio, quæ regulariter
debetur quando vsus impeditur facto ipsius con-
ductoris *l.si in lege.§.si domus, & in l.dominus hor-*
reorum, §.vlt.ff locat. Bart.in d.§.item cum quidam,
24 *num.2. in fin. versic. secundo casu.* † Ita vt debeat
probari per conductorem tale impedimentum
euenisse culpa locantis postquamiam fuerit do-
mus tradita libera *Aym.consil. 272.num.2. Surd.*
decis.226.num.7.

Præterea sumos in modica incommoditate duarum
stantiarum ex viginti octo, quæ adsunt in domo lo-
cata, & illæ in superiori loco iuxta tectum, quod
25 † facit, vt non sit licitum in totum recedere à loca-
tione *l.habitatores 30.& ibi Bartol.& Cast.in princ.ff.*
locat.Bero.cons.140.num.14.& 38.lib.1.

Accedat, quod, quamuis fuisset magna incommoditas,
26 de qua non apparet, † Tamen conductor perseue-
rando in contractu, & non recedendo à domo sibi
præiudicauit, & solùm datur diminutio mercedis
propter incommoditatem *Castr.in l.si merces 28.§.*
27 *si vicino.ff.locat. Roland.cons.69.num.46.lib.4.* † vbi
etiam quod protestatio nihil iuuat, cum ab ea rece-
datur per actum contrarium, cum facta derogent
verbis, Ideò ad hoc, vt tales protestationes afficiāt,
debet esse aliqua causa, ob quam quis prætendat
rei conductæ insistere, videlicet quousque sibi de
anticipatis solutionibus fuerit satisfactum cum si-
milibus, & ad hunc effectum solùm, & non animo
perseuerandi, vt considerat *Bero.cons.140.nu.30.31.*
35.lib.1.

Non obstat quod exceptio non implementi fuerit iam
28 deducta in iudicio, † quo casu non est locus am-
plius adimplemento *Aym.cons.192.nu.16.Becc.cons.*
45.nu.50. Quia iam supra ostensum fuit de adimple
mento, & recessu primi inquilini, qui per eius redi-
tum non debet præiudicare locatori, sed conducto-
ri, à quo poterat de facili prohiberi accessus ad do-
mum, quàm liberam habuit *Bart.in l.si vno. §.item*
cum quidam, nu.3.ff.locat.

Quo ad tertium dicebam concedendam esse remissio-
nem pensionis anni 1613. Cum enim præsupponatur
nullos fructus fuisse recollectos, nulla suadet ratio,
aut æquitas, vt conductor soluat pensionem eius,
29 † quod non accepit, *c.propter sterilitatē 3.locat.l.licet*
C.eod.tit. Alex.cons.3.nu.6.lib.1. Socin.cons.88.col.3.
lib.1.Surd.decis.326.nu.14.Couar.pract.quæst.cap.30.
30 Nam pensio soluitur pro fructibus, † & habito res-
pectu ad illos *Surd.cons.197.numero 20. versic.quod*
vero dictum est libro 2. & consil.445.numer.18.ad fin.
lib.3.

Neque obstat *decis.Rot.745.p.1.* vbi ponitur nota illa
31 conclusio, quod non sit remissio pensionis, † quan-
do locatio fuit facta tempore, quo potuit sterilitas
præuideri, quasi tunc imputetur ei, qui sciens sta-
tum rei, & temporis conditionem voluit nihilomi-
nus contrahere *Bald.in l.si ea lege 17.col.vlt.in princ.*
nu.3.C.de vsur. Aret.cons.139.n.2.latè Surd.cons.179.
num.16.lib.2.

Quia in casu nostro non adest huiusmodi sterilitas,
quæ potuerit præuideri, cum solùm conductor præ-
uiderit quidem statum, & malam qualitatem Pineti
deterioratū tempore reconductionis, non autem ex
hoc infertur, quod non cogitauerit de fructibus
recolligendis, cum immò speraret aliquos fructus
32 futuros esse, † non enim in totum Pinetum erat
exsiccatum de mense Ianuarij, de quo tempore non
apparebat omnimoda carentia fructuum, cum su-
peresset maior pars temporis ad recollectam finien-
dam, nempe per tutum mensem Martij, sed postea
tale damnum, & maior calamitas superuenit post
conductionem, cum non tanta existeret tempore
contractus, & ideò non debet nocere conductori,
qui non potuit præuidere diuinum iudicium. immò
neque præsumere totalem fructuum deuastatio-
nem, vndè merito est facienda ei remissio, nam
quando se obligauit ad solutionem pensionis ita
demum credendum est promisisse obseruantiam, si
remanaret idem status rei, qui aderat tempore con-
tractus, non autem si eueniret casus inopinatus, &
omnino incognitus, quo casu debet cessare solutio,
33 † cum cessent fructus, quorum contēplatione solui-
tur pensio *Surd.cons.197.n.20.lib.1.Gomes.var.resol.*
tit.de contractibus cap.3.num.18. vers.cuius ratio esse
potest. Magon.decis.Florent.67.nu.21. semper enim
34 censetur facta conditio sub ista tacita † conditio-
ne fructuum recolligendorum *Abb.in cap. potuit.*
num.17. vers.& ratio diuersitatis extr.locat.Cardin.
Mantic de tacit.& ambig.conuent.lib.5.tit.8.num.20.
Cum regulariter ex causa superueniente recedatur
35 à iuramento, ac promissione, † ac aliis legitimè ce-
lebratis, quasi contractum sit sub ea conditione, si
res in eodem statu remanserit, vt in specie remissio-
nis dicit *Anch.cons.402.pluribus rationibus col.3 post*
princip.numer.4. Bero.quæst.54.numer.5.& 6.Bursat.
36 *cons.81.in fin.vers sexto & vltimo dicitur.lib.1.* † vbi
ex hoc infert, quod quamuis non fiat remissio ei,
qui præuidit bellum tempore locationis, Tamen
fiet si superueniat aliud bellum post contractum,
quia non remanet idem status *Ioseph. Ludouic.con-*
clusio. 12.colum. penultim. in princip.ampliat. in fin.
Carroc. de locat. titul.de remission.merced. quæst.4.
numer.12.fol.191. Bursat. consil.81. numer.18. & 19.
lib.1.

Qua siccitate Pineti stante, & totali destructione in
facto præsupposita, non solùm est facienda remis-
sio, vt dictum est, sed etiam conductor liberatur
tanquam contractus sit finitus, cum neque consi-
37 deretur, quod damnum potuerit præuideri † quan-
du sumus circa substantiam rei, partes enim non
censentur voluisse contrahere, nisi sub conditio-
ne, quod substantia rei salua remaneat, quasi o-
porteat præstari rem conductori, vt illa frui possit
l.si ex conducto 16.ad fin. ff. locat. Bald. in l. licet 8.
num.4.quæst.2.C.eod.tit. Ias.in l.quominus colum.20.
quæst.24.numer.150. de fluminibus, Beron.consil.140.
num.27.lib.1. Surd. consil.197. num.16. versic.tamen
procedit libr.2.& consil.400.num.14.& 15. & multa
adduxit *supra cap.195.num.2.vsque ad 18.* vbi etiam
38 quod hoc casu † non obstat renunciatio genera-
lissima, neque susceptio omnium casuum fortui-
torum, qui imaginari possunt, aut obligatio ca-
meralis, vel iuramentum cum similibus, quæ ap-
ponuntur in instrumentis *Aym. consil.95. num.2.*
Rol.cons.45.num.18.lib.3. Ceual.quæ.702.nu 4. Surd.
consil.61.num.65. & decis.326.num.52. Seraph.priuil.
iuram. 106. num.10.& 15.

Nec facit, quod aliqui fructus fuerint recollecti, Quia
omisso, quod præsupponitur nihil fuisse perceptum;
Respondetur, quod non debet denegari remissio,
39 † quando fructus, deductis expensis, non sufficiunt
pro medietate pensionis. *Couar.pract.quæst.cap.30.*
numer.1. versicul.quamobrem. Menoch.de arbitr.

caſ.76.numer.5. & hæc eſt verior opinio, & magis
communis, quæ in iudicando ſeruari debet, vt per
Rot.coram R.P.D. Corduba Romana remiſſionis affi-
ctus 19.Iunij 1598.& Romana remiſſionis mercedis co-
ram R.P.D.Coccino 20.Iunij 1608.Surd.conſ.24.n.7.
& 8.Viu.commun.opinion.131.num.12.Suarez recept.
ſenten.n.220.Card.Mant.de tacit.& ambig.conuent.
lib.5.tit.8.num.39

Neque oberit obligatio cameralis, Quia ſtante intole-
40 tabili damno ſterilitatis, † illa non attenditur Bero.
quaſt.125.numer.2.& in fin.Viu.commun.opinion.129.
num 9.& 10.Maximè, quia huiuſmodi obligationes
camerales potius de more notariorum apponun-
tur, ideo non excludunt remiſſionem, vt in propo-
ſito dicit Menoch.conſ.27.num.37. & 38.Bero.quaſt.
125.num.2.

Et quidquid ſit de prædictis, quando eſt probata ſteri-
litas, & calamitas magna, prout in caſu noſtro, ſem-
per ceſſat obligatio cameralis, quæ licèt regulariter
non impediatur per exceptionem remiſſionis pen-
41 ſionis tanquam ſit altioris indaginis, † Tamen
hoc procedit, quando ante executionem petitam
non fuit probata ſterilitas, & damnum illatum, ſe-
cus quando de eo conſtaret, tunc enim non dicitur
amplius talis exceptio requirere altiorem indagi-
nem, vndè tanquam probata meritò facit ceſſare
omnem virtutem obligationis cameralis, prout in
ſpecie concludit Rot.coram R.P.D.Robuſterio Roma-
na remiſſionis affictus 19 Octobris 1589. vbi quod ſæpè
ita fuit deciſum iuxta Galleſ.quam Rota approbauit
de oblig.cameral.p.2.in 1.qu.q p.4.n.12.Boccas.de ſo-
ciet.offic.nu.142.Caſar de Graſſ.decis.62.aliàs 16.num.
10.de probat.

Et quoniam, vt dictum eſt, fructus dicuntur dedu-
ctis expenſis l.fructus, ff ſolut. matrim. l.1. Cod.de
fructibus & lit.expenſ. l fundus, ff.famil. erciſcund.
Bartol.in l.ſi merces.§.vis maior.num.4.in fin.ff.locat.
42 Conſequens eſt, † ceſſantibus fructibus, debeat
etiam ceſſare obligatio cameralis, cuius virtus ceſ-
43 ſat ob defectum cauſæ, & impeditur † executio
Rot.diuerſ. deciſ.123.num.15.par.2. & coram R.P.D.
Sacrato. Romana palatij 12.Nouemb.1610.& coram
R.P.D.Coccino Decano. Parmen.datij 27.Iunij 1612.
Dicitur enim conditio non purificata ob non re-
collectionem fructuum, vnde non mirum, ſi non
eſt locus obligationi camerali ob defectum dictæ
purificationis Rot.diuerſ.dict.deciſ.123. num.18. p.2.
44 † Cum etiam iſtæ exceptiones remiſſionis ob fru-
ctus non recollectos veniant ex natura contractus
Surd.conſ.34.num.31.& 33 lib.1.Bero.qu.53.num.4 &
7.Fulgoſ.conſ.193.numer.2. quæ admittuntur contra
obligationem cameralem Galleſ.ad form.obligat.ca-
mer.4.part.qu.1.nu.10.

Et quamuis in obligatione camerali adſit renunciatio
omni legum auxilio, in qua continetur remiſſio
45 mercedis, & caſus fortuitus, † Tamen non exten-
ditur ad caſus inſolitos Aym.conſ.95.num.2. Gomeſ.
var.reſolut tit.de contract.cap.3.n.19.verſ item aduer-
tendum.in fin. Alciat.conſ 49.lib.8.tom.3.Bero.q.125.
num.2.Menoch.conſ.27.num.18.& 20.lib.1.Surd.qui
de communi conſ 61.numer.64. & 65.lib.1. Rot.co-
ram R.P.D. Robuſterio. Romana remiſſionis affictus
19. Decembris 1584. & coram Cardin. Millino.Ro-
mana remiſſionis 15. Decembris 1595. dixit latè ſu-
pra cap.

Et cum probatum fuerit nihil eſſe perceptum, dedu-
ctis expenſis, immo expenſas ſuperare, nunquam
ſimiles renunciationes extenduntur ad huiuſmodi
46 caſus, † quaſi tunc deficiat intentio contrahen-
tium, qui non cenſentur cogitaſſe, quod nihil eſſent
percepturi Bero.quaſt.125.in fin. Mohedan.deciſ.131.
aliàs 5.locat.& conduct.Rot.coram R.P.D Gypſio Ro-
mana affictus 8.Februarij 1593. de qua per Farinac.
par.4.diuerſ.deciſio.727.numer.4.Caroc.de locato &
conduct.part.4.titul.de remiſſ.cap.8.num.113.verſ.de-
47 claratur ſecundo. † Cum etiam omnes promiſſio-
nes reſtringantur, quatenus non adſit maxima læſio
l.cum putarem.ff famil.erciſc.Rot.Auenion.deciſ.103.
num.8.

Quo ad quartum firmanda eſt concluſio, quod con-
ductor poteſt neceſſaria cauſa interueniente rece-
48 dere à domo conducta † propter eandem æquita-
tem, & rationem, quæ militat in eo, ſicut in lo-
catore, qui etiam poterit ex tali neceſſitate ex-
pellere inquilinum, vt dicit Gloſ. in l.ſi in lege,27.
§.ſi domus, in verb.ſtatim agere,ff.locat.per text. in l.
49 1.§ ſi penſio. ff.de migrand. † & paſſim iſta diſtin-
ctio admittitur per Doctores inter iuſtam, ac
neceſſariam cauſam, & inter voluntariam, vt per
Alber.in dict.§.ſi domus num.1.& ibi Fulgoſ.in princ.
Maximè, quando iſta neceſſitas recedendi ſuper-
50 uenit de nouo, tunc enim † magis rumpitur lo-
catio Ang. in l ædem.3.num.2. & ibi Bald.numer.12.
Cin.num.1.ad med.C.locat. Marſi.ſing.615. incip.ne-
ceſſitas, num.1. cum aliis per Magon.deciſ. Lucenſ.
75 num.6.& 7.Papienſ.in prax.in form.libell.quo agi-
tur de fict.præſtat.in verb.inueſtiuit in perpetuum, nu.
5.verſ.ſecundus caſus.

Neque obſtabit iuramentum, aut obligatio cameralis,
51 cum intelligantur in rebus ſic ſtantibus, † & rema-
nentibus in eodem ſtatu, ſecus ſi ſuperuenerit noua
cauſa, ob quam receditur à diſpoſitione legitimè
celebrata, quaſi ſub ea conditione contractum vi-
deatur, ſi res manſerit in eodem ſtatu c.quemadmo-
dum de iur.iur.cum quis ſibi de ſolution.Bald.in l.cla-
ri.nu.1. in ſi.C.de fideicommiſſ. Aym.conſ.233.nu.3.ad
med.verſ.ſimiliter.& conſ.264.num.5.in fin.& in ſpe-
cie locationis etiam iuratæ Gayl.obſeruat.23.n.8.&
9.lib.2.

Ideò promittens remiſſionem non petere cenſetur
52 promiſiſſe rebus ſic ſtantibus, † quæ ſi mutentur
faciunt, vt remiſſio petatur Anchar.conſ.402.vbi de
conductore, cui fit remiſſio ob Principis receſſum,
qui non potuit prævidere Aym.conſ.233.n.3.ad med.
verſ.ideo conductor.& conſ.264.nu.4. & in ſimili So-
cin.conſ.215.col.vlt.poſt med. verſ.confirmatur & ſe-
cundo lib.2.poſt Bart.& alios in l.quidam cum filium,
ff de verb.obligat.

Quibus additur Gomeſ var.reſolut.tom.2.cap.3.de locat.
53 & conduct.nu.6.verſ.item quando locator.col,7. † vbi
in ſpecie concludit, quod propter ſuperuenientem
dignitatem licitum eſt recedere à locatione, vbi
etiam ampliat, ſi iſta neceſſitas ſuperueniret filio,
vel aſcendenti locatoris, ita vt ob iſtam dignitatem
egeret maiori familia, vel ob alias ſimiles cauſas,
quas etiam latè recenſet Theſaur.iur. emphyt.q.22.
54 nu.3.col.2. † vbi etiam loquitur in creato Præſide,
vel Iudice, qui eſt propriè caſus noſter, poſt Gregor.
per eum allegatum ad 6.reg.in verb.caualleros. vbi
quod ita fuit in illo ſenatu deciſum arg.l.2.§ Gaius
ſcipio col.11.in fin.ff.de orig.iur. Et quamuis prædicti
loquantur in locatore, Tamen idé eſt in cóductore,
55 † qui in hoc æquiparantur, cum ſint correlatiui, &
conceſſum vni debeat etiam cócedi alteri, vt in ſpe-
cie Mar-

cic *Marsill.sing.615.in fin.post Abb.in cap.propter sterilitatem, n.7.* & *S.locat. Fulgos.in l.cum in plures, & in l. in lege.3. si domus.ff.eod. in Thesaur.tit.emphyt.*
56 *quæst.22.nu.6.* † vbi etiam *nu.8.in fi.* quod pacto non
possit hic casui renunciari quando necessitas est
publica *per tex in l.ius publicum.* & *l.pen.ff.de pact.* &
hæc sufficiant cum res videatur satis clara, omisso
quod isti casus prouenientes à facto Principis
57 † semper videntur excepti *Aym.cons.233.n.1.* & *2.* &
col.3.ante med.vers.tert.o arguitur. iuxta notata *in l. stipulatio ista habere, in princ.ff.de verb.oblig.cum vulgaribus.*

EPITOME.

Litis pendentia quando inducatur per citationẽ executam, & reproductam. ¶ Et an per contumacem possit allegari. ¶ Facultas transferendi pensionem an sit valida non facta mentione litis. ¶ Consentiens reseruationi pensionis an approbet illam tanquam ex causa iusta reseruatam, ita vt eius probatio non incumbat pensionario. ¶ Translatio pensionis an sit nouum grauamen, & possit fieri sine citatione, & consẽsu rectoris. ¶ Cambia, & societates officiorũ quando licitè fiant absq; intimatione in locum antiquatum societatum, & cambiorum. ¶ In gratia, quæ sint exprimenda, vt non possit dici de eius subreptione. ¶ Resignans, aut impetrans beneficium, quo casu debeat facere mentionem de pendentia litis, & crimine opposito. ¶ Alienatio prohibita in potentiorem an possit fieri in filium, qui sit potentior patre.

SVMMARIVM.

1 *Facultas transferendi pensionem est valida, quamuis non fuerit facta mentio litis, nu.23.*
2 *Lis calumniosa non inducit litis pendentiam, & numero 22.*
3 *Resignatarius acceptans beneficium cum onere pensionis non potest illud improbare. Intellige vt nu.5.* & *6.*
4 *Pensio est onus reale sequens possessorem prebenda.*
7 *Lis censetur finita post lapsum decennij Declara vt nu. 8.* & *10.*
11 *Susceptio termini ad soluendum est ultus approbatiuus sententiæ. Fallit vt nu.12.*
13 *Lis dicitur pendere post executionem citationis* & *illius reproductionem, nu.14. Intellige vt nu.15.*
16 *Tempus non prorogatur citanti aliquem ad certam diem.*
17 *Contumax non allegat litis pendentiam.*
18 *Maior est contumacia actoris, quàm rei.*
19 *Monitorium non reproductum per procuratorem legitimum non facit litis pendentiam.*
20 *Consentiens reseruationi pensionis approbat illam tanquam ex iusta causa reseruatum, quam pensionarius non tenetur verificare. Amplia vt nu.21.*
24 *Translatio pensionis non est nouum grauamen, sed solum subrogatur vnus pensionarius loco alterius, & conceditur sine consensu eius, qui debet soluere pensionem.*
25 *Noua cambia loco antiquorum an possint accipi absque citatione, & quid in pecuniis acceptis ad societatem officij pro extinctione antiqua, tanquam non inferatur nouum grauamen.*
26 *In gratia non sunt exprimenda omnia, quæ potuissent mouere Principem ad illam denegandam, sed solum ea, quæ ex iuris dispositione exprimi debent; & de quibus in iure est cautum, secus in rescriptis ad lites, num.27.*
28 *Resignans debet facere mentionem de pendentia litis, & crimine opposito. Declara vt nu.29.*
30 *Impetratio vitiatur, si non fiat mentio de crimine, & accusatione, nisi sit crimen inducens inhabilitatem ipso iure, num.31.*
32 *Interesse, & præiudicio cessante valet impetratio absque mentione litis.*
33 *Pater, & filius censentur vna & eadem persona, & in eis datur substitutio.*
34 *Alienatio prohibita lite pendente in potentiorem potest valide fieri in filium, quamuis sit potentior patre.*
35 *Continuatum, non translatum dicitur, quod in filium confertur.*
36 *Patres omnia filiis parant.*

CAPVT DXXXV.

FAcultatem transferendi medietatem pensionis,
1 de qua agebamus, Dixi esse validam, † non obstante, quod non fuerit facta in ea mentio prætensatam litium, Nam quo ad primam litem captam de anno 1603. dum recusabatur solutio pensionis, apparet illam fuisse calumniosam, per quam non
2 inducitur aliqua litis pendentia † *Bisignet. decis.2. in fin.de rer.permut.in antiquior. Cassador.decis 7.nu. 1.de dol.* & *contumac.* & *decis.5.nu 3. vt lit.pend. Sorrenis in reg.de annal.qu.45.in fin.*
De calumnia autem apparet, cum non adsit aliqua iusta causa, ob quam talis recusatio deberet admitti stante consensu prouisi de huiusmodi canonicatu, qui semper soluit pensionem vsque ad annum 1602. & stante mentione eiusdem oneris facta in resignatione, quæ fuit simpliciter acceptata per resi-
3 gnatarium, † Vnde etiam fuit agnitum istud onus, ita vt non possit illud improbari, tanquam simus in eo, qui succedit in iure ipsius *Aebil.decis.9 alias 421. de pensionibus, Guid. Bon.decis.137. Rebuff. de*
4 *pacific. possess. numer. 136.* & *137.* Cum † etiam pensio sit onus reale, & sequatur possessorem præbendæ, super qua fuit reseruata *Gonz. l.ad reg. 8.cancell glos.34.num.46. in fin. Rom.cons.,88.num.9.* cum aliis per *Paris.de resignat.benefic.lib.6.qu.2.nu. 94.vsque ad 97.*
Et quamuis successor, & resignationis possint doce-
5 re de non iure, & nullitate pensionis, † non obstante consensu in resignatione interposito iuxtà *decis.R.P.D Robusterij Valentinæ pensionis 17 Iunij* 1583. de qua latè *Garz. de benefic.part.1.cap.5.num. 513.* & *514.* Tamen interim satis est, quod per talem consensum præsumitur pro validitate pensionis, adeò vt probetur causa iusta reseruationis, quam pensionarius numquam tenebitur verificare, cum resignatarius teneatur probare non ius, & falsitatem causæ, vt dicitur in dicta *decisione*
6 *Robusterij ad fin.* † Ita vt requiratur, quod notoriè constet de ista non iure *Gabriell.decis.9. aliàs 421.in fin.de pension.*
De huiusmodi autem notorio non iure non solùm nihil fuit exaduerso probatum, sed potius constat de contrario tam per sententiam latam ab A. C. super manutentione exactionis pensionis,
7 quam † etiam per lapsum decennij à die appellationis interpositæ, de quo tempore nihil fuit

deductum, immò semper fuit pensio soluta, adeò
vt soluens videatur à lite cessasse, tanquam sui iuris
non conscius, & per consequens de ea non erit fa-
cienda mentio *Achill.decis.10.aliàs 159. vt lit.pen-
dent. Menoch.de arbitr.cas.202.nu.14.*

Neque obstat, quod non videantur sufficere decem
8 anni ad hoc, vt lis dicatur finita, † cum potius illa
duret perpetuò, vel saltem requiratur triginta anni
Caputaq.decis.170.part.2. Put.decis.245.& 258.lib.2.
cum aliis per *Paris.de resignat.benefic. lib.2.qu.3.nu.
22.vsque ad 25.* Quia prædicta procedunt quo ad
effectum desertionis, seu extinctionis litis; secus
quando prout in casu nostro, tractaretur de cessa-
tione litis ad effectum ostendendi illam esse calum-
9 niosam, † tunc enim sufficit cursus decennij, per
cuius lapsum præsumitur litigans calumniosus,
quamuis habuerit animum litē prosequendi. *Achil.*
qui ita distinguit *decis.10.aliàs 159.num.2.& 3.vt lit.
pendent.* Quia calumnia stante non intrat vitium li-
tigiosi, vt dictum est *Put.dec.245.n.3.lib.2.* Maximè,
quia in casu, de quo agimus non constat in actis de
10 aliquo iure legantis, † Immò potius apparet de
non iure ipsius ex consensu, & aliis supra allegatis,
tunc enim magis sufficiunt decem anni *Achil.decis.
3.& 7.vt lit.pendent. Marchesan.de commission.part.
2.cap.11.nu.2.*

Præsertim, quia post appellationem semper aduer-
sarius soluit pensionem, & licèt non fecerit cita-
11 tus, & præuia susceptione termini, † Tamen hoc
sufficit ad effectum, vt quis dicatur renunciasse
appellationi, tanquam talis actus sit expressè ap-
probatiuus sententiæ *Bald.in l.ad solutionem, num.
1.C.de re iudic. Felin.in cap.quo ad consultationem,
nu.5.& 6.eod.tit. Rom.cons.9.in fi. Aym.cons.158 num.
3.& cons.256.num.6.col.4.in fin. vers.simile videmus,
Calcan.cons.101.col.2.in fin. Franc.in cap.sollicitudi-
nem 54.num.14.post princ.de appellat. Bellamer.decis.*
12 *137.num.1.* † Maximè, quia in facto non præsup-
ponitur adfuisse aliquam protestationem, quod
terminus ad soluendum fuerit susceptus per me-
tum, & animo renunciandi appellationi, talis enim
protestatio iuuaret, si esset facta in ipso acto solu-
tionis, non autem ex interuallo *Franc. in d.cap.
sollicitudinem nu.14. in fin.de appellat. Ioan.Andr.in
ca.vlt.col.1.in fin.eod.tit.in 6.& in cap.significauerunt.
col.2.ad med.* & ibi *Hostiens.col.penul.in princ.de te-
stibus, Aym.cons.114.nu.5. Alex.cons.190.ad fin.lib.2.
Caputaq.decis.330.part.2.*

Idem concludendum est quo ad secundam prætensam
litem introductam per viam monitorij, quamuis
enim illud fuerit præsentatum pensionario ante
primam concessionem, Tamen cum non fuerit re-
productum tempore concessionis nulla dicitur lis
13 introducta, † Nam licèt causa commissa, & obten-
ta citatione, & illa executa lis iam non pendere di-
catur *cap.proposuisti.de for.compet.clem.3.vt lit.pend.
Abb.in cap.causam.nu.5.de testibus.* Nihilominus si
non sit reproducta per citantem in termino citatio-
14 nis, † non dicitur inchoatus processus, neque est
inducta litis pendentia, quasi in illo termino non
comparente euanescat citatio, & habeatur ac si
numquam processisset, aut facta fuisset *Bald.in l.1.
in 1.lect.in princ.ff.de in ius vocand. Felin.in cap.illud,
num.11.de præscript. Mandos.reg.34.qu.35.nu.8.* dixi
supra cap.66.nu.40.vsque ad 44.part.1.

Quo verò ad secundam concessionem, quamuis tem-
pore datæ illius esset iam productum monitorium,
Tamen talis productio non est facta in tempore,
cum infra triduum citetur pensionarius ad desi-
15 stendum ab exactione pensionis, † & exactas resti-
tuendum, vnde actore non comparente in termino
per eum constituto circumducitur citatio, & habe-
tur ac si non fuisset facta, & per consequens non
adest aliqua lis, neque interrumpitur præscriptio,
neque aliquis effectus ex tali citatione oritur *Fran.*
qui dicit singulare, & multum notandum *in cap.vt
debitus 59.col.4.in princ.nu.7.vers.tertia conclusio de
appellat.* & concludunt communiter Doctores *in l.
vltim.in princ. vbi Bald.col.1.ad med.num.4. Ias.nu.
6.ad med.vers.secundo limita. Alexand col.4. Socin.
colum.3 ff de eo per quem facta erit. Bald.in cap.consu-
luit.24.colum.2. post med.nu.7.de officio delegat. Fel.
in ca.illud 8.colum.4.ante med vers.verumtamen su-
per his notanda.num.5. & colum.penult.in princ.vers.
& è conuerso si actor non comparauit, num.11. in fin.de
præscript. Ias.in rub.de in ius vocand.num.2.& 3.& in
§.pœnales.numer.130.inst.de action. Afflict.decis.366.
numer.14.* & ibi *Vrsill.numer.7. Marsill. sing.291.
præscriptio.num.2. Tiraq.de retract.consanguin.§.8.*
16 *glos.2.numer.8.* † vbi etiam *num.10.* subdit, quod
quamuis citatus possit per Iudicem expectari, vt
compareat, Tamen hoc non poterit facere quo ad
citantem, qui iam consensit termino per eum præ-
fixo in citatione, Vnde tempus ei non debet pro-
rogari *Bald. consil.268. factum tale est. post med.
lib.1.*

Stante igitur contumacia non comparentis in termi-
no, non potest allegari per morosum, aut contuma-
17 cem aliqua pendentia litis, † cum respectu eius,
qui non comparauit nihil pendeat *Alex.in l.de die.
§.fin.in vlt.notab.nu.8 ff.qui satisd.cogant. Rip.in l.2.
n.8.de re iudic. Marsi.sing.239.n.1.* Maximè in acto-
18 re, cuius maior dicitur contumacia, quam rei *cap.
vltim.de eo qui mitti.in possess.cap.causam.vbi Gloss.in
verb.præterea.de dol.& contumac. cap.1.eod.tit.in 6.
Bald.in l.si ea, col.vlt.C.qui accus.non poss.& in l.cum
mulier.col.6.ff.solut.matrim. Bertrand.cons.267.nu.6.
lib.3.part.1.*

In quo etiam est considerandum, per quem fuerit re-
19 productum monitorium, † Nam similes citatio-
nes factæ à non legitimo procuratore, non faciunt
iudicium, aut controuersiam, neque inducunt li-
tis pendentiam *Bald. in l. licet. Cod. de procurat.*
Quamuis essemus in coniuncta persona illius, pro
quo fuit obtentum monitorium, cum causæ com-
missione *Roman.sing.619.in audisti. Felin.in cap co-
ram.de offic.deleg. Lap.alleg.70.num.6. Mandos.reg.
34.qu.38.num.4.*

Accedit etiam nullitas notoria, & euidens monitorij
obtenti cum in eo præsupponatur, quod non adsit
aliqua reseruatio pensionis, quod tamen est apertè
falsum, stante consensu primi canonici, qui expres-
sè consensit reseruationi pensionis, & stante etiam
cōsensu secūdi canonici resignatarij, qui de ea fecit
20 mentionem, † ex quibus probatur iusta causa reser-
uationis, & validitas pensionis, quam pensionarius
non tenebitur verificare, vt *in decis.coram R.P.D.
Robuslerio. Valentina pensionis 17.Iunij 1583.in fin.de
qua per Garz.de benefic.p.1.cap.5.n.514. Mohed.decis.
331. Guid.Bon.dec.141. Rot.coram Card.Serap. Lunen.
Serzan.pensionis 15.Februarij 1593.* quæ est inter im-
pressas 1017. *& coram R.P.D. Gypsio. Salamantina*
21 *pensionis 26.Martij 1599.* † Ex isto enim solo consen-
su præstito per titularem inducitur releuamen pen-
sionario

sionario ab onere iustificandi narrata, non obstante clausula subintellecta, si preces veritate nitantur, quia illa in hoc casu non reddit gratiam con-
21 ditionalem *Felin. in c. de rescript.* † Adeo vt ex istis magis appareat de lite calumniosa, quæ non inducit litis pendentiam, vt dictum est *Bisignet. decis. 2. in fi. de rer. permut. in antiquioribus.*

Quibus potest addi, quod neque esset necessaria mentio litis pendentiæ in huiusmodi concessione fa-
23 cultatis transferendi pensionem, † Quia ista expressio non redderet Papam difficiliorem ad illam concedendam, Nam respectu substantiæ pensionis est eadem cum antiqua cum omnibus suis qualitatibus, & ideo quamuis respectu cassationis antiquę,
24 & quo ad alios certos effectus dicatur noua, † Tamen cum ista cassatio sit correspectiua ad reseruationem nouæ, per istam nouam reseruationem non augetur aliquod onus Ecclesiæ, ita vt possit dici noua pensioni impositio, sed solùm fit mutatio personæ, & subrogatio vnius in locum alterius. Adeo vt neque dicatur nouum grauamen respectu debentis soluere, sed solùm delegatio solutionis faciendæ alteri, Vnde potest fieri sine aliqua intimatione, ac talis facultas concedi per Papam sine consensu habentis beneficium, ac sine aliqua causę cognitione, prout omnia prædicta ex multis Rotę decisionibus latè comprobat *Garz. de benefic. p. 1. cap. 5. nu. 256. vsque ad 260. Card. Paris. cons. 5. n. 85. & 86. lib. 4. Flam. Paris. de resignat. benefic. lib. 6. quæst. 4. n.*
25 *25. Crescent. dec. 1. de reb. eccles. non alienand.* † Et faciunt similia de procuratore accipiente noua cambia loco antiquorum, & de soluente societatem officij ex pecuniis denuo acceptis ad societatem absque intimatione facta principalibus, cum passim sustineatur, tanquam non sit necessaria intimatio, cum non inferatur nouum grauamen *Rot. diuers. decis. 231. n. 1. & 2. p. 3. & coram Car. Lancellotto. Bononien. quaderna 22. Aprilis 1611. & coram eodem Romana subhastationis 9. Iunij 1597. & coram R.P. D. Caualerio. Romana pecuniaria 23. Iunij 1608.*

Cum igitur sit solùm quædam delegatio solutionis, nec requiratur aliquis consensus beneficiati, nec vlla causæ cognitio, non opus est exprimere an adsit lis, necne super ista solutione, quia Summus Pontifex concedit facultatem transferendi, quatenus pensio sit valida, & ex hac taciturnitate non
26 redditur difficilior ad illam concedendam, † Cum etiam non omnia tacita, quorum expressio potuisset mouere Principem ad gratiam denegandam, illam vitient, sed ea solùm, de quibus reperitur expressum, & quæ ex iuris dispositione exprimi debent, vel de quibus est in iure cautum, cum non sint narranda omnia, nisi quæ de iure præstant impedimentum *Calder. cons. 6. ante fin. de prebend. & cons. 1. nu. 1. in fin. de rer. perm. Rot. decis. 32. num. 5. de rescript. in nou. Felin. in cap. postulasti. nu. 1. eod. tit. Caputaq. decis. 310. nu. 3. p. 1.* cum aliis latè adductis per *Garz. de benefic. p. 8. cap. 3. num. 20. & 21. & c. 3. p. 11. num. 121. Sarmient. lib. 1. select. cap. 9. Farinac. in prax. crimin. p. 1. qu. 6. nu. 48. & cons. 93. num. 6. lib. 1.*
27 † Et contraria procedunt in rescriptis ad lites, cum in gratiosis nulla concessio esset tuta, si omnia essent exprimenda, quæ de iure non præstant impedimentum *Garz. d. p. 8. num. 26. & 27.* vbi ita declarat *cap. super litteris, de rescript. & cap. postulasti, 27. eod. tit.*

Quare dicimus, quod non debet fieri mentio per resi-
28 gnantem dependentia litis, † & processus inchoati super crimine, & accusatione opposita, cum non possit dici quod per huiusmodi expressionem Papa gratiam nullatenus contulisset, nam forsan etiam potuisset concedere *Rot. per Bisignet. decis. 5. in prin. de sent. & re iudic. in antiquioribus, Rebuff. cons. 81. num. 7.* cum aliis per *Garz. de benefic. p. 11. cap. 3. §. 1.*
29 *num. 120. & 121.* † vbi, quamuis aliqui referantur in contrarium, tamen communis & vera conclusio est, quod quando crimen non redderet indignum renunciantem, tunc numquam requiritur, quod fiat mentio inquisitionis, seu accusationis, & ita procedit *d. decis. Bisign. 5. de re iudic.* vt per *Paris. de resignat. benefic. lib. 3. qu. 16. Guter. canonic. quæst. lib. 2. c. 5. n. 32. ad fin. vers. sicut in impetratione facienda per inquisitum.*

Prout dicimus de impetratione, quæ non vitiatur, si
30 non fiat mentio de crimine, & accusatione † *Bellamer. decis. 697. nu. 5.* & est similis *decis. Rot. 32. ad fin. rescript. in non. Curt. Iun. cons. 27. ante fin. vers. confirmantur præmissa, n. 9.* cum aliis per *Felin. in cap. postulasti, 27. col. 4. ante med. ver. declara etiam notabiliter*
31 *de rescript.* † vbi intelligit dummodo non sit crimē inducens inhabilitatem ipso iure: *idem Felin. in c. 3. de rescrip. & in cap. querelam, de iur. iur.* & de communi testatur *Paris. de resig. benefic. quæst. 16. n. 27. lib. 3. Guter. canonic. qu. lib. 2. cap. 5. n. 32. in fin.* Vnde multò magis hoc erit in lite mota super pensione, cuius facultas transferendi valebit, non facta de ea mentione, tanquam valeat argumentum de persona ad res, Maximè quia nihil interest beneficiato, vt supradictum est, & nihil fit in præiudicium ip-
32 sius, † dum translatio impetratur quo ad interesse, & pręiudicio cessante valet impetratio, etiam facta lite pendente *Inno. in cap. 1. in princ. vt lit. pendent. Milius in verb. gratia impetrata. ad med. fol. 181* & quamuis posset considerari mutatio personæ, for-
33 san potērioris, in quam pensio transferretur, † Tamen quia in casu nostro facultas transferendi est concessa in filium, cessant prædicta, cum pater, & filius censeantur vna, & eadem persona, ita vt in eis etiam detur substitutio *l. sciendum, 4. §. legati vicarius, ff. de legat. Rom. sing. 670. ille cuius industria. n.*
34 *2. Roncag. in l. 5. in fin. n. 38. C. de duobus reis* † Adeo vt etiam prohibitus alienare lite pendente in potentiorem possit alienare filium proprij corporis, quamuis sit se potentior, vt in specię concludit *Bald. in l. ea lege 3. q. 5. nu. 15. C. de cond. ob caus. Curt. Iun. in l. vltim. nu. 6. col. 1. in fin. C. de impub. & aliis subst. Fulgos. in l. si ita quis 131. §. ea lege n. 5. in 3. no-*
35 *tab. ff. de verb. oblig.* † Quasi potius videatur continuatum, quam translatum, quod in filium confertur *l. in suis, ff. de liber. & posthum. l. cum miles, ff. ex quibus caus. maior. l. voluntas, C. de fideicommiss. l. 1.*
36 *C. de imponend. lucrat. descript. lib. 10.* † Cum etiam filiis nostris omnia ex voto paremus *l. 1. C. de bon. quæ liber.*

EPITOME.

Statuta de compromissis an sint fauorabilia. ¶ Et an comprehendant articulos iuris, & causas testamenti, ac fideicommissi, & possessorij, & mixti, ac meri imperij. ¶ Conditio quando dicatur purificata ita vt possit allegari. ¶ Institutio an habeat locum, non adimpletis conditionibus appositis. ¶ Et an sufficiat vnam adimpleri. ¶ Et quid si fiat

de aliquo si superuixerit post mortem testatoris, & de filiis illius, si non superuixerit, an tunc faciat, vt ambo sint instituti in primo gradu, vel quod vnus sit institutus, & alter substitutus. ¶ Et quomodo intelligantur istæ contrariæ conditiones, si superuixerit, & si non superuixerit. ¶ Ordo successiuus quando debeat attendi in dispositionibus vltimarum voluntatum. ¶ Verba directa quo casu trahantur ad fideicommissum. ¶ Et quid in hoc operentur coniecturæ, & clausula codicillaris, ac processus ad plures gradus substitutionum, & vocatio filiorum natorum, & naciturorum, & cum qualitate masculinitatis, ac legitimitatis. ¶ Pluralitas quando resoluatur in singularitatem. ¶ Facultas alienandi an repugnet voluntati conseruandi agnationem. ¶ Fideicommissum an sit inductum ex verbis, quod hæres possit legare vni ex filiis plusquam aliis, dummodo nimirum non diminuatur hæreditas. ¶ Agnatio, quamuis sit contemplata an procedat solùm actiuè respectu substitutorum. ¶ Clausula codicillaris an suppleat defectum solemnitatis tantum, non voluntatis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de compromissis quando comprehendat causam possessorij, & testamenta, ac fideicommissa, n.2. Et quid si non sint liquida, n.3.4.6.11.& 23.*

5 *In articulis iuris clari non habent locum statuta disponentia fieri compromissa inter coniunctos, secus si adsit ius dubium, num.7.*

8 *Statuta de compromissis sunt fauorabilia quando loquuntur de litibus inter coniunctos, num.9.*

10 *Statutum vnum ad alio declaratur, vt correctio euitetur.*

12 *Causa mixti imperij non compromittuntur, neque statutum de compromissis ad illas extenditur. Intellige vt num.13. & 17.*

14 *Compromissum potest fieri in omnibus causis, in quibus est licita transactio, num.15.*

16 *Causa, quamuis committatur vni, executio tamen potest committi alteri.*

18 *Articulus iuris, quo casu requirat altiorem indaginem.*

19 *Articulus iuris dubij æquiparatur quæstioni facti.*

20 *In quæstionibus claris non est recurrendum ad consilium sapientis.*

21 *Testamentum quando dicatur liquidum, vel vt breui liquidandum, & quo casu habeat conditionem verè purificatam, quamuis in iudicio non deductam numero 22.*

24 *Institutio non habet locum non adimpletis conditionibus à testatore appositis, num.26. & 28. Et an sufficiat vnam adimpleri, num.25.*

27 *Votum patris est, vt bona sua ad filios deueniant, numero 42.*

29 *Institutio de aliquo si superuixerit post mortem testatoris, & de filiis illius, si non superuixerit, facit, vt ambo censeantur instituti in primo gradu, non autem quod vnus sit institutus, & alter substitutus, quando adest necessitas instituendi.*

30 *In institutionibus factis sub contrariis conditionibus si superuixerit, & si non superuixerit semper praualet, quæ prius euenit, & altera euanescit. Declara vt num.32.*

31 *In contrariis euentus vnius est exclusio alterius.*

33 *Institutio si deficit, omnes substitutiones ab ea dependentes etiam euanescunt, num.47.*

34 *Testator potest vni ex hæredibus substituere, alteri vero non, tam in tempore, quàm in rebus.*

35 *Pater instituens filios, & si non viuerent nepotes censetur vocare illos ordine successiuo, & per fideicommissum, secus in extraneo, qui intelligitur voluisse vocare per vulgarem num.36. & 37.*

38 *Euentus conditionis est probandus per eum, qui vult admitti ad substitutionem conditionalem.*

39 *Vocatio filiorum tam natorum, quàm nasciturorum quando inducat coniecturam fideicommissi.*

40 *Defectus conditionis, facit omnia deficere,*

41 *Institutus in vno casu non debet succedere alio superueniente.*

43 *Verba directa non trahuntur ad fideicommissum, quamuis adsit clausula codicillaris, qui non operatur contra mentem testatoris.*

44 *Fideicommissum non inducitur, nisi ex probationibus, & coniecturis claris, & inductis ex verbis testamenti, num.55. maximè in extraneis, num.57.*

45 *Pluralitas resoluitur in singularitatem.*

46 *Testator deueniens ad plures gradus substitutionum, quando censeatur inducere perpetuum fideicommissum, vel limitatiuè disponere, num.48. & 49.*

50 *Natura copulæ est coniungere copulata cum omnibus suis qualitatibus.*

51 *Clausula, & eo casu, facit, vt posteriores substitutiones restringantur iuxta primam.*

52 *Non vocatus non censetur grauatus.*

53 *Filij succedunt patri ab intestato.*

54 *Substitutio facta præmorienti testatori dicitur vulgaris.*

56 *Non est recedendum à voluntate testatoris ex qualibet coniectura.*

58 *Filij positi in conditione cum qualitate masculinitatis, & legitimitatis an censeantur vocati per fideicommissum, num.59. & 60.*

61 *Ratio conseruandæ agnationis an inducat fideicommissum.*

62 *Vocatio fœminarum in qualibet parte testamenti excludit rationem conseruandæ agnationis, n.63.*

64 *Facultas alienandi repugnat voluntati conseruandi agnationem.*

65 *Agnatio quamuis sit contemplata procedit solùm actiuè respectu substitutorum.*

66 *Fideicommissum inducitur ex verbis, quod hæres possit legare vni ex filiis, plusquàm aliis, dummodo nimium non diminuatur hæreditas.*

67 *Clausula codicillaris concepta per verba futuri temporis an operetur fideicommissum.*

98 *Clausula codicillaris facit, vt ab intestato debeatur, quod non debetur ex testamento inualido supplendo tantum defectum solemnitatis non voluntatis.*

CAPVT DXXXVI.

Compromisso petitio videbatur esse locum. Nam adest statutum *lib.2.cap.45.* hoc expressè disponens, quod non excipit, nisi causam dotis, rei
1 iudicatæ, vel publici instrumenti, † Vnde non comprehendit casum nostrum, in quo tractatur de possessorio prætensi fideicommissi *l. quæsitum, §. denique, de fundo instr. l. nam quod liquide, §. fi. ff. de pen. legat. Alex. cons. 31. n. 4. lib. 7.*

Non obstat aliud statutum *cap. vlt. lib. 2.* vbi excipiuntur à compromissis etiam causæ vltimarum vo-
2 luntatum, † Quia debet intelligi quando agetetur

retur de mera executione testamenti liquidi, se-
cus in casu nostro, in quo agitur de fideicommis-
so, quod per Adversarium prætenditur purificatum,
& contra illud excipitur de non purificatione cum
aliis exceptionibus præscriptionis, renunciatio-
nis, & similium, quatenus etiam esset liquidum,
quod facit, vt stante huiusmodi incertitudine pos-
sit per compromissum, quamuis aliàs per statutum
3 illud prohiberetur, † cum requiratur, vt per idem
statutum adsit prohibitio particularis super dictis
exceptionibus, iuxta theoricam *Bart.* communiter
approbatam *in l. post rem iudicatum 11. in fin. vbi An-
gel. etiam in fin. versic. potest autem esse dubium, num.
2 & Bald in 3. lect. in fin. vers. nemo nota. num. 8. Castr.
num. 6 ff de transact.* & de communi testatur *Socin.
consil. 51. præstantissimè doctor. colum. 3. ad fin. versic.
quinto nulli dubium num. 6. ad med. lib. 1. Lanfranc. de
arbitr. in 7. diuision. num. 100. quæst. 50. ad med. tract.
tom. 3. p. 1. fol. 223.*

Quorum ratio est, quia aliud est, quod non possit
4 per compromissum super testamento, † aliud
quod super liquidatione illud petatur, cum pos-
sit simul stare vnum sine altero, quasi contra li-
quidationem admittatur oppositio, quamuis per
statutum prohibeatur omnis exceptio contra in-
strumentum testamenti, Ideò opus est, vt idem
statutum expressè disponat, quod neque possit op-
poni contra liquidationem *Bald in l. 2. colum. 2. post
med. n. 7. C. de execut. rei iudic.* Et in specie compro-
missi notat *Socin. consil. 51. col. 3. in fin. vers. ex quibus
rectè & iuridicè. n. 6. lib. 1.*

Neque obstat, quod simus in articulis iuris, in qui-
bus non habent locum huiusmodi statuta inclu-
5 dentia compromissum, † Quia intelliguntur de
quæstionibus iuris clari, non autem dubij, quod
tunc æquiparatur quæstioni facti, & debet com-
promitti, tanquam non compromissum in statuto,
prout est causa, de qua agimus, in qua adest proba-
bile dubium an sit locus fideicommisso, nec ne, ita
vt ex hoc possit dici pro vtraque parte esse ius
apertum, quidquid aliud sit quando pro vna tan-
tum parte appareret veritas per aperturam libro-
rum, putà an pupillus possit testari cum similibus,
vt explicat *Bald. in l. cum proponas 6. post princ. num.
2. C. de reb. credit. & iureiurando. & in l. ancilla, 12.
num. 2. C. de furt. Corn. cons. 148. numer. 9. in fin. lib. 2.
Ias. cons. 35. in 1. dub. libr. 1. Costa in c. solet. numer. 28.
de sentent. excommunic. in 6. tom. 5. fol. 419. Honded.
consil. 9. num. 38. lib. 1. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst.
53. numer. 8.* cum aliis per *Carpan. ad constit. Mediol.
c. 115. num. 16.* latè *Lamberteng. super Statut. de con-
tract. mulier. glos. 1. numer. 151.* Ita vt etiam semper
si contendatur an res sit liquida necne sit locus
compromisso *Castr. in l. si quis in conscribende. num.
11. C. de pact. Marsil. sing. 467. numer. 11. Fabr. consil.
34. num. 14. lib. 1.*

Accedat, quod statuta excludentia compromissum in
6 causis testamentorum, † seu instrumentorum cum
clausula guarantigiæ, & similium intelliguntur
quando sunt clara, & nulla exceptione possunt of-
fuscari, secus quando ex aliquo redduntur obscu-
ra, prout est in casu nostro, in quo adest probabile
dubium an sit purificatum fideicommissum, & ex
eodemmet instrumento, non aliundè oritur huius-
modi dubitatio, tunc enim est locus compromis-
so *Gozad. cons 72. num. 3. Socin. cons. 4. numer. 2. & 3.
Surd. cons. 451. numer. 4. lib. 3. Lancellot. de attent. ap-
pellat. pendent. limit. 9. numer. 7. & 8. tom. 5. fol. 366.*
7 *Marsil. singul. 467. num. 6.* † Exemplo iuris dubij,
quod est compromittendum, vt dictum est *Ias. cons.
35. num. 1. lib. 1.* vbi loquitur de testamento, quod e-
rat dubium an intelligeretur de fratribus defuncti,
vel eius, qui volebat succedere *Idem Ias. consil. 24.
& 25. lib. 1.*

Præsertim, quia similia statuta de compromissis
8 sunt fauorabilia, † & in dubio iudicandum est il-
la esse facienda propter publicam vtilitatem *Socin.
consil. 51. in fin. lib. 1. Bald. in l. qui patris 3. numer. 12.
in fin. C. vnd. liber. & in l. affinitatis 7. ad med. versic.
pone statutum dictat. num. 3. C. comm. de success.* cum
aliis per *Tiraq. in tract. cessant. caus. nu. 35. & 36. vers.
tamen vt verum fatear. & vers. sed & tale statutum,
Host. Io. Andr. & alij in c. 1. de transact. Duen. reg. 36.
9 in princ.* Maximè, † quando lis pendet inter con-
iunctos quidquid diuersum sit inter alios *Honded.
cons. 9 num. 12. lib. 1. Socin. Iun. cons. 136. num. 8. lib. 1.
Ludouic. decis. Lucens. 26. num. 3. & 17. decis. Perus. 2.
num. 10.*

Quibus addendum est aliud statutum *cap. 51 lib. 2.* vbi
causæ vltimarum voluntatum non excipiuntur præ-
cisè à compromisso, sed remittuntur arbitrio ordi-
narij, quod facit, & aliud statutum sub *c. vlt. libr. 2.*
prohibens compromissum in dictis causis debeat
10 intelligi secundum tenorem primi, † & ab eo reci-
pere interpretationem, ne alias inducatur contra-
rietas, cum vnum statutum ab alio declaretur *l. si
seruus plurium in fi. ff. de leg. 1. Dec. cons 308. viso pun-
cto, num. 1. Rim. Iun. cons. 468. num. 25. libr. 4 Honded.
cons. 9. nu. 17. lib. 1.*

Quod arbitrium debet esse pro compromisso, cum ap-
11 pareat non agi de materia executiua, † sed de præ-
tenso fideicommisso multùm dubio, & contra quod
adsunt variæ exceptiones præscriptionis, & simi-
lium, quæ faciunt, vt sit locus compromisso quid-
quid aliàs per statutum in huiusmodi causis illud
prohiberetur *Bart. & Ang. in l. post rem iudicatam,
D de transact. cum aliis supra allegatis.*

Nec facit, quod prætendatur nos esse in causis mixti
imperij, de quibus non licet compromittere, tan-
12 quam, † statutum ad illas non extendatur *Bart. in
l. non distinguemus §. de liberali. ff. de arbitr. in l. fin. C.
vbi & apud quem Honded. cons. 84. in fin. nu. 43. lib. 1.
Blanc. de compromis. qu. 4. nu. 10. Peregr. de fideicom.
13 art. 49. num. 122.* Quia † procedit quando essemus in
arbitris, per quos non potest fieri effectualis illa
immissio, sicut nec per alios magistratus municipa-
les *Ias. in l. iubere num. 18. de iurisd. omn. iud.* de quo
latè disputat *Menoch. de arbitr. qu. 74. num. 24 cum
seq.* Aliud est in casu nostro, in quo statutum loqui-
tur etiam de compromisso in arbitratorem, quod
benè potest fieri de quæstionibus mixti imperij,
maximè, quia materia, de qua agimus, est talis, su-
14 per qua † licita est transactio *Bart. in l. fin. num. 6. C.
vbi & apud quem Roman. cons. 115. num. 1. & ibi Man-
dos. in princ. Curt. Iun. in l. fratres. num. 4. in 2. notab.
Cod. de transactionibus. Alex. cons. 65. nu. 2. & 3 lib. 7.*
quem licèt reprehendat *Ludou. decis. perus. 47. num.
14. p. 1.* vbi etiam tenet, quod non valeat compro-
missum in arbitratorem de causis meri, & mixti im-
15 perij, Tamen vana est eius reprehensio, † Cum *A-
lex.* bene loquatur, & eius opinio est approbata,
quando in istis causis meri & mixti imperij est lici-
ta transactio, prout tenent *Rom. Curt. Iun. & Mand.
sup. alleg.* & vltra eos etiam latè comprobat *Baptist.*

de S.Blas.de arbit.vers.nunc dicamus de arbitratore.
*q.22.tom.3 p.1.fol.301.*quod etiam voluit *Io. Andr.ad*
Specul.at.de arbit.& arbitrat.§.restat.in prin.in verb.
agatur.in fi.Bart.in l.non distinguemus 37.§.Iulianus
in fin.de recept.arbitr.

Quamuis etiam arbitri possint pronunciare de immittendo, qui licèt non habeant exercitium effectualis immissionis, Tamen non excluditur, vt illa postea non possit peti ab eis, qui habent exequendi fa-
16 cultatem, † cum aliquando causa committatur vni, & executio alteri, vel etiam vni tantùm secundum quod verba rescripti hoc declarant *Mandos. cons.95.num.9.post Innoc.in c.cum ecclesiarum de offic. ordin.Bart.& alij in l.à Diuo Pio.ff.de re iudic.*Immo etiam quando statutum esset multum generale comprehenderet quoque causas meri, & mixti imperij,
17 † in quibus tunc arbiter posset sententiare, vt exemplificant Doctores de controuersia, apud quem pupillus debeat ali, quæ licèt sit meri, ac mixti imperij *l.non distinguemus.§ de liberali ff.de recept.arbitr.* Tamen potest arbiter sententiare, an iudex debeat decernere, non quod ipse arbiter decernat *Bart.*in specie *in d.l.non distinguemus, §.quæsitum, ad med.ff. de recep.arbitr.*

Neqoe etiam obstat, quod numquam articulus iuris
18 requirat altiorem indaginem ad alios effectus † *ex decis.Rot.coram Cardin. Lancellot. Hispalen.& Corduben.præstimoniorum 15.Decembr.*1600. Quia verius est, quod ad effectum vt habeat locum compromissum, debet attendi quæstio iuris dubij, non secus ac si esset quæstio facti *Bald.in l.cum proponas, num.1.& ibi Salic.num.1.in fi C.de reb.credit. Lamberteng. super statut. de contract.mulier. glos.1. numer.151.Hondod.consil.9.numer.38.lib.1.* & in terminis testamenti *Ias.consil.35.numer.1. lib.1.Ioseph. Ludouic.decis.Lucens.26.numer.4.vsque ad 9.Socin.*
19 *consil.4.lib.1.* † Articulus enim iuris dubij æquiparatur quæstioni facti *Capi.decis.10.num.19 Socin. in c.1.num.25. de lit.contestat.* Ita vt discussio iuris intricati dicatur requirere altiore indaginem *Corn. consil.200.num.5.lib.1. Blanc.de compromiss.quæst.4. num.2. Roland.consil.22.num.36.lib.3. Put.decis.233. num.3.p.1.Contard.in l.fin. limit.11.num.19 & 20.C. si de momen.possess.late Staibl.de saln.interd.c.2.insp. 2.num.69.vsque ad 76.*

Ex quibus etiam tollitur consideratio, quod statutum non comprehendat causas consistentes in puncto iuris, cum per illud mandetur, quod non fiant compromissa in Iurisperitos, Quia per aliud statutum *c.fin.lib.2.* conceditur facultas arbitris con-
20 sulere sapientes expensis partium, † quod facit vt ex hoc etiam articulus iuris dubius sit illis commissus, cum alias in quæstionibus claris non sit recurrendum ad consilium sapientis *Bart.in l.ille aut ille 25.§.cum in verbis.ff.de legat.3. Alex.cons.62.visa facti narratione.n.7.lib.2.*

Alia, quæ opponuntur non obstant, qui procedunt quando instrumenta sunt liquida, vel de breui
21 liquidanda, † quamuis enim agens ex testamento debeat probare mortem testatoris, aditionem hæreditatis, & similia quæ videntur reddere instrumentum testamenti illiquidum *Bald.in l.si causam iudicati in fin.C.de execut.rei iudic.& in l.per diuersas.C.mandat. Aret.cons.32.colum.1.* Tamen ista non sunt talia, quæ requirant altiorem indaginem, & longam liquidationem, cum de breui possint liquidari, quo casu idem est ac si esset liquidum *l.fin. Cod.de compensat.Alex. in l.quidam column.2.ff.si*
22 *cert.pet.* † quasi tunc instrumentum habeat conditionem verè purificatam, quamuis in iudicio adhuc non deductam, adeo vt ex hoc dicatur instrumentum purum, non autem conditionale, vnde non mirum si non est locus compromisso, prout ita in specie declarat *Caput.decis.48.numer.1.vsque ad 4.* iuxta doctrinam *Bald.in l.cum testamento. C.de manumiss.testam.* Aliud est in casu nostro, in quo non potest dici testamentum esse liquidum, cum agendum sit an fuerit purificatum fideicommissum, & an constet de illius renunciatione, ac legitima præ-
23 scriptione, ac aliis exceptionibus adductis, † quæ faciunt causam compromissibilem propter istas incertitudines requirantes altiorem indaginem, & longam liquidationem, ac discussionem tam iuris dubij, quàm facti, licèt statutum aliàs prohiberet compromissum, & mandaret instrumenta esse exequenda *Socin.cons.51.num 6.ad med. lib.1.Castr.in l. post rem iudicatam, ff.de transact.*

In huiusmodi causa *Narnien.fideicommissi coram R.P. D.Verospio*, cum disputaretur de prædictis an esset locus petito compromisso, & fuissent præfatæ rationes hinc inde adductæ, per ipsasmet partes visum fuit magis expedire, quod omnia circa negotium principale cognoscerentur in Rota, cum præsertim semper ad eam debeat recurri quoquo modo ferantur sententiæ in partibus, Ideo omisso articulo compromissi disputatio restricta est an constaret de prætenso fideicommisso, Et quidem dicebam concludendum esse negatiuè, quia in testamento, de quo agimus, fuerunt instituti D.Nerua frater, si superuixerit post mortem testatoris, sin autem, filij masculi nati & nascituri eiusdem D. Neruæ, ex quibus verbis colligitur institutionem filiorum fuisse conditionalem, & per consequens illam euanuisse, cum euenerit cõditio, quia D Nerua superuixit ipsi testatori, & sic ipse solus remansit institutus, illa enim verba, sin autem, limitant, & restringunt dispositionem ad casum formaliter ex-
24 pressum, ita vt † non adimpleta verè, & propriè conditione per testatorem apposita non sit quærendum de vlteriori institutione *Dec.cons.335.in casu proposito n.2.in fi.Bero.cons.39 & si dubia.n.8.lib. 2.Bocc cons.39.n.22.Surd.cons.548.n.10.libr.4.& est tex.in l.Lucius Titius qui fratrem 85.ff.de hæred.insti-*
25 *tuend. l.generaliter.6.C.de instit.& substit.* † vbi etiam ex mente testatoris sufficit vnam conditionem ex pluribus purificatam fuisse, tunc enim disiuncta accipitur pro coniuncta, quidquid aliàs concursus omnium conditionum requireretur *l.si is qui ducenta.§.vtrum.ff de reb.dub. l.si hæredes plures, ff.de cond.inst.Ruin.consil.96.num.18. lib.2.Dec.consil.89. viso puncto.num.2. Bocc.consil.19.num.23. Surd decis. 228.num.3.& 4.*

Et ita in specie casus nostri consuluit *Corn.cons.186. colum.3.in princip. vers.sed non obstantibus prædictis,*
26 *numer.5.libr.3.* † vbi loquitur de instituto si superuixerit tempore mortis, sin autem non superuiueret instituantur ipsius filij, non enim erit locus tali institutioni, si institutus superuixit, quia satis est, quod voluerit testator conseruare eius successionem ab intestato, cum filij succedant
27 patri ab intestato, † prout etiam verisimile est, quod pater instituat filios, cum votum patris sit, vt bona sua ad illos deueniant *l.nam & si parentibus.in princ.ff.de inoffic.testam. l.scripto.in fin. ff.*

vnd.

vnd.liber.l.1. ⁊ *fi C de his qui ante apert.tabul.l.cum acutissimi.C* ⁊ *fide.commiss.* Ideò non curauit testator prouidere filius Neruæ, casu quo Nerua superuixisset, & adiuuiet *Corn.d.cons.186.num.5.ante fin.*
28 *lib.3.* † quod etiam voluit *Anchar.cons.137.numer.1.* *cum seq.Kuin.cons.99.num.10.lib.2.& cons.102.num.5.eod.lib.* quos sequitur *Menoch.cons.399. num.16. vsque ad 22.lib.4.& præsump.71.num.6.vers.& hanc quidem declarationem.lib.4.Socin.Iun.cons.180.n.38. lib.2.*

Et facit, quia institutiones, de quibus agimus sunt
29 factæ sub contrariis conditionibus, † prima est de Nerua, si superuixerit post mortem testatoris, secunda de filiis Neruæ, si idem Nerua non superuixerit, quo casu dicuntur ambo instituti in primo gradu, non autem vnus institutus, & alter substitutus, Maximè quando non sumus in institutione patris, & filij facta per ascendentem, sed per fratrem, prout est casus noster, quasi tunc cesset necessitas instituendi, & non habeat locum ordo successiuus, quamuis subsit charitas, & affectio, & sic omnes eodem tempore succedunt, cum etiam semper verba in dubio intelligantur per prius, & non per posterius: *Bald. Ang. & Imol.in l.Lucius titius seio 53.ff.de hæred.instit. Aret. instit.de vulg.substit. in princ.num.4.& ibi Io.Faber in princ.vers.in glosa ad similitudinem, num.2.* quam opinionem apprubauit *Rot. coram R.P.D. Rubeo Rauennat. hæreditatis 4. Martij & 24. Nouembr. 1582. Peregr.de fideicomm.art.17.num.20.vsque ad num.22.f.164.Surd.decis.346.num.4.p.2.* vbi de communi opinione testatur *Card. Mant.de coniect.vlt. volunt.lib.4.tit.7.n.19.*

Cum igitur sint duæ institutiones simultaneæ, & non successiuæ, & sint factæ sub contrariis conditionibus, si superuixerit, & si non superuixerit, vt
30 dictum est, † semper præualet, quæ prius euenit.& altera institutio euanescit, prout euanuit illa de filiis, tanquam posterior, & tanquam facta in casu non existentiæ primæ institutionis, prout semper quando sunt scriptæ diuersæ conditiones diuersis hæredibus in eadem totitate, vel quotitate ille præfertur, cuius conditio prius existit, & verificatur, & sic ex duabus causis ad idem tendentibus celerior consummat effectum *Castr. in l.si plures 17.n.2.*
31 *post Bald.ibid.ad med.ff.de condit.instit.* † Cum etiam in contrariis euentus vnius sit exclusio alterius *l.& si sine.§.sed & quod Papinianus, post princ ff.de minoribus.& in l.1.nu.2.C.de diuers.rescript. per text.in c. nonne de præsumpt.* Maximè quando incontinenti, & eodem contextu vna institutio facta est post al-
32 teram, prout in casu nostro, † tunc enim per secundam non censetur recessum à prima, & ideò purificata priori cessat posterior, quidquid sit quando ex interuallo fuit facta secunda institutio in eadem portione sub diuersa conditione, quo casu videtur secessum à prima *l.quod traditum.& l.nam ad ea, de condit.& demonst.*& post *Iacob.de Aren.*notat *Castr. in l.si plures,17.in fin.de cond.inst.*

Ex prædictis sequitur, quod D.Quintilianus non potest venire ex prætensa substitutione, cum non fuerit substitutus Neruæ, sed filiis ipsius in casu, in quo Nerua non superuixisset testatori,& sic in casu, in quo institutio dictorum filiorum haberet locum,
33 quæ cum defecerit, † euanuerunt etiam omnes substitutiones ab ea dependentes *l.si mater.§.1.& l.qui habebat, de vulg.& pupill. l.qui fundum, §.qui filium, in fin ff.ad leg.Falc. Ruin.cons.152.numer.5.in fin. lib.2.Socin.consil.116.colum.6 post.med. lib.3.Paris.cons.87.n.37.lib.2.Cephal.cons.11.n.11.lib.1.Surd. decis.144.num.13.*

Neque est inconueniens, vt filiis fuerint factæ substi-
34 tutiones, non autem Neruæ, † cum testator possit vni hæredum substituere, alteri verò non, tam in tempore, quàm in rebus, & similibus *Bart.in l.qui plures liberos 38. in princ. & ibi Castr.nu.1.ff.de vulg. & pupill.post Gloss.ibid.in verb.& ad breue. Alex.& alij in l.si quis substituerit 21.ff.eod.tit.*

Non obstat *Corn.cons.226.lib.4.* Quia loquitur quando
35 pater instituit filios, & nepotes, † tunc enim censentur tales vocati ordine successiuo, Ita vt si instituatur filius, & si non viueret nepos, hoc casu iste nepos censeatur vocatus per fideicommissum *Alciat. in l.gallus. §.quidam rectè. in 1.lect.num.47.ff.de liber.& posth.* cum enim pater nepotem post mortem filij vocet, videtur fideicommittere, Hoc autem non applicatur ad casum nostrum, quia non
36 sumus in patre, † sed in fratre, qui instituit fratrem cum conditione, si superuixerit, & illo non superuiuente instituuntur filij dicti fratris, qui censentur instituti eodem tempore, & eodem gradu, non ordine successiuo, prout talis ordo attenditur in institutione facta per patrem de filiis, & nepotibus, non in aliis, vt supra dictum est, & cum non euenerit casus secundæ institutionis, non est quærendum an adsit fideicommissum nec ne, Adeò vt constet de clara voluntate testatoris, quamuis etiã sufficeret coniectura, ex qua colligi posset testatorem sensisse, si filius suus se viuo moreretur, aut
37 tempore aditæ hæreditatis, † quia tunc etiam nepos intelligeretur vocatus per vulgarem, non per fideicommissum, vt declarat *Idem Corn.cons.186. lib.3.* quem sequitur *Alciat.in d. l.Gallus. §.quidam rectè.n.47.ff.de vulg.& pup. Menoch.præsumpt.71.nu 6.ad med vers.& hanc quidem declarationem, lib.4. Intrigliol.de substit.cent.3.q.81.n.5* Neque maior cóiectura colligi potest, quam quod testator expressit casum, si superuixerit tempore mortis ipsius,
38 quo non superuiuente vocauit filios, † qui tenentur probare euentum conditionis ad hoc, vt admittantur, vt per *Corn.d.cons.186.n.5.lib.3.*

Neque obstat, quod testator vocauerit filios tam natos, quàm nascituros, quasi ex hoc adsit con-
39 iectura fideicommissi, † Quia cum institutio defecerit propter euentum conditionis superuenientiæ primi hæredis, non consideratur vlterior institutio, seu substitutio, cum censeatur facta limitatiuè, dummodo institutionis conditio eueniret *Alexan.cons.139.num.3.lib.6.Menoch.cons. 85.num.46.vsque ad 48. lib.1.& cons.325 num.48.lib.*
40 *4. Ceph.cons.138 num.13. lib.2.* † cum omnia defecerint ob defectum conditionis adiectæ. *Imol.in l. qui habebat.de vulg.& pup.Bald.cons.162.lib.1.Surd. decis.144.n.14.*

Minus obstat, quod non adsit diuersa ratio, cur testator voluerit vocare filios Neruæ per vulgarem, quã per fideicommissum, & sic credendum est, quod voluerit eos vocare quandocumque postea Nerua moreretur, Quia satis est, quod testator expressit
41 solùm casum superuiuentiæ, † ita vt institutus in vno casu non debeat succedere alio superueniente *Menoch. cons.326.num.7. cum seq.lib.4.* & sufficit, quod testator voluerit prouidere filiis Neruæ casu quo non superuixisset, cum aliàs eis reseruari

potuerit successio ab intestato, vt declarat Corn.
42 d.cons.186.num.5.lib.3. † Præsertim, quia testator
confidit, quod Netua frater relinqueret filiis iuxta
commune votum parentum, & vt etiam filij sint
magis obsequentes patri Corn.d.cons.186.num.7.lib.
3. Socin.Iun.cons.180.num.58. lib.2.iuxta l.nam & si
parentibus.D.de inoff.testam.l. scripto.in fin.ff.vnd.li-
ber.& dictum est sup.num.27.

Maximè, quia sumus in verbis directis, quæ non de-
43 bent trahi ad fideicommissum, † quamuis adiit
clausula codicillaris, quæ in hoc casu non operatur,
cum esset contra mentem testatoris, qua deficiente
nullum habet effectum dicta clausula Dec.cons.290.
visis & diligenter consideratis.col.2.ad med.numer.4.
44 † Præsertim ad inducendum fideicōmissum, in quo
probatio debet esse certa & concludens Aym.cons.
161.n.16.Surd.cons.96.num.2.Roland.cons.59.num.4.
lib.3.

Neque obstat, quod testator vsus fuerit verbo plurali,
hæredes, quod non potest verificari in Netua tan-
tùm, Quia non est inconueniens, vt filiis factæ sint
substitutiones, non autem Netuę, cum testator pos-
sit vni hæredum substituere, alteri verò non, vt di-
45 ctum est supra num.35. † Cum etiam pluralitas in
ista materia resoluatur in singularitatem ex volun-
tate testatoris l.hæredes mei. §.cum ita. ff.ad Trebell.
Rot. coram Card. Lancellotto Romana fideicommissi
domorum, 26.Iunij 1606.

Nec aliquid operabitur coniectura opposita, quod
testator deuenerit ad plures gradus substitutionum,
46 † ita vt ex hoc inferatur illum voluisse inducere
perpetuum fideicommissum stante ratione agna-
tionis, dum ante fœminas vocati fuerint masculi
Aym.cons.98.n.1.Soc.Iun.cons.1.libr.3. Quia omnes
istæ substitutiones regulantur à superiori conditio-
ne, si Netua non superuiueret testatori, quæ cum
47 defecerit, † talis coniectura nullum effectum pro-
ducit Rot.diuers.decis.230.num.1.p.2.& decis.118.p.1.
cum aliis adductis coram R.P.D. Manzanedo.Vi-
terbien.fideicommissi 10. Maij 1613. & dictum est supr.
48 vers.ex prædictis sequitur.n.33. † quasi talis substitu-
tio censeatur facta limitatiuè, dummodo conditio
institutionis eueniret Alex.cons.119.numer.3.libr.6.
Menoch.cons.85.n.46.cum seq.lib.1. Ceph.cons.138.n.
49 13.lib.2. † Et talem coniecturam etiam non suffi-
cere concludit Socin.in l.cum auus.num.113. in fin.ff.
de condit.& demonstrat. Roland.cons.89.num.5. lib.3.
Alciat.cons.89.num.5. lib.9.Rip.in l.centurio.n.165.ff.
de vulg.& pupillar. Cum etiam in casu nostro fue-
rit factus vnus tantum gradus substitutionis fidei-
commissariæ, cum filij Quintiliani, ac fœminę Ner-
uæ, & filiorum fuerint substituti vulgariter, si illi
non superuixissent Gabr.cons.117.n.4.lib.1. Et satis
apparet, quod sequens substitutio dependet à pri-
ma, quia est facta continuatiuè per copulam, Et,
50 † cuius natura est coniungere copulata cum omni-
bus suis qualitatibus Anch.consil.137.num.2.Neuiz.
cons.72.num.14. Menoch.cons.399.num.18. lib.4.Pe-
reg.de fideicommiss.art.15.numer.41. Rot.diuers.decis.
230.num.2.p.2. Stante præsertim clausula, & eo ca-
su, in testamento apposita, quæ facit, vt poste-
51 riores substitutiones restringantur † iuxta primam
Dec.cons.89.n.3.Anch.cons.267.nu.2.in fin.Menoch.
cons.399.num.19.lib.4.

Nec subsistit, quod filij Neruæ fuerint positi in con-
ditione, & simul grauati in illis verbis Casu quo
prædicti filij masculi nati, & nascituri ex d.Nerua
decederent, quasi ex coniecturis filij positi in con-
52 ditione censeantur etiam vocati, † Quia isti filij
non fuerunt positi in conditione, sed solùm filij
filiorum Neruæ, & consequenter non censentur
grauati, tanquam non vocati l.ab eo. C.de fidei-
commiss. l.sed & si. §.1. ff.de legat.3. Bart.in l.centu-
rio.de vulg.& pupill. Ias.cons.218.num.9.& 10. lib.2.
Ceph.cons.268.num.23. Cum in istis bonis tanquam
53 liberis successerit patri ab intestato † ex dispo-
sitione iuris Glos.in l.Lucius, la 2.ff.de hæredibus in-
stituend.Couar. in c.Rainutius, §.3.num.2.de testam.
Ludouic.Molin. de primogenit.hispan. lib.1.c.6.nu.1.
Cum etiam fuerint grauati casu quo successissent
patri per vulgarem substitutionem, vt dictum est,
Nam filij Netuæ vocantur ad hæreditatem patris,
si pater illorum non superuiueret, videlicet, si
hæres esse nollet, vel esse non posset, vnde eorum
institutio dicitur merè vulgaris l.cum proponas, C.
de hæredibus, instit. Bart.in l.1.numer.18. de vulg.&
54 pupill.Rum.cons.125.num.1.lib.2. † Cum substitutio
facta præmorienti testatori semper dicatur vulgaris
Menoch. cons.399.num.3. lib.4. Et per consequens
institutio filiorum Netuæ, tanquam non purifica-
ta conditione euanuit, vnde etiam omnes pariter
substitutiones ab ea dependentes expirarunt l.qui
habebat.de vulg.& pupill.cum aliis, de quibus su-
pra num.33.& 49. Neque est recurrendum ad con-
iecturas, quando habemus claram mentem testa-
55 toris, † maximè ad inducendum fideicommissum,
& grauamen, in quo probatio, seu coniectura de-
bet esse certa, & concludens, ac necessaria Aym.
cons.161.n.16. Surd.cons.96.n.2. lib.1.Ceph.cons.447.
num.14.lib.4.& cons.482.num.16. Menoch.cons.399.
num.5. Cum etiam ad hunc effectum coniecturæ
debeant induci ex verbis testamenti l.cum propone-
batur. ff.de leg.2.Castr.in l.potest.num.8. de vulg. Ias.
cons.143.num.3 lib.2. Cagnol. in l.1.numer.55.de pact.
56 Quasi non † ita faciliter ex qualibet coniectura sit
recedendum ab intentione testatoris Aym.consil.
47.num.2. & cons.102.num.5. Bald.consil.174.ad fin.
lib.1. Menoch.cons.399.numer.4. Cum etiam non
versemur in descendentibus à testatore, sed ex-
traneis, quo casu magis coniecturæ debent esse
57 vrgentes, † ac necessariæ Cardin. Mant.de coniect.
vltim.volunt. lib.11.tit.3.num.18. Grass.in §.fideicom-
missum q.14.num.7.Rot.coram R.P.D. Marcomontio.
Bononien.fideicommissi de Panolinis 10.Decemb.1610.
Quæ dicta sunt ex abundanti, cum nullæ coniectu-
ræ existant, tanquam simus in clara substitutione
vulgari ex supra allegatis.

Nec releuat, quod dicti filij sint positi in conditione
58 cum qualitate masculinitatis, & legitimitatis, † quæ
facit vt censeantur vocati per fideicommissum
Card. Mant.de coniect.vlt.volunt. lib.11.tit.3.nu.18.
Quia etiam admisso quod fuissent positi in condi-
tione cum dicta qualitate, tamen illa censeretur ad-
iecta fauori substituti, nec per necesse posset infer-
ri eandem fuisse positam ad inducendum fideicom-
missum Rip.in l.centurio.n.162. ff.de vulg.& pupill.&
in l.1.n.3.vbi Cagn.n.31.C.de pact. Alex.cons.202.n.7.
lib.7.Dec.cons.218.& 287.n.9.Ias.cons.143.n.4 lib.2.
Mantua.cōs.115.n.18. Soc.Iun.cōs.277.n.9. lib.2.Rot.
coram R.P.D.Manzanedo Viterb.fideicom.10.Maij
59 1613. † Quod procederet, quamuis fuisset deuentum
ad plures gradus substitutionum, quia non ex hoc
positi in conditione censerentur vocati per fidei-
commissum Roland.cons.51.n.3.lib.3.Ceph.cons.268.
in princ.

in princ. & *n.17.cum seq.lib.3. Gabr.de fideicommiss. conclus.4.num.9.Bursat.cons.1.num.8.Ruin.cons.101. num 3.* & *4.lib.2. Pancir.consil.59. num.7. Alciat.*
60 *cons.124.id fin.* † Cum etiam dicti filij quamuis essent vocati, non tamen censerentur grauati, cum non sit bona illatio, ex quo sunt actiuè vocati, eosdem esse passiuè grauatos *Rip.in l. centurio. nu.168. ff de vulg. Aym.cons.98.num.5. Ceph.cons.514.per tot. Odd.consil.66.num.97.* & *106. Rot.coram R. P. D. Manzanedo.Viterbien.fideicommiss. 10.Maij 1613. Paris.cons.31.num.28.lib.2.Socin.Iun.cons.57.n.4.* & *5.lib.4.*

Nec est considerandum, quod fuerit per testatorem
61 contemplata conseruatio agnationis,† cum excluserit filias fœminas Neruæ, non solùm propter filios masculos ipsius, sed etiam propter Quintilianum, & eius filios masculos, vnde vocando istas filias Neruæ in defectum masculorum videtur vocasse filios masculos eiusdem, non tantum per vulgarem, sed etiam per fideicommissum *Soc.Iun.consil.1.lib.3.* Quia verius est quod nulla fuit habita ratio agnationis conseruandæ, cum ex testamento constet fuisse exclusum Iustinianum fratrem vocando filias Neruæ in defectum aliorum hæredum
62 sine filiis masculis, † quæ vocatio fœminarum in qualibet parte testamenti sufficit ad excludendam rationem agnationis *Aym.cons.180.n.1.* & *cons.306. n.5. Bald.cons.473.lib.5. Alex.cons.115.num.10.lib.2. Socin.in l.cum auus, n 81.vers.secundus casus, ff.de cond.* & *demonstrat.Gozad.cons.29.num.3. Curt.Iun. cons.172.n.4.* & *5. Rot.coram R.P.D. Manzanedo.*
63 *Viterbien.fideicommiss. 10.Maij 1613.* † Et quod ex vocatione fœminarum in eodem gradu, excluso germano fratre, non possit dici testatorem voluisse fauere agnationi *Surd.* qui alios allegat *consil. 317.n.3.lib.3. Socin.cons.28. n.16.lib.4.* Cum etiam testator non substituerit filios Neruæ patri per fideicommissum, nec filios Quintiliano, sed per vulgarem si prædicti non superuixissent, vnde Nerua & Quintilianus respectu suorum filiorum potuis-
64 sent alienare, & in alios bona transferre, † quod repugnat voluntati conseruandæ agnationis *Cardin. Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.6.tit.15.nu. 14.cum seq.*

Immo etiam casu, in quo posset argui, quod testator ex aliquibus coniecturis habuerit rationem agna-
65 tionis, † hoc procedit solùm actiuè respectu substitutorum, videlicet in euentum, in quem esset locus substitutioni, & sic quatenus nerua non succederet *Menoch.cons.448.n.14.lib.4. Rot.coram R. P. D. Gypsio. Tudertina fideicommissi 13. Aprilis 1587. Alex.cons.139.n.3.* & *4.lib.6.*

Quare ex prædictis tollitur etiam obiectum de do-
66 ctrina *Socin. Iun. consil.1. libr.3.* † Quia ibi non aderat vulgaris substitutio, sed expressum fideicommissum stantibus illis verbis, quod hæres posset legare vni ex filiis, plusquam aliis, dummodo nimium non diminuatur hæreditas, nisi enim voluisset induci fideicommissum, dictum capitulum esset superfluum, cum etiam absque dicta licentia potuisset pater illi relinquere, non solùm aliquid plus, sed etiam totum, salua legitima ei debita, vltra multas coniecturas, quæ ibidem concurrunt, quæ non applicantur ad casum nostrum, prout in terminis ita declarat *Alciat.* qui in eadem facti specie consuluit *cons.31.nu.2.* & *3.libr. 9. tom.3.*

Nec clausulæ codicillaris aliquid facit, quæ licèt videatur multum operari ad effectum inducendi fideicommissum, quando est concepta per verba fu-
67 turi temporis, † Tamen quia sumus in verbis directis, tunc talis clausula non debet referri ad fideicommissum, nec aliquid operabitur quocumque modo sit concepta, tanquam sit contra mentem testatoris, qua deficiente nullus consideratur effectus huiusmodi clausulæ *Decian.cons.290. visis* & *diligenter consideratis, n.4.* & *cons.147.nu.6. Aym.*
68 *cons.22.n.8.* Ista enim clausula de sui natura † solùm facit, vt ab intestato debeatur ex testamento inualido, supplendo tantum defectum solemnitatis, non voluntatis *Gabr.cons.119.n.12.* & *16.lib.2. Menoch.cons.316 n.40* cum aliis per *Rot. coram R. P.D. Manzanedo. Viterbien.fideicommissi 10.Maij 1613. Peregr.de fideicommiss.art.18.num.8.* Et ita ex prædictis fuit conclusum in huiusmodi causa *Narnien.fideicommissi, coram R.P.D.Verospio 8.Nouembris 1613.* & *iterum 4.Maij 1614.*

EPITOME.

Qualitas requisita per statutum, seu legem, quod testes sint optimæ opinionis an sit probanda, vel saltem alleganda. ¶ Et quid in materia *l. scripturas, Cod. qui potior.in pignor.habeant.* ¶ Et an in ea mulieres debeant admitti. ¶ Præsumptio bonitatis an attendatur contra tertium. ¶ Fideiussio an sit præstanda, quando apparet de credito anteriore. ¶ Iuramentum suppletorium quo casu detur super prælatione crediti. ¶ Facultas iurandi an transeat ad hæredes tam in iuramento delato à parte, quàm à lege, statuto seu Iudice. ¶ In causis matrimonialibus an testes debeant esse omni exceptione maiores, & quando fœminæ, & parentes an consanguinei admittantur. ¶ Oppositio in genere an sufficiat; quod testes non sint optimæ opinionis.

SVMMARIVM.

1 *Testes subscripti in apocha debent esse probatæ, atque integræ opinionis ad effectum* l. scripturas C. qui potior.in pign.habeant. *Et ista qualitas est probanda, n.3.Contrarium, n.13.* & *19.Sed prima opinio est verior.n.20.21.* & *22.*
2 *Bonus quilibet præsumitur* & *idoneus, secus optimæ conditionis.*
4 *In concursu creditorum paria sunt apocham non esse subscriptum, vel non plenè recognitum.*
5 *Cedula est consignanda sine cautione, quando apparet de credito anteriore.*
6 *Iuramentum suppletorium detur super prælatione crediti. Intellige vt num.7.*
8 *Facultas iurandi non transit ad heredem, nisi appareat illum habere plenam notitiam eius, super quo iusiurandum defertur, n.10. Amplia in quocumque iuramento tam delato à lege, statuto, ac Iudice, quàm de voluntate partium, n.6.*
11 *Debitor post decoctionem nihil potest facere in præiudicium creditorum.*
12 *Creditores dicuntur singulares successores debitoris decocti.*
14 *Testis omni exceptione maior dicitur ille, contra quem nihil potest opponi.*
15 *In causa matrimoniali testes debent esse omni exceptio-*

ne maiores, & probatio istius qualitatis non requiritur, n.16. Declara vt n.24.& 25.

17 *Parentes, consanguinei, affines, & fœminæ sunt idonei testes in causis matrimonialibus.*

18 *Probatio qualitatis, quod testes sint optimæ opinionis, requiritur in statutis, secus in dispositione legis. Contrarium n.26.& 27.*

23 *Fœminæ non admittuntur in materia* l. scripturas, C.qui potior. in pign. habeant.

28 *Præsumptio, quod quis sit bonus, & omni exceptione maior, non attenditur, si agatur de præiudicio tertij, tunc enim talis qualitas est probanda.*

29 *Oppositio etiam in genere sufficit, quod testes non sint optimæ opinionis, per quam transferetur probatio in aduersarium.*

30 *Objicere & non probare idem est quod non objicere.*

31 *Probatio quamuis non requireretur, quod testes sint optimæ conditionis, Tamen erit necessaria allegatio.*

CAPVT DXXXVIII.

COnclusio firmata per D. Procuratorem in facto scribentem non meretur reprehensionem,
quia est verissima opinio, & magis communis,
quod in materia *l.scripturas, C.qui potior.in pignor.*
1 *habeant.* † est probandum in specie, quod testes
subscripti sin probatæ, atque integræ opinionis,
cum alias non probata huiusmodi qualitate non
sit locus dispositioni illius legis, Ita *Socin.cons.274.
num.10.lib.1.*

Et quamuis opponatur non rectè fuisse visa verba Socini,
Tamen si iterum legantur erit sublata omnis
difficultas, Etenim ibi concludit, quod quando
lex requirit, quod testes sint bonæ conditionis, &
2 famæ, † tunc ista qualitas non est probanda, cum
quilibet præsumatur bonus, & idoneus, secus autem
quando testes deberent esse optimæ conditionis,
nam tunc erit necessaria probatio istius qualitatis,
subdit postea *Socin.num.11.* quod quamuis *in
d.l.scripturas*, non adsint ista verba *optima* in superlatiuo,
Tamen quia lex vtitur æquipollentibus,
videlicet *probatæ, & integræ opinionis*, idem erit
dicendum, & per consequens requiretur probatio
istius integritatis, cum talis integritas non veniat
sub illa generali præsumptione, quod quilibet præsumatur
bonus, cum magis sit quando testis debet
esse integer, & probatus, tunc enim debet esse talis,
vt nihil opponi possit, quasi tunc duo copulatiuè
requirantur, quæ sunt probanda argumento *l.
ea tamen adiectio.de leg.3.*

Ex istis patet *Socin.* concludere, quod ista qualitas in-
3 tegritatis sit probanda, † prout etiam idem passim
omnes admittunt, quos longum esset referre, cum
sufficiat auctoritas *Socini*, quem sequitur *Neguſ.de
pignor.& hypothec.2.membr.5.par.princ.n.47.verſ.
tertio requiritur, tom.6.p.1.fol.230. Purp.in l.admonendi,
col.26.ad med.verſ.& debent esse integrè, num.
365.& ibi Rip.n.104 col.18.post.med.verſ.quarto intelligitur,
de iur.iur. Gabr.de probat.conclus.11.nu.6.
Caualcan.decis.27.n.17.in fin.* vbi etiam allegat *Paris.
cons.145.* & faciunt, quæ in similibus terminis
refert *Rim.Sen.cons.17.n.16.lib.1. Card.Mant.de
tacit.& ambig.conuent.lib.22.tit.10.n.17.& 18. Rot.
diu.dec.474.n.6.p.1.*

Cum igitur prædicta non fuerint seruata, sunt repellendi
Aduersatij in hoc iudicio discussionis,
4 quia in concursu creditorum † paria sunt apocham
non esse subscriptam, vel non plenè, & solemniter
recognitam, cum vtroque casu intret suspicio
antidatæ, & consequenter fundans se in similibus
apochis non facit numerum inter creditores,
vt in *Statuto Vrbis c.161.post princ.lib.1.*

Non obstat, quod debeat consignari cedula sine cautione,
cùm appareat de anteriori credito, quo ca-
5 su non requiritur fideiussio *Cardin. Seraph. decis.
1019.num.1.* Quia, vt dictum est, de huiusmodi credito
adhuc non plenè constat ob defectum probationis
integritatis testium, & recognitis non benè
factæ, Vnde meritò est exigenda cautio *Castrens.
in l.vlt.§.& si præfatam, num.8.C.de iur.deliber.* &
ita etiam quod creditum sit verificandum concludit
*Rot.coram Card.Millino Romana vineæ de Pannellinis
29.Octobr.1599. inter impressas post tract.
Statil.de Saluian.decis.179.*

Minus obstat, quod hic non agitur super credito, sed
6 super prælatione, † quo casu in omnem euentum
debet dari hæredibus creditoris iuramentum suppletorium
Card.Seraph.decis.879.num.8. Quia ibi
plus quàm semiplenè constabat de veritate temporis
ex multis, ex quibus excludebatur suspicio
7 antidatæ, † & stante qualitate personæ, quæ erat
in magna dignitate constituta, fuit concessum dictum
iuramentum, quorum nihil verificatur in casu
nostro, Maximè, quia sumus in hæredibus creditoris,
qui non possunt esse informati de veritate
istius crediti, & facultas iurandi non transit ad hæ-
8 redem, † nisi appareat illum habere plenam, ac
veram notitiam eius, super quo iuramentum defertur,
Prout idem est quando sumus in dubio,
quia hæres præsumitur ignorasse iura eius, cui successit
l. qui in alterius, de reg.iur. & in specie ita
concludit *Bald.in l.bona fides, nu.10.post med.verſ.
quarto inspicitur qualitas, C.de reb.credit.& de iur.
iurand. Ruin.cons.35.n.10.lib.5. Alex.cons.71.n.13.&
ibi Natta in addit.in verb.qui non interfuerunt, Gabr.
9 cons.146.n.1.lib.1.* † Quod procedit in quocunque
iuramento, tam delato à lege, seu statuto, vel Iudice
ministro legis, quam de voluntate partium,
quia semper requiritur, vt hæres certò nouerit veritatem
negotij ne anceps subeat periurium *Bald.
Card.Alexand.Martin.Laudens.& alij in cap.1.si
de inuestitur.sui.domin.& agnat.litigarias. Tiraq.de
retract.lignag.§.2.glos.2.num.9. Bertr.cons.100.num.
25.lib.1.p.1. Mand.ad Rom.consil.290.in verb.notitiam.
Rot.coram Sanctissimo Romana administrationis
tutelæ 2.Decemb.1580. Paris.cons.75.in fin.nu.37.
lib.1.* Et quidem ex apocha, quæ prætenditur confecta
de anno 1605. poterit Iudex colligere an
hæredes sint informati de illius veritate, & an fuerit
facta in die, cum neque interfuerint, neque potuerint
interuenire, & sic iurarent de facto alieno,
10 † quo casu iuramentum suppletorium non datur
*Gabr.cons.146.n.1.lib.2. Abb.in cap.fin.§.sanè, col.5.
post med.de iur.iur.*

Nec est facienda vis instrumento, in quo registratur
apocha, cum illud fuerit factum post decoctio-
11 nem, & sic tempore inhabili, † quo casu non poterat
præiudicari aliis creditoribus *Bald.cons.432.
lib.1.& cons.249.num.1.eod.lib. aliàs est consil.409.
lib.1.* Maximè, quia per contrahentem habebatur
notitia decoctionis, vt ex eodem instrumento colligitur,
dum asseritur fecisse sequestra, & iurasse de
metu dilapidationis, Cum etiam ibidem adsit pactum
resolutiuum, quod solùm Aduersarius possit

redire

redire ad primæua iura, caſu quo non ſequatur ſo-
12 lutio ſuper nominibus debitorum aſſignatis,†Qua-
re cum nulla ibi adſit obligatio debitoris, neque
etiam aderit reſpectu creditorum, qui dicuntur
ſingulares ſucceſſores decocti *Rot. coram Cardin. Pamphilio Romana pecuniaria*, 3. *Decembris* 1593.
Vnde erit agendum ex apocha, quæ non iuuat ex
ſuprà allegatis.

Poſt hæc ſcripta iterum fuit dubitatum de opinione
*Socin.conſ.*174. cum aliquibus videretur multùm
13 dura, † aliis autem ignota, tamquam non vide-
rit vmquam, nec audiuerint illam in praxi ſerua-
ri, Immò dicebatur contra eam facere approbatas
ſententias Doctorum, dum volunt, quod de iure
quilibet teſtis dicitur omni exceptione maior, &
14 ſic integræ, & probatæ opinionis, † vbi contra il-
lum nulla exceptio mundi opponi poteſt *Glo.in ca. ex litteris, il 2.de conſanguinit.& affinit.* quam dicit
ſingularem *Alexand.conſ.*183.*nu.*11.*lib.*6. vbi quod
oportet, vt ſuperet omnem exceptionem, etiam friuolam, ita vt etiam propter ſolam infamiam facti
teſtis non diceretur omni exceptione maior *Bald. in l.optimam, Cod.de contrah.& committ.ſtipulat. Rip. in l.admonendi num.*176.*de iur.iur. Corſet.in ſing. in verb.integr. Gabr.de teſtib.concluſ.*1. *num.*46. *Curt. Sen.conſ.*55.*num.*3.*ad med. & in tract.de teſtib.concl.* 34.*nu.*73.*& concluſ.*35.*num.*75.

Quare ſi agatur de diſſolutione, aut nullitate matri-
15 monij, requiritur de iure, † vt teſtes ſint omni
exceptione maiores, ac probatæ vitæ, & opinio-
nis *cap.*1.*ad med. de conſang.& affinit.Couar.de ſponſalib.*2.*part.cap.*8.*num.*7. & tamen quilibet teſtis
in hoc caſu dicitur idoneus, & ſic omni excep-
16 tione maior, donec aliud non probetur † *Caputaq. deciſ.*276.*numer.*7.*par.*3. *Rot.coram Card. Ludouiſio Hiſpalen. matrimonij de Alcala* 28.*Ianuarij* 1608.
Vnde etiam admittuntur in cauſa matrimoniali
conſanguinei, & affines. mater, pater, ſoror, & re-
17 liqui cognati, & fœminæ, † quamuis tractaretur de
matrimonio diſſoluendo *Couar.de ſponſ.c.*8.*p.*2.*nu.* 8.*ante fi.verſ.receptum tamen eſt, Abb.& alij in cap. ſuper eod.de teſtib.Dec.conſ.*342. *in cauſa partus, col.* 1.*Soc.Iun. conſil.*31.*num.*18. *lib.*2. *Pariſ.conſ.*55.*num.* 28. *lib.*4.*& conſ.*58.*col.*1.*eod. lib. Aret.conſ.*13.*Caputaq.dec.*276.*num.*8.*&* 9.*p.*3.

Cum etiam probatio iſtius qualitatis, quod teſtes ſint
optimæ opinionis procedat in ſtatutis, quando
18 † perea requireretur talis qualitas, vt aliquid ope-
rentur vltra ius commune, ſecus autem quando per
idem ius commune diſponeretur, quod teſtes ha-
berent iſtam qualitatem, tunc enim non videtur
neceſſarium illam probare, vt diſtinguit *Couar.in cap.relatum, il* 1.*n.*7.*verſ.ſecundo reſpondetur, de teſt. Fel.in c.cum Ioannes, n.*44.*in fi.de fid.inſtr.Curt.Sen. de teſt.concl.*35 *n.*75.*ad med.to.*4.*fol.*128.*& conſ.*55.*n.*8. *poſt med.Imol.in l.*1.*§.ſi quis. n.*17.*in fi.ff.quẽadm.teſt. aper.Ceph.conſ.*227.*n.*57.*cum ſeq.lib.*2. *Alciat.præſ.*2. *reg.*3. *num.*9. † & talem diſtinctionem etiam in ter-
minis *l.ſcripturas.Cod.qui potior. in pignor.* ſequitur
Rot.coram R. P. D. Pamphilio Romana pecuniaria 3. *Decembris* 1593. quæ eſt inter recollectas per *Pacific.deciſ.*43. Et multa de iſta qualitate probanda,
vel ſimili per ſtatutum requiſita *Maſcard.concluſ.* 1249.*Bertaz.conſ.crimi.*50.*lib.*1.

Verùm non eſt diſcedendum ab opinione *Socin.* ſupra
firmata, quia vltra auctoritates adductas illam
20 † etiam tenet *Mandoſ.conſ.*97.*numer.*3. *Rimin.Iun. conſ.*503.*numer.*18. *libr.*5. *Marilian.deciſ.*22.*numer.* 3.*Franc.deciſ.*644.*num.*4.*Polidor.Rip.obſeruat.*261. *numer.*5.*Gutier.practic.quæſt.lib.*5 *quæſt.*102.*numer.*
21 5. *Lancellot. Galliæ. conſil.*51.*num.*6. † vbi quod in
praxi ita patroni debent ſeruare *Peregri.conſil.*77. *num.*17. *Maſcard.concluſ.*285.*numer.*6. *Trentacinq. reſol.*12.*num.*10. *Mart. vot.*53 *num.*6. *Barbat conſil.* 54. *libr.*1. *Aym.de antiq.tempor.part.*1. *§.quæritur etiam in hac materia, numer.*37. *Menoch.præſumpt.* 2.*num.*36. *in fin. lib.*5. *Afflict. in conſtit.regn.rubr.* 46. *§.corruptela, numer.*3.*in fin.lib.*2. *Nicol.Genua de priuat.ſcript.lib.*1.*concluſ.*3.*num.*11.& conſ.*Socin.* refert etiam, & ſequitur *Pariſ.conſil.*24.*numer.*17. *lib.*3. *Benintend. deciſ.*62.*numer.*15. *in fin. Ioan.Anton. Baſſus ad Afflict.ſuper conſtit.reg.rubr.*17. *num.* 23.*in verb.quod vbi lex.poſt med.verſic.& ex hoc ha-*
22 *bes declarationem.* † Qui omnes atteſtantur de ve-
ritate iſtius opinionis, ita vt appareat illam non
eſſe nouam, ſed ſæpius in facto occurriſſe, & eſſe
praxi receptam, prout etiam pluries vidi obſer-
uari, & *dixi deciſ.*

Et quamuis ſufficeret auctoritas viginti ſex Docto-
rum quos *ſupra adduximus num.*3.*&* 20.qui ex om-
nibus mundi partibus, & curiis ita concludunt, Ta-
men adeſt etiã ratio, quia ſumus in caſu magis pri-
uilegiato, cùm agatur contra tertium, in cuius præ-
iudicium non eſt omnibus credendum, ideò etiam
23 † neque admittuntur fœminæ in materia *dict. l.ſcripturas.* contra tertium tamquam in eis non præſu-
matur illa integritas, quæ in maſculis, ſed adſit in-
ualidum, & infirmum conſilium, prout in ſpecie
multis auctoribus, & rationibus comprobat *Aym. de antiq.temp.part.*1.*§.quæritur etiam in hac materia, n.*34.*vſq. ad* 38.*poſt Bald.in dict.l.ſcripturas, Decian. in cap.quoniam.colum.*2 *in fin.verſ.ſecunda concluſio. de fid.inſtrument.* vbi de communi *Socin.conſ.*274. *col.*6.*verſ.poſtremo dico lib.*2.

Neque obſtant, quæ dicta ſunt de teſtibus, qui admit-
tuntur in cauſa matrimonij, quamuis non probetur
talis qualitas integritatis, Quia ſumus in caſu ma-
gis priuilegiato reſpectu præiudicij tertij. ideò ne-
que admittuntur fœminæ in materia *l ſcripturas,*
vt dictum eſt. Cùm tamen in cauſis matrimoniali-
bus illæ non excludantur, vt diximus *ſupr. num.*17.
Quamuis etiam verius ſit, quod iſti teſtes non ita
24 ſimpliciter admittantur, † cum potius in hoc ſte-
tur arbitrio iudicis, qui prius debet decernere, qui
ſint omni exceptione maiores ad hunc effectum,
cautè perpendendo, quando fides eis ſit adhibenda,
tam ex qualitate cauſæ pendentis, quàm ex condi-
tione perſonarum pari, aut diſſimili, vt in ſpecie
notat *Couarr.de ſponſalib.part.*2.*cap.*8.*n.*8. *in fin. poſt Hoſtienſ.& Felin.in cap.ſuper eod de teſtib. Lanfranc. in cap.quoniam contra. in verb.teſtes, nu.*9. *de probat. Alciat.præſumpt.*2.*reg.*1.*nu.*4.*Socin.conſ.*17.*colum.*4. *lib.*1.*Aret.conſ.*82.*col.*2.*Abb.in cap.cum Ioannes, &*
25 *ibi Felin.n.*44.*de fid.inſtrum.* † Ita vt neque ſit admit-
tendus, qui improbatis, & leuioribus moribus ſit præ-
ditus in cauſa, quæ requirit teſtem omni exceptio-
ne maiorem *Couar.de ſponſal.*2.*p.c.*8.*nu.*8. vbi etiam
excludit donatarium, qui ingratus ſit donatori *Rip. in l.fi.col.*3.*C.de reuocand.donat.*

Nec facit, quod dictum eſt nos eſſe in caſu iuris com-
munis, in quo non requiritur probatio iſtius qua-
litatis, quidquid ſit in ſtatutis, vt aliquid adda-
26 tur vltra ius commune, † Quia licet qualitas bo-
næ opinionis præſumatur in teſte, Tamen aliud

est quando requiritur, quod sit optimæ opinionis, tunc enim illa est probanda, siue sumus in statutis, siue in dispositione iuris communis *Marsill.sing. 187. qualitas apposita.num.1. Alex.cons.82.num.3.lib. 1.& cons.43.num.24.lib.4.* per doctrinam *Ang.in l.1. §.si quis neget.ff.quemadm.testam.aperiant. Decian.in cap.post cessionem, colum.3. in princ.de probat.& cons. 37.in causa rigorosa accusationis, col.4.in fin.num.8. & Ias.cons.13. col.vltim.ad med.lib.3. Rim.Sen.consil.17.num.16.lib.1.Rot.diuers.decis.474.nu 6.par.1. fol.287.Cephal.cons.327.lib.3.nu.9. Cardin.Mantic. de tacit.& ambig.conuent.lib.22.tit.10.num.17.& 18. Aym. de antiq.temp.part.1. §.quæritur etiam in hac materia num.37.fol.74.Paris.cons.24 nu.14.vsque ad 18.lib.3.& cons.152.num.6.& 7.lib.4. late Benintend. decis.62.num.15. vsque ad 16. Afflict.super const.regn.*
27 *rubr.17.num.23.lib.1.* † qui omnes loquuntur etiam in dispositione legatia requirentis qualitatem in superlatiuo, quod videlicet quis sit optimæ conditionis, cum lex præsumat quidem bonitatem in positiuo, non autem optimam bonitatem in superlatiuo, ideò non mirum, si tunc erit probanda, vt dictum est *sup.num.2.* Et quidquid sit de ista opinione, satis est, quod in casu nostro habemus in specie omnes Doctores, qui requirunt probationem istiusqualitatis in materia *l.scripturas, C.qui potior.in pign.habeant.* ita vt non sit recurrendum ad argumenta, & similia, tanquam casus sit priuilegiatus ob præiudicium, quod posset tertio inferri, vt diximus *sup.*
28 *num.13.* † Cum etiam passim admittatur illa conclusio quod tunc quilibet debeat præsumi bonus, & legalis, ac omni exceptione maior, quando non agitur de præiudicio tertij, Nam aliàs si de eo ageretur, numquam talis præsumptio potest allegari, vel saltem illam alleganti incumbit onus probandi *Felin.in cap.vlt.col.5.ad med.num.12.de præsumpt. Dec.cons.445.num.61. Aym.cons.1.pro gener.num.63. Alciat.præsumps.2.reg.3.num.2. Mascard.concl.222. nu.5.& 6.& conclus.1249.n.20.in fi. & n.24.ad med. Benint.decis.62.n.18.& 19.*

Obseruandum est autem, quod sufficeret oppositio
29 contra personas testium etiam in genere, † quod non sint optimæ opinionis vel idonei, tunc enim siue lex, siue statutum requirat istam qualitatem, illa erit probanda, ne superfluè, aut sine aliquo ministerio censeatur apposita *Amy.de antiq.temp. p.1. §.quæritur etiam in hac materia.num.39. ad fin.*
30 *versic.& ista opinio mihi magis placet.* Ita vt † non obiicere, vel obiicere, vt non probare idem reputetur *Glos. in l.in pr. ff.si quis pauper. fecis.dicat. Curt.Sen.cons.55.nu.3.*

Quibus etiam additur, quod quando versamur in præsumptione iuris, vt vnusquisque præsumendus
31 sit bonus, & † omni exceptione maior, & optimæ conditionis, quamuis ista qualitas non esset probanda secundum aliquorum opinionem, tamen debet saltem allegari *Rimin.Sen.cons.17.num.16.Bertaz.cons.crimin.50.num.8. lib.1.post Soc.cons.274.col. 9.lib.2.Paris.cons.24.num.17.lib.3.Petr.de Moncad. in addit.ad tract. Crot.de testib. num.396. Benintend. decis.62.n.15.in fin.*

EPITOME.

Obligatio an contrahatur datis manibus, vel cessione dextræ. § Et de modo præcipuo salutandi iungendo dextram dextræ. § Et de varijs illius significationibus. § Pollicem premere, & conuertere, & fremitu aspernari, & frameas concutere quid antiquitus. § Salutatio an ostendat nos esse in Ecclesia sancta Dei. § Et an possit denegari, & per illius denegationem an notatius allegetur suspectus. § De more salutandi Summos Pontifices, Imperatores, Reges, Duces, exercitus, populum, & alios. § Et quid seruetur inter Moschouitas, & Indos, & in Capitulis, ac Collegijs, ac apud aurigas Academiarum. § De pace, & osculo solito dari in Missa. § Et an detur in monachos, & in missa mortuorum. § De apparatu, & modo lauandi pedes per Sūmum Pontificem. § Priuilegium quando transeat ad successores. § Papa an semper vtatur salutatione in literis. § Et an salutando excommunicatum, censeatur illum voluisse absoluere. § De pœna non honorantis Magistratum. § Et de exemplis pro conseruanda dignitate. § Et de salutatione data D.Bernardo per Beatissimam Virginem. § Et de S.Chrysostomo vita functo, qui populum salutauit. § Missa an possit celebrari vno tantùm præsente, vel nullo.

SVMMARIVM.

1 *Modus præcipuus salutandi olim erat iungere dextram dextræ, n.9.*
2 *Obligatio contrahitur datis manibus, vel cessione dextræ, nu.4. Intellige vt n.4.*
3 *Sedes fidei antiquitus collocabatur in dextris.*
5 *Tactus manuum est signum euidens perfecti consensus, & firmissimi fœderis, n.8.*
6 *Concordia præsumitur per iunctionem manuum.*
7 *Assensus olim fiebat voce, vel signo manuum & pedum.*
10 *Incolumes in clade seruabantur dextra porrecta, aut salute data.*
11 *Statua Principum erant antiquitus dextra porrecta in signum fidei in Rempublicam.*
12 *Milites Romani deosculabantur victrices dextras imperatorum.*
13 *Dextra est signum hospitij, & pacis, ac silentij.*
15 *Significatio fauoris, & studij erat in pollice.*
16 *Pollicem premere, & conuertere, & vtroq; pollice quid significet, n.17.*
18 *Fremitu aspernari pro dissentire, frameas concutere pro placere.*
19 *Salutatio ostendit nos esse ex Ecclesia sancta Dei cæteros ab illa remotos.*
20 *Salutatio non est deneganda.*
21 *Osculum in missa pro salutatione, & loco illius effigies Christi in tabella depicti, & de osculo pacis, n.23.*
22 *Amicitia ius est in eo, vt vnus quasi animus fiat ex pluribus.*
24 *Pax quare non detur in missis mortuorum, sed dicatur requies.*
25 *Inter monachos non datur pax tamquam mortuos mundo.*
26 *Modus salutandi populos per verba, pax vobis, n.28. & 34.& modus vocandi per verba, Deo gratias, vel alleluia, vel Aue Maria, n.27. Et de D.Chrysostomo vita functo, qui collocatus in Trono dixit ad populum Pax vobis, n.29.*
30 *Episcopus post primam salutationem dicit, vt alius sacerdos Dominus vobiscum, quamuis vnus adsit.*
31 *Missa potest celebrari vno tantum præsente, & quid si nullus existat, n.32.*

23 *Sacerdos solus recitans horas canonicas an dicat Dominus vobiscum.*
35 *De monstruosis formulis salutationum apud antiquas Academiarum.*
36 *Salutatio Parasiti cum pluralitate derisa.*
37 *Mos salutandi Summos Pontifices, eorumq; inaugurationes, & quare ipse nulli mortalium reuerentiam faciat, praeterquam Imperatori, & Regibus aliquantulum assurgendo, cum eos ad osculum pedis, & manus suscipit, secus priuatim, n.38. & quid in Episcopo Bisantino, n.40.*
39 *Pedes lauantur per Summum Pontificem tredecim pauperibus exemplo Christi in signum humilitatis, & de modo, & apparatu remissiuè.*
41 *Priuilegium concessum dignitati transit ad Successores, secus si concedatur personae.*
42 *Imperatores Romani quomodo salutabantur, num.46. & 47. Et de eorum insignis, n.43. Et quid in Christo seruatum fuerit, n.45. Et de salutatione Regum Israel, n.48. & 49.*
44 *Nemo aliquid dixisse praesumitur, quod prius mente non agitauerit.*
50 *Dux exercitus quomodo salutandus à Vexillifero, seu signifero.*
51 *Initio religionis omnia erant communia, & quales tunc temporis erant salutationes, num. 52. & 53. Et quid in Capitulis Ecclesiarum seruetur, n. 54.*
55 *Mos salutandi inter Moscouitas, & Indos, & n. 56.*
57 *Notarius potest allegari suspectus per eum, quem non salutat.*
58 *Papa salutando excommunicatum an videatur voluisse illum absoluere.*
59 *Summus Pontifex an semper vtatur salutatione in litteris etiam directis excommunicatis, & schismaticis, ac similibus, & n.60.*
61 *Exempla Regum pro conseruanda dignitate, & n.62.*
63 *Poena non honorantis Magistratum.*
64 *Regendi auctoritas frangitur dum nimia seruatur humilitas.*
65 *Praesides quomodo se gerere debeant erga Aduocatos. Et Episcopi in praelatione, n.66.*
67 *Salutatio data per imaginem Beatae Virginis D. Bernardo.*

CAPVT DXXXVIII.

* *Adde supr ad cap.284.*

DE * salutatione multa adduximus *supr. cap.*
284. vbi inter alios modos salutandi ille erat
1 praecipuus iungendi dextram dexterae, † cùm per ra-
ctum manus significaretur dilectio *Felin.in cap.re-*
pellantur 6.in fin.de accusat. Quibus addimus, quod
datis manibus, vel cessione dexterae quis obligari
2 potest, † cùm per dextram testis fides dari soleat,
prout notat *Alex.ad Alex.lib.2.dier.genial.cap.*19.
& lib.5. cap.2: Cal. Rhodigin. lib.4.lect. antiq. cap.3.
3 † Quare etiã sedem fidei in dextris collocabat Nu-
ma Pompilius apud *Liuium 1.decad.lib.*1. & fidem
in ipsa dextra sacratam esse voluit, sacrumque fi-
dei instituit, ad quod Flamines curru arcato manu
in digitos inuoluta solemni pompa vehi iussit ma-
gno argumento illam in dextris sanctam sacra-
tamque, & propterea minimè violandam residere
4 *Alexand.dict. lib.2. cap.*19. † Quamuis enim sola
manuum coniunctio non sit stipulatio, nec pars
stipulationis, prout sunt verba, Tamen quando ad
manus tactum verba accedunt, stipulatio est, vt
concludit *Hering.de fideiussor.cap.11.num.*168. *post*
Frider.Prucken per eum allegatum, cons.50.n.192. &
5 *n.603.* † Praesertim, quia tactus manuum est eui-
dens symbolum, ac signum perfecti consensus, &
perfectae pactionis ac maioris fidei *Decian.cons.64.*
n.14.lib.3 post Gle.in l.1.in verb.pactum in fin. ff.de
6 *pact.* † vbi *Bald.in l.3.lectur.in princ.* notat, quod il-
li, qui se capiunt per manus praesumuntur venisse
ad concordiam *Ruin.cons.12.n.12.lib.5.*
Et quod consensus possit per manum declarari pa-
ret, quia olim assensus in Senatu fiebat voce, vel si-
7 gno, † Dupliciter autem per signum, vel manu, vel
pedibus, & manu quidem quoties ea exporrecta
significarent talem sententiam approbare *Senec.*
epist.8. Vopisc.in Aureliano, Lips.ad Tacit.lib.15.nu.
37. & in notis ad lib.4 histor.nu.4. & lib.4. de milit.
Roma dialog.9. Hering.de fideiussor.cap.11.num.170.
8 *&* 171. vbi etiam quod apud Persas dextra † In pri-
mis erat firmissimi foederis signum *Gemistus Plet-*
gen.lib.2. de reb graecor. & si quid firmum, illiba-
tumque volebant, illud dexterae, & fidei pignore
Persae sanciebant *Diodorus.* Et dextram in fide por-
rigi *ex Plinio* nouimus, Cuius rei causam *Varro*
Callimachum secutus esse ait, quod omnis Vete-
rum auctoritas constaret virtute dexterae manus,
9 † propterea inquit, maiorum haec fuit salutatio,
vt hac se potissimum corporis parte venerarentur.
Et C.Marius, cùm in Romanos maxima clade sae-
uiret, quos seruare voluit dextra porrecta, aut sa-
10 lute † data incolumes fecit *Alexand dict.lib.2.cap.*
19. vbi etiam quod apud Romanos ita effictas vi-
demus statuas pedestres, & equestres Principum,
11 & benè de Republica meritorũ, † vt dextra porre-
cta fidem in Rempublicam ostendant, & Romani
Milites deosculabantur victrices dextras Impera-
12 torum, † quod fideli eorum imperio hostes vicis-
sent. Et apud Lingones dexterae effigies praesenta-
13 bat symbolum hospitij, † & apud Aphros, &
Numidas omnes putarunt magnum viro inesse
auctoritatem, ac maiestatem, Dextra quippè
manu pacem imperabant, & silentium indica-
bant, quae omnia habentur apud *Alex.d. cap.*19.
14 *lib.2.* † Et legimus Hircanos, & Medos dextram
dexterae iungentes conuentiones facere, & pacta
sancire solitos, Prout etiam Parthi apud altaria
complexis dextris, tanquam diis testibus, & ar-
bitris pacta faciebant *Alexand. lib.5. cap.3. cum*
aliis per Tiraquell. de primogenit. in praefat. num.16.
& 17.
Immò non solùm consensus manu dextra indicaba-
15 tur, vt dictum est. † sed etiam antiquitus in pollice
erat significatio fauoris, & studij. Nam qui faue-
ret pollicem premebat, qui minus faueret pollicem
conuertebat; Qui gestus in prouerbium abierunt,
16 † vt iam dicatur pollicem premere, qui quoquo
pacto fauet, conuertere autem qui malè vult *Plin.*
*lib.*17 *cap.2. & Iuuenalis satyr.3.* Conuerso pollice
vulgi quemlibet occidunt populariter *Horat.1.*
epist.19. vtroque pollice dixit pro summo fauore.
Consentire tuis studiis, qui crediderit te fautor
17 vtroque tuum laudabit pollice ludum. † Quamuis
vtroque pollice, id est pro vtraque manu accipia-
tur Synecdoche à parte ad totum *Manutius in a-*
dag. & notat *Tacit.de moribus, German.col.*8. Quod
Rex, vel Princeps, prout aetas cuique, prout no-
bilitas, prout decus bellorum, prout facundia est,
18 audiuntur † auctoritate suadendi magis, quàm au-

diendi potestate, si displicuit sententia, fremitu aspernantur, sin placuit frameas concutiunt. Honoratissimum assensus genus est armis laudare.

Et sicut per tactum manus significatur dilectio, vt dictum est, Ita etiam per salutationem, adeò vt hinc incredibilis efficacitas amicitiæ inter nostros exi-

19 stentis, † ostendat nos esse in Ecclesia Sancta Dei, cæteros autem ab illa longè remotos, Etenim tantam nostri inter nos colligationem amicitiæ esse voluerunt, vt nemini liceat non excipere salutationes Christiani, aut nutu saltem reddere, aut per indignationem non aduersari, alioquin absolui non possit, Et, ne alicui hæc parua videantur, hic sciat, quod si à nostris hæc parua curantur, non potest esse locus magnis criminibus. Iccircò si quis aliquem maximè læserit, vel ei quidquid est bonorum abstulerit, necesse est à læso erratum condonari, ac loco amici censeri, amicorum si-

20 gna, † & salutationes non denegando, dummodo tamen veniam petat, & sit paratus restituere, quod eripuit, si possit. Hinc priscis temporibus salutabant se Christiani in missarum celebratione osculo sancto, qui mos, ne quis forsan illo abuteretur, ita sublatus est, vt tamen effigies Christi in tabella depicti soleat in Missis solemnibus de-

21 osculaturis omnibus offerri, † vt sic in Christo omnes mutuis osculis coniungantur, & cuiuslibet spiritus se in alterius quodammodo spiritum insinuet, ac contingat, quod antiqui aiebant, vt singulis Christianis sua quidem sint corpora, sit ta-

22 men cunctis vnus spiritus, † Amicitiæ enim ius fit in eo, vt vnus quasi animus fiat ex pluribus, cùm impossibile sit, vt in illo adsit amicitia, in quo non semper residet vna & eadem voluntas, non varia, commutabilis, ac multiplex, Vnde eos, qui sibi diffident tanquam à nobis alienos rectè dicimus non posse colere amicitiam, ex qua nos esse in Ecclesia Dei per supra dicta comprobat *Thomas Bozius, de sign. eccles. lib. 10. cap. 7. sign. 41. tom. 1. fol. 397.*

De pace autem, & osculo pacis, quod datur in Missa *Dion. de eccles. hierarch. cap. de commun. Tertull. lib.*

23 *de orat.* † *Naz. orat. 5. de pac. Chrysost. lib. 1. de compunct. cord. Flor. in exposit. miss. Lelius Zecchus de sacram. cap. 16. rubr. de precat. agnus Dei & pacis, fol. 369.* vbi quod significat pacem datam Discipulis, vt eam habeamus non solùm in ore, sed etiam in pectore, & ideò Sacerdos osculatur altare, quod significat Christum, vt ab eo accipiatur pax vera, quæ populo detur, sic tamen, vt viri viros, mulieres autem fœminas osculentur, in cuius osculi locum ob corruptelas successit mos tradendi tabulam continentem Christi imaginem deosculan-

24 dam *Biel. in canon. miss. lect. 81.* † Quamuis in Missis mortuorum non detur pax, quia non egent pace corporis, sed requie, cùm sint in pœnis, Quare dicitur dona eis requiem, & pronuntiatur ter, vt eis detur sublatio pœnæ, & gloria corporis, & quia pœna sublata remanet adhuc desiderium gloriæ, & ante resurrectionem inest animabus quædam naturalis inclinatio reassumendi corpus, ideò additur tertiò requies sempiterna, quæ erit in patria corporibus reassumptis, licèt prius anima sit essentialiter plenè beata *Timoth. quæst. 35.* de quo per *Lel. Zecch. dict. cap. 16. sacram. fol. 369.*

25 † vbi etiam quod pax non datur inter monachos cùm sint mortui mundo *cap. placuit 16. quæst. 1.* Nec in die parasceues, nec in Sabbato Sancto, nec in die passionis Domini *Amalar. libr. 1. cap. 13. & lib. 3. cap. 44.*

Vetustissima autem ceremonia, & Apostolica traditio erat salutandi populum per illa verba Pax vo-

26 bis, † vel Dominus vobiscum, vt in *Concil. Bracar. 1. can. 21. Dion. de eccles. hierarch.* Et hæc salutatio sumpta est ex libro Ruth. sic enim Booz legitur salutasse messores suos *Iudic. 6. Rut. 2. 2. Par. 27. Luc. 1.* in quibus locis Hebræi sic salutantes dicebant, & notat *Gloss. in cap. hoc quoque 59. in verb. dominus*

27 *vobiscum, de consecr. dist. 1.* † Dicitur autem ista salutatio ante Oremus, quoties populus excitatur ad orandum, vel audiendum, vel olim religiosi cùm aliquem vocabant dicere solebant Deo gratias *D. Aug. Psal. 32.* & Paula cum virgines conuocabat, dicebat Alleluia *D. Hieronym. in eius vita*, & nunc in monasteriis virginum dicitur, Aue Maria.

Pontifex verò prima vice dicit, Pax vobis, quæ anti-

28 quissima forma est, vt patet in Liturgiis † S. Iacobi, & Basilij, vt testatur *Ambros. de dignit. sacerd. c. 5. & Chrysost. homil. 3. ad Coloss.* Mox vt Præsul Ecclesiæ ingreditur dicit Pax omnibus, quando concionatur, Pax omnibus, quando benedicit, Pax omnibus, quando salutem optare iubet, Pax omnibus,

29 quando sacrificium absoluit, Pax omnibus, † & *Niceph. lib. 14. cap. 43.* ait Chrysostomum vita functum, cùm in throno collocatus esset à Proclo Patriarcha, dixisse ad populum, Pax vobis.

Post primam verò salutationem Episcopus dicit, vt

30 alij Sacerdotes † ad exemplum Christi, qui post resurrectionem apparens discipulis, dixit Pax vobis *Innoc. lib. 2. cap. 24.* & licèt vnus tantùm esset adstans Missæ ad hunc dicit Dominus vobiscum, quia Ecclesiam alloquitur, & is vnus repræsentat totum populum Christianum *Innoc. d. lib. 2. cap. 25.*

31 † vbi quod vno tantùm præsente potest Missa celebrari necessitate, quia Angelos ibi adstare piè est credendum, non tamen si nullus præter Sacerdo-

32 tem adsit † ex *Conc. Moguntien. cap. 43. Basil. cap. 8. sess. 21. cap. proposuit. de fil. presbyt. Abb. in cap. 3. n. 1. ante fin. de vit. & hon.* vbi quod presbyter non debet dicere missam sine clerico, si tamen solus diceret, nihilominus conficeret, licèt cum peccato, quia ab substantiam actionis, & confectionis sufficiunt illa pauca verba, quæ dicit Sacerdos in secreto *cap. paucis, de consecrat. dist. 2. Abb. in d. cap. 3. notab. 2. in fin. vit. & honest. cleric.* quod si Sacerdos

33 solus recitet horas Canonicas dicat, † Domine exaudi orationem meam, non Dominus vobiscum *Dur. lib. 4. cap. 14. Alb. de hor. canon. qu. 12.* licet aliter sentiat *Nauar. eod. tit. de hor. can. cap. 22. Mis-*

34 *cell. 19. de quo Lel. Zecc. de Sacram. c. 16.* † vbi etiam quare ista salutatio, Dominus vobiscum, dicatur quinquies ad dexteram, & populus respondeat, Et cum spiritu tuo *Petr. Dam. cap. 23. Dur. lib. 4. c. 14.* Et multa alia de huiusmodi salutatione ad Populum Dominus vobiscum, & Pax vobis *Durand. de ritib. eccles. lib. 2. c. 15.*

De Aurigis autem Academiarum, qui nimirum vel maximè laborant philautia, hoc est amore sui

35 ipsius, obseruandum est, † quod apud eos etiam primùm enatæ sunt monstrosæ illæ formulæ salutationum, quantum intuitu nemo ferè hodie, qui sibi esse videatur alicuius sagacitatis, sustinet se salutari, nisi plurali, adeoque multarum humanitatum numero, ac nomine; Quamuis non

sint

sint approbandę huiusmodi salutationum formulæ,cum neque constet an in Academiis,vel in Culinis enatæ sint, neque adsit aliqua constructio grammaticæ, videlicet si dicatur vidi Vos ambulantem,Nec est,quod quis obtendat honorem crescere etiam aucta pluralitate.Quid enim sacrifico de suo honore decedit, si æditiuus respondet, & cum spiritu tuo, cùm debuerit potius iuxta hunc parasiticum loquendi modum dicere, & cum spi-
36 ritu vestro.† Rectè igitur, ac falsè, immò asperè potius quidam talem salutationem derisit,Is enim cùm solus esset in conclaui,& parasitus quispiam multa cum pluralitate adiret, iterum atque iterum circumspectans, respondit,cæteros abiisse,ac se solum esse,si quid vellet opportuniore tempore rediret, dum illi adessent; Illi verò negat se quemquam, præter ipsum vnum quærere; Tum alter hominem percontatur, quot illic lectos videret; Quum vnum duntaxat respondisset, Et quæ tandem inquit intemperiæ te agitant,aut è qua popina nobis probè potus ades,vt ego tibi non vnus videar, sed multi? Et quidem rectè, nam verus honor non in huiusmodi lenociniis,sed in studiorum præmiis consistit. *Sim. Maiol. colloq. seu dier. canicul.6.col.62.fol.360. tom.2.*

De more autem salutandi Summos Pontifices, eorúmque inauguratione multa *Sim. Maiol. colloqu.*
37 *6. tom.2.* † vbi etiam, quod quamuis schola ethica doceat honorem non esse eius, cui tribuitur, sed illius qui tribuit, Tamen Summus Pontifex nemini omnino mortalium reuerentiam facit assurgendo manifestè, aut caput inclinando, seu detegendo: Romanorum tamen Imperatori,postquam illum sedens ad osculum pedis, & manus suscepit, aliquantulum assurgit, ad oris osculum mutuo charitatis amplexu illum benignè recipiens.Idem aliquando facit,& magnis Regibus:Cæteros omnes tam Principes, quam Prælatos cuiuscumque dignitatis sint, cùm ad oris osculum eos recipit, non assurgit, sed sedens recipit. Consue-
38 uerunt tamen † Pontifices Cardinalibus; & maximis Principibus priuatim aduenientibus, & reuerentiam facientibus, cùm non sunt in Pontificalibus aliquantulum caput inclinare, tamquam reuerentiam reddentes, & hoc non ex officio,sed ex laudabili humanitate, Hæc sunt verba formalia *Auctoris tractatus cæremoniarum sacrarum lib.2.c.2.* qui huiusmodi actibus non semel oculatus specta-
39 tor interfuit: † Quæ quidem non sapiunt fastum, neque arrogantiam, tamquam concernant dignitatem Vicarij Christi, cuius exemplo in signum humilitatis, atque seruitij quotannis lauat pedes tredecim pauperibus, cuius modum, seu structuram, & apparatum describit *Auctor. sacrar. ceremon.lib.2 c.2.* & refert etiam *Sim. Maiol. colloq.6. tom 2. fol.34.*

Quare fabulosa videntur, quæ scribit *Cuman. in l.1.*
40 *ante med. C. de sen. pass.* de Episcopo Bisuntino † qui adoraturus Papam, vendicabat sibi hoc priuilegium inter omnes,vt sibi Papam adoraturo assurgeret Summus Pontifex propter beneficium collatum ab Episcopo antecessore in oratione existente Summo Pontifici, qui hoc priuilegium concessit
41 Episcopo Bisuntino, † quod tamquam concessum dignitati prætendebatur apud omnes successores transire *Bald.in l.sordidorum, Cod.de excus. muner. Anchar. cons.327. num.2. cum aliis per Surd. consil. 262. num.40. vsque ad 43. lib.2.* Quidquid aliud sit in priuilegio personali, quod mutatione personæ extinguitur *cap.priuilegium 7.de regul.iur.in 6.Bartol.in l.paulus.in fin.de acqu.hæredit.Ias.in auth.quas actiones.num.41.C.de sacros.eccles.Surd.cons.127.nu. 67.libr.1.*

De antiquis autem ritibus, ac moribus, qui seruabantur in Romanis Imperatoribus intronizandis,
42 † vel insigniendis refert *Herodian lib.2.* de Macrino loquens, exercitus, inquit, omnis, cæterúmque vulgus Imperatorem, atque Augustum consalutauit, tum amictum purpura, reliquóque ornatu, atque apparatu ibidem ex tempore conquisito, præcedente etiam igne, in Antiochiæ primùm tem-
43 pla, mox ad suas ædes deduxerunt.Ex quibus † notantur insignia, nomen, & salutatio Imperatoris, & Augusti, amictus purpurę,deductio in templum, & ignis prælatio: Meminit *Idem Auctor* de ignis prælatione *in Pertinace. lib.2. & lib.1.in Commodo,* vbi & de aliis insignibus. Salutatio nomine Imperatoris testimonium habet pectoris, & animi subditorum, qui alio modo quàm externa & prodeunte imagine mentis, nempe voce, non potest appa-
44 rere: nemo enim † aliquid dixisse præsumitur, quod prius mente non agitauerit *l.labeo 7. § 1.ff.de suppellect.legat.* Sic milites Prætoriani Romani sub præside Pilato per contumeliam exuentes Dominum Iesum propriis vestibus chlamydem cocci-
45 neam circumdederunt ei, † & plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, & arundinem pro sceptro in dextera eius, & genu flexo ante eum illudebant ei, dicentes, Aue Rex Iudæorum *Matt.cap.27.versic.27.& sequentib.* Ita imitati insignia data aliis Regibus in Christo per irrisionem dantes ei purpuram, coronam, & salutationem regiam.*Herodianus rursum in princip.lib.*
46 *4.* † dum agit de filiis Seueri, qui imperium inter se diuiserant, refert eos dum in Vrbem venerunt à Populo, & Senatu Imperatores consalutatos, eos autem præisse cum purpura Imperatoria. Idipsum factum in electione Gordiani *libr.7.* & additæ, inquit, virgæ laureatæ, quo insigni Principes à priuatis dignoscuntur *Petr.Gregor.de republ.cap.20.n. 5.lib.6.*

Primæ etiam Imperatorum salutationes erant cum adoratione, sicuti *Herodianus lib.3.* innuere vi-
47 detur † dum de Plautiano agit, quem, cùm mandata ab eo de necando Seuero cum filio Antonino,Saturnino dedisset, vt sibi imperium vsurparet, is Saturninus, vt ait, pro Imperatore adorauit. Inter salutandum Regem ab initio in Israel, dum apparebat, erat illa vox vsurpata, Viuat Rex,
48 vt † dum Saul primùm electus,& exhibitus populo per Samuelem *1.Reg.cap.10.vers.24.* Pari modo postquam Sadoc Sacerdos vnxit Salomonem in Regem iussu, & loco patris senis Dauid, buccinæ cecinerunt,& dixit omnis populus,Viuat Rex Salomon *3.Reg. cap.1. vers.39.* Cùm etiam Ioiadas sacerdos Dei constituit Ioas Regem filium Ochoziæ,produxit eum,& posuit super eum diadema,& testimonium, feceruntque eum Regem, & vnxerunt, & plaudentes manu dixerunt, Viuat Rex, *4.Reg.11. vers.12. & 2.Paralipom. cap.23. vers.11.*
49 † Sic etiam salutasse Reges Iudæos, & sapientes constat, vt *Danielis 2.cap.* Sapientes qui aderant vocati Nabuchodonosor, ad explicandum somnium: Rex, inquiunt, in sempiternum viue. Sic

Regem Babylonis alium salutauit Neemias, Victor Rex *cap.2.Petr.Gregor.Tholos.de republ.lib.6. cap.20.numer.6.* vbi etiam *numer.7.in fin.* Quod cùm rebellarunt Afri contra Maximinum, circumfusi Gordianum senem proconsulem tunc Africæ purpura induerunt, atque augustalib. ho-
50 noribus consalutarunt *Herodian.lib.7.* † Quomodo autem Duces exercitus salutentur à signifero, seu vexillifero *Francisc.Ferret.de Ancona de obseruantia militari lib.1.serm.4 colum.2.in fin.* vbi quod propter dignitatem armorum absque vllo motu capitis, aut pedis solum inclinatur summitas vexilli in signum salutationis, seu reuerentiæ suo Principi debitæ.

Initio autem religionis, & tempore feruentis fidei,
51 multitudinis credentium erat cor vnum, † & anima vna, nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia *Actor.cap.4.versic.2.* Solebant in sacra synaxi Christiani in testimonium dilectionis, causa religionis se mutuo osculari, vt ait *D. Dionysius Areopagita, & Cyrillus in mystagogicis orationibus, Clemens Romanus lib.2.const. Apostol.*
52 *cap.61.* † Salutent inter se, inquit, viri, & inter se mulieres osculo in Domino, sed caueant, ne quis dolosè id faciat, sicut Iudas osculo Dominum tradidit, & *D. Paulus ad Romanos cap.16. versic.19.* Salutate inuicem in osculo sancto, quod etiam repetit *ad Corinth.16.versic.20.* & priore *ad Corinth.cap.13.versic.12. ad Thessalonic.5.11.26. & D. Petrus 1.epist.cap.5.versic.14.* Sicque excipiebantur homines olim maximè inter Iudæos, cum symbolo hoc amicitiæ osculi *Lucæ 7.* Sic osculabantur Paulum fratres, seu fideles *Actor.28.* Sèque ad inuicem separantes Ionatas, & Dauid flentes *1.*
53 *Reg.20.* † Et Laban cùm audiuisset Iacob filium sororis suæ venisse occurrit obuiam ei, complexusq́; est eum, & in oscula ruens duxit in domum suam *Genes.29.* Iacob moriturus applicitos ad se filios Iosephi, Manassen, & Ephraim deosculatus, & circumplexus est eos *Genes.48.vers.10.* Pater filium prodigum reuertentem misericordia motus, accurrens cecidit supra collum eius, & osculatus est eum *D.Luc.capit.15.versic.20.* Et alicubi
54 † adhuc in Capitulis Ecclesiarum Cathedralium durant vestigia, vt Canonica fratres, sub sacra synaxi se excipiant, vt salutent vicissim dato osculo *cap.dilecto filio 25.de præbend.* & notat omnia prædicta *Petr.Gregor. Tholos.de republ.11.cap.18.nu.2. fol.977.*

Et de Moschouitis meminit *Alexand.Guagninus Veroniensis in descriptione Sarmatiæ Europeæ capit.4 de consuetudine moribusq́, Moschouitarum.fol.24.in de-*
55 *scriptione Moschouiæ,* † quod ædes ferè omnes apud Moschouitas, tam in pagis, quàm in ciuitatibus sub ædificatis promptuariis, clariisq; supernè locantur, ad quas per gradus ascenditur, Quamuis autem vestibula ædium satis alta, & ampla habeant, fores tamen habitationum humillimas faciunt, Ita vt ingressurus quispiam inclinare, & demittere se cogatur; In singulis habitationibus Imagines Diuorum in tabulis pictas loco honorificentiore sitas habent, præcipuè autem Diui Nicolai, Passionis Christi, Mariæ Virginis, & S.Petri, hásque maximo honore prosequuntur, & pro Penatibus venerantur, cùm autem vnus ad alium accedit, ingressus habitaculum non statim Dominum domus salutat, sed continuò caput aperiens, vbi sit Imago diligenter circumspicit, qua visa cum magna reuerentia ter se Crucis signo caput inclinando munit, dicens Iesu Christe fili Dei viui miserere mei, Postea porrectis sibi manibus alterutrum sese inuicem salutantes, deosculantur, capitáque more patrio frequentius inclinant, id tamen tam viris, quàm mulieribus peculiare est, in congressu de omni consanguinitatis familia alterutrum percontari, an rectè pater, mater, vxor, filij, fratres, &c. valeant, post vnamquamque interrogationem, & responsionem caput multoties inclinantes, maximéque mutuo se inspicientes obseruant, vter magis se inclinaret, vt ità frequentius caput alternatim inclinando de honore concertant, hospes tandem discessurus ter se signat Cruce priora verba reuerenter proferens, salute ad alterutrum data abit.

Et in India Occidentali in Insula dicta Spagnuola,
56 in regione del Cacique, † si contingat alicui nasci puerum, seu puellam, omnes vicini se conferunt ad domum parturientis, & introeuntes in cubiculum, in quo iacet, salutant filium, seu filiam diuersis nominibus, vel facellæ relucentis, vt facellæ plenæ flammis, Alij vocant victorem inimicorum, Alij nepotem fortissimi Domini, seu splendidiorem auro, fœminis autem dicunt magis odoratam aliquo flore, exprimendo nomen floris, vel dulcem magis aliquo fructu, oculos Solis, seu stellarum cum similibus salutationibus, vt notat *Ioan. Baptista Rainutius lib.3.nauigation. in summario Indiæ Occidentalis Petri Martyris, fol.41.col.1.ad med.*

Addendum est etiam, quod notarius potest allegari
57 suspectus per eum, quem non salutat † *Franc.Niconitius in cap.quoniam contra.num.452. de prob.tom.3.fol.303.* Quia salutatio est maximum beneuolentiæ argumentum, Ideò si Papa aliquem excommunicatum ex certa scientia salutauerit, eo ipso præ-
58 sumitur, quod illum voluerit absoluere † *Gloss. in cap.si aliquando 41. in verb.salutationis, ad med.de sentent.excommun.* cum distinctionibus, de quibus *ibid.* & per *Speculat.de leg. §.nunc ostendendum, col.7.versic.vigesimonono.Oldrad.cons.331.ad idem infra scripta.col.2.in princ.num.3.* Papa enim semper vtitur salutationibus nisi dirigat litteras hosti, schis-
59 matico, seu excommunicato. † vel alteri cui subtracta est gratia Sedis Apostolicæ, sed tunc eius loco scribit spiritui consilij sanioris, vel alio modo, de quo per *Butr. in procem.decretal.colum.4.ad fin. vers.quæro an semper papa.num.32.* vbi addit se vidisse litteras *Gregorij XII.* quas portauit tamquam vnus ex ambasiatoribus Regi Franciæ, & aliis Du-
60 cibus schismaticis, † in quibus non fuit omissa salutatio ad captandum fortè beneuolentiam super ablatione schismatis, quod durauerat quasi triginta annis, de quo *Idem Butr.in cap.quo ad consultationem, de re iudicat.*

Vlterius obseruandum est, quod Numidæ Reges more gentis suæ nulli mortalium osculum fere-
61 bant † quidquid enim in excelso fastigio positum est, humili & tuta consuetudine, quo sit venerabilius, vacuum esse conuenit *Valer.Maximus lib.2.capit.6.* Et in conditionibus, quas cum Mithridate aduersus Romanos, Sertorius iniuit, misso in Asiam Mario Prætore, vt suo & populi Romani nomine eam prouinciam obtineret, cauit, vt cum

vt cum fascibus Marius Mithridatem præcederet,
61 † donec in ea prouincia Mithridates maneret, vt ait Plutarch. idque ad conseruandam dignitatem, quam & Alexander Magnus etiam puer conseruandam respondit, Dum enim inter eiusdem ætatis pueros constitutus, quidam percunctaretur lubenter certaturusne esset in stadio, pedum enim præstabat pernicitate: atqui perlibenter, inquit, si certaturi secum Reges essent *Plutarch. in apophthegm.*

Et Romani erga impudentes, & inhonorantes Magistratus, qui causam publicam sustinent, seueri fuerunt, Legitur enim de Seruilio Isaurico, is enim
63 cùm sibi peditus Vrbem ingredienti † quidam ei obuiam factus fuisset, nec equo, quod vehebatur desiliisset, sed recta præteruectus esset, vbi eum fortè in iudicio vadimonium habentem cognouit, rem eam iudicibus enarrauit, ij autem tanta indignatione correpti sunt, vt indicta causa hominem condemnarint *Dio Cassio. lib. 45. histor.*

Et passim nimia humilitatis, vel neglectus suæ dignitatis, & Principi, & subditis, & dignitati officit, & dum nimia seruatur humilitas, regendi fran-
64 gitur auctoritas † *D. August. serm. 3. de vita cleric. cap. quando necessitas* 86. *distinct.* consiliumque adhibendum est Vlpiani, qui de auctoritate publica
65 conseruanda erga aduocatos † præsidibus respondit, vt patientes sint erga eos, sed cum ingenio, ne contemptibiles videantur *l. nec quidquam, ff. de offic. proconsul.* Et D. Paulus instituit Episcopum Titium iuuenem, quomodo in prælatione
66 modestè † & fraternè se gerere debeat cum subditis, nemo, inquit, adolescentiam tuam contemnat, sed exemplo esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. De eodem alibi admonet Titium, hæc loquere, exhortare, argue cum imperio, nemo te contemnat. Et de vitando huiusmodi neglectu per Principes, & Dignitates multa *Gregor. Tholos. de republ. lib. 8. cap. 4.*

Alia multa circa salutationes, & honores debitos diuersis personis omittuntur, cum omnis longum esset omnia recensere, & satis sit hæc pauca in vnum collegisse, quæ inter legendum occurrerunt quibus pro complemento præsentis capitis addendum est indignissimum illud miraculum,
67 † quando D. Bernardus Spiram profectus est iussu Pontificis Innocentij II. ad fœdera inter Principes componenda; Nam Imperatore astante, ac reliquis plerisque principibus, innumeraque multitudine, audita est clara voce ab imagine Beatissimæ Mariæ Virginis hæc salutatio expressa, Salue Bernarde, Idque plerique memorant, & præcipuè *Naucler. gen. 39. anno Domini 1142. Sim. Maiol. dier. canicul. colloq. 23. paulò ante fin. p. 1. fol. 553. versic. huius rei insignissimum.*

EPITOME.

Descriptio quando habeat vim traditionis in incorporalibus. ¶ Reseruans sibi dispositionem officij resignati an dicatur de eo disposuisse decedendo ab intestato, seu condendo testamentum. ¶ Et quid stante clausula Durante vita, in reseruatione apposita. ¶ Dispositio prohibita filiis in vita patris an censeatur permissa post illius mortem. ¶ Verba, Quod quis possit de aliqua re disponere, quando trahantur ad vltimas voluntates. ¶ Dictiones, Sed, & similes aduersatiuæ an sint coniunctiones, & quo casu retineant idem thema, & eundem casum reperendo omnes qualitates præcedentes. ¶ Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum cum reseruatione disponendi de certis rebus tam in vita, quam in morte an sit valida. ¶ Prædia descripta per vnum ex fratribus in æstimo an sint acquisita aliis fratribus.

SVMMARIVM.

1 *Descriptio habet vim traditionis in incorporalibus, & per eam acquiritur dominium, maximè inter coniunctos num. 3.*
2 *Mandans prædia per aliquem empta describi in æstimo nomine suo, & fratrum facit, vt dominium sit omnibus acquisitum.*
4 *Reseruans sibi dispositionem officiorum resignatorum dicitur de illis disposuisse condendo testamentum vel decedendo ab intestato Fallit stante clausula, durante vita, in reseruatione posita. nu. 6. & 7. Contrarium nu. 8. Sed prima opinio est verior. num. 5. 10. 11. & 12. Amplia vt nu. 14. & 17.*
13 *Verba, quod quis possit disponere in vita sua, posita in contractu intelliguntur secundum subiectam materiam, secus si in vltima voluntate ponerentur.*
15 *Correctio non debet dari incontinenti.*
16 *Pars vna scripturæ declaratur per aliam, & sequentia restringuntur per superiora.*
18 *Dispositio prohibita filiis in vita patris censetur permissa post illius mortem, & è contra nu. 19.*
20 *Officia empta per patrem filiis censetur donata, si donatio confirmetur per mortem seu emancipationem.*
21 *Æqualitas est seruanda inter fratres.*
22 *Verba, quod quis possit disponere de aliqua re, trahuntur ad vltimam voluntatem, etiam ex proprio significatu.*
23 *Dictio, sed est aduersatiua.*
24 *Oratio perfecta non admittit repetitionem.*
25 *Aduersatiua est coniunctio, & retinet idem thema, repetendo omnes qualitates præcedentes.*
26 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum cum reseruatione disponendi de certis rebus tam in vita, quàm in morte, est valida.*
27 *Proprietas verborum non attenditur, vt actus sustineatur.*

CAPVT DXXXIX.

Officia, de quibus agimus, non sunt conferenda cum aliis fratribus, sed censetur per patrem donata duobus filiis, etenim dominium fuit in illos translatum ex eo, quod in illorum
1 personam est facta acquisitio, & descriptio, † quæ habet vim traditionis, Cùm in istis iuribus incorporalibus non possit considerari meliori modo traditio, & effectuatio translationis dominij, quàm faciendo cancellari proprium nomen, & describendo in alium, in quem volumus transferri dominium, quamuis enim non interueniat traditio vera, Tamen illa descriptio habet vim traditionis fictæ, quæ idem operatur quod vera *Ang in l. 2 Cod. de dot. caut. non nu.* & declarat *Hieronym. de Sanettis inter cons. Socin. cons. 6. num. 9. versi. non obstant allegata, lib. 4. Bero. cons. 178. num. 9. lib. 2.*

Alexand.conf.147.nu.5.ad fin.versic.plus autem dice-
rem, lib.5. per doctrinam *Bald.in l.quidam in suo, in*
fin.princip.vers.ex prædictis apparet.ff.de condit.instit.
Dec.cons.146.pro tenui, col.6.ad fin.nu.13.Paris.cons.
115.nu.24.lib.4.Roman.cons.291.num.7.cum aliis per
Becc.cons.156.n.13.lib.2.per text.in l.censualis, Cod.de
donat.& l.Pomponius scribit,ff quibus modis vsusfruct.
amittat.

Quemadmodum dicimus de eo, qui mandat prædia
2 per ipsum empta describi in æstimo, † seu libro
censuali tam nomine suo, quàm aliorum fratrum,
ex hac enim descriptiooe facit, vt dominium sit
omnibus acquisitum, sicut illi quem tenor instru-
menti designat, quamuis res non fuerit tradita
Bart.in l.rura, & possessiones,num.1.C.de omn.agr.de-
sert.lib.11.Decian.cons.10.viso puncto, n.19.post princ.
versic.secundo alio medio. Roman.sing 433.emo rem,
nu.1.& ibi Add in princ. Idem Roman.cons.291.nu.7.
& ibi Mandos.in verb.acquisitum. Alexand.ad Bart.
in l.vlt.in fin.C.de prad.& omnib reb.nauicul.lib.10.
Ias.in l.decem stipulatus 116.n.35.de verb.oblig.Castr.
in l.scriniarios 16.nu.4.C.de test.mil.Alciat.præ-
sump.17.num.4.reg.3.latè Menoch.cons.222.num.46.
cum seq.lib.3.

Præsertim, quia sumus inter ascendentes, & descen-
3 dentes, & coniunctas personas, † inter quas ma-
gis talis descriptio inducit donationem, & domi-
nij acquisitionem *Bart. in l.qua dotis 34 colum.3.post*
med.vers.quero vlterius n.12 ff.solut.matrimon. quem
ab omnibus approbari testatur Thesaur. *qu.forens.*
lib.1.qu.57.nu.5.Bero.cons.178.nu.10.lib.2.

Neque obstat decretum, seu reseruatio facta per pa-
trem de disponendo liberè de dictis officiis, quæ
4 conditio euenit, † Cùm Pater fecerit testamen-
tum, per quod dicitur de illis disposuisse *Salic.in l.*
filiæ.num.2.C. famil.erciscund. Bero.consil.55.num.4.
5 *& 10.lib.1.* † Cùm etiam sufficeret illum dece-
sisse ab intestato ad hoc, vt censeatur dispositum
de bonis, de quibus poterat quia ex pacto, vel
aliter disponere, iuxta communem opinionem
Doctorum, de qua latè per *Surd.decis.272.numer.*
21.Menoch.450.num 5.vsque ad num.9.lib.10.Curt.
Iun.consil.4.num 4. Aym.cons.176 in fin. Marcabr.
*consil 81.*cum aliis, quos supra adduxi *c.221.& c.50.*
numer.21.Thesaur decis.97.num.1.& 3. iuxta distin-
ctionem *Cagnol.* quem ipse sequitur *in l.fin.numer.*
246.C.de pact.

Quia ista reseruatio fuit facta solùm durante vita
6 patris resignantis, † per quem in decreto prohi-
betur dispositio filiis resignatariis, durante vita sui
patris, ex quibus verbis non censetur reseruata fa-
cultas testandi, sed solùm disponendi inter viuos,
quia aliàs dicta verba nihil operarentur, cùm sa-
tis fuisset dicere, quod posset de dictis officiis di-
sponere, absque eo, quod adderetur ista clausula,
in vita, vnde talia restrictio dicitur excludere vl-
timam voluntatem, vt in specie multis rationibus
comprobat *Bartol.consil.76. pater filio emancipato,*
nu.4.& colum.1.in fin.vers.nec tamen monet ad hoc,
libro 1,

Neque erit attendendum, si diceretur, quod con-
tra Bart. latè consuluerit *Ias.cons.130. in casu occur-*
renti.colum.4.in fi.versic. non obstat decisio. & versic.
7 *sed vlterius videtur.lib.4.* † Quia Ias. est sibi con-
trarius, cùm opinionem Bart.latius comprobaue-
rit *in l.stipulatio hoc modo concepta 61.column.6.in fin.*
versic.aliud multum singulariter, num.18.ad med.ff.
de verb.oblig. vbi etiam reprehendit Roman.dum
in huiusmodi casu reliquit cogitandum, quasi
hoc non dixisset, si vidisset, vel recordatus fuis-
set de Bartol. qui in puncto dictam quæstionem
decidit.

Prout neque aliquid faceret, si iterum opponeretur,
quod aliqui tenent contra Bart. & dubitent de il-
8 lius opinione, † vt per *Alciat.in l.fi.col.vlt.in princ.*
vers.sed quid si donans, nu.87.cum seq.C.de pac[illegible].Co-
uar.lib.3.var.resolut.c.12.col.4.in fin.vers.[illegible]
deducit, ante nu.4.Card.Mantic.de tacit, & ambig.
conuent.lib.13.tit.31.num.17.

Nam horum contradictio nihil obest, cùm pro sen-
tentia Bart. adsit communis opinio Doctorum,
9 prout † illam sequitur *Alex.cons.13.circa primum du-*
bium, col.2.post princ.versic.pro hoc bene facit, nu.17.
lib.3.& cons.14.circa primum dubium, col.penul.post
princ.vers.& omnis donatio, nu.4.lib.1.Idem Alex.in
l.stipulatio hoc modo concepta 61.col 7.post princ.vers.
quid si in casu prædicto, nu.18.& ibi Crot.nu.68 ff.de
verb.oblig. Socin.cons.126.visum fuit, col.penult.post
princ.vers.nec obstat quod reseruauerit, n.8.lib.3.Dec.
cons.30.pro tenui facultate, col.2.ad med. vers.& hoc
idem in fortioribus terminis, & cons.250.in causa ma-
gnifica, col.2.post princ.vers.non obstat quod illa reser-
uatio,num.2.Natt.cons.270.n.6.Aym.cons.222.nu.1.
vers sed præmissis non obstantibus, & cons.426.nu.1.
lib.3.Roman.cons.476.hunc felici, num.1.& ibi Man-
dos in vers.voluntatis. Cassan.cons.39.n.88.in 10.dub.
Curt.Iun.cons.25.nu.3. & 4. & in l.vltim.col.11.ante
fi.num.59.vbi etiam Cagnol.num.245. vsque ad 248.
C.de pact.Corn.176.col.vl.ad med.vers.quod maximè
videtur dicendum si reseruauit, nu.23 lib.2.Guald de
art.testand.tit.10.de mutation.testam.cautel.2.nu.2.in
fin.vers.& in reseruatione, tom.8.tract.p.1.fol.14[illegible].&
tit.5.caut.38.num.2.in fi fol.127.Rip.in rubric. ff.solut.
matrimon.col 4.in princ.num.17.& lib.3.resp[illegible] de
donat.& grat.perfic. & reuocand.c.14.num.3.vers.&
hanc opinionem veriorem, & num.4. versic. non &
hac ratione.fol.102.Surd.consil.357.num.1.lib.3. Alba.
10 *cons.406.aliàs 415.lib.3.Thesaur.dec.209.* vbi † quod
ista est communis opinio, & quod secundùm eam
fuit in Senatu iudicatum, prout etiam testatur
*Gasp.Ant.Thesaur.quæst.forens.57.in fin. libro 1.*qui
in specie loquitur de huiusmodi officiis, seu Locis
Montium resignatis cum dict. reseruatione ad vi-
tam, quorum non erit licita dispositio in testa-
11 mento, & vltima voluntate, † Vnde non erit satis-
factum tali conditioni per institutionem hæredis,
& donatio erit confirmata per mortem patris Al-
ba, qui etiam in his terminis loquitur *d.ct.consil.*
12 *415.aliàs 406.lib.3.* † & ab hac communi opinio-
ne, quæ tantorum Iurisconsultorum iudicio fulti-
netur, periculosum esset recedere, vt dicit *Petr.*
Pecch de testam.coniug.c.15.ad fin.vers.sed an in reli-
13 *quis, tom 8.tract.part.2.fol.153.* † Maximè, quia ista
verba, quod possit disponere in vita sua, fuerunt
apposita in contractu inter viuos, vnde etiam de
tali contractu sunt intelligenda secundùm subie-
ctam materiam, quidquid aliud sit, quando essent
posita in vltima voluntate, prout concordando
opiniones distinguit Ias.*consil.130.colum.4.ante fin.*
vers.nec obstat decisio.lib.4.Petr.Pecch.de testam.con-
iug.dict.cap.15.num.5. post princip. vers. neque monet.
Surd.decis.279.n.9.post Alex.in rubr.ff.solut.matrim.
numero 36.& ibi Ias.num.29.Paris.cons.33.numer.61.
lib.3.

Neque

Neque oberit, quod in casu nostro reseruatio Patris
14 est concepta per verba liberè disponendi † quandocumque placuerit absque vlla reseruatione in vita, Quia in principio decreti pater prohibuit dispositionem filiis durante vita ipsius, & postea illam reseruauit quandocumque, Vnde est subintelligenda prædicta clausula, vita durante, ne de-
15 tur correctio, in eodem instanti, † cum semper sumi debeat interpretatio, per quam tollatur contrarietas, & repugnantia *Bart. in l. fin. §. idem quæsit, nu. 3 de condit. ind. Aym. cons. 70. num. 22. & in respons. pro gener. num. 101. Cagnol. in l. vbi repugnantia, num. 4 de reg. iur.* cùm etiam vna pars scripturæ
16 debeat declarari per aliam, † & per superiora restringantur sequentia *Bart. in l. quisquis, de legat. 3. Roman. sing. 665. Ias. cons. 69. col. 2. lib. 3. cum aliis per Aym. dict. consil. pro genero, num. 299 & 300.* & in
17 proposito similium reseruationum *Surd. cons. 357. n. 1. inside nu. 23. & 24. lib. 3. Dec. consil. 30. pro tenu, col. 2. ad med. vers. & ista fuit intentio, nu. 3. Nemz. in cons. 10. num. 22.*

Maximè, quia si fuit prohibita filius dispositio in vita
18 patris, † per consequens necessariò dicendum est illam permissam post mortem, prout è contra *l. statu liberum. §. stichum, ff de statu liber. l. pater. §. fan-*
19 *dum, & ibi Bart. ff. de leg. 3.* † & in specie istius reseruationis, & prohibitionis in vita notat *Soc. cons. 126. col. pen. ante med. vers. & probatur n. 7. lib. 3.*

Stantibus igitur prædictis, & descriptione ac translatione dominij, & reseruatione in vita, vt supra fa-
20 cta, & aliis adductis, † intelligentur officia donata, eorumque dominium per filios acquisitum, quando donatio per emancipationem, seu per mortem, vt in casu, de quo agimus, fuit confirmata *Bart. in l. filius cuiuscunque, C famil. ercisc. Bald. in authen. ex testamento, C de collat. Ang. Salicet. & alij in l. si donatione, C. de collat. Corn. cons. 228. col. 4. post med. num. 12. vers. non obstant adducta in contrarium, lib. 4.* & in specie locorum Montium, seu similium officiorum concludit *Rom. cons. 29 col. pen. in fin. versic. vltimo superest videre, nu. 10.* quem sequitur *Rot. coram R.P.D. Orano Roman. honor. 14. May 1590. & in eadem causa coram R.P.D. Penia 2. Decembr. 1588. col. 2. ad med. vers. prima erat.*

21 † Quod maximè procedit in casu nostro, cùm ex tali interpretatione seruetur æqualitas inter fratres, Pater enim aliis filiis emit officia liberè absque aliqua reseruatione dominij, vel fructuum, Vnde quamuis in officiis emptis pro aliis filiis reseruauerit sibi dispositionem, Tamen quia reseruatio fuit solùm vita ipsius durante, & nihil in testamento dixit, censetur voluisse etiam illi, d. officia donare, vt seruaret talem æqualitatem cum suis filiis, quæ coniectura æqualitatis multum facit pro declaratione mentis defuncti *l. fin. C. commun. vtriusque iudic. l. vt liberis, in princ. C. de collationibus late Tiraq. de primogen. qu. 4. n. 1. cum seq. Surd. cons. 31. n. 16. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 2. n. 5. Dec. cons. 59. licet in casu proposito, n. 2. Bero. cons. 11. n. 19. lib. 2. & cons. 150. n. 55. lib. 3. Cephal. cons. 188. n. 10. lib. 2.*

Quibus addendum est, quod cessantibus istis verbis reseruationis disponendi in vita, si simpliciter
22 dictum fuisset, † quod quis possit disponere de aliqua re, tunc talia verba traherentur ad vltimam voluntatem, laté *Menoch. cons. 210. nu. 2. vsque ad 6. lib. 3.* vbi, quod etiam hoc venit ex propria significatione huius verbi, quod adaptatur tam ad contractus, quàm ad vltimas voluntates *Idem Menoch. cons. 476. num. 13. & 15. lib. 5. & consil. 1006. num. 32. & 33. lib. 11. Surd. decis. 279. num. 7. & consil. 357. num. 7. lib. 3. Doctor. in rubr. ff solut. matrim. vbi Niconit. num. 127. Natt. cons. 565. num. 26. Rol. consil 62. num. 15. lib. 1.*

Post hæc scripta fuit oppositum, quod verba illa, durante vita, sunt referenda ad filios, quod videlicet ipsi non possint de officiis disponere, nec se in eis intromittere, nec fructus exigere, viuente patre, non autem sunt referenda ad patrem, cui non prohibebitur illorum dispositio, quandocumque
23 voluerit, † Maximè, quia talis reseruatio separatur à præcedente prohibitione facta filiis per dictionem, sed, quæ est aduersatiua, & impedit repetitionem qualitatum *Bald. consil. 153. n. 3. lib. 3.* cum etiam habeat orationem perfectam, quæ pariter
24 non admittit præcedentem repetitionem † *Rum. cons. 176. n. 5 & 8. lib. 2. Rot. diuers. decis. 326. num. 3. pars. 1. post Bart. in l. Seia, §. Caio, num. 2. ff. de fund. instruct.*

Sed non est recedendum à supra firmatis, Quia ista non tollunt intentionem patris, qui solùm sibi reseruauit dispositionem, durante eius vita, vt claré legitur in decreto, vnde talia verba excludunt facultatem testandi, vt superius dictum est *n. 6. cum seq.* Et quamuis etiam illa verba referantur ad filios, prout veré non referuntur, tamen illa duntaxat erunt prohibiti de officiis disponere durante vita. Quare post mortem erit eis permissa dispo-
25 sitio, vt diximus *supra n. 18.* † Præsertim, quia ista aduersatiua retinet semper idem thema, & eundem casum eiusdem dispositionis, repetendo omnes qualitates, exceptis illis, quibus aduersatur, & sic vt possit disponere durante vita, tanquam ista qualitas non contradicat totaliter dispositioni faciendæ, Aduersatiuæ enim sunt coniunctiones, vnde non mirum, si in eis passim datur repetitio omnium præcedentium *Socin. in l. 1. § 1. ff de acquiren. possess. Dec. in cap. at si clerici, § de adulteriis, nu. 2. de iudic. Bero. cons. 42. n. 2. lib. 1. & cons. 64. n. 51. lib. 2. & cons. 118. num. 19. lib. 3* quos refert & sequitur *Surd. cons. 315. n. 1. & 2. lib. 3. Gabr. cons. 11. n. 3. lib. 1. Menoc. cons. 70 n. 6. Natt. cons. 570. n. 8. & 9. Rimin Iun. cons. 59. n. 25 & 26. lib. 1.* iuxta doctrinam *Bald. in l. omnes populi, col. 8. n. 12. versic. item vnum caput statuti, ff. de iust. & iur. Rum. cons. 113. n. 6. lib. 1. Alex. in l filium à patro, col. 7. ff. de liber. & posthum. Castr. in l. 2. §. quod si, col. 1. ff solut. matrim.* & laté in proposito nostro explicat, & multis similibus comprobat *Soc. Iun. cons. 83. n. 9. vsque ad lib. 2.*

Nec est attendendum, dum dicitur, quod opinio *Bart. dict. consil. 72.* videtur ambigua, prout de eo dubitat *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. libr. 1; titul. 31. num. 7.* Quia in primis allegationibus per nos datis iam fuit præmissa illius dubitatio, vt diximus *supra num. 8.* & non obstante tali dubitatione, & etiam contradictione non est recedendum à sententia Bartol. quæ latiua fuit superius comprobata *num. 9. cum sequ.* Præsertim quia
26 Cardinal. Mantic. † loquitur in casu, in quo fuit facta donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum cum reseruatione disponendi de certis bonis tam in vita, quàm in morte, quamuis enim videretur ex istis verbis auferri facultas testandi, cùm donans voluerit posse in vita di-

sponere, Tamen vt donatio sustineatur ex benignitate videntur illa verba posse trahi, vt non excludant dispositionem factam in testaméto, prout
27† ad sustinendum actum quandoque receditur à proprietate verborum *l. si tibi pecuniam, ff. si cert. petat. l. quoties, de reb. dub. Aym. consi. 222. nu. 11.* Quod non applicatur casui nostro, in quo potiùs standum est verbis, vt donatio sustineatur ad fauorem filiorum, & vt seruetur æqualitas inter eos *l. vt liberis, in princ. Cod. de collation.* cum aliis supra adductis, *nu.* 21. Et ita etiam in eisdem terminis loquitur *Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 12. num. 3. & Alciat. in l. vltim. num.* 44. *C. de pact.* quos etiam adduxi *supra num.* 8. Et quidquid ipsi, & alij contradicant satis est nobis habere opinionem magis communem, & melioribus rationibus fundatam, vt latius ostensum est *supra n. 9. cum sequ. Thesaur. quæst. 57. in fin. lib. 1.*

EPITOME.

Fructus quando veniant in restitutione fideicommissi. ¶ Et quid in fructibus fructuum, partu gregum & ancillarum, & partuum partu, & vsuris hæreditatis, & aliis quibuscumque accessionibus etiam minimis. ¶ Et quo casu dicantur peruenire ex substantia testatoris, vel ex bonis hæredis, ita vt mater in illis succedat pleno iure, & non teneatur reseruare filiis primi matrimonij. ¶ Institutio an sit pura, seu conditionalis, si hæres non possit percipere bona hæreditaria, nec fructus, nisi postquam susceperit prolem legitimam. ¶ Maritus an habeat annum ad restituendum fructus, quando restituuntur vt accessiones ad fundum. ¶ Verbum *hæres*, quo casu resoluatur in bonorum detentorem. ¶ Hæres sub conditione an acquirat aliquod ius adeundi, seu repudiandi de iure ciuili. ¶ Et an de iure prætorio possit agnoscere bonorum possessionem secundum tabulas exercendo tanquam curator bonis. ¶ Conditio an validè apponatur in institutione. ¶ Dilatio ad capiendam primogenituram quando sit facta gratia hæredis, seu substituti. ¶ Fructus an debeantur monasterio antequam sit constructum, si prædium legetur pro illo construendo. ¶ Remedium *l. fin. Cod. de edict. diu. Hadrian. tollend.* an competat pro fructibus, & accessionibus hæreditatis. ¶ Bona empta de mandato testatoris ex pecunia, & mercibus ipsius an reputentur tanquam bona hæreditaria, & fideicommissaria, & in eis an competat hypotheca. ¶ Testator an possit rem hæredis legare, & de fructibus, & rebus futuris statuere, & illas fideicommisso supponere. ¶ Et ex quibus cognoscatur, quod voluerit hæc facere ad fauorem substituti.

SVMMARIVM.

1 *Hæres prohibitus percipere fructus hæreditatis, donec prolem susceperit, non prohibebitur accipere commoditatem, quæ prouenit ex fructibus fructuum.*

2 *Fructum nedum fructus fructuum pertinent ad hæredem grauatum alteri restituere, num. 59. Amplia quamuis testator de plenissima restitutione locutus fuerit, n. 3. Declara vt n. 44. 45. 46. 63. 64. & 73.*

4 *Accessiones iudicantur prout principale. Intellige vt num. 5.*

6 *Hæres grauatus non tenetur pro fructibus perceptis creditoribus, & legatariis.*

7 *Fructus restitui debent per hæredem, si testator ita mandauit, num. 74.*

8 *Fructus sequuntur dominum.*

9 *Introitus acquisiti ex fructibus fructuum non dicuntur peruenire ex substantia testatoris, sed extrinsecus ex bonis hæredis, & mater in illis succedit pleno iure, nec tenetur reseruare filiis primi matrimonij, n. 10. & 12.*

11 *Mentio hæreditatis magis excludit fructus fructuum, ita vt possint dici pars hæreditatis.*

13 *Fructus feudi non sunt feudales, sed burgensatici.*

14 *Institutio est pura, non conditionalis, quamuis hæres non possit percipere bona hæreditaria, nec fructus, nisi postquam susceperit prolem. Contrarium, n. 15.*

15 *Verbum, hæres, significat dominium. Declara vt nu. 32. & 33.*

16 *Conditio resolutiua adiecta fini dispositionis, non principio facit actum purum non conditionalem.*

17 *Hæreditas augetur non solum ex fructibus, sed ex fructibus fructuum, n. 19. & 49.*

18 *In petitione hæreditatis subiacent restitutioni partus gregum, & ancillarum, & partuum partus, ac quælibet res etiam minima, n. 20. & vsuræ hæreditariæ, num. 21.*

22 *Augmenta hæreditatis faciunt vnum corpus hæreditarium, sicut dos, quæ augetur ex fructibus, de quibus iudicatur, sicut de dote, num. 50.*

23 *Maritus non habet annum ad restituendum fructus, quando restituuntur, vt accessiones ad fundum.*

24 *Fructus veniunt eadem actione qua hæreditas, quando ex illis augetur.*

26 *Verba, nisi prolem habuerit, sunt conditionalia ab ipso principio.*

27 *Conditio facit, vt hæredi non sit acquisitum aliquod ius adeundi, seu repudiandi iure ciuili, secus prætorio, per quod poterit agnoscere bonorum possessionem secundum tabulas, exercendo tanquam curator datus bonis, n. 28. Amplia tam in filio, quàm in alio quocumque hærede extraneo instituto sub conditione, nu. 29.*

30 *Hæres conditionalis tenetur cauere de restituendo hæreditatem cum fructibus, & decedens pendente conditione, illam non transmittit, n. 31.*

34 *Institutio valet sub conditione mixta, casuali, seu potestatiua.*

35 *Hæreditas ex causa potest stare in suspenso.*

36 *Hæres desinit esse hæres per fideicommissum.*

37 *Verbum hæres, impropriatur ex voluntate testatoris, & resoluitur in bonorum detentorem.*

38 *Dilatio ad capiendam primogenituram facta fauore primogeniti, non hæredis, facit vt fructus ad eundem primogenitum pertineant, n. 61.*

39 *Tempus debet operari ad fauorem eius, pro quo adjicitur, non in illius odium, n. 40.*

41 *Fructus debentur monasterio, antequam sit constructum, si prædium legitur pro illo construendo, n. 62.*

42 *Tempus quando censeatur adiectum gratia hæredis grauati, n. 43.*

47 *Familiæ conseruantur propter diuitias, n. 69.*

48 *Ex voluntate consequentis arguitur ad necessarium antecedens.*

51 *Remedium* l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollend. *an competat tam pro rebus quæ erant testatoris tempore obitus ipsius, quam pro fructibus, & augmento, n. 52. 60. 76. & 78.*

53 *Bona empta de mandato testatoris ex pecunia, & mercibus*

cibus ipsius an reputentur tanquam bona hæreditaria, & fideicommissaria, & in eis competat hypotheca, num. 77.
54 *Bona subrogata finguntur ab initio fuisse relicta à testatore.*
55 *Res permutata veniunt in restitutione fideicommissi.*
56 *Testator potest rem hæredis legare, ac supponere fideicommisso, ac de fructibus hæreditatis disponere, & de rebus etiam futuris statuere, n. 57. & 58.*
66 *Testator quando dicatur voluisse facere argumentum nudum gratia hæredis, sed substituti, & fideicommissi, num. 68. & 70.*
67 *Idem iudicandum est de augmento, quod de principali.*
71 *Qui vult consequens, censetur velle necessarium antecedens.*
72 *In interpretanda voluntate defuncti debemus sequi naturam, quæ nos dirigit ad verum intellectum.*
75 *Dispositio testatoris habetur pro lege.*

CAPVT DXL.

FRuctus augmenti portionis bonorum, de quibus agitur, videbantur spectare ad hæredes q. Aloysij. Nam prohibitio facta per testatorem solum concernit, vt non possit percipere suam portionem hæreditariam, nec minus fructus, nisi postquam susceperit prolem legitimam, Et interim fructus, & redditus suæ portionis seruentur inuestiendi in bonis stabilibus in augmento suæ portionis hæreditariæ, ex quibus verbis non dicitur hæres prohibitus, vt non possit percipere commoditatem, & vtilitatem, quæ exinde prouenire posset ex fructibus fructuum, cum satis sit, quod prohibitio intelligatur de primis fructibus, non de secundis inde prouenientibus *Bald. in leg. diuortio, §. quod in anno ad med. versic. tenementi, ff. solut. matr. Alexand. cons. 16. num. 6. lib. 4. Felin. in cap. licet, il 3. ante fi. versic. & hinc est quod vendens, de testib. Curt. Iun. cons. 178. colum. vltim. in princip. num. 25. Ias. in l. duobus, §. si et quis, colum. 2. versic. sexto facit, de iur. iurand.*

Maximè, quia si dispositio etiam intelligeretur de fructibus fructuum nihil acquireretur hæredi instituto, & talis hæreditas nullam vtilitatem, aut commodum ei afferret, quod non est credendum testatorem voluisse, vt ex tam opulenta hæreditate nepos ab eo dilectus in totum priuaretur omni commodo ex illa proueniente, ob defectum conditionis, cuius purificatio non erat posita in
2 eius facultate, † Maximè, quia ita intelligendo minus derogatur iuri communi, secundùm quod non solùm fructus fructuum, sed etiam ipsimet fructus pertinent ad hæredem grauatum, cùm in fideicommissaria restitutione hæreditatis non veniant fructus, sed cedant lucro hæredis, qui videtur rogatus reddere, quod fuit hæreditatis, fructus autem non hæreditati, sed ipsis rebus accepto feruntur *l. in fideicommissaria 18. ad trebell. l. mulier 22. § si hæres, & l. postulante, §. & in huiusmodi, ff. eodem tit. Alexand. consil. 51. nu. 14. lib. 6. Socin. consil. 42. num. 5. lib. 3. Peregrin. de fideicommiss. artic. 49. num. 23. cum alijs per Cardin. Mantic. de coniect.*
3 *vltim. volunt. lib. 7. tit. 10. num. 7.* Vbi † ampliat quamuis testator dixerit, vt hæres restituat id omne, quod ad eum peruenerit ex hæreditate, ac bonis suis, licèt enim videatur sensisse de plenissima restitutione, non tamen de fructibus dicendum est cogitasse *Ang. cons. 331. num. 1. per l. hæredes mei, in princ. ff. ad trebell. l. deducta. §. quod ex hæreditate. eod. tit. l. quod his verbis, in princ. de leg. 3. Alcia. 66. n. 11. lib. 9. tom. 3.*

Neque obstat, quod idem iudicandum sit de istis ac-
4 cessionibus, prout de principali, † quasi illæ non debeant diuerso iure censeri à bonis, quibus accedunt *l. fin. §. quoniam verò. C. de re milit. lib. 12. Bart. in l. qui libertis, §. hæc verba. ff. de vulg. Castr. in l. 1. n. 31. C. de iurisdict. omn. iudic.*

Qua adest diuersa ratio in huiusmodi accessionibus, & fructibus, cùm isti non veniant in restitutione,
5 prout principale, † ex quo enim est adita hæreditas illi non dicuntur hæreditarij, neque augent hæreditatem, sed cedunt lucro hæredum *l. in quantitate patrimonij, in princip. ff. ad leg. falcid. Surd.*
6 *consil. 128. num. 27. & 28. lib. 1.* † vbi etiam quod ideò pro eis non tenetur creditoribus, vel legatarijs *Rip. in l. 1. §. si is qui quadraginta, in fin. ff. ad trebellian.*

Præsertim, quia in casu nostro testator non manda-
7 uit espressè restitui fructus, † tunc enim illius voluntas esset seruanda *l. si ita 44. § pegasus, de legat. 2. Peregr. de fideicomm. art. 49. n. 24.* Sed solùm hæredes fuerunt inuicem substituti in casum mortis sine filijs, Vnde satis est, quod ista substitutio operetur effectum suum quo ad hæreditatem testatoris, non quo ad fructus, qui non dicuntur de substantia ipsius post aditionem, sed propria bona hæredis, quorum ipse est dominus, & pleno iure,
8 ac titulo illos fructus suos facit, † & dominum sequuntur, quasi ex re propria sint quæsiti *Aym.* qui loquitur in acquisitis ex fructibus *consil. 295. in 7. dub. n. 4.* quem sequitur *Peregr. de fideicommiss. art. 47. num 20.*

Et quamuis fuerit facta prohibitio de non percipiendis fructibus, tamen non debet illa extendi in
9 odium hæredis ad fructus fructuum, † qui tanquam intuitus acquisiti, seu empti ex fructibus fructuum non possunt dici peruenire ex substantia testatoris, sed potius dicuntur extrinsecus prouenisse ex bonis hæredis *Franc. decis. 18. per tot.* vbi ex hoc concludit, quod annui redditus empti ex fructibus paternæ substantiæ post aditam hæreditatem non debent dici de paterna substantia, sed erunt propria ipsius filij bona tanquam extrinse-
10 cus prouenerint, † Ideò mater in illis pleno iure succedet, nec per transitum ad secundas nuptias amittet in eis proprietatem, nec tenebitur illa reseruare filijs primi matrimonij, prout teneretur reseruare, si essent de paterna successione *l. matre, C. ad tertullian.* Maximè, quia in casu nostro semper testator in prohibitione perceptionis fructuum adiecit illa verba hæreditatis, quod videlicet fructus reinuestiantur in augmentum suæ portio-
11 nis hæreditariæ, † adeò vt facta mentione hæreditatis magis excludantur in tali prohibitione fructus fructuum, cùm isti non possint dici pars hæreditatis, sed res propria hæredis, & per consequens illis non venient in restitutione *l. in fideicommissariam, in princip. l. mulier, §. si hæres, l. postulante, § sed in huiusmodi, & l. deducta, §. qui post. ff. ad trebellian. Corn. cons. 180. in 9. dub. lib. 4. Aym. consil. 316. in 3. dub.*

Nec oberit quod origo bonorum debeat considerari, & sic semper accessiones ex fructibus pro-
12 uenientes † dicerentur prouenire ex substantia

& successione testatoris, Quia cum ista origo possit intelligi tanquam causa mediata, & tanquam causa immediata, in prohibitionibus potius erit consideranda velut immediata, & sic respectu fructuum, non autem substantiæ ipsorum bonorum *Franc. decis. 118. nu. 9.* vbi ita intelligit *Bald. in auth.*
13 *ex testamento, C. de secund. nupt.* Cum † etiam fructus feudi non sint feudales, sed burgensatici, quamuis ex feudo proueniant *Luc. de Penn. in l. quicumque, la 2. C. de omn. agr. desert. lib. 10. Peregr. de fideicomm. art. 49. num. 20. ad fin.*

Quod magis est dicendum, quia institutio, de qua a-
14 gimus, videtur pura, † non autem conditionalis quamuis testator dixerit, quod heres non possit percipere suam portionem hereditatis, nec minus fructus, nisi postquam susceperit prolem legitimam, Nam potius ista prohibitio videtur denotare quoddam onus impositum heredi in prohibendo apprehensionem hereditatis ad certum tempus, ita vt ex hoc inducatur potius modus, quàm conditio, vt in proposito benè concludit *Alex. consil. 101. num. 2. vers. & ideò dicit. lib. 1. post Ioann. in addit. ad Specula. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua in fin. in verb. iniuriarum, in fin. vers. est tamen sciendum quod licèt testator per cap. verum. de condit. apposit.*

Cum præsertim fuerit prius heres purè institutus, ita vt talis prohibitio postea apposita non faciat, vt
15 desinat esse heres, † Cum etiam istud verbum heres significet dominium, & non verificetur in alio, putà bonorum possessore, aut administratore, vel similibus, qui non sunt propriè heredes, præsertim, quia in casu nostro ista conditio resolutiua non fuit
16 adiecta principio dispositionis, sed fini, † quo casu actus remanet purus; & non conditionalis, vt prædicta omnia multis comprobat *Rim. Iun. 244. num. 19. vsque ad 298. lib. 3.*

Verùm prædictis videtur multum obstare, quod isti fructus augent hæreditatem, quæ postquam recipit huiusmodi augmentum facit, vt fructus sint
17 restituendi, prout ipsa hæreditas, † quæ dicitur augeri non solùm ex fructibus *l. 2. post med. Cod. de petit. hæredit. l. item veniunt 22 §. item non solùm, in fin. & ibi Gloss. in verb. omnes, ff. eod. tit.* Sed etiam ex fructibus fructuum, Ideò partus gregum, & pecorum partus augent hæreditatem, & si oues natæ sunt ex illis aliæ, hæ quoque quasi augmentum re-
18 stitui debent, † prout ancillarum partus, & partuum partus veniunt in petitione hæreditatis, & subiacent restitutioni, ista sunt verba *text. in l. sed et si lege 28. in fin. ff. de pet. hared. l. quod si oues 29. & l. ancillarum 30. ff. eod. tit. Io. Copius de fructib. tit. 2. cap. 1. nu. 2. & 3. tom. 17. fol. 240. Rebuff. & alij in l. pecunia 178. §. hæreditas, vbi Gloss. in verb. maximè, ff. de*
19 *verborum signific.* & de fructibus fructuum, quod veniant in restitutione *Gloss. in l. illud quoque 43. in verb. eorum, ff. de petition. hæredit.* Cùm etiam quæ-
20 libet res, quamuis minima sit restituenda † *l. licet minimam 10. ff. de petit. hæredit. Socin. Iun. consi. 150. num. 34. lib. 1.* Prout etiam vsura pecuniæ hæreditariæ, de qua idem statuendum, quod de fructibus
21 † *Gloss. in l. balista 32. in verb. etiam in fin. ff. ad trebell. per l. in fideicommissi 3. §. nonnunquam de vsur. l. vsuræ 34 ff. eod. tit. l. vsura 121. vbi Gloss. in verb. non est, ff. de verborum significat.*

Aucta igitur hæreditate ex istis fructibus, non vide-
22 tur posse dici, quod talia augmenta, & accessiones considerentur de per se, cùm potius effectum sit vnum corpus hæreditarium ita auctum, prout dicimus de dote, quæ augetur ex fructibus, iuxta dispositionem *text. in l. si marito in fi. ff. solut. matrim.* & de isto augmento dotis idem iudicamus, quod de ipsa dote *l. etiam, C. de iur. dot. l. inter socerum, §.*
23 *cùm inter. de pact. dotal.* † Ideo quando fructus restituuntur vt accessiones ad fundum dotalem, vir non habet annum in restitutione fructuum *Bald. in l. diuortio 8. §. interdum, vers. & nota hoc quod quando. & ibi Imol. post princ. n. 44 ff. solut. matr.* Et quomodo hoc procedat *Campeg. de dot. qu. 99. tom.*
24 *9. fol. 319.* † Prout etiam quando augetur hæreditas ex fructibus eadem actione illi veniunt *Glos. in l. si post motam 2. in verb. fructib. C. de petit. hæred. & in l. item veniunt 22. §. fructus, in verb. omnes, & ibi Castr. num. 5. ff. eod. tit.*

Insuper prædictis obstat, quod non sumus in institu-
25 tione pura, prout supra dicebatur, † sed conditionali propter illa verba prolata à testatore, per dictionem, nisi prolem habuerit, quæ in vltimis voluntatibus semper sunt conditionalia ab ipso prin-
26 cipio, & ab eius natiuitate † *Bald. in l. quibus diebus 40. §. quidam titio, ff. de cond. & demonstr. & in l. ex his verbis 5. n. 2. post med. C. quan. dies legat. ced. Cret. in l. 1. §. si quis simpliciter, in fin. ff. de verb. oblig. & in c. cum tu. n. 45. de vsur. Butr. in c. præterea requisitis, n. 13. de appell. Bart. in l. 1. n. 10. ff. de cond. & demonstr.*

Qua conditione stante de iure ciuili, nullum est pro-
27 ditum remedium, † per quod talis hæres possit succedere, nec est sibi acquisitum aliquod ius adeundi, seu repudiandi, cum pendente conditione hæreditas non sit delata *l. is qui hæres 13. de acquir. hæredit. l. sed & si de sua 14. §. 1. ff. eod. tit. l. delata 151. de verb. signific. l. si ita scriptum 46. §. sub conditione, de leg. 2. Gomes. de successión. vniuers. tom. 1. cap. 2. n. 13.*

De iure autem prætorio poterit idem hæres pendente conditione agnoscere bonorum possessionem
28 secundum tabulas, per quam non consequeretur aliquod ius, aut dominium hæreditatis, sed tantum nudam, aut simplicem possessionem, vel detentationem, & potest omnia exercere tanquam curator datus bonis, & purificata conditione pleno iure habebit prædicta bona, ea autem defecta restituet omnia viuentibus ab intestato, vel substituto, vel ei, qui ex dispositione defuncti succedere debet *l. 2. §. sub conditione, ff. de bonor. possess. secund. tabul. l. si sub conditione, & l. si demum, eodem tit. l. non tamen, §. si sub ea de bonor. possess. contra tabul. Gloss. Imol. Castr. & alij in l. si quis constituatur hæres, ff. de hæredibus instituend.*

Quæ iura licet loquantur in filio, seu alio descendente, quia ab intestato sit successurus, vel habiturus
29 hæreditatem, † Tamen excluduntur, vt procedant etiam in quolibet hærede extraneo instituto sub conditione, secundum communem opinionem, de qua per *Gomes. de testament. cap. 2. n. 13. tom. 1. per text. in l. si seruus, de bon. possess. secund. tabul. l. si quis instituatur, de hæred. instit. Crass. in §. bonorum*
30 *possessio. qu. 5. nu. 7.* Adeò vt etiam † talis hæres teneatur cauere cum fideiussoribus de restituendo pleno iure hæreditatem cum fructibus, quibus de iure hereditas spectabit *l. inter omnes, qui satisdat. cogant. l. paulus de prætor. stipul. Gomes.* qui alios ad-
31 ducit *dict. cap. 2. num. 14 ante fin.* † vbi etiam subdit quod si prædictus hæres decedat pendente conditione, non transmittit illam hæreditatem ad hæredes,

redes, siue agnouerit istam bonorum possessionem secundum tabulas siue non, quia non tribuit aliquod ius inducendi, vel operandi transmissionem, *Bart.in l.is potest nu.12.de acquir.hered.*

Et in isto bonorum possessore verificabuntur verba
32 prolata à testatore, † qui licet nominauerit hæredem institutum, Tamen donec pendet conditio, non potest dici hæres, sed bonorum possessor, qui in isto casu appellabitur largo modo hæres, seu detentor, aut administrator *Cephal.consil.450.*
33 *num.48.vsque ad 56.lib.3.* † & quidquid *Ang.Rimin. & alij* contrarium sentiant, ista est verior opinio, vt per *Alexand.consil.162.num.3 post med. lib.2.Ias. in l.extraneum, la 1.numer.5. ad med. versic.tertia fuit opinio Cod.de heredibus instituend. & in l.filius à patre, colum.5. post princ. versic.redeundo igitur ad primum casum, ff.de liber. & posthum. Natt.consil.246.num.7.ad med.vers.& pendente conditione Surd. consil.439.num.17.24. & 25. lib.3.& consil.125.num.57.lib.4. Decian.consil.129.n.21.& 22.lib.3. Menoch. cons.105.num.50.lib.1.*

Neque est inconueniens, quod quis instituatur sub
34 conditione, cum possit hoc fieri, † siue conditio sit mixta, siue casualis, siue potestatiua *l.3.§.fin.de hered.instit.l.1.de condit.& demonstrat.Surd.cons.125.n.44.lib.1.* vbi etiam quod donec pendet conditio, & subest aliqua spes, hæreditas stat in suspenso *l. antequam C.commun.de success.l.quamdiu. l.2.de ac-*
35 *quir.heredit.* † & semper admittitur, quod hæreditas sit in suspenso quando subest aliqua causa *Bald. in l.fin.num.8.C.de sent.pass.Surd.d.cons.125.num.48.* Vbi *nu.50.cum seq.*respondet etiam ad illud, quod
36 semel hæres non potest desinere esse hæres, † quia per fideicommissum potest quis desinere esse hæres *Imol.in l.paterfamilias, 44.num.13.de heredibus instit. Aym.cons.1.num.6. Aret.cons.67.num.3.Corn. cons.55.in princ.lib.1.& cons.99.num.2.eod.lib.* Cum etiam, vt dictum est, talis pendente conditione
37 non possit dici hæres, † quia ista verba resoluuntur in bonorum detentorem, & impropriantur ex voluntate testatoris propter conditionem appositam, ob cuius defectum non fit aliqua transmissio, & est facienda plena restitutio illis qui de iure succedunt *Cephal.cons.450.num.51.vsque ad 59.lib.5. Gomes.de testam.c.2.nu.14.tom.1.*

Accedat, quia dilatio ad capiendam primogenitu-
38 ram non fuit facta fauore hæredis, † sed fauore primogeniti, qui solus, non autem hæres in ea habebat agere, Vnde fructus ad eundem primogenitum debent spectare, non ad alium *l. si ita relictum 44. §.Pegasus, de legat.2. l.in fideicommissi.§. cum pollidius, ff de vsur.Bart.in l.Lucius Titius §.haredes, ad Trebellian Card. Mantic.de coniect.vltim. volunt.lib.7.tit.10.nu.10.post Ang.cons.331.col.1.nu.1.*
39 *vers. quarto ibi inter cæteras coniecturas.* † Et ratio est, quia cùm tempus fuit adiectum fauore primogeniti, non debet in aduersariam figuram transformari, & in eius iacturam conuerti *l.quod fauore Cod.de legib.l.nulla iuris ratio.ff.eod.titul.*& in proposito notat *Card. Mantic ad tit.10.num.10.ad*
40 *med.* † Cum natura temporis sit operari in fauorem eius, in cuius gratiam adiicitur *Bald.& Florian.in l.si ita relictum, §.Pegasus.ff.de legat.2.*Exemplo prædij legati alicui Monasterio construendo,
41 † cui debentur fructus etiam antequam illud sit constructum *Abb.in c.nos quidem,3. col.2. post med. n.7.& ibi Card.col.vlt.in princ.q.8.Imol.col.3.in fin. n.16.de testam.Rip.in l.in fideicommissariam.n.8.ff.ad Trebell. Barbat.ad Bart.in dict.§.Pigasus, in princ. Bart.cons.59. cum seq.lib.2. Bald.cons.320. alias 318. præmittendum ad med.vers.æquiparatur igitur episcopus curatori,lib.5.*& latè dixi suprà *c.358.per tot.& c. 400.num.18.& 35.*

Et quo tollitur obiectum, quod tempus potius præ-
42 sumatur appositum gratia hæredis grauati, † vt sentiat commodum medij temporis, & fructus percipiat *l.cum tempus de reg.iur.* Quia hoc procedit in dubio *Gloss. in l cum qui in fin.de ann. legat. Socin.Iun in l.cum filiofamilias, num.3. versic.aggrediamur ff.de legat.1. Rip. in l. in fideicommissariam,*
43 *num.8.ff.ad Trebell.* † Aliud est in casu nostro, in quo sumus in claris, cum testator voluerit fructus inuestiri in augmentum sortis principalis ipsius primogenituræ, Vnde apparet dilationem fuisse factam gratia vocatorum ad primogenituram, nam alias non esset in augmentum dictæ primogenituræ *Oldrad.consil.9.num.3.vers.item cum iura. Gemin.cons.67.per tot.*

Et ita etiam respondetur omnibus supra exaduerso adductis, Nam quamuis fructus non veniant in
44 restitutione fideicommissi, † Tamen hoc debet declarari, vt non habeat locum quando tempus restitutionis est adiectum gratia substituti *l.si ita relictum, §.Pegasus, de legat.2.* Maximè, quia tunc fructus non veniunt, quando sumus in dubio, cum secus sit quando prout in casu nostro mandantur per testatorem fructus restitui fideicommissario *dict.§ Pegasus, vers.cum incremento, l.in fideicommissariam, in prin.ff.ad Trebell.l.mulier.§ si hæres,ff.eod. tit.Castr.Rip.& alij, de quibus per Surd.dec.15.nu.24. Card.Mantic.de coniectur.vltim.volunt.lib.7.tit.10.*
45 *num.9.* † vbi etiam, quod in hoc sufficiunt coniecturæ ad effectum, vt dicantur fructus debere restitui *Ang.cons.331.n.1. vers.4.fallit. Surd.decis.15.n. 24.post princ.vers.& sufficit, post Doctor.in l.balista.ff. ad Trebellian.*

Quæ confirmantur ex voluntate expressa testatoris, qui considerauit decus, & honorem suæ familiæ,
46 † ac memoriam sui ipsius mediante ista primogenitura, ita vt augmentum esset faciendum, ne dum in gratiam hæredis, sed substituti, & sic primogenituræ, vt illa magis aucta, melius conser-
47 uaretur familia, † quæ ob diuitias conseruatur *§ sancimus, auth.de testam. Roman.cons.411.numero 2.& ibi Mandos.in verb.dignitas.* Cum etiam omnes hæredes fuerint æqualiter instituti, & æquè prohibiti de recipiendis fructibus suæ portionis in defectum conditionis expressæ in testamento propter conseruationem familiæ, quod facit, vt magis dicendum sit, quod augmentum fuerit
48 ordinatum ad fauorem primogenituræ, † quasi ex voluntate consequentis arguatur ad necessarium antecedens, *l.illud, ff de acquirend. hareditat.*

Et licet ista procedant respectu fructuum, Tamen idem est quo ad fructus fructuum, quia cum testator voluerit inuestiri fructus in augmentum sortis primogenituræ, & portionis hæreditariæ
49 post inuestimentum, † cum fructus augeant primogenituram, & portionem hæreditariam, non est agendum amplius de fructibus fructuum, sed de fructibus primogenituræ, quia tales sunt effecti isti fructus de mandato testatoris, quasi augmentum recipiat naturam actus principalis, &

de vtroque idem sit iudicandum *Bald. consil. 407.*
50 *num. 3. lib. 1. Socin. consil. 78. numer. 11.* † & in specie, quod isti fructus fructuum, & accessiones accessionum augeant hæreditatem, & veniant in restitutione fideicommissi, dictum est latius supra *versic. verum prædictis videtur multum obstare, nu. 17.* Ita vt faciant vnum corpus hæreditatem de per se, vt superius diximus *versic. aucta igitur hæreditate, num. 22.*

Et pro huiusmodi augmento dabitur etiam reme-
51 dium *l. fin. C de edict. Diu. Adrian. tollend.* † quod licèt non competat nisi pro rebus, quæ erant testatoris tempore obitus ipsius, & sic non pro fructibus *Peregr. de fideicommiss. artic. 48. num. 61.* Tamen prædicta procedunt in fructibus maturitatis post purificatum fideicommissum, cum aliud sit, quando, prout in casu nostro, agitur de fructibus inuestitis ante purificatam conditionem de mandato testatoris in augmentum primogenituræ,
52 tunc † enim tale inuestimentum debet iudicari eodem modo, ac si fuisset in bonis ipsius testatoris ad effectum immissionis vigore *d. l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollend.* Exemplo bonorum, quæ emuntur de mandato testatoris ex pecunia, vel mercibus ipsius, de quibus iudicatur, sicut de aliis
53 bonis hæreditatis, † ita vt etiam istæ pecuniæ, ac merces reputentur inter dicta bona antequam conuertatur, ex quo enim res de mandato testatoris est facta fideicommissaria, perinde est, ac si à principio fuisset in bonis testatoris, & ad eam competit hypotheca, tanquam ad rem testatoris *Socin. cons. 249. num. 27. lib. 2. Alciat. cons. 569. num. 2. Siluan. cons. 64. num. 6. cum seq. Surd. decis. 15. num.*
54 *22.* † vbi etiam de bonis subrogatis, quæ finguntur ab initio fuisse relicta à testatore. *Menoch. cons. 213. num. 30. 52. & 64. Bursat. cons. 263. numer. 8.* Quemadmodum etiam de rebus permutatis, quæ
55 veniunt in restitutione fideicommissi † *Abb. cons. 97. numer. 51. post Bart. in l. imperator. §. cum autem, num. 2. versic. distingue, ff. de legat. 2. Ias. consil. 231. num. 1. & 2. lib. 2. Surd. d. decis. 15. num. 21.* Quæ omnia applicantur ad casum nostrum, cum ista bona licet fuerint empta de fructibus, tamen hoc fuit de mandato testatoris, ex quo illi non spectabant ad hæredem, prout regulariter fructus pertinent, cum testator voluerit illos inuestiri in augmen-
56 tum primogenituræ, ac fideicommissi, † testator enim potest rem hæredis legare, ac supponere fideicommisso *l. vnum ex familia, §. si rem tuam, ff. de legat. 2. Albens. cons. 97. n. 51.* Vnde multo magis facere potest, vt in restitutione fideicommissi veniant etiam ea, quæ sunt percipienda post hæreditatem
57 aditam, † prout sunt fructus bonorum hæreditatis *l. si ita relictum, §. Pegasus. ff. de legat. 2. Rip. in l. in fideicommissariam, nu. 6. ff. ad Trebellian. Castr. in l. si postulante, §. sed & in huiusmodi. nu. 2. ff. eod. tit. Surd. decis. 15. nu. 15.* Quemadmodum etiam idem testa-
58 tor poterit disponere, quod res † ematur ex pretio rerum hęreditatis, & illa sit subiecta fideicommisso, cum de rebus etiam futuris ille possit statuere *§. ex quoque, instit. de leg.* sicut etiam de re aliena in aliquem euentum disponere *l. cetera, §. 1. ff. de legat. 1.*

Hæc scripsi pro immissione concedenda, quia nulla ratio suadebat, vt posset denegari, quamuis libentius scripsissem pro contraria opinione, pro qua fueram requisitus consilium dare, Sed amicus Plato, amicus Socrates, magis tamen amica veritas, quæ in omnibus principatum obtinet, & est à quocumque præferenda *c. quæritur, 2. qu. 7.* & super omnia amanda tanquam mater iustitiæ *l. cum ita legatum de condit. & demonstrat. Bald. in l. libertum, ff. de stat. homin.* & non immutanda propter subtilitatem Doctorum *Alber. in l. 1. C. si vt se ab hæredit. abstin.* nec cum ingenij subtilitate lacetanda *c. cum æterni, de re iudic. in 6. Calcan. cons. 1. col. 1.* & latè omnia prædicta comprobat multa alia adducens *Neuiz. in silu. nupt. lib. 5. rubr. quom. iudicand. in dub. nu. 112. cum seq.* In his enim, quæ conscientiam remordent vel recusandum est scribere, vel pro veritate scribendum, prout se fecisse docet *Castr. cons. 121. visa quadam petitione col. 2. ad med. vers. verum licet ista videantur. lib. 1.* & refert *Aym. cons. 101. num. 2. ad med.* vbi etiam quod sufficit allegare auctoritatem *Castr.* tanquam sit vir bonæ conscientię, prout dici ipsemet *Castr. cons. 434. istud relictum, in fin. lib. 2.* Et quoniam pars non acquieuit his, quæ superius per me scripta sunt, aliorum multorum patrocinio fiera, institit causam in Rota proponi, in qua fuit conclusum iuxta ea quæ dicta sunt, vt in sequenti decisione, cuius tenorem volui inserere, vt magis veritas appareat, quæ oppugnari aliquando potest, expugnari vero nunquam, cum omnia vincat *Gloss. in c. consuetudo in verb. iniuriarum, in fin. 80. distinct. Host. in c. in audientia. de sent. excommun. Neuiz. d. lib. 5. nu. 11.*

R. P. D. Coccino Decano. Romano fideicommissi de S. Petro. Lunæ 4. Maij 1615.

IO. Antonius de' S. Petro instituit primogenituram in certis bonis ad fauorem filiorum Aloysij Iunioris, quibus, & eorum descendentibus deficientibus, vel non existentibus vocauit Io. Baptistam de S. Petro, & interim donec primogenitus, nascatur, & perueniat ad ætatem 4. annorum, vel donec purificetur vocatio Io. Baptistæ per non existentiam filiorum Aloysij, voluit fructus bonorum dictæ primogenituræ inuestiri in augmentum sortis prædictæ primogenituræ. Insuper in aliis bonis æquis portionibus instituit Aloysium, & Io. Baptistam prædictos, & voluit, quod Aloysius non posset percipere fructus suæ portionis donec susciperet prolem legitimam, & interim voluit ipsos inuestiri in augmentum dictæ portionis hæreditariæ, quam dispositionem in codicillis temperauit, concedendo, Aloysius ex portione sua posset percipere scut. 500. & non vltra, residuum verò deponeretur, prout in dicto testamento, & etiam voluit in dicto testamento, quod Ioan. Baptista non fruatur sua portione hæreditaria, nisi cum vxorem duxerit, & interim eius redditus voluit inuestiri in augmentum sortis dictæ portionis, & immediatè post istas dispositiones testator vsus fuit his verbis, Prædictos Aloysium, & Io. Baptistam, vt præfertur institutos, eorumque filios, & descendentes in infinitum masculos legitimos, &c. ad inuicem vulgariter, pupillariter, reciprocè, & per fideicommissum substituit, & sibi hæredes, & successores vocauit, ac fore voluit & tandem, vt decus, & honor domus, & familiæ, memoriaque ipsius testatoris diutius conseruetur prohibuit alienationem bonorum primogenituræ, & fideicommisso subiectorum.

Stante

Stante hac serie facti, cum sit factus locus primo-
genituræ, & fideicommisso ad fauorem ipsius
Ioan. Baptistæ, iuxta resolutionem factam 13. Fe-
bruarij præteriti, dubitaui an ei esset danda im-
missio in bonis emptis ex fructibus, & ex fructi-
bus fructuum, & hoc tam respectu primogenitu-
ræ, quàm fideicommissi, quod dubium habet
duas difficultates principales, Prima est, An istud
augmentum comprehendatur in primogenitura,
59 & fideicommisso, † quia fructus regulariter non
veniunt in restitutione fideicommissi, etiam si
testator vsus sit verbis generalibus, & amplis, vt
probat *text. in l. fideicommissariam, vbi Doct. ff. ad
Trebell. l. quod his verbis, in princ. ff. de leg. 3. l. scri-
bit celsus, l. deducta, §. fin. ff. ad Trebell. Peregr. de fi-
deicommiss. art. 49. numer. 23. Card. Mantic. de con-
iect. vlt. volunt. lib. 7. titul.* 10. Secunda difficultas
est, quatenus istud augmentum comprehendatur
60 in primogenitura, & fideicommisso, † an pro
illo competat remedium *l. fin.* quod non competit
nisi pro rebus, quæ erant testatoris tempore
mortis, vt est text. in verbis *in l. fin. C. de edict. diui.
Adr. tollend.* & in specie, quod hoc remedium
non competat pro fructibus dicunt Specul. & alij
Doctores, quos allegat *Pergr. de fideicomm. art.* 48.
num. 61.

Quantum attinet ad primam difficultatem, & quo
ad fructus, & fructus fructuum primogenituræ,
res videtur carere omni prorsus difficultate, quia
dilatio ad capiendam primogenituram non fuit
61 facta fauore hæredis, † sed fauore primogeniti,
& Ioan. Baptistæ, quare fructus ad ipsum Ioan.
Baptistam spectant, vt est text. apertus *in l. si ita re-
lictum, §. Pegasus, de leg. 2. l. in fideicommissi. §. cum
pollidius, ff. de vsu. l. Lucius Titius, §. heredes, vbi Bar.
ff. ad Trebellian. Ang. cons. 331. n. 1. vers. quarto. Card.
Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit.* 10. quod
autem dilatio ad capiendam primogenituram esset
data fauore primogeniti ex Aloysio, & fauore Io.
Baptistæ dubitari non potest, quia nihil in ea ha-
bebat agere hæres, quare fructus ad ipsos absque
dubio spectant, vt in iuribus supra allegatis, & in
fortioribus terminis, sed bene ad propositum di-
cunt quamplures Doctores, quos allegat *Cardin.
Man. de loco, vers. & ex hoc deducitur.* inquiunt enim
62 † quod si legatur prædium pro monasterio con-
struendo, fructus percepti antequam monaste-
rium construatur, debentur monasterio, & sic fru-
ctus collecti, antequam esset potificata vocatio
ad primogenituram, spectant ad ipsum Ioan. Ba-
ptistam, & cessat omnis difficultas, quia cum te-
stator voluerit fructus inuestiri in augmentum
sortis primogenituræ; vtique dicendum est dila-
tionem fuisse factum gratia vocatorum de primo-
genituram, quia aliàs non esset in augmentum
primogenituræ, & propterea dispositio testatoris
ita est intelligenda *Oldr. cons. 9. vers. item cum iura,
num. 13. Gemin. cons. 67. per tot.* & pro resolutione
huius articuli optimè etiam faciunt rationes infra
ponderandæ.

Quantum attinet ad fructus portionis relicto Aloy-
sio iuniori idem dicendum est, nam licèt verùm
63 sit, † quod fructus non veniunt in restitutione
fideicommissi, hæc tamen regula fallit quando
tempus restitutionis est adiectum gratia substituti,
vt *in dict. l. si ita relictum §. Pegasus, ff. de leg. 2. cum
alijs supra allegatis.* & sic regula in casu nostro non
procedit, si apparebit augmentum fuisse factum,
ne dum gratia hæredis, sed etiam gratia substitu-
ti, & fideicommissi.

Limitatur etiam prædicta regula, quando quis est ro-
gatus fructus restituere, & sic in casu nostro limi-
64 tabitur, † si apparebit Aloysium fuisse rogatum
fructus restituere *dict. l. in fideicommissariam, in prin.
ff. ad Trebell. & in d. l. si ita relictum, §. Pegasus, vbi
cum incremento.*

Et etiam limitatur, quando ex coniecturis constare
65 potest testatorem voluisse fructus etiam restitui
*Ang. d. cons. 335. nu. 1. vers. 4. fallit. Card. Mant. de con-
iect. vlt. volunt. loco alleg. nu.* 9. vbi alias fallentias ad-
ducit, quæ quidem tres fallentiæ hîc optimè ap-
plicantur.

Nam quod testator voluerit fieri augmentum, nedum
gratia hæredis, sed etiam gratia substituti, & fidei-
66 commissi, satis patet, † cum voluerit inuestimen-
tum fieri in augmentum portionis hæreditariæ, &
Io. Baptista simpliciter sit substitutus Aloysio: Vn-
de satis patet substitutum fuisse etiam in d. aug-
mento, vt benè ad propositum declarando com-
munem intellectum *l. centurio. ff. de vulgar. & pupill.
dicit Ripa ibid. nu.* 41. qui licèt non loquatur in no-
stris terminis, etiam tamen rationes optimè fa-
ciunt ad præsentem casum, quæ etiam coadiu-
67 nantur ex eo, † quod idem iudicandum est de
ipso augmento, ac de ipso principali *Calder. con-
sil. 12. de const. & consil. 32. de testam. Bald. cons. 207.
nu. 3. lib.* 1. vbi, quod idem ius statuitur in augmen-
to, quod in principali aucto, benè *Surd. decis.* 38.
num. 11.

Et prædicta optimè comprobantur, nam testator
considerauit decus, & honorem suæ familiæ, &
quod memoria eius conseruaretur, & hæc voluit
facere tam mediante primogenitura, quam fidei-
commisso prædictis, vt patet ex verbis supra rela-
68 tis. Vnde manifestissimè colligitur, quod augmen-
tum debebat fieri nedum in gratiam hæredis, sed
etiam in gratiam substituti, & sic fideicommissi, vt
illo magis aucto melius familia, & memoria con-
seruaretur, diuitiæ enim operantur, quod conserue-
tur honestas, & nobilitas familiarum, quæ ob ino-
69 piam perire solent, † *auth. de test. §. sanctimus, Rom.
cons. 411. n. 2. vers. constat autem vbi apostill. in verb. di-
gnitas.* quod etiã eodem modo voluit circa portio-
nem Ioannis Baptistæ interim quod vxorem duce-
ret, vnde cum ambo fuerint æquis portionibus in-
stituti, & æquè prohibiti de recipiendis fructibus
suæ portionis, alter donec filios procreasset, alter
70 verò donec vxorem duceret, † & vterque alter al-
teri fuerint reciprocè substitutus immediatè post
ordinationem d. augmenti vtriusque portionis, &
vterque fuerit prohibitus alienare ratione expressa
conseruationis memoriæ testatoris, & honoris fa-
miliæ, videtur pernecessè dicere, quod augmen-
tum fuerit ordinatum in fauorem fideicommissi,
& substitutorum, ex regula, quod qui vult conse-
71 quens † necessariò etiam vult antecedens *l. illud
de acquir. hæredit. Anchar. cons. 161. in princ.* & hæc
eo magis procedere debent, quia cum indubitatum
sit augmentum primogenituræ spectare ad sub-
stitutum, ita dicendum est de augmento portio-
nis fideicommissi, cum in vtroque casu militet
eadem ratio voluntatis testatoris, scilicet decus,
& honor familiæ, in interpretanda enim volun-
72 tate testatoris debemus naturam sequi, † quæ

nos dirigit ad intellectum verum, vt inquit *Bald. in cons.40.nu.2.vers.& quia debemus, vol.3.* quod nihil aliud est dicere, nisi, vt perquiramus naturalem rationem, ex qua, quid testator senserit, percipi possit *Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt lib.6.tit.14.nu.6.* ex quibus nedum constat testatorem voluisse fieri augmentum in gratiam fideicommissi, sed etiam colligitur quod grauauit hæredem ad ipsum restituendi cum voluerit fieri in augmentum portionis hæreditariæ, maximè cum concurrant plures coniecturæ supra ponderatæ.

Non obstat, quod cum augmentum proueniat ex fructibus debet censeri magis inductum fauore hæredis, quàm fideicommissi, prout tempus restitutionis censetur magis inductum gratia hæredis, quàm fideicommissarij *ex alleg. per Cardin. Mantic.*
73 *loco superius allegato. num.11.* † Quia hoc est verum in dubio, secus autem quando sumus in claris, prout sumus in casu isto, vt patet ex prædictis, quo casu absque dubio augmentum censetur inductum, nedum fauore hæredis, sed etiam fideicommissi, vt *d.l. si ita relictum, §. Pegasus, ff. de legat. 2.* cum aliis per *Card. Mantic. loco superius allegato. num.10.*

Minus obstat, quod in omnem euentum prædicta procederent quo ad fructus, non autem quo ad fructus fructuum, nam ista distinctio in casu isto inter fructus, & fructus fructuum est verbalis,
74 quia † cum testator voluerit fructus inuestiri in augmentum sortis primogenituræ, & portionis hæreditariæ post inuestimentum, cum fructus augeant primogenituram, & portionem hæreditariam, non est agendus amplius de fructibus fructuum, sed de fructibus primogenituræ, & portionis hæreditariæ, quia tales sunt effecti isti fructus
75 de mandato testatoris, † qui ita potuit disponere *§. disponat. auth. de nupt.* maximè cum augmentum recipiat naturam principalis aucti vt notant *Doct. præcitati*, & benè *Brun. de augm. quæst.5. & quæst.9.*

Quantum attinet ad secundam principalem difficultatem pro augmento competat remedium *l. fin. Cod. de edict. diu. Adr. toll.* licet verum sit, quod non competit, nisi pro rebus, quæ erant testatoris tempore obitus, & sic non competat pro fructibus,
76 Pro responsione tamen est aduertendum, quod iste non est propriè casus noster, quia Doct. allegati in obiecto loquuntur de fructibus maturaris post purificatum fideicommissum, qui non est casus noster, cum agamus de fructibus inuestitis ante purificatam condictionem de mandato testatoris in augmentum primogenituræ, & fideicommissi, & propterea inuestimentum factum de mandato testatoris proinde iudicandum est, ad effectum, vt competat remedium *l. fin.* ac si fuisset in bonis testatoris, vt post *Soc. Alciat. Siluan. & alios*
77 dicit *Surd. in decis.15.nu.21. in fin. & seq.* † qui Doct. licèt loquantur quando bona emuntur ex pecunia testatoris, attamen mouentur ea ratione, quia bona de mandato testatoris fuerunt empta, quæ ratio militat in casu isto, quia licèt fuerint empta de fructibus, tamen de mandato testatoris & illi non spectabant ad hæredem, vti fructus sunt, cum testator voluerit illos inuestiri in augmentum primogenituræ, & fideicommissi.

Vlterius aliqui ex Dominis considerabant, quod quo ad fructus non potest agi remedio *l. final.* quando
78 † agitur contra singularem successorem possidentem rem singularem, secus verò quando agitur aduersus possessorem pro hærede, prout in casu isto *Peregr. de fideicommiss. art.48. num.61.* Circa tamen hoc vltimum responsum per alios Dominos nihil fuit firmatum.

Ex quibus resolutum fuit Ioanni Baptistæ dandam esse immissionem etiam quo ad augmentum primogenituræ, & augmentum portionis relictæ Aloysio Iuniori, &c.

EPITOME.

Obligatio an dicatur personalis, si fuit contemplata persona, quamuis exprimatur nomen dignitatis, & officij, vel vtrumque tam appellatiuum, quàm proprium. ¶ In muro alieno, seu publico an licitum sit ligna immittere, & ædificare. ¶ Et quid seruetur de consuetudine. ¶ Vel quando parum nocet domino, & multum prodest ædificanti. ¶ Depositum an sit validum, si fiat antequam solutio recusetur. ¶ Bulla iuris congrui an requirat actualem numerationem pretij. ¶ Debitor pro solutione facienda quando debeat ire ad domum creditoris. ¶ Statutum mandans fieri citationem domi an verificetur, si fiat alicui de familia, quamuis non sit apprehensus in domo habitationis. ¶ Tempus quando sit præcisè probandum. ¶ Citatio an possit affigi in valuis domus, seu stationis, & apothecæ, an vineæ. ¶ Indefinita an æquipolleat vniuersali in probationibus. ¶ Consuetudo an valeat, vt quis teneatur vendere rem suam, & an liget clericos, & forenses. ¶ Ædificatum in solo publico an sit destruendum, vel potius debeat solui solatium, id est pensio pro tali loco occupato.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio dicitur personalis, si fuit contemplata persona quamuis expressum fuerit nomen dignitatis, & officij, ne dum vtrumque tam appellatiuum, quam proprium.*
2 *Præsumptio respiciens personam est magis specialis, & tollit aliam generalem.*
3 *Executio non datur contra non nominatum in instrumento.*
4 *Faciens actum, quo vno casu est permissus, alio verò prohibitus, præsumitur fecisse in casu, in quo fieri poterat, & prout de iure, nu.5.*
6 *In muro alieno non sunt immittenda tigna, quæ si immittantur possunt propria auctoritate amoueri Fallit de consuetudine, secundum quam soluitur æstimatio muri, nu.7. & talis consuetudo est valida, nu.11.*
8 *In alieno, & publico solo licitum est ædificare quando facienti prodest, & domino parum, aut nihil nocet, num.9.*
10 *Aedificium factum in loco puplico an debeat destrui.*
12 *Consuetudo valet, quod quis rem suam teneatur vendere & ligat etiam clericos, & forenses, num.13.*
14 *Notorium sufficit allegare absque eo, quod probetur.*
15 *Bulla iuris congrui requirit actualem numerationem, vt possit res vicina retrahi, nec admittitur alia satisfactio.*
13 *Depositum non releuat, si fiat antequam solutio recusetur in materia retractus tam iuxta formam Bullæ, quàm*

le, quàm Iuris communis.

17 *Debitor pro solutione facienda an debeat ire ad domum creditoris.*

18 *Statutum mandans citationem fieri domi non verificabitur, si citatio fiat alicui de familia, nisi talis esset apprehensus in domo habitationis, & non alibi.*

19 *Tempus est præcisè probandum quando est de substantia actus.*

20 *Citatio in vinea, vt valeat debet probari, quod tempore citationis ibi habitabatur.*

21 *Indefinita non æquipollet vniuersali in materia probatoria tam per testes, quàm per instrumenta, n. 22.*

23 *Habitatio illa propriè dicitur, in qua pro maiori parte anni habitatur.*

24 *Citatio, quæ fit in vinea non debet affigi in valuis illius, sed est dimittenda in manibus alicuius ex familiaribus ibidem habitantibus. Idem in ea, quæ fit in statione, seu apotheca, num. 25.*

26 *Citatio non valet, si non deuenit ad notitiam citati.*

CAPVT DXLI.

Concessio ædificij, de qua agimus, fuit facta ad commodum priuatum stipulantis, & contemplatione personæ ipsius, & ad faciendum ei rem gratam, & durante suo officio, vt clarè legitur

1 in instrumento exhibito, † Vnde quamuis etiam adesset solùm nomen dignitatis, & officij, ne dum vtrumque tam appellatiuum, quàm proprium, Tamen censetur obligatio personalis, tanquam sit habitus respectus ad personam quæ cum sit contemplata, præualet expressioni dignitatis, & de ea nulla habetur consideratio *Abb. in c. mandata, 6. col. 2. in princ. vers. ego dico primum, de præsumpt. per text. in cap. requisisti, de testam. Dominic. in c. fi. §. sane, col. penult. ad med. n. 15. eod. tit. in sexto. Io. Andr. in c. priuilegium, 7. n. 6. vers. soluendo, de reg. iur. eod. lib. 6. Dec. in cap. quoniam, 14. col. 4. in princ. vers.*

2 *successiuè, offic. de deleg.* † Quasi hæc præsumptio respiciens personam sit magis specialis, & per consequens tollat aliam generalem. *Bart. in l. cum de indebito, 25. in princ. de probat. Bald. in l. siue possidetis, 16. col. 4. in fin. vers. vltimo opponitur, C. de probat.*

Hoc stante non est concedenda aliqua demolitio prætensi ædificij, cum illud fuerit factum procuratorio nomine Religionis, cui non obstat instrumentum, & obligatio in eo contenta de non ædificando, † cum illa non extendatur, nec possit

3 executioni demandari, nisi contra personam obligati, non autem contra Religionem, seu Conuentum, & alios non nominatos, per quos semper poterit excipi, & agi pro suo interesse non obstante aliquo statuto dante executionem instrumentis, aut aliqua obligatione camerali, vel guarantigia etiam iurata, vel similibus clausulis executiuis *Alexand. cons. 83. viso themate suprascripto, col. vlt. vers. non obstat, num. 11. lib. 3. Ruin. consil. 209. nu. 21. lib. 1. Menoch. de adipisc. poss. rem. 4. num. 848.* cum aliis per *Gozad. consil. 28. nu. 27. Asin. de execut. §. 31. cap. 2. limit. 25. nu. 3.*

Et ita etiam est præsumendum fuisse factum ædificium nomine Religionis, † cum enim quis facit

4 actum, qui potest vno casu esse permissus alio verò prohibitus, præsumitur potius factus in casu, in quo fieri poterat *Menoch. præsumpt. 12. nu. 65.*

5 *lib. 3.* † Cum etiam actum faciens censeatur facere, prout iura disponunt, & secundum facultatem sibi à iure datam *c. ex literis, de constit. c. sedes, de rescript. Aym. cons. 186. n. 9. ad med. Surd. cons. 198. n. 17. lib. 2.*

Nec facit, quod saltem debeat dari demolitio, cum de iure communi non liceat tigna immittere in

6 muro alieno ad effectum ædificandi, † adeò vt concedatur etiam destructio propria auctoritate *Cepoll. de seruit. vrban. prædior. cap. 30. nu. 8. per text. in l. quemadmodum, §. si proiectum, ff. ad legem Aquil.* Cum etiam hoc prohibeatur fieri per socium in re communi *Bart. in l. quidam iberus, de seruit. vrban. prædior.*

Quia stante consuetudine, quod soluta muri parte liceat vicino ædificare, non potest agi ad demoliendum, sed satis est, vt soluatur æstimatio muri;

7 non secus † ac si principio fuisset actum, vt talis murus venderetur, quasi vtilius sit sustinere factum, quàm demoliri, Maximè, cum hoc pertineat ad decus, & ornatum Vrbis, cuius interest non deformari ædes, quarum destructio inducit etiam deformitatem Vrbis, Adeò vt quamuis non habeatur pro ædificio, quod à principio non fuit legitimè, sed absque licentia constructum, Tamen tanquam factum, potius sustinendum est, quàm demolitionem concedere, cum iterum faciendum, Ita in puncto per multas rationes concludit *Surd. decis. 168. n. 5. vsque ad 7.*

Maximè, quia huiusmodi ædificium magnam commoditatem affert Religioni, & modicum, immò

8 nullum incommodum adversario, † ex quo sequitur, quod in alieno solo licitum est ædificare, vel aliquid facere, quando facienti prodest, & domino nihil, vel parum nocet *l. 2. §. item varus, vers. quanquam tamen, in fin. de aqu. pluu. arcend. l. 1. §. denique, eod. tit. Dec. consil. 243. in quæstione proposita, col. 4. ad med. num. 5. Macrob. consil. 49.*

9 *num. 59.* † qui etiam loquitur in loco publico, ne dum in re communi, aut alterius priuati *Surd. d. decis. 169. num. 7. ad fin. vers. mouebatur, & num. 8. ad med.*

Quare etiam ædificatum in solo publico non debet

10 destrui, si non est in via publica, † sed imposito ædificanti solario, id est pensione pro solo publico occupato, retinetur tale ædificium per ædificantem *l. 2. §. si quis nemine, ff. ne quid in loco publ. Corn. cons. 90. nu. 8. lib. 2. & cons. 32. nu. 13. lib. 4. Ruin. cons. 165. num. 3. lib. 4. Honded. cons. 84. num. 56. & 57. lib. 2.*

De validitate autem istius consuetudinis non est du-

11 bitandum, cum illa valeat, † non solum quo ad id, vt soluta parte muri liceat vicino ædificare, sed etiam in totum, quod quis rem suam vendere teneatur *Castr. in l. dudum, Cod. de contrah. empt. Tiraquell. de retract. consanguin. in præfat. num. 14. & 15.*

12 *Surd. d. decis. 168. nu. 7.* † vbi etiam, quod talis consuetudo ligat clericos, & forenses *Padil. in l. altius, num. 8. C. de seruit. & aqua.* Sicut enim in proprio non potest ædificari, si consuetudo repugnet, ità etiam è contra potest consuetudine induci, quod dominus parietis vendere cogatur, & super eo liceat vicino ædificare, quia per venditionem de-

13 sinit murus esse proprius, & passim tales † consuetudines sunt approbatæ *Cepol. de fenestris, nu. 4. Bursat. consil. 111. num. 17.* latè *Francisc. Marc. decis. 498. num. 28. p. 1.* vbi etiam *num. 30.* quod sufficiet illam allegare tanquam notoriam absque eo,

14 quod probetur *Bart. in l. 2. quæst. 25. C. quæ sit long.*

consuetud. Bald. in l. si fugitiui, Cod. de seru. fugitiu.
Quo verò ad secundum dubium, dixi nullam actio-
nem competere pro prætenso rettactu, Etenim
non fuit facta realis pecuniæ numeratio, prout re-
15 quirit † *Constitutio de iur. congr.* §.8 quæ loquitur de
solutione facienda cum additione pretij, quo casu
importat naturalem numerationem tantum, non
autem aliam satisfactionem, vel depositum, aut
quid simile *l. solutam, ff. de solut. Bart. in l. item libe-
ratur, §.1 ff. quibus mod. pign. vel hypoth. soluit. Ruin.
consi. 188. in princ. lib. 1. Rip. in l. 4. §. soluisse, col. 2. in
princ. ff de re iudic.* cum aliis per *Roland. consi. 53. nu.
42. vsque ad nu. 47. lib. 1.*
Neque obstat prætensum depositum, Quia illud non
releuat nisi quando pretium oblatum fuit recusa-
16 tum, † vt præcisè mandat *dicta constitutio. §. 8. post
med.* quæ licèt ita non disponeret, tamen etiam hoc
modo deberet intelligi, vt in specie simili statuti
declarat *Roland. cons. 63. n. 29. lib. 1.* Vbi, quod quam-
uis statutum permittat vicino retrahere rem ven-
ditam facto deposito, debet intelligi, vt prius pe-
cunia numeretur coram testibus, & sit actualiter
oblata primo emptori, ad hoc vt talis interpretatio
sit magis conformis iuri communi, quod prius re-
quirit huiusmodi remunerationem, antequam de-
ueniatur ad depositum *§. illud quoque adijcere, auth.
vt exact. instant. dot. Salic. in l. 2. in princ. & ibi Castr.
in fin. C. de vsur. Bald in l. acceptam, 19. in princip.
vers. ibi consignatam, num. 1. Cod. eod. tit. Curt. Iun.
cons. 28. colum. 1. vers. item non sufficit, num. 1. Surd.
cons. 86. num. 7. cum sequ. lib. 1. Ias. cons. 9. col. 9. in
princ. vers. minus etiam valet, num. 15. lib. 1. & consil.
216. col. penult. post princ. vers. & dicti fratres de iu-
17 re, num. 3. lib. 2.* † vbi addit, quod etiam hoc casu
tenebitur soluens ire ad domum creditoris, quam-
uis esset diuersi fori, cum per istam solutionem,
& oblationem velit sibi aliquid acquirere *Bart.
in l. item illa, in princ. ff de constit. pecun. per l. cum
quidam, Cod. de condit. insert. & in l. penult. in fin ff.
de cond. & demonstr. Doctor. in c. significante, de
pignor.*
Minus obstat prætensa citatio facta per affixionem
ad valuas vineæ, in qua prætenditur citatum ha-
bitare, Quia constat in vrbe adesse domum solitæ
habitationis ipsius citati cum tota familia, & apo-
theca ad vsum ferrarij, in qua citatio erat facien-
da, prout disponit etiam constitutio, quæ mandat
fieri citationes domi dimissa copia, quando em-
ptor requirit vicinum, Vnde etiam idem erit è
conuerso, quando vicinus citat emptorem, cum
contrariorum sit eadem disciplina, & sic non erit
valida ea, quæ fit in vinea, Maximè, quia per alios
vicinos semper similes citationes fuerunt factæ in
dicta domo, Quare etiam istæ erant ibi exequen-
18 dæ, † Et cum statutum loquatur de citatione fa-
cienda domi, non dicitur illi satisfactum, si fiat
citatio in vinea, quæ non venit appellatione do-
mus, prout nec hortus, nec arundinetum, nec apo-
theca quando non est ad vsum domus iuxta ea,
quæ adduxi *supra c. 116. n. 14. vsque ad* 20. cum ne-
que sufficeret si citatio esset facta alicui de fami-
lia, nisi talis etiam esset apprehensa in domo ha-
bitationis, & non alibi *Guid. Pap. qu. 445.* vbi, quod
non dicitur legitimè citatus vir si fiat citatio in
manibus, & persona vxoris, nisi reperiatur vxor in
domo solitæ habitationis mariti, cum pro validi-
tate citationis debeat exprimi locus, neque satis sit
citare aliquem dimittendo citationem vni ex fa-
milia, nisi in domo apprehendatur, & non alibi
*Roland. cons. 32. n. 29. lib. 1. Surd. cons. 88. n. 6. lib. 1. per
text. in l. licet, C. de repud.*
Præterea testes non probant, quod citatus tempore
citationis, & facti depositi habitauerit in vinea
cum eius familia, prout debebat probare cum in
19 hoc casu tempus sit † præcisè de substantia actus,
Vnde erit etiam præcisè probandum *l. matrem, C.
de probat. Socin. cons. 87. pensatis, n. 2. lib. 4. Gabr. de
20 testib. conclus. 6. n. 11. & 12.* & in proposito † citatio-
nis *Angel. cons. 186. statuto ciuitatis, n. 1. in fi. vers. 2.
probatur, Dec. cons. 460. viso puncto & dubio, col. vlt.
ad med. vers. & debet quis citari, n. 29. post Bart. in l.
4. §. prator ait, col. 2. post princ. vers. sed puto quod ibi
debeat, nu. 9. de damn. infect. Specul. de compet. iudic.
adit. §. 1. vers. se nunquid sufficit eum citare, & tit. de
citat. §. sequitur, vers. sed nunquid sufficit denuncia-
tio. Rom. cons 454. col. 3. vers. 2. quia licet, nu. 8.* & ibi
Mandos. qui de communi *in verb. moratur. Tira-
quel. de retr. lign. glos. 2. §. 9. n. 27.*
Quod autem testes non probent huiusmodi tem-
pus præcisum, patet, quia neque fuit articulatum,
Immo ex lectura testium colligitur solùm, quod
vnus deponit vidisse Nicolaum in vinea cum fa-
milia de mense Septembris, alius de mense Augu-
sti, Vnde ista probatio nihil releuat, Nam omisso,
quod testes sunt singulares, qui non probant,
quamuis esset iudicandum sola facti veritate in-
specta *Rimin. Iun. cons. 237. num. 32. lib. 3.* debebant
deponere de toto mense Septembris, & Augusti,
21 cum † indefinita in testibus, & in materia proba-
toria non æquipolleat vniuersali. *Innoc. in cap. au-
ditis, de præscript. Alexand. consil. 110. num. 2. lib. 1.
Aym. cons. 34. n. 16. late Surd. consil. 431. nu. 48. & 69.
22 lib. 3.* † vbi ampliat ad probationem, quæ fit per
instrumentum *Oldrad consil. 100. Natt. cons. 412. n.
27. Ruin. cons. 64. n. 12. & 13. lib. 4. & cons. 45. nu 5.
lib. 5. Dec. cons. 419. licet in causa num. 18. Rot. coram
R. P. D. Ortembergh. Neapolitana rectoria 19. De-
23 cembris* 1608. *in fin.* † Maximè, quia sumus in ha-
bitatione facta ruri, quæ non est propriè solita, &
successiua habitatio, cum illa dicatur talis, in qua
pro maiori parte anni habitatur *Corn. consil. 52.
col. vlt. ad medium, vers. exponantur erga, lib. 4. post
Bald. Ang. & alios in l. 4. § prætor ait, ff. de dam.
infect. Tiraquell. de retr. lign. §. 9 gloss. 2. num. 29. post
med. vers. caterum.*
Accedat quia dato etiam quod probaretur habita-
24 tio citati in vinea, quod negatur, † Tamen non
debebat copia citationis affigi in valuis vineæ,
sed dimitti in manibus alicuius ex familiaribus
ibidem inhabitantibus, cum in istis locis rurali-
bus non militet illa præsumptio, quæ militat,
quando citatio fit domi, in qua non est necesse,
quod litteræ dimittantur in manibus alicuius de
familia, sed sufficit illas affigi in ostio domus in
loco patenti, quasi tunc præsumatur, quod do-
mestici, & familiares, & vicini id denunciauerint
citato *Gloss. in l. si legibus, C. de episc. audient. Ang.
cons. 186. col. 2. post med vers. non obstat quod denun-
ciatione facta, & cons. 216. col. 1. in princ. Tiraq. de
retr. lign. gloss. 2. §. 9. n. 41. Surd. cons. 88. num. 16. lib. 1.*
25 † Vbi ea hoc concludit, quod istæ citationes, quæ
fiunt in statione, seu apotheca alicuius, qui etiam
habet domum solitæ habitationis, non debent
fieri in valuis apothecæ, sed in manibus alicuius
ex fa-

ex familia ex'st.nt's in dicta statione, cum non militet illa præsumptio ieteotia, quæ colligitur quando fit in domo, iuxta *Gloss in l.luces, C.de repud.cum alsis per D.ct.in l.consentaneum,vbi Bald. col.2. C.a. quomod. & quand. iudex.* & profectò quilibet pot it considerare, an valeant huiusmodi citationes tuti positæ in ostio vineæ, cum in talibus locis non adiit, qui illas possit notificare citato,
26 † Vnde stante nullitate citationis depositum non iuuabit, cum ad illius validitatem requiratur, vel quod pars fuerit præsens, vel quod fuerit legitimè citata, ita vt ad eius notitiam peruenerit citatio. *Ias.cons.9 col.pen.n.15.lib.1. Alex.in l.si mora. ff.solut.matrim. Roland.cons.63.nu.31.lib.1. Surd. cons.86.n.9.lib.1.*

EPITOME.

Dispositio *l.fin.C.de edict.diu. Hadrian.tollend.* vt adeatur Iudex, & illi ostendatur testamentum non cassum an sit ad bene esse, vel res necessaria, ita vt non possit capi possessio propria auctoritate. ¶ Mater tutrix an possit administrare, & possessionem capere, antequam adimpleuerit solemnia. ¶ Possessio an possit acquiri absque dominio ex adeptione bonorum hæredidatis. ¶ Statuta, quod non capiatur possessio absque licentia Iudicis an procedant quando illa est vacans. ¶ Verbum, *vadat*, an sit directum, etiam si cum eo adjiciatur verbum commune, *succedat.* ¶ Substitutio compendiosa facta impuberi per verba communia etiam restricta ad bona testatoris an contineat pupillarem directam. ¶ Prohibitio deductionis legitimæ, & trebellianicæ an faciat vt substitutio dicatur pupillaris, quamuis adsit restrictio ad bona testatoris. ¶ Legatarius quando impediat immissionem. ¶ Hypotheca an detur pro legatis, & an competat retentio solùm per mensura debiti rei legatæ. ¶ Compendiosa continens pupillarem an excludat matrem à legitima. ¶ Dominium an transeat in legatis quantitatis etiam piis, & in conditionalibus relictis pro dote. ¶ Dispositio an sit pura, si promittatur dos, quando puella maritabitur. ¶ Et quid si ista verba apponantur executioni, seu solutioni dotis. ¶ Et de significatione dictorum verborum, vel similium. ¶ Negatiua quando resoluatur in affirmatiuam.

SVMMARIVM.

1 *Possessio vacans potest capi propria auctoritate ab herede, etiam ab intestato, num.14.*

2 *Dispositio* l.fin. C.de edict. diu. Adrian. tollend. *vt adeatur Iudex & illi ostendatur testamentum non cassum est ad bene esse, non autem res necessaria.*

3 *Possessio dicitur acquisita ex instrumentis adeptionis possessionis in conspectu bonorum, concurrente præsertim consignatione clauium, & recognitione colonorum, n.4. & præsumitur anterior, quando est apposita hora, num.6.*

5 *Possessio capta per procuratorem idem operatur ac si principalis illam cepert.*

7 *Mater tutrix potest administrare, & procuratorem constituere, & immiscere se hereditati, & omnia facere, quæ spectant ad commodum pupilli, antequam confecerit inuentarium, & adimpleuerit solemnia. num.8.9.& 10.*

11 *Aditio hereditatis videtur resultare ex adeptione bonorum hereditariorum, post tamen acquiri possessio absque dominio, & antequam hereditas adeatur, num.12.*

13 *Proclamata, quod non possit capi possessio propria auctoritate, debent intelligi de possessione plena, non vacua, n.16. & 57. sicut è contrà quando promittitur, num.15.*

17 *Ad iudicem est recurrendum, si adsit timor rixæ.*

18 *Bannimenta non ligant remotis officialibus, qui illa fecerunt, & iterum debent publicari, n.19.*

20 *Assertioni Iudicis non statur super publicatione proclamatis.*

21 *Verba negatiua, quod bona non vadant ad alios nisi ad filios, idem important, ac si dictum fuisset affirmatiuè quod vadant.*

22 *Dictio, nisi, posita post negatiuam, affirmat.*

23 *Substitutio concepta per verbum, vadat, est directa.*

24 *Verbum, vadat, est directum, si non adsit dictio; semper.*

25 *Verba non requirentia ministerium alicuius sunt directa.*

26 *Verbum, vadat, remanet directum, quamuis cum eo adsit verbum commune, succedat.*

27 *Compendiosa substitutio facta impuberi per verba communia etiam restricta ad bona testatoris continet pupillarem directam.*

28 *Bona pupilli dicuntur bona testatoris, saltem administratione, & custodia.*

29 *Substitutio dicitur pupillaris, quamuis restricta ad bona testatoris, si constat de illius voluntate, de qua dicetur apparere, si prohibeatur deductio legitimæ, & trebellianica, & n.30.*

31 *Compendiosa continens pupillarem excludit matrem etiam à legitima.*

22 *Legatarius existens in possessione rei legatæ potest impedire impressionem, & de ratione, numer.35.36. & 38.*

33 *In possessorio adipiscendæ obstat exceptio, dolo facis; quia petis, quod restituturus es.*

34 *Circuitus sunt euitandi.*

37 *Hypotheca datur pro legatis, etiam pro illis, pro quibus competit sola actio personalis, vel officium Iudicis.*

39 *Habens dominium excludit publicianam.*

40 *Falcidia non debetur ex legatis priuilegiatis, quorum possessio potest capi propria auctoritate.*

41 *Hypotheca, quæ competit pro legatis, non dat retentionem, nisi pro mensura debiti rei legatæ.*

42 *Dominium non transit ipso iure in legatis quantitatis etiam piis, prout neque in conditionalibus etiam pro dote, n.43. Intellige vt n.48.*

44 *Obligatio nulla contrahitur ex dispositione conditionali.*

45 *Conditio nihil ponit in esse.*

46 *Dispositio dicitur pura, non conditionalis, quando verba pro dote sunt adiecta executioni, & solutioni legati. Declara vt n.49.50.& 54.*

47 *Verba pro dote, vel pro maritandis puellis idem significant, ac si diceretur, vt nubere possint.*

51 *Dictio, quando, inducit conditionem.*

52 *Dos promissa puellæ, cum nupserit, est conditionalis, & illa decedente ante nuptias extinguitur, & debet restitui heredibus promittentis, n.53.*

55 *Manutentio est danda ei, qui probat anteriorem possessionem.*

56 *Verba, cuiuscunq; successionis, cōprehendunt successiō-*

nem vniuersalem vltra legitimam.

58 *Legata debent accipi de manu hæredis.*

59 *Legatarius, & fideicommissarius est legitimus contradictor, quando hæres nihil potest consequi ex bonis ab eo possessis.*

60 *Substitutio pupillaris dicitur testamentum filij.*

61 *Interpretatio statuti est facienda, vbi adest dubium, secus in claris.*

62 *Immissio debet concedi hæredi, si competunt detractiones contra fideicommissarium.*

CAPVT DXLII.

IN causa Firmana hæreditatis multa fuerunt opposita tam ad impediendum mandatum de manutenendo, quod fuit ab vna parte petitum, quàm circa immissionem, quæ postea etiam prætendebatur ab altera parte vigore *l.fin.C.de edict.diu.adria. tollend.* Et vt appareat distincta decisio eorum, quę opponuntur, sunt firmandæ infra scriptæ conclusiones.

Prima Conclusio. Non potest dici de nullitate possessionis tanquam captæ propria auctoritate, quan-
1 do illa erat † vacans, & ab alio non occupata, tunc enim non solum quis prohibetur eam accipere, sed potius permittitur *l.cum hæredes, in princ.ff.de acqu. possess. Innoc. & alij in cap. cum in officiis, de testam. Paris.54.n.2.lib.4.* late *Tiraq.* qui de communi *in tract.le mort saisit.in præfat.seu part.1.in fin.declar.8.nu.1.Rot.decis.7.in fin. de restit. spoliat. in an-*
2 *tiq.* † Cum dispositio *l.vlt. C.de edict. diu. Adrian. tollend.* vt adeatur Iudex, & illi ostendatur testamentum non cassum, neque abolitum sit ad bene esse, non autem res necessaria, iuxta communem opinionem de qua per Doctores *in d. l. vlt. vbi Castr.n.1.ad fin.& Dec.n.7.in fin. vers.per quam tamen non tollitur. Ludou. decis.69. num.5.16. & 17.* vbi testatur de magis communi, quidquid ipse malè contrarium sentiat.

Secunda Conclusio. Per instrumentum probatur traditio possessionis naturalis, seu corporalis, si fa-
3 ctum sit in fundo, † vel in conspectu fundi. Nam aliàs illa verba instrumenti, quæ dicunt Vendidit, & tradidit, non probarent fuisse traditam possessionem, nisi essent prolata in conspectu bonorum, quidquid secus sit in possessione ciuili, quæ probatur per instrumentum, dum quis constituit se possidere nomine alicuius *Bart. in l.prædia 48.num.1.de acquiren.possess.& in l.2. num.4. & ibi Bald.nu.8.Salic.num.4.C.eodem tit. Put.decis.350. nu.3.& 4. lib.1.secundum nouam impressionem. Rot.coram Cardin.Pamphilio. Maceraten.hæreditatis 13.Iun.*1588.
4 † Quando præsertim concurreret consignatio clauium & recognitio colonorum *Bart. in l.qui vniuersas, §.quod per colonum, vbi Alexand. in 1.notab. & Ang.in princ. ff.de acquir.possess. Rot.diuers.decis.*
5 681.*num.1 part.1.* † Ita vt idem operetur, quod possessio sit capta per procuratorem, seu per principalem *l.1.§ per procuratorem, & l. communis seruus, §.*
6 *1.ff.de acquir.possess.* Adeo vt semper sit preferenda, quando fuit apposita hora, quasi tunc præsumatur anterior *Mohedan.decis.12. num.2. de restit. spoliator. Cassad.decis.4. num.6. & 7.super regul. Rot.coram R.P.D. Buratto, Salamantina præstimonij 31. Ianuar.1614.*

Tertia Conclusio. Mater non prohibetur tanquam
7 tutrix administrare, & omnia facere, † quæ spectant ad pupillos, quamuis non impleuerit solemnia, licèt enim possit remoueri tanquam suspecta, non confecto inuentario, & solennibus non adimpletis, poterit tamen prædicta facere, & interim valebunt gesta per eam *Alex.cons.86.num.8.lib.2.* per doctrinam *Bart.in l.tutor qui repertorium, col.2. vers.sed quæro quid si neglexit, nu.7.de administr. tutor.* quem ita esse intelligendum, quidquid per alios malè allegetur in contrarium, attestatur *Auffrer.ad decis.Cappell.Tholos.189.in princ. Mannell. consil.86.n.8. Rot. per Rot.decis.318.n.2.lib.2. & coram Cardinal.Seraphino. Maceraten.cessionis 9.Decembris* 1592. quæ est in impressis *decis.*1004. *n.5.*
8 Vnde etiam † poterit procuratorem constituere *Alber.in l.neque tutores, n.6. C.de procurator. Put. decis.199.lib.2. iuxta nouam impressionem.* Maximè, quando sumus in his quæ principaliter pertinent ad commodum pupilli, & dilationem non recipiunt, tunc enim valent gesta per tutorem, etiam non præcedente Iudicis decreto super administratione, nec adimpletis aliis, quæ in huiusmodi tute-
9 lis solent interuenire, † Ideo datur præuentio in capienda possessione, & exercitio eorum, quæ sunt tempore peritura, & quæ pupillis nocere non possunt *Bart.in l.legitimos, in princ.n.8.in fin.ff.de legit. tutoribus, & in l.vlt.* vbi etiam *Bald. C.de tutoribus & curatorib.qui non satisd. Alex.cons.163.in fi.lib.5. Guid.Pap.decis.330.num.6.vers.aduertendum tamen, Cappell.Tholos.decis.289. Corn.cons.164.nu.4.lib.4. Castrens.cons.355.n.4.col.2.post med.vers. tamen quia*
10 *non fuit, & colum.fi.vers.quarto concludo.lib.1.* † vbi loquitur in specie de tutore, qui potest se immiscere hæreditati, & possessionem capere etiam ante decretam administrationem, & ante alia adimpleta, ad quæ tenetur *Ruin.cons.108.num.13.lib.1. Boer. decis.124.n.19.Gabr.cons.36.n.13.& 14.lib.1. Carau. rit.275.n.25.*

Quarta Conclusio. Ex adeptione possessionis bonorum hæreditariorum, quamuis videatur resultare
11 aditio hæreditatis, † quæ non potest fieri sine solemnitatibus constitutionis Marchiæ *cap.25. lib.5.* Tamen potest acquiri possessio sine dominio *l.1.§. si vir vxori, & §.item acquirimus, ff.de acqui.possess.* & ad hoc sufficit aditio superficialis, quamuis inefficax *Gloss.in l.hæres institutus, in verb.testari in fin.*
12 *& ibi Alex.n.6.ff.de acquir.hered.* † Immo quoque potest acquiri possessio etiam ante aditionem hæreditatis. *Idem Alex.in pen.n.4.vbi Ias.num.3. C.de edict.diu. Adria.tollend.Gabr.cons.36.n.16.lib.1.*

Quinta Conclusio. Proclamata, quod non possit capi possessio auctoritate propria, debent intelligi de
13 possessione plena, † non vacua, prout disponitur de iure communi, à quo debent recipere interpretationem, vt minus illi derogetur iuxta notata *in l.2.ff.de noxalib.* De iure autem communi potest hæres possessionem vocantem capere propria auctoritate, vt dictum est supra *in prima conclusione.*
14 † Quod procedit etiam si esset hæres ab intestato *Ang.in l.2.vers.vbi vero, Cod.quor.bonor.* Et in specie, quod huiusmodi statuta ita debeamus interpretari, quando videlicet possessio est vacans concludit *Menoch.de recuper.possess.rem.5.nu.30. & 31.*
15 Prout è contra dicimus, † quod statutum concedens licentiam capiendi possessionem auctoritate propria debet intelligi, quando est vacans, non autem si ab alio fuit occupata *Idem Menoc.de adipiscen.possess.remed.6.num.23.Peregr.de fideicommiss. art.47.*

16 art.47.n.57.fol.440. † Quæ magis habent locum,si
in istis statutis adessent verba, & non possit capi
possessio propria auctoritate sine consensu patris,
vel ob rationem,ne deueniatur ad arma,tunc enim
apparet de manifesta voluntate statuentium,quod
intellexerunt de possessione plena, non autem va-
17 cua, † quasi tunc ad Iudicem deueniatur, vt cesset
causa rixæ *l.non est singulus,de reg.iur.Castr.in l.vlt.*
n.1.in fin.C. de edict.diu.Adrian.tollend. & in simili
Rot.per Card Seraph.decis.423.n.3.
Sexta Conclusio.Bannimenta facta per officiales an-
18 tecessores † non attenduntur,neque amplius ligant
illis remotis *Specul.de aduoc.§.1.in fin.Afflict.decis.*
290.num.1. Maximè si non apparet de confirmatio-
ne, aut noua publicatione, prout requiritur, De-
bent enim reduci in memoriam, vt populus non
excusetur ab ignorantia, cum non sufficiat prima
19 publicatio, † nisi denuò fiat *Felin.in cap.2.num.7.*
in fin. & num.14. de constitut. Ita vt non credatur
attestationi Iudicis, quod talia bannimenta sint
in viridi obseruantia, cum aliunde esset proban-
20 da, vt populus ligetur, † quasi huiusmodi asser-
tionibus Iudicum non stetur *Bald.consil.402.lib.1.*
Aym.consil.265.nu.3. Menoch.de acqu.possess.rem.6.
num.15.
Septima Conclusio. Verba concepta negatiuè, quod
21 bona non vadant ad alios,nisi ad suas filias † idem
important, ac si dictum fuisset per verba affirma-
tiua,quod vadant, cum duæ negatiuæ affirment *l.*
duobus 238.de verborum significationibus. Bart.in l.
fœmina,ff.de senator.& in l.1.num.7.Cod.de seru.fu-
gitiu. Maximè quando, prout in casu nostro, istæ
negationes non tendunt ad diuersa, nec quælibet
ipsarum habet suam determinationem,& relatio-
nem, tunc enim omnes negarent *l.qui neque, & l.*
alienationis,§.ratio. ff.de verb.signific. l.2.ff.de in ius
vocand. l.2.§.si non propter, ff.si quis caution. Rom.in
l.si vero,§.de viro,ff.solut.matrim. cum aliis per Re-
buff.in l.duobus 238.colum.2. in princ. vers.limitatur
quando.ff.de verb.signif. Addit ad Bart.in l.1.nu.7.in
22 *verb.affirmationem,C.de seru.fugitiu.* † Præsertim,
quia illa dictio,nisi,ponit & affirmatiua tanquam
posita post negatiuam,non vadat *Bart.in l.actione,*
n.1.C.de transact.Decian.cons.78.num.9. & 12.lib.3.
Ruin.cons.127.n.13.lib.2.& cons.132.n.1.eod.lib. Rot.
diuers.decis.322.n.4.p.1.
Octaua Conclusio. Substitutio concepta per verba,
non vadat,facta pupillo,est pupillaris directa,cum
23 † huiusmodi dictio, vadat, sit verbum directum
Bald.in rubr.Cod.de impuber.& aliis substitut. nu.2.
Bero.cons.127.num.10.lib.2. Simon.de Prat.de inter-
pretat. vltimar.voluntat.lib.3. dubit.1.solut.2. inter-
pretat.2.n.9.fol.229.Trentacinq.de substitut. part.4.
24 *cap.4.num.9.* † Maximè,quando non adest dictio,
semper,nam si illa adesset cum verbo,vadat, tunc
diceretur obliquum *Odd.de compendios.part.2.in fi.*
fol.65.Paris.cons.93.num.14. lib.2. Et generale est,
25 vt omnia verba,† quæ non requirunt ministerium
alicuius,sint directa *Bartol.in l.centurio,num.43.&*
ibi Ias.num.5.de vulgar.& pupill. Salic.in rubr.Cod.
26 *de impuber. & aliis substitutionib. in princ.* † Quæ
adeo vera sunt,vt istud verbum,vadat,cum simili-
bus maneat in sua significatione tanquam dire-
ctum, nec immutetur per verbum commune sibi
iunctum, puta, si diceretur, vadat, & succedat,
Nam licèt verbum,succedat,sit commune *Bart.in*
l.centurio.ff.de vulgar.Trentacinq.de substit.part.4.
26 *cap.4.num.22.* † Tamen est in electione substituti
capere iure directo ex pupillari tanquam nulla sit
facta mutatio ex illo verbo communi adiuncto
Bart.in d.l.centurio.n.38.& ibi Alex.n.95. Rom.n.5.
Ias.n.59.de vulgar.Idem Ias.consil.71. colum.3.vers.
non obstat ergo,lib.3.Menoch.præsumpt.21.lib.4.n.7.
& 8.
Nona Conclusio.Compendiosa substitutio facta im-
puberi per verba communia, etiam restricta ad
bona testatoris intra tempora pubertatis continet
27 pupillarem directam, † non autem fideicommis-
sariam, nam ex ista expressione pupillaris ætatis,
restrictio illa ad bona testatoris habetur pro non
scripta *Franc.in cap si pater,num.78.in princ. de*
testam.in 6. Castr.in l.1.num.4.& ibi Socin.num.11.
Alex.num.7. Aret.num.5. Rip.num.37. Alciat.num.
167. de vulgar. & pupill. substit. iuxta doctrinam
Bart. communiter receptam *in l.si ita scriptum,§.*
qui filio,ff.de bon.possess.secund.tabul. Galiagul.in l.
centurio. num.238.de vulg. Socin.Iun. cons.95.nu.26.
lib.1.Gabr.cons.113.num.40.lib.2. Honded.cons.73.n.
28.& 35.lib.1. Card.Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.
5.tit.7.n.5.vsque ad 12.& lib.7.tit.3.nu.14. Menoch.
præsumpt.34. n.16.lib.4. Rot.coram R.P.D. Bubalo.
28 *Firmana bonorum 5.Nouembris 1584.* † Cum etiam
bona pupilli dicantur bona testatoris, saltem ad-
ministratione,& custodia iuxta *cons.Aret.55.& di-*
xi supr.cap.528.
Decima Conclusio. Pupillaris dicitur substitutio in-
tra tempora pubertatis,quamuis sit restricta ad bo-
29 na testatoris,quando constat de illius mente, † de
qua dicetur appetere,si fuerit dispositum,quod tua
hæreditas deueniat ad substitutum absque dedu-
ctione legitimæ, ac trebellianicæ *Bart. in l.centu-*
rio.n.27.& ibi Ias.n.47.cum seq. Rip.n.125.de vulg.
& pup.Peregr.de fideicomm.art.34.nu.47. Menoch.
præsumpt.56.n.12.lib.4. Card.Mantic.de coniect.vlt.
volunt.tit.7.lib.4.n.16.
Neque obstat,quod illa verba sine diminutione, seu
deductione legitimæ & trebellianicæ intelligan-
tur de diminutione in bonis testatoris, non autem
pupilli iuxta opinionem *Angel.in l.centurio num.5.*
30 *vers.& ponit.C.de impub.& aliis substit.* † Quia il-
lius opinio non approbatur,cum magis communis
sententia sit contra eum,vt testatur *Menoch. præ-*
sumpt.56.nu.12. lib.4. & concludunt omnes *in d.l.*
centurio.vbi Bart.n.27.Ias.n.48.Odd.de compendios.
par.5.art.3.sublim.7.vers.primum exemplum,fol.160.
Prout etiam quando diceretur, quod bona deue-
niant ad Titium absque aliqua diminutione, vel
quod omnia bona ad eum perueniant,cum ista ver-
ba vniuersalia idem operentur,quod tota, & inte-
gra hæreditas,vt latè per *Menoch.d.præsumpt.56.n.*
12.ad med.vers.secundum est exemplum,& n.13.lib.4.
Vndecima Conclusio.Compendiosa continens sub-
stitutionem pupillarem, excludit etiam matrem à
31 legitima † filij *Bart.in l.Papinianus,§.sed nec impu-*
beri, nu.1.ff.de inoffic.testam.late Surd decis.273.n.3.
vbi de communi *Card.Mantic.de coniectur.vltim.*
volunt.lib.5.tit.11.num.14. Socin.Iun. in l.centurio.n.
510.de vulgar.& pup. & est opinio receptissima in
vtroque foro,vt latè comprobaui *supr.c.528.num.*
26.vsque ad 30.Trentacinq.de subst.par.2.c.16. Hon-
ded.cons.73.nu.56.lib.1. latè Bursat.cons.8. num.39.
cum seq.lib.1.Menoch.cons.427.n.18.lib.5.Ceph.con-
sil.524.n.36.lib.4. Gabr.cons.130.nu.4.lib.1.& consil.
120.n.9.lib.2.

Duodecima Conclusio. Legatarius, qui est in posses-
32 sione rei legatæ potest impedire † immissionem, quam petit hæres vigore *l. fin. Cod. de edict. diui Adrian. tollend. iuxta cons. Natt. 235. num. 6.* In possessorio enim adipiscendæ obstat exceptio Dolo fa-
33 cis, † quia petis, quod restituturus es *Bart. in l. si de vi. 37. num. 3. vers. in eo quod dicit, ff. de iudic. Castr. in d. l. final. colum. 4. ad med. vers. immo est adipiscenda. num. 12. Menoch. de acquir. possess. rem. 4. nu. 589. ante fin.* Quod est multum æquum, vt euitetur
34 † circuitus *l. dominus testamento, ff. de condict. indeb.* Præsertim quia legatarius, postquam cepit possessionem rei legatæ, fundat se non solùm in dicta
35 possessione, † sed etiam in dominio, quod statim in eum transit *l. à titio de furt.* Hæres autem, qui petit, se immitti, fundat se tantùm in possessione
36 defuncti, ob quam vult immissionem, † Vnde præparat ius legatarij tanquam fortius, vt in specie concludit *Natt. cons. 234. num. 7.* Stante præsertim
37 hypotheca, quæ datur pro omnibus legatis, † etiam pro illis, pro quibus competit sola actio personalis, vel tantùm officium Iudicis *l. 1. in fin. Cod. commun. de legat. Surd. de aliment. tit. 3. quæst. 4. num. 3. vsque ad 8. Couar. in c. rainutius, §. 10. num. 2.*
38 *de testament.* † Quare ratione talis dominij, & possessionis, quam habuit legatarius, sumus in legitimo contradictore, per quem rectè impeditur immissio *Castr. in l. fin. num. 12. col. 4. ad med. cum aliis per Menoch. de adipiscen. possess. rem. 4. nu. 605.* Nam causa huiusmodi contradictionis præualet, cum contradictor obtineat verum dominium, hæres
39 autem quasi dominium, † vnde qui habet dominium excludit publicianam *Gloss. in l. siue autem, §. si duobus, in verb. petentis, ad fin. vers. quandoque, ff. de public. in rem action. per text. in l. si ea res in fin. D. de actio. empt. Menoch. de adipiscend. possess. rem. 4.*
40 *numer. 606.* † Maximè, quando legata essent priuilegiata, ex quibus non detrahitur falcidia *§. si autem hæres, auth. de eccles. tit. auth. similiter. Cod. ad leg. falcid.* Vnde neque tunc esset prohibitum capere possessionem rei legatæ propria auctoritate *Capr. cons. 3 in fin. Cin. in l. 1. Cod. quor. legator. Tiraquel. priuil. piæ caus. 45. Menoch. adipiscend. possess. rem. 2. n. 85. & 86. Corn. cons. 140. ad fin. lib. 1. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 16. n. 7.*

In prædictis tamen obseruandum est, quod talis hypotheca in rebus legatis non dat retentionem pro
41 omnibus bonis hypothecatis, † cum sit diuersa ab aliis hypothecis, sed solùm pro concurrenti quantitate, & mensura debiti rei legatæ, & ad rem illi æquiualentem *Bart. in l. si constante n. 94. ff. soluto matrimonio, Cephal. cons. 98. nu. 3.* in specie loquitur de legatis, in quibus non datur ista retentio pro omnibus, donec legatarius fuerit satisfactus, sed vt tantùm de suo credito satisfiat *Surd. cons. 191. nu. 7. lib. 2. post Cin. in l. vbi adhuc, C. de iur. dot. dixi supr. cap. 489. n. 19. & 20.*

Prout etiam notandum est, quod in legatis quantitatis etiam piis non transit dominium in legatarium,
42 † sicut transiret in legatis speciei *Rip. in l. 1. n. 54. ff. de legat. 1. Alber. in l. illud, col. 1. C. de sacrosanct. eccles. latè Paris. cons. 77. n. 5. vsque ad 11. lib. 1.* Intelligendo tamen iuxta distinctiones, quas adduxi *supr. cap. 400.*

Quemadmodum etiam obseruandum est, quod in legatis conditionalibus non transiret dominium
43 in legatarium, † quamuis essent pro dote, cum expectandum sit matrimonium *l. stipulationem, 22. & ibi Glos. in verb. nuptiæ & in verb. videtur ff. de iur. dot. l. talis 49. vbi Glo. in verb. non deberi l. promittendo 41. vbi Glos. in verbo agi l. plerumque 11. vbi Gloss. in verbo secutum. ff. eodem titul. Bald. Nouell. de dot. p. 6. priuil. 76. num. 3. ad med. vers. sed ex ratione. & ad fin. vers. & ista est ratio. Ias. in l. si extraneus, num. 14. in*
44 *5. notab. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut.* † stante enim promissione, seu dispositione conditionali, nulla dicitur ex ea contracta obligatio ante euentum conditionis *l. stipulationem 22. ff. de iur. dot.*
45 † tamquam conditio nihil ponat in esse *l. cedere diem. ff. de verborum significat. l. si quis sub conditione. ff. si quis omiss. caus. testam. Surd. cons. 91. numer. 11. lib. 1. Castrens. consil. 322. in princip. lib. 1. Menoch. præsumpt. 19. num. 2. cum seq. libr. 3. Surd. cons. 131. nu. 12. lib. 1.*

Dummodo tamen ista verba, pro dote, vel dotandis puellis sint adiecta substantiæ legati, nam si
46 adiicerentur executioni, seu præstationi, † ac solutionis non essent legata conditionalia, sed pura *Bald. consil. 236. super primo puncto in 3. dubio. lib. 3. Socin. consil. 92. colum. 5. versic. confirmatur hoc ex alia coniectura. lib. 1. Aym. consil. 101. numer 1.*
47 † quod ista verba idem importaut, ac si dictum fuisset, vt nubere possint *Bald. consil. 249. an legatum, lib. 4.* Ita vt dominium, & possessio istorum
48 legatorum pro dote † transeat in puellas, etiam absque traditione ex speciali dotis priuilegio, cum declarationibus tamen, de quibus latè *Thesaur. decis. 48. per tot.*

Intelligendo tamen prædicta in casu, in quo non sit
49 appositum tempus incertum nuptiarum, † nam tunc tota dispositio redderetur conditionalis, siue conditio apponatur substantiæ negotij, siue illius executioni, aut solutioni. Ita in specie dotis debitæ cum clausula, quando maritabitur, vel simili concludit *Ruin. cons. 68. num. 7. lib. 4.* tamquam illud aduerbium temporis, quando, faciat conditionem propter tempus incertum, quod adiicitur, exemplo dictionis, cum, adiactæ executioni, prout dicimus de similibus aduerbiis respicientibus futurum iuxta notata *in l. seius saturninus, ff. ad trebellian. & in*
50 *l. 1. ff. de condit. & demonstr.* † Quod etiam voluit *Aym. cons. 15. num. 2. in fin. vers. patet igitur ex præmissis, & num. 3.* vbi, quod istud tempus nuptiarum dicitur incertum an sequatur matrimonium, necne, & talis est illa dictio, quando matrimonio colloca-
51 bitur, † quæ de sui natura important conditionem *l. sancimus, 24. C. de nupt.* vbi in terminis hoc deciditur, prout etiam notat *Aym. cons. 15. nu. 3. & Card. Mant. de coniect. vl. volunt. lib. 11. tit. 18. n. 18.* & latius *num. 20. & 21. post Ang. & Alex. in l. seius saturninus, in princ. ff. ad trebellian. Gualdens. de art. testand. tit.*
52 *de legat. caut. 54. nu. 2. tom. 8. p. 1. fol. 154.* † Ideo tales donationes cum puella nupserit tanquam conditionales, faciunt, vt si contingat illas decedere, antequam contraxerint nuptias, extinguatur dispositio, & perinde sit, ac si numquam conuentio, aut legatum præcessisset *Aym.* in specie *consil. 15. nu. 3. post princip.* per doctrinam *Castr. cons. 292. circa primum dubium. column. 2. vers. item testator. lib. 2.* & latè comprobat *Cardin. Mantic. de coniectur. vlt.*
53 *volunt. lib. 1. titulo 18. numero 19. vsque ad 23.* † & restituitur hæredibus promittentis, vel legantis, siue sit conditionalis promissio, siue sit modalis etiam si fuerit legatum acceptatum data cautione *Couar.*

ne Conar. in c.3. col. antepenult. ad med. verf. ex quibus fatis conflat. de teftam.

Quamuis in patre legante fimpliciter, dicendum eflet, quod relinquendo aliquid pro dote filiæ, in-
54 telligeretur pure legare. † non expectatis nuptiis iuxta communem opinionem, de qua per *Bart. in l. filio, §. titio genero, ff de condit. & demonftrat. Anchar. conf. 323. n. 1. Parif. conf. 25. n. 58. lib. 2.* vbi ampliat etiam in eo, quod fuperat legitimam *Cenarr.* qui de communi *in cap. 3. n. 11. verf. offano de tefta. Roder. in l. quoniam in prioribus, amplia. 15. C de inoffic. teftam. Craff.* qui dicit indubitatum *in §. legatum q. 48. num. 6. poft Vafq. de fucceff. creat. §. 10. num. 265. & 452.*

Ex quibus concludendum eft effe locum manutentioni petitæ, cum appareat de anteriori poffeffione
55 † *Felin. in cap. licet caufam, num. 9 de probat. Cardin. Seraph. decif. 1038. nu. 1. part. 2.* Non obftante, quod prætendatur illam fuiffe captam propria auctoritate, & ante decretam adminiftrationem cum potuerit capi tanquam vacua, eft ad commodum pupillorum, pro quibus poteft tutor illam capere etiam non impletis folemnibus, *vt in prima, & fecunda, & tertia conclufione*, & quamuis obijciatur nullitas mandati procuratoris, tanquam fit reftrictum ad capiendam poffeffionem refpectu legitimæ, Tamen de contrario conftat, quia in mandato adeft claufula, Iuxta formam ftatutorum, & iu-
56 ris communis, ac omni meliori modo, † ex quibus verbis cenfetur illud factum vigore cuiufcumque fucceffionis, & fic veniet etiam fucceffio vniuerfalis vltra legitimam *l. quadam, §. nihil. ff. de edend. Rebuff. in l. hæredis appellatione 170. col. 2. poft med. ff. de verbor. fignific.* Ita vt neque obftent bannimenta cum non doceatur de illorum publicatione tempore fucceffiorum, maximè, quia non procedunt quando poffeffio eft vacans, *vt in quinta, & fexta conclufione.* Cum etiam dicta bannimenta im-
57 ponant folùm pœnam pecuniariam, † neque annullent poffeffionem *Cardinal. Seraph. decif. 423.* Nulla habita confideratione, quod non interuenerint folemnitates conftitutionis Marchiæ, cum in hoc cafu non requirantur, vt dictum *in quarta conclufione*, prout ita ex prædictis conclufum fuit per *Rotam in hac caufa Firmana hæreditatis coram R.P.D. Buratto 27. Iunij 1614.*

Quo verò ad petitam immiffionem ex prædictis etiam colligitur illam effe concedendam, quia ftat de teftamento, & aliis requifitis iuxta *l. fin. Cod. de edict. diu. Adrian. tollend.* cum etiam fimus in fubftitutione pupillari directa, non obftante, quod dicatur illam effe reftrictam ad bona teftatoris, & per eam fit exclufa mater à legitima, *vt in feptima, octaua, nona, decima, & undecima conclufio-*
58 *ne.* † Adeo vt talis immiffio non potuerit impediri per legatarios, cum fimus in legatis confiftentibus in quantitate, non in fpeciebus, & corporibus, quæ debebant capi de manu hæredis *l. non dubium. Cod. de legat. l. 1. §. redegit. ff. quor. legat.* & dictum eft fupra *in duodecima conclufione*, cum etiam illa fint conditionalia, & militent ea, quæ adducta funt *in duodecima conclufione*, & confequenter legatarij non poffunt dici hoc cafu legiti-
59 mi contradictores, qui † tunc dicuntur tales quando hæres nihil confequi debet ex bonis ab illis poffeffis, prout dicimus de fideicommiffario, cui in hac materia æquiparantur *Menoch. de adipifc. poff. remed. 4. num. 642. Zuccard. in l. fin. nu. 429. Cod. de edict. diu. Adrian. tollend.* latiffimè *Cæfar. Argel. de legit. contradictor. quæft. 2. art. 11. nu. 276. cum feq.* Maximè, quia teftator exprimit modum foluendi legata cum pagliis honeftis, & vxori relinquitur victus, & veftitus. Non confiderato ftatuto Firmano *rubr. 49. libr. 3.* per quòd licèt excludantur fœminæ propter mafculos, referuata matri dimidia legitimæ in hæreditate filij inteftati, vel tefta-
60 ftabilis. † Tamen non applicatur ad cafum noftrum, cum fubftitutio pupillaris dicatur teftamentum filij *l. 2. de vulgar. §. 1. inftit. de pupillar.* Quemadmodum non obftant verba eiufdem ftatuti, quod poffit allegari ad interpretationem teftamentorum, quia ftatutum intelligitur quando res
61 effet dubia, † cum ftante pupillari fimus in claris, in quibus ceffat omnis interpretatio, vt in propofito confiderat *Socin. Iun. conf. 95. numer. 34. in fin. verf. nouiffimè, lib. 1.* Non obftante etiam prætenfa exceptione fideicommiffi tanquam requirente altiorem indaginem, cum replicetur conditionem defeciffe iuxta *confil. Oldrad. 21.* Et in omnem cafum non adeft vlla legitima contradictio ad impediendam immiffionem fubftitutorum, ex quo
62 non conftat bona effe fideicommiffaria, † cum etiam illis competant detractiones *Zuccard. in l. fi. nu. 426. Cod. de edict. diu. Adrian. tollend. Gabr. confil. 39. n. 3. lib. 2. Cardinal. Seraph. decif. 271. num. 5.* & eft conclufio vulgaris, & paffim approbata, vt per *Rot. coram R.P.D. Sacrato. Senogallien. fideicommiffi 21. May 1602. & coram Cardin. Lancellotto Romana de Capozucchis 10. Aprilis 1606. & coram R.P.D. Manzanedo. Viterbien. fideicommiffi 27. Iunij 1613.* Et ita ex prædictis conclufum fuit pro immiffione in huiufmodi caufa *Firmana hæreditatis coram R.P.D. Buratto 12. Decembr. 1614 & 13. Februarij 1615.*

EPITOME.

Filius quando præfumatur acquifiuiffe ex bonis patris, & an fufficiant coniecturæ. § Confeffioni patris an fit potius ftandum quàm teftibus contrarium deponentibus. § Vfusfructus patris an poffit conftitui in pecunia, & in rebus quæ vfu confumuntur, nifi etiam dominium in illam transferatur, ita vt omne augmentum exinde proueniens fit debitum patri quo ad plenum ius in proprietate tanquam ex caufa profectitia proueniens. § Et an de tali pecunia fit præftanda aliqua cautio per patrem. § Legatum vfusfructus pecuniæ, & rerum quæ vfu confumuntur an includat proprietatem. § Et an dominium illius tranfeat ftatim in legatarium, fi facta æftimatione rei in qua vfusfructus eft relictus, offeratur hæredi debita cautio. § Dimidia lucri an debeatur filio, qui negotiatur cum pecunia patris. § Et quando in hoc fit ftandum Iudicis arbitrio.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas ftatus eft probanda per eum, qui fe in illis fundat.*
2 *Filius præfumitur acquifiuiffe ex bonis patris, & in hac materia fufficiunt coniectura, n. 4.*
3 *Filius non poteft prætendere aliquod peculium, nifi de eo doceat.*

5 *Confessioni partis magis statur, quàm testibus contrarium deponentibus,*

6 *Pater quando confeatur ius suum cessisse tam quo ad vsumfructum, quàm quo ad proprietatem.*

7 *Clausula constituti transfert possessionem, neq; est probandum, quod constituens illam haberet, quando agitur inter contrahentes, quidquid secus sit contra tertium.*

8 *Vsusfructus patris non potest consistere in pecunia, & rebus quæ vsu consumuntur, nisi etiam dominium in illum transferatur, ita vt omne augmentum exinde proueniens debeatur patri quo ad plenum ius in proprietate, tanquam ex causa profectitia proueniens, nu. 13. & de tali pecunia non est præstanda aliqua cautio per patrem, num. 14.*

9 *Legatum vsusfructus pecuniæ, seu rerum, quæ vsu consumuntur includit etiam proprietatem.*

10 *Dominium vsusfructus rei legatæ, quæ vsu consumitur, transit statim in legatarium, si facta æstimatione rei, in qua vsusfructus est relictus, offeratur hæredi debita cautio. Contrarium, quod requiratur translatio, & cessio hæredis contra debitores hæreditarios, nu. 11. & 12.*

15 *Obligatio an consistat inter patrem & filium in aduentitiis.*

16 *Iudex arbitratur an sit danda dimidia lucri filio, qui negotiatur cum pecunia patris.*

17 *In acquisitione mixta debet recognosci industria de consuetudine.*

18 *Lucrum totum cedit patri, si filius negotiatur nomine ipsius patris.*

19 *Nudus minister nullum commodum, nec damnum sentit.*

CAPVT DXLIII.

INstrumentum dixi esse exequendum iuxta formam statuti *cap. 85 lib. 1.* cum fuerit probatum bona, de quibus agimus, fuisse tempore obligationis, vel post possessa per debitorem, & modò possideri per tertios aduersarios, vt in eodem statuto
1 disponitur, † prout ista qualitas erat probanda *Bar. in l. causis. C. de accusat. late Tiraq. de retract. consanguin. §. 8. glo. 7. num. 1. Surd. cons. 138. n. 1. libr. 1.*

Non obstat, quod bona existentia in apotheca fue-
2 rint acquisita opera, industria, & labore filiorum, † Quia magis præsumendum est illa prouenisse ex substantia ipsius patris *Gloss. in l. cum oportet, in princ. & ibi Cin. n. 4. Bart. n. 5. Bald. nu. 11. C. de bon. quæ liber. Card. Mant. de tac. & ambig. conuen. lib. 6. tit. 14. n. 15* Maximè cum probetur patrem stare in dicta apotheca, ibidémq; viuere in communione
3 cum vxore, & suis filiis, ac tota familia, † quo casu nullus filiorum existentium in potestate patris, & in eadem familia cũ eo potest prætendere aliquod peculiũ, vt pro se retinere possit mortuo patre, sed illud venit in diuisioné cum fratribus, nisi doceat, quod sibi particulariter fuerit relictum in peculium castrense, in quo hoc est speciale, vt bene declarat *Alcian. cons. 19. col. 1. vers. quarto de hoc videtur, & vers. quinto quia si speciale, per text. notabilem, in l. familiæ licet, vers. cum autem fratres tui, C. de coll. & l. inter fratres, ff. pro socio.*

Et quamuis in hac materia istæ coniecturæ sufficerent
4 vt per *Alcian. d. cons. 19. nu. 6. ante med.* Tamen † in casu nostro adest probatio clara, stante instrumento diuisionis societatis inter patrem & filium ex vna, & Antonium ex altera, in quo admittitur pater ad participationem societatis ratificando patrimonium diuisionis, cedendo consocio iura, & actiones, cum promissione euictionis, & aliis, de quibus in facto, & in summario *num. 1. & 2.* Quæ omnia non possunt fieri citra ius, & nomen proprij, & veri dominij competentis patri in dicta societate, Ita vt stante ista confessione pluries geminata, & habente iuris adminiculum, secundum quod filius acquirit patri, non obstent testes deponentes bona esse propria filiorum, & per eos ex industria acqui-
5 sita, † cum contrarientur confessioni ipsiusmet principalis, cui magis standum est, quàm testibus, qui tunc nihil probant, nec ad concordiam reduci possunt, vbi aliàs reducerentur *Aym. cons. 171. num. 11. Socin. cons. 44. num. 2. col. penult. in fin. lib. 4. Ias. in l. 2. §. creditum, num. 11. post Bart. ibid. num. 8 ff. si cert. petat. Capntaqn. decis. 283. nu. 7. p. 3. Innoc. & alij in c. cum contingat. de offic. deleg.* Cum etiam non sit incompatibile, quod testes probent filios in huiusmodi societate se ingessisse, & operam & industriam eorum posuisse, & quod nihilominus pater sit dominus, prout verè erat, & ius præsumit, ita vt quidquid per filios gerebatur esset iure familiaritatis, & non quod ipsi essent domini *l. qui iure, ff. de acquir. possess.*

Nec aduersatur, quod istud ius patris, de quo in instrumento diuisionis possit referri solum ad vsumfructum patri debitum in bonis per filium quæsita, non quo ad plenam proprietatem, ita vt per
6 mortem patris istud ius fuerit extinctum, † Quia pater non solùm cessit iura sibi competentia, sed etiã promisit de euictione iurium cessorum, vt in summario *n. 2.* Vnde non potest aliquo modo istud ius intelligi respectu solius vsusfructus, sed etiam respectu pleni iuris, cum enim per patrem fuerint cessa omnia, & quæcumque iura cum quibuscumq; actionibus sibi competentibus, frustra illi fuissent cessæ, si solùm pater habuisset vsumfructum, nam cessio concernit exercitium, & eo casu non esset apta ad agendum *l. 1. in fin. C. de annal. except.* quare dicendum est intelligi de pleno dominio, prout in proposito nostro post *Bald. & alios allegatos* concludit *Surd. cons. 259. n. 17. ad fin. lib. 2.* Cum etiam adsit promissio de euictione, quę tanquam multùm præiudicialis patri arguit non fuisse verisimile, quod fuerit apposita, nisi etiam bona ad eum pleno iure spectarent, quasi pro vsufructu breui tempore duraturo non sit credendum, quod vellent quis obligare se, suosque hæredes in perpetuum.

Accedit clausula constituti, ad fauorem consocij
7 per patrem apposita in prædicta diuisione, † per quam apparet eum non solùm habuisse possessionem, sed etiam dominium bonorum, quod ea causa habili transtulit in consocium *Bart. in l. interdum, in princip. de acquirend. possess. Surd. cons. 121. nu. 34. lib. 2.* Maximè, quia sumus inter filium, & patrem, ac consocium insimul contrahentes, quo casu non est aliud probandum, quod constituens possideret, quasi tunc talis recognitio operetur quamdam confessionem possessionis, quæ inter contrahentes nocet, & probat, quidquid sit contra tertium, cuius respectu nihil operaretur *Ang. in l. quamuis, §. si conductor. ante med. vers. pro hoc etiam facit multoties de acquir. poss. & in l. 2. C. eod. tit. Bald. in l. 1. col. 2. in fin. C. quand. lic. ab empt. discedet. Natt. cons. 439. num. 2. & 3. cons. 171. num. 9. Socin. cons. 187. num. 13.*

num.13.lib.2.Surd.cons.28.num.48.lib.1.
Additur, quod capitale societatis consistit in pecu-
nia, & rebus mobilibus, quæ vsu consumuntur, in
8 † quibus vsusfructus aliter constitui non potest, nisi
etiam dominium eorum in patrem trásferatur per-
mansurum apud eum vita sua durante, Ita vt omne
augmentum, & accessio proueniens ex dicta pecu-
nia, & bonis mobilibus debeatur ipsi patri quo ad
plenum ius in proprietate tamquam ex causa pro-
fectitia proueniens, cùm in pecunia, & rebus mo-
bilibus pater habeat vsumfructum à proprietate
inseparabilem, & nullo modo distinctum à domi-
nio *l.si tibi decem.& l.si vini.& l.tribus hæredib.l.pe-
nult.& .ff.de vsufruct.ear.rer.quæ vsu consumuntur.*
& per prædicta iura notat *Bart.in l.frater à fra-
tre col.4.post princ.vers.domini est aduertendum,
num.15.& ibi Ang.colum.3.in princ. versic.in eadem
glosa ibi de aduentitia. num.13. Caccialup.colum.7.in
princip. vers.in ea.ibi hodie autem, num.22.Corn.co-
lum.3.in fin.vers.& similiter nec de aduentitia num.
10 Ias.colum.11.ad med. versic.item in quantum vult
ista num.17.in fin. Fulgos.colum.3. ad med vers. nam
in rebus quæ vsu consumuntur, num.7. Cagnol.colum.
29.ante med. versic.filius enim non potest.num.153.ff.
de condict.indeb. Azo in summa tit. de vsufruct. &
habitat.colum.2.post med. versic.item pecunia nume-
rata.num.10. Bart. in l.si quis pro eodem 57. §.item si
filius a patre.ante fin.versic.hoc dictum debet intelligi.
num.3. & ibi Imol.colum.1.post med.versic.quomodo
autem hoc possit practicari, num.2.ff.de fideiussor.Ful-
gos.consil.107.colum.penult.post med.vers.aut erat ex
aduentitio.numer.1. Castrens. in l.partis tertia 10.ad
med.vers.& præmitte.nu.2.de præscript.verb.Decian.
in l.si filiusfamilias 14.colum.penult. ante med.versic.
secundo respondetur, num.5.ff.si cert.petat. Pinell.in
l.1.part.2.numer.41.C.de bon.matern. Surd.decis.67.*
*num.2.*vbi allegat etiam *Socin.cons.9.colum.2.lib.4.
Card. Thuscus conclus.304. in verb. vsufructuarius,
34.Eugen.cons.78.num.30.Castigl.de vsufruct.cap.17.
num.6.& 32.* vbi etiam adducit *Mazzol.cons.25.nu.
25.& Maluag.cons.110.num.2.& 10.lib.1. & Pedroc.
cons.7.num.29.Vasq.de success.creat.progress.& reso-
lut.part.1.lib.1.§.7.de testat.potent.num.26.vers.illud
autem certum est in sis rebus.fol.50.Gomes.var.resolut.
tom.2.c.15.de seruitut.num.3.ad med.vers.item etiam
constituitur.col.3.*
Et facit, quod dicimus de legato vsusfructus pecuniæ,
9 seu rerum quæ vsu consumuntur, † per quod cense-
tur relicta proprietas, cùm in istis rebus non detur
separatio vsusfructus à proprietate *l.fin.de vsufruct.
ear.rer.quæ vsu consumuntur. Alex.in l.1.n.20.col.9.
in princip.*& ibi *Socin.Sen.num.12.Socin.Iun.numer.
369.ad fin.Rip.num.61.col.13.ante med.vers.mihi pla-
cet.Paris.num.46.colum.41.ante med.vers.limitatur.
& sexto.Ias.colum.15.ad med.num.125.& 126.ff.de le-
gat.1.Anchar.in cap.fin.num.16. de pignoribus.Ruin.
cons.51.nu.13.col.4.ad med.vers.& est ratio secundum
prædictos.lib.2.*
Quod adeo verum est, vt tale dominium vsusfructus
rei legatæ, quæ vsu consumitur, transeat statim in
10 legatarium, † si facta æstimatione rei, in qua vsus-
fructus est relictus, offeratur hæredi debita cautio,
argumento eius, quod notat *Bart.in l.vxorem 39.§.
agri plagam.ff de legat.1.* & ita in specie concludit
*Alex.in l.1.n.20.& ibi Socin.n.12.Rip.n.62.post med.
vers.mihi placet opinio.ff.de leg.1.*
Quamuis secundùm alios non sufficeret præstari,
seu offerri cautionem ad hoc, vt in huiusmodi le-
gato transferatur dominium, cùm etiam requira-
11 tur translatio, † ideò etiam præstita cautione adhuc
contra debitores hæreditarios non datur actio v-
sufructuario sine cessione, sed competit hæredi in-
stituto, qui aget contra debitores, & exactum tra-
det legatario, vt in terminis consuluit *Matth.de
Mathesi.int.cons.Petr.de Anchar.368.per tot.* cuius
opinionem tanquam veriorem sequitur *Ruin.cons.
51.num.13.post princ.vers.tamen contraria, lib.2.*& de
communi testatur *Vasq. de success.lib.1.§.7. de test.
12 potent.num.26.fol.50.part.1.*& secundùm istam sen-
tentiam concludendum esse in iudicando, & con-
sulendo dicit *Ias.in l.1.num.126 ff.de leg.1.per text.in
l.1.§.si decem quæ in area.ff.vt legat.nomin.caueat.* v-
bi, quod nó transfertur ipso iure dominium, quan-
do legatur vsusfructus pecuniæ ex testamento, pro-
ut in aliis rebus, quia licèt videatur etiam relicta
proprietas, non tamen illa transit incontinenti, sed
ex quadam necessitate, quia aliter non potest con-
stitui vsusfructus pecuniæ, & hoc respectu dicitur
etiam legata proprietas, quasi non possit separari
vsusfructus à proprietate ex natura rei legatæ *l.si ff.
de vsufr.ear.rer.quæ vsu consumunt.*
Sed quidquid sit de prædictis opinionibus an tran-
seat ipso iure, nec ne dominium vsusfructus rei le-
gatæ, quæ vsu consumitur, oblata dicta cautione;
Tamen semper est verum, quod in huiusmodi lega-
tis dominium censetur relictum, iuxta supra alle-
13 gata, † Ita vt stante illo dominio vsusfructus pe-
cuniæ, ita patri deferatur, vt quodcumque aug-
mentum ex ea proueniens efficiatur proprium &
peculiare ipsius patris *Pinell. in l.1. part.2. num.41.
post princ.vers.sed ni ego fallor. & in fin.versic.resoluo
14 igitur. C.de bon. matern.* † vbi etiam concludit de
huiusmodi pecunia non esse præstandam aliquam
cautionem per patrem *Clement. de patr.potestat.
effect.1.numer.31.tom.8.part.2 fol.107. Marc. Man-
tic.sing.394.ad fin. & est Gloss. in l.si vsusfructus 9.§.
plane, in verb. hanc cautionem, ff.de vsufruct.quem-
adm. caueat.per text. in l.fi. §. hac proculdubio.C.de
bon.quæ liber.*
Ex quibus etiam apparet nihil deferendum *Eugen.
cons.78.nu.36.*cum eius opinio non sit admittenda
contra *Bart.in l.si quis pro eo §.item si filius.n.3.de fi-
deiussorib.& cæteros*, qui eum sequuntur tamquam
maioris auctoritatis vltra rationes validiores supra
15 adductas, † Quamuis nec ipse *Eugen.* loquatur con-
tra *Bart.* respectu pecuniæ aduentitiæ, quam acqui-
rit pater in proprietate, sed solùm respectu obliga-
tionis an illa possit consistere inter patrem & filium
in aduentitiis, de quo modò non quæritur, & latè
potuit *Card. Mant. de tacit. & ambig.conuent.lib.6.
tit.14.n.26.Doct.in l frater à fratre. ff.de condi.indeb.
Hect.Felic.de societ.c.6.n.1.cum seq.*
Quibus firmatis non est quærendum an debeatur
dimidia lucri filio, qui negotiatur cum pecunia
patris, quia etiam admisso, quod illa deberetur,
non ex hoc potest excludi executio instrumenti;
cum respectu dimidiæ debitæ patri remaneat ta-
le lucrum, vt possit satisfieri creditori petenti di-
16 ctam executionem: † Maximè, quia in prædicta
quæstione verior est opinio, vt semper stetur ar-
bitrio Iudicis inspecta qualitate, & quantitate o-
peræ, & industriæ filij, & quantitate lucri *Aym.
cons.165.num.2.post Alexand.in l.si ita tibi.§.si pactum
in fin. ff.de pact. Becc.cons.113. nu.20. vers.ad tertium*

reſpondetur. Surd.de alim.tit.9.queſt.20. num.16.ad med.Menoch.de arbitr.caſ.126.num.4.& 5.Bertrand. conſ.71.numer.4.in fin.lib.1.part.1. Quod quidem eſt æquitati congruum, tamquam filius non debeat priuari ſuo labore, & induſtria, cum illud lucrum non proueniat totum ex re patris, ſed pro parte ex operis ipſius filij, & ſi pater dediſſet alteri prædium ad colendum, non vtique percepiſſet fructus por-
17 tionis colonicæ, † Iſta enim dicitur acquiſitio mixta, in qua ex conſuetudine debet recognoſci induſtria *Bart.in l.1.§.nec Caſtrenſ.num.5.ff.de coll.bonor. Alex.& Iaſ.in l.illud.C.de collation. Corn.conſ.285. col.3.lib.1. Socin.conſ.92.num.15.lib.1.* latè *Surd.* qui multas declarationes adducit *de alim.tit.9.q.20.nu. 16.& per tot.*

In quo tamen obſeruandum eſt, quo nomine filius negotietur, nam ſi negotiatus eſt nomine patris
18 totum † lucrum cederet ipſi patri, quaſi tunc filius cenſeatur ei donaſſe ſuam operam, & induſtriam, Cùm etiam idem filius hoc caſu poſſit dici inſtitor, ſeu procurator patris ad negotiandum conſtitutus *Aym.conſ.165.nu.4.& 6.ad med.Rom.conſil.469.nu. 5.verſic.primo caſu.* & ibi latè *Mandoſ. in addit.in verb.non conferri. Angel.conſ.82.col.2. Deeian.in l.illud.colum.fin.num.12. & ibi Iaſ.2.verſ.limita tamen. Cod.de collation. Calcan.conſ.19.col.8.Socin.conſ.92. col.12.in princ. verſ.primus eſt quando.num.15.lib.1.* & latius *conſ.162.num.3.lib.2.Rip.in l.in quartam, n. 159. ff.ad leg.falcid. Petr.de Vbald. Corn. & alij*, de quibus per *Bertrand.* qui de magis communi *conſil. 71.col.3.ad med.num.5. libr.1.part.2. & conſ.184.nu. 4.lib.3.part.1.per text.in l.lucius titius teſtamento 90. §.à te peto, & l.cum pater.§.filia. ff.de leg.2.& l.Lucius titius in teſtamento 22. vbi Gloſſ.in verb. voluiſſe.*
19 *ff.eod.tit.* † vbi, quod nudus miniſter nullum commodum ſentit, nec damnum, ſed omnia lucra, & incommoda ſunt eius, qui illum conſtituit *l. qui proprio.§.procurator.ff.de procurat.l.quod procurator ex re.ff.eod.tit.l.2. & l.ſi negotia. ff de nego.geſt. l.ſi quis putans, §.ſine autem, ff.commun.diuidund.l.1. cum ſeq.de inſtit.action.*

EPITOME.

Datio in ſolutum tam voluntaria, quàm neceſſaria, quando habeatur pro venditione, & in ea ſit locus retractui. ¶ Et quid ſtante conſtitutione Gregor. XIII. ſuper iure congrui. ¶ Laudemium an debeatur ex alienatione, quæ fit ex neceſſitate pro debito, quando per Iudicem dantur bona in ſolutum creditori, ſeu tertio. ¶ Creditor an poſſit paciſci cum debitore, quod ſi debitum non ſoluatur intra certum tempus, remaneant pignora ipſi creditori. ¶ Æſtimatio an validè conferatur in perſonam incertam. ¶ Debitor an poſſit offerre pecuniam debitam ſuo creditori lapſo tempore ad ſoluendum, ſi res illi in ſolutum data non fuerit æſtimata. ¶ Factum ſponte quando poſſit dici. ¶ Et de differentia inter voluntarium, & ſpontaneum. ¶ Exemplis quando ſit iudicandum. ¶ Statutum conſtituens præmium facienti aliquid ſponte, an habeat locum in eo, qui ex officio tenetur illud facere. ¶ Prælatio conceſſa ex conſtitutione Pij V. domino cenſus, an procedat in diſtractione neceſſaria per ſubhaſtationem. ¶ Factum Iudicis quando dicatur factum partis. ¶ Notarius an puniatur de falſo ſcribens, quod exiſtens in tormentis confeſſus eſt voluntariè, ſeu ſponte. ¶ Voluntas coacta an ſit voluntas. ¶ Datio in ſolutum de certa re creditori, quatenus debitor intra certum tempus non ſoluerit, an obſtet, vt creditor non poſſit lapſo tempore petere pecuniam ſibi debitam, & reſpuere, quod fuit ſibi datum. ¶ Res data in ſolutum creditori quando dicatur perfectè tradita, vel conſtitutum pignus.

SVMMARIVM.

1 *Datio in ſolutum de certa re creditori, quatenus debitor intra certum tempus non ſoluerit, an obſtet, vt creditor non poſſit lapſo tempore petere pecuniam ſibi debitam, & reſpuere, quod fuit ſibi datum. num. 2.& 3.*

4 *Res data in ſolutum creditori, quando dicatur plene, & perfectè tradita, vel conſtitutum pignus remiſſiue, & in ea habeat locum retractus, n.14.*

5 *Creditor poteſt paciſci cum debitore, quod ſi debitum non ſoluatur intra certum tempus, remaneant pignora ipſi creditori. Et quomodo hoc intelligatur, n.6.8. 9.10 11.& 12.*

7 *Æſtimatio an poſſit conferri in hominem incertum.*

13 *Debitor poteſt offerre pecuniam debitam ſuo creditori etiam lapſo tempore præfixo ad ſoluendum, ſi res illi in ſolutum data non fuerit æſtimata.*

15 *Datio in ſolutum dicitur venditio, ſi datur ſpecies pro quantitate, ſecus ſi ſpecies pro ſpecie daretur, & quando in ea ſit locus retractus, nu.16.*

17 *Ius congrui habet locum in datione in ſolutum neceſſaria facta à Iudice pro executione rei iudicatæ. Amplia vt n.18. Limita in conſtitutione Gregoriana loquente de venditione voluntaria, & ſpontanea, n.21. 3-.37.40.46 50.51.52 & 53.*

19 *Laudemium debetur ex cauſa, & alienatione, quæ fit ex neceſſitate pro debito, quando per Iudicem dantur bona in ſolutum creditori, ſeu tertio, & n.20.*

22 *Factum ſponte an dicatur ſolutum, quod fit libere, & motu proprio, vel etiam ad alterius petitionem, nu. 23.24 26.41 & 42.*

25 *Voluntas coacta, quamuis ſit voluntas, non tamen eſt ſpontanea, & libera, n.44.*

27 *Faciens aliquid blanditiis allectus non dicitur ſponte facere.*

28 *Voluntarium in quo differat à ſpontaneo.*

29 *Statutum requirens aliquid fieri vltrò, ſeu ſponte conſtituendo præmium, non habet locum in eo, qui tamquam Iudex ſponte facit.*

31 *Non eſt recedendum ab obſeruantia.*

32 *Interpretatio reducens ad ius commune eſt fauorabilis.*

33 *Exemplis quando ſit iudicandum, n.35.*

34 *Conſuetudo inducitur ex multis ſententiis in eodem caſu latis.*

36 *Iudicium eſt firmius, quod multorum ſententia roboratur.*

38 *Statuta non ſunt amplianda, ſed ſtrictè intelligenda, num.45.*

39 *Prælatio conceſſa ex conſtitutione Pij V. domino cenſus, habet locum etiam in diſtractione neceſſaria per ſubhaſtationem.*

43 *Notarius non punitur de falſo, ſcribens quod exiſtens in terminis voluntariè confeſſus eſt, ſecus ſi ſponte dixerit.*

47 *Factum Iudicis, qui dat inſolutum rem debitoris, dicitur*

citur factum partis. Intellige vt n.48.& 49.
54 *Si sententia debet attendi.*
55 *Ignorantia non datur in notoriis.*

CAPVT DXLIV.

EX illa ratione, quod pactum ad fauorem cre-
ditoris inductum, non debeat in eius odium
1 retorqueri, † Dicebatur dationem in solutum fa-
ctam de certis prædiis creditori, quatenus intra
sex menses debitor non soluat, non obstante,
ita vt non possit idem creditor lapsis sex mensi-
bus petere pecuniam, & respuere prædia in so-
lutum data iuxta vulgatum *consil. Decian.12. per
tot.* quem sequuntur *Rip.Curt.Iun.Cagnol.Cephal.
& Macrobr.* quos refert *Surd. decis.113.numer.1.*
cum aliis per *Asin.* qui latissimè hanc opinionem
defendit *de execut. §.7.cap.268.fol.237.Gozad.cons.
42.num.15.*
Verùm dixi, cùm de hoc quæreretur, non esse tutam
dictam opinionem, sæpè enim contra eam fuit iu-
2 dicatum, vt testatur *Thesaur.decis.147.* † Quia facta
donatione in solutum debitor liberatur ab obliga-
tione, & per consequens nulla competit actio cre-
ditori, postquam est sibi satisfactum de ipsius con-
sensu, & ita etiam fuit decisum in Senatu Mantua-
no, & notat *Surd.decis.113.per tot.* quod etiam vo-
luit *Alciat.consil.109.Purpur.consil.557. lib.2.Socin.
Iun.cons.41. lib.3. Siluan.consil.102. Natt.cons.496.
num.17. Aym.cons.477.num.6. & cons.691.numer.5.*
Ita vt ista opinio sit magis communis, vnde ab ea
non esset recedendum, præsertim cùm habeat me-
liores rationes, de quibus latè differunt omnes su-
pra allegati, adeo vt non sit amplius super eis im-
3 morandum, † Maximè, quia in casu nostro datio
in solutum est facta liberè, cùm secus esset si daren-
tur bona in solutum, donec fuerit facta solutio
*Gasp. Ant. Thesaur. in addit. ad dec. Thesaur. 147. ad
med.* vbi testatur ita fuisse decisum in Senatu Pe-
demontano, quasi tunc non sit perfectà res tradita
Gozad.cons.42.num.15. Ex quibus autem cognosca-
tur an res data in solutum sit perfectè, & plenè tra-
4 dita, † non autem constitutum pignus, multa ad-
ducit *Surd.cons.283.num.8.vsque ad 23.* vbi declarat
*Aretin.cons.47.num.15. Socin.cons.9.nu.30.lib.1.Ias.
cons.93.in 1.dub. lib.1.Natt.consil.496.Aym.691.De-
cian.cons.35.num 43. lib.2.Menoch.201.num.5.vsque
ad 2.lib.3.*
Obseruandum tamen est, quod permittitur credito-
ri pacisci cum debitore, quod si ex pecunia ex mu-
tuo debita non soluatur intra certum tempus re-
5 maneat † pignora data ipsi creditori pro iusto pre-
tio definiendo arbitrio boni viri *l.si fundus 16. §.
vltim. ff.de pignoribus.* vbi quod tunc videtur esse
quodammodo venditio conditionalis *l. vltim. in
princip. ff.de contrahend.empt l.in fuga.C.ad leg.flau.
de plagiar.* Quidquid secus sit, quando simpliciter
darentur pignora, vt pro pecunia mutuata sint
6 empta, † tunc enim non valeret ista conuentio *l.1.
& vltim.Cod.de pact.pignor. Gloss.in l.si fundus 16.§.
vltim.in verb.æstimandam, ad med.de pignoribus,* cùm
passim reprobentur ista pacta in pignoribus, siue
simus in mutuo, siue in alio debito, vt latè com-
7 probat *Alexand.cons.178.num.1. lib.7.* † Quamuis
autem videatur conferri æstimatio in hominem
incertum, quod non admittitur *l.si merces.in 1.re-
spons.ff.locat.* Tamen hoc est speciale in mutuo,
cum vix debitores aliter interuenirent pecunias. vt
notat *Gloss.in l.si fundus, §.vlt.in verb.æstimandam,
in fin.in pignor.*
Sed omissis prædictis, firmanda est conclusio, quod
valet pactum inter creditorem, & debitorem, non
solùm si dictum sit, vt res pignori data censeatur
8 empta iusto pretio, † sed etiam si simpliciter dica-
tur, quod res maneat emptori, & illi sit empta,
si non fuerit restitutum pretium intra tempora
conuenta, quia semper intelliguntur, quod sit cre-
ditoris, pro iusto tamen pretio *Hostiens.in cap.si-
gnificante.colum.1.in verb.in pignoribus,* & ibi *Ioann.
Andr.col.2.Imol.num.10 de pignorib. Alex.cons.178.
num.9. lib.7.Menoch. de adipiscend. possess.rem.5.nu.
44.ad med. Tiraquell. de retract.conuent..ad fin.tit.
num.139.Bertr.cons.98.puto in fin.num.9.lib.2.part.1.*
9 † & ista est verior opinio, quidquid alij contra-
rium teneant, de quibus per *Coler. de process.exe-
cutiu. part.1. cap.10.num.312. fol.322. & part.3. num.
75 fol.715.* Cùm etiam Doctores ibi relati hoc idem
sentiant, si rectè inspiciantur, Nam loquuntur,
quando res datur in solutum pro pretio, quod non
10 contingeret solui in tempore, † Nos autem loqui-
mur, quando fuit conuentum vt res sit empta cre-
ditori, tunc enim subauditur istud iustum pre-
tium, prout dicunt *Tiraqu. dict.num.139. & Me-
noch d.ict numer.44.* nec etiam dissentit *Socin. Iun.
cons.147.num.16. lib.1.* vbi tenet tale pactum non
valere, quando non esset habitus respectus ad iu-
11 stum pretium, secus † si diceretur, quod possit res
retineri vsque ad concurrentem crediti quantita-
tem, cum similibus verbis, ex quibus semper ar-
guitur iustum pretium, & ita etiam concludunt
*Doctor. in l.callipodius 45.alias incip. quamuis de so-
lut.* & voluit etiam *Lup.in l 2.in præfat.num.10 C.
de pact int.empt. & vendit.Cepoll.caut.24.pactum pi-
gnoris.Rubeus cons.134.*
Non valebit tamen conuentio, si dictum sit, vt non
redempta re intra aliquod tempus, illa remaneat
12 creditori pro maiori pretio, † quàm quòd fuit à
principio nominatum, putà si prædium fuerit da-
tum non pro scutis mille, pro quibus debitor tene-
batur, sed pro scutis mille & centum, quia licèt fue-
rit datum in solutum pro ampliori pretio, Tamen
semper potest adesse læsio, ob quam ab initio pro-
hibetur huiusmodi pactum in pignoribus inter de-
bitorem, & creditorem, Vnde non mirum, si istud
maius pretium non debet considerari pro conua-
lidanda tali conuentione, quæ solùm valebit, quan-
do fuit res data pro iusto pretio, vel simpliciter
nulla facta mentione pretij in puncto concludit
*Bertrand.cons.50.col.penultim.in prin.vers.si vero
opponetur.nu.6.ad med.lib.2.part.2.& cons.347.col.5.
lib.1.& cons.356 col.2.eod.lib.* & sequitur *Tiraquell.
de retract.conuent.ad fin.tit.numer.139.post med.vers.
sed illud nolim te nescire.*
In prædictis tamen notandum est, quod si ante-
13 quam istud pretium declaretur, † debitor offe-
rat pecuniam debitam suo creditori, quamuis
tempus sit elapsum ad soluendum iuxta conuen-
tionem, Tamen impedietur ex ista obligatione
venditio pignoris, & ipsius adiudicatio, Nam li-
cet venditio, & in solutum datio sit conditiona-
lis, & conditio iam euenerit ob non solutionem
pretij in tempore, Nihilominus illa non dicitur
consummata, donec pretium sit declaratum *l.vlt.
C.de contrahend.empt.l.si merces in princ. ff.locat.* &

ita in specie concludit *Angel. in l.cum dominam.C. de pignorib.per text.in l.callipodius, alias incip.quamuis.ff de solut.* quod menti tenendum tanquam multum vtile, & quotidianum dicit *Marsil. sing.468. sciunt communiter.num.1.* & notat etiam *Couar.lib.3. var.resolut.cap.2.num.8. vers. secundo infertur.per l. fundus, ff de rescind.vendit.l.si residuum.& l.si priusquam.C.de distract.pign.* Quando autem præcedente causa pignoris conuentum esset inter debitorem, & creditorem, quod si non soluatur pecunia debita intra certum tempus, habeat creditor rem in solu-
14 tum, † an hoc casu cesset ius congrui, opinionem negatiuam tenet *Prosper Rendellus de iur. prothomis. in verb.non aliter nisi.nu.37.fol.85.* Cuius tamen quæstionis decisio ex sequenti resolutione magis apparebit.

Quo ad secundum, concludendum est, quod sit locus contractui in donatione in solutum, quæ ha-
15 betur loco venditionis, † & tunc dicitur obtinere vicem venditionis, quando datur species pro quantitate *l.si prædium 4.Cod.de euiction. Bart.in l. eleganter in prin.ff.de pign.action.* Quidquid secus sit, quando daretur species pro specie, quasi tunc illa habeat se ad instar permutationis *l.si quis aliam, ff.de solution. Gloss Bart. & Cin.in l.libera. C.*
16 *de sent.& interlocutor.omn.iudic.* & in materia † retractus ita distinguunt communiter Doctores, de quibus per *Tiraq.de retract.consanguin. §.1.gloss.14. num.2. vsque ad 8.Azeued.lib.5.tit.11. l.7.numer.72. tom.3.fol.367.*

Quæ etiam procedunt non solùm in datione in solutum voluntaria, quæ fit ab ipso debitore creditori,
17 † sed etiam in necessaria facta à Iudice pro executione rei iudicatæ, ex quo enim præcedit factum debitoris, qui prius sponte debitum creauit, censebitur talis adiudicatio voluntaria, quamuis fiat à Iudice, cuius factum in hoc censebitur factum partis, quasi ex præcedenti contractu debitoris hoc faciat, cùm etiam semper attendatur origo obligationis, quæ si est voluntaria, operatur, vt quod inde sequitur, sit voluntarium, prout per prædictas, & similes rationes in specie latè concludit *Tiraqu.de retract.lignag.§.1.gloss.14.nu.13.vsque ad 17.* Et quidquid contrarium sequatur *Speculat.de empt.& vend. §.nunc dicendum secundo.vers.sed pone statutum.* cum aliis per *Roland.cons.21.lib.1.* Ista est verior, & magis communis opinio, quàm latè defendit multos allegans *Matienz ad l.7.gloss.7. tit.11. lib.5.nou.collect.regul.num.2.cum sequent. Peralt.in l.2.num.6.vsque ad 9 ff.de leg.2. post Ioann.Fabr. & Alber.in l.si prædium.n.4.C.de euiction Cifuent.ad l.70.taur.quæ. 40.* vbi etiam *Gomes.Arias.nu.19. & Anton.Gomes. num.20.Gregor.Lopez ad l.55.in gloss in verb.vender.*
18 *tit.5 part.5.* † & late etiam comprobat *Guter. pract. quæst. libr.1.quæst.157.per tot.* vbi ampliat procedere, siue res immobilis adiudicetur per Iudicem pro debito ipsemet creditori, siue alteri tertio *Fran.decis.277. & decis.482.num.1.& 2.Azeued.lib.5.tit.11. lib.7.n.72.tom.3.fol.367.Ascia.determin.200.* de quo per *Prosper.Rendell.de iur.prothomis.in verb.non aliter nisi.n.65.fol.90.*

Quare etiam dicimus, quod laudemium debetur ex causa, & alienatione, quæ fit ex necessitate pro de-
19 bito, † quando per Iudicem dantur bona in solutum sub hasta creditori, vel alteri tertio, secundum magis veram, & receptam opinionem, de qua testatur *Thesaur.decis.139.per tot. post Bald.consil.306. verba. lib.1.Tiraquell.de retract. lignag. §.1 gloss.14. Amol. de laudem.quæst.27.Mauric. Burgund.eodem tit part.2. inspect.45. num.11. Prosper.Rendell.de iur. prothomis. in verb.non aliter nisi numer.57.ad fin. fol. 89.Franc.decis.277.& decis.482.num.2.* Nam aliàs aperiretur via fraudibus, dum homines, vt euitarent solutionem laudemij, fingerent se debitores ex aliqua causa, patiendo sua bona subhastari,
20 vt per *Thesau.d. decis.139. num.1. ad med.* † Quamuis verior sit ratio, quod ista alienatio procedit ex facto debitoris, & habetur ac si ipsemet debitor dedisset in solutum huiusmodi bona, quæ subhastantur, ex qua datione in solutum debetur laudemium, vt per *Franc.dict. decis.277. Ioseph. Ludouic.decis. Perus.60.numer.7. Alciat. consil.433. Cassand.super consuet.Burgund.tit.des mains mortes, rubr.9.§.10.lim.4.*

Quæ autem dicta sunt de retractu, debent limitari vt non procedant inspecta constitutione Gregorij
21 XIII.de iure congrui, † quæ loquitur in fundo solo, seu domo vendita à domino volente sua sponte vendere, per quæ verba excluditur venditio facta per subhastationem, mediante Iudicis decreto ad instantiam creditoris, Cum sponte fieri dicatur,
22 † quod fit motu proprio, & liberè, & ad nullius petitionem *Decian. in l. velle non creditur 4.num.6. de regul. iur. Anchar. in clement.præsenti. in 5.notab.de censibus, Rebuff. in l.munus 214.column.2. post med. vers.sed sponte præstantur.ff.de verbor.significat.* Et quamuis *Decian.in l.2.n.5.C.de pact.* teneat contra
23 *Anchar.* † vt etiam dicatur sponte fieri, quod fit ad petitionem, Tamen aliud est, quando lex cogit, & arctat, vltra requisitionem, tunc enim non potest dici, quod sponte fiat *Cagnol.in l.qui cum alio 19. num.31.ff de regul.iur.* Et quando non potest recusari quod petitur, non dicitur sponte factum *Par-*
24 *pal. in l.si quis maior.num.18. C.de transact.* † Cùm etiam non dicatur spontaneum illud esse, illud, ad quod quis cogi potest *Bertaz.in dict.l.si quis maior. num.305. post Decian. in cap.cum m.ferrariens.nu.34. de constit.* Voluntas enim coacta, quamuis sit voluntas, non tamen potest dici spontanea, & libera,
25 prout requirit Bulla, † nam dicitur voluntas qualificata, non propria, sed secundùm quid *Decian. in dict.l.velle non creditur.numer.2.& 6.de regul.iur.*
26 *Mar.Salomon.in l.1.num.4.& 5.ff.de legibus.* † Cùm etiam verbum, sponte puram & liberam voluntatem demonstret, non autem quod præcesserit aliqua vrgens & necessaria causa, vel alicuius imperij coactio *l.1.C.de testament.tut. Alexand. Bart.in l. 1.in fin.ff.de quæst. Bertazol.clausul.11.glos.1.ad med.*
27 *Surd. cons.361.num.17. lib.3.* † Ideo neque sponte facere dicitur, qui blanditiis allectus aliquid facit *Gloss.in §.item.sacramenta, in verb.sponte de pac.iuram.firmand.Hieronym.Butigell.in rubr.ff.de verbor.*
28 *obligatione n.20.* Maximè, quia in Bulla non solùm adest dictio, volente, sed etiam sua sponte, cùm voluntarium minus sit, quàm spontaneum, vnde confitens per torturam, non potest dici sponte confessus, cum tamen non possit dici voluntariè fateri *Bald.in cap.1.§.iniuria.num.18.in fin.de pac.iuram.firmand. Alexand.ad Bart.in l.1.in fin.ff.de quæ-*
29 *stionibus, Mar.Salom.in l.1.nu.5.ff.de legib.* † Quare si per statutum requiratur aliquid fieri vltrò, seu sponte constituendo præmium, non consequetur illud, qui coactus vel ex officio fecerit, vt Iudex, vel similis *Bart.in l.si quis in graui.§.vtrum.num.1.ff.*

ad sillanian. Addit. ad Decian. in l. qui cum alio. 19. in
verb. ex propria. ff. de regul. iur & ita in venditione
voluntaria concludit Roman. cons. 107. vbi loqui-
tur de alienatione facta vigore laudi Alexand. cons.
30 52. lib. 1. & cons. 76. num. 10. lib. 5. & ita passim fuit ser-
uatum in Camera, vt dicta constitutio iuris con-
grui non habeat locum in venditione necessaria,
& facta sub hasta, vt coram R.P.D. Lomellino. 27.
Martij & 4. Aprilis 1096. in causa Romana iuris con-
grui. & alibi, ita vt ab huiusmodi obseruantia
31 † non sit recedendum l. minimè. ff. de legibus: Afflict.
decis. 383. numer. 8. Maximè, quia per eam reduci-
mur ad terminos iuris communis Gloss. in l. 1. si v-
num §. pactum in verb. redditur. de pact. Decian. consil. 3.
num. 5. Surd. consil. 182. numer. 13. Bec. cons. 1. num. 21.
32 Cùm etiam sit fauorabilis ista interpretatio † re-
ducens nos ad ius antiquum Gloss. in cap. statutum,
in verb. numerandum, de prabend. in 6. Felin. in cap.
cum accessissent. colum. 2. de constit. Surd. cons. 242. nu.
21. lib. 2.

Neque obstat, quod non sit iudicandum exemplix
l. nemo. C. de sentent. & interlocutor. omn. iudic. Quia,
33 † cùm simus in declaratione facta per summum
Tribunal, prout est illud Cameræ Apostolicæ,
debemus iudicare iuxta exempla summorum Iu-
dicum Host. & Butr. in cap. cum Bertholdus de re iu-
dicat. Afflict. decis. 383. num. 8. Menoc. cons. 282. num.
37. Surd. cons. 403. num. 83. lib. 3. Zas. in rubr. de ex-
34 ceptio. num. 6. † Præsertim, quia ita sæpè fuit iudi-
catum, & adsunt multæ sententiæ, quæ consue-
tudinem inducunt, quo casu potius dicimur sequi
consuetudinem, quàm exempla, seu sententias
aliorum Iudicum l. si de interpretatione 36. & l. nam
imperator. 37. ff. de legibus Gloss. in l. nemo iudex. 13. in
verb. magistratus ad med. C. de sentent. & interlocut.
35 omn. iudic. † Cùm etiam in re dubia semper sit se-
quendum aliorum iudicium Ceph. cons. 25. num. 16.
lib. 1. Silu. nuptial. libr. 5. in verb. quomodo iudicand.
num. 62. ad med. vers. sed quidquid sit. Surd. cons. 403.
36 num. 83. & cons. 311. num. 17. lib. 3. † Quasi firmius sit
iudicium, quod multorum sententia confirmatur
cap. prudentia. de offic. deleg.

Maximè, quia Bullam §. 8. requirit pro forma, vt post
imitationem venditionis tam emptor, quàm ven-
ditor iurent apud acta illam esse veram, & in ea, ac
illius pretio non interuenisse aliquem dolum, aut
37 simulationem, † quæ requisita, seu qualitates non
possunt applicari venditioni factæ sub hasta, vnde
iste casus debet remanere in dispositione iuris com-
munis, Et quamuis etiam ratio commoditatis pri-
38 uatorum consideretur in Bulla, † Nihilominus ex-
clusa ratione publici ornatus, quæ est fauorabilis,
talis constitutio non est amplianda, Abb. in cap.
sanè. n. 3. de priuileg. Afflict. decis. 21. num 12. Sed stri-
ctè intelligenda quantum illius verba significent,
Rot. diuers. decis. 475. p. 1. quæ loquitur in specie di-
ctæ Bullæ, & coram R.P.D. Coccino Romana iuris
congrui. 5. Iunij 1600. Quod etiam videtur esse de
mente Rot. coram Card. Ludouisio. Romana pralatio-
39 nis, 19 Nouemb. 1604. † vbi concluditur, quod præ-
latio concessa ex constitutione Pij V. domino cen-
sus, habet locum etiam in distractione necessaria
per subhastationem, non obstante cons. Rom. 107. &
40 cons. Alexand. 52. lib. 1. quia † statutum, super quo se
fundabant Rom. & Alexand. loquebatur de vendi-
tione voluntaria per verba, si voluerit vendere,
quæ maximè sunt ponderanda secundùm Rot. ibid.
per Card. Ludouisium, ad effectum probandi, quod
statutum loquens de alienatione voluntaria non
comprehendit venditionem sub hasta. Multa alia
possent adduci pro confirmatione dictæ opinio-
nis, quæ tamen omittuntur, cùm in huiusmodi casu
latè consuluerit Alexander Gratianus frater meus
Theologiæ, & Philosophiæ, & V.I.D. cuius con-
silium volui hic inserere, vt facilius appareat veri-
tas prædictorum, cùm etiam multum sit deferen-
dum eius auctoritati, iuxta ea, quæ de eo dixi supr.
cap. 397. num. 25.

Constitutio Gregoriana iuris congrui in § 8. loquitur
de re vendenda, volente sua sponte domino, quæ
verba, sua sponte, addunt ad voluntariam vendi-
tionem, multa enim voluntariè fiunt, quæ tamen
spontè non fiunt, nam vt optimè notat Rebuffus in
l. unnum. 214 per illum text. D de verborum significat.
41 † sponte fieri dicitur, quod nulla necessitate co-
gente fit, cùm autem adsit coactio, etsi voluntariè
factum, non tamen sponte factum dici potest,
l. non distinguemus, §. item si quis. ff de recept arbitr.
l. 1. ff de feriis, leg. 1. & 3 Cod. de his qui sponte publ.
42 mun. lib. 10. † & sponte fit, quod suapte natura
sine hominis labore peragitur vt aqua, quæ nulla
adhibita industria ex se ipsa fluit, l. qui fundum, ff.
quemadmodum seruit. amitt. Spiegell. in dict. iuris, in
verb. sponte sua.

Quare etiam, si quod per subhastationem venditur
voluntate Domini, qui se obligauit, fortè vendi-
tum dici posset, numquam tamen sua sponte ven-
ditum dicetur, quia necessitate iudiciaria coactus
vendidit.

Et hanc differentiam inter voluntarium, & sponta-
neum ponit Bald. in titul. de pac. iuram. §. iniuria. nu.
43 8. in fin. vers. quæro vtrum falsum. † dum ponit quæ-
stionem de notario, qui de existente coram tor-
mentis dixerat, quod fuit voluntariè confessus, di-
cat verum, Sed non per hoc probabitur, quod fue-
rit sponte confessus, quia aliud est voluntariè con-
fiteri, aliud sponte confiteri, & subiungit, quod non
est nouum dictum, quod pro singulari ponit Alex.
in addition ad Bart. in l. 1. §. vltim. in verb. quid si no-
tarius ff. de quæst. vbi Masil. num 59. & num. sequent.
Ias. in l. qui aliena. §. celsus. num. 35. & 36. ff de acquir.
hared.

Bene facit Decian. in l. velle non creditur. num. 6. vers.
44 quarto & vltimo, ff. de regul. iur. † quod licèt coa-
cta voluntas dicatur voluntas, non tamen est vo-
luntas spontanea, nam spontanea est eius, qui vl-
tro se offert, & quid facit motu proprio, & non
ad alterius petitionem, sequitur Cagnol. ibi num. 4.
& infert, quod vbi exigitur voluntas spontanea
debet esse voluntas omnino libera, directa, & nul-
latenus necessitata iuxta gloss. in capit. notific asti, in
verb. licentia. 33. quæst 5. Abb. in cap. 1. num. 1. & 2. de
regular.

Itaque cùm versemur in constitutione exorbitante
à iure communi l. dudum. C. de contrah empt. in qua
45 † stricta facienda est interpretatio Rom. consil. 484.
non est à verborum proprietate recedendum l. 3 §.
hac verba ff. de neg. gest. l. 4. §. toties vbi Bart. de damn.
infect. & consequenter non est extendenda ad ven-
ditionem coactam, & necessariam, prout est iudi-
ciaria, cùm iudicium reddatur in inuitum l. inter
stipulantem, §. 1. de verb. oblig.

Et propter hanc rationem in terminis similis statu-
ti concedentis agnatis ius retrahendi rem ven-

ditam, vt non habeat locum in datione in solutum
46 ex necessitate facta † voluit *Specul.in titul.de empt. §.nunc dicendum, de rescind.num.20. vers.sed pone,* dicens quod ita fuit iudicatum *Bald.in tit.de proh. alien.feud.per federicum, in princ.num.11.Alberic.de Rosat.de statut.lib.1.quaest.88.* & rursus *quaest.110.& lib.2.qu.2.* dicens, quod ita communiter tenetur *Roman.* latè *cons.107.per totum*, loquens in alienatione facta vigore laudi *Alex.cons.52.per tot.lib.1.* loquens in adiudicatione facta per Iudicem, & rursus *cons.76.num.10.vol.5.Dec.cons.299.alias* 300. *num.7.vers.sed maior dubitatio. & num.seq.& idem consil.18.num.3. Corn.* latè in datione etiam extraiudiciali *cons.166.per tot.vol.2.Rimin.cons.244.num.3.& cons.353.col.1.& per tot volum.2.Gozad.cons.105. num.1.Grat.cons.135.per tot.lib.1.Roland.à Vall.cons.21.num.13.& per tot.volum.1.* Idem tenuit *Ioann.de Platea in l.1.in fin.Cod.de fund.patrim.lib.11.Luc.de Pen.in l.1.in fin.C.de prædiis curial.seu decur.lib.10. Ias.in l.cætera,§.sed si separauerit,nu.11.& 12.de leg.1. Fulgos.consil.135.num.1.ad fin. Decian.cons.3.num.138.vol.1.Fabian.de Monte de empt.& vendit.quaest.2.principali, numer.7. Neapodan. ad consuet. Regn. Neapolit. tit de iure congrui. in verb.emit.num.5.& sequentibus.*loquens tamen de adiudicatione, quàm de immissione in possessionem ex decreto Iudicis, & ibi addentes alios referunt *Afflict. de iur.prothomis.§.6.num.3.* dicens, quod ita practicatur, *& §.6.num.3.& idem decis.191.numer.2.Capic.decis.99. nu.4.Guid.Pap.decis.157.in fin. Cassan.in consuetud. Burgund.rubr.10.§.9.num.5.& 6.* loquens in datione in solutum vigore subhastationis rerum pignoratarum, vel hypothecatarum, licèt aliud esset in sua consuetudine, quæ dictum casum comprehendebat. ¶ *Arnold. Ferron. ad consuetud. Burdegal.lib.1.tit.1.de retract. §.1.colum.4.circa princip. versic.additur.* qui expresse dicit, quod licèt in sua consuetudine aliud sit, tamen de iure in adiudicatione, factis subhastationibus non est locus retractui. & idem dicit *lib.2.tit.de subhastat. in princ.versic.addo autem.* loquens pariter in subhastatione. ¶ Idem voluit *Masuerius in sua prax. iudiciorum, tit.de executionibus, & subhastationibus, §.item in pretij distributione colum.12.fol.201.secund. par.impress. in princ.* qui similiter loquitur in subhastatione. ¶ Idem tenet *Amodeus de Ponte in quaestionibus laudemialibus, qu.27. numer.2. & 3.& num.5.* loquitur de alienatione ex decreto iudicis per licitationem factam, dicens non esse præferendum directum dominum plus offerenti, cùm ei imputandum sit, cur non ipse licitatus fuerit. ¶ *Asinius de execut. §.4.capit.3.* loquens in casu subhastationis rerum pignoratarum, & in adjudicatione iudiciaria, quæ non comprehenditur sub statuto iuris congui, vbi stricta facienda est interpretatio, prout concludit postea *capit.5.* congerens multos. ¶ *Carpanus super statut. Mediolanens.part.1.cap.47.num.143.* potest his addi. ¶ *Tiraquell.de retract. lignag.§.1.gloss.14.numer.8.* plurimos citans ad probandum non esse locum retractui, facta adiudicatione à Iudice in causa iudicati, sed quia eius auctoritas est varia, cùm infra *numer.13.* videatur inclinare in aliam partem, eo omisso, negari non potest, quod hæc sit communis conclusio tot insignium doctorum, qui omnes sequuntur *Specul.& Specul.* volentes tale statutum non comprehendere necessariam venditiónem, qualis est illa, quæ ex iudiciaria auctoritate iudicis decreto interueniente, est facta, vt inquit *Afflict.d.decis.191. num.2.*cum aliis citatis.

Non obstat, quod factum Iudicis videatur factum
47 partis, & consequenter, † cùm Iudex dat in solutum rem debitoris, aut eam subhastari mandat, debitor ipse dedisse videatur ex *Tiraq.*qui plures allegat *d.glo.14.nu.13.*quibus addo *Osasc.decis.169.nu.3. 4.& 24.* qui vult, quod semper dicatur alienatio voluntaria, si origo obligationis à principio fuit voluntaria,quem sequitur *Menoch.de arbitr.Iudic. cas.182.Asin.d.§.4.c.1.*

Quia respondetur, quod cùm versemur in interpre-
48 tatione constitutionis strictè intelligenda, † non possimus egredi spontaneam venditionem ab ipso domino volente factam,licèt hæc facta à Iudice videatur facta ab ipso domino,tamen hoc est impropriè, & per quandam fictionem, quæ non est admittenda in hac materia, vbi propria facienda est interpretatio, alioquin destruerentur omnes præfatæ doctrinæ, & auctoritates, quæ huiusmodi adiudicationes reputant necessarias, cùm sint iudiciariæ, etiam si habeant originem voluntariam, prout dicunt *Bero.Grat.& Decian.*qui loquuntur in alienatione facta vigore laudi interpositi super compromisso voluntario, quia, vt inquit *Decian.dict. cons.299.num.7.*est attendenda causa immediata ipsius venditionis,de qua statutum loquitur, non illa remota, quæ non est habenda in consideratione ad hunc effectum,cùm illi non adscribatur alienatio, sed ipsi facto Iudici immediato.

Immò omnes istæ auctoritates procedunt in casu, in quo prohibita erat alienatio, & permissa tantùm in casu necessitatis, & sic ad hunc effectum rectè
49 dicunt,† quod debeat probari talis necessitas, quæ habeat causam vetustiorem ipsa prohibitione, vt dicit *Tiraq.ibi.num.15.Osasch.& Menoch.* Nos autem sumus in casu contrario, nempe cum permissa sit venditio,& prohibita tantùm in casu,quo sponte fit à volente,& sic fundans se in hac prohibitione debet attendere voluntatem, cùm vendit, quia actum vendendi constitutio ipsa considerat,& non originem, vt idem operetur propositum in proposito, quod operatur oppositum in opposito *l.fin.in fin.de calumniat.*

Et percurrendo singulas auctoritas, quæ in contrarium allegantur. ¶ Non obstat *Bald.cons.306.lib.1.*
50 † quia in casu suo concurrebat duplex vinculum legale,& conuentionale,cùm volens retrahere haberet directum dominium, & sibi per speciale pactum prouiderit prælationem in casu alienationis, vt considerat *Amodeus de Ponte d.quaest.27.num.15.* ¶ Item verba erant generalia, vt præferretur in casu, quo vellet alienare, vel in alium aliquo modo transferre, & sic non mirum, si includit etiam casum subhastationis, qui veniebat sub illis generalibus verbis, qui non potest venire in verbis nostræ constitutionis de volente sua sponte vendere. ¶ *Angel.cons.243.* loquitur in pacto, quod non posset res alienari extra consortes, Ideò non mirum si comprehendit rationem in solutum factam per Iudicem, At hic verba constitutionis contrarium sonant, & non applicantur, & hæc responsio potest etiam dari ad *Bald.allegat.* ¶ *Bardus ad bullam Leonis quaest.12.num.6.*non firmat pedes, sed dicit, cōgita. Vltra, quod in ea bulla non aderant verba illa, sua sponte; quæ excludunt subhastationem actum coactiuum,

coactiuum. ¶ Capic. decis. 99. expressè dicit quod non intrat ius congrui num. 4. & licèt dicat Dominum directum præferri, non obstat, quia non præfertur, vt vicinus, & inquilinus vigore congrui, sed vigore directi dominij secundum dispositionem iuris, qui non est casus noster. ¶ Dec. cons. 159. alias
51 160. & cons. 586. num. 7. † loquitur in spontanea datione in solutum quę reputatur venditio, cùm facta sit cum certa intimatione, at nos sumus in subhastatione coacta, & necessaria, in qua respondit contrarium, vt fuit supra allegatus. ¶ Et ita respondetur ad Aretin. cons. 159. numer. 12. vers. venio ad 4. & cons. 33. numer. 3. vers. non obstat si dicatur, quod non erat iudiciaria, & necessaria, sed extraiudicialis datio in solutum, & non aderant in eo casu verba
52 expressa, prout in nostra constitutione. ¶ Vltra † quod in casu suo dispositio erat largè interpretanda, quia tribuebat liberam facultatem alienandi per reductionem ad ius commune, vt ipse considerat, quod totum contrarium est in nostra constitutione. ¶ Alciat. lib. 2. de verbor. signific. num. 64. mouetur, eo quia venditionis verbo omnis alienatio comprehenditur, quod non est verum, quando ex verbis apparet sensisse constituentes de venditione propria, prout in casu nostro id geminatis verbis expressum est. ¶ Alberic. in quodam loco allegatus, quem non reperi, non potest id dicere de iudiciali adiudicatione, cùm contrarium teneat in locis supra adductis. ¶ Ludouic. Bologn. cons. 25. num. 4. loquitur in statuto generico prohibente omnem alienationem, cùm vtatur verbo, haberet, nec erat restrictum ad voluntariam, & spontaneam venditionem, prout in nostro. ¶ Signorol. cons. 72. ad fin. num. 7. nihil dicit ad rem nostram, sed tantum quod in suo casu aderat spontanea datio in solutum, quæ non erat facta in carceribus. ¶ Cephal. cons. 259. nu. 11. & in ea opinione, vt attendatur origo obligationis, quod non potest applicari nostræ constitutioni, vt fuit responsum. ¶ Tiraq. non loquitur in statuto habente prægnantia verba, prout est nostra constitutio, quæ vltra voluntariam venditionem addit, quod sit sponte sua facta.

Differentia, quæ sit, quod aliud sit in datione in solu-
53 tum, aliud in subhastatione, † non releuat, quia vis sit in ratione, quod ille non ést actus voluntarius, ex quo fit præcedente Iudicis auctoritate, quæ ratio eadem est, siue loquamur in subhastatione, siue in adiudicatione, siue in missione in possessionem, & similibus actibus, ex quibus excluditur Domini voluntas spontanea vendendi, super qua est fundata constitutio.

Et hæc interpretatio facienda est, postquam pluries in terminis constitutionis fuit iudicatum ad exclusionem vicinorum, & inquilinorum in casu similium subhastationum, licèt enim exemplis non sit iudicandum l. nemo, Cod. de sentent.
54 Tamen stilus Curiæ † est attendendus, qui etiam vim legis habere videtur ex notatis in l. 1. in fin. C. quæ sit long. consuet. l. de quibus, ff. de legib. Afflict. decis. 135. num. 3.

Et certè cùm res per subhastationem venditur, superflua videtur intimatio, & perquisitio vicinorum, quia cùm subhastatio sit actus publicus de mandato Iudicis factus præuiis bannimentis, ex quibus
55 † res notoria inducitur, non possunt prætendere ignorantiam ex allegatis per Surd. cons. 405. num. 11. Et vt superflua erat intimatio, quia certus certificari non debet cap. cum qui. de regul. iur. in sexto. Ita sibi imputare debent, cur non obtulerint, & licitati fuerint, nec æquum videtur, vt qui obtulerunt, iure sibi quæsito ex licitationibus fraudentur, vt dicebat Amod. de Pont. d. q. 27. num. 25.

Quod in casu nostro nullam habet difficultatem, ex quo aduersarius etiam ipse obtulit, Vnde eligendo viam concurrendi cum aliis videtur voluisse desistere à licitatione, permittendo, quod alij plus offerrent.

EPITOME.

Adiudicatio stante excessu an sit nulla in totum. ¶ Et ex quibus dicatur excessiua. ¶ In subhastatione an debeat præcedere æstimatio. ¶ Præstatio annua an veniat in statuto loquente de stabilibus. ¶ Et valor illius quomodo sit calculandus. ¶ Et an habeatur respectus ad fructus viginti annorum. ¶ Statum Vrbis de datione in solutum an sit ordinatorium. ¶ In executione an attendatur stilus Iudicis exequentis. ¶ Et quid si agatur de ordinatiuis iudiciorum, siue simus in ciue, siue in forensi, tam in Iudice delegato, quàm ordinario. ¶ Iustum pretium an arguatur ex subhastatione. ¶ Decretum Iudicis mandantis adiudicari bona creditori an sufficiat ad probandam adiudicationem, nisi doceatur de effectuatione subsecuta. ¶ Et quid seruetur de stilo. ¶ Vel quando creditor repetiebatur in possessione bonorum sibi adiudicatorum ¶ Consensus de præsenti, & pretium certum an debeat interuenire in adiudicatione, & venditione. ¶ Mandatum de adiudicando, & de vendendo, an sit adiudicatio, & venditio, & quid in similibus casibus. ¶ Nullitas adiudicationis quando possit opponi, si non sit facta intimatio, & illa non reproducatur. ¶ Iudex quo casu se possit informare de stilo Curiæ. ¶ Per sententiam an transferatur dominium, & possessio.

SVMMARIVM.

1 *Præstatio annua dicitur res stabilis tanquam debita super re immobili. Declara vt nu. 18.*
2 *Adiudicatio contra formam statuti est nulla.*
3 *Solemnitates statutorum loci sunt adhibendæ in adiudicatione.*
4 *Formare scripti est reseruanda, nedum in expressis, sed etiam in his, quæ sint de verisimili mente concedentis.*
5 *Adiudicatio stante excessu est in totum nulla.*
6 *Lis debet esse iusta ad effectum, vt res dicatur litigiosa.*
7 *Iudex potest se informare extraiudicialiter de notorio, & de stilo curiæ, num. 35.*
8 *Æstimatio debet præcedere subhastationem. Intellige vt nu. 11. 23. 24. 25. 26. & 27.*
9 *Iustum pretium constituitur ex præsenti æstimatione.*
10 *Datio in solutum est concedenda, si nullus, vel iustus emptor non reperitur.*
11 *Statutum debet addere iuri communi, & illius forma est præcisè seruanda.*
13 *Valor annuæ præstationis est calculandus habito respectu ad fructus viginti annorum, & quid secundum alios seruetur, num. 14. & 15.*
16 *Priuilegium calculi ad rationem cumuli quindecim annorum indultum fauore donantis non extenditur ad alium.*

17 Molius est incumbere rei, quàm actioni.
19 Valor rei diminuitur ex oneribus, & circumstantiis in ea existentibus.
20 Statutum verbis, de datione in solutum est ordinatorium.
21 In executione attenditur stilus Iudicis exequentis.
22 Locus fori vbi agitur debet attendi, quando tractatur de ordinatoriis iudiciorum, siue simus in ciuo, siue in forenso, tam in Iudice ordinario, quàm delegato.
28 Res tantum valeat quantum vendi potest.
29 Iustum pretium arguitur ex subhastatione, saltem præsumptiuè, num. 30. & 31.
32 Decretum Iudicis mandans adiudicari bona creditori non sufficit ad probandum adiudicationem, nisi doceatur de effectuatione subsecuta, quod procedit etiam de stilo, numero 33. & 34. Amplia vt numero 49. & 55.
36 Stilus quomodo probandus remissiuè.
37 Consensus de præsenti debet interuenire in adiudicatione.
38 Dominium, & possessio non transfertur per sententiam. Amplia vt num. 39. & 42.
40 Adiudicatio facta ab arbitrio non transfert dominium. Extende vt num. 41.
43 verba de præsenti requiruntur in emptione, & venditione.
44 Verba, vellem emere, &, vellem vendere, non disponunt, nec perficiunt venditionem.
45 Adiudicatio habet vim venditionis, & iisdem terminis regulatur.
47 Pretium requiritur in venditione, & adiudicatione, num. 47.
48 Liquidatio quantitatis crediti est necessaria in adiudicatione.
50 Mandatum de adiudicando non est adiudicatio, prout mandatum de vendendo non est venditio, & idem in similibus casibus, numero 51. Declara vt numero 52.
53 Adiudicatio est nulla, si non fiat intimatio decreti à Iudice, & non reproducatur ante adiudicationem, num. 54. & de ratione num. 55. & 56. Intellige vt numero 57.

CAPVT DXLV.

IN causa Romana annuæ præstationis fuit alias
decisum *coram R. P. D. Sacrato. 9. Decembris*
1613. pro nullitate subhastationis, & adiudica-
tionis, de qua agebatur, & cùm iterum idem
dubium in Rota proponeretur, dicebam standum
esse in decisis, quia rescriptum Summi Pontificis
est clarum, dum mandat serui formam tribuna-
lis Auditoris Cameræ, dummodo statutum Vrbis
non disponat in annuis præstationibus, Vnde
cùm idem statutum *cap. 191. lib. 1.* loquatur de bo-
nis stabilibus, & immobilibus, comprehendet
1 † etiam huiusmodi annuam præstationem, quæ
dicitur res stabilis tanquam debita super re im-
mobili *Bart. Alber. Ias. & alij in l. sciendum, in
princ. ff. qui satisd. cog. Ruin. consil. 82. numer. 5. lib. 5.
Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. num. 4. vsque
ad 22.*
Cùm igitur fuerit deuentum ad donationem in solu-
tum contra formam statuti, quod in rescripto
2 mandatur seruari, † talis adiudicatio est ipso iure
nulla *Bald. in l. ordo, num. 7. vers. non tamen, Cod. de
execut. rei iudic. Fabian. de Mont. de empt. & vendit.
qu. 5. princ. nu. 88. vers. & diligenter est aduertendum,
tom. 6. fol. 56.* & in statuto nostro *Lucas Petr. lib. 8. ca.
2. num. 18.*
Maximè, quia appareat de præcisa mente Summi
Pontificis, qui mandauit in rescripto ad vnguem
seruari dictam formam statuti, quamuis pars ad-
uersa in commissione petierit illam remitti, cuius
petitio fuit reiecta, & illius verba fuerunt dele-
3 ta, Vnde † magis adiudicatio erit nulla, non ser-
uatis solemnitatibus requisitis per statuta, & con-
suetudinem loci, quæ in hoc sunt attendendæ
*Iodoc. de subhastation. capite 2. numer. 4. Coler. de pro-
cessibus executiu. parte 3. capite 9. numer. 92.* Stante
præsertim dicto rescripto, cuius contra formam si
4 aliquid fiat, seu præter, vel citra, nihil valet † etiam
in eo, quod verisimile est esse de mente conceden-
tis, nedum in expressis, prout est casus noster, quam-
uis etiam transgressio induceret faciliorem expe-
ditionem commissionis *Felin. in c. cum dilecta, 22.
col. 12. & 15. de præscrip.*
Accedat, quod adiudicatio fuit excessiua, cùm credi-
tum sit scutorum 818. Res autem data in solutum
5 sit valoris scutorum 3750. † quo excessu stante in
totum annullatur tanquam sit omnino indiuidua
*Bartol. in l. si non sortem, §. si centum, in 2. opposi-
tion. de condict. indebiti. Romanus cons. 430. in fin. De-
cianus consilio 587. coram magnificis, numero 5. post
med. vers. & ista conclusio. Ruin consilio 136. numero
5. lib. 1. latè Tiraquell. de retract. lignag. §. 23. gloss. 1.
num. 26.*
Non obstat, quod excessus non sit considerabilis,
cùm huiusmodi annua præstatio non possit tan-
tum æstimari, quasi exigatur à debitore difficilis
exactionis, & sit res litigiosa, Quæ Dos de qua
agimus debetur tam ex dispositione iuris, quàm
testatoris mandantis dotari fœminas ex bonis fi-
deicommisso subiectis, prout etiam in hac cau-
sa resoluit *Rot. coram Cardin. Blanchetto Romana
6 fideicommissio 19. Decembris 1594.* † Vnde non
potest dici adesse litem, quæ debet esse iusta ad
effectum, vt res dicatur litigiosa *Gassad. decis. 7.
in princip. de dol. & contumac. Bisigoet. decis. 2. in
fin. de rer. permut. Mandes. Reg. 34. quæst. 86. numer. 5.*
Neque possunt dici esse non soluendo debitores
dictæ dotis, cùm notoriæ sint illorum facultates,
quibus stantibus cessat etiam, quod opponitur de
exactione difficili, cùm propter obligationes ca-
merales, & promissiones, quas habent aduersarij,
facilis sit exactio in Curia, maximè à debitoribus
diuitibus, & nobilibus, prout notorium est esse
7 DD. de Magdalenis, † de quibus etiam extraiudi-
cialiter potest D. Iudex se informare *Alexand. in l.
vnic. in princ. Cod. vt quæ res aduoc. Natt. cons. 218. nu.
5. Surd. cons. 371. num. 18. lib. 3.*
Præterea ex abundanti fuit deductus huiusmodi ex-
cessus, cùm adiudicatio fuerit nulla ex aliis ratio-
nibus, & præsertim ob non seruatam formam statu-
ti, quæ erat seruanda, vt supradictum est, Maximè
circa æstimationem dictæ annuæ præstationis, quæ
8 debebat fieri, † tam de iure municipali, quàm de
iure communi, siue simus in debito fiscali, siue pri-
uati *Castr. consil. 56. visis actis & actitatis, in princ.
libro 2. & in l. si quos, 16. numero 2. Cod. de rescind.
vendit. Afflict. decis. 258. numero 5. vers. quarta ratio.
Iodoc. de subhastat. cap. 3. num. 11. tom. 6. part. 1. fol. 79.*

Matth.

Matth.Coler.de processibus executiu.p.3.cap.9.nu.97. Luc.Petr. qui etiam loquitur in casu statuti, de quo
9 agimus *lib.1.c.2.nu.32.* † Ita vt institutum pretium sit constituendum ex præsenti æstimatione *Peregr. de priuil.fisci.lib.6.tit.4.num.8.*

Neque obstat, quod præsumatur Iudicem extraiudicialiter se informasse super tali æstimatione, Quia talis præsumptio non sufficit, cùm requiratur, quod fiat per peritos, & de illorum relatione constet,
10 † cùm ita demum deueniatur ad donationem in solutum, siue iustus emptor, siue nullus reperiatur *l.2.Cod.si in caus.iudic.pign.* Vnde sciri non potest an sit locus dationi in solutum, si non sit facta æstimatio rei subhastandæ, præcedente relatione peritorum, Maximè quia in casu nostro non fuerunt bona deliberata tertio plus offerenti, sed sunt data ipsimet creditori in subsidium nullo existente licitatore pro iusto pretio, de cuius iustitia non potest apparere, nisi per dictam relationem,
11 & declarationem, † quidquid aliud sit, quando extarent licitatores, nam illis existentibus non opus esset tali existimatione, prout ita concordantur opiniones contrariæ, & declarat *Rolan. consil.32.numer.33.& 34. lib.1.post Castr. in l.si quis, numer.2. & ibi Fulgos.& Salic.Cod.de rescind.vend. Affl.decis.185.num.5. Surd.consil.256.num.6.cum seq. lib.2. Coler.de processibus executiu. p.3.c.11.num.97. Iodoc.de subhastat.c.3.num.11.* Et stante statuto ita disponente, minus de hoc erit dubitandum, cùm debeat aliquid addere iuri communi, & illius for-
12 ma præcisè seruari, † alioquin actus erit ipso iure nullus *Bald. in l.ordo.num.6. in fin.Cod.de execut.rei iudic.*

Constat autem de excessu adiudicationis, quia valor annuæ præstationis debet calculari habito respe-
13 ctu ad fructus viginti annorum, † prout istam rationem admisit *Rot. in huiusmodi causa coram R.P. D.Sacrato, 9. Decembris* 1613. quæ ratio est vera, tanquam conformis communis opinioni, quàm tenuit *Glos.in auth.perpetua. in fin.in verb.iusta. vbi Salic.quæst.penult. C.de sacros.eccles.per text.in §.si alicuius, auth.de non alienand. Bererand.consil.318. num.2. lib.3.p.1.Roman.cons.423.numer.1. Ias.in l.si*
14 *fundum per fideicommissum, col.2. de legat.1.* † Ideo non est attendenda opinio *Roder.de ann.redditib. lib.1.qu.6.num.35.* cùm magis communis sit in contrarium, vt ex multis testatur *Tiraq.de retract. lignag.§.1.glos.6.num.19.*

Prout neque debet attendi calculatio ad rationē quin-
15 decim annorum † iuxta *l.si quis argentum, §.sin autem donator.C.de donationibus.* Cùm illud sit inductum fauore donantis, ne ex liberalitate sua periclitetur, ideo permittitur talis calculus intra iustam
16 æstimationem, † adeo vt hoc priuilegium tanquam personale non extendatur ad alium *Pinell.in l.2.p.3. n.32.C.de rescind.vend.* & concludunt *Cin.Alber.& alij in dict.l.si quis argentum, Ias.in l.2.§.mutui datio. col.pen.ff.si cert.pet.Roder.de ann.redditib.lib.1.qu.6. num.18.*

In huiusmodi causa *Romana annuæ præstationis* 10.*Decembris* 1614.*coram R.P.D.Sacrato* recedendo à decisione prius facta 9. *Decemb.*1613.*coram eodem.* fuit conclusum, quod quamuis bona stabilia valutentur ad rationem quinque pro centum, Tamen hoc non
17 videtur procedere in annuis præstationibus, † quia melius est incumbere rei quàm actioni *Dec.in l.qui actionum,15.n.5.in fi.de reg.iur.l.minus.205.eodem tit.* sæpè enim occurrit, quod debitores vel nolint, vel non possint ita promptè soluere, cùm etiam stabilia recipiant augmentum ex industria hominis, seu ex natura rei, vel ex cursu temporis, per quod pretia rerum mutantur, quod non euenit in annuis præstationibus, quæ semper in eodem statu permanent, Vnde casalia territorij Romani retroactis temporibus vt plurimum valutabantur ad rationem quatuor pro centum, cùm tamen census valutentur ad rationem septem, & octo pro quolibet centenario; Et quamuis dicatur, quod annuæ
18 præstationes assimilantur stabilibus, † Tamen hoc procedit quo ad alios effectus videlicet, vt veniant sub legato facto de stabilibus, vel quod Mendicantes non sint illarum capaces *vt in clem.exiui.§.cumque annui redditus de verb.signifi.Gabr.de legat.conclus.8. in princ. Gail.obseruat.* 10. *lib.2.* Maximè, quia licet etiam admitteretur, quod annuæ præstationes valutarentur ad rationem stabilium, Nihilominus hoc intelligitur cum præsupposito, quod exactio sit tuta, & non subiecta litigiis, & quod debitor non sit morosus, & quod non sit facienda aliqua expensa in executione mandatorum, de quibus dicebatur constare in casu nostro, ita vt ex omnibus istis visum fuerit, quod non appareat de excessu, nec æstimatio debuerit fieri ae rationem
19 quinque pro centum, tanquam † huiusmodi circumstantiæ multum diminuant de ordinario valore, & æstimatione rei *Bald.in l.per diuersas, quæst. 12.num.16.vbi Castr.numer.8.Cod.mandat. Rip.in l. 1. §.si heres, num.25.* & ibi *Ias.num.9.digest.ad Trebellian.Rimin.Sen.consil.155.numer.11.post med. lib.1. Rot. coram R. P. D. Ortemberg. Romana palatij* 16. *Maij* 1610.*cons.451.num.36.lib.3.* Hactenus decisio, quæ cùm non tangat nisi excessum, nihil concludit quo ad nullitatem adiudicationis, in qua potissimum fundamentum fiebat pro DD. Magdalenis ex superius adductis, Nam excessus fuit allegatus ex abundanti, tanquam nullitas sufficeret, quæ adeò erat clara, vt de illis posset dubitari, Maximè quia causa erat Capitolina, quamuis deberet sumi votū
20 Rotæ, † ideo erat seruandum statutum Vrbis *cap.* 192. *lib.1.* dum disponit de datione in solutum facienda creditori, præscribendo certam formam subhastationis, & adiudicationis, quamuis sit ordinatorium *Caputaq. decis.58. lib.2. in manuscript.* & in specie dicti statuti voluit *Rota coram Cardin. Ludouisio Romana discussionis 1.Februarij* 1608.*& coram R.P.D. Buratto. Romana domorum de Ron-*
21 *cionibus 9. Februarij* 1615. *colum.penultim.* † Cùm in executione attendatur stilus Iudicis exequentis *l.3.in fin.digest.de testibus, Bart.in l.cunctos populos, numero 15.& ibi Iason.numero 2.digest.de iustit. & iur. Idem Iason.in l.à diuo Pio, §.sententia de re iudicat. Ang. in l.si fundus.numero 2.digest.de euictionibus.Romanus cons.357.numero 11. Coler.de processibus executiu. libr.1. capit.3. numero 210. vsque ad 217.*
22 † vbi, quod tritum est in iure, vt semper debeat attendi locus fori, vbi agitur, quandocumque tractatur de ordinariuis iudiciorum, in qua nempe forma processus sit instituendus, siue loquamur de ordine processus, siue de ordine executionis faciendæ, quicumque sit ille, qui agit, vel executionem petit, siue sit ciuis illius loci, siue forensis *Bald.in l. vnic.num.4.Cod.ne filius pro patr.per l. Cod.quemadmod.testam.aperiant.l.missi opinatores,7.C.de exactoribus tributor.* siue simus in Iudice ordinario, siue de-

legato latè *Surd.cons.527.num.2.vsque ad 5.lib.2.post Roland.cons.48.per tot.lib.3.*

Adde sup ad c 7.num 19 cum seq.

Obseruandnm est tamen circa ea, quæ dicta snnt de
æstimatione facienda ante adiudicationem, quod
23 illa † sunt declaranda, iuxta latius ~~[illegible]~~ *a supr.
cap.7.nu.19.vsque ad 25.* Quibus adde, quod dispo-
sitio *l.si quos 16.C.de rescind.vendit.* dum vult, quod
fiat æstimatio ante adiudicationem, procedit etiam
in debito priuati, vt concludunt Doctores, de qui-
24 bus *in d.c.7.num.20.* Quamuis † Rota seruet con-
trarinm, quod solùm habeat locum in subhasta-
tione, quæ fit pro exactione publicarum functio-
num, vt *coram R.P.D.Sacrato. Romana annua præ-
stationis 1.Februarij, 1613.& coram R.P.D.Buratto.
Romana domorum de Roncionibus 9.Februar.1615.*
vbi quod satis est dicere, quod nullo iure caue-
retur, quod æstimatio sit de forma, & substantia
adiudicationis, quæ fit creditori iuxta dispositio-
nem *l.à diuo Pio.§.si pignora.de re iudic. l.2.3.& vlt.
C.si in caus.iudic. l.ordo. Cod de execut.rei iudic.* &
25 † casus publicæ exactionis est priuilegiatus iuxta
*d.l.si quos, vbi Glos.in verb.distrahere.& Odofr.Bel-
lapertic.Ang.Salic.& Castr.in princ.*
Et ita etiam est intelligendus, *Idem Castr.cons.156.nu.
1.lib.2.* solùm enim ibi per eum concluduntur, quod
26 † quando adiudicatio est facta pro paruo pretio,
cùm res valeat in duplo plus, censetur facta mala
fide in gratiam creditoris, ideo est nulla, vel saltem
debet rescindi, quod si hoc procedit in ea, quæ fit
pro debito fiscali multo magis pro priuato non ita
priuilegiato, & sic quando interuenit læsio consi-
derabilis, ex quo tamen non infertur, quod debeat
præcedere æstimatio, & quamuis illa per aliquos
Doctores requiratur, tamé est potius consilij, quàm
præcepti, & sufficit, quod Iudex se informet extra-
iudicialiter, ne aliàs grauet debitorem dando rem
27 in solutum creditori pro viliori pretio, † Cum e-
tiam iidem Doctores loquantur, quando iudex
dat rem in solutum pro rata debiti, non simplici-
ter pro certo debito, Maximè quia dispositio *dict.
l.si quos, Cod.de rescind. vendit.* emanauit ad ef-
fectum, vt non fiat fraus debitori circa pretium,
diuersum enim est impugnare adiudicationem ex
defectu æstimationis, quæ non apparet in actis,
vel quod si facta viliori pretio, quæ tunc rescin-
ditur, vt *in d. Romana annua præstationis 1. Fe-
bruarij 1613.coram R.P.D.Sacrato, & in d.Roma-
na domorum de Roncionibus 9. Februarij 1615.coram
R.P.D.Buratto.* & dixi latè *supra c.7.num.20.cum
28 seq.* † Quod autem Iudex fuerit informatus de æ-
stimatione, colligitur ex oblationibus, cùm res
tantùm valeat quantum vendi potest *Ang. in l.si
quas.num.2.C.de rescin.vend. Bald.consil.103.quæri-
tur. vers.quod est facile. lib.1.Alex.in l.4.§.si hæres,
num.2.ad Trebellian. Abb.in cap.cum causam.2.num.
3.de testibus per l.si seruus 4.in fin.de condict. furtin.l.
si vendide.80.§.1.l.si quis vxori.52.§.fin.de furt.Coler.
de processibus executiu.par.3.c.9.n.111.& 115.post prin.*
29 vbi quod non potest haberi æquior ratio æstima-
tionis, quàm per subhastationem. Iustum enim pre-
30 tium arguitur † ex subhastatione *Bald.in l.2.nu.63.
Cod. de rescind. vendit. Ang.in §.si quis agens num.3.
instit.de action. Alex.in l.pretia rerum.numer.8.ff.ad
31 leg.Falcid.* † saltem præsumptiuè *Pantal.Cremens.
in d.l.3.nu.308.Cod.de rescind.vendit.*
Insuper notandum est, quod quamuis Iudex man-
det adiudicari creditori bona capta in executio-
ne pro quantitate crediti iuxta formam statuto-
31 rum Vrbis, † non tamen hoc decretum sufficiet
ad probandam adiudicationem, nisi doceatur de
effectuatione subsecuta, prout in specie ita re-
soluit *Rot.coram R.P.D. Caualerio. Romana pe-
cudum, 14. Nouembris 1611.* quæ decisio fuit con-
firmata *coram R. P. D. Buratto Romana domorum
de Roncionibus 17.Iunij 1615.* Quod etiam de stilo,
33 † secundùm quem huiusmodi deliberationes, &
adiudicationes fiunt post decreta de consignan-
do, ad effectum subhastandi, & de adiudicando,
Nam expediuntur mandata directa Cursoribus, si-
ue executoribus de deliberando, & adiudicando,
qui in vim istorum mandatorum deliberant, & ad-
iudicant fungentes vicem partis iuxta *l.1 Cod.si in
34 caus.iudicat.* † & talis adiudicatio fit per verba
præsentis temporis, & fiunt instrumenta publica
cum suis solitis clausulis, & postea sequitur tradi-
tio, & apprehensio possessionis, prout huiusmodi
stilus est notorius in Curia, & de eo tanquam or-
dinatorio potest se Iudex extraiudicialiter infor-
35 mare, quamuis à partibus † non fuerit probatus
*Osasc.decis.21.num.16.& 17.Aymon.cons.104.nu.9.
Decian.cons.447.in donatione facta.num.10.in fine.&
num.12.& cons.655.viso eleganti.numer.27.Alexand.
cons.14.nu.1.lib.5.& in l.4.§.hoc autem iudicium.col.
penult.vers.item iudex suppleat se informando.num.26.
ff.de damn.infect. & in l.vnic.col.1.Cod. vt quæ desunt
aduocat.cum aliis per Mascard.conclus.1339.num.4.
36 & 6.p.3.* † & quomodo stilus probetur *Glos. in §.ex
non scripto.instit.de iur.natur.gent.& ciuil.Guid.Pap.
cons.24.num.8.*
Quod comprobatur, quia verba decreti mandantis
adiudicari creditori bona capta in executione, non
important consensum de præsenti, sed de futuro,
37 cùm tamen in adiudicatione debeat esse consensus
de præsenti *l.à diuo Pio. §.si pignora.vbi Glos. Odofr.
Alber.Bart. Hercul.num.2. & Castr.in princ.ff.de re
iudicat. Bald.in l.ordo.numero 1.versic. & est quinta,*
& ibi *Salic. versic.sed hoc aduerte. Cod.de execut.
rei iudicat.* Nam per sententiam non transfer-
38 tur dominium, † nec possessio nisi secuta tradi-
tione, & sic facta executione sententiæ *Glos.in §.
fin.instit. de offic.iudic. Bart.in l.ex hoc iure.de iustit.
& iur. Alexand.cons.1.numer.4. lib.5. & cons.90 nu-
mero 9.lib.2.* siue tractemus de sententia rei corpo-
ralis, siue iuris incorporalia adhærentis iuri cor-
39 porali, † vt sunt iura seruitutum prædialium, quæ
adhærent prædiis, vel iurisdictio, quæ adhæret ca-
stro & territorio *Innoc.in cap.cum nostris, de concess.
præbend. Bald.in l.traditionibus Cod.de pact. & in l.1.
in fin.Commun.vtriusque iudic. Alex.cons.1.n.4.lib.5.*
40 vbi † etiam loquitur in adiudicatione facta ab
arbitrio, per quam non transfertur dominium,
post *Bartol. in l.fin. §.vltim. ad fin. Cod.com-
mun.delegat.* quamuis fuerit dictum in senten-
tia, quod bona liberè, & ipso iure reuertantur
41 cum omnibus suis pertinentiis, † & omnino
reuersa, & incorporata esse intelligantur, tan-
quam non sit in potestate Iudicis, nec arbitri, seu
arbitratoris facere, quod transferatur dominium,
& possessio sine traditione *l.non est mirum, in fin.de
42 pignorat.act. l.traditionib. C.de pact.* † Ita vt neque
obstet, quod sententia fuerit lata super actione
reali,

reali, putà ſuper dominio, vel quaſi, ex qua producitur actio in rem prout declarat aſſignando rationem *Alex.conſ.1.nu.5.& 6.lib.5.*

Quemadmodum dicimus de emptione & venditio-
43 ne, in qua requiruntur verba de præſenti † *l.1.& 2.de contrah.empt. l.3.Cod. eod.tit.* Ita vt non ſufficiat dicere, vellem tibi vendere rem meam pro decem, & tu reſpondeas vellem illam emere pro decem *Gloſ. in l.in vendentis, in fin. & ibi Cin.numer.5. Bald.numer.27.quæſt.6. Salic.numer.11. Cod. de contrahent. empt. Bart. in l. ſerui electione,§. in princ.numer.4. in fin. verſic.quandoque actus, & ibi Bald.numer.13.& de legat.1.Cardin.Mantic.de tacit.*
44 *& ambig.conuention. lib.4.titul.3. numer.15.* † Vbi, quod iſta verba, vellem, non perficiunt venditionem tanquam ſint præteriti temporis imperfecti, quæ non diſponunt, ſed ſignificant rem imperfectam *Fabian.de Mont.de empt.& vend.qu. 5.princ.num.51.*

Adiudicatio autem habet vim emptionis, & venditio-
45 nis, & iiſdem regulis & terminis ordinatur † *Bart. in l.eleganter.in princ.de pigneribus l.ſi prædium Cod. de euictio. Alber.in l.cætera.§.ſed ſi ſeparaunt.vbi Iaſ. col.2 ff.de legat.1.cum alijs per Tiraquell.de retract.lignag.§.1.gloſ.14.num.2.Rot.diuerſ.deciſ.662.nu.5.p.1.*
46 † Vnde quemadmodum in venditione requiritur pretium, res & conſenſus *§.1.inſt.de empt.& vendit.* Ita etiam hæc omnia debent interuenire in adiudi-
47 catione † *Socin. Iun.conſil.47.numer.7.in fin. lib.1.* Adeo vt creditum, quod eſt pretium rei adiudicandæ, debeat eſſe certum per ſe, vel per relationem ad aliud, ſi non exprimatur *Anchar.qu.28.num.3.lib.1. Surd.conſ.225.num.9.in fin.lib.2.Iaſ.in l.à diuo pio.§. ſi pignora.de re iudica.Socin.conſ.69.n.12.& 14.lib.4.*
48 † Et ideò erat neceſſaria liquidatio quantitatis crediti, vt in propoſito dicit *Bald.conſ.122.nu.1.verſ.& inter alia. lib.3.Rot.coram Card.Ludouiſio. Romana vineæ.24.Octobris, 1605.& coram R.P.D.Caualerio Romana pecuduum.14.Nouembris 1611.Ruin.conſ.138. num.6.lib.1.*

Amplius neque obſtaret, quod creditor eſſet in poſſeſſione bonorum ante huiuſmodi decretum adiudi-
49 cationis, † quia ſemper opus eſt expeditione mandati de deliberando, & actuale adiudicatione per Curſorem facienda in vim eiuſdem mandati, Iſta enim ſunt neceſſaria ad acquiſitionem tituli, & dominij tranſlationem, ad quam non ſufficit ſimplex decretum Iudicis mandans adiudicari, quod non poteſt obtinere vicem actualis adiudicationis,
50 † cum mandatum de adiudicando non ſit adiudicatio, prout mandatum de vendendo non eſt venditio, & aliud eſt obligatio, & aliud mandatum ad obligendum, & aliud eſt redhibere, aliud promittere de redhibendu, quod etiam eſt in ſimilibus caſibus, vt in commodato, depoſito, mutuo, pacto re-
51 ſoluente, promiſſione † renouandi, donandi, ratificandi, renunciandi, reuendendi, infeudandi, cum infinitis alijs caſibus, quod latiſſimè adducit *Tiraq. de retract.conuent.ad fin.tit.num.42. vſque ad 62.poſt Bald.& alios in l.1.C.de pact.pignor.& in l.ab emptione.col.2.ff.de pact.Ang.in l.Iulianus.ff.ſolut.matrim.Alber.Salic Caſtr.& Fulgoſ.in l.in bonæ fidei.§.ſi tamen. ff.de eo quod cert.loco.Alex.conſ.72.num.9.lib.3.An-*
52 *char.conſ.28.in fin.* Declarando † tamen prædicta iura ea, quæ latè adducit *Theſaur.deciſ.234.per tot.* & ita in ſpecie adiudicationis, quod non ſufficiat creditorem eſſe in poſſeſſione bonorum ante decretum adiudicationis, ſed quod ſemper requiratur
53 mandatum ad deliberandum, voluit † *Rot.coram R.P.D. Buratto. Romana domorum de Roncionibus, 17.Iunij 1615.* vbi etiam fuit declarata in illo caſu imperfecta adiudicatio, quia Iudex mandauerat
54 illud decretum de adiudicando intimari, † vnde intimatio erat neceſſaria *Put.deciſ.168. lib.1.in nouiſſ.* & dicta intimatio debebat reproduci ante adiudicationem, vt Iudex de illa eſſet certus *l.hoc autem §.1. ff.quibus cauſ. in poſſeſſ.eat. Bart.in l.ſi finita.§.Iulianus, colum.4.num.18. verſ.quæro vtrum. de damn.infect.Bald.in l.conſentaneum, col.penult.in fin. Cod.quomod & quand.iud.& in l.multum intereſt. in fin.de condit. & demonſt.Rot.per Card.Seraph. deciſ.1100.num.9. & coram R.P.D. Luca. Imol.ſeu Fauentina bonorum 16.May 1594.Anchar.& Cardin.in clem.2. in fin.vt lit.pendent.Felin. in cap.quoniam contra.colum 9.verſ.item nota ex iſta.de prob. Abb.conſ.84.col.2.verſ.correus.lib.2.Meliſus in verb. citatio licet col.penult.Vant.de nullitat.ex defectu citation.nu.146.*cum alijs per *Gonzal.ad reg.8.cancell.*
55 *in proœm.§.7.num.145.* † Præſertim, quia ordo intimandi ſit, vt pars deducat, ſi quid releuans habet, quo deducto Iudex vel reponit, vel mandat ſuperſederi, quod facere non poſſet, ſi propter illud ſimplex mandatum de adiudicando eſſet conſummata adiudicatio, cùm nihil aliud expectet *l. à diuo pio.§.ſi poſt additum, vbi Iaſ.in 2.notab.ff.de re*
56 *iudicat.* † Vnde ne talis intimatio ſit ſuperflua, dicendum eſt quod Iudex non habuit illam adiudicationem pro perfecta, & abſoluta, & completa ante notitiam intimationis executæ, & ante illius reproductionem in actis factam *Vant. de nullit ex defect.citationis.nu.146 poſt Felin.in cap.eccleſia ſancta Maria, num.14.verſ.ad hanc.partem, de conſtitut. Veſtr.in prax. lib.4.cap.3. de execution.citation.nu.9. Mandoſ.de annal.reg.35.ante nu 6.verſ.quartum requiſitum.Lancellot.de attentat.2.p.cap.4.in præfat.n. 125.verſ.quarto quando nuncius, Abb.in cap.quoniam contra num.11.de probat.& in cap.ad noſtram, el 3.nu.*
57 *6.de iurand.* † Intelligendo tamen vt non ſit neceſſaria relatio, ſeu executionis reproductio in caſibus, in quibus de iure communi non requiritur, nempe quando pars citata comparuiſſet, vel conſtituiſſet procuratorem, vel quando ſe oppoſuiſſet, vel in alijs caſibus latè relatis per *Gonzal.ad reg.8. cancell.in proœm.§.7.numer.147. vſque ad 152. Lancellot. de attentat.1.p.cap.4.in præfation. numer.133. cum ſeq.*

EPITOME.

Conſortes, & vicini quando præferantur in venditionibus rerum, in quibus habent conſortium & vicinitatem. ¶ Portio fundi contigui an ſit conſignanda vicino in diſtributione prædiorum, quæ fiunt per Decuriones. ¶ Et quid in diuiſione, & in dote, & in immiſſo in poſſeſſionem bonorum debitoris. ¶ Conſtitutio loquens in retractu venditionis coactæ an habeat locum in voluntariis. ¶ Comprehenſio an dicatur detractis qualitatibus, vel noua diſpoſitio. ¶ Expreſſio generis continentis ſub ſe ſpecies, an idem operetur ac ſi eſſet facta mentio ſpecierum. ¶ Verba, *præſtare, & obſeruare,* quid ſignificent. ¶ Ius ſuperueniens an iuuet ex noua cauſa.

& potest litem contestatam, & de iure ciuili. ¶ Pars fundi venditi pluribus an possit redimi ab vno. ¶ Obseruantia constitutionis quando admittatur. ¶ Retractus in vineis quo casu sit concedendus. ¶ Minor, qui non adiuit hæreditatem, iuxta formam statuti an possit lite pendente solemniter adire. ¶ A contractu sublocationis quando recedatur, quamuis dominium directum non esset apud sublocantem tempore sublocationis. ¶ Ius de præterito quo casu dicatur superuenire. ¶ Obligatus ad retrouendendum an possit lite pendente offerre. ¶ Emptor an teneatur retrouendere vni ex pluribus venditoribus, vel hæredibus ipsorum.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus, & consors non præferuntur de iure communi in venditione facta per vicinum, & consortem. Fallit num. 2. 3. 4. 5. & 6.*

7 *In distributione possessionum, quæ fiunt per Decuriones vnicuique est assignanda portio terrarum, quæ sibi sunt vicinæ, si adsunt, aliàs etiam longè positas quis suscipere compellitur, & de ratione, num. 8.*

9 *Portio fundi vicini quando debeat resignari in diuisione potius vni, quàm alteri, & quid in dote, & in actore immisso in possessionem bonorum debitoris, num. 10. & 11.*

12 *Constitutio loquens in retractu venditionis coacta vinearum an intelligatur de venditione voluntaria, & nu. 15. Declara vt nu. 19. & 23.*

13 *Statutum, quod potest duos effectus contra ius operari, debet intelligi, vt vnum tantum induceat. Amplia vt num. 14.*

16 *Qualitas non est separanda ab ipsa dispositione, & numero 51.*

17 *Totum non dicitur sine suis partibus, & qualitatibus.*

18 *Comprehensio non potest dici sub eodem statuto detractis qualitatibus, sed est noua dispositio.*

20 *Extensio fit in statutis ob eandem rationem.*

21 *Constitutio cessat deficiente ratione ipsius.*

22 *Vineæ deteriorantur ob defectum culturæ etiam modici temporis.*

24 *Post oppositionem non adimplementi non admittitur quis ad implendum.*

25 *Iudex supplet ex officio in exceptione non adimplementi.*

26 *Expressio generis continentis sub se species idem operatur, ac si esset facta mentio specierum. Intellige vt numero 29.*

27 *Verbum, præstare, idem significat, quod aliter adimplere.*

28 *Probatio adimplementi non sufficit, nisi probetur factum ob causam, ob quam debebat quis adimplere.*

30 *Obligatio generalis minus afficit, quàm specialis.*

31 *Promissio soluendi censum super aliqua re operatur, vt illa res sit obligata pro d. censu.*

32 *Defectus implementi etiam in parte excludit omnem actionem, nu. 33.*

34 *Variatio impeditur post acquisitum ius parti.*

35 *Remedio vno electo non est recurrendum ad aliud.*

36 *Ius superueniens an iuuet ob causam nouam, & post litem contestatam, & de iure ciuili, nu. 43.*

37 *Confessio residui, si fiat lite pendente, iuuat ad conualidandum iudicium.*

38 *Ius dicitur superuenire ex causa de præterito, quando res erat vendita ante captum iudicium, sed nondum tradita.*

39 *Minor, qui non adiuit hereditatem iuxta formam statuti, potest lite pendente solemniter adire.*

40 *Obligatus ad retrouendendum an possit lite pendente offerre.*

41 *De iure superueniente remissiuè.*

42 *Ius superueniens regulatur iuxta mentem iuris, & partium.*

43 *Non potest recedi à contractu sublocationis, quamuis dominium directum non esset apud sublocantem tempore sublocationis.*

44 *Ius superueniens de futuro non venit in confiscatione bonorum.*

46 *Pars fundi venditi pluribus potest redimi ab vno.*

47 *Iudicium dicitur finitum post conclusum in causa.*

48 *Obseruantia conformis iuri communi debet præualere.*

49 *Declaratio non habet locum nisi in rebus dubijs.*

30 *Obseruantia interpretatiua ex quibus tollatur.*

52 *Agens ex statuto debet verificare omnia in eo contenta.*

53 *Verbum, obseruetur, significat ad vnguem seruare, & diligenter aduertere.*

CAPVT DXLVI.

NOn solùm vicinus de iure communi non est præferendus in venditionibus factis per alium vicinum, sed neque consors, quia habet participa-
1 tionem dominij, † cùm tam vni, quàm alteri liberum sit arbitrium distrahendi rem propriam, non obstantibus constitutionibus, quæ olim contrarium disponebant, quidquid aliud sit inter consortes rei emphyteoticæ, ita probat textus *in l. dudum, 14. vbi Bald. in princip. & num. 1. in fin. versic. secundo quod intendit. Salic. num. 1. Aloys. de Leon. nu. 2. Cod. de contrah. empt. Idem Bald. in l. 1. in 1. notabili, Cod. commun. diuidund.*

Ideò requiritur statutum, aut consuetudo, vel pactum,
2 ad hoc vt extraneus emptor consorti † reuendere teneatur *cap. constitutus, de restitut. in integr. l. qui Romæ §. cohæredes de verb. obligat. Bald. in rubr. Cod. res inter alios acta. colum. 2. versic. nota quod ex consuetudine. nu. 4. & in d. l. 1. in 1. notabili, Cod. commun. diuidund.*

Quare etiam videmus, quod est specialissimum in dominio castri, qui non potest vendere partem suam
3 alteri propter fauorem iurisdictionis, † quæ est de iure publico introducta *l. quicumque. Cod. de fund. limitroph. lib. 11.* & notat *Bald. in l. 1. in fin. vers. & faciunt prædicta. n. 8. C. qui testam. facer. possunt. Fabian. de Ment. de empt. & vend. qu. 3. princ. qu. 20. nu. 41. in*
4 *fin. vers. sed speciale.* † Quamuis de æquitate, omisso iuris rigore propter consortium deberet quis præferri in qualibet re vẽdita, seu locata, vt per *Oldrad. cons. 34. Rot. coram R. P. D. Ortemberg. Romana prælationis 20. Nouembris 1609.* & dixi latius *supra cap.*
5 *526. Surd. cons. 205. nu. 3. lib. 2.* † Licet secundùm alios ista vrbanitas & æquitas non admittatur, neque in parte feudi venditi, nedum in alijs rebus, nisi quando fieret ad æmulationem, vt latè concludit *Thesaur. qu. 39. per tot.*

Quo stante non potest vllo modo admitti doctrina *Fabian. de Mente de empt. & vendit. qu. 3. princ. q. 20.*
6 *nu. 41. tom. 6. p. 1. fol. 43.* † dum voluit, quod vicinus,

potius

potius teneatur vendere vicino, quàm aliis, *& Fabian*, citat, & sequitur *Bertach. in verb. vicinus præsumetur num.*5. Cum sit contra iura expressa, & aduersus opiniones communes omnium Doctorum, Præsertim quia *text.* in quo se fundat *Fabianus*, non
7 dicit illud, ad quod allegatur, † Etenim in *l. quicumque desertum* 8. *C. de omn. agr. desert. lib.* 11. per eum adducta solùm dicitur, quod in acceptione, seu distributione possessionum, quę fiunt per Decuriones vnicuique est assignanda portio terrarum, quæ sibi sunt finitimæ, & vicinæ, & in quãtum fieri potest cohærentes, & non longè positæ pro modo, & qualitate fertilium si adsunt, Nam aliàs si non exstiterint, etiam longè positas suscipere quis com-
8 pellitur, † Cum enim in vno grauetur ad accipienda huiusmodi prædia, debet releuari in alio, vt sterilia adiungantur per partes fertilibus propinquis ad hoc, vt alia prædia fertilia sustineant onera aliorum prædiorum sterilium, ita explicat *Alexand. ad Bart. in l.* 1. *in fin. Cod. de omn. agr. desert. lib.* 11. *Luc. de Penn. in d. l. quicumque*, 8. *col. antepenult. in fin. vers. illud. & ibi Bart. muner.* 1. *Ioan. de Plat. in princ. vers. item peræquator, C. eod. titul.*

Hoc autem fit ratione æqualitatis seruandæ, ob quam
9 etiam concludunt Doctores, † quod si vnus ex diuidentibus haberet prædium propè fundum diuidendum, & alius non habeat, tunc deberet portio assignari eidem, iuxta fundum proprium, Prout etiam mulier posset petere sibi dari terras, & castra
10 vicina, † & cohærentia pro sua dote, quando hæres vult dare eandem dotem in terris, & prædiis, Quemadmodum actor immissus in possessionem bonorum debitoris habebit electionem eorum,
11 † quæ sunt vicina, & magis adiacentia, vt releuetur in hoc, stante grauamine accipiendi bona pro suo credito, vt latè declarat *Luc. de Penn. in d. l. quicumque, col. penult. in princ. C. de omn. agr. desert. lib.* 11. *cum aliis per Capic. decis.* 42. *num.* 2. *&* 3.

Cessante igitur dispositione iuris communis, reliquum est videre, an detur extensio constitutionis de qua agitur, & quidem concludendum est negatiuè, Nam dicta constitutio, dat solùm formam su-
12 per venditionibus vinearum in casibus, † in quibus vicinus vellet cogere vicinum ad vendendum vineam suam, vt legitur *in §.* 12. *eiusdem constitutionis.* Vnde non est trahenda ad casum venditionis voluntariæ tanquam non expressum, quem Princeps credendum est voluisse referre ad ius commune, & ab ipso recipere passiuam interpretationem *Ias. in l. omnes populi, in.* 2. *lect. colum. penul. post med. num.* 60. *de iust. & iur. Aymon. cons.* 236. *numer.*
13 9. † Vbi enim noua constitutio potest vnum, vel duos effectus contra ius operari, interpretamur, vt vnum tantum operetur, & minus corrigat ius commune, quàm sit possibile *cap. cum dilectus de consuetudin. Aymon. cons.* 197. *num.* 6. & in specie iuris congrui est decisio *Rotæ coram R. P. D. Coccino. Romanæ iuris congrui.* 5. *Iunij* 1600. sequendo similem *decis. Rot. diuers.* 475. *proposui dubium n.* 6. *p.* 1.
14 vbi † etiam ampliatur, quamuis dicta constitutio iuris congrui loquatur per verba uniuersalia, quia semper excludi debet interpretatio, vt non comprehendat, nisi casum expressum *Alexand. cons.* 80. *viso & opportunè, colum.* 3. *in princip. vers. facit. num.* 4. *lib.* 1.

Præterea etiam dato, & non concesso, quod huiusmodi constitutio esset amplianda ad casum voluntariæ venditionis propter decorem, & ornatum
15 Vrbis, † quasi tunc non sit extensio, sed comprehensio, vel interpretatio intellectiua *Parif. cons.* 83. *numer.* 2. *lib.* 3. *Barz. de iur. prothemis* §. 7. *colum.* 3. *vers. nec in hoc casu dicitur.* Cum præsertim videatur adesse maior ratio, nam sicut vicinus potest compellere dominum ante venditionem ad vendendum, multo magis poterit petere prælationem, quando Dominus vendit, ita vt stante ista maioritate rationis non possit dici extensio, sed comprehensio, seu tacita dispositio, quasi non dicatur casus omissus, vbi est eadem ratio, vnde multo magis, si adsit maior *Aym. cons.* 183. *num.* 3. *ad med. Bald. in l. de quibus col.* 11. *de legib.* vbi etiam loquitur in materia odiosa *Tiraq. de retr. lignag.* § 20. *glos.* 2. *num.* 2. *&* 3.

Tamen ista comprehensio debet fieri cum omnibus qualitatibus, quæ adsunt in casu expresso, quem volumus extendere, vel applicare ad casum non
16 expressum, † Qualitas enim non potest separari ab ipsa dispositione *Bald. in l. si quidem. de excep. Grat. cons.* 151. *num.* 22. *lib.* 2. *Rot. diuers. decis.* 366. *nu.* 6. *p.* 1.
17 † quasi totum non dicatur sine suis partibus, & qualitatibus *l. qui vsufructu. de verb. oblig. l. si quis cum potuit de except. rei iudic.* Ita vt si detraherentur dictæ qualitates non posset amplius dici com-
18 prehensio sub eadem dispositione, † cum potius tunc dicatur omnino noua dispositio *Bald. in l. penultim. in fin. princip. de excus. tutor. Socin. cons.* 87. *pensatis, in fin. numer.* 9. *lib.* 4. *per textum in l.* 1. *§ si quis simpliciter, de verb. obligatio. l. ius ciuile. de iust. & iur.*

Quod autem huiusmodi qualitates non verificentur in casu de quo agimus, apparet ex facto, cum vinea aduersarij, sit minoris pretij, & mensuræ, non ita benè culta, neque propria impensa, ac ædificiorum structuris minus conspicua, ita vt tanto-
19 pere superetur à vinea, quæ controuertitur, † vt maxima inter vtramque adsit inæqualitas, cum tamen omnia ista deberent concurrere ex parte volentis retrahere, vt disponitur *in* §. 12. *eiusdem constitutionis*, adeo vt non mirum si deficientibus qualitatibus debeat etiam deficere extensio dispositionis.

Non obstat, quod saltem ex capite retractus debeat pars obtinere ad exemplum prædij vrbani, quasi etiam in rusticis sit eadem ratio decoris, & orna-
20 tus, ob quem debet fieri extensio, † quatenus non esset tanta ratio, vel tam efficax *Corn. l. vnic. col. penult. post med. vers. est multum notanda, num.* 12. *C. de his qui ante aper. tabul. Rot. diuers. decis.* 127. *num.* 4. *p.* 1.

Quia in casu nostro deficit ornatus, Nam vinea aduersarij est per eum locata ad effodiendum puteolanam, & penitus extirpandam, neque vnquam fuit propria, sed colonorum impensa culta, quæ omnia faciunt, vt cesset ratio decoris, qua cessante
21 debet etiam deficere constitutio, † ità vt ex ea quis non possit se iuuare *Aymon. cons.* 88. *num.* 10. Cum etiam sufficeret in vineis modico tempore illas non coli, quæ exsiccantur, & in perpetuum dete-
22 riorantur, † nec amplius vineæ possint dici *Bald. in auth. qui rem. in* 2. *notabili. Cod. de sacrosan. ecclef. Petrus de Vbaldis cons.* 1. *post tractatum de collectis, num.* 3. *tom.* 12. *fol.* 99. Et regulare est, vt similibus
23 vineis, & locis extirpatis non † detur priuilegium retrahendi vineam conspicuam, & benè orna-

tam, & cultam, tanquam non adsint similes qua-
litates, quæ requiruntur, ad hoc vt locus vicinus
possit retrahere alium locum contiguum vendi-
tum, prout its in specie declarat Mar. Mnt. super
consuetudin. pareormit. cap. 28. in fin. numer. 38. post
Cnmiam. super risibus magn. cur. cap. 305. Adeo vt
ista qualitas locorum extendatur etiam ad quali-
tates personarum, secundum ea quæ tradit Fran-
cis. decision. 337.
Et quatenus etiam competeret ius super huiusmo-
di retractu ad exemplum prædij vrbani, tamen
aduersarius declarauit se velle præferri iuxta for-
mam intimationis, & non adimpleuit in tempo-
re præfixo in bulla, quam tenebatur adimplere,
cum non se obligauerit ad solutionem census il-
lum recognoscendo, prout tenebatur, neque
alia fecerit, de quibus in instrumento, Vnde ce-
cidit ab omni iure, si quod sibi competebat iuxta
formam bullæ, de qnn in §. 8. vers. rursus si tam præ-
24 sentes. † Nec audiretur amplius pars, si vellet
adimplere, cum fuerit oppositum de non imple-
mento Castr. consil. 70. colum. 5. ad fin. lib. 1. Alex.
cons. 337. in fin. lib. 6. Aym cons. 192. num. 16. ad med.
ita vt etiam Iudex suppleat ex officio parte non
25 opponente, † adeo est fauorabilis ista exceptio
non implementi Idem Aym. consil. 151. numer. 10. in
princ. Rom. consil. 144. colum. 2. in fin. vers superest. vt
respondeamus.
Nec facit, quod fuerit facta generalis obligatio iux-
26 ta formam Bullæ † quod videbatur sufficere, †
quasi fuerit expressum genus continens sub species,
quod idem est ac si singulæ species fuerint expres-
sæ Bart. in l. si duo. in fin. de administr. tutor. Natt.
cons. 613. num. 3. Becc. cons. 80. num. 7. & 15. lib. 1. Nam
bulla requirit, quod volens retrahere præstiterit
omnia, quæ in venditione continentur, quod
verbum, præstate, debet verificari cum effectu,
27 † cum idem sit quod facere, & realiter adimplere
Robnff. in l. si cum fundum 116. ff. de verborum signi-
ficatio. per l. nam Seruius, §. mandato. digest. de negot.
gest. l. si quis mandato. ff eodem, l. quid sit fugitiuus 17.
cum duabus sequentibus ff de adil. edict. Bnd. in l. 2.
28 ad fin. ff. de orig. iur. Adeo vt † neque sufficiat quid
impletum esse, nisi etiam probetur fuisse ob cau-
sam, ob quam impleri debebat Bart. in l. cum ser-
uus, ff. de verborum obligation. & in l. 1. de condit. &
demonstration Corn. cons. 75. colum. 3. lib. 3. Aym. cons.
171. num. 15. quamuis in dubio hoc præsumeretur
vt ibidem per Aymon. Et quando requiritur aliquid
29 expresse fieri, † non sufficit, quod comprehenda-
tur sub generalitate verborum Glos. in clem. per lit-
teras, in fin. in verb. expresso. de præbend. & in clemen.
2. in verb. specialiter de iudic. l. 1. § de pupillo. de constu
tut. pecun. Ioan. Andreas in cap. quia periculosum, de
30 sent. excommunicat. in cap. 1. de except. in 6. † cum
minus afficiat obligatio generalis, quàm specialis
Glos. in §. nos igitur, in verb. tradere creditoribus,
auth. de non alienand. Negus. de pigneribus, par. 2.
m. 1. ad fin. versic. sexta differentia num. 10. Maximè
quia debebat fieri promissio recognitionis de cen-
su, & oneribus, & præstationibus super vinea,
31 † quæ inducit, vt censeretur illa obligata, & obno-
xia pro dictis oneribus l. codicillis. §. instituto de leg.
32 2. Bald. cons. 182. col. 2. lib. 5. Aym. cons. 20. n. 10. † Vnde
stante defectu dicti implementi est exclusa omnis
actio Bald. in l. si soluturus. de solut. Alex. cons. 49. nu.
4. lib. 2. Rom. cons. 244. num. 4. Ita vt neque sufficiat
33 implementum in parte, † cum debeat esse in to-
tum Lancell. Decian. in l. cum proponas la 2. C. de
pact. Parpal in l. filia licet. C. de collat. Neuizan cons.
50. nu. 9. & 10.
Et cum aduersarius declarauit velle se præferri post
factam intimationem venditionis, & in tempore
non adimpleuerit, vt dictum est, non potuit hac
34 via derelicta aliam monitorij adire, cum † acquisi-
tum sit ius parti, quo casu variatio impeditur l. sti-
chum, §. fin. de nonat. Ias. in l. si quis agere, nu. 2. C. de
codicill. Quasi vno remedio electo non debeat quis
35 ad aliud recurrere † l. quod in haredem, §. eligere, de
tribut. act. Bart. in l. cum qui certarum, §. fin. de verb.
obligat. Surd. cons. 111. num. 6. lib. 1.
Ex istis etiam sequitur non esse quærendum de su-
peruenientia iuris ob prætensam cessionem fa-
ctam, Cum semper militet eadem ratio casus
non comprehensi in Bulla, vt dictum est, Et qua-
tenus etiam istud ius superueniens attenderetur,
36 † Tamen cum simus post conclusionem in causa
non iuuat, præsertim quia fuit actum cum expres-
sione causæ, non generaliter, quasi tunc videatur
quis se ad illam restrinxisse, & quia superuenit ius
ex causa noua non de præterito, Maximè de iure
ciuili, quod seruatur in Vrbe, prout latè declarat
Cald. in l. non potest. de iudic. post Bart. in l. & an ea-
dem, §. actiones, colum. penult. ad fin. de except. re iu-
dic. Anchar. in cap. abbate sanè. col. §. nd med. vers.
prætereà contra istam decisionem, de sentent. & re iu-
dic. in 6. Bald. in l. vnic. colum. vlt. in princ. num. 7. C.
de alienat. iudic. mutand. caus. fact. Ias. in §. omnium,
num. 66. & 67. instit. de action. Aloys. de Leonam l.
3. num. 7. Cod. de edend. & quod causa de præterito
debeat adesse, vt ius superueniens conualidet iu-
dicium Alexand. consil. 44. colum. 2. in fin. lib. 5. vbi
37 si lite pendente fiat confessio residui, tale ius iu-
uat tanquam ex causa de præterito cap. ablata sa-
38 ne, de re iudic. Menoch. cons. 365. num. 23. lib. 4. † Et
tunc superuenit ius ex causa de præterito, quando
res erat vendita, ante cœptum iudicium, sed non-
dum tradita Ias. in §. omnium, num. 67. institut. de
actionib. Vnde quamuis tempore litis minor non
39 cepisset hæreditatem iuxta formam statuti, † Ta-
men si lite pendente adiuit solemniter, sufficit,
quia filio dicitur obuenisse exercitium iuris, fa-
cultas exercendi ipsam actionem, cum etiam dica-
tur ius superuenisse de præterito, & satis est, quod
superueniat ante conclusum in causa, & quia su-
peruenit ius ex causa, quæ retrotrahitur Alexand.
cons. 177. colum. vltim. ad finnum. 12. lib. 2. Idem in
40 eo, qui tenetur † offerre se paratum retrouendere,
nam si pendente iudicio offerat tanquam ius su-
perueniens ex causa de præterito conualidat iu-
dicium, Ita in oblatione Alex. cons. 78. in fin. lib. 1
41 Et de iure superuenienti † Socin. regul. 269. in reg.
diuers. in verb. ius superueniens, fol. 435. Aret. instit. de
actionib. in princ. colum. vlt. Mathesil. singul. 9. fol. 86.
Bellon. cons. 25. Rot. Ianuens. decis. 198. n. 4. Aym. cons.
171. num. 18. & cons. 153. num. 14. Boer. cons. 16. in fin.
42 † Et ius superueniens regulatur iuxta mentem iu-
ris, & partium, quæ mens est vt reguletur sub illa
prima dispositione Roman. cons. 22. col. 1. Ofasc. decis.
43 91. num. 15. Menoch. cons. 201. num. 156. † Et non po-
test recedi à contractu sublocationis, quamuis do-
minium directum non esset apud sublocantem
tempore sublocationis, cum sufficiat ius super-
uenisse actori, quod prodest ad confirmationem,
non

non autem nocet ad irritationem iuris translati *Bart.in l.cum vir prædium,de vsucap.Gabr.*in specie
44 sublocationis *conf.74.in princ.lib.2.*† Quare etiam ius superueniens de futuro non continetur in confiscatione bonorum *Menoch.274.numero* 8.

Et generale est,vt ius superueniens post litis contesta-
45 tionem non validet iudicium,† Ideo ab obtinendum debet probari ius ex quo agitur competiisse auctori priusquam lis contestetur *Alex.conf.39. in 4.lib.5.& conf.85.in fin.num.7.lib.7. Surd.conf.514. num.6.lib.4.* Quidquid aliud sit in reo,cui lite pendente prodest *Ceph.conf.112.n.35. Surd. d.conf.514. num.9.*

Non obstat, quod potuerit redimi ab vno pars
46 fundi venditi pluribus,† quasi vterque emptor teneatur in partes viriliter *Bertrand.conf.41.licet contractus,lib.3. Tiraq.de retr.lignag.§.23.nu.31.glos.2.* & quando emptor teneatur retrouendere vni ex pluribus venditoribus, seu hæredibus *Surd. conf. 415.nu.17.& 23.lib.3.* Quia non ex hoc sequitur, quod debeat obtinere in retractu,cum etiam istud ius non superuenerit in tempore habili,sed post litem contestatam ex supra allegatis.Immo & post conclusionem in causa, quod magis denegatur
47 *Aloys.de Leo in l.3.nu.10.ad med.C.de edend.*† tanquam per eam dicatur finitum iudicium, cum à pari procedat sententiam esse latam, & conclusum in causa *Mandos.form.9.commis.in verb.pendeant indecisæ, vers.contra vero.*

Vltra, quod ista cessio non poterat fieri in præiudicium aliorum consortium, qui etiam tanquam vicini,& habentes ius in re,de qua agimus,erant intimandi iuxta formam bullæ, Ita vt neque obstet obseruantia, quæ ex aduerso præsupponitur, cum sit contra eandem constitutionem, & aliud seruatur in Camera, ad quam si appellatur esset omnia
48 ponere in litibus,quibus est obuiandum,† Præsertim quia semper præualebit obseruantia illa, quæ est conformis dispositioni iuris communis tanquam magis verisimilis *Ruin.conf.12.n.3.lib.5.Becc. conf.101. n.47.*

Immò, quia dispositio constitutionis est clara, num-
49 quam attenditur,obseruantia subsecuta,quasi† declaratio non habeat locum, nisi in rebus dubiis *Natt.conf.318.n.1.in fin. Surd.conf.316.nu.44.* Tunc enim est noua dispositio,quæ non admittitur,nisi in eo, qui habebat facultatem nouiter disponendi *Castr.in l.heredes palam,§.si quid post.de test. Becc. conf.3.n.44.* Adeò vt neque occasu admittatur obseruantia interpretatiua,quidquid aliàs numquam
50 illa videretur sublata,† Præsertim stantibus clausulis contentis in constitutione, ex quibus tollitur etiam interpretatiua obseruantia,latè *Surd.consil. 316.n.46.& 47.lib.3.* Et quamuis prætendatur etiam in Camera fuisse variè obseruatum, Tamen semper verior est opinio,quod & si constitutio trahatur ad venditiones vinearum voluntarias, solùm extensio debeat concedi vigore *§.in rusticis,* 12.loquentis in specie de vineis,quæ extensio,vt dictum est,non militant in casu nostro cum deficiant qua-
51 litates requisitæ,†quæ non possunt separari ab ipsa dispositione *Bald.in l.si quidem,de excep.Grat.conf. 151.n.22.lib. Rot.diuers.decis.366.n.6.p.1.* Cum agens
52 ex statuto debeat † verificare omnia in eo contenta,ita vt si vnum deficiat,semper succumbat *Castr. in l.mancipia,C.de seru.fugitiu. Socin.conf.55.n.1.lib. 1. Alex.* loquens in simili statuto de retractu *conf. 148.n.8.libr.7.per lib.1. §.ait prætor digest.ne quid in flum.public.Tiraq.de retr.lignag. §.8.glos.7.n.1.& 2.* Maximè,quia in constitutione adsunt illa verba,
53 obseruetur, † quæ apud iurisperitos significant ad vnguem seruare,& diligenter aduertere, & custodire *l.1.in fin.de ventr.inspic.l.barbarus, in fin. de offic.procons.l. obseruandum, de iudic.l.obseruare, ff. de offic.procons.l.obseruandum,de rit.nuptiar.Rebuff. in l.cum bissextus,98.in fin.& in l.pupillus,236.§.seruorum,ad med.ff.de verbor.signific.*

EPITOME.

Societas quibus actibus dicatur contracta. ¶ Et an obstet minor ætas. ¶ Et quando post illam detur ratificatio. ¶ Liber negotiationis inscriptus proprio nomine vnius ex fratribus an excludat societatem. ¶ Acquisitum per socium quando sit communicandum. ¶ Verba *stare al male & bene* quid significent. ¶ Societas per quos actus dicatur dissoluta. ¶ Auiamentum apothecæ quomodo sit æstimandum. ¶ Signum mercatoris an debeat diuidi inter hæredes,& cui sit dandum. ¶ Iudex an possit prohibere, ne quis vtatur signo alterius. ¶ Aduocatus an debeat subscribere scripta quotumcumque. ¶ Assumptus in socium an insolidum agat,& conueniatur pro toto afflictu. ¶ Nominatio socij an valeat absque consensu locatoris. ¶ Societas an probetur per participationem negotij. ¶ Societati quando possit adiungi socius. ¶ Clausula *insolidum* an operetur,vt societas duret quo ad consocios, si vnus obierit. ¶ Societas an transeat ad hæredem. ¶ Et quid stante pacto iurato, & conductione rerum publicarum. ¶ Verba, *à principio vsque ad finem appaltus* quomodo intelligantur. ¶ Locatio pro se, & sociis an comprehendat futuros. ¶ Conductor an possit sublocare. ¶ Et ex quibus dicatur facta sublocatio. ¶ Finita societate quo casu emolumenta ex illa prouenientia transeant ad hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Societas ex quibus actibus dicatur contracta.*
2 *Inter fratres magis præsumitur societas etiam omnium bonorum ex communicatione vnius negotiationis.*
3 *Societas non potest dici contracta stante minori ætate fratris. Intellige vt num.4.& 8.*
5 *Pupillus maior factus quando dicatur ratificasse societatem.*
6 *In societate debet esse vna & eadem causa sociorum.*
7 *Contractus gestus cum minore potest claudicare fauore ipsius, & de cautela in hoc adhibenda.*
9 *Liber negotiationis scriptus proprio nomine vnius ex fratribus excludit societatem. Declara vt num.10. & 11.*
12 *Factum contradicens verbis, & scripturæ debet præualere.*
13 *Socius acquirens aliquid proprio nomine quando teneatur communicare acquisita alteri socio.*
14 *Societas non dicitur dissoluta per acquisitiones proprio nomine factas, nisi vterque sociorum consentiat.*
15 *Verba, stare al male & al bene, arguunt societatem.*
16 *Societas adest vbi lucrum, & damnum est commune.*

17 *Auiamentum apotheca communicatur inter socios, & æstimatur certo pretio arbitrio Iudicis, seu periti.*
18 *Auiamentum negotiationis differt à directo dominio, & plena proprietate.*
19 *Signum Mercatoris an sit diuidendum inter hæredes, & apud quem debeat remanere.*
20 *De signo Artificum remissiuè, & an possit prohiberi per Iudicem, quod alius illo non vtatur, num. 21.*
22 *Aduocatus non debet subscribere scripturis factis per quoscunque, nisi ex propriis fontibus processerint,*
23 *Assumptus in socium à principali conductore, potest in solidum conueniri pro toto affictu, prout in solidum agere contra debitores illius, num. 24.*
25 *Societas probatur per participationem negotij. Intellige vt nu. 27. & 30.*
26 *Particeps & coappaltator in quo differant.*
28 *Communio potest esse sine societate, quamuis societas non detur sine communione, nu. 29.*
31 *Societas probatur per nominationem subsecutam de socio assumpto.*
32 *Nominatio socij retrotrahitur, ac si à principio contraxisset.*
33 *Societati potest adiungi socius. Declara vt num. 34. 35. 43. & 44.*
36 *Societas non transit in hæredem, etiamsi adsit iuramentum, num. 39. & quando valeat pactum vt ad illum transmittatur, nu. 63. & 64.*
37 *In societate eligitur industria persona.*
38 *Pactum quod societas in alium transferatur non conuenit societati.*
40 *Verba à principio vsque ad finem appaltus, intelliguntur, si socij superueniant.*
41 *Iusiurandum non suppletur ex consuetudine, si à partibus non sit præstitum.*
42 *Clausula, in solidum, non operatur, vt societas duret quod ad consocios, si vnus obierit.*
45 *Nominatio socij an sit imperfecta absque consensu locatoris, nu. 46. 49. & 50.*
47 *Locatori expedit habere plures obligatos.*
48 *Locatio pro se & socijs intelligitur de præsentibus, non de futuris.*
51 *Conductor potest sublocare, quando sublocatur æquè idoneo, & ad eumdem vsum, nu. 52.*
53 *Sublocatio dicitur facta, si conductor posuit in eius locum subconductorem cum cessione iurium, & ad commodum, & damnum.*
54 *In cessionarium transeunt omnia iura cedentis.*
55 *Ius competens auctori datur singulari successori.*
56 *Conductio vectigalium transmittitur ad hæredes. Intellige vt nu. 57. & 58.*
59 *Finita societate transeunt ad hæredes emolumenta ex illa prouenientia etiam post mortem socij. Declara vt num. 60. & 62.*

CAPVT DXLVII.

Decisio casus propositi pendet ex facto, quod præsupponitur verificari ex dispositione testium concludentium, quod fratres à die obitus patris bona omnia hæreditaria paterna pro indi-
1 uiso habuerunt, † prout adhuc retinent, & lucra, & damna inuicem communicarunt, semper simul viuendo ad vnum panem, & vnam mensam in eadem domo inhabitando, & numquam reddita ratione de acquisitis, negotiationem communiter exercendo, omnia ad illam pertinentia communibus expensis retinendo, bona materna simul vendendo, ex quorum pretio & retractu negotiatio habuit incrementum, & originem, tractando se amore fraterno & sociali, non autem quod vnus esser dominus, alter vero famulus, & administrator, ex quibus omnibus simul iunctis dicitur contracta societas, & per consequens omnia erunt communicanda, tanquam isti actus non possint fieri citra ius, & nomen societatis *Bart. in l. titium & mauium, §. altero, numero 5. digest. de administrat. tutor. & in l. cum duobus, §. papinianus, num. 3. ff. pro socio. Bald. in l. 1. num. 3. & 4. Cod. qui testam. fac. poss. Alexand. consil. 49. num. 5. lib. 1. Natt. consil. 91. numer. primo, Romanus consil. 291. num. 4. in fin. & ibi Mandos. in verb. societatem: Anchar. consil. 301. num. 4. Neuiz. consil. 76. num. 9. ad med.* & est nota conclusio, ad communiter recepta, vt per *Cephal. consil. 340. num. 2. & consil. 247. num. 2. Dec. cons. 21. num. 1. in fin. Aym. cons. 159. num. 1. Bero. cons. 190. col. 1. & 2. lib. 1. Rot. diuers. decis. 169. num. 3. & 6. p. 2.*

Quæ fortius procedunt, quia sumus in fratribus, in quibus magis præsumitur societas, quàm in extra-
2 neis † stante coniunctione, & amore fraterno, *Anchar. cons. 149. num. 3. Alciat. præsumpt. 25. nu. 3. vers. sed tamen considera reg. 1.* vbi ex hoc concludit, quod inter fratres præsumitur etiam contracta societas omnium bonorum ex communicatione lucri vnius negotiationis, cum in extraneis non præsumeretur contracta, nisi quatenus appareat communicatum fuisse *Mascar. conclus. 1310. n. 45. & 46.* Quod tamen modò non est firmandum, cum de hoc non sit quæstio tanquam requirat maiorem discussionem.

Qua facti specie stante non obstat, quod dicitur de
3 minori ætate fratris, ob quam † non potest argui societas propter inhabilitatem socij *Ias. in auth. quod locum C. de collat. Menoch. præsumpt. 56. nu. 6. cum seq. lib. 3.* Quia apparet, quod frater maior factus ratam habuit societatem, Vnde debet fieri communicatio, nam pupillus potest ad sui vtilita-
4 tem id ratum habere, † cum ad legitimam ætatem peruenerit, quidquid aliàs, nec tacitè, nec expresè possit societatem contrahere *Alex. cons. 49. n. 2. post med. vers. hoc probatur & n. 9. ad fin. vers. & per prædicta patet euidens responsio. lib. 1. Socin. cons. 160. nu. 13. lib. 1.* vbi quod insignes Doctores ita consuluerunt *Dec. cons. 21. viso puncto & diligenter, col. 1. in fi. vers. secundo in casu nostro, n. 1. post Petr. de Vbald. de duobus fratribus 3. part. in princ. col. 2. Hector. Felic. de societ. c. 3. n. 42. Mascard. concl. 31. nu. 18. Ludouic. concl. 53. col. 39. ad med. vers. prima coniectura. Paris. cons. 84. n. 5. lib. 1. Menoch. præsumpt. 56. n. 8. lib. 3.*

Tunc autem colligetur ratificatio, quando prout in casu nostro pupillus factus maior se exercet in ea-
5 dem societate cum fratre, † & illam prosequitur *Ias. in l. 1. nu. 6. in fin. vers. vltimo limita. Cod. qui testam. fac. poss. Socin. cons. 160. num. 13. ad fin. per text. in l. iulia. ff. qui satisd. cogant. Paris. cons. 84. num. 5. lib. 1. Dec. cons. 254. casus, ante fin. vers. & honestum, Rip. cons. 151. n. 6.*

Nec facit, quod resultaret iniquitas, si pupillus posset postea ratificare, cum natura talis contractus
6 sit, † vt vna & eadem sit sociorum causa *l. si non fuerint, § aristo. digest. pro socio.* & tamen sequeretur, quòd pupillus non posset nisi lucrari, nam alias non ratificaret, si adesset damnum. *Alias præsumpt.*

præsumpt.25.reg.1.n.20.vers.secundo aduerte. Menoch.cons.121.num.33.lib.2.

Quia imputandum est fratri, qui animum suum non declarauit, cum sciret se cum pupillo contrahere; poterat enim sibi præcauere legitimè, & formiter contrahendo *Ludouic. conclus.52. colum.39. vers. prima coniectura, ad fin. Surd.cons.6. num.18. & 19.*

7 † ubi etiam, quod quamuis claudicet contractus gestus cum pupillo fauore ipsius, Tamen potest frater maior agere contra illum, etiam minorem, vt declaret an velit stare societati, vel inde recedere, hic enim modus, quando actus claudicat, fuit inuentus per Iurisconsultum *in l.Iulianus, §.si quis colludente, ff. de action. empt.* vbi Castr. & Fulgos.notant non esse alibi similem modum agendi *Bald.in l.dolus,n.2.*vbi Salic.*n.1.C.de peric.& comm. res vend.*

Præterea cum post ætatem pupillarem, & post quam minor effectus est maior vigintiquinque annorum

8 †fratres vixerint simul per quam plures annos cum aliis supra adductis circa communicationem lucrorum absq; redditione rationis,contracta etiam dicitur societas,prout nunc,ita vt debeant omnia communicari *Dec.cons.21.viso puncto,col.2.in princ. vers. tertio præsupponitur.* post Bart. *in l.Titium & Mæuium, §.altero, ff. pro socio.*

Neque obstat, quod liber negotiationis fuerit inscri-

9 ptus proprio nomine vnius ex fratribus, †ex qua inscriptione colligitur animus illius,quod non voluerit contrahere societatem in dict. negotiatione *Crot.cons.40.num.15. libr.1. Alex.cons.132.nu.9.lib. 5.post Bald. in l.si patruus, num.6. Cod.commun. vtriusque iudic. Menoch. præsumpt.56. numero 47.lib. 18.*Stante præsertim scientia alterius fratris de huiusmodi inscriptione, sub nomine solius fratris

10 *Card.Seraph.decis.747.num.3.in fin.*Quia † cum lucrum talis negotiationis,& aliarum quarumcumque fuerit communicatum inter fratres,nihil operatur inscriptio,seu intitulatio libri, Nam per eam non colligitur, nisi quædam præsumptio animi eiusdem fratris nolentis habere socium, quæ præsumptio tollitur per aliam coniecturam, seu præsumptionem maiorem prouenientem ex facto, nempe ex communicatione lucrorum dictę societatis,vnde illa assertio non operabitur, cum contrarium ex facto detegatur, vt in specie concludit *Socin.cons.160.colum.3.ad med. numer.4.vers.sed ad hanc obiectionem,& col.4.in fin.nu.9.lib.1.*cuius opinio est verior,& magis communis, quidquid contrarium sentiat *Menoch.cons.120.n.16. lib.1.* prout testatur *Ioseph. Ludouic. conclus.53. colum.42. ad med.in 14.coniectur. vers.declaratur istu. Mascard. conclus.1310.num.36.Hect.Felic. de societ. cap.11.nu. 22. bene Gabr. cons.51.nu.7.lib.2.* qui omnes ita declarant doctrinam *Bald.in d.l.si patruus, num.6. C. commun.vtriusque iudic.*

Et vltra rationem prædictam facit etiam, quia licèt negotiatio præsumatur gesta nomine illius,qui est

11 inscriptus in intitulatione libri: † non tamen ex hoc infertur,quod non possit etiam tacitè geri nomine alterius personæ,non expressæ in dicta intitulatione, & quod inter illas personas expressas, & non expressas super similibus trafficis non possit esse tacita societas,Quare etiam dicimus,quod si ambo fratres negotiantur propriis nominibus,si tamen communicant lucra,censetur contracta tacita societas istarum negotiationum, nulla habita ratione nominis proprij,in quo negotiatio residet, quia talis communicatio non potest fieri citra ius, & nomen societatis Socin. qui de communi *cons. 160.n.4.ad med.vers.immo expresse hoc volunt,lib.2.*

12 † si enim factum contradicit verbis,seu scripturæ, superat factum,& illi scriptura cedit *l.1.C.plus valer.quod agit,* & plus est facto demonstrare, quàm verbis *dilecti filij, de appell.* & in proposito nostro notat *Anchar.cons.399.in princ.*

Nec debet attendi,quod alter frater prætendat nomine proprio multa acquisiuisse, prout etiam in dubio præsumitur, Quia præsupposita societate vniuersali,prout supra ostensum fuit,necesse est præsumere,quod de pecunia communi sit facta acquisitio, non de propria, & sic intrat communicatio talium bonorum acquisitorum, cùm aliàs præsumeretur dolus & fraus,quod socius acquirens voluerit societatem fraudare, & sibi vsurpare quòd pertinebat ad societatem,quod non est dicendum,

13 † ideò quamuis acquiratur,per vnum ex fratribus proprio nomine, tamen tenetur communicare actione pro socio *Alex.cons.78. post princ.vers. & per hoc patet non obstare,n.1.in fi.lib.2. Bald.in l.1.ad fin.C.si quis alter. vel sib.Castr. cons.349. ex die, col. vlt.in fin.vers.sed illud,lib.1. Aym.cons.159.n.2.*

Et dum dicitur quod fuit recessum à communione per istos actus acquisitionis proprio nomine tan-

14 quam contrarios societati,procedit† quando vterque ex sociis faceret istas acquisitiones in particulari, tunc enim inuicem videntur consentire, vt dissoluatur societas,secus autem quando vnus tantum hoc faceret,nam tunc dissoluitur, cum requiratur in hoc consensus vtriusque *l.itaque,ff.pro socio.Natt.cons.100.n.4.Alex.cons.78.n.2.ad med.lib. 2.Surd.cons.138.n.16.& 17.lib.1.*

Quibus addendum est circa probationem huiusmodi societatis, quod testes non deponunt solùm quod fratres vixerunt ad vnum panem, & vnam men-

15 sam, † sed vlterius probant, quod continuò steterunt tanto al male, quanto al bene, & à commodo, & incommodo, per quæ verba denotatur lucrum & damnum *Rot.diuers.decis.763.nu.4.p.1. & coram R.P.D. Vbaldo, Romana,participationis, 26. Iunij 1614.col.3. vers.2.mouebantur, in fin. & coram R.P.D. Bubalo Romana participationis, 21.Ianuar. 1583.* vbi,quod ista verba maximè conueniunt societati *per text.in l.si non fuerint,ff.pro socio, §.illud,*

16 *instit.eod.tit.* † Et consequenter vbi damnum, & lucrum ex commune,ibi quoque necesse est,quod adsit societas *l.coiri, & l.quæstus,ff.pro socio. Corn. cons.27.n.12.lib.2.Dec.cons.97.n.38.lib.2. Mascard. concl.1310.n.12.* Maximè quando non communicantur parua lucra *vt ibid.per Mascard.n.13. Ruin. cons.92. n.10.lib.1.*

Hæc omnia fuerunt admissa tanquam in iure verissima, solùm fuit dubitatum de releuantia probationum, cum prætenderetur, quod testes non deponerent concludenter de actibus socialibus, maximè propter nonnullas exceptiones oppositas, de quibus erit particulariter videndum, Præsupposito tamen facto supra narrato obseruandum est, dum quæritur de auiamento apo-

17 thecæ, † quod illud debet esse communi inter fratres & socios, potest enim æstimari certo pretio, & taxari per arbitros, Nam quamuis signum societatis de sui natura non sit neque lucrum, neque damnum, Tamen quia res tali signo signatæ

faciunt concursum aduentitiorum propter legalitatem rerum, quæ solent signari sub illo signo, huiusmodi concursus est considerabilis, & istud signum potest æstimari quasi afferat commoditatem alliciendo homines ad emendum, & concurrendum ad similem apothecam, & negotiationem *Petrus de Vbaldis de duobus fratribus, par.11.n.73.tom.6.p.1.fol.169.Rot.coram R.P.D.Vbaldo Romana executionis laudi, col.pen.versf.quo vero ad auiamentum,* 2.*May* 1614. vbi loquitur de auiamento hospitij *cons.328.n.19.cum seq.lib.3.* vbi multa de simili auia-
18 mento, † & quod istud ius longè distat à directo dominio, & plena proprietate vt *ibid.n.16.& 66.*

Quare videmus, quod post mortem mercatoris signũ non diuiditur, vt videlicet quilibet ex hæredibus illo vtatur, sed quod ad vnum remaneat signum,
19 † & fiat diuisio commoditatis, quæ applicatur alteri ex bono & æquo per Iudicem, qui arbitrabatur istud auiamentum attenta commoditate, quæ percipitur ex dicto signo *Petr.de Vbald.de duob.fratribus p.11.nu.75.* vt loquitur de signo testatoris, quo vtebatur in cartis, quæ fiunt Fabriani *Hector.Felicius de societ.cap.40.num.46.* vbi etiam de signo, & apud quem debeat remanere, post *Bart.de insign. & arm.nu.12.Bald.in l.1.num.3.C.pro socio.Strac.de mercatur.par.2.nu.79.Petr.de Vbald.de duobus fra-*
20 *tribus p.11.n.12.* † & multa de huiusmodi signis artificum *Guliel. Bened.in cap.rainutius, in verb. rainutius de clero, n.59.vsque ad 62.de testam.* vbi etiam quod potest Iudex prohibere, ne alius vtatur signo alterius, etiam non requisitus, subdens quod qui prætendit tale ius prælationis habere in vtendo simili signo, non reddat se actorem in petitorio, quasi si hoc faceret, non posset lite pendente illo vti, sed experiatur remedio possessorio, præsertim manutentionis, & retentionis possessionis, repellendo aduersarium velut turbatorem, quoniam aliter agendo præsuponeret illud possidere *Bald. in l.1.C.vt nemin.liceat sine iudic.actor.sign.imprim.*
21 *rebus,* † & latissimè de huiusmodi signis tam artificum, quàm notariorum, quàm similium *Cassan.in catalog.glor.mund.p.2.concl.31.vsq. ad 35.* vbi etiam de Aduocatis, qui cauere debent, ne subscribant scripturis factis per quoscunque, ne eorum fama
22 attenuetur, † & in ipsorum dedecus redundet, quod sæpe euenit, cum similes scripturæ declarentur ineptæ quando ad manus Iudicum peritorum deueniunt, & quidem est admonitio vtilis, tanquam non sint subscribendæ aliorum scripturæ, nisi ex propriis fontibus processerint, cum inciuile sit iudicare, vel respondere de iure, nisi cognitis omnibus, quæ ad causam pertinent, & singulis perspectis, quæ vtilitas negotij postulat *l.inciuile, de legib.l.de his controuersiis, ff.de transact.*

Quo verò ad eum, qui fuit positus in socium à principali conductore, an possit conueniri insolidum
23 pro solutione totius affictus, † vel pro medietate tantum, in qua pro socio subintrauit, concludendum est, quod competat contra eum actio insolidum, Nam quemadmodum quilibet eorum possit agere insolidum aduersus debitores eiusdem negotiationis *l.si vnus, in princ.ff.de pact.* Ita etiam è conuerso poterit insolidum conueniri *Rebuff. de mercatorib.& negotiator.art.vlt.gloss.vnic.n.25.in fi. post Ang.in l.1.ad fin.in vltim.notab.ff.de loc.public.*
24 *fruend.* † Maximè, quia in casu nostro fuit probata inopia socij, qua stante actio insolidum pro solutione affictus contra alterum socium, quidquid aliàs quilibet pro parte esset conueniendus *authent.hoc ita, vbi Bart.num.23.in fin.& Bald.num.1. Cod.de duobus reis, Roncagall.in l.eandem, in princ. num.213. post med. digest.eodem titul. cum aliis per Firman. de gabell.par.4.quæst.14.numer.22.tom.12. fol.61.*

An autem fuerit probata societas non controuertebatur, quia de ea constabat per participationem
25 negotij † *l.cum in societatis, & ibi Gloss.in verb.participasse, C.pro socio, l.si non fuerint, ff.eodem tit.Ias. cons.33.lib.3. Rot.Ianuens.decis.46.num.1. Rot.coram R.P.D. Vbaldo Romana participationis, 26.Iunij* 1614. vbi etiam quod differunt ista verba, quod
26 quis fiat particeps, & coappaltator, † cùm in primo casu participationis dicatur societas, non in secundo *Rot.Ianuens.decis.14.n.75.versic.nec obstat, si dicatur.* Intelligendo in participatione, quam præcesserat contractus societatis, tunc enim par-
27 ticipatio intelligitur pro societate, † Aliud esset quando procederet contractus locationis habens admixtam, & implicitam societatem inter conductores, tunc enim participatio data ab vno ex conductoribus non infert necessariam consequentiam ad solam societatem, cùm aliàs istud verbum possit etiam conuenire cæteris contractibus, in quibus intercedit aliqua communio *Rot.Ianuens.*
28 *decis.39.num.10.* † Et communio potest esse sine societate *l.vt sit.ff.pro socio, l.vt in conductoribus, ff. eodem tit. §.item quæritur si inter. instit. de obligat. quæ ex quasi contract.nasc. Aym.cons.875.n.7.lib.5.* Quamuis è contra societas non possit esse sine
29 communione † *l.1.in fin.& l.si id quod versic. cæterum, ff.pro socio, l.si tibi area, 14.in fi.ff.de præscr. verb.Rom.cons.168.num.3.* Et ita in specie partici-
30 pationis distinguit † *Rot.coram R.P.D.Vbaldo Romana participationis, 23.Ianuarij* 1616. *vers. ad verba apochæ, colum.penult.in fi.* Vbi etiam additur in illo casu ita esse intelligendum verbum illud participationis, propter vsum ipsorum contrahentium, qui in suis capitulis sæpe vtebantur hoc verbo, participem, & participare, pro consorte in ipsa conductione.

Probata etiam fuit in casu nostro societas per nomi-
31 nationem subsecutam de socio assumpto, † ita vt appareat primum conductorem habuisse animum, & intuitum ad talem nominatum in huiusmodi contractu, qui est validus, & vsitatus, maximè per Florentinos, vt dicit *Socin.in l.vtrum, §.cum*
32 *quidam, n.9.in fin.de rer.diu.* Adeò † hæc nominatio retrotrahatur, perinde si à principio nominatus contraxisset *l.si ita scripsero, ff.de condit. & demonstrat. Ias.in l.si ita stipulatus, num.6. de verbor. obligat.* Et per consequens tanquam principalis in appaltu iste conductor poterit conueniri *Rot. Ianuens. decis.114. num.24.* & quidem insolidum *ex*
33 *supra allegatis, num.23.* Et † passim societati potest adiungi socius per vnum, seu omnes ex aliis sociis, ita vt talis adiunctus habeat commodum, & incommodum societatis *Ioan. de Amic.cons.16.nu. 8.per text.in l.qui admittitur, 19.cum tribus legib.seq. ff.pro socio.*

Neque obstat, quod contrarium videatur potius disponi *in dicta leg.qui admittitur,* vbi concludi-
34 tur, quod talis admissus † non erit socius aliorum sociorum, nisi eius qui illum admisit, cum non possit alterari contractus societatis ex ista admissione,

missione, neque adsit confidentia in isto nouiter admisso, cum quo alij socij nolunt participare eorum negotia, quæ forsan non expedit illi esse cognita *Menoch.cons.121.num.2.& 12.versf.non obstant nunc adducta.lib.2.Bald.in d.l.qui admittitur,num.1.*
35 † vbi quod hic casus quotidie contingit in emptoribus communanciarum ciuitatum, & societatibus, quia sæpè aliqui eorum accipiunt socios in parte sua ad lucrum, & damnum, nam isti assumpti erum socij assumentium, non cæterorum *Petr.de Vbald. de duob. fratrib. p.10.n.1. & 2.tom.6. p.1.fol.*
36 *161.* † Ideo non transit societas in hæredem, quia ignoratur an prudens, vel bonus erit *Capic. decis.*
37 *174.n.9.* vbi etiam † quod est electa industria personæ *Osasc.decis.150.n.1. ad med. vers. quartam addit rationem.* Quare etiam societas finitur per mortem vnius socij *l.4.§.1.ff.pro socio. l.actione.§.morte.l.si fratres.§.idem respondit, ff.eod. tit. Honded.cons.44. num.82.cum seq.lib.2.Card.Mant.de tacit.& ambig. conuent. lib.6.tit.24.num.15.& 16.* Vnde etiam ista
38 pacta, quod societas ad alios transferatur, † non conueniunt societati *Honded.cons.85.num.19.lib.1.* Adeo vt neque stante iuramento societas transeat
39 ad hæredes. † *Capic. decis.174.num.5. Thesaur.dec. 242.num.3.Seraphin.priuil.iuram.57.num.2.post med.* & de receptiori opinione testatur *Rot.coram R.P. D. Vbaldo. Romana participationis 26. Iunij 1614. ante fin. Alex.ad Bart.in l.adeo.ff.pro socio.* Quamuis contrarium sequatur *Io. Fab. in §.soluitur.instit.de societ. Rim.Iun.cons.711.num.2. lib.6. Surd. cons.20. num.19.lib.1. Manc.de iuram.p.4 effect.198.Guter.de iuram.confirmator.p.1.c.48.num.9. Socin.consil.160. num.2.lib.2. Aym.cons.875.in fin.* Non obstantibus
40 † verbis, à principio vsque ad finem appaltus, quia intelliguntur dummodo socio superuiuant *Alexa. cons.34.n.4.lib.2.Decian.cons.213.visis.in prin.Ruin. cons.90.n.11.vers.nec obstant illa verba.lib.2.Rot.in d. causa Romana participationis 26.Iunij 1614.in fin.* vbi etiam quod minus operabitur iuramentum, quãdo non fuit præstitum, licèt ex consuetudine soleat
41 præstari, † cum iusiurandum non suppleatur ex tali consuetudine, nisi appareat præstitum à partibus *Socin.in l.Gallus, §.idem credendum, nu.4.de liber.& psth.Grat.cons.15.nu.28. lib.1.Parif.cons.45. num.40. & 41.Cagnol.in l.si quis maior.num.74.C.de transact.* Cum etiam neque obstaret clausula insolidum,
42 † quasi intelligatur quilibet sociorum promisisse insolidum exercere durante societate, qua finita per mortem vnius non durat amplius obligatio *Alex.cons.60.lib.7.*

Quia prædictá procedunt, quando tractaretur de præiudicio alterius socij, tunc enim non præiudicat
43 illi admissio socij, † secus quo ad eum, qui illum admisit, cum regulariter possit societati adiungi socio *Io. de Amic.cons.16.num.8. Rot.coram R.P.D. Vbaldo.Romana participationis 16.Decem.1616.col.1.*
44 *in fin.* vbi quod maximè procedit, † quando alter socius non reclamauit, quia tunc nominatio, & admissio ab vno facta valet iuxta *l.sabinus ait.ff.comm. diuid.* Ita vt neque possit talis nominatio dici im-
45 perfecta ex eo, † quod Camera, seu alius, qui concessit appaltum non consenserit, tanquam illi intersit scire an personæ subconductorem sint æquæ idoneæ *Ruin.cons.90.num.9.lib.1.Rot.Ianuens.decis. 14.numer.48. & 56.in fin.& num.129. Osasc.decis.76. num.8. Rot.coram R.P.D. Bubalo. Romana partici-*
46 *pationis,31.Ianuarij 1584.* † Nam hoc habet locum in nominatione, seu admissione socij, per quam nominans se vellet eximere ab obligatione illius, à quo fuit concessus appaltus, tunc enim esset requirendus consensus ipsius propter præiudicium, quod posset occurrere ex mutatione personæ, secus autem quando primus conductor non se eximit ab ista obligatione, quia in hòc casu cessat in-
47 teresse, & nominatio sustinetur, † cum immo melior conditio accedat, tanquam Camera habeat plures obligatos *Parif. cons.82.num.4. lib.1.* quem in istis terminis sequitur *Rot. coram R.P.D. Vbaldo.Romana participationis,23.Ianuarij 1616.* vbi etiam respondetur ad *Ruin.d.cons.90.n.9.lib.1.* quod
48 loquitur in locatione facta pro se & sociis, † quæ verba declarantur pro sociis præsentibus, non futuris, vel in futurum nominandis, vt *ibid.per Ruin. num.7.* ¶ *Et in decisione coram R.P.D. Bubalo* fuerat expressè conuentum de nominando infra men-
49 sem, quem facultas nominandi expirauerat, † ideo alia nominatio non potuit fieri sine nouo consensu, tanquam ex tali electione posset lædi, vt in proposito bene explicat *Ruin.cons.90.num.9.lib.1.* iuxta doctrinam *Bart.in l.1.ad fin.vers.quaro extra.ff.de legat.2. & in l.alio.col.5. vers.quaro enim hæredes.ff.de alim. & cibar. legat.per l.vnum ex familia.eod.tit. & l.nulli.28.§.cum autem.C.de episcop.& cleric.* ¶ Quo
50 vero ad *Osasc.d.decis.76.num.8.* † apparet, quod ibi aderat pactum de non sublocando, nec sumendo alium in participem absque expresso consensu locatoris, quæ ratio cessat in casu nostro, ideo bene fuit firmatum admissionem de socio valuisse ex su-
51 perius allegatis. ¶ † Cum etiam quilibet conductor possit de iure sublocare rem conductam siue in totum, siue in parte, nisi aliud fuerit conuentum *l.nemo.Cod.locat.Bald. & Salic.in l.qui vniuersis, §. final.de acquir.possess.Card.Mant.de tacit. & ambig. conuent. lib.22.tit.2.num.44.* Quamuis essemus in conductoribus vestigalium *Imol.cons.79.num.1. & 2.per l.moschis,47 §.æmilius: vbi Glos.in verb.solum, ff.de iur.fisc.Peregr.eod.tract.de iur.fisc.lib.6.tit.5.nu. 13.Rot.Ianuens.decis.14.n.23.vers.præterea.Bald.in l.*
52 *cum in plures. ff.locat.* † Quando præsertim sublocatio fit æquè idoneo, & ad eundem vsum conductum, cùm alias non posset fieri, vt per *Felin.in c.*
53 *inter dilectos, nu.36.de fid.instr.* † Et apparebit talis sublocatio, quando conductor posuisset in eius locum subconductorem cum cessione, vt vulgo dicitur, di ogni sua ragione à bene & male, quæ verba significant cessionem iurium, & actionum *Bart.in l. in prouinciali. §.si ego.num.7. de non. oper.nunciat. & in l.qui quadringenta.n.2.vbi Ias.nu.7.ad Trebell. Parif.cons.107.n.34.lib.3.* Adeo vt in iustum subcon-
54 ductorem tanquam cessionarium transeant † omnia iura cedentis *l.si ager. C. de rei vendic. Bald. in l.emptor.in 1.notab. Cod. de hæred. vel act. vendit. Surd. cons.22.n.16. lib.1 Becc.cons.105.n.17. Crot.cons.83.n.*
55 *10.* † Ita vt ius competens auctori competat etiam successori singulari *l.dolia. §.1.de contrah.empt. l.inuitus.§.plerumque.de regul.iur. Tiraqu.de retract.lignag.§.1.glos.9.n.129.*

* *Adde supr.ad c.276.n.10.cum seq.*

Addendum * est etiam circa illud, quod diximus de societate, & regulariter non transeat ad hære-
56 des, † quod secus est in conductone vectigalium, vt multis comprobaui *supra c.276.numer.10. vsque*

ad 24. vbi etiam posui requisita, quæ debent inter-
uenire, vt detur talis transmissio ad hæredes in
57 huiusmodi societate rerum publicarum † iuxta
Glos. in l. adeo 60. in verb. descripta, ff. pro socio. quæ
omnia fuerunt comprobata per *Rot. coram R.P.D.*
Pirouano. Ferrarien. pecuniaria, 19. Ianuary 1611. *&*
coram R.P.D. Vbaldo. Romana participationis 26.
Iuny 1614. *vers. non obstat quod in conditione, col.* 6.
58 *post med.* † vbi etiam additur, quod hoc non habet
locum quo ad assumptum in socium post condu-
ctionem, cuius respectu non adest societas vecti-
galium, quæ transeat ad hæredem, comprobando
ea, quæ dixi *supra* 276. *n.* 9. iuxta doctrinam *Bald. in*
l. adeo, in fin. ff. pro socio. Ruin. cons. 90. *nu.* 11. *vers. &*
per prædicta etiam declaratur, lib. 1. *Card. Mant. de*
tacit. & ambig. conuent. lib. 6. *tit.* 14. *n.* 27.
Obseruandum est etiam, quod licèt sit finita societas,
Tamen transeunt in hæredes emolumenta ex illa
59 prouenientia † etiam post mortem socij *l. actione,*
§. si in rem, ff pro soc. l. verum, §. in hæredem, ff. eod. tit.
intelligendo respectu lucrorum prouenientium
ex ante gestis, vel acquisitis, & perceptorum ex
60 rebus communibus post mortem socij, † prout la-
tè dixi *supra c.* 276. *num.* 41. *vsque ad* 56. & compro-
bauit *Rot. coram R.P.D. Vbaldo. Romana participa-*
tionis 26. *Iuny* 1614. *col.* 6. *in fin.* vbi etiam quod hæc
emolumenta non sunt debita, quando essemus in
appaltu, ex quo præcipiuntur fructus dietim ex
61 rerum delatione, † vt etiam prius voluit *Rot. coram*
R.P.D. Bubalo. Romana participationis 9. *May* 1583.
ad fin. Prout etiam prædicta intelleguntur quan-
do plures simul conduxerunt, quia licèt cesset so-
cietas, remanet tamen conductio cum emolumen-
62 tis ex ea prouenientibus, † & tunc lucra, damna, &
actiones transeunt ad hæredes, & in his terminis
procedit decisio *coram R.P.D. Pirouano. Ferrarien.*
pecuniaria 19. *Ianuary* 1611. & declarat *Rot. coram*
R.P.D. Vbaldo. Romana participationis 26. *Iuny*
1624. Vbi etiam quod valebit pactum inter so-
63 cios, vt transeat societas ad hæredes, † quando con-
tractus societatis quo ad ipsos est implicatus cum
conductione, quidquid aliàs talis conuentio non
valeret *l. adeo in princ. D. pro socio. l. nemo. ff. eod. tit.*
& quidquid etiam secus sit quoad eum, qui ab ini-
tio non conduxit, † sed fuit postea ab vno ex con-
ductoribus assumptus in socium & participem, vt
per *Rot. coram R.P.D. Bubalo. Romana participatio-*
nis 9. *Maij* 1583. *& dixi supra c.* 276. vbi multa pro
comprobatione prædictorum, & similium, cum
aliis etiam, de quibus *supra c.* 424. *per tot.*

EPITOME.

Derogatio cum clausula, *quorum tenores*, quando debeat vim registrationis de verbo ad verbum. ¶ Dispositio an dicatur certa, quando in vno tantum potest verificari. ¶ Princeps an possit imponere legem successori, vt non deroget, nisi cùm præcisa forma verborum. ¶ Prohibitio alienationis expressa an tollat tacitam prouenientem ex lege. ¶ Clausula, *quorum tenores*, an sufficiat ad tollendum ius quæsitum. ¶ Actus quando præsumatur correspectiui. ¶ Supplicatio an attendatur potiùs quam Bulla si inter eas adsit diuersitas. ¶ Prothocollo quando sit standum, & non instrumento authentico. ¶ Cancellaria, & Notarius an possint extendere clausulas cæteratas, & apponere consuetas. ¶ Et an circa hoc æquiparentur. ¶ Beneficiatus an debeat soluere pensionem pro rata temporis, vel fructuum. ¶ Et quomodo sit facienda talis distributio. ¶ Vel cognoscatur an pensio sit anticipata, vel postcipata. ¶ Derogatio iuris quæsiti an requiratur in materia de sui natura præiudiciali. ¶ Priuilegia quando comprehendantur sub verbis generalibus. ¶ Dispositio expressa, *quod quis teneatur soluere pensionem de suo*, an faciat cessare tacitam, quæ oritur contra quoscumque percipientes fructus.

SVMMARIVM.

1 *Papa derogans nominatim alicui constitutioni cum clausula, quorum tenores, fieri vt constitutio, de cuius derogatione agitur, censeatur registrata in constitutione derogante de verbo ad verbum, quidquid aliud sit in derogatione generali quarumcumque constitutionum, n.* 2. *Amplia vt n.* 3.

4 *Dispositio, quæ in vno tantum potest verificari habetur pro certa, ac si de illo in specie, & nominatim mentio facta fuisset.*

5 *Idem iudicatur de contento, ac de continente, & vnum sequitur naturam alterius.*

6 *Princeps non potest imponere legem successori, nec eum adstringere, vt non deroget alicui constitutioni, nisi sub certa forma verborum, maximè in gratia motu proprio, num.* 7.

8 *Natura pensionis accedit ad naturam alimentorum, n.* 23.

9 *Alimenta non patiuntur dilationem.*

10 *Dispositio expressa, quod quis teneatur soluere pensionem de suo non facit cessare tacitam, quæ oritur aduersus quoscumque percipientes fructus.*

11 *Prohibitio alienationis expressa vsque ad certum tempus non tollit causam prouenientem ex lege.*

12 *Clausula, quorum tenores, non sufficit ad tollendum ius quæsitum, sed debet fieri specifica mentio. Intellige vt num.* 13. *&* 14.

15 *Derogatio iuris quæsiti non requiritur in materia de sui natura præiudiciali.*

16 *Priuilegiata non comprehenduntur sub verbis generalibus. Declara vt n.* 17. *&* 18.

19 *Limitata causa producit effectum limitatum.*

20 *Actus non extenditur vltra intentionem agentis primitiuam, quidquid secus sit in secundaria.*

21 *Extraneus non debet esse melioris conditionis, quàm consanguineus.*

22 *Actus in dubio non præsumitur correspectiuus.*

24 *Pensio censetur reseruata ob causam alimentorum.*

25 *Diuersitas causæ excludit correspectiuitatem.*

26 *Gratia est solita, vt concedatur, quod pensionarius sit immunis, & titularis soluat onera.*

27 *Per consensum titularis reseruationi pensionis acquiritur ius pensionario, & requiritur derogatio regul. de iure quæsito.*

28 *Supplicatio potius attenditur, tanquam matrix, non consideratis literis ab ea discordantibus. Declara vt num.* 31.

29 *Prothocollo standum est, non instrumento dato parti per notarium, qui præsumitur errasse illud authenticando, num.* 30.

32 *Cancellaria potest extendere clausulas executiuas, & imbreuiaturas.*

33 *Cancellaria est organum Papæ.*

34 *Præsumitur pro officiali, vt rectè fungatur officio suo.*

35 *Publi-*

35 *Publicum officium inducit præsumptionem bonæ fidei.*

36 *Notarius potest addere solitas clausulas, vel extendere ceteratas.*

37 *Clausulæ solitæ apponi in litteris Papæ subintelliguntur, quamuis non exprimantur.*

38 *Notarius censetur rogatus de clausulis consuetis. Intellige vt nu. 39. & 40.*

41 *Litteræ Apostolicæ quo ad clausulas consuetas æquiparantur instrumentis notariorum.*

42 *Verba vniuersalia nihil excludunt.*

43 *Beneficiatus debet soluere pensionem pro rata fructuum, non temporis, & de ratione, num. 44. Et quomodo sit facienda talis fructuum distributio, numero 45. Et quando cognoscatur an pensio sit anticipata, vel postcipata, numero 46. 47. & 48.*

CAPVT DXLVIII.

PEnsio de qua agimus, fuit reseruata D. Equiti libera, immunis, & exempta persoluenda per D. Commendatarium de suo proprio absque spe aliquid vmquam postea repetendi, Ita vt ad minorem summam non possit reduci, aut illius reseruatio inualidari, aut aliquo defectu notari, non obstantibus constitutionibus Apostolicis, nec non statutis, stabilimentis, priuilegiis, indultis, ac litteris Apostolicis concessis dicto hospitali, & Magistro, & Fratribus Militibus, & Anzianis per quoscumque Romanos Pontifices sub quibuscumque tenoribus derogatoriarum derogatoriis, insolitis clausulis, decretis irritantibus, ac pluries, & iteratis vicibus innouatis. ¶ Et non obstante, quod in illis expressè caueatur, quod pensiones annuæ non possint reseruari super fructibus præceptoriarum dicti hospitalis, nisi in fauorem fratrum illius, qui saltem per triennium resederint ¶ Et non obstante, quod percipientes omnes & singulos fructus præceptoriarum, ac beneficiorum dicti hospitalis, aut alia iura loco pensionum annuatum, seu annuas pensiones super dictis fructibus quauis de causa impositas, & imponendas teneantur satisfacere pro rata fructuum, & pensionum huiusmodi de omnibus & singulis annatis vocantibus mortuariis, nec non aliis quibuscumque iuribus per eos, quomodolibet debitis ærario communi, aut Cameræ Magistrali dicti hospitalis. ¶ Et non obstante, quod Præceptores propria auctoritate illos percipere possint, ac de eis certis modis tunc expressis disponere valeant. ¶ Et non obstante, quod priuilegiis, & indultis dicti hospitalis nullatenus derogari possit, nisi illorum tenores de verbo ad verbum nihil penitus omisso inserantur, & quamuis Magister, & conuentus non debeant parere litteris derogatoriis dictorum priuilegiorum, sed illas possint impedire. ¶ Quibus omnibus specialiter, & expressè pro hac vice Summus Pontifex derogat, quamuis de illis specifica, specialis, indiuidua, & expressa mentio esset facienda, non autem per clausulas generales idem importantes, & illorum tenores præsentibus pro expressis habentes. ¶ Et non obstantibus quibuscumque aliis contrariis, quamuis etiam eidem D. Commendatario, & successoribus fuerit à Sede Apostolica indultum, vt non teneantur ad præstationem alicuius pensionis, nisi fiat expressa mentio, & de verbo ad verbum de huiusmodi indulto cum aliis clausulis amplissimis, & derogatoriarum derogatoriis, vt latius in litteris huiusmodi pensionis continetur.

Ex quibus colligitur clara mens Summi Pontificis,
quod voluerit solui pensionem, de qua agimus
sione detractione alicuius oneris pro vacante, &
mortuario, & ærario communi, aut Cameræ magistrali, Cum in specie huic dispositioni fuerit de-
1 rogatum cum clausula, quorum tenores, † quo casu quando Papa derogat nominatim alicui constitutioni cum dicta clausula, operatur, vt constitutio, de cuius derogatione agitur, censeatur registrata in constitutione derogante, & illi de verbo ad verbum derogatum iuxta *cons. Butr. 2. numero 6.* quod in specie constitutionis Hierosolymitanæ, de qua agimus, approbauit *Rot. coram R. P. D. Sacrato. Venota pensionis 6. February* 1612. vbi allegan-
2 tur concordantes decisiones, † Intelligendo contrarias quando Papa in genere, & absque specificatione derogat quibuscumque constitutionibus, tunc enim intrat quæstio de prægnantia clausularum, secus quando derogat in specie, & cum clausula, quorum tenores, quæ est efficacissima, & sufficit *Cassador. decis. 10. n. 38. super regul. Mohedan. decis. 1. de rescript. Rot. diuers. decis. 137. nu. 6. p. 1. post Abb. in c. cum instantia. nu. 5. de censib. Gambar. de legat. libr. 8. tit. de potestat. legat. in legib. & statut. condend. nu. 38.*

Neque obstat, quod Papa non derogauerit in specie Bullæ Pij Quarti, & Sixti Quinti, quod videbatur requiri, vt clausula, quorum tenores, operetur, Quia satis est quod fuerit per Papam derogatum in indiuiduo, & expressè contentis in eisdem Bullis, dum in specie dixit, non obstante, quod in dictis constitutionibus ad fauorem hospitalis concessis caueatur expressè, quod omnes habentes similes pensiones, teneantur ad onera Religionis pro vacante, & mortuario, ac pro ærario communi, & Camera Magistrali, Ita vt ex hoc magis colligatur voluntas Pontificis, dum expressit tenorem illius dispositionis, quæ continetur in bulla, quàm si expressisset solùm bullam absque narratione eorum, quæ in ea disponuntur, quasi ex tali expressione sit redditus magis certus, & ni-
4 hilominus voluerit derogare, Præsertim, † quia non adsunt nisi istæ constitutiones, quæ loquuntur de huiusmodi mortuariis, & vacantibus, ac ærario, & Camera, Vnde talis dispositio de illis intelligetur, cum non possit in aliis verificari, Ita vt habeatur pro certa, non secus ac si de illa nominatim, & in specie fuisset facta mentio *l. 1. ff. de liber. & posthum. l. fundus qui locatus D. de fund. instruct. Aym. cons. 112. num. 5. & cons. 198. num. 2. post princip.*
5 † Cum etiam idem iudicetur de contento, quod de continente, & vnum sequatur naturam alterius *Glos. in c. coram 34 in verb. absque liberis, in fin. de offic. delegat. Bald. in l. si seruum filij. §. eum qui chirographum, in ff. de legat. 1.* Cum etiam non fuerit opus facere mentionem de supradictis constitutionibus, neque illis derogare de verbo ad verbum, cum appareat de mente Summi Pontificis, qui voluit derogare omnibus in contrarium facientibus,
6 vt dictum est in facti specie supra proposita, † Nam sicut Princeps non potest imponere legem successori *Surd. cons. 47. num. 11. lib. 1.* Ita neque poterit adstringere eumdem successorem, vt non de-

roget nisi sub certa forma verborum, quia in rei
substantia esset exercere ius, & potestatem in
7 eum, † Maximè in gratia motu proprio, prout est
ista, de qua agimus *Cassador.decis.4.nu.3.de concess.
preb.Accoramb.decis.61.lib.2.*
Maximè, quia ista pensio est reseruata vt soluatur
de suo proprio per præsentem Commendatarium,
& successores, Ita vt in hoc grauetur in aliquo
Religio circa eorum priuilegia, Vltra quod e-
tiam est soluenda annuatim, & quoad D. Eques
vixerit. Ita vt ex hoc magis colligatur mens Pon-
tificis esse habendam rationem vacantis & mor-
tuarij, cum aliàs si non solueretur dicto tempore
posset contingere, quod si plures Commendata-
rij successiuè decederent numquam esset soluen-
da, quod non est dicendum, vt considerat *Rot.
coram R.P.D. Sacrato. in d.Veneta pensionis 6. Fe-*
8 *bruarij* 1612. † Vbi etiam, quod Papa hoc magis
voluit, cum natura pensionis accedat ad naturam
9 alimentorum *Crescent.decis.3.de solut.* † Quæ non
patiuntur dilationem *Bart.in l.vel necare.in princ.
ff.de liber.agnoscend.Surd.de alim.tit.1.num.5.& pri-
uil.70.nu.2.*
Immo etiam verius est, quòd tam Religio, quàm
Commendatarij teneantur ad huiusmodi pensio-
nem, quamuis fuerit reseruata, vt de suo proprio
illam debeant soluere Commendatarij, Ita enim
pensio est imposita super fructibus, & per conse-
quens omnes, qui illos percipiunt ad eam tenean-
10 tur, † ita vt dispositio expressa, quod quis tenea-
tur de suo, non faciat cessare tacitam, quæ oritur
aduersus quoscumque percipientes fructus tan-
quam hoc sit ex natura rei, prout resoluit *Rota in
d.Veneta pensionis.coram R.P.D.Sacrato*, vbi allega-
11 tur simile † de prohibitione alienationis expressa
vsque ad certum tempus, quæ non tollit causam
prouenientem ex lege iuxta *cons. Cast.263.nu.3. lib.*
2. cum aliis per *Rot.coram Card. Pamphilio.Montis
Falisci fideicommiss.20.Nouembr.1602.*declarando
iuxta ea quæ adduxi *supr.cap.69.* Vnde si non est
exempta Religio, multò minus erit priuilegiatus
D.Commendatarius, qui & percipit fructus, &
tenetur de suo proprio, iuxta formam reseruatio-
nis, vt dictum est.
Neque obstat, quod fuerit necessaria derogatio *re-*
12 *gul.de iur.quæsit.* † cum clausula, quorum tenores,
non sufficiat ad tollendum ius quæsitum, sed de-
beat fieri indiuidua, & specifica mentio *Rot.diuers.
decis.358.p.1.* Quia statim, quod Papa eximit pen-
sionem ab istis oneribus, intelligitur derogare il-
li, à cuius iure concedit exceptionem, Vnde vl-
13 terior derogatio non regulariter † vt in specie
casus nostri resoluit *Rot.in d. Veneta pensionis in fi.
coram R.P.D.Sacrato.Cassad.dec.1.de priuil. Rot.di-
uers.dec.240.n.22.p.1.* cum sufficiat, quod Papa vta-
tur verbis quomodocumque derogatoriis ad effe-
14 ctum, vt † censeatur sublata *regul.de iur.quæsit.* vt
per *Rot.coram R.P.D. Sacrato Cæsaraugustana iuris-
dictionis 5.Februarij* 1609. Et generale est, vt quando
materia, super qua cadit concessio, est de sui natu-
15 ra præiudicialis † non sit opus derogare dictæ
regulæ de iure quæsito *Corn.consil.83.circa primum
consultationis col.penultim.post med.vers.tertio respon-
detur.num.16.lib.4.post Bald. in l.nec auus in princ.C.
de emancip.liber.* cum aliis per *Rot.coram Cardin.Se-
raph.Ilerd.preheminentiarum 26.Iunij 1602.in im-
press.decis.1445.num.5.*

Ex prædictis fuit conclusum, quod pensio D. Equi-
tis fuit reseruata libera ab omnibus prætensis one-
ribus, cui resolutioni cum pars non acquiesceret,
iterum opposuit, quod non obstante dicta reser-
uatione immuni, libera, & exempta ab omni o-
nere, nihilominus pensionarius tenebitur ad one-
16 ra Religionis, † quæ sunt priuilegiata, tanquam
causa impositionis dictorum onerum sit propter
defensionem contra Infideles, vnde non debent
comprehendi sub verbis generalibus *Felin.in c.non-
nulli.num.19.de rescript.* & in specie allegabatur *de-
cisio Rot.coram Card. Pamphilio. Asculana pensionis
7.Febr.1586.*
Sed non est recedendum à supra firmatis, Quia in
dicta decisione clarè apparebat, quod exemptio
17 fuerat sublata † per constitutionem Gregorij Pa-
pæ, in qua mandauit, quod pensionarij deberent
contribuere oneribus Religionis, non obstante di-
cta emptione, cui constitutioni tanquam poste-
riori derogatoriæ primæ est standum, vt dicitur in
eadem *decis. Cardin.Pamphil.& coram R.P.D.Can-
tuccio.Toletana excusati 20.Nouembris 1581. & co-
ram R.P.D.Robusterio.Mediolanens.pensionis 5.De-
cembris 1585.*
Præsertim, quia in reseruatione, de qua agimus,
Summus Pontifex adiecit, etiam si onera essent
pro Cruciata sancta, & expeditione contra infi-
18 deles, & propterea respectu causæ nihil potest
prætendere Religio, vt in terminis considerauit
*Rot.coram R.P.D.Sacrato. Veneta pensionis 6.Febr.
1612.* Cum etiam, vt dictum est supra, hic non
agatur de præiudicio Religionis, tanquam Papa
obligauerit Commendatarium de proprio, &
propterea cessante præiudicio Religionis cessat vis
verborum, & causatum respicientium ipsam Re-
19 ligionem, † quia limitata causa limitatum produ-
cit effectum *l.in agris ff.de acquir.rer.domin.Ias.in l.
age. C.de transact.Felin. in capit. cum ordinem.col.4.
de rescript.Dec.cons.61.pro tenui.col.vltim.in princ.n.
3.in fin.Neuizan.consil.66.nu.32.Surd.cons.195.num.8.*
20 *lib.2.* & † actus non debet extendi vltra intentio-
nem agentis primitiuam, quidquid sit in secunda-
ria *l. obligationum substantiæ.§.vltim. de action. &
obligation. l.non omnis ff.si cert. petat. Ias.in l.3. in
princ.col.3.in fin.num.28.ff.de acquir.possess.post Bald.
in l.si absentis oppos.2. C.si cert.petat. Neuis.cons.52.
num.34.* & in specie similis casus ita fuit decisum
per *Rot. coram R.P.D. Penia. Valentina subsidij 4.
Maij & 29.Nouembris 1611. & coram R.P.D.
Orano, Monopolitana pensionis 13.Iunij 1597.& co-
ram Card.Seraph.Vercellen.subsidij 10.Martij 1600.
in impress.decis.1348.*
Minus obest, quod exemptio concessa Equiti fuerit
correspectiua ad exemptionem eiusdem tenoris
concessam Commendatario, Vnde quemadmo-
dum Papa declarauit suæ intensionis non fuisse, vt
idem Commendatarius gaudeat dicta exemptio-
ne, immo illam penitus reuocauit, vt in litteris ex-
peditis die 5.Iunij 1606. Ita etiam credendum est
voluisse reuocare exemptionem concessam Equiti
21 extraneo, † qui non debet esse melioris conditio-
nis, quàm consanguineus, prout est Commen-
datarius *Put. decis.494. lib.2. Rot.diuers.decis.400.
num.7.p.2.* Quia nullibi probatur ista correspe-
22 ctiuas, † quæ in dubio non præsumitur *l.cum e-
iusdem 34.ff.de ædil.edict.* Cum præsertim derogatio
sit personalis solùm respectu Commendatarij,
vnde

vnde non est dicendum, quod Papa per talem derogationem factam quo ad vnum, voluerit derogare gratiæ pensionarij, de quo nulla fuit habita mentio cum non sit arguendum à præsumptione maioris dilectionis, quando habemus claram
23 mentem Summi Pontificis, † qui considerauit diuersam rationem in pensionario, tanquam natura pensionis accedat ad causam alimentorum *Rom.cons.388. nu.3. Crescent. decis.3. num.5. de solu-*
24 *tion.* prout ob dictam † causam censetur reseruata *Gabr.cons.191.n.9.lib.2.* Ideo colligitur, quod Summus Pontifex magis voluit eximere illum à prætensis oneribus Religionis vacantis, & mortuarij, ne aliàs sequatur absurdum, quod si pensio, non soluatur annuatim iuxta formam reseruationis, alimenta seruiant de vento, cum possit contingere, quo si plures Commendatarij successiuè decederent, numquam pensio esset soluenda, quod non est dicendum, vt dictum est *supr. ante num.8.* & istam rationem in specie Religionis Hierosolymitanæ considerauit *Rot. coram R.P.D. Sacrato.*
25 *Veneta pensionis 6.Februarij 1612.* † Adeo vt stante diuersitate causæ gratificandæ potius pensionario, quàm Commendatario semper excludatur correspectiuitas *Albens. cons.45. nu.3. vers. propterea post Castr. in l.petens. col.5. & ibi Rimin. col.6. C.de post. Rot. coram R.P.D.Sacrato. Romana donationis, 19.Martij 1607. & 13.Iunij eiusdem anni coram eodem.* Maximè, quia non est nouum, sed sæpius vsi-
26 tatum à Sede Apostolica, † vt pensionarius sit immunis, & titularis soluat onera pro illo *Rot.coram R.P.D. Orano. Metropolitana pensionis 13. Iunij 1597. & coram R.P.D.Penia. Valentina subsidij excusati 4.Maij, & 29.Nouembris 1611. & coram Cardin.Seraphino.Vercellen.subsidij 20.Martij 1600.in impress.dec.1348.* Et in casu nostro clarè colligitur, quod Summus Pontifex in literis reuocationis non intellexit aliquid innouare circa pensionarium, cum semper dirigantur verba ad Commendatarium, & interesse Religionis, nullam mentionem faciendo de pensionario, neque de obligatione facta per Commendatarium ad illius fauorem, Cum etiam hoc appareat ex verbis reseruationis pensionis, dum dicitur, quam ratam Commendatarius tam suo, quàm successorum nominibus, de suo & eorum proprio soluere promisit absque spe aliquid vmquam postea repetendi, onusque hu-
27 iusmodi in se & successores suos suscepit, † & cum Commendatarius iam consensisset reseruationi pensionis ad fauorem pensionarij cum dictis clausulis, & obligationibus, erat ius quæsitum eidem pensionario, Vnde illius derogatio requirebatur iuxta *regul. de iur. quæsit. non tollend.*

Nec aduersatur, quod in supplicatione non legantur clausulæ ita amplè extensæ, prout adsunt in
28 literis reseruationis pensionis, † adeo vt stante diuersitate inter litteras, & supplicationem, potius debeat attendi supplicatio tanquam matrix *Rebuff.in prax.p.3.in verb. datum, num.9. Mandos. regul.25.qu.1.num.2. in fin. & reg.27.qu.15.nu.6.iuxta Glos.in c.vt veterum, in verb.graci 9.distinct. Bart.*
29 *in l.sempronius, nu.3. ff.de legat.2.* vbi † in simili loquitur de prothocollo, cui potius statur, quàm publico instrumento *Alexand.consil.175. libro 7.& consil.105.in causa.nu.1. vbi Addit.in verb. originali libro 2. & in l.si quis ex argentariis, §. prætor ait, ff.de edend. Socin.cons.94.in princ. lib.1. Decian.in l si librarius, ff.de regul.iur. Butr.in c.ex litteris, de fid.instrum. Bald.in l.nec exemplum, C.ad leg. Cornel. de fals. & in l.imperator.ff.de stat.homin. & cons.11.lib.2. Ias.consil.62. col.1. lib.1. Bertrand.cons.321. si inter prothocollum, lib.3. Roman. cons.187.nu.3.* vbi latè *Mandos. in verb. magis statur. Felin.in c.pastoralis,*
30 *post num.8.de iudic.* † Adeo vt per istam matricem, seu prothocollum probetur fuisse commissum errorem in authenticando scripturam, vel instrumentum datum patri *§.illud, auth.de tabellion. Alexand.cons.105.nu.1.libr.2.& cons.79.n.4.lib.5. Io.de Amic.cons.vlt.n.5. Corn.cons.28.n.2.lib.1. Specul.de libell.concept.§.restat.in princ. Felin.in cap.quoniam contra, n.10. de probation.*

Quia prædicta intelligunt, quando litteræ continent aliquid contrarium, seu diuersum à supplicatione,
31 † secus si sunt de natura alicuius actus, vt sunt multæ clausulæ executiuæ, & implicitæ, quæ continentur sub imbreuiaturis, tunc enim potest Can-
32 cellaria addere solitas clausulas executiuas, † & extendere imbreuiaturas *Sarnens. super regul. de non iudic.qu.1.vers.tamen nunc, Cæsar.de Graff.decis. 1.n.4. de probation. Rot.coram R.P.D. Penia.Teru-*
33 *den.pensionis 13.Nouembris 1598.* † Cum Cancellaria sit organum Papæ *Cassador.dec.2.n.7.super regul.de vnion.Cæsar.de Graff.decis.1.n.8.de probation. Caputaq.decis.31.part.3.in manuscript.* Ita vt in dubio præsumatur, quod Cancellaria bene extende-
34 rit tales imbreuiaturas, † & quod rectè fungatur officio suo, nisi contrarium probetur *l.2.C.de offic. ciuil.iudic.Bald.in l.accusationis, num.1.C.quod met. caus. Ias.in l.singularia, col.20. vers.confirmo etiam prædicta, ff.si cert.pet. Aym.cons.75.n.8.Guid.Pap.de-*
35 *cis.129.num.5.* † vbi etiam, quod per publicum officium inducitur præsumptio bonæ fidei *l.cum precibus, C.de probat.l.2. vers. non arbitrantur, Cod.de iurisdict. omn. iudic. Bald.in l.errore Cod.de testam.*
36 Prout dicimus de notario, † qui potest addere solitas clausulas, vel extendere cæteras in instrumento, de quo est rogatus *Speculat.de instrum.edition. §.ostenso, vers.quid ergo si abbreuiatura, & §.instrumentum vers.hoc autem puto, Guid.Pap.decis.129.n. 2. post Bart. in l.gallus, §.idem credendum, vers.nisi euidenter conueniat sub illo verbo, ff.de liber.& posth. Alex cons.89.n.12.ad med.libr.3.Bald.in rubr. C.de*
37 *fid.instrument.* † Immo etiam clausulæ consuetæ apponi in litteris Papæ semper subintelliguntur *c.accepimus de ætat.& qualitat. c.cum m.ferrariensis de constitutionib. Alex.cons.53. num.11.lib.7.per l.si prius, §.1.ff.de aqua pluu.arcend.l.quod si nolit.§.qui*
38 *assidua, ff.de euiction.* † Exemplo notarij, qui intelligitur rogatus de clausulis consuetis, quamuis nihil à partibus dictum fuerit *Bald. in l.si quis sub conditione, in fin.ff.de condition.institut. per text.in l. fin. C.de fideiussoribus: Alexand.cons.27.num.2. lib. 2.Guid.Pap.cons.193.in fi.Abb.Dec. & Rip.in capit. cumana.de constitut.Felin.in c.ex literis, col.6.de fid. instrument.Ias.in l.3.col.7.Cod.de iur.emphyteot. So-*
39 *cin.consil.94.lib.1.* † Intelligendo de clausulis consuetis, quæ respiciunt executionem, vt clariorem elucidationem dumtaxat, non autem de illis, quæ inducunt dispositionem, aut nouum effectum, qui aliàs non veniret, vt latè declarat *Addit. ad Alex.cons.28.in verb.non potest, lib.2. Ang.in l.licet col.1.C.locat.Bald.in rubr.C.de his quæ in fraud.*
40 *credit.col.fin.* † vbi etiam, quod in istis consuetis

qoæ nouum effectum inducunt, sufficit quod no-
tarius sit de illis rogatus io genere *Addit.ad Alex.*
d.consil.28.in verb. non potest,in fin. libro 2.Marsil.
41 *sing.123.*† Et istam æquiparationem notarij ad lite-
ras, & bullas Apostolicas circa clausulas consue-
tas facit *Alex.consil.53.nu.11.lib.7.& consi.27.nu.2.*
lib.2.

Et ita ex præfatis, & similibus rationibus fuit con-
clusum in huiusmodi causa *Perusina pensionis* 13.
Ianuarij 1614. *coram R.P.D.Sacrato*, declarando,
42 quod pensio sit exempta ab omni onere, † vbi
etiam considerantur verba reseruationis vniuersa-
lia quæcumque & similia, quæ nihil excludeut *c.*
solita.ad fin.de maiorit.& obedient. Roman. consi.31.
nu.2.& ibi Mandos. in verb. quandocumque, Dec.
consi.599.nu.2. Aym.consi.414.nu.1.Tiraq.de retract.
lignag.§.1.glos.7. nu.20. cum seq.

Qua exemptione stante *dicta die in eadem causa,& co-*
ram eodem firmatum etiam fuit, quod circa termi-
num Natiuitatis S.Ioan.Baptistę,& Sanctissimi D.
N.Iesu Christi D.Commendatarius teneatur sol-
uere pro rata fructuum per illum perceptorum,
43 & oon aliàs. † Quia *Rota* sequitur opinionem,
quod Beneficiatus debeat soluere pensionem pro
rata fructuum, non pro rata temporis *Gabr.consil.*
591.nu.13.cum seq. lib.2. quod etiam voluit *Rot.co-*
ram fel record. Clemente VIII. Pharen. pensionis 19.
Iunij 1573.& coram Cardin. Pamphilio. Cæsar augu-
stana pensionis 13.Aprilis 1592.& coram R.P.D.Or-
temberg. Salernitana pensionis 9.April.1601. & co-
ram R.P.D Caualerio. Carpentoracten. pensionis 15.
44 *Decembris* 1610. † Quæ opinio est fundata in ma-
xima æquitate, quia pensio imponitur super fru-
ctibus, non autem super tempore, vnde æquum
est, vt teneatur qui percipit fructus, non qui quan-
tumuis longum tempus habuit nudum nomen.

Sed cum D.Commendatarius ceperit possessionem
1.Maij dicti anni, quo tempore, vt dictum est e-
rant percepti multi fructus per Religionem ra-
45 tione vocantis & mortuarij, † oritur difficultas in
facienda hac distributione, quia si terminus S.Io.
Baptistæ est soluendus in totum, vel in parte de
fructibus collectis ante diem primam Maij,1607.
non tenebitur D.Commendarius pro illa rata,
ex quo illos non percepit, si verò est soluendus de
fructibus perceptis post diem primam Maij vti-
que tenebitur, quia illos percepit.

In quo videtur ponderandum an pensio sit postcipa-
ta, vel anticipata, quia si esset anticipata, beneficia-
tus tenetur illam soluere in diem termini, etiam si
46 nulli hucusque fuissent percepti fructus, † si vero
est postcipata, secus est dicendum. Ad cognoscen-
dum autem an sit anticipata, vel postcipata atten-
ditur forma reseruationis, quia si à die reseruatæ
pensionis vsque ad diem primi termini nulli pos-
47 sunt colligi fructus, manifestè † apparet Papam
voluisse pensionem anticipatè solui è beneficiato,
& sic de proprio, & quod postea se reualeat de
fructibus colligendis, quod si inter diem reserua-
tionis, & primi termini cadunt fructus, pensio di-
citur postcipata, & non est soluenda, nisi de fructi-
bus perceptis. ita distinxit *Rota in causa Monopoli-*
tana pensionis, die 10.*April.*1606. *coram R.P.D.Sa-*
48 *crato*. In proposito † cum Papa Idibus Nouembris
reseruauerit pensionem, & voluerit solui primum
terminum solum in natiuitate S.Ioannis Baptistę,
apparet voluisse pensionem solui postcipatè, & sic
de fructibus maturandis vsque ad illam diem,
quia alias mandasset solui primum terminum in
proxima Natiuitate D.N.Iesu Christi, & propterea
si Commendatarius nullam partem habuit fru-
ctuum maturatorum ab Idibus Nouembris 1606.
vsque ad S.Io.Baptistam 1607. ad nihil tenebitur
pro primo termino S.Ioannis, si verò aliquid ha-
buit, tenebitur proportionabiliter, Quo verò ad
terminum Natiuitatis D.N.Iesu Christi sine du-
bio tenebitur D.Commendadarius, cum pro illo
soluendo habeat fructus maturatos post termi-
num S.Ioannis, cum quibus Domini Nostri Iesu
Christi, etiamsi sit postcipata.

EPITOME.

Promittens indemnitatem an teneatur non so-
lum resarcire damnum, sed etiam liberare à mo-
lestiis, & statim suscipere iudicium motum. ¶ Em-
ptor offerens agenti contra eum nolens expecta-
re euictionem an habeat regressum contra vendi-
torem. ¶ Fideiussor an sit conseruandus indem-
nis, quamuis non exprimatur. ¶ Actor an debeat
liquidare conditionem impletam per probatio-
nes veras, vel præsumptas. ¶ Et quando illam te-
neatur notificare emptori. ¶ Periculum vini ad
quem spectet, postquam fuit datum, vt vulgo di-
citur ad assaggio. ¶ Possessio quando censeatur
tradita per signum appositum in re vendita.
¶ Contractus Stocchi quis sit, & an contineat vsu-
rariam prauitatem. ¶ Protestatio legati, & rei
promissæ vel experimentum bonitatis per adie-
ctionem mensuræ certi loci vbi sit faciendum.
¶ Mensuratio an debeat fieri expensis communi-
bus venditoris, & emptoris. ¶ Gabella an sit sol-
uenda per emptorem.

SVMMARIVM.

1 *Promittens indemnitatem non solùm tenetur resarcire damnum fideiussore, sed etiam liberare eum à molestiis, & statim suscipere iudicium motum, nu.2.*
3 *Fideiussor semper est conseruandus indemnis, quamuis nihil dictum fuerit.*
4 *Emptor offerens agenti contra eum nolens expectare euictionem an habeat regressum contra venditorem.*
5 *Habens promissionem indemnitatis non agit contra promittentem, nisi secuto damno. Intellige vt nu.6.*
7 *Iuramentum habet vim expressionis specifica.*
8 *Promissio iurata idem operatur ac si specialiter conuentum esset de conseruando indemnem, si quæstio, & lis moueretur. Declara vt n. 9.*
10 *Promittens indemnitatem non tenetur defendere, neque suscipere iudicium motum, quando damnum prouenit culpa eius, pro quo fuit promissa indemnitas, & in hoc nihil operatur iuramentum, & nu.12.*
11 *Iusiurandum recipit easdem qualitates, & conditiones, quæ adsunt in principali promissione.*
13 *Actor debet prius liquidare conditionem impletam per veras probationes, & non præsumptas.*
14 *Venditio ad mensuram facit contractum imperfectum respectu periculi.*
15 *Venditor debet notificare conditionem purificatam emptori.*
16 *Periculum rei venditæ spectat ad venditorem, quando non adhibuit diligentiam, ad quam tenebatur.*

17 *Pericu-*

17 *Periculum vini postquam fuit datum, vt vulgo dicitur in assaggio, ante mensurationem pertinet ad vendentem.*
18 *Possessio censetur tradita per signum appositum in rebus mobilibus. Intellige vt nu. 19. & 20.*
21 *Contractus flocchi est vsurarius, & prohibitus, quando videlicet venditur alicui indigenti pecunia pro cariori pretio, ita vt postea ab eodem vilius reuendatur, & nu. 22. Declara vt nu. 23.*
24 *Praestatio legati, vel rei promissae propter adiectionem mensurae certi loci, in eo est facienda, num. 25. 26. & 28.*
27 *Experimentum bonitatis fieri debet in eo loco, ad quem contrahentes se contulerunt.*
29 *Testator mandans, quod heres sibi aliquid emat, intelligitur vt ematur de suo, vel bonis hereditariis.*
30 *Mandatum de emendo tesseras frumentarias debet intelligi de emptione frumenti tot mensurarum.*
31 *Mensuratio est facienda expensis communibus venditoris, & emptoris.*

CAPVT DXLIX.

STante promissione indemnitatis tenetur promittens non solùm ad resarciendum dam-
1 num, † quod passus est fideiussor vnà cum interesse, fructibus, & aliis, de quibus per *Gloss. & Bart. & Alex. in addit. in l. quaero in princ. ff. locat. Ruin. cons. 187. nu. 3. lib. 1.* sed etiam debet liberare à molestiis, & statim suscipere iudicium motum,
2 † cum idem sit promittere indemnitatem, & defensionem, adeo vt vna causa veniat in consequentiam alterius, ita notabiliter concludit *Bart. in l. pater num. 1. ff. de dot. praelegat.* vbi, quod est menti tenendum, quia alibi non reperitur *Paris. consil. 109. num. 37. & 38. lib. 1. & consil. 16. nu. 124. & 125. lib. 2. Socin. cons. 70. in princ. lib. 3. Alex. consil. 32. num. 14. col. penult. in fin. versic. quinto & vltimo dicitur. lib. 4. Ruin. consil. 187. num. 2. lib. 1. Bald. in l. cum tibi 22. num. 2. C. de euictionib. & in l. si pro ea 10. num. 13. post princip. versic. interdum reus promittit. C. mandat. Socin. Iun. cons. 94. num. 26. lib. 3. Bertazzol. clausul. 21. gloss. 29. nu. 2. & clausul. 43. glos. 2. ante fin. Caualcan. decis. 9. num. 20.*

Quod etiam esset, quamuis non fuerit promissa indemnitas, quia semper fideiussor est conseruan-
3 dus † sine damno, licet nihil dictum fuerit tamquam hoc sit de natura fideiussionis *Bald. in l. constitutionibus, C. de vsur. Marsil. in rubr. de fideiussion. nu. 193. qu. 26. & n. 315. qu. 44. Paris. cons. 104 num. 12.*
4 *lib. 3. Bertazzol. clausul. 43. glos. 1. nu. 1.* † Vnde videmus, quod si emptor offerat agenti contra eum, nolens expectare euictionem, tamen habet regressum contra venditorem, quasi huic contractui tacitè insit, vt emptor conseruetur indemnis, Nam licèt idem emptor non agat, nisi secuta euictione *l. habere licere 57. ff. de euict.* Tamen non semper est expectanda sententia euictionis, cum possit debitum efferri, & hoc casu est resarciendum damnum *Bald. in l. cum tibi 22. nu. 2. C. de euictionib.*

Neque obstat, quod ille, cui fuit promissa indemnitas non possit agere contra prómittentem, nisi
5 † postquam passus est damnum, & interesse *Alexand. cons. 199. num. 7. lib. 3.* Cum aliud sit fideiubere, aliud conseruare indemnem, nam intelligitur in subsidium, si principalis non est soluendo *Felin. in c. ex rescripto. colum. fin. post num. 19. de iur. iurand. Seraph. priuileg. iuram. 88. nu. 11. & ibi latè Addit. nu.*
6 *11. & 12.* † Quia aliud est in reo promittente, quod eius fideiussor conseruabitur indemnis, tunc enim ista promissio recipit pleniorem interpretationem, vt declarat *Bald. in l. si pro ea 10. quaest. 12. num. 13. Cod. mandat. Bertazzol. clausul. 43. gloss. 2. numero 1. ad fin.*

Idem esset, si promissio fuit iurata, quasi tunc iuramentum habeat vim expressionis specificae, & spe-
7 cialis *l. cum pater. §. filius matrem, ff. de legat. 2. Bald. in l. 1. num. 4. in fin. Cod. commodat.* Vnde videtur facta promissio, ac si in specie fuisset conuentum,
8 si quaestio, & lis moueretur, vt in terminis notat *Socin. cons. 70. num. 1. lib. 1.* iuxta notata per *Bart. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verborum obligationibus & in l. sciendum, eodem tit.* Quod tamen est intelligendum, vt tunc iusiurandum operetur, & habeat
9 vim specialis expressionis, † quando generalis oratio includeret causam, de qua ageretur, nam aliàs nihil per illud esset ampliatum *Bart. & Ang. in l. sed & si quis §. quaesitum, ff. si quis cautionib. Bald. in l. 1. de controuers. feud. apud pares terminand.* & ibi declarat *Socin. consil. 70. in fin. vers. non obstat quod*
10 *promissio. num. 6. lib. 1.* † vbi concludit, quod promittens indemnitatem non tenebitur defendere, neque suscipere iudicium motum, quando damnum prouenit culpa eius, pro quo fuit promissa indemnitas, & in hoc nihil operabitur iuramen-
11 tum, † quod recipit easdem qualitates, & conditiones, quae adsunt in principali promissione *l. fin. C. de non numer. pecun. l. vltim. ff. qui satisd. cogant.*
12 *cap. quemadmodum, de iur. iur.* † & stante culpa praedicta, quod non possit agi ad indemnitatem concludit *Alex. cons. 114. nu. 2. ad med. lib. 13. Paris. cons. 104. nu. 12. lib. 3.*

Quod ad secundum dixi venditionem de qua agitur, non posse dici puram, sed potius conditionalem tamquam factam cum reseruatione ratificationis facienda per consocium, ita vt ea non secuta vinum non censeretur venditum, Vnde prius debebat constare de huiusmodi ratificatione illam
13 notificando emptori, † prout regulariter quando aliquid conditionale deducitur in iudicium, debet prius per actorem conditio liquidari, quod impleta sit, adeo vt neque praesumpta probatio admittatur, cum sit probandum, quod verè dicta conditio euenerit *Bald. in l. si quidem. Cod. de except. Ruin. consil. 63. num. 18. lib. 1. Becc. cons. 19. num. 14. & 15. lib. 3. Cephal. cons. 667. num. 43. lib. 5. & consil. 441. num. 88. libr. 3. Natt. cons. 67. num.... Grass. de except. cap. 33. num. 20. & 21. Honded. cons. 34. num. 6. cum seq. lib. 1.*

Quo stante periculum vini non potest spectare ad
14 emptorem, sed ad venditorem, maximè † cum illud fuerit venditum ad mensuram, ità vt antequam mensuretur, contractus dicatur imperfectus respectu periculi, & deteriorationis spectantis ad venditorem, & actionis, & obligationis, quae non nascitur ante purificatam conditionem mensurationis, quidquid sit quo ad alios effectus *Castr. in l. 2. C. quand. lic. ab empt. disced. Affl. decis. 280. nu. 2. vsque ad 7. Couar. pract. quaest. cap. 3. nu. 6. latè Surd. cons. 38. nu. 11. & 12, lib. 1.*

Neque obstat praetensa ratificatio, Quia vt dictum
15 est, non sufficit illam adfuisse, nisi de ea certior factus esset emptor, qui non potest dici in aliqua mora recipiendi vinum, nisi interueniat certio-

ratio conditionis purificatæ, adeo vt ante illius
scientiam nihil sit emptori imputandum *Dec.cons.*
508.num.82.& 83.lib.3.Guid.Pap.decis.497.ad med.
Gozad.cons.2.nu.40.& cons.27.n.5.post Bart.& alios
in l.quoties in diem.ff.de verb.oblig & in l.non solum,
16 *§.morte, de nou.oper.nunciat.* † Vnde meritò pericu-
lum deteriorationis vini non debet spectare ad
eum, qui nullam culpam contraxit, sed ad vendi-
torem, qui non adhibuit diligentiam, ad quam te-
nebatur *Aym.cons.4.num.84. Aret.cons.111.column.*
pen.ad fin.

Minus facit, quod vinum fuerit datum, vt vulgariter
dicitur in assaggio, Quia ex hoc non sequitur,
17 quod periculum † spectet ad emptorem, cum e-
nim interim sit mensurandum ex forma conuen-
tionis, antequam mensuratio fuit, contractus est
imperfectus respectu periculi, vt dictum est, &
per consequens deteriorata est conditio vendito-
ris *Paris.cons.39.num.5.lib.2. Tiraq.de retract. lign.*
§.1.glos.8.nu.26. Cum neque in hoc casu sufficeret
18 dolium fuisse signatum, † quamuis enim per si-
gnum appositum in istis mobilibus censeatur tra-
dita possessio, & non possit præsumi, quod res
sit alterius, quàm illius, cuius est mercum, seu
signum *Bart.in l.qua dotis.in fin.ff.solut.matrim.* Ta-
19 men hoc fallit in dolio vini empto, † in quo per
solum signum non transfertur dominium, cum
alia præsumptio sumi possit, quàm animus traden-
di, ne videlicet in dolio aliquid immittatur *l.1.§.*
si dolium de pericul.& commod.rei vendit.Rom.sing.
283.num.1.Boer.decis.105.num.10. Mascard.conclus.
20 *160.num.4.* dixi supra *cap.500.* vbi † etiam quod
ista de signo procedunt, quando iam esset perfe-
cta emptio, de qua perfectione non constat in ca-
su nostro, stante mensuratione facienda, & rati-
ficatione *ex supra allegatis.*

Accedat, quia eramus in contractu Stocchi, cum fue-
rit facta venditio vini indigenti pecunia pro ca-
21 riori pretio, † ita vt postea ab eodem viliori pretio
reuenderetur, qui modus contrahendi continet v-
surariam prauitatem, cum idem sit ac si pecunia
mutuaretur *Couar.libr.2.var.resolut.cap.3.n.5.in fin.*
vbi, quod hoc est genus latrocinij, maximè exe-
22 crandum, & iustis pœnis vindicandum, † quod
multis rationibus improbat *Gaball. de vsur. cap....*
Siluest. in summa in verb.vsura.1. 2.quæst.4.Lup.in
cap.nauiganti.comment.3.§.5.num.124.de vsur.Vital.
Cambo.de claus.tit.de fraude, num.10. in fin.fol.269.
Boccac.de interd.vti possid.c.18.num.188.& 189.tom.
3.part.2.fol.317. vbi etiam adducit alia exempla si-
milium contractuum illicitorum, de quibus etiam
Menoch.præsumpt.182. libr.3. vbi quoque refert
Dec.consil.403. quamuis in casu.num.18.& Decian.
cons.105.num.18.lib.2.Raudens.decis.7.num.12.vsque
ad 19. Laur.Rodulph.de vsur.part.3.num.6. Bagn.de
iust.& iur.quæst.178. conclus.3. Et adsunt banni-
menta Illustrissimi D. Gubernatoris Vrbis publi-
cata de mandato Sanctissimi D.N. tempore Pauli
IV. & Pij IV. quæ semper renouantur, vltra sta-
tutum Vrbis *c.154.libr.1.* in quo similes contractus
passim prohibentur.

In quo tamen notandum est, quod si quis simpliciter
vendidisset iusto pretio nihil cogitans de redem-
23 ptione, † & emptor postea non inueniens empto-
rem vellet reuendere eidem venditori rem em-
ptam viliori pretio, non esset contractus stocchi,
neque vsura minus emendo, immò nec iniustitia
propter latitudinem pretij iusti, vt si vendidit sum-
mo pretio rei, & emit mediocri, vel infirmo, vt in
specie ita declarat *Siluest.in verb.vsur.8.1.2.quæst.4.*
ad med.

Cum igitur emptor non teneatur ad periculum vini
ex supradictis, non est amplius quærendum, vbi
præstatio vini facienda sit, Quamuis si oporteret
24 concludendum esset, † quod propter adiectio-
nem mensuræ certi loci, in eo loco sit facienda
præstatio, vt in specie concludit *Cyn.in l.1.ad med.*
nu.2.Cod.vbi fideicommiss.peti oport. vbi, quod si te-
stator iubeat dari decem cubes vini ad mensu-
25 ram Parisiensem, † tunc videtur tacitè egisse, vt
Parisiis præstetur, quod etiam sequitur *Bald.cons.*
224.nobilis.& cons.285.ad euidentiam.lib.3. vbi licet
contrarium respondeat ex multis coniecturis in
casu sibi proposito, Tamen illis cessantibus tenet,
quod in eo loco facienda sit præstatio cuius men-
26 sura fuit enunciata, † prout etiam dicit *Bart.in l.*
sed & si susceperit 52.§.1.ff.de iudic. vbi, quod dicitur
fieri solutio in ea regione, in qua frequentatur
mensura illa, de qua meminit promissor, & ita et-
iam consuluit *Siluest. Aldobrand.cons.57.nu.1. lib.1.*
27 † vbi ex hoc infert, quod experimentum bonita-
tis fieri debet in eo loco ad quem contrahentes se
retulerunt pro bonitate, quemadmodum enim si
fuisset promissum guatum ad mensuram, vel expe-
rimentum Venetiarum præstandum esset Vene-
tiis, Ita etiam ex eo, quod præstatio debet esse cer-
tæ bonitatis secundum pannos Venetos. Idem et-
28 iam † *sequitur Ang.in d.l.sed & si susceperit.§.1.de iudic.*
vbi etiam *Castr.nu.2.* subdens *num.6.& 7.* quod si
testator mandet hæredi, quod sibi emat aliquam
29 rem videtur voluisse, vt ematur de suo, † vel de
bonis hæreditariis, non de pecunia tua, quasi non
solùm dicatur iunxisse grauamen facti, sed iuris,
prout etiam si iubeat vt hæres emat tibi tesseras
30 frumentarias † intelligetur de emptione frumenti
tot mensurarum, non autem solum de ipsis men-
31 suris, *ibidem,* per *Castrens.* † Quorum verò expen-
sis mensuratio sit facienda, dicendum est spectare
ad vtrumque communiter tam venditorem, quàm
emptorem *l.4 §.1.vers.sed & si mensor. vbi Florian.*
ff.fin.regund.Salic.in l.3.nu.3.Cod.eod.tit.Bartol.in l si
postulauerit.num.2.ff.de adulter. Neus.cons.38.nu.8.
cum aliis per *Surd.de aliment.tit.1.qu.86.nu.1.vsque*
ad 4. Felin. in cap.quia iudicante.col.1. vers.& adde
quod de præscript.Ias.in l.prætor ait.§.is etiam.nu.10.
32 *ff.de edend.* † Quidquid aliud sit in gabella, quæ
erit soluenda per emptorem *Bald. in l.si prædium,*
nu.6 C.de ædil.edict. Bartol. in l.cum mulier.col.2.in
fin.ff.solut.matrim.Salic.in rubr.de reb.credi.Firman.
de Gaboll.p.7.qu.1. Et quamuis aliqui teneant spe-
ctare ad venditorem, vt per *Guter.eod.tit.de Gabell.*
33 *qu.46.nu.8.* † Tamen verior est prima opinio, &
magis recepta, vt per *Tiraq.de retract.conuent.§.6.*
gloss.2.n.1.Doctor.in l.debet.in fi.ff.de ædilit.edict.Ro-
man.sing.588. & ibi latè *Addit.in princ. Girond.de*
Gabell.part.4.§.1.nu.1.

EPITOME.

Testes quando debeant esse rogati in testa-
mento. ¶ Institutio hæredis an valeat ad inter-
rogationem alterius. ¶ Verba, *volo relinquere,* &
volo accipere in virum an inducant matrimonium,
& voluntatem perfectam. ¶ Testamentum quan-
do pos-

do possit probari per testes. ¶ Et quo casu requiratur poblicatio, & recitatio illius per notarium. ¶ Imperfectio voluntatis ex quibus iudicetur. ¶ Et qnid si vltra institurionem hæredis appareat, quod testator volebat addere, seu minuere, & legare. Et qualiter dicatur de hoc constare. ¶ Et an sit exprimeodus ipse actns estandi. ¶ Execntin quando retardetur in possessorio ob iniustitiam sententiæ. ¶ Et an illa sit probanda ex eisdem actis. ¶ Clausula *arbitrio Rota*, circa sanationem nullitatis examinis testium quando habeat locum. ¶ Et quid si interrogatotia non sint data per procuratorem legitimum, & non fuit illis plenè responsum. ¶ Notoria iniustitia an dicatur probata eo ipso, quod sententia non iustificatur ex actis. ¶ Et an potuerit Iodex aliunde moueri ad pronunciandum. ¶ Hæredis institutio & nominatio executoris an perficiat testamentum. ¶ Notariua an censeatur adhibitus pro substantia, vel probatione. ¶ Indicinm notarij in negando se rogare de testamento an præiudicet. ¶ Verba, *non fuit regatus*, an intelligantur de proprio, & explicito rogitu, excludendo rogationem largn modo.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio, & recitatio testamenti requiritur, quando constat, quod testator voluit adhiberi notarium ad effectum, vt de eo rogaretur, nu. 1. 5. & 6. Declara vt nu. 3. 4. 44. & 4.*

7 *Testes debent esse rogati in testamento, & sufficit à quocunque regentur, dummodo tamen hoc fiat præsente, & patiente testatore, nu. 8.*

9 *Testamentum est imperfectum, quando apparet, quod vltra institutionem hæredis testator volebat facere legata, & non facit, vel aliquid addere, seu minuere, & non potuit, num. 13. & de ratione, nu. 10. Fallit vt num. 31. 32. 49. 51 & 52.*

15 *Testamentum potest probari per testes, quamuis fuerit dictatum notario, & per eum non publicatum, num. 41. Intellige vt nu. 12.*

14 *Verba, volo relinquere, an inducant dispositionem perfectam, nu. 56.*

15 *Præsumptio, quod testator sit inhabilis ad testandum, oritur ex probatione impedimenti testatoris per quod non potuerit in omnibus explicare voluntatem suam.*

16 *Institutio hæredis valet ad alterius interrogationem. Declara vt nu. 17.*

18 *Notarius quando debeat se abstinere à rogitu testamenti.*

19 *Executio non retardatur in iudicio possessorio propter appellationem, seu iniustitiam sententia, nu. 20. Intellige vt num. 21. & 22.*

23 *Arbitrium debet esse regulatum à iure, & æquitate.*

24 *Iniustitia sententia apta ad impediendam executionem vigore Aegidiana debet deduci ex eisdemmet actis, non ex nouis.*

25 *Rescriptum non valet, si non exprimatur illud, quod reddidisset Principem difficilem ad concedendum.*

26 *Mentio est facienda in rescripto, non solùm de executione sententia, sed etiam de conclusione in causa.*

27 *Examen testium non sanatur quando interrogatoria data non sunt plena, nec super eis fuit perfectè responsum, vel quando non dantur per procuratorem legitimum, num. 34.*

28 *Creditum hæredis quando confundatur per aditionem, & fideiussores liberentur, num. 29.*

30 *Nullitates insurgentes à iure positiuo non sanantur nisi constito de bono iure.*

33 *Voluntas testatoris præsumitur, & declaratur ex his quæ dicit extra testamentum.*

35 *Dans interrogatoria videtur velle vti depositionibus testium.*

36 *Notoria iniustitia dicatur probata eo ipso, quod sententia non iustificatur ex actis, iuxta opinionem, quam sequitur Rota, quod Iudex aliunde non possit moueri ad pronunciandum.*

37 *Quæ sunt extra acta dicuntur esse extra mundum.*

38 *Ex reuolutione actorum probatur non iussum.*

39 *Causa testati facit cessare causam intestati.*

40 *Hæredis institutio perficit testamentum.*

42 *Notarius non censetur adhibitus à testatore pro substantia, sed pro faciliori probatione.*

43 *Iudicium notarij in habendo testamento pro imperfecto non nocet.*

46 *Duo testes sufficiunt ad probandum rogitum.*

47 *Negans se rogatum à testatore non excludit rogitum notarij.*

48 *Verba, non son stato pregato, possunt intelligi de proprio, & explicito rogitu, non tamen excludunt rogationem largo modo, quæ potest fieri quibuscunque verbis.*

50 *Multa tractantur, quæ non fiunt.*

53 *Voluntas præsumitur completa, & absoluta, & quod testator nihil voluerit reddere.*

54 *Testis vnicus nihil probat.*

55 *Nominatio executorum indicat perfectionem testamenti.*

57 *Verba, volo accipere in virum, iunctis circumstantiis inducunt.*

CAPVT DL.

DE imperfectione testamenti exhibiti dicebam euidenter constare, cum ex testibus, de quibus in facto, appareat testatorem voluisse ad-
1 hiberi notarium, † ad effectum, vt de eodem testamento rogaretur, quo casu ad illius validitatem necessaria eit publicatio, lectio, seu recitatio coram testibus, & testatore, aliàs non sustineretur, neque iure testamenti, neque codicillorum quo ad extraneos, quantum respectu non sufficiet probare dictam voluntatem per testes, si etiam non deponunt de dicta solemnitate publicationis, quidquid aliud sit inter liberos, de quibus modò non agitur *Castr. in l. si is qui 25. num. 3. ad fin. vers. si autem testes fuerint ff de test. per tex. in l. fideicommissa 11. in princ. vers. quoties de legat. 3. Ang. in l. contractus, in princ. num. 4. vers. tertio & vltimo habes, C. de fid. instr. latè Ruin. consi. 1. n. 7. vsque ad n. 13. lib. 3.*
2 † Quasi in casu, in quo notarius rogatur, voluntas præsumatur imperfecta, si fuerit omissa publicatio, Vnde actus non valebit ex defectu voluntatis, neq; probatio per testes sufficiet *Bald. in auth. quod sine num. 1. vers. cum enim hoc sit speciale, C. de test. Cast. in l. hac consultissima 8. §. at cum humana, num. 3. vers. quod si testator. C. qui test. facer. poss. Socin. Iun. consi. 71. num. 24. lib. 4. cum aliis per Surd. consi. 414. nu. 16. lib. 3. Menoch. consi. 42. nu. 14. lib. 1.*

Neque obstat, quod valeat testamentum, quando quis volens testari propalauit suam voluntatem,
3 sed notarius non potuit eam publicare, † & dicere se de illa fuisse rogatum *Rot. diuers. decis. 137. part. 2.* latè *Honded. consi. 77. num. 17. & 20. libro 1.* Quia in dicto casu per Rotam deciso testator habuerat suam dispositionem pro perfecta, nam

mandauerat scribi,& scripta fuerunt nomina hæ-
4 redum,† & legatariorum, & solùm supererat publicatio ipsius scripturæ,& receptio,& sic rogitus notarij,quæ imperfectio non est testatoris,sed solemnitatis,quæ non attenditur, vbi non agitur de probando testamento per scripturam, sed per testes. Ita respondendo ad dictam decisionem Rotæ declarat *Menoch.cons.1189.num.12.& 13.lib.12.Ludouic. Zuntus in responso pro vxore,num.504. Natt. in l.hac consultissima,§.ex imperfecto,n.144. in fin.C. de testam.*& ita etiam loquitur *Honded.cons.77.nu.*
5 *17.& 20.lib.2.* Immo, † quamuis publicatio non esset necessaria, tamen quando testator voluit illam adhiberi, actus aliter non valebit *Surd.decis. 292.n.13.post Decian.cons.159.* Et publicatio testamenti non est necessaria, nisi quando testator de-
6 stinauit , quod † sua voluntate coram notario publicaretur *Menoch.cons.224.n.35.& n.44.lib.3.*

Secundò magis imperfectio testamenti colligitur ob defectum rogitus testium, vt patet ex eorum depositionibus, de quibus in facto, Quamuis enim sufficiat testes à quocumque fuisse rogatos,Tamen
7 † intelligitur præsente testatore, & patiente,quasi tunc ipse mandare videatur, de quo tamen non constat in casu nostro , vnde dispositio vitiatur *Rim.Sen.cons.254.nu.19.lib.2. Alex.cons.47.abundè, n.4.lib.2. Card.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.2.*
8 *tit.15.num.4.* † siue simus in testamento in scriptis, siue nuncupatiuo,cum in vtroque rogitus testium requiratur, vt de communi testatur *Butr.decis.34. num.8.post Gloss.in fin.in verb.adhibitis,instit.de test. Alex.& Ias.in l.hac consultissima in princ.C.eod.tit.*

Tertio, quatenus omnia prædicta cessarent , tollitur omnis difficultas propter nullitatem testamenti, de quo agimus,ex defectu voluntatis,cum ex primo teste iuxta decimumquartum, ex quarto, iuxta septimum , ex sexto iuxta septimum , ex septimo iuxta quintum , & ex octauo iuxta octauum, de
9 quo in sumario , clarè † appareat , quod testator non perfecit testamentum , cum vltra institutionem hæredis vellet etiam facere alias dispositiones,& legata ad fauorem Suffragij, & sororis nominando etiam D. Bartholomæum suum nepotem, Quorum nihil potuit adimplere ob impedimentum amissionis loquelæ , & per consequens testamentum annullatur tamquam indiuiduum, cum non possit pro parte valere,& recipiat perfectionem ab vltimo puncto,siue tacitè,siue expressè constet, quod testator volebat aliquid addere, vel minuere, etiam quod essemus inter liberos, & nulla habita consideratione clausulæ codicillaris, vt latè concludit *Surd.cons.258.n.19.vsque ad n.24. lib.3.post Bart.in l.si quis cum testamento,ff.de testam. Rim.Sen.cons.154.nu.4.& 21.lib.2. Decian.cons.158. casu,in fin. Natt.in l.hac consultissima, §.ex imperfecto,n.139.C.de testam. Menoch.cons.750.nu.4.& 5. lib.8.& cons.1189.n.6.lib.12.Cephal.cons.294.num.9. lib.2. Ias.consil.8. colum.6. ad fin.versic.secundo ad idem facit,lib.3.Castr.& Aretin. in l.si is qui, ff.de testam.Ruin.cons.204.n.8.lib.2.& cons.15.n.4 eodem*
10 *libr.* † Quasi testamentum nunquam dicatur absolutum,nisi vbi constat de perfectione voluntatis conclusiuè , cum in eo non solum requiratur necessitas formæ substantialis consistens in hæredis institutione , sed etiam perfectio in materia, quæ est in voluntate testatoris completa , & perfectè enunciata , & plenè declarata, vltra alia requisita, de quibus per *Bald.in l.1.in pr. ff.de testam. Ias.consil.8.col.6.ad med.vers.alibi dicit, lib.2. Menoch.consil.176.nu.4.lib.2. Gulielm.Benedict.in cap. rainutius in verb.testamentum, il 1.nu.93. & in verb. mortuo itaque testatore,il 1.num.1.& 2.de testam.*

Et ita etiam respondetur ad *l.lucius 41. in princ.ff.de testam. milit.* vbi valet testamentum factum per testatorem , & notario dictatum, licèt per eum non fuerit scriptum, aut publicatum , si prius te-
11 stator obierit, † dummodo probetur per testes, qui tunc fuerunt adhibiti, quod ita fuerit conditum , non autem per illam scripturam imperfectam, quasi talis dictatio sit testamentum, ad quod probandum sufficiunt testes *Castrens. consil. 307. ad primum quæsitum, num.3. & in fin.lib.1. Ro-*
12 *sell. inter cons. Calcan.91. col.1.* † Quia prædicta procedunt, quando testator expressit totam suam voluntatem circa institutionem hæredis, & non constat, quod vltra voluerit aliud disponere, tunc enim valebit testamentum, si probetur per testes tanquam perfectum ratione voluntatis, quia nolebat aliud facere propter totam voluntatem declaratam, cum aliter dicendum esset , si appareret testatorem non declarasse perfectè suam voluntatem, & alia addere voluisse quæ morte præuentus non potuit , prout est in casu nostro , vt dictum est *supra versic. tertio quatenus*
13 *omnia , num.9.* † Nam tunc non sufficiunt testes, cum adsit imperfectio voluntatis propter additiones , quas testator non potuit facere , vt latè concordando opiniones concludit *Bertazzol.consil.ciuil. num.3. vsque ad 11.* & ita etiam loquuntur omnes, qui hanc opinionem tenent , vt per *Couar. in cap.relatum, il 2.num.12. vers. tertia conclusio. de testam. Sim.de Pret. consil.87. num.7. cum sequ. Ruin.consil 12.num.15.lib.2. Cephal.consil.294. num.16.& 17.Gabr.de test.conclus.9.n.9. Ang.Aret. cons.91.num.31.*

Quarto. Addendum est, quod testes circa prætensam institutionem hæredis alij loquuntur per verbum, relinquo, alij quod volebat relinquere, quæ
14 † sunt verba de futuro continentia pollicitationem, aut expositionem, seu declarationem actus, quem destinauerat facere , Vnde non colligitur, quod fecerit testamentum , & quod perfectè disposuerit *Fulgos.consil.19.punctus quæstionis,ante f. vers.rursum cum fuisset in domum,Menoch.cons.750. n.8.ad med.vers.demum confert,lib.8.Socin.iun.cons. 179.num.64.lib.2.*

Vltimò ex testibus colligitur testatorem eo tempore quo voluit condere testamentum fuisse in manifesto impedimento , per quod non potuit volun-
15 tatem suam in omnibus explicare , † quo probato excluditur præsumptio, quod testator sit habilis ad testandum , & oritur alia coniectura inhabilitatis *Menoch.cons.45. num.30.* Adeo vt quamuis aliàs multa concedantur ægrotantibus in ex-
16 tremo † & valeat etiam institutio hæredis ad interrogationem alterius *Aym.cons.117. num.11.* Tamen hoc casu diuersum sit, quasi tunc testator quidquid dicat præsumatur potius dicere ad se
17 eximendum à molestiis † interrogantium, non considerans,quid loquatur, Ita vt non possit,dici, quod in eo adsit plena animi deliberatio disponendi de rebus suis , prout requiritur in testamentis conficiendis *Soc.cons.229.primo aspectu.colum.6. in prin.n.7.libr.2.latè Becc.cons.86.n.22.& 23.libro 1.*

Adeò

Adeo vt rectè ob prædictam causam notarius sic
18 abstinuerit à rogitu huiusmodi testamenti, † & de
notario in istis lex multum confidit *Alex.consil.75.*
num.7.lib.1.Soc.Iun.cons.147.num.9.cum seq.lib.1.&
hoc consuluit *Cyn.in l.Centum.C.qui test.fac.poss.*di-
cens, quod caueant tabelliones, ne conficiant testa-
mentum illius, qui est senex, vel infirmus tali ætate
vel infirmitate grauatus, quod iam sit ab animi iu-
dicio sequestratus, sequitur *Roder. Soarez.alleg.1.n.*
8 *post Ang.in l.quidam in suo.* vbi *Bald.col.2.de con-*
dit.instit.

Et ita pro imperfectione testamenti fuit iudicatum
per *R.P.D.Locum tenentem Auditoris Cameræ de an-*
no 1611. concedendo immissionem venientibus ab
intestato, & cum per prætensos hæredes in huius-
modi imperfecto testamento nominato fuisset ap-
pellatum, & de nullitate dictum causa fuit com-
missa in Rota, cum clausula, constito an locus
esset Ægidianæ, & cum super hoc disceptaretur,
dicebam concludendum esse affirmatiuè, quia non
constabat de iniustitia euidenti, & nototia nulli-
tate sententiæ, prout ex aduerso præsupponebatur
ex rationibus, quas supra adduxi pro defensione
dictæ sententiæ, ex quibus potius constat de illius
iustitia, & rectitudine, & per consequens erat
locus Ægidianæ, cum simus in sententia lata in
19 possessorio, † cuius executio non retardatur per
appellationem *Castrens.cons.39.ad fin.vers.sed idem*
lib.1.Rip.in l.2.num.10.ff.quor.bonor.Osasc.decis.25.
num.9.Couar.pract.quæst.cap.23.num.8. Menoch.de
adipisc.possess.rem.1.in princ.num.6.& in fin.num.115.
20 *Benintend.decis.76.numer.6.* † Non obstante præ-
tensa exceptione iniustitiæ sententiæ, cuius co-
gnitio non admittitur tamquam requirens altio-
rem indaginem, quæ non debet impedire execu-
tionem huius remedij summarij Quorum bono-
rum *Decian.cons.424.proponitur.nu.19.& 20.Me-*
noch.de adipisc.possess.rem.1.quæst.29.numer.101.&
21 103. † Præsertim, quia tot rationibus supra addu-
ctis pro defensione sententiæ, non potest dici,
quod adsit iniustitia euidens, & manifesta, prout
debet esse talis ad effectuum impediendi dictam
executionem *Alex.consil.106. viso themate. colum.*
vltim.in princ.num.27.lib.3.Menoch. de adipisc.poss.
red.num.4.nu.27.lib.3.Menoch.de adipisc.possess.re-
22 *med.4.num.*850.& 854. † Præsertim, quia quando
titulus in possessorio non patrocinatur appellanti,
prout in casu nostro; tunc victus patienter ferre
debet, si possessio ei aufertur per sententiam alio-
quin iniustam *Bald.in l.1.col.1.in fi.vers.denuo quæro*
numquid.num.4.C.si momentan.possess.

Maximè propter multas nullitates examinis testium,
quod licèt prætenderetur posse sanari stante com-
missione causæ arbitrio Rotæ, Tamen non vide-
23 batur esse locum arbitrio, † cum illud debeat esse
regulatum secundum canones iuris, rationis, &
æquitatis *Ias.in l.si sic legatum, num.22. de leg.1.*
Russ.cons.13.num.20.lib.2.Menoch.de arbitr.quæst.
13.lib.1. De iure autem non sanantur testes post la-
tam sententiam, quia aufertur ius quæsitum parti,
quæ illam obtinuit saltem ad effectum, vt sen-
tentia Auditoris Cameræ possit dici notoriè iniu-
sta, & nulla, & illius executio reuocari, seu im-
pediri, cum iniustitia sententiæ apta ad impedien-
dam executionem vigore Ægidianæ debeat dedu-
24 ci ex eisdemmet actis, † non ex nouis, quasi Iu-
dex non possit diuinare quid possit euenire secun-
dum *Gloss.in cap. ex conquestione 16.de restit. spoliat.*
quam velut communiter receptam Ægidianæ se-
quitur *Rot.coram R.P.D.Pena.Romana damnorum*
& interesse 10.Iuny 1591.

Accedat, quia in commissione non fuit facta men-
tio de executione sententiæ, & possessione capta,
prout erat exprimendum propter ius quæsitum
25 parti, † & vitium subreptionis tacendo illud red-
didisset Principem difficiliorem ad concedendum
cap.super litteris. de rescript.l.præscriptione.C.si con-
tra ius vel vtil.publ.Alex.cons.94. in causa & lite nu.
4.in fin.lib.2. Adeo vt non solùm de possessione,
26 † & executione sententiæ sit facienda mentio, sed
etiam de conclusione in causa, ita vt in specie, &
expresse illi derogetur *Felin.in dict.c.ex parte. in 5.*
& 6.regul.nu.11. & 12.in fin.vers. & vlterius amplia.
de rescript.

Præsertim, quia interrogatoria data non sunt plena,
27 nec sufficienter fuit super eis responsum, † cum
testes non fuerint interrogati circa imperfectio-
nem testamenti, & cur notarius de illos noluerit se
rogare cum alijs, de quibus in facto, quod facit, vt
numquam intret arbitrium, & testes non possint
sanari, debent enim interrogatoria respicere tam
testes inductos, quàm inducendos in futurum, Ita
vt nihil aliud potuisset circa illos testes releuans ad-
duci, quod non fuisset adductum in illis interroga-
torijs prius datis, aliàs examen nullum per com-
missionem arbitrio Rotæ non sanaretur *Put. decis.*
301.n 3.lib.5.& coram Grass.Barchinonen.onerum.

Vlterius, post sententiam Auditoris Cameræ, & exe-
cutionem factam, Angela aduersaria recuperauit
suam dotem à Rusconibus fideiussoribus q. Baldas-
sarris sui viri, vnde videtur tacitè fateri se non esse
hæredem, vel saltem confirmare Ruscones in pos-
sessione bonorum dictæ hæreditatis pro dote obli-
gatorum cedendo eis iura sua, Quia aliàs ipsa non
potuisset consequi dictam dotem ab eisdem Rus-
conibus, cum enim Baldasar testator debuisset rele-
28 uare eosdem Ruscones fideiussores, † si ipse esset
hæres, confusum esset debitum *l.debitoris.C.de pact.*
deducto, ad Trebell.Bart.in l peculium autem.ff de pe-
cul. & consequenter fideiussores essent liberati *l.*
heres, §.quod si stipulator ff.de fideiusso.l.qui hominem
34.§.quidam.& l.sicut 75.ff de solu.l.1.§.debitor.ff.ad
leg.falcid.Hering de fideiussor.cap.2.nu.26. Vnde de
ista recuperatione dotis erat facienda mentio in
rescripto, cum Papa vel omnino negasset gratiam,
vel saltem mandasset prius restitui dotem, quam i-
29 psa repetere non potuerit, si fuisset hæres, † cum per
talem conclusionem perinde extinguatur obliga-
tio, ac per solutionem, & compensationem *l.si id*
quod mihi 22.de liberat.legat. l.vt debitum 5.C.de hæ-
red.vel act.vendit. l.vranius 72. in princ.de fideiussor.
Guid.Pap.decis.209.n.2.

Præterea licèt etiam detetur sanatio examinis te-
stium, & nullitatem insurgentium ex defectu iu-
ris positiui, quandocumque post sententiam tam
de processibus factis in partibus, quam in Cu-
30 ria, † Tamen intelligitur semper cum illa clau-
sula, constito de bono iure *Vant.quib.mod.sentent.*
null.defendant.num.125.vers.nullitates itaque. In casu
autem, de quo agimus non solùm non constat de
huiusmodi bono iure, sed potius contrarium fuit
probatum per testes deponentes de imperfectione
voluntatis testatoris, & impotentia alterius progre-
diendi ad alia legata, quæ declarauerat velle facere,

quod operatur nullitatem testamenti *Surd.consil.*
258.*num.*19.*cum seq.lib.*2. cum aliis de quibus *supra*
31 *vers.tertio quatenus omnia.n.*9.† Et quamuis prætendatur
testes non deponere in ipso actu testandi de
impedimento testatoris, & ipsius morte, ob quam
non potuit perficere suam voluntatem circa dicta
legata, prout requiritur *Ruin.cons.*15.*num.*19. *lib.*2.
Nihilominus ex lectura testium apparet, quod ista
interuenerunt in ipso actu, non in tractatu, neque
enim fuit deuentum ad finem propter non existentiam
omnium testium, quibus postea vocatis, &
facta nominatione hæredis, superuenit impedimentum,
& nihil amplius de legatis, & aliis paulò
antè narratis fuit dispositum, vnde sequitur, quod
semper dicitur voluntas imperfecta, etiam vbi tacitè
constaret, quod testator volebat addere, & cõ-
32 traria procedunt † quando essemus in tractatu, vel
quando testator non fuit locutus deliberatè, &
conclusiuè, prout loquitur *Ruin. consil.*15. *num.*4.
& 19. *lib.*2. *cum aliis per Ceph.consil.*294.*numer.*39.
vsque ad 46.*lib.*2. Cum etiam voluntas testatoris
33 præsumatur, † & declaretur ex his quæ dixit extra
testamentum *Bart.in l.*2.*colum.pen. versic.ex quibus
præsumatur.de vulg.& pupill. Ruin.consil.*53.*num.*12.
*ad med.lib.*4.

Additur, quod testes non fuerunt examinati cum in-
34 terrogatoriis datis per Rusconos, † nec per eorum
legitimum procuratorem, cum illa solùm fuerint
exhibita ab interprete, quæ productio, & exhibitio
numquam fuit ratificata, immo per eos semper
impugnata, petendo huiusmodi examen non admitti
in iudicio, nisi prius repetitis testibus cum
interrogatoriis, quæ dare intendebant, vnde apparet,
quod quando dantur à persona non legitima,
cessat ratio illa, propter quam talis nullitas sanatur,
35 † quia videlicet dans interrogatoria videtur velle
vti depositionibus testium *Achill. decis.*1.*n.*2.*de testib.&
decis.*2.*n.*4.*eodem tit. Caputaq.decis.*273.*nu.*3.
*part.*3.*V ant.quibus modis sent.null.reparent.*1.*nu.*10.
*ad med. Gonzal.ad reg.*8.*cancellar.in annotat. contr.
nullitat.post Gloss.*9 §.1.*n.*77.

In huiusmodi causa *Romana testamenti seu hæreditatis
coram R.P.D. Sacrato* 17.*Iunij* 1611.fuit resolutum
constare de validitate testamenti reuocando sententiam
latam per D. Iudicem à quo, non obstantibus
supradictis, & similibus, quæ fuerunt allegata
pro defensione dictæ sententiæ, quæ notoriè
nulla & iniusta fuit declarata, adeo vt non debeat
esse locus ægidianæ, prout in decisione, quam volui
inserere, cum casus sit multum exemplaris, &
in praxi sæpe contingens.

*R.P.D.Sacrato Rom. Testamenti seu hæreditatis q.
Baldassarris Rusconi Die Veneris* 17.
Iunij 1611.

TEnuerunt domini non esse locum Ægidianæ
stante notoria iniustitia ad latè cumulata per
*Cons ard.super d.constit.limit.*9.*per tot.* & de notoria
36 iniustitia constare † eo ipso, quod sententia non
iustificatur ex actis, nam Rota sequitur opinionem,
quod iudex aliunde non possit moueri ad
pronunciandum, vt apud *Cas.de Grass.decis.*2.*numer.*6.*&*
19.*de solut. & decis.*16.*nu.*15.*de probat.* fuit
dictum *Toletana portionis* 24. *Martij* 1610.*coram
R.P.D.meo Coccino. & in Forolivien.census* 16. *Nouembris*
1605.*coram R.P.D.meo Lancellotto, & alibi
sæpe.* & merito, quia aliàs tollerentur legitimæ defensiones:
Nam pars non potest diuinare ea, quæ
sunt extra acta, & inde facere suas diligentias,
37 † Vnde vulgo dici solet ea, quæ sunt extra acta
sunt extra mundum *Castren.in l.ait.prætor.§.si iudex
vers.& probe ff.de re iud.* & quod non ius probatur
38 ex reuelatione actorum † *Bald.in l.si contra.num.*3.
*C.de appell. Decian.cons.*483.*num.*4.*Rolan.cons.*1.*nu.*
71.*in fin.& seq.lib.*1.*Bocc.cons.*40.*n.*2.fuit dictum *in
Fesculana præceptoria,* 27.*Ianu.*1563. *coram Rebusterio
& in Barchinon.Parochialis,* 7.*Iunij* 1610.*coram
R.P.D.Ortemberge.*

Quod autem sententia non iustificetur ex actis patet,
quia concedit immissionem DD. Bartholomæo,
& Dominico, perinde ac si q. Baldassar decessisset
39 intestatus, † Et nihilominus ex actis constat, quod
decessit testatus, quod facit cessare causam intestati
ad *l.quamdiu.ff.de acquirend.hæred. cum concordant.*
Adsunt enim octo testes, inter quos est
notarius, qui dicunt, prædictum Baldassarem coram
se congregatis ad effectum audiendo illius testamentum
instituisse hæredem D. Angelam vxorem
suam, nempe primus iuxta 16.interrogatorium,
& super 6.articulo: secundus iuxta 7.9.& 14.interrogatorium,
& super 5.& 8.articulis: tertius iuxta
7.14. & 18. interrogatorius, & super 6. articulo:
quartus iuxta 7. interrogatorium : quintus iuxta
7.9.& 13.interrogatorium: sextus iuxta 7. & super
8.articulo, qui fuit notarius vocatus ad scribendum
testamentum iuxta 8.interrogarium, octauus te-
40 stis iuxta 13. & 16. † per quam hæredis institutionem
perficitur testamentum *§.ante hæredis institutionem.inst.de
leg. §.in primis instit.de fideicomm.
hæred.l.proximè.ff.de iis quæ in testam.delentur.l.fi.ff.
de iure codicil.*

Non obstat, quod notarius timens, quod testamentum
esset imperfectum ex eo, quod Baldassar
propter vim morbi non posset integrè explicare
suam voluntatem, noluerit conficere scripturam
testamenti, vel illam coram testibus legere, &
41 publicare, † Quia etiam sine scriptis valet testamentum
*l.hac consultissima.§ per nuncupationem.C.
de testam.§.fin.inst.eod.tit.l.fin. C.de codic.l.*1.*versic.
institutum, ff.de hæred.instit.* etiam si interueniat no-
42 tarius, † quia non censetur adhibitus pro substantia,
sed pro faciliori probatione *Illustriss.Mant.de
coniect.vltim.volunt. lib.*2.*tit.*12.*nu.*1. bene *Honded.
post alios cons.*77.*num.*2. *lib.*1. & testator præsumitur
voluisse testari omni meliori modo quo potuit,
vt latè per *Ruin.*in his terminis *cons.*1.*num.*
43 21.*vol.*2.*num.*22.*circa med.*subdit, † quod iudicium
notarij in habendo testamento pro imperfecto
non nocet, quod etiam sensit *Rot.in causa Romana
hæreditatis, relata inter diuers. impress.decis.*173.
*num.*5.*ad fin.p.*2.

Sicut etiam non obstat, quod non fuerit lectum, &
publicatum testamentum coram testibus, iuxta
*not.per Castrens.in l.si is qui,num.*3.*ff de testam.* Quia
44 † *Castrens.*loquitur de scriptura, quæ ad testamentum
faciendum parabatur, vt patet ex *l.ex ea scriptura.ff.eodem,&
l.fideicommiss.in princip. ff de leg.*2.
quas ipse allegat, & ita respondit *Ruin.dict.cons.*1.
*num.*22.*ad fin.lib.*1. cum aliis per Honded. *consil.*
77.*num.*19.*&* 20. *lib.*1. Hic autem fuit deuentum
45 ad ipsum actum testandi. Præterea † illa conclusio
non procedit, quando agitur de probando testaméto
per testes, vt in hoc casu latè *Ruin.d.cons.*1.
*num.*1.

nu.11.& seq.lib.1.cum concordan.per Hended. consi. 77.n.17.& seq.lib.1.Rot. quæ etiam de communi restatur io dicta causa *Romana hæreditatis relata inter diuers.impress.decis.73.nu.15.p.2.*

Minus facit, quod testes non fuerint rogati, Quia contrarium visum fuit constare ex dictis eorumdem vt in summario D.Angelæ *num.5.* quorum duo deponunt de rogitu testium factoà notario
46 † qui duo testes sufficerent *Bald.& alij in l.comparationes.in 3.notab.C.de fid.instrum. Alex.consil.47. nu.3.lib.2.*cum aliis per *Illustriss.Mantic.d.lib.12.tit. 16.num.16. Surd.cons.414.nu.24.Crass.in §.testamentum qu.58.num.6.*& licet nonnulli alij testes ponderati per informantes pro Rusconibus dicant, Io noo sono mai stato pregato da Baldassar testatore,
47 † non per hoc excludent rogitum notarij, qui rogitus sufficit *Alexand.d.cons.47.nu.5.lib.2.Ias.in l.stiendum, nu.43.ff.de verb.oblig.Bero.cons.92.num. 10. lib.3. Surd.cons.414.nu.25. Crass. d.qu.58.num.5.*
48 † Vlterius illa verba, Io non sono stato pregato, possunt intelligi de proprio, & explicito rogitu, non autem excludunt rogationem largo modo, quæ quibuscumque verbis fieri potest, vt bene ad propositum *Corn.consi.7.num.2.lib.4.Surd.vbi sup. num.31.*

Non etiam constare visum fuit de imperfecta voluntate, iuxta *not.in.l.si quis cum testamentum, ff.de testament.* ex eo, quod testator volebat facere duo legata, vnum sorori moniali,& alterum Archiconfraternitati Suffragij, prout dicunt testes, quæ postea non fecit. Quia ad effectum, vt testamentum corruat ex hoc capite, requiritur, quod in
49 ipso actu † testandi appareat, quod testator voluerit aliquid plus proferre, & morbo, vel morte præuentus non potuerit, vt notant *Bart.& alij in d. l.si quis,latè Ruin.cons.15.nu.19.lib.2.* Nec sufficiunt tractatus præcedentes ipsi actui testandi, quia multoties testantes non retinent voluntatem, quam explicarunt in tractato, vt bene ad propositum *Cephal.cons.394.n.39. Menoch.cons.96.n.97.*
50 *lib.1.* † & est trita regula, quod multa tractantur, quæ postea non fiunt *l.si voluntate. Cod.de rescind. vend.Bald.in l.multum, nu.2.C.si quis alteri vel sibi, Alex.cons.13.nu.22.lib. 1.Dec. consi.488.nu.9. & 10.* Quinimmo nec sufficit probare, quòd in principio condendi testamentum testator dixerit se velle aliquid facere,quod postea non legatur in testa-
51 mento, † quia potuit dum conderet testamentum mutare voluntatem *l.si testamentum. Cod.de instit. & substit.Crauett.cons.147.n.6.Curt.Inn.cons.12.nu. 2.vers.tertio.lib.1.Menoch.cons.224.n.20.* In proposito autem casu, neque probatur voluntas legandi in ipso actu testandi,quia testes deponunt de tempore antequam testator deuenisset ad actum te-
52 standi, † immo quando adhuc non conuenerant omnes testes, nec minus probatur impedimentum in ipso actu,immo contrarium,quando quidem testes deponunt,quod post hæredis institutionem interrogatus, an vellet facere legata, non respondit,& quod postea nominauit executoré. Signum euidens, quod testator non destitit respondere ex eo, quod esset sibi impedita loquela, cum ex post
53 protulerit alia verba. Et pro hoc intellectu † faciunt communes conclusiones, quod voluntas præsumitur completa, & absoluta *Alex.consi.109. in fin.lib.7.Rot.decis.173.nu.1.& 6.p.1.*& quod testator noluerit aliud addere *Hended.post alios cons. 77.n.11.lib.1.* & quod dicenti contrarium incumbit onus plenè probandi, & per media, quæ concludant per necesse *Ruin.d.cons.15.n.19.lib.2.* Et licèt notarius dicat,quòd testator cœpit dicere, Bartholomeo mio Nepote,& quod sibi visum fuit te-
54 statorem habuisse animum aliud dicendi, † attamen in hoc est vnicus,cùm alij dicant se tale quid non audiuisse. Vnde nihil probat *c.venient ad nos, & c.licet vniuersis,de testam.l.iurisiurandi.C.eod.tit.* Præterea non sufficit probare, quod testator volebat aliud dicere, sed probari debet, quod aliud volebat addere testamento, cum posset velle di-
55 cere aliquid diuersum à materia testamenti, † maximè cum iam diuertisset ad nominationem executoris, quod indicat perfectionem testamenti, & sic probatio non concludit per necesse ad *Ruin.* vbi supra.

Minus facit,quod quantum ad institutionem hæredis aliqui ex testibus deponant testatorem dixisse: Volo facere hæredem vxorem meam,quæ verba, Volo facere, regulariter denotant voluntatem imperfectam ex allegatis, Quia conclusio non procedit
56 † quando ex circumstantiis apparet testatorem ex tunc habuisse animum disponendi *l.pamphilo, §. propositum,vbi scrib.ff.de legat.3.Bart.in l.fin.num.1. ff.de testam. Ruin.cons.1.num. 21.lib.2. Cenar.* qui de
57 communi *in c.cum tibi,n.4.de testam.* † Et in simili, quod verba, volo accipere in virum iunctis circumstantiis,importent matrimonium,fuit dictum in causa *Ferrarien. matrimonij, coram R. P. D. Ortembergo die 6.Februarij 1609.* Circumstantiæ autem in proposito casu hoc euidentissimè suadent, nempè conuocatio Notarij, & septem testium ad effectum testandi, dictum aliorum testium deponentium, quod Baldassar ex nunc intendebat testari, & quod notarius cæpit se rogare de testamento,& alia de quibus supra.

EPITOME.

Iudex, & executor, & similes quando dicantur esse certi de sua iurisdictione ad hoc vt valeat translatio pensionis, & alius actus coram eis gestus. ¶ Et an requiratur scientia qualitatum dictæ iurisdictionis. ¶ Et an ex registratione facultatum per notarium in actis præsumatur quod illas viderint,& secundum eas iudicauerint. ¶ Clausula actum quid significet. ¶ Institutio ao valeat de eo,qui fuerit factus hæres in codicillis,vel in schedula existente apud talem, vel qui nominabitur per aliquem. ¶ Transsumpta impressa quando fidem faciant absque subscriptione notarij,& sigillo personæ constitutæ in dignitate ecclesiastica. ¶ Bulla inserta in Bullario an probet. ¶ Translatio pensionis coram quibus possit fieri. ¶ Et an valeat quamuis non derogetur Concilio Lateranensi. ¶ Et an sufficiat derogatio generalis. ¶ Et an debeat produci reseruatio pensionis, vel sufficiat facultas transferendi. ¶ Clausula,litteris non expeditis, quid operetur. ¶ Contrarietas testium quo casu præiudicet. ¶ Defectus recognitionis quando opponatur. ¶ Et an possit quandocumque fieri. ¶ Gesta per procuratorem an sint valida ante acceptationem mandati. ¶ Milites S.Petri,& similes an habeant facultatem transferendi pensiones. ¶ Et an in ea comprehendatur pensio reseruata in Ecclesia Cathedrali. ¶ Translatio

pensionis an valeat per eum, qui fuit promotus ad Episcopatum, quamuis habeat illius retentionem, non obstante promotione.

SVMMARIVM.

1 *Iudex præsumitur vidisse facultates suæ iurisdictionis, & secundum tenorem eorum iudicasse, si appareat quod fuerint in actis registrata, nu. 2. & 3.*

4 *Clausula, Actum, an denotet, quod omnia sequentia sint diuersa, nu. 6.*

5 *Instrumentum non dicitur perfectum, nisi notarius apponat signum, & nomen.*

7 *Institutio valet de eo, qui fuerit factus hæres in codicillis vel de nominando per talem, vel in schedula existente apud aliquem.*

8 *In vna scriptura videtur contineri illud, quod adest in alia, ad quam refertur.*

9 *Iudex dicitur esse certus de iurisdictione, si illam sciat, quamuis ignoret modos, qualitates, & accessoria, & quid si priuilegia concedentia iurisdictionem sint notoria, nu. 12.*

10 *Executor non debet interponere aliquam causæ cognitionem.*

11 *Assertioni notarij non statur, si dicat se vidisse, & registrasse instrumentum.*

13 *Processus valet in notariis, quamuis de eis postea constet.*

14 *In materia executorum præbentium auctoritatem translationibus pensionum sufficit tantùm exhibere præsentiam.*

15 *Transumpta impressa fidem faciunt ad effectum validitatis translationis pensionis, vt ex illis dicatur Iudex certus de sua iurisdictione, quamuis de effectum probationis requireretur subscriptio notarij, & sigillum personæ constitutæ in dignitate ecclesiastica, num. 16.*

17 *Bulla inserta in Bullario non dicitur simplex copia, & executor potest illi fidem adhibere.*

18 *Translatio pensionis an possit fieri coram Canonico.*

19 *Ecclesia cathedralis est digna speciali nota.*

20 *Facultas transferendi pensiones comprehendit illas, quæ sunt impositæ super Ecclesiis Cathedralibus.*

21 *Translatio pensionis valet, quamuis non sit derogatum Concilio Lateranensi.*

22 *Derogatio generalis Conciliorum sufficit cum clausula, quorum tenores.*

23 *Expressum dicitur quod per relationem exprimitur.*

24 *Iudex non recipit iurisdictionem ex reseruatione pensionis, sed ex facultate transferendi, quæ sola erit producenda absque reseruatione, nu. 39.*

25 *In translatione pensionis proceditur per viam cassationis antiquæ, & creationis nouæ similis. Intellige vt numer. 26.*

27 *Clausula quod pensio possit transferri literis non expeditis quod operetur.*

28 *Præsentatio rescripti potest probari per testes.*

29 *Testes duo sufficiunt in quolibet negotio.*

30 *Contrarietas testium nihil diminuit de fide, quando non est in substantialibus.*

31 *Testis errans in tempore non nocet, si constat ex instrumento de tempore.*

32 *Translatio pensionis est inualida, si transferens fiat Episcopus, quamuis habeat facultatem illam retinendi in casu promotionis, nu. 33.*

34 *In odiosis omissum habetur pro omisso.*

35 *Instrumentum translationis non recognitum nihil probat.*

36 *Defectus recognitionis potest opponi in Curia, quamuis non fuerit prius oppositum,*

37 *Recognitio quandocumque potest fieri si talis exceptio non fuit deducta.*

38 *Milites S. Petri, & alij habentes facultatem transferendi pensionem possunt illas transferre etiam non ostensis priuilegiis.*

40 *De translatione pensionis remissiuè.*

41 *Iudex ignorans iurisdictionem nulliter agit. Idem in arbitro, executore, tutore, & procuratore, ac similibus.*

42 *Gesta per procuratorem an sint valida ante acceptationem.*

CAPVT DLI.

TRanslationem pensionis, de qua agebatur,
Dixi esse validam, Quia fuerunt exhibitæ,
facultates executori competentes, ex quibus ipse
potuit redditi certus de sua iurisdictione, Cum
enim appareat de illarum registratione in actis,
1 hoc solum sufficit ad hoc, vt dicatur † Iudicem
vidisse, & cognouisse, & secundum tenorem earumdem
facultatum iudicasse, prout in specie
notat *Rot. coram Cardin. Pamphilio Segobien. translationis pensionis*, 11. *Decembris* 1587. *in fin.* vbi formatur
conclusio quod non potest obiici Iudicem
non inspexisse facultatem sibi præsentatam,
quando ipsamet facultas inseritur in in-
2 strumento translationis, † Et quamuis sola auctoritas
Rotæ in hoc sufficeret, non considerato
quod opponitur in eadem decisione nihil fuisse
3 allegatum, Tamen hoc etiam in terminis † voluit
Franc. in cap. cum parati, 19. *col penultim. in fin. vers. eo enim ipso, num. 45. in fin. de appellat. post Abb. in cap. quoniam contra, nu. 11. in fin. column. 8. in princ. vers. & dic quod licet, de probation.* vbi quod est multum
notandum per *text. in cap. 1. de sentent. excommunic.*

Non obstat, quod registratio, & insertio dictarum
facultatum legatur facta post clausulam Actum,
4 & † sic post perfectam translationem, quasi per
d. clausulam denotetur, quod omnia sequentia
faciant diuersum actum, & instrumentum, Quia
sufficit subscriptionem notarij, & fidem de rogitu
fuisse post registrationem facultatum, tunc enim
dicitur actus perfectus, & non prius, cum notarius
apponit signum, & nomen, & facit fidem
de rogitu, nam sine istis requisitis instrumentum
5 non dicitur perfectum, † tanquam sint solemnitates
extrinsecæ, quæ de necessitate requiruntur
ad perfectionem instrumenti, vt latè per *Bertazol. in proœm. tract. de clausul. numero 12. 13. & 16. Paris. cons. 27. nu. 5. & 7. lib. 2. Bald. Castr. & alij in l. ad testium, §. si quis. de testam. Bart. in l. si quis ex argenta-*
6 *riis, §. si initium, nu. 28. de edend.* † & sic non potest
considerari aliqua diuersas instrumentorum, cum
potius adsit vnitas, & idem contextus, donec non
sit subsecutus rogitus cum aliis ex quibus dicitur
actus perfectus, quasi non sufficiat aliqua esse
obseruata ad cognoscendam perfectionem dispositionis,
si omnia non interuenerint *l. cum hi, §. si prætor, ff. de transact. Surd. cons. 282. num. 18. lib. 2.*
Maximè, quia in corpore instrumenti fit mentio
de literis facultatis transferendi cum die, & anno,
& de registratione inferius facienda, quod facit,
vt hu-

vt huiusmodi literæ dicantur virtualiter insertæ, & registratæ in corpore instrumenti argumento *l. asse*
7 *toto 77. ff. de haeredibus instituend.* vbi † valet institutio de eo, qui fuerit factus hæres in codicillis inferius faciendis, vel in schedula existente apud talem, vel denominando per aliquem, quasi in vna
8 scriptura videatur contineri illud † quod adest in alia, ad quam refertur *l. si ita scripsero, D. de condition. & demonstra. l. 1. C. de codicill. l. 1. C. de manumiss. testam.* latè *Cardin. Mantic.* qui d. casus hæredis refert *de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 3. num. 10. vsque ad 15. Diaz. reg. 309. Gabr. de testament. conclus. 12. post Bart. & alios in l. si ita scripsero, ff. de condit. & demonstr.* Et ita cessat dubitatio, quæ aliàs oriri posset an registratio, & insertio fuisset facta ex interuallo, & non de tempore translationis, in quibus terminis loquuntur, quæ in contrarium possent adduci.

Minus obstat, quod in instrumento translationis sint opposita verba ducatorum, seu scutorum, quæ tanquam alternatiua excludunt causæ cognitio-
9 nem, & certitudinem iurisdictionis, † Quia ad hunc effectum satis est, vt non ignoretur penitus iurisdictio, & principale fundamentum ipsius, cum respectu aliorum notitia non consideretur, putà qualitatum, modorum, & quantitatis, aut accessorij *Felin. in c. cum ex officij, 16. col. 14. ante fin. vers. excipio nunc tres casus, nu. 29. & ibi Bald. in fin. de praescript. post Ang. in l. 2. †. si iudex de iudic. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. ordin. nu. 167. in fin. Butr. Milius, & alij per Gabr. de execut. rei iudic. conclus. 3. nu. 11. & 16.* quos sequitur *Rota coram Card. Pamphilio Segobien. translationis pensionis, 11. Decemb. 1587.*
10 vbi † quod maximè hoc procedit, quia sumus in mero executore, qui non debet interponere aliquam causæ cognitionem *Butr. in cap. pastoralis, §. quia vero, n. 2. de offic. deleg. Gabr. de execut. rei iudic. conclus. 3. n. 10.*

Ex quibus non obstat *Ferret. cons. 85.* cum aliis allegatis in *decis. R. P. D. Manzanedi Carthaginens. trans-*
11 *lationis pensionis, 19. Iunij, 1606.* † Quia ibi constabat, quod literæ facultatis non fuerunt præsentatæ, quamuis per notarium, seu executorem assereretur illas vidisse, cum in istis assertioni illorum non stetur *Doctor. in auth. si quis in aliquo, Cod. de edend. Socin. cons. 231. aliàs 120. num. 1. lib. 1. Ferret. d. cons. 81. n. 3. Corn. cons. 143. videtur, col. 2. lib. 2.* Et latiùs dicitur *in dicta decisione*, quæ solum loquitur in istis terminis. Aliud est in casu nostro, in quo adest registratio facultatum in actis, ex qua sola existentia inducitur notitia absque alia probatione *Franc. in c. cum parati, 19. nu. 45. in fin. de appellat. cum aliis supra allegatis, n. 2.*

Maximè, quia sumus in priuilegiis concessis familiaribus Sanctissimi notoriis in Curia, & typis impressis, ac publicatis quorum notitia habebatur per executores cum omnibus facultatibus in eis con-
12 rentis. † ita vt ex hoc dicantur certi de eorum iurisdictione, & possint illis habere fidem, absque eo quod de nullitate translationis valeat opponi *Rot. in d. decis. Card. Pamphil. Segobien. translationis*
13 *pensionis, 11. Decembr. 1587.* cum † etiam stante ista notorietate valeat processus in similibus causis, si postea de notorio constet *Afflict. decis. 178. num. 7. in fin. Ias. cons. 86. col. 7. libr. 3. Gabr. de execut. rei iudic. conclus. 3. n. 12.*

Quibus adde, quod in huiusmodi materia executorum præbentium auctoritatem translationibus
14 pensionum † sufficit tantùm exhibere præsentiam intelligendo, id quod agitur *Nauar. cons. 11. nu. 3. de iniur. & damn. dat. lib. 5.*

Nec facit, quod non fuerint exhibitæ literæ originales, Quia satis est fuisse producta earum transum-
15 pta impressa, † quæ fidem faciunt ad istum effectum validitatis translationis pensionis, tanquam sit actus extraiudicialis, cum satis ex illis dicatur Iudex certus de sua iurisdictione, quidquid aliàs in iudicio parte opponente ad effectum concludentis probationis requireretur subscriptio nota-
16 rij, † & sigillum alicuius personæ, in Ecclesiastica dignitate constitutæ, prout in specie distinguit *Rot. coram R. P. D. Orano Lucana pensionis, 17. Februarij 1592.* vbi etiam affertur simile de literis insertis in processu fulminato, quæ non sunt in forma probanti *Put. decis. 146. lib. 3. Achil. decis. 2. de offic. delegat. & decis. 7. de pension.* Cùm etiam ista priuilegia concessa Conclauistis sint notoria in Curia, & stante impressione, & insertione in Bullario non potest dici, quod simus in simplici
17 copia, † Ita vt potuerit executor fidem adhibere simili copiæ impressæ *Achil. d. decis. 2. de offic. delegat.* Quæ omnia etiam comprobat *Rot. coram Card. Millino. Bononien. translationis pensionis, 20. Iunij 1602.* vbi etiam quod valebit translatio, quamuis esset facta coram Canonico Ecclesiæ
18 Sanctæ Mariæ in Transtyberim, † cum in priuilegio concesso Conclauistis per felic. recordat. Sixtum V. ista facultas tribuatur quibuscumque locorum Ordinariis, vel Canonicis Metropolitanis, vel aliarum Ecclesiarum, vt in simili translatione resoluit *Rot. coram Card. Pamphilio. Adrien. pensionis, 20. Octobris 1593.* Quidquid aliàs non possent fieri coram Canonico Ecclesiæ Collegiatæ, qui non potest dici constitutus in ecclesiastica dignitate, si ista qualitas requireretur in facultatibus *Garz. de benefic. p. 1. c. 5. n. 144. & 145. iuxta c. statutum, de rescript. in 6. Felin. in c. pastoralis, n. 12. de rescript. Caputaq. decis. 257. p. 1.* qui loquuntur de Canonico Ecclesiæ Cathedralis, qui dicitur in dignitate constitutus, *vt in d. c. statutum.*

Amplius prædictæ facultates transferendi pensiones comprehendent etiam illas, quæ sunt impositæ su-
19 per Ecclesiis Cathedralibus, † quæ licèt sint speciali nota dignæ *cap. 2. & c. dilectus, de concess. praebend. c. quamuis, il 1. de probat.* Tamen in priuilegio concesso Conclauistis datur ei facultas transferendi quascumque pensiones super quibuscumque fructibus quorumcumque beneficiorum Ec-
20 clesiasticorum, † & ideò propter ista verba vniuersalia venient etiam pensiones impositæ super Ecclesiis Cathedralibus, vt in specie latè fuit conclusum *coram felic. recordat. Clem. VIII. Ciuitaten. pensionis, 14. Aprilis 1578 & coram Cardin. Millino.*
21 *Bonon. translationis pensionis, 20. Iunij 1602.* † vbi etiam concluditur, quod valebit translatio, quamuis non fuerit derogatum Concilio Lateranensi, cum sufficiat derogatio facta in prima reseruatione pensionis *Crescent. decis. 238. Anton. August. de translat. pension. §. 6.* Nulla habita consideratione, quod eodem tempore fuerit reseruata pensio, & concessa facultas transferendi, quia non debet attendi istud tempus, cum satis sit, vt pensio sit eadem, & quod non inducat nouum grauamen Ecclesiæ, & sufficiat vnica derogatio, vt

in d.Bononi. tranſlationis penſionis coram Car. Melli-
22 *ano*, 10.*Iunij* 1602. & dictum eſt *ſup.c.*397. † Cum
etiam ſi derogatio eſſet neceſſaria tamen ſuffi-
ceret generalis Conciliorum cum clauſula, quo-
rum tenores, vt in derogatione quo ad decimas
voluit *Rot.coram R.P.D.Orano Conchin.exemptionis
decimarum*, 17.*May de ann.*1589.

Immò neque etiam obſtaret, quod non fuerint pro-
ductæ literæ reſeruationis penſionis, Quia ſuffi-
ceret, quod in facultate transferendi habeatur
relatio ad reſeruationem penſionis ſub data diei,
23 & anni, † tanquàm dicatur expreſſum quod per
relationem exprimitur *l. ait prætor*, §.1. *vbi Bart.
& Rip. ff.de re iudicat. Bald. in l. ſi ita ſcripſero, ff.
de condit. & demonſtr. Imol. in l.aſſe toto, ff de he-
redib.inſtituend. cum aliis per Tiraqu. de legib. con-*
24 *nubialibus, gloſ.*7.*numer.*182.*fol.*350. † Cum etiam
Iudex non recipiat iuriſdictionem ex reſeruatio-
ne penſionis, ſed ſolùm ex facultate transferen-
di, vnde producenda erit tantummodo facultas
illa, ſuper quo fundatur iuriſdictio vt in propo-
ſito concludit *Rot.coram Card.Pamphilio.Segobien.
translationis penſionis* 11. *Decembris* 1587. *iuxta
Put.deciſ.*246.*lib.*3. *Galleſ.de oblig.camer.tit.de pro-
ceſſu,num.*5.

Prout etiam nihil obeſt, quod Iudex, & executor in
tranſlatione penſionis procedat per viam caſſatio-
25 nis antiquæ, † & creationis nouæ ſimilis *Gig. de
penſion.q.*88.*n* 8. *Mohedan.dec.*83. Vnde niſi oſten-
datur antiqua non poteſt dici, quod adſit certitu-
do an noua penſio, quæ creatur, ſit ſimilis antiquæ,
& ſic Iudex non eſt certus de ſua iuriſdictione,
prout debet eſſe *c.ſuper eo.il t.de appella.Creſcen.de-
ciſ.*198.*lib.*1.*Put.deciſ.*246.*lib.*3.Quia hoc non reſpi-
cit fundamentum iuriſdictionis Iudicis, tanquam
ignorantia iſtius qualitatis non impediat illius iu-
riſdictionem, vt dictum eſt *ſupr.verſ.minus obſtat,*
26 *nu.*9. † Cum etiam ſufficiat, quod in creatione no-
uæ penſionis reſeruetur penſio ſimilis antiquæ,
abſque eo quod exprimatur qualitas illius, quaſi
per relationem ad antiquam dicatur facta expreſ-
ſio, abſque eo, quod diſcutiatur quanta, & qualis
ſit antiqua, vt in propoſito concludit *Rot.coram
Card. Pamphilio Segobien.tranſlationis penſionis*, 11.
27 *Decembris* 1587. † vbi etiam quod non obſtabit quod
literæ non ſint expeditæ, ſtante clauſula, quod pen-
ſio poſſit transferri, etiam literis non expeditis, ex
qua clauſula tollitur quoque, quod ſupplicatio
non fuerit ſubſcripta à Notario Cancellariæ, quia
ſubſcriptio, quæ tantum ponitur ad effectum, vt
expeditiones ſint certæ de conſenſu, non requiri-
tur, quando non eſt neceſſaria expeditio litera-
rum, & de iſta clauſula literis non expeditis me-
minit etiam *Garz.de benefic.p.*6.*c.*2.*n.*13.

Et ita ex prædictis fuit concluſum pro validitate
tranſlationis penſionis *in huiuſmodi cauſa Romana
translationis penſionis coram R.P.D.Pamphilio* 1.Iu-
nij 1616. Et cum iterum opponeretur circa præſen-
tationem facultatis non ſtari aſſertioni notarij iux-
tà *Ferrer.conſ.*83.*nu.*3. Fuit reſponſum, quod vltra
d. aſſertionem adeſt etiam regiſtratio literarum,
qua ſtante inducitur notitia abſque alia proba-
tione, vt dictum eſt *ſupr.verſ.ex quibus, nu.*11. Cum
etiam ad maiorem cautelam fuerint examinati te-
ſtes, qui deponunt, quod literæ facultatis transfe-
rendi, & etiam litteræ reſeruationis penſionis fue-
runt exhibitæ coram executore, eique oſtenſæ,
28 † quæ præſentatio reſcripti poteſt probari per te-
ſtes *Felin.in cap.quoniam contra, num.*55.*de reſcript.*
Et quamuis aliqui ex teſtibus videantur eſſe diſcor-
29 des circa diem tranſlationis, † Tamen ſufficit, quod
duo concordent *l. vbi numerus, de teſtibus, c.in
omni, eod.tit.* Maximè, quia certum tempus non
eſt de ſubſtantia tranſlationis penſionis, & ſatis eſt
quod teſtes concordent in ſubſtantialibus, vide-
30 licet in exhibitione, & lectura literarum, † Vnde
in aliis contrarietas teſtium nihil diminuit de fide
*Bart.in l.eos, col.*2.*ff.de falſ.poſt Gloſ.in c.dudum, in
verb.ſubſtantia, de conuerſ.coniugat. & in c.cum ec-
cleſia, in verb. vacillaſſe, de cauſ.poſſeſſ. & propriet.
Alex.conſ.*47.*num.*5.*lib.*2.*& conſ.*156.*num.*14. *lib.*5.
*Ruin.conſ.*36.*n.*2. *lib.*4.*Gramat.deciſ.*103.*nu.*143.*cum
ſeq. Abb.Butr.& alij in c.nihil obſtat, de verbor.ſig-
nific. Decian.conſ.*163.*in cauſa matrimoniali, col.*6.
*num.*9. *Gabriel. de crimin.concluſ.*4.*num.*10. *Rot.co-
ram Cardin.Pamphilio Montis Faliſci fideicommiſſi,*
31 12.*Maij* 1603. Præſertim, † quia conſtat ex in-
ſtrumento tranſlationis, quo tempore illa fuerit
facta, quo caſu ſi teſtes errent in tempore, non
nocet *Anchar.conſ.*361.*num.*4.*col.penult. ante med.
verſ.non obſtat variatio.per text.in l.ſi ita ſcripſero. ff.
de condit.& demonſtrat.*

Obſeruandum eſt tamen in huiuſmodi materia
translationis penſionis, quod translatio erit in-
32 ualida, † ſi poſtquam fuit alicui reſeruata, ſit pro-
motus ad Epiſcopatum, cum per talem promo-
tionem penſio vacauerit *Abb.in c.cum in cunctis, §.
cum vero, de elect. Gig.de penſion.q.*56.*nu.*2.*ad fi.Rot.*
33 *diuerſ.deciſ.*133.*nu.*1.*p.*1. Quod procedit, † quam-
uis in reſeruatione penſionis fuerit conceſſa re-
tentio illius etiam in caſu promotionis ad Epi-
ſcopatum, cum opus ſit, vt in retentione appona-
tur qualitas facultatis transferendi, alioquin non
poterit transferri, licèt poſſet retineri, nonobſtan-
te, quod promoueretur ad Epiſcopatum *Caputaq.
deciſ.*315.*&* 322.*p.*2.*Rot.coram R.P.D. Manzanedo.
Carthaginen.tranſlationis penſionis,*19.*Iunij* 1606.Fa-
cultas enim transferendi eſt odioſa, vnde erat ſpe-
34 cialiter exprimenda, † cum in odioſis omiſſum
habeatur pro omiſſo *l.commodiſſimè, de liber.& po-
ſthum.c.odia, de reg.iur.in* 6.

Notandum eſt etiam, quod inſtrumentum tranſla-
tionis non habentes recognitionem nihil probat,
35 cum † illa deficiente remaneat ſcriptura priuata,
quæ nullam fidem facit *cap.*2.*de fid.inſtrument.Ol-
drad.conſ.*1.*nu.*3.quod procedit, quamuis non fue-
36 rit oppoſitum, cum etiam defectus recognitionis
iurium poſſit opponi in Curia *Rot.coram Car.Pale-
otto Cremonen.prioratus*, 30.*Octobris* 1601. *& coram
R.P.D. Manzanedo Carthaginen.tranſlationis pen-*
37 *ſionis*, 19. *Iuny* 1606. Poterit † tamen recognitio
quandocumque fieri, ſi talis exceptio recognitio-
nis non fuerit deducta *Aym.conſ.*150.*nu.*2.*Caputaq.
deciſ.*5.*n.*5.*p.*3.*Rot.coram R.P.D.Veroſpio, Romana
ſocietatis fundati,*30.*Ianuar.*1617.*ad fin.*

Addendum etiam, quod Milites S.Petri, S.Pauli, Pij,
& Lauretani, & alij habentes facultatem vigore
38 † ſuorum priuilegiorum transferendi penſiones
coram notario, & teſtibus poſſunt illas transfer-
re etiam non oſtenſis priuilegiis *Pariſ.de renuncia-
tion.benefic.libro* 6.*quaſt.*4.*num.*40.*&* 41.*Put.Man-
doſ.& alij per Garzi de beneficiis,p.*6.*capit.*2.*num.*15.
39 † vbi etiam quod neque erit neceſſarium illis o-
ſtendere reſeruationes penſionum, cum tranſlatio

non

non fiat vigore istarum reseruationum, sed suorum priuilegiorum, Quamuis ista priuilegia sint reuocata, vt in constitutione Pij V. 71. præterquam Lanteranis, & Conclauistis, vt per *Garz. de benefic. p.1. cap.5 num.353. & 354.* Et multa circa huiusmo-
41 di translationes † *Garz. d.c.5.p.6.nu.11. vsque ad 19.* vbi adducit quamplures decisiones circa requisita in similibus translationibus & præsertim circa executores quando debeant esse certi de sua iurisdictione, quæ tamen sunt intelligenda iuxta ea quæ supra dicta sunt, non autem ita simpliciter, prout
45 per eundem dicitur, † Et quod Iudex procedat nulliter quando ignorat fundamentum suæ iurisdictionis latè *Mandos. regul.31. qu.1. nu.3. vsque ad 10.* vbi ampliat ad Delegatum, Executorem Apostolicum, Arbitrum, Procuratorem, Tutorem, & similes, qui non possunt exercere ante exceptio-
43 nem literatum. † Quamuis illud de procuratore non sit ita simpliciter admittendum, cum gesta per eum sint valida etiam ante acceptationem mandati *Din. cons.18. Curt. Iun. cons.63. col.1. in fin. Boer. decis.274. num.2. Bald. in l. falsus, col.9. vers. circa tertium, C. de furt. Felin. in c. suscitatus, 13. num.15. de rescript.* vbi quod ita de stilo seruatur *Neuiz. cons.35. num.18.* & talem esse communem obseruantiam dicit *Mandos. d. regul.31. qu.1. nu.7. Alexand. consi.14. colum. vltim. vers. præterea vt dicit. numer.35. ad med. libro 5.* vbi intelligit, quando in mandato non est data certa forma ad actum, tunc enim ante receptionem literatum, seu mandati poterit procurator illum actum facere, & valebit actus, si tanquam procurator illum faciat, & ita sustinetur opinio *Din. d. consi.18.* prout etiam declarat *Bald. in d. l. falsus, col.6. vers. circa tertium, Cod. de furt.* Cum etiam satis sit, quod procurator per literas, vel nuncium domini sit certioratus de mandato, quamuis instrumentum mandati ad eum non peruenerit *Bart. cons.73. quæritur vtrum procurator constitutus lib.1.* per notata *in l. consensu, in princ. ff. de action. & oblig.* Amplius etiam admissa opinione illorum, qui volunt, quod procurator non possit exercere actum procuratoris ante receptum instrumentum mandati, Tamen intelligitur vbi procurator habet contradictorem, qui petit sibi doceri de mandato, sed in actu gesto inter consentientes, non datur talis nullitas actus, ideo valebit, nam constitutio facta in absentia statim facit eum procuratorem *l.1. §. dari, ff. de procur.* & ita in specie declarat *Bald. in d. l.1. in princ.* & sequitur *Alex. consi.146. in fin. vers. plus dixit, lib.5.*

EPITOME.

Alimenta an sint præstanda fratri per Clericum de redditibus Ecclesiasticis. ¶ Et quando in hoc recurratur ad arbitrium Iudicis. ¶ Patronus quo casu debeat ali ab Ecclesia. ¶ Et quomodo per eum sit probanda descendentia à primo fundatore. ¶ Et an sufficiat, quod sit in quasi possessione recipiendi candelam, quam idem fundator mandauit dari patrono in die Purificationis. ¶ Paupertas an debeat esse magna in materia alimentorum, vel sufficiat, vt alendus non habeat quantum indiget pro condecentia sui status. ¶ Rector si non potest vacare curæ animarum, & deputetur Vicarius an sit detrahenda prius portio de redditibus ecclesiasticis pro alimentis Vicarij, quamuis illud, quod superest non sufficiat pro Rectore, ¶ Monasterium quando teneatur alere monachum. ¶ Vnicus actus an constituat aliquem in possessione. ¶ Iurisdictio existens apud plures insolidum quando debeat exerceri alternis annis. ¶ Et quid in præsentatione, & præstatione candelæ dandæ a patrono iuxta mandatum fundatoris, quando sunt plures hæredes patroni. ¶ Pater quo casu debeat præstare alimenta filio seorsum habitanti. ¶ Dos data filiofamilias an acquiratur patri tanquam aduentitia, quo ad vsumfructum, filio autem quod ad proprietatem. ¶ Et quamdiu filius est in potestate an ad patrem pertineat onus alendi. ¶ Pater an compellatur consignare dotem filio seorsum habitanti absque eius voluntate, vel possit illam administrare, & sibi acquirere, præstando alimenta eidem filio cum sua familia.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an teneatur præstare alimenta fratri laico de redditibus ecclesiasticis.*
2 *Non debet quis coarctare sibi victum, vt alterum alat, neque negotiari, & num. 3.*
4 *Alimenta sunt præstanda arbitrio Iudicis. Intellige vt nu. 5. & 7.*
6 *Qualitas non potest cognosci, nisi prius constet de subiecto.*
8 *Iudex debet arbitrari secundum consuetudinem loci, qua alimenta sint præstanda ei, qui alium tenetur alere.*
9 *Testis vnicus probat contra producentem.*
10 *Paupertas est præcisè probanda, vt sit locus præstationis alimentorum.*
11 *Patronus non potest prætendere alimenta ab Ecclesia, nisi supersint fructus pro necessitatibus illius, & numero 14.*
12 *Ecclesia debet alere patronum cum sua familia, & filiis, iuxta statum eius condecentem, quamuis etiam dos esset amissa, nu.13.*
15 *Rector si non potest vacare curæ animarum, & deputetur Vicarius, est detrahenda prius portio de redditibus Ecclesiasticis pro alimentis Vicarij, quamuis illud quod superest non sufficiat pro rectore. Declara vt num. 16.*
17 *Patronus non debet ali ab Ecclesia, si habet fratrem, vel alium à quo possit petere alimenta, & nu.19.*
18 *Pauper non potest quis dici, quando adsunt alij, ad quos pertinet onus alendi.*
20 *Religiosus dicitur Eques Hierosolymitanus.*
21 *Monasterium tenetur alere Monachum.*
22 *Qui altari seruit, de altare debet viuere.*
23 *Monachus omnia acquirit monasterio, quod priuabitur bonis per eum acquisitis, si illum non alat.*
25 *Episcopus transfert monachum ad aliud monasterium si non alatur per Abbatem, & quando excusetur, numer.25.*
26 *Paupertas non debet esse magna ad hoc, vt patronus alatur ab Ecclesia, sed sufficit, vt non habeat quantum consideratur condecentia status illius.*
27 *Patronus excluditur ab alimentis, si habeat redditum ducatorum 360. sibi reseruatum in renunciatione facta fratri, dummodo possessionem sit adeptus.*
28 *Vnicus actus receptionis sufficit, vt quis dicatur esse in quasi possessione.*
29 *Status existentis in possessione alicuius redditus præsumitur perseuerare.*

30 Discussio bonorum est melior modus inter cæteres probandi paupertatem.

31 Patronus debet probare descendentiam à primo fundatore vt possit consequi alimenta ab Ecclesia, & illa dicetur probata, si esset in possessione recipiendi candelam in die Purificationis, iuxta mandatum fundatoris.

32 De more recipiendi candelam per patronum remissiuè.

33 Iuspatronatus transit ad omnes heredes insolidum, & non venit in diuisione bonorum.

34 Suffragia tot sunt, quot capita patronorum.

35 Præstatio candelæ fit alternis annis quando sunt plures heredes, si Ecclesia tenetur dare vnicam candelam patrono.

36 Præsentatio quando sit facienda alternis annis. Et quid in vsufructu, nu. 39.

38 Iurisdictio existens apud plures insolidum debet exerceri alternis annis. Et quid in similibus dispositionibus, numer. 39.

40 Vicissitudo imperitandi qua sit.

41 Pater non tenetur præstare alimenta filio seorsum habitanti. Contrarium, num. 43. Sed prima opinio est verior, nu. 44. Intellige vt nu. 45. & 46.

42 Alimenta sunt præstanda in domo præstare debentis.

47 Filius tenetur probare causam, ob quam non possit morari cum patre, si vult alimenta extra domum.

48 Dos data filiofamilias tanquam aduentitia acquiritur patri quo ad vsumfructum, filio autem quo ad proprietatem, & quamdiu filius est in potestate ad patrem pertinet onus alendi.

49 Pater non tenetur dotem consignare filio seorsum habitanti absque eius voluntate, sed ipsam administrat, & sibi acquirit, quamuis debeat præstare alimenta filio, & familiæ suæ.

CAPVT DLII.

NOn opus est quærere in casu proposito an
Clericus teneatur præstare fratri laico ali-
5 menta de redditibus Ecclesiasticis † iuxta opinio-
nem *Doctorum in cap. peruenit, vbi Abb. num. 1. Imol.*
in princ. Butr. nu. 1. de arbitr. Alex. in l. 1. nu. 24. vbi
Ias. num. 29. & 30. Rip. num. 33. ff. solut. matrimon. cum
aliis per *Surd. de alim. tit. 1. quæst. 25. num. 11. 13. & 14.*
Quia ex deductis, in facto colligitur, non esse lo-
cum prætensæ præstationi alimentorum, cum præ-
supponantur non adesse redditus, nisi in summa
scutorum centum quinquaginta, & minus, qui
non sufficiunt pro Canonico sene, & infirmo, à
quo petuntur alimenta, Nemo enim tenetur alie-
nam salutem propriæ præferre, & quilibet debet
prius sibi prouidere, quàm aliis, iuxta illud Euan-
2 gelij, *Ne forte non sufficiat nobis, & vobis,* † Ita vt ne-
que aliquis teneatur coarctare, sibi victum, vt al-
terum alat *l. si quis à liberis, §. fi. de liber. agnos. l. 2. C.*
de alend. liber. Natt. cons. 387. n. 8. & multa in propo-
11 sito adducit *Surd. de alim. tit. 7. qua 8. per tot.* † vbi
etiam *num. 1.* quod neque tenetur negotiari, cum
satis sit non adesse redditus sufficientes iuxta *cons.*
Alciat. 243. num. 3. argumento, l. nec emere, C. de iur.
deliber.
Neque obstat, quod alimenta sunt præstanda arbi-
4 trio Iudicis *Aym. cons. 189. in princ.* † Quia procedit
quando constat esse locum præstationi alimento-
rum, prius enim debet apparere de existentia a-
ctus, cum non possit tractari de modo alimentan-
di, seu succedendi, nisi prius probetur adesse ca-
5 sum præstationis alimentorum, † & successionis
Dec. cons. 508. consului, nu. 4. in fin. Surd. cons. 150. n.
80. & 81. Cum non possit cognosci qualitas seu
6 accidens, nisi prius constito de subiecto, † & sub-
stantia negotij *Bald. in l. 1. de bonor. possess. secund.*
Rum. cons. 218. nu. 4. lib. 1. & sic arbitrium Iudicis
non intrat, nisi circa quantitatem, & qualitatem
7 alimentorum præstandorum, † postquam apparue-
rit illa esse decernenda. *Menoch. de arbit. cas. 169.*
Roland. cons. 22. nu. 21. & 22. lib. 1.
Et quidem nullus diceret, quod senex ætatis anno-
rum 64. infirmus, & Canonicus in Vrbe possit vi-
uere cum reddito, de quo agimus, & ex eo subdu-
cere alimenta pro fratre procuratore, & apto ad
negotiandum, & quærendum sibi victum ex suo
exercitio, cum vnusquisque sciat, quàm magnæ sint
expensæ, tam circa pensiones domus, quàm fami-
8 liæ, & similia necessaria in Vrbe, † secundum cu-
ius consuetudinem Iudex etiam debet arbitrari,
quæ alimenta sint præstanda Canonico antequam
illa alteri decernat *Anchar. cons. 183. in fin. Franch.*
de March. qu. 118. nu. 2. v. 2. Aym cons. 189. in fin.
Maximè, quia ex testibus exaduerso examinatis con-
stat potius de diuitiis, quàm de paupertate peten-
tis alimenta, vt probat primus testis iuxta octa-
uum, dum deponit habuisse in dotem multas pos-
9 sessiones vineatas & arboratas, & seminatas, † cui
testi standum est tanquam producto & reprodu-
cto à parte, quamuis sit vnicus *Ias. in l. admonendi,*
col. 46. de iur. iur. Gabr. de testibus, conclus. 1. vers. con-
trarium tenet. Cum etiam paupertas ad effectum
alimentandi esset præcisè, & concludenter pro-
10 banda tanquam causa agendi, † ita vt illa non
probata non sit locus præstationi alimentorum
Surd. de alim. tit. 1. q. 25. n. 7. post *Glos. in l. si verò, §.*
qui pro rei qualitate, ff. qui satisd. cogant. Natt. consil.
344 *num. 3. Becc. consi. 105. num. 28.* Et ita crederem
ex prædictis iudicandum esse absque vlla hæsita-
tione, prout iudicatum fuit reuocando duas sen-
tentias latas contra Canonicum, quæ verè non po-
terant de iure subsistere, cum non adsit aliqua ra-
tio, ob quam possent confirmari, prout etiam po-
stea pars acquieuit.
Idem ex prædictis concludendum est in alio dubio
proposito de Patrono, qui non potest prætendere
11 alimenta ab Ecclesia, † nisi quando superest de
fructibus ipsius Ecclesiæ deductis alimentis Cu-
rati, seu Rectoris, ac aliis necessariis pro ministris,
& seruitio Ecclesiastico, & cultu diuino, ac salariis,
reparationibus, & instaurationibus, vasis, ac cæte-
ris rebus, quæ sunt necessaria Ecclesiæ, cum sem-
per militet in hoc casu ratio illa supra adducta in
patre, matre, fratre, ac similibus, quorum salus
& necessitas est præferenda alienæ indulgentiæ,
12 Quamuis enim Ecclesia teneatur alere patronum
vergentem ad inopiam, & illi succurrere vnà cum
sua familia, & filus quando non habet quantum
sufficit ad statum eius condecentem *c. quicum-*
que, 16. qu. 7. c. nobis, de iur. patronat. Cittadin. eod. tit.
art. 4. n. 157. & 158. p. 6. Surd. de alim. tit. 7. qu. 32.
nu. 29. & 30. & tit. 1. qu. 54. per tot. Cordub. in l. si
quis à liberis, §. solent, num. 28. de liber. agnoscend.
13 † Quamuis etiam dos data per patronum Ec-
clesiæ esset perempta *Bald. in l. 1. num. 10. Cod. de*
iur. emphyteut. Surd. de alim. tit. 1. qu. 54. nu. 9. & tit.
7. q. 34. in princ.
Nihilominus non sufficit probatio istius egestatis,
† & ver-

14 & vergentiæ ad inopiam, nisi etiam probetur,
quod redditus supersunt Ecclesiæ deductis neces-
sariis sopra narratis *c.ita nos, 25. qu.2. in fin. Glos.in*
c.quicumque, in verb. ad inopiam, 16. q.6. Bart.in l.
si quis à liberis, §.de alimentis, & ibi Cordubens.in
§.solent, num.22. cum seq. ff.de liber.agnoscend. Salic.
in l.dolo, num...C.de liber.caus. Roland.cons.5.num.
33.lib.3. Abb.in cap.nobis, num.6.& ibi Butr. numer.
22.de iur.patron. Cassador.decis.3.num.2.eod.tit. cum
alijs per *Rot.coram R.P.D. Manzanedo Neapoli-*
tana alimentorum, 31.Maij, 1606. & in eadem cau-
sa coram R.P.D. Pirouano, 11.Ianuarij, 1616. Surd.
de alim.tit.7.qu.32.num.1.cum seq. Lambertin.de iur.
patronat. lib.3.art.2. qu.3. princ.num.2. Cittadin.
eod.tract.6.part.4.num.3.& 5. Rot.eod.tit. in verb. &
vtile, nu.1.& 2.

Et ideò consideratur ista indigentia ministrorum
Ecclesiæ, & cultus diuini, vt si Rector non possit
15 vacare curæ animarum, † & deputetur Vicarius,
sit detrahenda prius portio de redditibus Eccle-
siasticis pro alimentis Vicarij, quamuis illud, quod
superest non sufficiat pro Rectore, cum sit magis
tolerabile, vt egeat Rector, quam Vicarius, qui cu-
ram exercet *Card.in c.exposuit, in 3.notab. vbi Hen-*
ric. Boic. in fi.de præbend. Rebuf.de benefic.congr.por-
tion.n.103.in fin.tom.15.p.2.fol.245.Surd.de alim.titul.
16 *7.qu.32.nu.4.& 5.* † vbi tamen intelligit, vt subue-
niat in quantum potest *Cittadin. de iur.patron.p.6.*
art.4 nu.61.q.5.

Probatis tamen redditibus sufficientibus Ecclesiæ,
non satis esset patrono probare paupertatem ad
17 hoc, vt habeat alimenta ab Ecclesia, † si haberet
alium à quo posset ali, putà fratrem, tunc enim ab
eo esset alendus, & non ab Ecclesia *Glos.in l.qui fi-*
lium, in verb.hac aliter, ff.vbi pupill.educ.deb. Cin.in
c.2.n.2.vbi Alber.n.1.C.de alend.liber. Surd.de alim.
18 *tit.1.qu.25.in princ. & qu.54.num.16.eod.tit.* † Cùm
non possit quis dici pauper, quando adsunt alij, ad
quos pertinet onus alendi *Bart. in l.si quis à liberis,*
§.item rescriptum, ff.de liber.agnoscend. Et in specie in
19 patrono habente fratrem diuitem † voluit *Rot.co-*
ram R.P.D.Manzanedo Neapolitana alimentorum,
31.Maij 1606.& in eadem causa coram R.P.D.Pi-
rouano, 11.Ianuarij 1616. vbi etiam extenditur ad
Patronum Equitem Religionis Hierosolymita-
20 næ, qui ab ea erit alendus, non ab Ecclesia, † Nam
talis dicitur verè religiosus tanquam emittat tria
vota substantialia *Mohaden.decis.10.de caus.possess.*
& propriet. Rot.diuers.decis.436.num.2.p.3.lib.2. dixi
21 *supra c.457.* † Vnde Religio, quæ illum recepit, te-
nebitur eum alere *Castrens.cons.76.n.1.li.1. Surd.de*
22 *alim tit.1.qu.75.nu.1. & tit.9.qu.27.nu.10.* † Mona-
chus enim seruit altari, & de altari debet viuere
cap.cum secundum, de præbend. Cùm etiam quid-
23 quid acquirit sit ipsius Monasterij † *cap. cum olim,*
de priuileg. Ita vt si denegentur ei alimenta per Ab-
batem, priuetur tunc Monasterium bonis per
Monachum acquisitis *Glos.in c.1. in verb. languidis*
24 *de infantib.& languid.exposit.* † & Episcopus trans-
feret Monachum ad aliud Monasterium *Speculat.*
de stat. monachor. §.fin.nu.30. Surd. de alim.tit.1.qu.
75.nu.3.& 4. vbi tamen quod excusaretur, si non
25 posset Abbas ei ministrare necessaria † propter
inopiam Monasterij *Bald.in l.1. §.sed scimus, in fin.*
C.de latin.libert.tollend.

Paupertas autem in hac materia erit sufficienter pro-
bata respectiuè ad conditionem nobilitatis per-
sonæ, quia in hac specie probationum non atten-
26 ditur summa egestas, † Nam quamuis al.qui con-
trarium sentiant, & velint esse instantem necessi-
tatem *Glos.in c.quicumque, 16. qu.7. per text.in c.ita*
nos, in fin.25 q.2. Tamen verior est opinio, quod sa-
tis sit, vt patronus incipiat vergere ad pauperta-
tem, vel non habeat quantum sufficit ad conde-
centem eius statum, vt dictum est *supr.vers.ideo ex*
prædictis, n.12. & ita etiam seruat *Rot.coram R.P.D.*
Penia Regien.Prioratus, Iulij, 1596.& 19.Iunij, 1598.
& coram R.P.D.Pirouano Neapolitan.alimentorum,
11.Ianuar.1616. vers.paupertas autem, Couar.lib.2.
var.resolut.c.6.nu.8. Menoch.de arbitr.cas.65.nu.9.
Surd.de alim.tit.7.qu.32.n.29 Cittadin.de iur.patron.
p.6.art.4.nu.158.

Dicetur autem satis succursum inopiæ patroni ad ex-
cludendum illum ab alimentis si probetur certa
quantitas annorum redditaum in summa duca-
27 torum 360. † eidem assignata in renunciatione
bonorum facta fratri, cuius possessionem sit ade-
ptus per exactionem, & visum *c.querelam, de electio-*
nib. Anchar.in c.sine possession. n.8.de reg.iur.in 6. &
in specie ex isto reddita excudi patronum voluit
Rot.coram R.P.D.Pirouano Neapolitan.alimentorũ,
11.Ianuarij, 1616. Ita vt sufficiat probasse vnicam
28 exactionem, & receptionem d.redditaum, † cùm
ex ea dicatur constare illum esse in quasi possessio-
ne *Rip.in cap.cum ecclesia Sutrina, n.53.de caus.poss.&*
propriet. Abb.in c.cùm olim.eod.ti.Rom.cons.311.in fi.
dixi *sup.cap.113. Alex.cons.74.n.16.lib.4. Dec.in l.si*
emancipati.C.de collat.& cons.124. Roce.de iur.patro-
29 *nat.in verb.competens, n.35. Cast.cons.130.lib.1.* † Cum
ergo sit in ista quasi possessione, præsumitur talis
status perseuerare, & tanquam possessor debet re-
putari *Abb.in c.nobis, de iur.patronat.& in cap.postu-*
lasti, eod.tit. Alex.cons.74.nu.16.lib.4. & per conse-
quens non poterit prætendi priuatio d. redditus
30 propter vergentiam creditorum, † nisi probetur
per patronum discussio bonorum facta de man-
dato Iudicis, qui modus probandi paupertatem
inter cæteros est melior de iure, & valde tutus, vt
dicit *Ang.in l.si verò, § qui pro rei.in fin.ff qui satisd.*
cogant.iuxta auth.hoc si debitor, C.de pignorib. Roman.
cons.163 n.4. Mascard.conclus.1154.nu.34.lib.3.

Obseruandum est autem quo ad consequendum
alimenta ab Ecclesia, quod Patronus debet pro-
31 bare descendentiam à primo fundatore, † quæ
dicetur probata, si idem fundator iniunxisset
Monachis, vt quolibet anno in die Purificatio-
nis darent vnam candelam ceream Patrono pro
tempore existenti, & iuxtà tenorem d. fundatio-
nis Patronus illam ab Ecclesia recepisset, & in d.
perceptione habuisset mandatum de manuté-
nendo, hoc enim sufficeret in huiusmodi mate-
ria ad hoc, vt patronus releuaretur ab onere pro-
bandi descendentiam *cap. consultationibus, de iure*
patronat. & sæpe resoluit *Rot. vt in causa Placenti-*
na Capellaniæ coram P.R.D.Coccino, 14.Maij, 1614.
& coram Card. Lancellot. Firmana iurispatronatus,
15.Maij, 1611.& corã R.P.D. Pirouano Neapolitana
32 *alimentorum, 11.Ianuarij 1616.* † Et de more dandi
candelam Patrono in die Purificationis *Franc.*
decis.85.per tot. vbi etiam quod ex iuris disposi-
tione ius patronatus transit ad omnes hæredes,
ita vt ad quemlibet eorum, quando plures sunt,
35 † dicatur est insolidum, & non contineantur in
diuisione bonorum *cap.1.& ibi gloss. de iur.patron.*

34 *Rip. respons.2.num.5.p.2.* † vnde tot sunt suffragia,
quot capita patronorum *Lambertin.de iur.patronat.*
lib.1.p.1.q.1.in princ.art.15.n.16.Cesta de portion.rat.
qu.97.nu.4.& 5. Quare in præstatione d.candelæ
35 fiet præstatio alternis annis, † cum monasterium
non teneantur dare, nisi vineam candelam, quæ est
indiuidua, exemplo eius quod dicitur *in clem.2.de*
36 *iur. patronat.* † circa præsentationem faciendam
alternis annis, de quo multa *Tiraq.de primogenit.q.*
17.opin.nu.2 Ias.in l.stipulationes non diuiduntur, col.
5.vers.istis adde, ff.de verb.oblig. Quod etiam est in si-
37 milibus dispositionibus, † vt in vsufructuario *l.in*
re communi, §.cum de vsufructu, ff.commun.diuid.l.
quoties, ff.de vsufr.Capic.decis.39. Et in materia iuris-
38 dictionis existentis apud plures insolidum, † qui
debent alternia *Alexand. cons.25.num.2. & 3. lib.5.*
iuxta l. lucio.4.cum l.seq.vbi Glos.in verb.vtile, ff.de
aqua quotid.aestiu. Ang.in l.2. §.ex his. ff.de verbor.
obligationib.Caldas de extinct.emphyt.lib.4.cap.8.ad
ordinat.regias titul.3.num.20. Socin.cons.68.col.9.in
fin.vers.secundo principaliter respondetur.num.19.lib.
5.post Bartol.in l.inter tutores, in fin.ff.de administrat.
tutor.Curt.Iun.de feud.4.p.qu.30.limit.9.Capic.in in-
uestit.feudal. in verb.feudorum dominum. vers. & fiet
ista diuisio.fol.16. latè *Beer.de custod. clauium.num.*
61.tom.16. fol.216. & latissimè *Tiraq. de primogen.*
39 *dict.qu.17.opin5.num.5.& per tot.* † vbi multa simi-
lia adducit de diuisione vsus mulieris alternis die-
bus, & de Consulibus alternis temporibus impe-
rantibus, & de Tribunis militum, & Dictatori-
bus, & Magistris Equitum, si quando æquitati
fuerint *Polyb.lib.3.histor.Plutarc.in Fabio Maximo.*
40 † Vnde postea fuit appellata vicissitudo imperi-
tandi, vt per *Liu.lib.3.ab vrb.condit.* quod scilicet
vicibus alternis tales imperarent. Quod etiam ser-
uatum fuit apud Athenienses, à quibus maxima ex
parte Romani acceperunt suas leges, & institutio-
nes *Plutarch.in vita Aristidis.*

Quo ad aliud dubium firmanda est conclusio, quod
pater non tenetur præstare alimenta filio seorsum
41 habitanti, † cùm talis separatio nimis dura repu-
tetur, & filius legitimus, & naturalis cogi possit à
patre simul habitare ex vi patriæ potestatis, quid-
quid sit in spurio, prout è contra ista obligatio co-
habitandi est communis cum patre, qui inuito fi-
lio non potest ei alimenta subministrare extra do-
mum, vt post *Ang.Cast.& Ias.in 2.notab.in l.quidam*
cùm filium, ff.de verb.obligat. de communi testatur,
Magon.decis.Rot. Florent.113. per tot. iuxta doctri-
nam *Glos.in cap. significasti,4. in verb.materiam, de*
diuort. cum aliis per *Pinell.in l.1.p.1.num.53. & 54.C.*
de bon.matern.Surd.de alim.tit.4.qu.14.numer.15.&
42 *26.fol.285.* † Et generale est, vt alimenta sint præ-
standa in domo præstare debentis *Menoch.de ar-*
bitrar.cas.170.numer.9. & 10. & ita seruat *Rot.* de
qua per R.P.D. *Littam Aretina pensionis 20. Fe-*
bruarij 1598.& Fulginaten.primogenitura, 18. Apri-
lis, 1597. coram eodem. vt in impressis diuers.p.4.
num.4. Lup.in rubric.de donation.int.vir. & vxor.§.
64.numer.6. & 10.Ludouic.decis.Perus.46.numer.9.
& concludunt *Bartol.*& alij communiter *in l.cum*
hi, §.causa de transact. & in l.caio, §.imperator, de
alim.& cibar.legat.

Neque obstat, quod secundum alios præstanda sint
43 alimenta filio etiam seorsum habitanti, † vt per
Caccialup.in l.frater à fratre, qu.30.n.109.ad fin.vers.
adde quod non est iusta causa, de condict.indeb.Surd.de
alim.tit.4.quæ.14.num.19.Rom.in l.si cum dotem, §.
44 *transgrediamur, nu.20.in fin.ff.solut.matrim.* † Quia
eorum opinio est contra communem sententiam
Doctorum, vt dictum est & contra rationem, &
naturalem æquitatem, quæ sicut arctat patrem ad
alendum, ita è contra cogit filium ad morandum
cum patre, & in eiusdem domo ad obsequia præ-
standum propter vinculum patriæ potestatis, E-
xemplo vxoris, quæ debet morari cum viro, & in
domo operari, cui in hoc æquiparatur filius, qui
non potest conqueri ob denegata alimenta, nam
ista culpa compensatur cum culpa ab eo proue-
niente propter obsequia non præstita in domo, in
qua tenetur cohabitare. Ita in specie comprobat
Bald.Nouell.de dot.p.7.priuil.34.nu.5.vers.nam in fi-
lio familias, respectu patris, col.penultim.in princ. Vbi
quod est somnium, & puerilis inductio, ac inepta,
45 † quod qui tenetur ex legis dispositione ad alen-
dum teneatur absque eo quod alimentarius se-
cum cohabitet, sicut quando ex dispositione ho-
minis, Nam hoc non procedit in patre, seu alia si-
mili persona, quæ habet illum obligatum ad si-
mul habitandum *Rin.cons. 45.numer.4. & 8. libr.2.*
quod etiam considerat *Surd.* ex aduerso allegatus
in tract.de alim.titul.4.quæst.14.num.16.ad med.vers.
limitat.tamen, & num.25.& 26.& p.7.quæst.7.num.3.
cum aliis per *Barbos.* qui de veriori opinione testa-
tur *in l.1.p.7.num.27.vers.adde aliam differentiam, &*
numero 18. vers.sed verius est quod quando, ff.solut.
matrim.

Præterea contraria procedunt stante legitima causa,
ob quam sunt præstanda filio alimenta etiam extra
46 domum, † cùm aliud sit illa non existente *Ias.in l.*
1.Cod.de leg.Beer.decis.195.nu.5. Bald.Nouell.de dot.
priuil.37.p.7.col.penult.post princ.vers.si autem subes-
set, Rot.Florent.per Magon.decis.115.in fin. Ludou.
decis.Perus 46.n.10. Rol.cons.22.n.12. lib.1. Menoch.
de arbit.cas.170.n.12.cum seq.latè Molin.de primoge-
nit.hispanor.lib.2.c.26.nu.74.

De huiusmodi autem causa non constat, & quatenus
illam filius prætendat adesse, debet eam plenè pro-
47 bare, cum ista negatiua, † quod non possit mo-
rari cum patre sit causa intentionis ipsius alimen-
tarij *Anchar.cons.254.col.2. Rot.cons.22.nu.18. lib.1.*
Ias.in l.diuortio, in princ.nu.23.col.3.ff.solut.matrim.
& in l.in illa, l.5.de verb.oblig.& in l.3.n.4.C.de legat.
Alexand. cons.100.nu.3. lib.1.Menoch.de arbit.cas.
170.nu.13.& 16.

Circa alteram dubitationem concludendum est,
quod dos data filiofamilias siue consistat in spe-
48 cie, † siue in quantitate tanquam aduentitia ac-
quiratur patri quo ad vsumfructum, filio autem
quo ad proprietatem, & quandiu filius est in po-
testate ad patrem pertinet cura alendi, Vnde
cùm ipse teneatur sustinere onera, debet etiam ei
vsusfructus dotis acquiri, adeo vt quemadmo-
dum filius posset patrem cogere, vt ipse onera su-
stineat, si fructus dotis non sufficerent, Ita è con-
tra hoc poterit facere pater, si velit fructus dotis,
quia forsan onera matrimonij excedunt, & illius
onera sustinere, ita benè omnia prædicta explicat
Fulgo.in l.quod scitis, n.3.ad med.vers.ego autem alias
non viso, C.de bon.quæ liber.Ang.in l.1.C.eod.Caccia-
lup.in l.frater à fratre, nu.113. ff.de condict.indeb.post
Castr.& alios *in l.si cum dotem, §.transgrediamur. ff.*
solut.matrim.

Quo ad vltimum dicendum est, quod quando fi-
lius

lius seorsum habitauit absque voluntate patris, 49 numquam pater compellitur dotem consignare filio, sed ipsam administrat, & sibi acquirit, licèt teneatur præstare alimenta filio, vxori, & liberis, quando tamen aliunde non habent vnde se alant, licèt etiam tunc propter dotem pater non debeat esse parcus *Caccialup. in l. frater à fratre nu. 118. ff. de condict. indeb. Rom. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, n. 20. vers. mihi verò ista videntur, ff. solut. matr.* Quamuis contrarium quod nec dotem, nec alimenta teneatur dare filio seorsum habitanti absque voluntate patris, teneat *Barbos. in d. §. transgrediamur, n. 27. post Bald. Nouell. de dot. priuil. 34. p. 7. n. 5.* Quando autem pater dedit dotem filio, quam habuit pro eius nutu an possit repetere *Idem Bald. Nouell. de dot. p. 6. priuileg. 36.*

EPITOME.

Promissio hæredis quo casu operetur promissionem inuentarij. ¶ Et quid si fuerit facta præuio mandato Iudicis præcipientis solui legatum per hæredem. ¶ Obligatio de soluendo & vendendo an sit idem quod solutio, & venditio. ¶ Beneficium inuentarij quando possit diuidi, & prosit hæredi, quo ad vnum, & non quo ad alium. ¶ Verba, hæres cum beneficio legis & inuentarij, an stent demonstratiuè, seu dispositiuè. ¶ Scientia, & certioratio iuris quæsiti mulieri an sit probanda, vt illi remissio præiudicet. ¶ Et an in ea requiratur solemnitas statuti, siue sit expressa, siue tacita. ¶ Clausula, insolidum, an veniat in obligatione Camerali, si non exprimatur. ¶ Nouatio ex quibus sit inducta. ¶ Et quid si secunda obligatio venit in executionem primæ. ¶ Vel si promissio concurrit cum dispositione iuris, & illi non contradicit. ¶ Obligatio restitutionis dotis & solutionis legatorum an intelligatur saluo beneficio lucri dotis, & falcidiæ. ¶ Conuentio quando dicatur informatio decreti Iudicis, seu nouus contractus. ¶ Renunciatio inuentarij simpliciter facta an præiudicet, vel requiratur certa scientia.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio quando dicatur informatio decreti Iudicis, seu nouus contractus.*
2 *Actus tribuitur mandanti non exequenti.*
3 *Promissio hæredis quo casu operetur remissionem inuentarij.*
4 *Præceptum Iudicis, vt soluatur legatum per hæredem, debet intelligi prout de iure, saluo priuilegio sibi competenti.*
5 *Pro decreto Iudicis non præsumitur, si in contrarium constat de læsione.*
6 *Verba, hæres cum beneficio legis & inuentarij, an stent demonstratiuè, seu dispositiuè, & n. 37.*
7 *Causa in dubio præsumitur finalis.*
8 *Obligatio merè hæreditaria non excludit priuilegium inuentarij, prout idem est in mixta resultante ex propria promissione iuncta cum aditione hæreditatis.*
9 *Promissio de soluendo, & vendendo idem est, quod solutio, & venditio, stante præsertim iuramento.*
10 *Verba in futurum prolata resoluuntur in tempus præsens, & inducunt perfectionem actus.*
11 *Promissio liberando parti exceptionem aduersus agentem, vim secus ac si liberatio esset facta.*
12 *Promissio de soluendo est solutio credulere volente, cui dicitur satisfactum quoquomodo illius desiderium impleatur.*
13 *Beneficium inuentarij potest diuidi, vt prosit hæredi quo ad vnam personam, & vnam rem, secus quo ad aliam.*
14 *Renunciatio inuentarij debet fieri ex certa scientia, non simpliciter, vt renunciaturi præiudicet, maximè in minore, & muliere, num. 15.*
16 *Probanda est scientia, & certioratio iuris quæsiti mulieri, vt sibi inferatur præiudicium in illius remissione.*
17 *In tacita remissione iuris facta per mulierem requiritur solemnitas statutaria, sicut in expressa.*
18 *Promissio certæ quantitatis quo casu operetur remissionem inuentarij, & num. 19.*
20 *Clausula insolidum non censetur apposita in obligatione Camerali, si non exprimatur.*
21 *Obligatio Cameralis vrcituis ligat, non autem extendit substantiam negotij.*
22 *Promissor non videtur renunciare beneficio sibi de iure competenti.*
23 *Nouatio non inducitur, quando secunda obligatio venit in executionem primæ, siue sit ex interuallo, siue incontinenti, tum ex contractibus, quam legatis, & quibuscumque dispositionibus, num. 24. & 25.*
26 *Geminatio obligationis facit, vt promissor dicatur sæpius loqui, non autem se in plus obligare, nisi prout in prima.*
27 *Iusiurandum operatur, vt obligatio habeat effectum nulla exceptione obstante. Declara vt n. 28.*
29 *Promissio non dicitur facta ad fauorem tertij, si post nominationem habeatur certitudo de persona, non secus ac si à testatore nominata fuisset.*
30 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, si se obligauit proprio nomine censetur renunciasse beneficio inuentarij. Intellige vt n. 31. & 33.*
32 *Promissio subsequens refertur ad causam præambulam.*
34 *Nouatio hodie non inducitur, nisi expressè, vel tacitè propter incompatibilitatem.*
35 *Promissio, quæ concurrit cum dispositione iuris, & illi non contradicit, non facit deficere promissionem legis.*
36 *Obligatio restitutionis dotis, & solutionis legatorum intelligitur, saluo beneficio lucri dotis, & legis falcidiæ.*
38 *Grauamen si non conuenit hæredi, quamuis damnetur vt hæres, an ista verba, vt hæres, resoluantur in tantum, quia hæres.*

CAPVT DLIII.

** Adde supra ad cap. 264.*

Obligatio, * de qua agimus, fuit facta per D. Isabellam ob causam, & finem parendi mandato, seu ordini D. Iudicis, & in illius executionem, vt expreßè legitur in instrumento, quod facit, vt legatum debeatur nomine hæreditario, non autem nomine proprio, cùm illius solutio fuerit commissa eidem D. Isabellæ tamquàm hæredi cum beneficio legis, & inuentarij, 1 † & per consequens promissio subsecuta erit iudicanda sub eodem nomine hæredis, prout erat mandatum, à quo illa dependet, & originem habuit. Ita vt talis conuentio potius dicatur in-

45. *Rip. respons. 2. num. 5. p. 2.* † vnde tot sunt suffragia, quot capita patronorum *Lambertin. de iur. patronat. lib. 1. p. 1. q. 1. in princ. art. 25. n. 16. Costa de portion. rat. qu. 97. nu. 4. & 5.* Quare in præstatione d. candelæ
35 fiet præstatio alternis annis, † cum monasterium non teneantur dare, nisi vineam candelam, quæ est indiuidua, exemplo eius quod dicitur *in clem. 2. de*
36 *iur. patronat.* † circa præsentationem faciendam alternis annis, de quo multa *Tiraq. de primogenit. q. 17. opin. nu. 2 Ias. in l. stipulationes non diuiduntur, col. 5. vers. istis adde, ff. de verb. oblig.* Quod etiam est in si-
37 milibus dispositionibus, † vt in vsufructuario *l. in re communi, §. cum de vsufructu, ff. commun. diuid. l. quoties, ff. de vsufr. Capic. decis. 39.* Et in materia iuris-
38 dictionis existentis apud plures insolidum, † qui debent alternis *Alexand. cons. 25. num. 2. & 3. lib. 5. iuxta l. lucio. 4. cum l. seq. vbi Glos. in verb. vtile, ff. de aqua quotid. æstiu. Ang. in l. 2. §. ex his. ff. de verbor. obligationib. Caldas de extinct. emphyt. lib. 4. cap. 8. ad ordinat. regias titul. 8. num. 20. Socin. cons. 68. col. 9. in fin. vers. secundo principaliter respondetur. num. 29. lib. 1. post Bartol. in l. inter tutores, in fin. ff. de administrat. tutor. Curt. Iun. de feud. 4. p. qu. 30. limit. 9. Capic. in inuestit. feudal. in verb. feudorum dominum. vers. & fiet ista diuisio. fol. 16.* latè *Boer. de custod. clauium. num. 61. tom. 16. fol. 216.* & latissimè *Tiraq. de primogen.*
39 *dict. qu. 17. opin. 5. num. 5. & per tot.* † vbi multa similia adducit de diuisione vsus mulieris alternis diebus, & de Consulibus alternis temporibus imperantibus, & de Tribunis militum, & Dictatoribus, & Magistris Equitum, si quando æquitati fuerint *Polyb. lib. 3. histor. Plutarc. in Fabio Maximo.*
40 † Vnde postea fuit appellata vicissitudo imperitandi, vt per *Liu. lib. 3. ab vrb. condit.* quod scilicet vicibus alternis tales imperarent. Quod etiam seruatum fuit apud Athenienses, à quibus maxima ex parte Romani acceperunt suas leges, & institutiones *Plutarch. in vita Aristidis.*

Quo ad aliud dubium firmanda est conclusio, quod pater non tenetur præstare alimenta filio seorsum
41 habitanti, † cùm talis separatio nimis dura reputetur, & filius legitimus, & naturalis cogi possit à patre simul habitare ex vi patriæ potestatis, quidquid sit in spurio, prout è contra ista obligatio cohabitandi est communis cum patre, qui inuito filio non potest ei alimenta subministrare extra domum, vt post *Ang. Cast. & Ias. in 2. notab. in l. quidam cùm filium, ff. de verb. obligat.* de communi testatur, *Magon. decis. Rot. Florent. 113. per tot.* iuxta doctrinam *Glos. in cap. significasti, 4. in verb. materiam, de diuort.* cum alis per *Pinell. in l. 1. p. 1. num. 53. & 54. C. de bon. matern. Surd. de alim. tit. 4. qu. 14. numer. 15. &*
42 *26. fol. 285.* † Et generale est, vt alimenta sint præstanda in domo præstare debentis *Menoch. de arbitrar. cas. 170. numer. 9. & 10.* & ita seruat *Rot.* de qua per R.P.D. *Littam Aretina pensionis 20. Februarij 1598. & Fulginaten. primogenituræ, 18. Aprilis, 1597. coram eodem. vt in impressis diuers. p. 4. num. 4. Lup. in rubric. de donation. int. vir. & vxor. §. 64. numer. 6. & 10. Ludouic. decis. Perus. 46. numer. 9.* & concludunt *Bartol.* & alij communiter *in l. cum hi, §. causæ de transact. & in l. caio, §. imperator, de alim. & cibar. legat.*

Neque obstat, quod secundum alios præstanda sint
43 alimenta filio etiam seorsum habitanti, † vt per *Caccialup. in l. frater à fratre, qu. 30. n. 109. ad fin. vers. adde quod non est iusta causa, de condict. indeb. Surd. de alim. tit. 4. quæ. 14. num. 19. Rom. in l. si cum dotem, §.*
44 *transgrediamur, nu. 20. in fin. ff. solut. matrim.* † Quia eorum opinio est contra communem sententiam Doctorum, vt dictum est & contra rationem, & naturalem æquitatem, quæ sicut arctat patrem ad alendum, ita è contra cogit filium ad morandum cum patre, & in eiusdem domo ad obsequia præstandum propter vinculum patriæ potestatis, Exemplo vxoris, quæ debet morari cum viro, & in domo operari, cui in hoc æquiparatur filius, qui non potest conqueri ob denegata alimenta, nam ista culpa compensatur cum culpa ab eo prouenienti propter obsequia non præstita in domo, in qua tenetur cohabitare. Ita in specie comprobat *Bald. Nouell. de dot. p. 7. priuil. 34. nu. 5. vers. nam in filio familias, respectu patris, col. penultim. in princ.* Vbi quod est somnium, & puerilis inductio, ac inepta,
45 † quod qui tenetur ex legis dispositione ad alendum teneatur absque eo quod alimentarius secum cohabitet, sicut quando ex dispositione hominis, Nam hoc non procedit in patre, seu alia simili persona, quæ habet illum obligatum ad simul habitandum *Rin. cons. 45. numer. 4. & 8. libr. 2.* quod etiam considerat *Surd.* ex aduerso allegatus *in tract. de alim. titul. 4. quæst. 14. num. 16. ad med. vers. limitat. tamen, & num. 25. & 26. & p. 7. quæst. 7. num. 3.* cum aliis per *Barbos.* qui de veriori opinione testatur *in l. 1. p. 7. num. 27. vers. adde aliam differentiam, & numero 28. vers. sed verius est quod quando, ff. solut. matrim.*

Præterea contraria procedunt stante legitima causa, ob quam sunt præstanda filio alimenta etiam extra
46 domum, † cùm aliud sit illa non existente *Ias. in l. 1. Cod. de leg. Boer. decis. 195. nu. 5. Bald. Nouell. de dot. priuil. 37. p. 7. col. penult. post princ. vers. si autem subesset, Rot. Florent. per Magon. decis. 115. in fin. Ludou. decis. Perus. 46. n. 10. Rol. cons. 22. n. 12. lib. 1. Menoch. de arbit. cas. 170. n. 12. cum seq. latè Molin. de primogenit. hispanor. lib. 2. c. 26. nu. 74.*

De huiusmodi autem causa non constat, & quatenus illam filius prætendat adesse, debet eam plenè pro-
47 bare, cum ista negatiua, † quod non possit morari cum patre sit causa intentionis ipsius alimentarij *Anchar. cons. 254. col. 2. Rot. cons. 22. nu. 18. lib. 1. Ias. in l. diuortio, in princ. nu. 23. col. 3. ff. solut. matrim. & in l. in illa, l. 5. de verb. oblig. & in l. 3. n. 4. C. de legat. Alexand. cons. 100. nu. 3. lib. 1. Menoch. de arbit. cas. 170. nu. 13. & 16.*

Circa alteram dubitationem concludendum est, quod dos data filiofamilias siue consistat in spe-
48 cie, † siue in quantitate tanquam aduentitia acquiratur patri quo ad vsumfructum, filio autem quo ad proprietatem, & quandiu filius est in potestate ad patrem pertinet cum alendi, Vnde cùm ipse teneatur sustinere onera, debet etiam ei vsusfructus dotis acquiri, adeo vt quemadmodum filius posset patrem cogere, vt ipse onera sustineat, si fructus dotis non sufficerent, Ita è contra hoc poterit facere pater, si velit fructus dotis, quia forsan onera matrimonij excedunt, & illius onera sustinere, ita benè omnia prædicta explicat *Fulgo. in l. quod scitis, n. 3. ad med. vers. ego autem aliàs non viso, C. de bon. quæ liber. Ang. in l. 1. C. eod. Caccialup. in l. frater à fratre, nu. 113. ff. de condict. indeb. post Castr.* & alios *in l. si cum dotem, §. transgrediantur. ff. solut. matrim.*

Quo ad vltimum dicendum est, quod quando filius

lius seorsum habitauit absque voluntate patris, 49 numquam pater compellitur dotem consignare filio, sed ipsam administrat, & sibi acquirit, licèt teneatur præstare alimenta filio, vxori, & liberis, quando tamen aliunde non habent vnde se alant, licèt etiam tunc propter dotem pater non debeat esse parcus *Caccialup. in l. frater à fratre. nu. 118. ff. de condict. indeb. Rom. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, n. 20. vers. mihi verò ista videntur, ff. solut. matr.* Quamuis contrarium quod nec dotem, nec alimenta teneatur dare filio seorsum habitanti absque voluntate patris, teneat *Barbos. in d. §. transgrediamur, n. 27. post Bald. Nouell. de dot. priuil. 34. p. 7. n. 5.* Quando autem pater dedit dotem filio, quam habuit pro eius nutu an possit repetere *Idem Bald. Nouell. de dot. p. 6. priuileg. 36.*

EPITOME.

Promissio hæredis quo casu operetur promissionem inuentarij. ¶ Et quid si fuerit facta præuio mandato Iudicis præcipientis solui legatum per hæredem. ¶ Obligatio de soluendo & vendendo an sit idem quod solutio, & venditio. ¶ Beneficium inuentarij quando possit diuidi, & prosit hæredi, quo ad vnum, & non quo ad alium. ¶ Verba, hæres cum beneficio legis & inuentarij, an stent demonstratiuè, seu dispositiuè. ¶ Scientia, & certioratio iuris quæsiti mulieri an sit probanda, vt illi remissio præiudicet. ¶ Et an in ea requiratur solemnitas statuti, siue sit expressa, siue tacita. ¶ Clausula, insolidum, an veniat in obligatione Camerali, si non exprimatur. ¶ Nouatio ex quibus sit inducta. ¶ Et quid si secunda obligatio venit in executionem primæ. ¶ Vel si promissio concurrit cum dispositione iuris, & illi non contradicit. ¶ Obligatio restitutionis dotis & solutionis legatorum an intelligatur saluo beneficio lucri dotis, & falcidiæ. ¶ Conuentio quando dicatur informatio decreti Iudicis, seu nouus contractus. ¶ Renunciatio inuentarij simpliciter facta an præiudicet, vel requiratur certa scientia.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio quando dicatur informatio decreti Iudicis, seu nouus contractus.*
2 *Actus tribuitur mandanti non exequenti.*
3 *Promissio hæredis quo casu operetur remissionem inuentarij.*
4 *Præceptum Iudicis, vt soluatur legatum per hæredem, debet intelligi prout de iure, saluo priuilegio sibi competenti.*
5 *Pro decreto Iudicis non præsumitur, si in contrarium constat de læsione.*
6 *Verba, hæres cum beneficio legis, & inuentarij, an stent demonstratiuè, seu dispositiuè, & n. 37.*
7 *Causa in dubio præsumitur finalis.*
8 *Obligatio merè hæreditaria non excludit priuilegium inuentarij, prout idem est in mixta resultante ex propria promissione iuncta cum aditione hæreditas.*
9 *Promissio de soluendo, & vendendo idem est, quod solutio, & venditio, stante præsertim iuramento.*
10 *Verba in futurum prolata resoluuntur in tempus præsens, & inducunt perfectionem actus.*
11 *Promissio liberando paris exceptionem aduersus agentem, vt in secus ac si liberatio esset facta.*
12 *Promissio de soluendo est solutio creditore volente, cui dicitur satisfactum quoquomodo illius desiderium impleatur.*
13 *Beneficium inuentarij potest diuidi, vt prosit hæredi quo ad vnam personam, & vnam rem, secus quo ad aliam.*
14 *Renunciatio inuentarij debet fieri ex certa scientia, non simpliciter, vt renuncianti præiudicet, maximè in minore, & muliere, num. 15.*
16 *Probanda est scientia, & certioratio iuris quæsiti mulieri, vt sibi inferatur præiudicium in illius remissione.*
17 *In tacita remissione iuris facta per mulierem requiritur solemnitas statutaria, sicut in expressa.*
18 *Promissio certæ quantitatis quo casu operetur remissionem inuentarij, & num. 19.*
20 *Clausula insolidum non censetur apposita in obligatione Camerali, si non exprimatur.*
21 *Obligatio Cameralis actus ligat, non autem extendit substantiam negotij.*
22 *Promissor non videtur renunciare beneficio sibi de iure competenti.*
23 *Nouatio non inducitur, quando secunda obligatio venit in executionem primæ, siue sit ex interuallo, siue incontinenti, tam ex contractibus, quam legatis, & quibuscumque dispositionibus, num. 24. & 25.*
26 *Geminatio obligationis facit, vt promissor dicatur sæpius loqui, non autem se in plus obligare, nisi prout in prima.*
27 *Iusiurandum operatur, vt obligatio habeat effectum nulla exceptione obstante. Declara vt n. 28.*
29 *Promissio non dicitur facta ad fauorem tertij, si post nominationem habeatur certitudo de persona, non secus ac si à testatore nominata fuisset.*
30 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, si se obligauit proprio nomine censetur renunciasse beneficio inuentarij. Intellige vt n. 31. & 33.*
32 *Promissio subsequens refertur ad causam præambulam.*
34 *Nouatio hodie non inducitur, nisi expressè, vel tacitè propter incompatibilitatem.*
35 *Promissio, quæ concurrit cum dispositione iuris, & illi non contradicit, non facit deficere prouisionem legis.*
36 *Obligatio restitutionis dotis, & solutionis legatorum intelligitur, saluo beneficio lucri dotis, & legis falcidiæ.*
38 *Grauamen si non conuenit hæredi, quamuis damnetur vt hæres, an ista verba, vo hæres, resoluantur in causam, quia hæres.*

CAPVT DLIII.

* *Adde supra ad cap. 264.*

OBligatio, * de qua agimus, fuit facta per D. Isabellam ob causam, & finem parendi mandato, seu ordini D. Iudicis, & in illius executionem, vt expressè legitur in instrumento, quod facit, vt legatum debeatur nomine hæreditario, non autem nomine proprio, cùm illius solutio fuerit commissa eidem D. Isabellæ tamquàm hæredi cum beneficio legis, & inuentarij,
1 † & per consequens promissio subsecuta erit iudicanda sub eodem nomine hæredis, prout erat mandatum, à quo illa dependet, & originem habuit, Ita vt talis conuentio potius dicatur in-

formatio primi decreti Iudicis, quàm novus con-
tractus *Salic. in l. 1. §. si te rogauero, in princ. vers. nota*
2 *quod res qua traditur, ff. deposit.* † Cùm etiam actus
tribuatur mandanti, non exequenti, *l. item eorum,*
§. si decuriones. ff. quod cuiusque vniuers. nomin. l. si he-
res testamento, ff. de act. empt. latè *Surd. decis. 29. num.*
3. & 4. lib. 1.

Quo stante huiusmodi promissio hæredis non ope-
rabitur remissionem inuentarij, quasi illa obliga-
3 tio sit intelligenda prout de iure, † & saluo bene-
ficio sibi competendi absque eo, quod actio anti-
qua fuerit nouata iuxta doctrinam *Bald. in l. fin. nu.*
2. C. ad leg. falcid. Affl. decis. 399. nu. 13. Cuman. consi.
109. col. pen. num. 2. Maximè, quia etiam præceptum
4 Iudicis, † vt soluatur legatum per D. Isabellam hæ-
redem cum beneficio legis, & inuentarij debet in-
telligi prout de iure, & saluo priuilegio sibi com-
petenti, ne aliàs præsumitur decretum iniustum,
& læsiuum, quod non autem nomine proprio,
prout semper ita præceptum Iudicis interpreta-
mur, *Bart. in l. si fundus, ff. de rei vendic. Aym. cons.*
74. num. 9. cum aliis per *Surd. decis. 270. num. 3. cum*
seq. lib. 2.

Quibus accedit consensus propinquorum interue-
nientium in instrumento, & iurantium talem obli-
gationem non tendere in præiudicium ipsius D.
Isabellæ, quod facit, vt potius apertè colligatur
promissionem esse factam nomine hæreditario,
quia tunc non præiudicaretur mulieri, non autem
nomine proprio, quo casu clarum præiudicium il-
li orietur, & sic consanguinei inciderent in periu-
rium, quod non est dicendum, cùm etiam decre-
tum esset nullum, stante huiusmodi defectu con-
sensus propinquorum, qui ob d. læsionem mulie-
5 ris non consensissent, † Ita vt neque hoc casu possit
præsumi pro decreto Iudicis, cùm in contrarium
constet de læsione, ad quam probandam sufficiunt
non solùm probationes apertæ, sed etiam præ-
sumptæ, vt per *Menoch. præsumpt. 75. num. 32. vsque*
ad 35. lib. 1.

Non obstat, quod d. verba, hæres cum beneficio le-
gis, & inuentarij stent potius demonstratiuè,
6 quàm dispositiuè, † Quia vt dictum est, tamquam
apposita de mandato Iudicis debent intelligi, vt
stent potius dispositiuè, ne adsit præiudicium
mulieris, quæ cùm postea se obligauerit, vt illius
præcepto pareretur, hoc erit per modum causæ fi-
nalis, non autem per modum demonstrationis,
quod per consequens faciet, vt actus sit iudican-
dus, saluo beneficio inuentarij, Ita distinguit *Aym.*
cons. 214. num. 9. per doctrinam *Bald. in l. 2. colum. 2.*
7 *in fin. vers. dic ergo. num. 3. Cod. de iur. dot.* vbi † etiam
quod in dubio præsumitur talis causa finalis *Alex.*
cons. 78. num. 2. col. 1. ad med. lib. 4. Dec. in l. de quæst.
30. col. 7. ante med. nu. 20. C. de pact.

Erit igitur obligatio mulieris merè hæreditaria, per
quam non excluditur beneficium inuentarij,
8 † cum etiam si esset mixta resultans ex propria
promissione hæredis iuncta aditione hæreditatis
prodesset quoque inuentarium *Ias.* post *Glos. &*
Bald. in l. qua dotis, num. 52. ff. solut. matrim. Campeg.
de dote, p. 3. quæst. 124. num. 2. Phanuc. de inuentar. p. 6.
num. 129.

Nec obstat, quod ista obligatio non possit dici in
executionem præcepti D. Iudicis cùm per eum
fuerit demandata solutio, Isabella autem promi-
9 serit soluere: † Quia ista promissio de soluendo,
idem est quod solutio, maximè stante iuramento,
quod facit, vt præcisè pro illa habeatur, & eum-
dem effectum operetur, Prout dicimus de pro-
missione de vendendo, quæ licèt vulgò dicatur
differre à venditione, tamen secundum veriorem
sententiam idem est quod venditio, & transit in
venditionem stante iureiurando, cùm etiam obli-
gans se ad soluendum statim possit conueniri ad
solutionem, prout omnia supradicta latè compro-
bat *Surd.* qui pro omnibus sufficiat *consil. 457.*
10 *numer. 23. cum seq. lib. 4.* † quasi verba in futurum
prolata resoluantur in tempus præsens, & indu-
cant perfectionem actus *Gloss. in l. stipulationem,*
5. §. stipulatio in verb. daturum, ff. de verb. oblig. Bald.
in l. in venditis, 13. num. 14. colum. 3. in fi. vers. quinto
11 *quæro, Cod. de contra. empt.* † Prout etiam promis-
sio liberandi parit exceptionem aduersus agen-
tem, non secus ac si liberatio esset facta, *Bart. in*
l. si intra, in fin. num. 4. ff. de pact. Bald. in l. si credito-
ris, in princip. C. de fideicommiss. Castr. cons. 342. in
princip. lib. 2. Cum etiam creditore volente promis-
12 sio de soluendo sit solutio, † quasi quoquo modo
illius desiderium impleatur & ei sit satisfactum,
dicatur impleta conditio solutionis *l. sed & si quis*
stipulatur, §. interdum, vers. nec dum pretium nume-
rauit, ff. de vsufr. l. 1. ff. qui satisd. cog. cum aliis per *Re-*
buff. in l. satisdationis, 61. col. 3. in princ. vers. satisface-
re, ff. de verb. signific.

Minus obstat, quod D. Isabella promiserit vltra lega-
tum soluere alimenta, donec pecuniam legatam
solueret, cùm tamen testator & D. Iudex man-
dauerit solùm dari scuta quingenta pro nubenda
puella, Quia non ex hoc infertur legatum non
fuisse promissum nomine hæreditario, & in exe-
cutionem mandati D. Iudicis, quidquid sit de ali-
mentis, quæ potuerunt nomine proprio promitti
absque eo, quod etiam de proprio, & sua sponte
13 intelligatur promisisse legatum, † cum inuentarij
beneficium possit diuidi, vt prosit hæredi quo ad
vnam personam, seu vnam rem, secus quo ad
aliam, cùm etiam ex isto actu tacito renunciatio-
nis non debeamus extendere mentem renuncian-
tis, nisi in quantum eius voluntas apparet, vt bene
in proposito considerat *Aym. cons. pro gener. n. 450.*
vsque ad num. 453. Phanuc. de inuent. p. 6. num. 120. in
fin. per l. si vnus. 9. ante omnia ff. de pact. l. sicut, §. pen. ff.
quib. mod. pign. vel hypothec. soluit. Bart. cons. 154. n. 8.
libro. 1.

Accedat, quod ex certa scientia erit facienda ista
renunciatio inuentarij ad hoc, vt sibi præiudica-
14 retur, † non autem simpliciter, quia tunc non
censeretur d. beneficio renunciatum, ita vt in du-
bio talis certa scientia non præsumatur *Natt. ad*
Alex. cons. 133. in verb. non per errorem, lib. 5. post Glos.
in c. 1. §. præterea, quib. mod. feud. am. Ias. cons. 159. col.
penult. in princ. vers. quarto principaliter confirmando
lib. 2. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit.
15 *20. in fin. numero 9. & 10.* Maximè † in minore, &
muliere, in quibus præsumitur ignorantia iuris,
quidquid sit in aliis, quorum respectu sufficeret
iuramentum absque alia certioratione beneficij ex
inuentario prouenientis *Alex. cons. 133. col. penult.*
in fin. vers. & licet nonnulli, num. 14. lib. 7. Capic. decis.
159. nu. 22. Cephal. cons. 34. num. 14. lib. 1. Menoch. de
præsumpt. q. 23. nu. 17. & 19. lib. 6. Rot. coram R. P. D.
Buratto Romana hæreditatis & paragij dotis, 1. De-
16 *cembris, 1614. colum. vlt.* vbi ex hoc concludit † esse
proban-

probandum scientiam, & certiorationem iuris
quę ob. mulieri, vt ubi præiudicet illud remitten-
do *Dec. cons.206. nu.7. Aym. cons.142.nu.20. Beer.*
decis.18,.nu.23.vers aliàs prasentia. Ias.consi.53.nu.3.
vers.ad hoc,lib.1. Menoch.consi.157. nu.28. lib.3. &
17 *consi.806.num.23.lib.7.* † Ita vt quemadmodum in
expresso consensu mulieris, & remissione sui iuris
est necessaria solemnitas statutaria requisita in
contractibus mulierum, ita etiam in tacita *Ias.con-*
si.53.nu.4. & 5.lib.1. Menoch.cons.157.num.34. vers.
probibet.li.2. Rot in d. causa Romana haereditatis &
paragy dotis,colum.vlt.ad med.

Non obstat, quod stante promissione certæ quanti-
tatis videatur renunciatum beneficium inuenta-
18 rij † *Alex.cons.66.nu.5.lib.3.* cum summa ita specifi-
cata non videatur pati diminutionem *Bartol.in l.*
quod nomine,ff.de cond.indeb. quasi ex hoc sit indu-
cta nouatio *Surd.decis.132.nu.24. Phanuc. de inuen-*
tar.p.6.nu.112. Quia hoc non procedit in promis-
sione facta ex causa lucratiua, seu necessaria pro-
19 pter mandatum D. Iudicis † *Castr. in l.si prior, 33.*
nu.1.solut matrim. Cùm etiam ista expressio fuerit
facta ad alium finem ostendendi, quod intellige-
batur de legato maioris quantitatis scutorum 500.
quod promittebatur duellæ, non autem de alio
scutorum 300. quod similiter fuit relictum à te-
statore pro simili causa nuptiarum, vt latius dici-
tur in facto vbi etiam respondetur non obstare
obligationem cameralem, solemnitates statuta-
rias, & alia, quæ ex aduerso adducuntur, ita vt non
opus sit alia responsione, cùm etiam non possit
considerari in casu nostro clausula Insolidum,
20 † quę non fuit apposita, neque illa veniat in obli-
gatione camerali *Rot.coram R.P.D. Penia Romana*
pecudum 26.Iunij 1592 quasi de eius natura sit ar-
21 ctius ligare, † non autem extendere, seu augere
substantiam obligationis *Gabr. cons.173.nu.2.libr.*
2. Put decis.277.lib.2. Galles.de obligation.camer.p.3.
q.3.nu.2.cum alijs per Rot coram R.P.D.Iusto Roma-
*na donationis de Luraghis.3. Decembr.*1599. Vltra
quod stante decreto Iudicis, & præcepto facto
per eum Isabellæ hæredi cum beneficio legis, &
inuentarij, vt solueret præcisam summam scu-
tor. 500. verba promissionis sunt referenda ad
ius, prout tenetur ex forma decreti Iudicis, & tan-
quam hæres cum beneficio legis, & inuentarij,
non autem ad nouam conuentionem, maximè
quia se restrinsit ad debitum promittendo scuta
quingenta, & sic sumus in promissione facta ex
22 necessitate legis præscriptæ, † quæ debet recipere
interpretationem ab eadem lege, ne promissor
videatur renunciare beneficio sibi de iure com-
petenti *l.in pratoriis, de prator. stipulat.* & declarat
Alciat.præsumpt.31.reg.3.num.12.

Nouatio autem, quæ ex aduerso prætenditur, non
subsistit, Quia licet primæ obligationi fuerit ad-
dita promissio de soluendo quantitatem legatam,
† Tamen cùm sit facta commemoratio prioris
obligationis contractæ per aditionem hæreditatis
cum beneficio legis, & inuentarij non operatur
alium effectum, quam prima tanquam veniens
in executionem illius, siue sit ex interuallo, siue in-
continenti, siue in contractibus, siue in legatis,
siue in quibuscumque similibus dispositionibus,
vt plene concludit *Surd.cons.268.num.40. vsque ad*
nu.45.lib.2.

Neque obstat, quod quatenus non sit facta nouatio,
Tamen hæc secunda obligatio addita primæ ope-
24 ratur, † vt existentibus bonis hæreditariis hæres
teneatur vigore antecedentis obligationis non
nouatæ, secus autem illis non extantibus, nam
tunc tenebitur de bonis propriis, cùm ista secun-
da per viam accessus sit valida *Ang.in § praterea,*
in princ.inst.quib. mod.toll. oblig. Quia solùm *Ang.*
concludit dari casum, in quo potest prima, & se-
cunda obligatio durare, quando non fit nouatio,
Non tamen dicit, vt possit prima obligatio intel-
ligi diuerso modo, quàm secunda, cùm hoc non
subsistat, Nam si non est facta nouatio, esset in-
conueniens, vt prior obligatio intelligatur in bo-
nis hæreditariis, secunda autem in bonis, pro-
25 priis, si d.bona hæreditaria non existant, † Etenim
stante illa conclusione verissima, quod posterior
obligatio veniat in executionem primæ, non
potest operari nisi eumdem effectum, quod ope-
ratur prima, & sic semper intelligetur de bonis
hæreditariis, non autem de propriis, cùm aliàs
daretur noua, & diuersa obligatio contra men-
tem promittentis, qui noluit se obligare, nisi cum
illa qualitate hæreditaria, prout prius se obligaue-
rat, quod facit, vt non sit mutata substantia
26 prioris obligationis, † ista enim geminatio obli-
gationum facit, vt promissor dicatur sæpius lo-
qui, non autem se in plus obligare, nisi prout
in prima absque aliqua immutatione substantiæ
illius, Ita vt non possit in secunda considerari
aliqua maior vtilitas, quam in priori, vt post
Imol. Ang. & Aret. & alios concludit *Surd.dict.*
cons.248.nu 42.lib.2.

Minus obstat, quod mediante iuramento, & obli-
gatione camerali resultet, quod sit sublata omnis
27 exceptio, † cùm iusiurandum operetur, vt obli-
gatio intelligatur cum effectu, & sic nulla ex-
ceptione obstante *Bartol. in l.eum qui. §.si mulier,*
de iur.iur. Quia illud non procedit in exceptio-
ne, vt mulier non conueniatur, nisi in quantum
bona hæreditaria sufficiunt, ista enim exceptio
non contradicit iuramento, cùm satis sit promis-
sionem habere effectum in casu, in quo existerent
28 bona, † Maximè, quia non fuit iuratum super
existentia bonorum, neque fuit mota quæstio su-
per facultatibus hæreditariis, tunc enim per tale
iuramentum esset sublata etiam ista exceptio,
cùm perinde esset ac si iurasset hæreditatem diui-
tem, & soluendo, & sic tunc per huiusmodi ex-
ceptionem contradiceretur iurijurando, Ita se-
cundum veram opinionem prædicta debere in-
telligi docet *Castrens. in l.eum qui 30. §. si mulier.*
post med.num.5.ff.de iur.iur.per text.expressum, in l.
penult.de confess.

Nec facit, quod ista promissio fuerit facta ad fauo-
rem tertiæ personæ non nominatæ in testamento
Barbos.in l.maritum.n.38.in princ.ff.solut.matrimon.
29 † Quia licet non sit nominata Catherina. Tamen
cùm legatum esset soluendum illi, quam hæres no-
minabit, non potest dici, quod promissio fiat ad
fauorem tertij, cùm statim facta nominatione ha-
beatur certitudo de persona, non secus ac si à te-
statore expresse nominata fuisset, cum hoc casu
nulla incertitudo possit considerari *Paris.cons. vlt.*
in fin.lib.3.Surd.cons.578.nu.16.lib.3.

Ex quibus non obstat opinio eorum, qui volunt,
quod hæres cum beneficio legis, & inuentarij,
qui se obligauit proprio nomine cum obligatio-

ne suorum bonorum, & in solidum soluere lega-
30 ra, † si discusso inuentario hæreditas repeciatur non soluendo, teneatur de proprio *Ang.cons.31.col.2.vers.2.inuenio.Corn.cons.31.nu.11. lib.3.Aret.cons.147.num.2.& 3.Roland.de inuentar.4.p.incip.beneficium inuentarij an prosit hæredi.Phanuc.eod.tit.p.6.n.110.Dec.cons.496.n.10. Boer.deci.53.nu.8.Surd.cons.191.nu.25.& 26.lib.2.* & latè dixi *supr.c.264.per tot.*
31 † Quia prædicta procedunt quando constat de de mente promittentis, qui voluit obligationem nouare, cum aliud sit in casu nostro, in quo apparet de contraria voluntate mulieris se obligantis ob reseruationes, & coniecturas supra adductas, ex quibus recedirur ab opinione contraria.

Et ita stantibus prædictis, & similibus rationibus in huiusmodi causa Romana nullitatis obligationis pluries proposita resoluit *Rot.coram R.P.D. Piro-uano, 27.Februarij 1612.& 13.Nouembris 1613.* vbi fuit conclusum quod D.Isabella Celsa non teneatur vltra vires hæreditatis, Nam R.P.D.Iustus cùm habuisse à Congregatione Fabricæ S. Petri facultatem exequendi legarm d. Laurentij Celsi maritandi puellas cum dote scutorum quingentorum ordinauit eidem D.Isabellæ hæredi cum beneficio legis, & inuentarij, vt d.summam pecuniarum solueret Catherinæ alumnæ in Monasterio S.Bernardini de Vrbe, quando monialis efficeretur, & professionem emitteret, quæ Isabella enunciatio d.ordine Iudicis promisit, & solemniter se obligauit soluere, & exbursare d. Catherinæ præfata scuta quingenta, quando monialis efficietur, & professionem fecerit cum generalibus renunciationibus, ac obligatione Camerali, ex quibus verbis apparet, quod causa suæ promissionis fuit præceptum Iudicis mandantis eidem Isabellæ hæredi cum beneficio legis, & inuentarij, vt solueret legatum,
32 † Vnde promissio, & obligatio subsequens videtur de necessitate referenda ad præambulum titulum hæredis, qui fuit causa obligationis, cùm aliàs si ad illum non referretur esset sine causa, vnde meritò debet referri ad causam, quæ præcessit *Felin.in cap.si cautio, nu.14.in 12.fallent.de fid.instrum. Surd.* qui multis similibus comprobat *cons.19.num.20.cum seq.lib.1.*

Quæ interpretatio maximè conuenit contractui mulieris propter statutum Vrbis, in quo requiritur causa vtilis ad hoc, vt valeat obligatio mulieris, ita vt deficiente vtilitate, nec Iudex possit decretum interponere, nec valeat consensus propin-
33 quorum, † Adeò vt stantibus prædictis non obstet opinio *Ang.* & aliorum, qui voluit per istam obligationem tolli priuilegium inuentarij, vt in specie concludit *Franc.decis.323.num.3.* vbi etiam allegat *Minadorum decis.25.numer.6. & 7. Idem Franc.decis.648. per tot.Mantic.de inuentar.qu.11. num.8.& decis.dict.Minad.* meminit etiam *Flauius Amendola in addit.ad Franc.dict.decis.233.in princ.* vbi etiam adducit *Rouitum in pragmat. odia litium de compromiss. & Pellicium in consuetud. Auersan. cap.9.num.117.*

Maximè, quia exceptio nouationis obligationis ho-
34 die non obstat, cùm illa non inducatur, † nisi expressè, vel tacitè propter incompatibilitatem *Bald. in l.fin.num.1.Cod.de nouat.Decian.cons.400.num.2.* dixi latè *supr.c.290. Menoch.de presumpt.lib.3.præsumpt.134.num.36. & cons.562.num.1. lib.6. Cardin. Mant.de tacit.& ambig.conuent.lib.17.tit.3.* Incompatibilitas autem non videtur considerabilis, quia obligatio propriæ personæ, & suorum bonorum non potest conuenire, quando facta discussione inuentarij appareret superesse bona hæreditaria, vt tunc exequendum sit contra personam, & bona promittentis, quod erit vtile creditori, nec illi obiicietur de dispositione *l.fin.§.& si præfatam.Cod.de*
35 *iur.delib.* vt considerat *Franc.d.dec.648.in fin.* † & quando promissio potest concurrere cum dispositione iuris, nec illi contrariatur, tunc non facit deficere legis prouisionem *Bald.cons.329.colu.2. lib.1. Gonzad.in cons.74.nu.11. Surd.cons.34. nu.34. lib.1. per l.4. §.si ex conuentione de re iudic. Cin.in l.2.quæ.6.Cod.de iur.emphyt.* Cùm etiam non sit verisimile, quod quis voluerit se obligare in plus, quam fuerit
36 obligatus, † prout idem est in promissione restitutionis dotis, & solutionis legatorum, quæ intelligitur saluo beneficio lucri dotis, & legis falcidiæ, quod etiam est in similibus dispositionibus, cùm semper censeatur retentum illud, quod sibi de iure competit *Afflict.decis.399.nu.13.& 14.Natt.cons.416. Card.Mantic.de tacit.& ambig.conuention. lib.3.titul.7.num.17. Surd.cons.34. lib.1.& decis.132.nu.21.cum seq.Roland.de lucr.dot.quæ.37.per tot.* Intelligendo tamen iuxta ea quæ latiùs dixi *supr.cap.264. per tot.*

Ex prædictis etiam patet non obstare, quod D. Isabella in promissione non repetit se illam facere tamquam hæres cum beneficio legis, & inuentarij, iuxta distinctionem, de qua per *Rot.coram R.P. D.Rebusterio Clusina grani.13.Iunij 1576.cũ aliis per*
37 *Phanuc.de inuentar.p.6.nu.113.in princ.* Quia † cùm appareat in eodem instrumento de causa suæ obligationis, quod videlicet se obligauerit vigore decreti Iudicis sic præcipientis, & per verba relatiua ad d.decretum, sufficit ista relatio, absque eo quod fiat repetitio d. verborum tamquam hæres cum beneficio legis, & inuentarij, cùm d. verba stent nedum demonstratiuè, sed suppositiuè, & ita censeantur in instrumento apposita *Felin.in cap.si cau-*
38 *tio.nu.14 de fid.instrum.Surd.cons.19.nu.20.* † Quando autem grauamen non conuenit hæredi, quamuis damnetur, vt hæres, an ista verba, vt hæres resoluantur in causam, quia hæres *Phanuc.de inuent. p.6.num.113.Ias.in l.qua dotis.num.54.solut.matrim. post Glos.in l.cum filiosfamilias.11.in verb.sed vt pater. de l.1.& in leg.si vxor.13.§.iudex. in verb.non exhib. ad leg.iul.de adulter.*

EPITOME.

Primus acquirens, quando possit præiudicare vocatis tam in acquisitione mediante pecunia, & ob benemerita, quam ex liberalitate concedentis. ¶ Donatio sub conditione, quod si donatarius moriatur sine filiis masculis, vel non extantibus nepotibus masculis ex eis reuertatur ad donantem si superuixerit, seu ad suos filios, vel hæredes, an transeat ad hæredes donatarij, vel donantis, si conditio deficiat per superexistentiam filiorum, & nepotum, non considerato, quod non adsint descendentes masculi ex d.filiis, & nepotibus. ¶ Verba, tunc & eo casu, tantum pariformiter, aliqua, transferatur, & huiusmodi quid significent. ¶ Clausula, quod tot censeantur donationes, quot sunt personæ, ad quas bona donata

nata transeunt, an operetur, vt dispositiones sint diuersæ, & separatæ absque aliqua dependentia vnius ad alteram. ¶ In donatione facta alicui cùm qualitate, vt duret vsq; ad eius vitam, an censeatur ista qualitas repetita in substituto ipsi donatario. ¶ In feudalibus, & emphyteoticis jus vtile an transferatur in recipientem saluo iure directi domini. ¶ Testator in generali dispositione an censeatur comprehendere bona, quæ alio iure erant futura hæredis, etiam si de eis potuisset aliàs disponere. ¶ Et quid si institutio fiat in omnibus suis bonis. ¶ Instrumentum antiquum, vel de longinquo, an sequitur probationem notariatus. ¶ Et de ratione diuersitatis inter solemnitatem extrinsecam, & qualitatem tabellionatus, quare in ista præsumenda non sufficiant triginta anni, prout in illa. ¶ Legitimitas quando probetur per leuiores probationes, si non agatur de matrimonio, sed de successione. ¶ Ennunciatiuæ plurium instrumentorum an habeant in antiquis vim famæ, & plenè probent in præiudicium tertij. ¶ Bastardi descendentes à nobilibus an gaudeant nobilitate, & veniant appellatione nobilium, & retineant cognationem, vel agnationem. ¶ Depositio testium de publica voce, & fama super descendentia alicuius absque vlla macula illegitimitatis an comprehendat omnes descendentes. ¶ Identitas quando probetur per duas demonstrationes nominis, & cognominis. ¶ Et quo casu præsumatur pluralitas.

SVMMARIVM.

1 *Donatio sub conditione, quod si donatarius moriatur sine filiis masculis, vel non extantibus nepotibus masculis ex eis reuertatur ad donantem si superuixerit, an transeat ad heredes donatarij, vel donantis, si conditio deficiat per superexistentiam liberorum, & nepotum, non considerato, quod non adsint descendentes masculi ex d. filiis, & nepotibus.*

2 *Clausula, in perpetuum, facit dispositionem transire ad heredes donantis. Idem in clausula Ad habendum, num. 3.*

4 *Conditione semel extincta non est quærendum an secundus descendens decedat sine liberis.*

5 *Mens donantis declaratur ex coniecturis.*

6 *Conditio existentia filiorum cohæret personæ, qua non transit ad substitutos.*

7 *Clausula, tunc & eo casu, impedit, ne pactum porrigatur ad alios, quàm ad nominatos.*

8 *Verba, pariformiter, repetunt qualitates præcedentes, ita vt idem sit modus, ac forma eadem cum antecedentibus.*

9 *Verbum, transferatur, importat translationem cum suo onere.*

10 *Dictio, huiusmodi, est relatiua cum iisdem conditionib.*

11 *Clausula, quod tot censeantur donationes, quot sunt personæ, ad quas bona donata transferuntur, operatur, vt dispositiones sint diuersæ, & separatæ absque aliqua dependentia vnius ad alterum, & n. 21.*

12 *Reseruatio debet operari omni tempore, & quo ad omnes.*

13 *Donatio si fiat alicui cum qualitate, vt duret vsque ad eius vitam, non censetur ista qualitas repetita in substituto ipsi donatario, cuius respectu erit perpetua, non temporalis.*

14 *In dispositione fauorabili non datur repetitio qualitatis de vna persona ad aliam ad eius restrictionem.*

15 *Qualitas donationis in fine posita non refertur ad primam, quæ habuit propriam, & separatam clausulam.*

16 *In feudalibus, & emphyteoticis ius vtile dominij, transfertur in recipientem, saluo iure directi dominij, vt res ad dominum redeat secus in bonis liberis, quæ perpetuò debent remanere apud donatarium, & illius heredes, & num. 17.*

18 *Præcedentia magis influunt in subsequentia. Intellige vt num. 19.*

20 *Primus acquirens non potest præiudicare vocatis, nisi in acquisitione facta mediante pecunia, seu ob benemerita, secus in acquisitis ex liberalitate concedentis, & num. 21.*

23 *Inclusio vnius facultatis excludit omnes alias.*

24 *Dictio taxatiua excludit omnes personas, præter expressas.*

25 *Pactum in eodem instrumento magis afficit, & est intus in obligatione.*

26 *Testator in generali dispositione non censetur comprehendere bona, quæ alio iure erant futura heredis etiam si de eis aliàs potuisset disponere, & n. 34.*

27 *Grauatus fideicommisso, si alium instituit, non videtur illum instituere in bonis fideicommisso subiectis, prout neque in primogenitura seiuncta ab ipsa hereditate. Amplia vt num. 28.*

29 *Institutio facta in omnibus suis bonis non comprehendit ea, de quibus testator non poterat disponere, & num. 30.*

31 *Contrarietas non debet admitti, quamuis esset facienda interpretatio contra proprietatem verborum.*

32 *Qualitas requisita in dispositione est probanda per eum, qui se in illa fundat.*

33 *Hæres tenetur præstare factum defuncti.*

35 *Instrumentum antiquum vltra centum annos non requirit recognitionem, & probationem tabellionatus, num. 36.*

37 *Instrumentum de longinquo an requirat probationem notariatus.*

38 *Antiquitas solu temporis an sufficiat ad præsumendum tabellionatum, vel requiratur productio aliorum instrumentorum eiusdem notarij, num. 39 40. & 42.*

41 *Sola data non probat antiquitatem tanquam possint confici scriptura moderna cum data antiqua.*

43 *Solemnitas extrinseca præsumitur in actibus extraiudicialibus ex spatio triginta annorum.*

44 *De ratione diuersitatis inter solemnitatem extrinsecam, & qualitatem notariatus, quare in ista præsumenda non sufficiant triginta anni, prout in illa.*

45 *Tempus antiquissimum magis facit præsumere notariatum stantibus adminiculis, & qualia debeant esse, num. 46. & 47.*

48 *Legitimitas probatur per leniores probationes quando agitur de matrimonio, non ad effectum permanendi in illo, sed respectu legitimitatis pro successione, maxime in legitimitate ascendentium antiquorum, & num. 49.*

50 *Ennunciatiua plurium instrumentorum in antiquis habent vim famæ, & plenè probant etiam in præiudicium tertij.*

51 *Bastardi nulla gaudent nobilitate, quamuis descendant à nobilibus.*

52 *Illegitimi non veniunt appellatione nobilium tam in dispositionibus fauorabilibus, quàm odiosis, neque retinent cognationem, vel agnationem ex parte patris.*

53 *Depositio testium de publica voce, & fama,& communi reputatione super descendentia alicuius absque vlla macula illegitimitatis includit omnes descendentes.*

54 *Dictio, aliqua, est præcisa, & omnia comprehendit etiam minima in qualibet materia.*

55 *Sponsalia, subsecuta copula, transeunt in matrimonium.*

56 *Identitas personæ probatur per duas demonstrationes nominis,& cognominis.Intellige vt num.58.*

57 *Pluralitas non præsumitur, ita vt qui dicit extitisse alium eiusdem nominis, & cognominis debeat hoc probare.*

CAPVT DLIV.

IN donatione,de qua agimus,adest condictio expressa, quod si donatarius moriatur sine liberis,
& filiis naturalibus masculis, vel non extantibus
1 nepotibus masculis ex eis,† tunc & eo casu,& casibus donatio revertatur ad donantem si superuixerit,seu ad ipsius filios, seu ad hæredes, & successores, Vnde cùm ista conditio defecerit per existentiam filiorum, & nepotum,non est amplius considerandum, quod non adsint descendentes masculi ex dictis filiis, & nepotibus, sed sufficit, quod illa qualitas verificetur tempore mortis donatarij, scilicet quod tunc habeat filios,quasi verba sint relata ad tempus,quo decedit,& per consequens donatio transibit ad eius hæredes,non autem ad donantem, ad quem tunc reuerteretur, quando concedens non se referret ad tempus mortis ipsius recipientis *Alex. cons.53. consideratis his quæ in themate, nu.11.lib.* 6. vbi ita intelligit *Cin. in auth. sed & si quis, in fin. Cod.de secund.nupt.per text.in l.ex facto, §.penultim. ff.ad Trebellian.& l.peto,§.frater,de legat.3.*& est distinctio approbata, vt per *Achil. decis. vnic. de donat.Put.decis.274.lib.3,Bursatt.cons.31.nu.7.lib.1. Rot. coram R.P.D. Manzanedo Viterbien. bonorum*
2 *2.Maij* 1614.† vbi etiam consideratur clausula in perpetuum, de qua in casu nostro, quæ facit dispositionem transire ad hæredes donatarij *Iacobus Berrett. cons.81. numer.9.* Cùm aliàs non daretur perpetuitas *Oldrad. cons.226.numer.3.in fin. Paris. cons.26.numer.46.lib.3.*Cùm etiam habeamus clau-
3 sulam ad habendum,quæ † operatur eundem effectum *Roland.cons.55. numero 37.lib.3. Bero. cons.93. numer.11. lib.3. Borgnin. decis.36. numer.17. libr.1.* quos omnes in proposito refert, sequitur *Rot.in dict. Viterbien. bonorum, 2.Maij* 1614. sufficit enim semel fuisse extinctam conditionem reuersionis, ideò non est quærendum, an secundus des-
4 cendens decesserit sine liberis,† Nam in negatiua propositione excludenda, satis est, vt primus, & vnicus hæres habeat illam qualitatem liberorum, vt in specie concludit *Bald.in l.vlt. qu.25. num.44. & 45. Cod.de hæredib.instituend.*

Quod magis confirmatur,quia in donatione disponitur, quod si donatarius decesserit sine filiis, & nepotibus masculis, possit tam inter viuos, quàm in vltima voluntate transferre tenimentum Koræ,& Ischiæ in filios illegitimos masculos non obstante reseruatione,& conditione apposita,quod donatio reuertatur ad donantem,Quod facit,vt multò magis illa sit acquisita filiis legitimis, & naturalibus, vt non dicantur esse deterioris conditionis, quàm sint Bastardi, quæ coniectura videtur multum fa-
5 cere in proposito casu, † cùm ad interpretandam mentem donantis illis standum sit *l.in conditionibus,de condit.& demonstrat.Card.Mantic.de coniect. vltim.volunt. lib.11.tit.6.n.6.in fin.* Maximè quia ista conditio existentiæ filiorum cohæret personæ
6 quæ † non transit ad substitutos *l. legatum sub conditione,de adim. legat. Bart. in auth. ex causa, num. 17.& ibi Alex.num.9. Cod.de liber.præterit.*Præsertim propter clausulas, tunc & eo casu, in donatio-
7 ne appositas,† quæ magis impediunt,ne pactum ad alios porrigatur,quàm ad nominatos *Decian.cons. 64.colum.1.Aym.cons.98.num.5.*

Verùm prædictis videtur obstare, quod donatio fuit facta Georgio stipulanti pro se, & suis liberis masculis,& per virilem sexum, & descendentiam vsque in infinitum, quibus quidem liberis, & nepotibus masculis de gradu in gradum descendentibus voluit pariformiter donationem transferri,ex quibus verbis colligitur, quod fuit consideratum, ut descendentes in perpetuum censeantur vocati ad istam donationem cum eisdem oneribus pactis, & conditionibus, ac reseruationibus, prout tenebatur primus donatarius, & sic quod vnusquisque descendens, ad quem transfertur do-
8 natio debeat cùm filiis decedere, † cùm hoc importent illa verba pariformiter,quæ repetunt qualitates præcedentes, ita vt idem sit ius, modus, ac eadem forma cum præcedentibus *Alciat. cons.135. nu.6. tom.3.lib.9.per text.in cap.venerabilem, §.quod autem, vers.iure pariter & exemplo,de elect. Rubuff. in l.paries 357.in fin. princ. ff. de verborum significa-*
9 *tionibus.* † Maximè propter verbum, transferatur, quod importat translationem cum suo onere *l.Caio Seio 13. vbi Gloss. in verb. transferatur, ff. de alim. & cibar.legat.l.vnic.§.pro secundo, & §.his itaque, C.de caduc.tollend.l.licet,ff.de legat.1.l.si ab eo,ff.de vsufr.*
10 *legat.*† Cùm etiam adsit dictio, huiusmodi,quæ est relatiua cùm iisdem conditionibus *Corn.cons.235. num.5.ad med.lib.2.*

Accedat, quod donans voluit, vt tot censeantur donationes,quot sunt personæ, ad quas bona donata transferuntur, ita vt ad eas iure directo perueniant, & in illis succedatur iure proprio, non iure transmissionis,quod facit,vt in vnoquoque ex descendentibus censeatur facta noua, & particularis
11 donatio, † adeò vt vno extincto alter incipiat habere suum vigorem, & dispositiones censeantur diuersæ, & separatæ absque aliqua dependentia vnius ad alteram, quod vltra pactum in donatione appositum est etiam de iure communi, vt latè per *Menoch. cons.1153.num.1. vsque ad 8.lib.12. post Castr. in l.si pecuniam 5.num.11. qu.4. ff.de condit. caus.dat. Paris.cons.123. num.130.cum seq. lib.1.Roder.Soarez. in l.quoniam in prioribus,in declarat.leg. regn. qu.8. versic. præterea vltra prædicta, fol.477. Cod.de inoffic.testam.Socin.Iun.cons.118.num.8.lib.2.*
Cùm igitur sint diuersæ donationes, & in eis donans sibi reseruauerit causam obitus sine filiis,
12 †dicendum est istam qualitatem inesse vnicuique donatario, prout inerat illi primo, cui fuit donatum ad hoc, vt talis reseruatio omni tempore quod ad omnes operetur *Aym. consil.33. num.17.*

Posset tamen huiusmodi obiecto respóderi,quod immò non debeat fieri repetitio istius qualitatis circa obitum sine filiis in vnoquoq; ex descendentibus,

cùm talis repetitio non detur quando sunt plures, & diuersæ donationes, absque aliqua dependentia vnius ad alteram, vt dictum est, & in proposito firmat *Socin. Iun. cons.* 143. *num.* 24. *in fin. & per tot.*
13 *lib.* 3. † vbi concludit, quod donatio facta alicui cum qualitate, vt duret vsque ad eius vitam, non censetur ista qualitas repetita in substituto ipsi donatario, cuius respectu erit perpetua, non temporalis, cùm sint diuersæ donationes, & diuersæ personæ, & non adsit vniformitas vnius cum alia, prout esse debet ad hoc, vt sit locus repetitioni iuxta doctrinam, *Bart. in l. si ita stipulatus, §. grisogonus, col.* 2. *ff. de verb. oblig. cum aliis per Alex. cons.* 158. *num.* 2. *lib.* 6. *Ruin. cons.* 176. *num.* 5. *lib.* 2. & sequitur *idem Socin. Iun. cons.* 143. *per tot. lib.* 3. vbi etiam quod ita fuit iudicatum per *Rotam Florent. in eadem causa donationis, vt per Gerard. Mazzol. declar.* 80. de qua per *dict. Socin. Iun. consil.* 144. *lib.* 3. quos sequitur *Zanch. in repet. l. heredes mei, §. cùm ita, part.* 10. *num.* 78. *ad fin. ff. ad senatusconsf. Trebell.*
14 latè *Bero. consil.* 121. *per tot. lib.* 2. † Maximè, quia sumus in dispositione fauorabili, ad cuius restrictionem non datur repetitio qualitatis de vna persona ad aliam *Socin. Iun. cons.* 154. *num.* 43. *lib.* 3. *per cap. cum dilecti, de donat.* Cùm etiam simus in prima dispositione iam perfecta, ita vt qualitas subsequens in alia dispositione non trahatur ad illud,
15 † quod fuit separatè, & perfectè gestum, † Prout è contra qualitas donationis in fine posita non refertur ad primam, quæ habuit propriam, & separatam clausulam *Curt. Iun. cons.* 156. *nu.* 3. vbi de communi post *Imol. Alex. & alios in l. cohæredi, §. qui patrem. ff. de vulg. & pupill. Castr. in l.* 1. *n.* 2. *ad med. C. de liber. prateris. Bald. in l.* 1. *n.* 5. *C. de legit. heredib. & in c. aquisitioni, & in cap. secundo requiris, col. vlt. de appellat.*

Non obstat, quod simus in feudalibus, in quibus prout in emphyteoticis ius vtile dominij transfertur in
16 recipientem, † saluo iure directi dominij, vt res ad dominum redeat *Peregr. de fideicommiss. art.* 51. *n.* 21. *fol.* 486. Quia ex verbis donationis potius apparet nos esse in allodialibus, cùm fuerint donata bona, de quibus agimus, ad veram proprietatem, ac perpetuam hæreditatem, ac pleno iure, cum aliis clau-
17 sulis, quæ excludunt ad feudum, † Vnde cũ simus in bonis liberis, minus reuerti debẽt ad donantem, sed perpetuò remanere apud donatarios, ac illius hæredes, prout talis debet esse donatio *l.* 1. *ff. de donat. Bursat. cons.* 31. *num.* 7. *lib.* 1. Maximè, quia reseruatio superioritatis, & protectionis, de qua in donatione, non tangit personam donatarij, neque eius successorum, ita vt ex hoc magis iudicandum sit nos esse in bonis liberis, non autem feudalibus, Vnde magis iudicabitur perpetua donatio *l.* 1. *§. senatus, ff. de donat.*

Minus obstat, quod donatio transferatur in descendentes cum eisdem conditionibus existentiæ liberorum, & aliis qualitatibus propter illas dictiones pariformiter, & similia verba, de quibus in dona-
18 tione, † quæ tanquam præcedentia magis influunt in subsequentia *Bart. in l. quisquis* 93. *num.* 1. *ff. de leg.* 3. Quia cùm per donantem fuerit solùm facta expressa declaratio, quod in casu obitus Georgij sine filiis, & nepotibus donatio ad eum reuertatur, apparet de clara mente ipsius, quo casu non attẽduntur præcedentia, quæ non influunt in subsequen-
19 tia, nisi quando essent dubia & generalia, † non quando esset facta certa, & determinata dispositio *Ias. in l. si seruum plurium, §. si numerus, numer.* 3. *ff. de leg.* 1. *post Cin. Bald. & alios, in l. legatorum petitio. §. vltim. in fin. de legat.* 2. *Cardinal. Mantic. de coniectu. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 13. *nu.* 4. *per l. Titia, ff. de verb. oblig.*

In huiusmodi *causa Viterbien. castrorum. coram R. P. D. Sacrato* super prædictis nihil fuit conclusum, sed illis omissis suis loco, & tempore decidendis 14. Decembris 1616. cum præsupposito quod simus in bonis allodialibus super alio dubio dato dictum fuit, quod DD. Petrus, & Bartholomæus de Sancta Cruce non habeant intentionem fundatam super castris, & bonis donatis per quondam Gentilem Virginium Vrsinum quondam Georgio Sancta Crucio, etiamsi admisso quod prædicti de Sancta Cruce sint vocati ad fideicommissum dicti Georgij, & quod venerit casus fideicommissi, Nam in dicta donatione Georgius vndequaque fuit grauatus restituere suis descendentibus masculis per virilem sexum descendentibus, ibi, donauit Georgio præsenti, & acceptanti pro se, & suis liberis masculis, ac per virilem sexum descendentibus in infinitum, quibus quidem liberis, & nepotibus masculis de gradu in gradum descendentibus pariformiter donationem huiusmodi transferri voluit, me notario, vt persona publica præsente, & stipulante pro dictis successoribus & omnibus, quorum interest, vel interesse poterit in futurum, ad veram proprietatem, perpetuámque hæreditatem, & infra, ibi ponens prædictum Georgium, & suos liberos masculos in locum, &c. & ibi constituens etiam ipsum donatarium, & suos liberos masculos, & quemlibet ipsorum procuratores in rem propriam, &c. & ibi, tam ipse, quàm eius nepotes masculi propria ipsorum, & cuiuslibet ipsorum authoritate, & infra ibi, si dictus Georgius sine filiis legitimis, &c. vel non extantibus nepotibus masculis in eis legitimè descendentibus, & ibi, Ita tamen quod si dictus Georgius sine filiis, vel nepotibus masculis legitimis, & naturalibus decederet, & superesset vnus, vel plures masculi bastardi, quod liceat sibi disponere inter viuos, vel per vltimam volũtatem de dictis Tenimentis, ad dictis filiis masculis bastardis tantum in totum, vel in partem transferre, & infra ibi, voluit quod tot censeãtur donationes, quot sunt personæ, & gradus, ad quas, seu quos transferrentur, & quod iure directo ad dictos substitutos ordine prædicto perueniant, & acquirantur.

Cùm igitur dictus Georgius fuerit grauatus restituere bona donata suis descendentibus masculis, quales non sunt DD. Petrus, & Bartholomæus, sequitur, quod huiusmodi bona non debeant dici comprehensa in fideicommisso facto per dictum Georgiũ ad fauorem extraneorum, prout sunt DD. de Sancta Cruce, † Nam deficit potestas, cùm primus acquirens non possit præiudicare vocatis, nisi in acquisitione facta mediante pecunia, seu ob benemerita, secus quando, prout in casu nostro, sumus in acquisitis ex liberalitate concedentis, quasi tunc vocati habeant feudum, seu emphyteusim à concedente tanquam ex liberalitate, & beneficio domini concessam, non autem à patre stipulante, ita vt iudicetur concessio aduentitia, non profectitia, & consequenter non poterit tolli, aut minui à patre *Bald. in l.* 1. *in fin. Cod. per quas*

personas nob.acquir.& in l.si constante 19. *in fin.Cod. de donat.ante nupt.Natt.cons.*503.*num.*3.*Ruin.consil.* 143.*num.*11. *lib.*1.*Aym.cons.*135.*num.*8.*Becc.consil.*56. *num.*35.*Conar. lib.*1. *variar.resolut. cap.*18.*numer.*2. *vers.tertia conclus. Valasq.de emphyt. part.*49.*num.* 7. vbi quod ita fuit iudicatum *Aret. in l.apud Iulianum, §.si quis alicui, in fin.de legat.*1. *Gozad.cons.* 75.*num.*14. *Pinell.in l.*1.*part.*3. *num.*98. *vers.hoc autem latius procedit, C.de bon.matern. Surd.cons.*305. *num.*36.*lib.*3. Gabr.qui de magis communi *cons.*85. *num.*5.*lib.*1. Caputaq. qui etiam de magis recepta opinione testatur *decis.*302.*part.*1.*Alex.cons.*106.& 107.*lib.*4.*Ang.de testam.gloss.*87.*num.*3.*Crot.in l.qui Roma, §.duo fratres, num.*143.*de verb.obligat. Andreas Exea.de pact.num.*231.*Marcobr.cons.*54.*num.*
21 72. † Et cum hac distinctione concordantur opiniones Doctorum, dum volunt, quod primus acquirens possit præiudicare vocatis, vt in decisionibus adductis *in causa Bononien. de Bonis coram R.P.D. Sacrato* 16.*Nouembris* 1612.*dixi supra cap.* 405. Intelliguntur enim in emphyteosi pertinente ad filium mediatè ex pecunia patris empta, quæ sine alia industria filij acquisita, dicitur profectitia *l.omnimodo, §.imputari. vbi Bart.num.*6. *Cod.de inoffic.testam.Oldrad.cons.*149.*numero* 3.In profectitiis autem certum est patrem posse filiis præiudicare *l.filiæ cuius, Cod.famil.erciscun. Bald.in auth.si quas ruinas, nu.*6.*Cod.de sacrosanct.eccles.Valasq.de emphyt.quæst.*49.*num.*7.*post med.vers. & suffragatur huic sententiæ.*

Quæ magis procedunt stante clausula, de qua *supra*
22 *vers.accedat quod donans, nu,*10. † Quod videlicet, tot censeantur donationes, quot sunt personæ, & gradus, ad quas, vel quos transferrentur: & quot iure directo ad dictos substitutos ordine prædicto perueniant, & acquirãtur, per quam clausulam manifestè apparet donationem fuisse factam singulis vocatis, & ipsos nullam dependentiam habere à primo acquirente *Rot.diuersor.decis.*489.*numero* 5. *vers.& cum verba sint directa, part.*1.*& coram Card. Pamphilio Mediolanen.bonorum Iuny* 1601.*Menoc. cons.*1153.*nu.*1.*vsque ad* 8.*lib.*12. *dixi supra cap.*247. *num.*10.

Et magis colligitur, quod voluntas donantis fuit, vt Georgius non posset disponere de bonis donatis vltra vocatos propter facultatem concessam eidem Georgio decedenti sine filiis, vel nepotibus masculis legitimis, vt scilicet eo casu posset tantum dispo-
23 nere in bastardos masculos, ita vt † inclusio istius facultatis excludat omnes alias *l.cum prætor, in fin. ff.de iudic. l.vltim.Cod.de pact.conuent. l.maritus, C. de procurator. Angel.cons.*388.*in princip. Socin.cons.* 47.*num.*2.*lib.*1. Stante præsertim illa taxatiua tan-
24 tum, quæ excludit omnes alias personas, † præter expressas *l.non solum, §.tale, de liber.legat. Bart.in l.*1. *ff.si quis ius dicen.non obtemper.& in l.si sic stipulatus, la seconda, col.*2.*vers.fallit si esset, ff.de verb.oblig. Angel.in l.qui futurum, §.*1. *ff.de pact. Surd.cons.*403.*num.* 63.*lib.*3.

Neque obstat, quod possit dubitari an iste casus, qui euenit sit ille, de quo in prædicta clausula, & facultate, ex quo Georgius reliquit nepotes, & vlteriores descendentes, Quia non per hoc tollitur obiectum, Nam si contrahentes voluissent stare in terminis regulæ, quod primus acquirens voluisset præiudicare vocatis, non opus fuisset apponere huiusmodi pactum, cum sine illo potuisset Georgius in præiudicium filiorum, & nepotum disponere in bastardos saltem legitimatos, & multo minus fuisset apposita illa dictio, tantum, quæ repugnat cum dicta facultate, vt dictum est. Maximè propter pactum reuersionis casu quo Georgius decederet sine filiis, & nepotibus masculis, ex quo apparet, quod donans noluit concedere Georgio liberam facultatem alienandi, prout habent primi acquirentes, si enim hoc voluisset, non stipulatus fuisset reuersionem in ali-
25 quo casu, † quod pactum magis afficit, cum sit in eodem instrumento donationis, & sic intus in obligatione *l.lecta, versic.dicebam, ff.si cert.petat. l.eum qui ita, §.qui ita, ff.de verb. obligat. l.petens, Cod.de pact. Bald.in l.bona fidei, ad fin. Cod.eod.tit. Cassador.decis.*10.*num.*2.*&* 3.*de rescript.*

Et vltra prædicta constat etiam quod Georgius noluit dicta bona esse comprehensa in fideicommisso,
26 † quia testator in generali dispositione non censetur comprehendere bona, quæ alio iure erant futura hæredis, etiam si aliàs idem testator potuisset de eis disponere *Castr. in l. Lucius, §.maritus, num.*2.*digest.ad Trebell. Bart. in l.còdicillis, §. instituto, ff.de legat.*2. *Paris.cons.*26. *num.*19. *lib.*2. *Cephal.cons.*4.*num.*22. *cum aliis per Roland.cons.*71.
27 *nu.*26.*cum seq.lib.*2. † vbi quòd grauatus fideicommisso, si alium instituit, non videtur illum instituere in bonis fideicommisso subiectis, & alienari prohibitis, prout etiam pater instituens filios suos hæredes, æqualiter intelligitur illos instituisse in sua successione, non autem in bonis primogenituræ ab ipsa hæreditate seiunctis, cum lex præsumat, quod quis velit testari de bonis propriis, non autem subiectis fideicommisso, de quibus non potest disponere, nec inter viuos, nec in vltima voluntate *l.fin.§.& quia, Cod.commun.de legat.auth.res quæ, C. eodem tit.Bar.in l. Marcellus, § res quæ, ff.ad Trebell. Paris.*93.*nu.*37.*post princ.lib.*2. *& cons.*98.*num.*13.*&*
28 14.*eod.lib.*† Non obstante quod institutio sit facta verbis vniuersalibus de tota hæreditate, vel de omnibus bonis, cum similibus clausulis quia dicta verba semper restringũtur ad ea, quæ sunt de natura dispositionis, cui adiiciuntur, & ad casus habentes eandem rationem, & causam, & ad res suas, non alienas, prout latè declarat multa similia adducens *Aym. cons.*144. *numero* 6. *&* 7. *& per tot. Peregrin. de fideicommiss.articul.*6.*numer.*14 *in fin. & num.*16. *in princip.* Stante præsertim institutione, de qua
29 agimus, facta in omnibus suis bonis, † prout etiam solent passim in quibuscumque testamentis similia verba apponi, tunc enim per istam restrictionem ad bona sua, non comprehenduntur ea, de quibus non habebat dominium, quando decessit, tanquam illa non dicantur sua *Bart.in l.quintus, §.argento, ff. de aur.& argent. legat. & in l.serui electione, §.fin.ff. de legat.*1.*Socin.Iun.cons.*72.*n.*46. *lib.*1.*Cephal.cons.* 516.*numero* 17. *lib.*3. *Surd.decis.*93. *numero* 20. vbi
30 † quod nulla adest difficultas, quando institutio est restricta ad bona sua *Roland.cons.*71.*numero* 28. *lib.*2. *Aym.cons.*144.*numero* 5.*in fin. vers.non obstant modo illa verba. Petr.de fideicommiss.quæst.*8.*nu.*269. *&* 270.*Peregrin.eodem titul.articul.*6.*numero* 8.*ante med.vers.& eo magis, Cuman.cons.*109.*testator, in* 2. *dub. Rimin.Iun. cons.*394. *numer.*4. *cum seqq. lib.*4. *Decian.cons.*378.*viso motiuo, nu.*1. *Marcobrun.cons.* 85.*numero* 201.*cum sequen.Alex.cons.*168.*requisitus, lib.*2.

Nec

Nec aduersatur, quod donatio fuerit facta pro hæredibus propter illa verba, Ad veram proprietatem, perpetuamque hæreditatem, & pleno iure, & pro successoribus, & ex pacto, & quod persona Georgij & suorum hæredum, ac successorum censeatur excépta & quod tam Georgius quam sui heredes, & successores teneantur præstare patientiam. Quia non ex hoc potest dici, quod acquisitio fuit merè hæreditaria, ita vt potuerit Georgius de ea ad libitum disponere etiam in præiudicium descendentium, cùm adsit expressa vocatio illorum in infinitum de gradu in gradum, & quod sint tot donationes, quot personæ cum expressa stipulatione notarij pro om-
31 nibus, vt dictum est *supra num.*..† Maximè, quia aliud dicendo seqoeretur contrarietas, quæ non debet admitti, quamuis etiam est facienda interpretatio contra proprietatem verborum *Bart.in l.2.§. creditum,ff.si cert.petat. Aym. cons.70.num.5.(in.& Bald.in l.cum falsa.C.de iur.& facl.ignor.* Præsertim quia licet etiam concessio fuisset mixta nempe pro hæredibus sanguinis, non iuuaret DD, de Sancta
32 Cruce, qui non sunt de sanguine, † Prout deberent esse, vt dispositio in eis verificaretur, probando omnia in ea requisita etiam copulatiuè, si plura essent, cum vno deficiente non admitteretur, quamuis etiam à iure præsumeretur *Aym.in cons.pro gener.num.25.& 31. Surd.cons.130.num.1.ad med. vers.*
33 *dicens probari,lib.2.* Ita vt non obstet † quod descendentes tanquam hæredes teneantur præstare factum defuncti *l.cum à matre. Cod.de rei vendic.* Quia fideicommittentes non præsumuntur voluisse comprehendere in generali fideicommisso ista
4 bona tanquam restitutioni subjecta † *Roland.cons. 71. num.26. lib.2. cum aliis de quibus supra num.26.* Vnde negando comprehensionem in fideicommisso, non potest dici quod conueniantur facto defuncti.

Obseruandum est etiam, quod in eadem causa *Viterbien.castrorum* fuit dubitatum an Testamentum dicti quon. Georgij senioris esset in forma probanti, & videbatur concludendum affirmatiuè, quia constabat de originali habente omnia requisita publi-
35 ci instrumenti, in quo licèt deficiat recognitio, † Tamen cùm sit antiquum vltra centum annos, illa non requirebatur, neque hoc casu est necessaria probatio tabellionatus, cum ex ipso actu tam antiquo oriatur illius præsumptio *Socin. cons.187. in controuersia quæ vtitur.col.4.post med. vers.ad secundum respondeo,num.10.lib.2.* iuxta doctrinam *Bald. in l.comparationes,col.antepenult. vers.sed hic dubitatur. Cod.de fid.instrument. & in authen.quas actiones,in fin.num.19.C.de sacros.eccles. Felin.in cap.finis,col.18.de re iudic. Afflict. decis.245.num.3.& decis.251.in fin. n.6.post Innoc.in cap.veniens de verborum signification.Guid.Pap.decis.357.n.2. Alex.cons. 101.nu.10. vbi Addit. in verbo antiquissima, lib.7. Put.decis.146.part.1.in nou.Card.Seraph.decis.1077. n.1.* latè *Aym.de antiqu.tempor. part.3. §.videmus,n. 18.cum seq. Franc. Marc. decis.489.n.14.par.2.Decian.cons.36.pro tomo facultate n.3.vbi Addit.in verb. antiquis. Anton.Rub.cons.9.in fin. Alciat.præsumpt.*
36 *13.n.15.regul. Capell.Tholos. decis.331.in fin.* † Quando enim instrumentum est authenticum cum testibus, & signo notarij, ac aliis requisitis in publicis scripturis, tunc ratione difficilis probationis sola coniectura orta ex confectione instrumenti solemnis iuncta cum antiquitate temporis inducit efficacem præsumptionem notariatus, prout istis interuenientibus istam opinionem procedere declarat
37 *Alexand.cons.151.nu 9.lib.6.* † vbi etiam addit idem esse in instrumentis de longinquo, in quibus non est necesse probare notariatum ratione difficilis probationis *Bald.in l.comparationes,de fid. instrument.* Intelligendo tamen iuxta latè adducta per *Mascard.conclus.1097.nu.12. vsque ad 16.*

Neque obstat, quod sola antiquitas non sufficiat ad
38 præsumendum notariatum, † cùm de facili possit quis confingere instrumentum, quod appareat antiquum sub nomine alicuius priuati, tanquam notarij, & falsum fabricare videns non esse necessariam aliam probationem. Maximè quia vix fieri potest, quod aliquis fuerit notarius vtcunque res sit de antiquo, vt saltem non inueniantur alia sua instrumenta, saltem in loco vbi commoratus est, ideo videtur imputandum producenti, quando vi-
39 det negari notariatum, † cur non curet producere alia instrumenta eiusdem personæ, quæ productio erit necessaria ad euitandum istud periculum falsitatis *Aym.de antiquit. tempor. part.3. §.videmus,nu. 6.in fin. vers.rursus si sola. & num.8. in fin. vers.sed adhuc isto casu videtur dubium. Ias.in l.barbarius,*
40 *col.11 limit.3.de offic.præsid.* † & quod sola antiquitas non sufficiat concludit *Alexand.cons.150.numero 10. lib.6. cum aliis per Mascard. conclus.1097.numero 8 Corn.cons.142.colum.3.in fin.lib.3.& cons.24.*
41 *colum.5.lib.4. Put.decis.186. num.2.lib.3.* vbi † quod data non probat antiquitatem, cum possint confici scripturæ modernæ cum data antiqua *Rot. coram Cardinal. Ludouisio Mediolanen. decursus aquarum 19. Decembris 1608. & coram R.P.D. Sacrato Romana bonorum de Columna 22.Maij 1615.*

Quia prædicta procedunt in antiquis simpliciter, secus in antiquissimis supra centum annos, tunc enim propter difficultatem probationis admittitur ista
42 præsumptio notariatus, † ne pereat fides instrumenti *Aym. de antiqu. tempor.part.3. §.vidimus n.8. Alexand.cons.101.colum.3.lib.7. Mascardus conclus. 1097.numero 8. & 9.* Ideo in præsumenda qualitate notariatus non sufficiet tempus triginta anno-
43 rum † quod regulariter sufficit, vt præsumatur solemnitas extrinseca in actibus extraiudicialibus *cap.peruenit. de empt. & vendit. Alexand.cons.45.in fin.lib.3. Aym.de antiquit.temp.par.3.princ.* sed tempus requiritur antiquissimum, aut multum antiquum, & sic ad minus annorum centum *Afflict. decis.245.& decis.251.Guid.Pap.decis.257.in princip.* prout idem præsupponunt Doctores tenentes hanc opinionem, quòd ex sola antiquitate temporis præsumatur qualitas notariatus, vt latè per *Mascard.*
44 *conclus.1097.nu.8.& 9.* † Et ratio diuersitatis inter solemnitatem extrinsecam, & hanc qualitatem notariatus, videtur, quia in notariatu agitur de materia probationis, vt probetur ipsa res, super qua conficitur instrumentum, & tendit notariatus ad fidem instrumẽti, sed quando sumus in materia probationis, res de antiquo dicitur, quæ excedit metam centum annorum, solemnitas autem intrinseca non respicit probationem actus, sed eius validitatem. Imò quãdo tractatur de solemnitate actus, præsupponitur, quod de ipso actu legitimè apparet, quia aliàs frustra quæritur, an sit solemniter factus, vel non, si de eo non constat *Aym.de antiquit.temp.p.3. limit.6.* & sic cum agitur de probatione actus magis

dicitur tractari de substantia, non de qualitate, & solemnitate. Ita omnia prædicta declarat *Idem Aym.de antiquit.tempor.part.3.§.videmus,numer.10. vsque ad 12.*

Pretereaquamuis etiam solum tempus antiquissimum non sufficeret sd præsumendum notariatum, Tamen concurrentibus adminiculis illud satis esset,
45 † stante difficultate probationis *Rot.diuers.decis. 92.num.3.part.1. & coram Card. Pamphilio Veneta illegitimitatis 26. Aprilis 1602.& coram R.P.D.Pironano Comen.habitus 9.Iunij 1616. Aym.de antiq.tempor.part.3.§.videmus n.3.Corn.cons.142.col.3.in fi.lib. 3.& cons.104.col.8.eod.lib.Mascard.conclus.1097.*
46 *num.10.* † Et in casu,de quo agimus, pro adminiculis multum operabatur facies ipsius scripturæ, quæ præ se fert magnam antiquitatem, & ipsum testamentum, quod fuit productum in aliis diuersis iudiciis, & numquam oppositum, seu dubitatum de eius validitate,& ita in specie dicta adminicula ad hunc effectum admisit *Rota huiusmodi causa Viterbien.castrorum coram R.P.D.Sacrato 15.Iunij 1615.*
47 † Cùm etiam nulla suspicio verisimilis possit considerari contra producentem, stante qualitate, & legalitate eius personæ,vltra qualitatem scripturę, vix enim confici poterit scriptura recens, vt appareat antiqua,nam semper adsunt aliqua signa suspicionis,prout notat *Aym.de antiq.temp.par.3.§.vidimus in genere,num.9.in fin.*

Notandum est etiam quod in eadem causa dubitatum fuit an probaretur descendentia requisita in prædicto testamento, Quamuis enim constaret Bartholomæum,& Petrum viuentes descendere à Bartholomæo seniore, iuxta decisionem *in hac causa Viterbien.castrorum coram R.P.D.Sacrato 29. Aprilis 1613.* Tamen difficultas erat circa legitimatatem
48 requisitam in eodem testamento, † Et quidem verius est quod probetur dicta legitimitas,Cùm enim agatur de matrimonio, non ad effectum permanendi in illo, sed ad effectum legitimitatis prolis pro successione sufficiunt leuiores probationes *Glos.in cap.later.qui fil.sint legit.Sal.in l.non nudis, nu.9.Cod.de probat.Gemin.cons.28.nu.8. & 9.Paris.cons.13.num.21. lib.2.* & multa adduxi *supr.c....Rot. coram Card.Seraph.Parmen.status 6.Martij 1592.& coram R.P.D.Cordub. Neapolitana legitimitatis 2. Iunij 1595.& coram eodem Caurien.matrimonij 29. Ianuarij 1596.& coram R.P.D.Iusto Leodien.matrimonij 22. Iunij 1605. & coram R.P.D.Caualerio Vladisauien.29.Nouembris 1614. & 28. Februarij*
49 *1611.* Maximè † cum simus in legitimitate ascendentium antiquorum, tunc enim militat regula, quod in antiquitis propter difficultatem probationum sufficiunt leuiores *Rom.in l.si verè 65.§ de viro.num.88.vers.sexto quæro.ff.solut.matr.Dec.cons. 42.pro facultate.num.3. Angel. in l.at qui natura §. cùm me absente. ff.de neg gest.Bald. in l.proprietatis, Cod. de probat. & in l.conuenticulam, col.pen. C.de episc.& cleric. & in auth.quas actiones, C. de sacros. eccles.Rot.coram R.P.D. Sacrato Romana de Sancta Cruce 23. Maij 1608.*

Quibus conferunt duo instrumēta antiqua vltra centum annos,in quibus enunciantur filij d.Bartholomæi,& nobilis ac honestæ mulieris Iacobellæ vxo-
50 ris eiusdem Bartholomæi, † quæ enunciatiuæ plurium instrumentorum in antiquis habent vim sine vxoratus,& plenè probat etiam in præiudiciū tertij *Rot.diuers.decis.684.num.1.part.1.& decis.462.nu.3. ad part.1.post Gloss.in cap.cum olim.de censibus. Silu. cons.57.n.7.Achil.dec.5.de iur.patron. Aym.de antiquit.tempor.part.1.vers.ampliatur nunc memorata n. 8.& 14.Bald.Castr.Salic.& alij in l.cum aliquis.C. de iur.delib. Aret.cons.42.col.1.vers.tertio pro ratione, Socin.cons.86.colum.1.post med.& cons.89 col. 2.vers.præterea ista conclusio, lib.1..Alex.cons.90.nu. 11.& 12.lib.6. Dec.cons.11.col.6.post med.vers.ad hoc fundamentum.*

Accedat quod Petrus duxit in vxorem Constantiam Picolomineam proneptem Pij Papæ II.& neptem Pij III.qui dum esset Cardinalis interuenit sponsalibus,quod matrimonium non est verisimile fuisse
51 celebratum cum bastardo, † qui nulla gaudet nobilitate,etiamsi à nobilibus descendat *Bald.in cap. innotuit, nu.14. & 15.de elect. in l.cum antiquioribus quæst.8.n.12.Cod.de iur.delib.& in eum legitima ff.de stat.homin. Bart.in l.1.col.4.vers.item pone ex eodem. Cod.de dignitate.lib.12.Anchar.cons.389.nu.2.Card. Palæot.de not.& spur.cap.61.num.7.Rot.coram Card. Pamph.Veneta legitimitatis 26. Aprilis 1602.& corā R.P.D.Litta Ianuen.iuris patronatus 13. Mart.1606.*
52 † Neq; enim bastardi veniunt appellatione nobilium,siue loquamur in fauorabilibus, siue in odiosis,cùm tales nullam retineant cognationem, vel agnationem ex parte patris *l.si spurius ff.und.cognat. Imol.in l.ex facto. §.si quis rogatus.col.14. vbi Alex. col.vlt.ff.ad Trebell. Alex.cons.25.circa primum.col. 2.vers.& tanto magis lib.1.& cons.172.in 2.dub.lib.7. Felin.in c.super eod.col.3.de testibus,& in c.in præsentia col.11.de probat.Ruin.cons.77.nu.7.lib.3.latissimè Tiraqu.de nobilit.cap.15.num.10.vsque ad 7.*

Adduntur testes deponentes de publica voce,& fama, & communi reputatione super descendentia Petri, & Batholomæi iuniorum absque vlla macula ille-
53 gitimitatis,† Ex quorum verborum vi includuntur omnes descendentes *Cas.de Gras.decis.6.num.4.qui fil.sint legit.* vbi quod si aliquis ex ascendentibus prædictis esset natus ex illegitimo matrimonio,licèt per subsequens matrimonium legitimaretur, tamen remaneret macula originalis *Rol.cons.100. quod est vlt.nu.19.vsque ad 50.lib.2. Resell.de legitimat.rubr.de caus.final.legitimat.in prin.tom.8.par.2.*
54 *fol.79.Cephal.cons.82.n.2.lib.2.* † Maximè stantibus verbis Sine aliqua macula , quæ dictio Aliqua est præcisa,& omnia comprehendit,etiam minima in qualibet materia *l.si seruum.§.prætor ait.de acquir. hæredit.l.mulier.§.fi.ff.de cond.inst.cum aliis per Aym. cons.294.n.4.& 5.Imol.in l.filio præterito col.17.ff.de inoff.testam.Corn.cons.158.col.6.post med.lib.2.* & in proposito nostro *Cas.de Grass.decis.6.nu.5.in fin.qui fil.sint legitim.*

Probatur etiam quod Iacobus natus ex Petro fuerit legitimus,cùm vbique enuncietur filius Constantiæ Picolomineæ,cuius formale matrimonium,quamuis non probetur cum Petro per verba de præsenti, Nihilominus attenta qualitate personarū adest verisimilitudo illud fuisse celebratum, maximè quia sumus ante Concilium,de quo tempore sufficiebāt
55 sponsalia, † cum subsecuta copula transiuissent in matrimonium *cap.is qui fidem 30.vbi Abb.num.1.de sponsalibus cap.fi.eod.tit.*

Descendetia autē Petri ex Iacobo non controuertitur, prout nec de Bartholomæo iuniore, quod sit filius legitimus,& naturalis Martij & Liuię.Solum dicebatur non probari,quod Bartholomæus,à quo descendunt isti Domini de S. Cruce sit ille Bartholomæus

mæus, de quo loquitur testamentum Georgij, In
quo tamen dicendùm est quod satis constat de
identitate, quia testamentum Georgij vocat des-
56 cendentes Bartholomæi de Sancta Cruce, † vnde
concurrunt duæ demonstrationes, videlicet no-
men & cognomen, quę sufficiunt ad probandum
identitatem personæ *l. demonstratio falsa, & ibi Bar.*
quæst. 7. n. 14. ff. de condit. & demonstration. Aym. cons.
169. nu. 4. Dec. cons. 13. pro tenui facultate. n. 9. Bald. in
l. hac consultissima col. 1. vers. quaro quod si nomen, C.
qui testam. facer. poss. Mascard. concl. 503. n. 1. & concl.
875. num. 1. & est text. in l. forma, & ibi Glos. in verb.
vicinos, ff. de censib. Alex. cons. 35. num. 2. lib. 5. & cons.
151. num. 5. Rot coram. R. P. D. Rubeo. Bononien. fidei-
57 *comm. 15. Decembris* 1596. † Cum etiam pluralitas
non præsumatur, ita vt qui dicit extitisse alium
eiusdem nominis, & cognominis debeat hoc pro-
bare *Bart. in l. si in rem ff. de rei vendicat. & in l. si quis*
seruum, §. inter duos, ff. de legat. 2. Ias. cons. 114. nu.
6. lib. 1. Natt. cons. 97. nu. 15. & cons. 235. num. 4. Rim.
58 *Iun. cons. 363. num. 8. vsque ad 62. lib. 4.* † Et ita lo-
quuntur omnes, qui contrarium tenent, quod non
sufficit constare de nomine & cognomine, quando
videlicet fuisset probatum, quod alij adessent eius-
dem nominis, & cognominis, tunc enim deberet
concludenter probari illos esse eosdem qui repe-
riuntur descripti in tali instrumento, seu testa-
mento, vel simili scriptura *Card. in c. cum Ioannes*
col. penult. de fid. instrum. Decian. cons. 100. viso puncto
& diligenter, n. 9. Cern. cons. 146. col. 2. post med. vers.
nec probatur identitas, lib. 3. Mascard. conclus. 875. n.
2. & ita ex prædictis cõnstare de legitima descen-
dentia conclusum fuit per *Rotam in huiusmodi causa*
Viterb. castrorum. corã R. P. D. Sacrato. 15. Iuny 1615.

EPITOME.

Ætas viginti annorum an habeatur pro perfecta iuxta statutum Vrbis quo ad omnes effectus, etiam ad donandum. ¶ Solutio an sit rectè facta, quamuis pecuniæ non conuertantur in causam narratam. ¶ Et quãdo stetur assertioni minoris, quod illæ fuerint versę in eius vtilitatem. ¶ Obligatio maioris an sit valida, si cum eo se obliget minor, vel alius, qui non poterat se obligare. ¶ Pro decreto Iudicis quãdo præsumatur. ¶ Et quo casu possit de illius nullitate stante agi breuitate temporis, & interpositione in ipso actu. ¶ Et quid seruetur de consuetudine. ¶ Minor forensis an sit habilitatus per statutum, si in Vrbe contraxerit. ¶ Probatio habitationis decẽnalis an sufficiat ad contrahendum incolatum.
¶ Contractus aliàs validus an vitietur, si inutiliter adhibeantur solemnitates statutariæ. ¶ Minor an audiatur in rescissione, seu nullitate contractus, si accepta non restituat. ¶ Venditio rerum minoris an sustineatur, si executio non immineat sed solum instetur pro solutione debiti për creditores. ¶ Bona stabilia minoris an possint vendi, nisi constet Iudici, quod non adsunt mobilia. ¶ Læsio an consideretur in minore promittente euictionem pro aliquo, qui etiam pro eo illam promisit. ¶ Liber baptismi an probet ætatem. ¶ Communio an possit tolli aliter quàm per diuisionem. ¶ Et quando illa præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *In re pro indiuiso possessa vnusquisque habet quotam portionem in qualibet gleba,*

2 *Communio non potest tolli nisi per diuisionem, quanunquam præsumitur nisi probetur.*

3 *Ætas viginti annorum habetur pro perfecta iuxta statutum Vrbis quo ad omnes effectus etiam ad donandum, num. 4.*

5 *Solemnitates statuti vrbis attenditur in contractu gesto in Vrbe, quamuis bona alibi existant, num. 6.*

7 *Solutio quando dicatur rectè facta, quamuis pecunia non conuertantur in causam narratam.*

8 *Obligatio maioris est valida, quamuis cum eo se obliget minor, vel alius, qui non potest se obligare, numer. 9. Declara vt num. 11.*

10 *Obligans se insolidum, & in forma camera conuenitur in totum.*

12 *Decretum quando sit nullum, si interponatur statim in ipso actu, & quid seruetur de consuetudine tam in decretis Vrbis, quam aliorum locorum, num. 13. 14. & 33.*

15 *Pro decreto præsumitur tollendo omnem suspicionem doli, metus, ac nullitatis, & contrarium dicenti incumbit onus probandi, numer. 16. Declara vt num. 38.*

17 *Minor forensis non potest dici per statutum habilitatus, quamuis in Vrbe contraxerit. Intellige vt num. 19.*

18 *Probatio habitationis decennalis non sufficit ad contrahendum incolatum, nisi sit cum animo ibi perpetuò permanendi.*

20 *Liber baptismi probat ætatem.*

21 *Statutum Vrbis loquens de minoribus intelligitur de minoribus viginti annorum.*

22 *Contractus minoris sustinetur de iure communi ex sola iuramentum.*

23 *Contractus aliàs validus non vitiatur, si in eo adhibeantur inutiliter solemnitates statuti.*

24 *Vtile per inutile vitiatur in contractibus.*

25 *Minor non auditur, nisi prius accepta restituat, offerendo re aliter, num. 26. Declara vt num. 27. & 28.*

29 *Confessio minoris, quod pecunia sint controuersa in eius vtilitatem, præsumitur vera, stante decreto Iudicis, quidquid secus sit in contractibus per eum gestis absque solemnitatibus, num. 30.*

31 *Statur assertioni minoris concurrente aliqua præsumptione, & sufficit illam verificari in aliqua parte, num. 32.*

34 *Venditio rerum minoris sustinetur, quamuis executio non immineat, & sufficit creditores instare, & debitum petere.*

35 *Bona stabilia minorum non possunt vendi nisi constet Iudici, quod non existant mobilia. Intellige vt nu. 36. & 37.*

36 *Læsio non consideratur in minore promittente euictionem pro aliquo, qui etiam pro eo promisit.*

CAPVT DLV.

DOmus, de qua agimus pertinebat ad tres fra-
tres, & ad duos filios alterius fratris, qui pro
indiuiso, & communiter illam possidebant, prout
omnes ita fatentur in instrumento, de quo in sum-
mario *numero primo* Adeò vt ex dicta confessione
appareat, quod dicto duo filij habebant quartam
partem dictæ domus, cum pro alijs tribus parti-
bus essent domini alij tres fratres, & stante tali
1 communione, & re pro indiuiso possessa, † vnus-
quisque ipsorum dicitur habere quotam portio-
nem in qualibet gleba, vt in toto *Gloss. in l. si quis*
fundum 43. in verb. locus, in princip. & ibi Bart. ad

mod.ff de acquir.possess.Calcan.cons.36.num.18.Card.
Seraph.decis.1303.n.10.part.2. vbi eshocconcludit,
2 † quod talis communio non potest tolli,nisi per di-
uisiuuem,quę numquam præsumitur,nisi proberur
l.penultim.Cod.comm.diuid. Ang.in §.fin.instit.de so-
cietat.Ferret.cons.120.num.6. Mascard.conclus.328.
num.5.

Qua communione stante inter dictos nepotes, &
patruos, Dixi rectè potuisse vendi domum præ-
dictam, cum tàm fratres essent maiores, quàm
D. Silla vnus ex nepotibus, qui etiam erat maior
viginti annis, cuius respectu etiam valuit ven-
3 ditio, † cum secundum statutum Vrbis ista ætas
habeatur pro perfecta, non secus ac si esset vi-
gintiquinque annorum, adeo vt sit reputandus
maior absolutè quod ad omnes effectus etiam ad
donandum, nedum ad vendendum Card.Seraph.
decis.711.num.2.part.1.Mandos.de ætat.minor.cap.5.
numer.83. Vnde neque poterit allegare aliquam
4 nullitatem contractus † Castr. in l.2.num.9. C.de
his qui ven.ætat impetrar.Corn.cons.108.num.6.lib.3.
Caldas de restitut.in integr.in verb.vel aduersarij do-
lo.num.66.in fin.

Quo verò ad Ascaoinm alterum nepotem, quamuis
minorem etiam valuit venditio, cum fuerit facta
iuxtà formam statuti Vrbis lib.1.cap.151. quod erat
5 seruandum,omisso statuto Amerino, cuius solem-
nitas non attenditur in contractu celebrato in Vr-
be,etiam si essemus inter forenses,nedum inter eos,
qui habebant ibidem domicilium, prout est casus
noster Bart.in l.cunctos populos,part.6.princ.num.33.
vers. sexto videndum est, Cod.de sacros.eccles. Abb.
cons.52.num.3.lib.2.Card. Mantic.de tacit.& ambig.
6 conuent.lib.14.titul.19.nu.24 Quamuis † bona ven-
dita extarent in ciuitate Amerina,cum sufficiat de-
cretum vnicum Iudicis,quia habet minorem sub se
Bart.in l.si prædium.num.1.& ibi Salic.numer.4.ff.de
præd.minor.Card.in clem.1.ante fin.de reb.eccles.non
alienand.Bald.in l.1.nu.1.& ibi Castr.num.2.Cod.de
contrah.empt.& de communi Gomes.de contract.cap.
14.num.17.

Neque obstat non constante de causa venditionis,
7 † Quia cum illa fuerit facta seruatis seruandis, ac
præuio decreto iudicis, neque dicta causa fuerit
narrata per modum conditionis,solutio dicitur re-
ctè facta, quamuis in illam causam pecuniæ non
conuertantur quasi sufficiat quod recipiens confi-
teatur se in illam causam recepisse,licet mentiatur
Card.Seraph.decis.1187.nu.1.part.2. per doctrinam
Bart.in auth.hoc ius porrectum, col.fin.ad med.nu.17.
vers.quod dicemus, Cod.de sacros.eccles.Castr.in l.1.§.
non autem, nu.4.de exercit.act. Dec.cons.329.conclu-
sio superius, col.2.post med. vers.secundo consideran-
dum est num.2.

Et quatenus constaret de falsa causa,quod expressè ne-
gatur,cessat omnis dubitatio respectu D.Sillæ,qui,
vt dictum est, potuit se validè obligare tanquam
maior viginti annorum, iuxta dispositionem statu-
ti,adeo vt non obstet prætensa nullitas obligatio-
8 nis respectu D.Ascanij minoris, † cum subducta
persona illius remaneat valida obligatio alterius,
qui poterat legitimè, & de iure contrahere l.si Ti-
tius & Seia 49.vbi Bart.Imol.& Alber.in 2.lect.nu.
3.& Cuman.num.2.fideiussor. Bald.consil.31. statuto
ciuitatis Astensis, num.2.vers.in contrarium videtur,
lib.1. Heringius de fideiussoribus cap.27.part.2.nu-
mero 65.vsque ad 70.Gregor. Tholos.syntagmat.iur.
9 lib.2.cap.4.num.7. ante fin. † Quod procedit non
solum in minore, sed in muliere, & similibus,
qui licèt non possint se obligare, non tamen fa-
ciunt, vt simul cum eis obligati non teneantur,
cum respectu eorum validus remaneat contractus,
qui in hoc non erit indiuiduus l.si paternam 8. vbi
Bart.in princ. Bald.in fi Cin.num.2. Castr.ante med.
Bellapert.& Alb.num.1.Cod.ad Velleian.l.vir vxori
17. vbi Gloss.in verb.intercesserint, ff.eod.tit. l.si Ti-
tius, 49.de fideiussor. Gregor. Tholos.syntagmat.iur.
cap.4.num.7.lib.24.

Et cum idem D. Silla obligauerit insolidum præuia
obligatione camerali, ac iuramento, & cum aliis
clausulis, de quibus latius in instrumento, poterit
10 † in totum conueniri Bart.in l.quæ pro eod.col.pe-
nult. vers.octauo quæritur. num.15. ff.de fideiussoribus
Castr.cons.433.visis omnibus n.3.lib.1. Natt.cons.262.
nu.14.Alex.cons.32.in fin. lib.4.decian.cons.72.nu.5.
lib.2.Bertazol.clausula 7.glos.19.nu.4.Mohed.decis.
2.alias 223.de renunc.

Nec facit indiuiduitas contractus, per quam nullitas
respectu Ascanij minoris trahitur etiam ad Sillam,
11 † ita in totum sit nulla venditio,iuxta Afflict.exad-
uerso allegatum decis.213 num.2. Quia loquitur in
restitutione in integrum,de qua modò non agimus
cum secus sit in obligatione eius, qui poterat legi-
timè, & iure contrahere, nam illius respectu fuit
validè contractum subducta persona minoris l.si
Titius & Seia.49.ff.de fideiussoribus & dictum est su-
pra versic.& quamuis constaret.num.8.

Minus obstat quod ex breuitate temporis circa decre-
tum interpositum non cōstet de causæ cognitione,
12 † maximè quia curator, qui fuit adhibitus loco con-
sanguineorū malè informauit Iudicem Rot. diuers.
decis.529.nu.5.part.1. Quia ibi apparet, quòd causa
erat talis, super cuius statu non poterat curator in
tam breui tempore capere informationem,& eam
Iudici dare,quod non est in casu nostro,cum statim
de hoc potuisset haberi plena cognitio,ideo suffi-
cit,quod tunc temporis fiat, & per eam decretum
validatur,cum etiam de consuetudine ita seruetur,
quæ in illis decretis ita interpositis attēditur Castr.
cons.38.in fi.lib.1.& in l.actus.vbi Alber.Cod.de feriis,
13 Put.decis.364.lib.1.Ruin.cons.90.ad fin.lib.5. † Maxi-
mè in terminis statuti Vrbis,quod non requirit, vt
huiusmodi causę cognitio apparere debeat ex actis,
propterea sufficit, quod Iudex ante interpositioné
decreti à propinquis, curatore, vel aliis de veritate
causæ, ac cæteris sibi narratis se extraiudicialiter
informare potuerit ad effectum, vt decretum po-
stea interpositum sustineatur Gabr.qui loquitur de
decretis per Iudices in Vrbe interpositis conclus.5.
num.34. in fin.de sentent. quem approbauit Rot.di-
14 uers.decis.518.num.2.part.1. † Et faciunt quæ in pro-
posito adducit Imol.cons.98.num.12. & cons.99.nu.
6.Simoncell.de decret.tit.1.nu.59.vers.est bene verum,
Rot. coram Sanctissimo Cathanien. illegitimitatis 10.
Ianuarij 1583. & coram R.P.D. Pena. Romana de
Grandis 16.Februarij 1601.& latè comprobaui deci-
sion.March.130.nu.8.vsque ad 12.& latius supra cap.
153.num.4.vsque ad 24.tom.1.

Erit igitur valida venditio,cum fuerit rectè interposi-
tum decretum Iudicis, præuia cognitione causæ,
15 † cum pro decreto etiam præsumatur, vt contra-
ctus valeat,& omnia dicantur solemniter acta,tol-
lendo omnem suspicionem doli, metus, culpæ, &
alterius cuiuscumque nullitatis Bald.in l.1.in princ.

in 3.

in notab. ff. de rebus eorum, & in l. pacta nouissima, nu.
1. C. de pact. cum alijs per Fabian. de Mont. de empt.
& vendit. quæst. 5. num. 101. vsque ad 104. Put. decis.
205. num. 2. lib. 3. Card. Seraph. decis. 217. nu. 1. Rot. co-
ram R.P.D. Sacrato Romana de Iacomellis 29. Apri-
16 lis 1612. Surd. decis. 106. num. 9. † Ita vt contrarium
dicenti incumbat onus probandi Gabr. cons. 36. nu.
26. lib. 1. Achill. decis. 4. de præsumpt.

Nec facit, quod statutum non habiliter personam
Sillæ iuxta decis. Rot. coram R.P.D. Burato Tudertina
seu Romana nullitatis obligationis 4. Iulij 1614.
17 † vbi, quod minor forensis non potest dici per sta-
tutum habilitatus, quamuis in Vrbe contraxerit
Bart. in l. 1. nu. 8. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, & in
l. cunctos populos, num. 26. Bald. num. 41. & 58. Salic.
nu. 10. Ias. in 1. lectura, num. 42. & in 2. lect. nu. 26. Cod.
de summ. trin. & fid. cathol. Roland. cons. 24. num. 12.
lib. 3. & cons. 41. num. 6. eod. lib. Surd. decis. 197. nu. 6.
& cons. 2. num. 42. Anchar. in cap. 1. nu. 78. de const.
Rot. diuers. decis. 103. nu. 13. part. 2. & decis. 580. num.
1. part. 1. Et in simili statutu Vrbis Ias. consi. 59. col. 2.
18 in fin. vers. nec habet obstare, lib. 3. † Ita vt neque suf-
ficeret probatio habitationis decennalis in Vrbe,
nisi constaret habitantem fuisse animo ibi perpe-
tuo permanendi, & non recedendi, prout requiri-
tur ad contrahendum incolatum Gloss. in l. 1. in
verb. incolam, C. de municip. & origin. lib. 10. Bart. in
l. ciues, Cod. de incol. eod. lib. Alciat. in l. pupillus, §. in-
cola, in princip. D. de verb. signif. Rot. diuers. decis. 150.
num. 3. part. 2. & coram Card. Ludouisio. Ciuitatis ca-
stelli hæreditatis 1. Decembris 1606. dixi supra cap.
181. tom. 2.

Quia stante incolatu, & habitione in Vrbe sectè
probata, cessant contraria, & per consequens cen-
19 setur habilitata persona, † quæ tunc subiacebat
statuto Vrbis l. 2. C. de incol. lib. 10. Caputaq. decis.
80 part. 2. Cum etiam respectu Sillæ, qui prætendit
se minorem, cesset difficultas, cum tempore con-
tractus esset maior 20. annis, vt ex libro baptisma-
20 tis, † qui probat ætatem Feder. cons. 119. ad fin.
Mandos. reg. 18. qu. 10. n. 4. cum alijs per Caldas de
restit. in integr. in verb. minoribus, nu. 58. Caputaq. de-
cis. 314. nu. 1. Robuff. de regest. seu lib. baptism. nu. 11.
tom. 2. fol. 315. Vnde respectu illius non habebit lo-
21 cum statutum Vrbis lib. 1. c. 113. † quod dum loqui-
tur de minoribus, debet intelligi de minoribus vi-
ginti annis, secundum dispositionem eiusdem sta-
tuti in præcedenti cap. 47. argumento l. si cum fun-
dus, D. de verb. signif. cum alijs per Rot. coram R.P.
D. Marcomontio, Bononien. census 17. Martij 1608.
Et per consequens cum versemur in maiore vigin-
ti annis, cessat dispositio statuti dict. cap. 113. & suc-
22 cedit dispositio iuris communis, † iuxta quod talis
contractus ex solo iuramento sustinetur auth. sa-
cramenta puberum C. si aduers. vendit. quamuis nul-
la solemnitas statutaria interuenerit, iuxta opinio-
nem Bart. ibid. n. 3. quam sequitur Rot. per Put. decis.
394. lib. 3. & coram R.P.D. Pamphilio Farfen. spolij
11. Februarij 1605. Ita vt in hoc casu magis standum
sit assertioni contrahentis, dum declarauit pecu-
nias conuersas esse in eius vtilitatem, cum etiam
sine causa contrahere potuisset Put. decis. 245. lib. 3.
23 † Adeo vt nihil obstet quod contraxerit cum so-
lemnitatibus, cum non vitietur propterea contra-
ctus aliàs validus Rot. coram R.P.D. Pamphilio A-
merina domus 13. Februarij 1615. in fin. per text. in cap.
24 vtile non debet, de reg. iur. in 6. † cuius dispositio ma-
ximè procedit in contractibus l. sancimus, § quis au-
tem de donat. l. pecunia, & l. placuit. ff. de vsur. Tiraq.
de retract. conuent. ad fin. tit. n. 145. Surd. decis. 248. n.
22. Rip. Socin. & alij in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. obli.
Felin. in cap. cum ex officij, nu. 25. de præscript.

Cùm etiam si non constaret de incolatu, minor non
posset se iuuare, quod non sit comprehensus in sta-
25 tuto, † nisi prius restituat recepta ex causa vendi-
tionis l. si à te, Cod. de pact. inter empt. & vendit. L.
quod si minor, §. restitutio, de minor. Aym. cons. 7.
numero 14. Paris. cons. 96. num 112. lib. 1. Rot. diuers.
decis. 111. in fin. part. 1. Abb. cons. 92. in fin. lib. 1. Felin.
in cap. cum causa, n. 10. de re iudic. De quo adim-
plemento non constat, immo neque de oblatione,
26 † cum tamen illa sequireretur realiter, & cum ef-
fectu Calcan. cons. 26. col. fin. de restitut. in integ. quæst.
47. artic. 3. num. 14. Simon de Pret. cons. 74. nu. 28.

Et quamuis prædicta non procedant quando agitur
per minorem ad nullitatem contractus: Rol. cons. 7.
27 numero 18. lib. 3. † Tamen stante confessione per
minorem facta de pecuniis in eius vtilitatem con-
uersis cum auctoritate curatoris, & decreto Iudi-
cis, ac alijs per statutum requisitis, illi standum est,
donec per restitutionem in integrum non appareat
28 de læsione, † nam aliàs illa non probata, minor
non esset audiendus, cum confessio possit esse ve-
ra, quamuis debitum primo aspectu appareat fuis-
se per alios contractum Bertr. cons. 169. num. 5. lib. 1.
29 part. 2. Alex. cons. 55. in fin. lib. 5. † Præsumitur enim
vera talis confessio stante decreto Iudicis, ac alijs
solemnitatibus Card. Seraph. decis. 217. num. 1. cum
alijs, de quibus supra vers. erit igitur, num. 15. Tunc
enim cessat omnis suspitio. Bart. in l. 1. Cod. de præd.
decur. lib. 10. Roland. cons. 50. nu. 11. lib. 1. Rimin. Iun.
cons. 42. n. 56. & 81. lib. 1. Simoncell. de decr. lib. 3. tit. 7.
30 n. 45. † Quidquid sit in contractibus gestis absque
solemnitatibus, & sine decreto Iudicis, tunc enim
non statur istis assertionibus, in quibus terminis
loquuntur Cresc. decis. 3. n. 1. in fin. de constit. & Aym.
de antiq. temp. parte 1. §. propositum, num. 67. vbi, quod
ita consuluit, & fuit iudicatum, & est cons. 175. Ita
vt stante validitate talis assertionis, quod pecuniæ
sint versæ in vtilitatem minoris, semper sit locus
restitutioni acceptorum, etiam quando ageretur
ad nullitatem contractus, ob præsumptam locu-
pletationem Bart. in l. prædiorum, n. 1. C. de præd. mi-
nor. Decian. cons. 60. viso themate, col. 3. in princ. Ro-
land. cons. 7. num. 28. lib. 1. Socin. cons. 115. col. fin. lib. 1.
Bald. & Alber. in l. 1. C. si aduers. credit. Ang. in §. 1.
inst. de auctor. tut. Maximè, quia de illo tempore di-
cti minores viuebant in communione cum pa-
truis, quo casu satis verisimile videtur, quod dictæ
pecuniæ ex retractu venditionis domus fuerint
versæ in communem vtilitatem prout minores
cum iuramento asseruerunt, non obstante, quod
in instrumento appareret, quod societates fuissent
contractæ ab ipsis patruis tantum l. fin. C. de alim.
pupill. præstand. Menoch. de præsumpt. qu. 11. n. 1. lib. 6.
31 † Et sic magis standum est prædictæ assertioni,
concurrente aliqua coniectura, & præsumptione
Aym. de antiq. temp. part. 1. §. propositum, n. 69. Gabr.
cons. 69. n. 9. lib. 1. Achill. decis. 1. de confess.

Amplius etiam standum est dictę assertioni minorum,
quamuis prætendatur constare, quod in societate
scutorum sexcentum, D. Petrignanus recognouit
bonam fidem pro scutis 150. & quamuis altera so-
cietas scutorum 400. versa fuerit in solutionem

fructuum cenſus, in quo patrui erant fideinſſores,
Quia nepotes minores non fecerunt talem aſſer-
tionem,pro qua parte dictæ ſocietates ad eos ſpe-
ctarent, ſed ſolùm aſſeruerunt, quod illæ fuerunt
32 contractæ etiam pro ipſorum ſeruitio, † ſufficit
enim, quod talis aſſertio poſſit verificari in vna
parte ad ſuſtinendam venditionem ex cauſa æris
alieni ſolemniter factam, vt ſupra dictum eſt *cap.
inter dilectos,de fid.instrum. Calder.conſ.8.ad fin.de
donat.* Maximè,quia etiam domus erat communis,
quamuis enim in debito haberent patrui maiorem
partem,id ipſis imputari poterat in propria eorum
portione habito reſpectu ad pretium domus *l.cum
in fundo,§.ſi fundus,ff.de iur.dot.* Præſertim vt inter
eos ſeruetur æqualitas *l.illud, Cod.de collat. Socin.
conſ.98. n.2. verſ.poſtremo, lib.1.*

Et ita ex prædictis & ſimilibus rationibus fuit con-
cluſum pro validitate venditionis in huiuſmodi
cauſa *Amerina domus coram R. P. D. Pamphilio* 13.
February 1615. Et cum partes prætendentes nul-
litatem non acquieſcerent,iterum cauſa propoſi-
ta dictum fuit ſtandum eſſe in deciſis 26. Nouem-
bris 1616.vbi etiam fuit additum non obſtare,quod
inſtrumentum venditionis habeat relationem ad
contractus ſocietatum, quæ ſunt in perſona pa-
truorum,quaſi ex hoc videatur deficere cauſa nar-
rata æris alieni minorum,Quia iſtud procederet,ſi
relatio eſſet ſimpliciter facta ad dictas ſocietates,
vel eſſet ſolùm Iudici narratum illas fuiſſe contra-
33 ctas pro ſeruitio Sillæ, & Aſcanij, † Sed aliud eſt
in caſu noſtro,in quo non fuit ſimplex relatio,ſed
vlterius additum id,quod non fuit in inſtrumentis
declaratum, quod facit vt ſemper credendum ſit,
quod niſi aliud probetur,Iudex ante decreti inter-
poſitionem aliunde fuerit certioratus de omnibus,
de quibus debebat ſe informare, vt dictum eſt *ſu-
pra verſ.minus obſtat, n.12. cum ſeq.*

Prout etiam neque obſtabat,quod ſolum executio di-
ctis ſocietatibus immineret contra patruos nomi-
natos in inſtrumentis,non contra nepotes,de qui-
bus nulla mentio in eis fuit facta,Nam cum debi-
tum eſſet etiam pro ſeruitio ipſorum,poterant ipſi
quoque pro rata cogi per patruos ad illius ſolu-
tionem,cum veriſimile ſit vt hoc voluerint,quam-
uis enim iidem patrui non obtinuerint mandata
aduerſus dictos nepotes pro rata eos tangente,Ta-
34 men ad effectum vt venditio ſuſtineatur, † non
ſequitur neceſſariò, vt contra minores executio
immineat per relaxationem mandati, ſed ſufficit,
quod creditores inſtent, & debitum petant *Bart.
in l.magis puto,§.ne paſſim,§.de rebus eorum, l.tutor
vrgentibus, ff.de minor. Decian. conſ.403. quamuis,
colum.3.Pariſ.conſ.98.colum.1.lib.1.& conſ.85. num.*
35 *20.lib.3.Roland.conſ.33. numero 2.lib.1.* † Et quam-
uis non poſſit procedi ad venditionem bonorum
ſtabilium, niſi prius Iudici liqueat, quod non ex-
ſent mobilia, & alia minus damnoſa *l.1. §.quod ſi
forte, digeſt.de rebus eorum, Roman.conſ.321. Afflict.
deciſ.249. Roland.conſ.33. num.4. vſque ad 7. lib.1.*
36 † Nihilominus ſtante decreto id præſumitur fa-
ctum, niſi contrarium probetur *Imol. conſ.98. in
cauſa qua vertitur, num 9. verſ.& ideo cum in caſu
propoſito, Decian.conſ.403. quamuis,colum.3.in prin-
cip.verſ.& ideo ſecundum eum,num.12.iuxta Gloſſ.in
l.1. in verb.omnia, in fin. Cod.de fid. inſtrument. &
iur. haſt. fiſcal. lib.10. Bald.in l.1. ff.de rebus eorum.*
37 Maximè † ob atteſtationem Iudicis de cauſæ co-
gnitione *Caſtr.in l.cum hi,§ ſi prætor, ff.de tranſact.
Corn. conſ.71. col.2.lib.3. Alex. conſ.80.col.2. lib.5.
Decia.conſ.341.col.5.& conſ.351.col.vltim.* Cum præ-
38 ſertim ſimus in decreto Iudicis maioris, † quid-
quid ſecus ſit in magiſtratu minori, & indocto, &
rurali,ac nullas literas habente, pro cuius decreto
nihil præſumitur *Bald. in cap.1.qui feud.dar. poſſ.&
in.l.tutores,ff.de confir.tut. Gerar.ſing.57.Pariſ.conſ.
98.col.5.lib.1.* cum aliis per *Roland.conſ.33. num.17.
vſque ad 21.lib.1.*

Neque debet conſiderari prætenſa læſio minorum ex
quod promiſerunt de euictione pro patruis,cum
39 etiam † patrui promiſerint pro illis, adeo vt læſio
ex hoc capite videatur recompenſata *l.de fideicom-
miſſo,C.de tranſact. Aym.conſ.142.nu.8. & conſ.214.
num.16.Surd.conſ.435.num.14.lib.3.Cin.Bald.& alij
in l.ſi pater puella, C.de inoffic.teſtam.Dec.conſ.131.&
pro tenui,num.17.Gail.obſeru.8.num.2.in fin.lib.2.* &
in ſpecie de huiuſmodi reciproca fideiuſſione eui-
ctionis concludit *Rot. coram R.P.D. Pamphilio
Amerina domus, 26.Nouembris* 1616.

EPITOME.

Mulier quando poſſit diſponere,& teſtari de ſua dote. ¶ Et quid ſi adſit ſtatutum, vt reliquæ duæ partes dotis quandocumque decedente muliere ſine liberis reuerti debeant in dantes,ſeu reddi ſtipulantes,vel cui caſus,& ſors dederit. ¶ Et de differentia inter verba ſtatuti directa, vel commnnia. ¶ Frater quando poſſit ſtipulari ſibi reſtitui dotem ſorori datam. ¶ Et quo caſu præſumatur illam dotaſſe de bonis propriis. ¶ Dos data filiæ excluſæ à ſucceſſione an ſuccedat loco legitimæ. ¶ Stante ſtatuto requirente conſenſum,ſeu præſentiam viri in actu geſto per vxorem, an vir poſſit præſtare conſenſum ad ſui commodum. ¶ Et quid ſi conſenſus præſtetur in genere ad fauorem cuiuſcumque. ¶ Vel palam, & bona fide. ¶ Vel ſi tractatur de commodo mariti non principaliter, ſed in conſequentiam. ¶ Vel quando ſtatutum loqueretur alternatiuè de conſenſu, vel auctoritate. ¶ Tutor quo caſu poſſit emere rem pupilli. ¶ Statutum de reſtituenda dote an habeat locum etiam ab inteſtato. ¶ Dos quando conſolidetur in filia, & dicatur ipſius patrimonium. ¶ Et an deferatur filiis tanquam hæredibus matris, vel per auocationem ab auo,& tranſlationem in liberos.

SVMMARIVM.

1 *Dos dicitur patrimonium mulieris.*

3 *Mulier poteſt diſponere, & teſtari de ſua dote. Intellige vt num.3.& 5.*

4 *Frater quando poſſit ſtipulari ſibi reſtitui dotem ſorori datam, num.26.*

6 *Dos data filia excluſa à ſucceſſione ſuccedit loco legitimæ.*

7 *Statutum,vt reliquæ duæ partes dotis muliere quandocunque decedente ſine liberis reuerti debeant in dantes,ſeu reddi ſtipulantes, vel cui caſus, vel ſors dederit,non operatur,vt mulier non poſſit de dote teſtari, nu.8.& 13.*

9 *Verbum, reuertatur, eſt commune,maximè quando non adeſt dictio, eo ipſo, vel ſimilis, num.10.*

11 *Statutum tribuens poteſtatem mulieribus diſponendi de ſuis bonis, intelligitur etiam vt poſſit de dote teſtari, num.30.*

32 *Mu-*

12 *Mulieres regulariter nihil aliud habent, praeter dotem.*

14 *Mulier si dotatur à fratre de bonis sibi debitis, dicitur seipsam dotare, num. 15. & 31.*

16 *Interpretatio est facienda, vt per statutum minus corrigatur ius commune.*

17 *Statutum est seruandum tanquam casus legis.*

18 *Maritus an possit praestare consensum dispositioni ad eius fauorem factae, stante statuto, quod vxor nihil faciat sine ipsius consensu, num. 19. 20. 22. 24. 25. & 26.*

21 *Tutor quamuis prohibeatur emere bona pupilli, tamen secus quando palàm, & bona fide emit.*

23 *Consensus potest praestari etiam ad sui commodum, quando statutum requireret solùm praesentiam, & non consensum.*

27 *Frater quando praesumatur dotasse sororem de bonis propriis.*

29 *Statutum de restituenda dote an habeat locum, etiam ab intestato, & de differentia inter verba statuti directa, & communia, num. 29.*

35 *Dos quando reuertatùr ad patrem dotantem, vel consolidetur in filia, ita vt transeat ad eius haeredes, & successores, num. 34. 35. & 37.*

37 *Dos defertur filiis non tanquam haeredibus matris, sed per auocationem ab auo, & translationem in liberos.*

CAPVT DLVI.

PRo validitate legati, de quo agebatur, dixi concludendum esse, cum illud fuerit factum à mu-
1 liere de sua dote, † quae dicitur proprium patrimonium ipsius *l. Pomponius, 36. ff famil. erciscund. l. in eum, 16. de religios. & sumpt. funer. l. 3. §. sed vtrum,*
2 *in fin. ff de minoribus,* † Vnde meritò permittitur ei disponere de dicta dote, sicut de aliis bonis *lib. 1. Cod de sacrosanct. ecclesi. Iason. cons. 127. colum. 2. in princ. vers. moueor, lib. 1. Socin. Iun. cons. 27. num. 5. & 6. lib. 1.*

Non obstat, praetensa stipulatio fratris de dote sibi restituenda, per quam mulier prohibetur de ea dispo-
3 nere † tanquam ad alium applicata vigore praecedentis contractus *l. cum maritus, 29 in fin. ff. de pact. dotalibus, Bald. in l. pro haereditariis, colum. 3. & vlt. Cod. de haereditar. actionibus.* Quia cum in casu nostro fuerit data dos per fratrem de bonis paternis,
4 non valet huiusmodi stipulatio, sed illam frater tenetur remittere tanquam videatur persoluisse naturale debitum, ad quod duplici vinculo tenebatur, & tanquam haeres patris, & tanquam coniunctus, cui etiam incumbit onus dotandi. *Anchar.* in specie *cons. 434. ex narratis, num. 3. Rip. in l. 1. num. 84. col. 16. in princ. vers. amplia secundo, ff. solut. matrim. Pe-*
5 *regrin. de fideicommiss. art. 42. num. 51. fol. 387.* † & cum non licuerit fratri apponere tale onus restitutionis, datur facultas ipsi mulieri, vt possit de huiusmodi dote testari, vt in puncto concludit *Luc. de Penn. in leg. 1. colum. penultim. versic. hac faciunt ad quaestionem, Cod. de imponend. lucrat. descr. lib 10.* quem sequitur *Franc. decis. 196. per tot. Loffred. cons. 26. num. 34. Menoch. praesumpt. 10. num. 24. & 25. lib. 3.* per doctrinam *Bald. in l. si auia, num. 10. Cod. de iur. dot.*

Maximè, quia filia per statutum fuit exclusa à succes-
6 sione cùm ista qualitate dotationis, † quo casu dos succedit loco legitimae, & in ea nullum onus potest apponi, & reiicit omnem conuentionem, ac stipulationem, quod reuertatur ad dotantem *Castr. cons. 370. ista quae formauit, nu. 2. lib. 1. & in l. Titio centum, 70. §. Titio genero, nu. 8 de cond. & demonstr. Socin. cons. 75. num. 11. lib. 3. Gabr. cons. 11. nu. 5. lib. 1. Cephal. cons. 145. nu. 31. lib. 1. Cuccus de legitim. §. nec vsufructu defraudari, num 5 fol. 108.* letè *Surd. de alim. tit. 3. qu. 1. num. 39. vsque ad 42. Anchar. quaest. 51. num. 3. lib. 2. Rubeus in l. pater filium, 14. num. 162. vers. quartò fit conclusio, ff. de inoffic. testam.*

Minus obstat statutum mandans, quod reliquae duae partes dotis, muliere quandocumque decedente si-
7 ne liberis, reuerti debeant in dantes, † vel sibi reddi stipulantes, vel cui casus, vel sors dederit. Quia procedit, quando ab intestato mulier decederet, non autem quando, prout in casu nostro, in testamēto de dote disponeret, tunc enim non prohibetur de ea testari, quia cum statutum vtatur verbis cōmunibus, reuertatur, vel remaneat, vel reseruare teneatur, vel succedat, vel pertineat, cum similibus verbis, intelligendum est, si mulier obierit ab intestato, vel condito testamento, in quo illis dotem reliquisset, secus quando ad fauorem aliorum disposuit, cum ista verba non transferant ius competens vni personę in aliam, sed conseruent tantum illud, quod prius competebat *l. si cumantea, Cod. de donat. ante nupt.* & in specie concludit *Rot. coram Card. Blanchetto. Esina dotis 5. Iunij 1595. iuxta consi Petr. Anton. August. 11. cum seq. Honded. cons. 16. num. 16. & per tot. lib. 2.* & comprobat etiam *Rot. coram R.P.D. Pirouano Romana lucri dotis 20. Februarij 1635. ver. nec refert, & vers. quia dum statuta, ad finem.*
8 † & cum ista distinctione verborum communium, & non communium concordantur opiniones Doctorum hinc inde contrarium tenentium, & ita etiam loquitur *Castr. in l. si cum dotem, in fin. princ. digest. & solut. matrimon. & cons. 82. in fin. lib. 1. Beca. cons. 76. per totum. Ossasc. decis. 20. numer. 3. cum seqq. Thesaur. decis. 34. num. 2. & 3. Cagnol. in l. fin. nu. 100. C. de pact.*

Quod autem verbum, reuertatur, sit commune, concludunt omnes *in l. centurio. vbi Bart. nu. 53. Ias. nu.*
9 *72.* † *Aret. num. 20. Rip. num. 194. Socin. Iun. nu. 140. in fin. Galiagul numer. 528. digest. de vulgar. & pupill. Bart. & Ang. in l. 2. in fin. de donat. Castr. in l. 1. num. 4. in fin. post Bald. in l vltim. num. 13. C. de sacrosanct. eccles. Aret. in § extraneo, nu. 7. instit. de pupil. substit. Corn. in l precibus, n. 109. C. de impub. & aliis substit.*
10 *Imol. in cap. Raynutius, nu. 196. de testam.* † Maximè quando cum verbo, reuertatur, non adest dictio, eo ipso, vel similis *Roland. cons. 62. nu. 31. & 32. lib. 2. post Bart. & alios in l filiusfamilias, 118. § diui, de legat. 1.*

Quia magis comprobantur ex alio statuto, in quo expressè datur libera testandi facultas mulieribus
11 dotatis, quod statutum debet intelligi, † vt non solum tribuat illis potestatem disponendi de aliis suis bonis, sed etiam de dote, cum indistinctè loquatur, & vt plurimum mulieres non habeant, nisi dotem, in qua consistit vniuersum illarum patrimonium, prout in specie considerat *Ang. cons. 81. col. 2. vers. primo quia statutum. Hond. cons. 16. num. 18. lib. 2.* & sequitur *Rot. coram Card. Blanchetto Esina dotis 5. Iunij 1595.* vbi etiam quod haec interpretatio est aequior, an auferatur libera facul-
12 tas testandi † mulieribus, quae nihil aliud habent praeter dotem *Dessan. cons. 386. numer. 7. vers. & hoc*

confirmatur, *colum.5. in princ.* cum etiam vnum statutum ex illo debeat declarari *Anchar.consil. 94.numer.3.* vnde dum mandatur reuerti debere duas partes dotis in eos, qui in statuto nominan-
13 tur, † intelligitur quatenus mulier de dote in testamento non disposuerit, iuxta facultatem illi concessam per aliud statutum *Honded. cons.16.nu. 19.lib.2.*

Accedat, quod statutum mandans dotem reuerti ad dotantes, loquitur de bonis propriis ipsius, qui dotauit, & sibi reddi fuit stipulatus, de quibus mulier non videtur posse disponere, tanquam ad aliam
14 pertineant, † cum secus sit quando mulier dotatur de bonis eidem debitis pro portione sibi tangente in hæreditate paterna, & materna, quasi tunc semetipsam dicatur dotasse, & ab ea dos videatur
15 profecta *l.si res quas,52. digest. de iur. dot.* † Prout etiam ad hunc effectum fuit renunciatum aliis bonis paternis, & maternis ob talem dotem habitam: Vnde est dicendum fuisse constitutam dotem de bonis ipsius mulieris ab eo, qui illa administrabat *Bald.in l.vlt.nu.12. Cod.de dot promiss. Soc.Iun.cons. 79.nu.94.lib.3. Rip.in l.1.num.94. ff.solut.matrimon.*
16 *Menoch.de arbitr.cas.88.num.46.& 47.* † Et ita interpretatio est admittenda, vt per statutum minus corrigatur ius commune *Butr.in c.dilectus, de consuet.Surd.cons.43.num.6.*

Stante igitur validitate legati, non est locus restitutioni dotis, cùm duæ partes illius sint adiudicandæ marito iuxta testamentum factum ab vxore, & quo ad aliam tertiam partem constat, quod idem mari-
17 tus illam acquirit ex beneficio statuti, † quod est seruandum tanquam sit casus legis, & ab eo non sit recedendum *Bald.in l Gallus, §.si eius, in 2.notab.de liber.& posthum.Surd.cons.38.num.3.*

Nec facit, quod maritus non potuerit præstare con-
18 sensum dispositioni ad eius fauorem † factæ iuxta *cons.Panciro.294.lib 1.cum aliis ex aduerso allegatis.* Quia omisso. quod infiniti contrarium tenent, de quibus latè *Tiraquell. de leg.connub.gloss 8.num.119.* Maximè, quia circumscripta confirmatione Apostolica, potest dubitari de validitate huiusmodi statuti *Ias.cons.127. numer.6.lib.1.* In casu nostro tollitur difficultas, quia consensus, seu licentia testandi fuit concessa in genere ad fauorem cuius-
19 cumque nullo specificato, tunc enim † valebit legatum etiam ad commodum consentientis, quasi tunc cesset ratio suspicionis, cum contraria procedant, quando debés præstare consensum specialiter consentiret, quod sibi relinqueretur, ita in terminis distinguit *Ias.cons.67. colum.penult.ante med. vers. sed quid fortius, lib.1. Socin. consil. 87. colum. 3. in princip.vers.præterea, numero 5. lib.1.& cons.13.col. 6.post med.vers.ad idem adduco, num.22.in fin.lib.4. & cons.112.num.4. lib.1.Alexand.in l.1.§ fuit quasitum, col.penult.vers.non omitto tamen, ff.ad senatusconsf.Trebell.*

Præterea consensus fuit præstitus palàm, & bona fide, quo casu maritus potest illum præstare, etiam ad
20 sui commodum, † adeo vt fraus sit probanda per allegantem *Socin.cons.87.num.5.in princip.vers.præterea, lib.1.& cons.13.nu.22.ad med. vers.hanc etiam partem, lib.4.& cons.112.nu.4.col.3.post princip.lib.1. Abb.Alexand.Salic.Corn.Bald.& alij per Tiraqu.de*
21 *legibus connub.gloss.8.num.121.in fin.& numer.124.* † Exemplo tutoris, qui licèt prohibeatur emere rem pupilli, Tamen secus est, quando palàm, & bona fide emeret *l.cum ipse Cod.de contrahend.empt. Ioan. Andreas ad Speculum de his quæ fiunt à præl. sine consens.capit.in verb.sibi ipsi, in fin.vers.fuit quod de tutore.Socin.cons.87.num.5.lib.1. & cons.80.num.17. lib.4.*

Accedat, quod in casu nostro non tractatur principaliter de interesse mariti, sed secundariò, cum frater fuerit institutus hæres, relicto so-
22 lùm legato ipsi viro, † tunc enim valebit consensus, tanquam commodum mariti veniant in consequentiam *Socin.consil.112.num.4.in fin. vers. sed quando pater, lib.1. per text.in l.1. ff de auctorit. tutor.l.quod dicimus, in princip.ff.eod.tit. Idem Socin.consil.80.num.18.lib.4. Catellan.in memorabilib. in verb.filiusfamilias potest donare causa mortis, vers. item consilio sequenti. Ioseph.Ludouic.conclus.1.vers. fallit nono.*

Et quod tollit omne dubium statutum, de quo agimus,
23 solum requirit præsentiam, † quo casu illa potest præstari etiam ad sui commodum, cum aliud sit quando requireretur præsentia, & consensus, tunc enim videtur esse quædam auctoritas ad substantiam actus, ideo non mirum, si tunc non potest quis sibi auctorari, ita in specie *Corn.* qui dici opinionem verissimam *cons.242. col.3.numer.3. libr.4.*
24 † vbi idem concludit quando statutum requireret solùm, & simplicem consensum mariti in testamẽto vxoris, quasi tunc non habeat vim auctoritatis, sed tantum voluntatis iuxta *cons.Bald.* & alios ibi per eum allegatos, & sequitur etiam *Socin.cons.112. col.3.post princ.vers.adduco etiam, lib.1.per text.in l. fistulas, §.fundum, de contrah.empt.& l.1.in princ ff.de verb.obligat. Idem Socin.cons.80.num.14.& 15.lib.4.* & voluit *Bald.in l.vnic.* vbi etiam *Salic.nu.2.* & ibi latè *Addit.in verb.sine consensu, C.vnd.vir & vxor. idem Bald.in l si quando, 35.§.illud etiam, n.1.ad med. C.de inoffic.testam. Abb.in cap.cum in veteri, 52.num.*
25 *6.de elect.* † Quod etiam erit quando statutum loqueretur alternatiuè de auctoritate, vel consensu, quia etiam tunc valebit tanquam consensus, quidquid aliud sit, quando copulatiuè vt per *Socin.cons. 112.numero 4.colum.3.ad med.versic.si autem consensus, lib.1.*

Neque obstat, quod stante stipulatione fratris dos de-
26 beat reuerti ad eum, vt *in decis.* † *Card.Seraph.815. nu.5.& coram Card.Mellino.Camerin.dotis 17.Maij 1599.& 17.Martij 1600.* Quia loquuntur in fratre, qui dotauit sororem de bonis paternis, & maternis, vt clarè legitur in instrumento dotali, vnde non mirum, si talis stipulatio non valet, & illam frater tenetur remittere *Anchar.cons.434.n.cum alijs adductis supra nu.4.& 5.*

Et licet ex aduerso dicatur præsumi dotem constitu-
27 tam à fratre ex bonis propriis † *Socin.cons.291.nu. 11.in fi.lib.2.* Tamen procedit in dubio, secus quando, prout in casu nostro, apparet, quod frater dotauit de bonis ipsius sororis, prout etiam quando administraret bona illius cum similibus, de quibus per *Menoch.de arbitr.cas.88.num.46. & præsumpt.16.in princ.lib.3.*

Nec aduersatur *decision. Ofasci 20. & Thesauri 34.* cum aliis ex aduerso adductis, qui videntur con-
28 cludere, † quod statutum de restituenda dote habeat locum etiam ab intestato, Quia loquuntur in statutis dispositiuis continentibus verba directa apta inducere nouam dispositionem, & dare ex dicto statuto successionem, quo stante mulier

mulier non poteſt diſponere de dote auferendo
eer vltimam voluntatem, quod à lege municipali
eis datum eſt, ſecus quando ſtatutum vtitur ver-
bis communibus, prout eſt caſus noſter, in quo
adeſt verbum reuertatur, quod eſt commune *Bart. in l.centurio.n.53.& ibi Iaſ.n.72.de vulgar.& pupill.*
29 & iſtam diſtinctionem approbauit *Rot.coram R.P. D.Pirouano.Romana lucri dotis* 20. *February* 1615.
& coram Card.Blanchetto. Eſina dotis 5. *Iuny* 1595.
ſuper quo caſu conſuluit *Honded. conſ.16.lib.2. & dictum eſt ſupra n.78. & 83.*

Quamuis hoc dictum ſit ex abundanti, cùm ex alio
30 ſtatuto mulier habeat facultatem teſtandi, † quod
debet intelligi tam de dote, quàm de aliis bonis vt *in d.decıſ.Card.Blanchetti* cum aliis per *Hond.dict. conſ.16.n.18.lib.2.Dec.conſ.386.nu.7.verſ.& hoc confirmatur, col.5.in princ.*

Verba autem ſtatuti, de quibus *in ſummario partis, n.5.* non obſtant, Quia ibi datur poreſtas filiæ exiſtenti in patris poteſtate teſtari de ſua dote etiam in præiudicium ipſius patris dotantis de ſuis propriis bonis, vnde multomagis potuit diſponere in præiudi-
31 cium aduerſarij fratris, † qui dotauit de bonis eiuſdem mulieris, quaſi illa dicantur eſſe in ſuo patrimonio, & ab ea profecta *l.Pomponius, dig.ſ.famil. ercıſcund.l.ſi res quas filia 54.ff.de iur.dot.*

Aliæ ponderationes, quæ fiunt ſuper verbis ſtatuti, tolluntur ea facto, in quo dantur verba præciſa ſtatutorum, ex quorum lectura apparet mulierem non eſſe prohibitam teſtari, maximè cum præſen-
32 tia, ſeu requiſitione viri, † quæ interuenit, & potuit interuenire etiam ad ſui commodum *Salic. in l.1.n.2. C.vnde vir & vxor.cum aliis ſupra allegatis, n.18.cum ſeq.*

Ex prædictis fuit concluſum pro validitate legati in huiuſmodi cauſa *Aſculana legati ſeu dotis coram R.P.D.Coccino* 18. *Aprilis* 1616. vbi etiam additur non obſtare bannimenta diſponentia, quod maritus lucretur tertiam partem dotis, ſi ſaltem per annum ſuſtinuit onera matrimonij, ſin minus ſextam partem, reliquum autem reſtituat dotanti, aut illius hæredibus, quia iſta diſpoſitio non eſt directa in dotantes, vel eius hæredes, ſed ſolùm in maritum, & determinat tantum, quo iure dos remaneat penes virum, vt in ſpecie concludit *Honded.conſ. 16.n.11.& 12.lib.2.* vbi, quod in reliquis remanet in
33 diſpoſitione iuris communis, † ſecundum quod ſi pater dotans viuit, & mulier decedit ſine filiis, dos ad eum reuertitur *l.dos à patre, Cod.ſolut. matrim.* dummodo non obſtet ſtatutum primum in actis exhibitum, quod dat facultatem diſponendi, etiam
34 viuente patre. § † Vel ſi pater prædecedat, dos conſolidatur in muliere, ita vt tranſeat ad eius hæredes, & ſucceſſores *l.vnic.§.videamus, C.de rei vxor. action. Bald.Nouell.de dot.p.6.priuil.17.n.5.ad med. verſ.ſed quando Rip.in l.4.n.195.ad leg.Falcid. Capic.decıſ.176.num.4. Abb.conſ.81.num.1.lib.1. Hon-*
35 *ded.conſ.32.n.25.lib.1.* § † Vel defuncta muliere relictis filiis, viuente patre, dos ſpectat ad filios ex conſuetudine Martini *Gloſ.in l.dos à patre. C.ſolut. matrim. Doctores communiter in l.poſt dotem, ff.eod. tit.Capic.decıſ.176.n.18.* Ita vt tunc deferatur filiis,
36 non tanquam hæredibus matris, † ſed auferendo ab auo, & concedendo liberis, iuxta opinionem *Bart.in l.in quartam, nu.12.verſ.præterea, & ibi Rip. n.190.& 191.Pic.nu.212. Berengar.art.3.de legitima n.105. Fumagiol.n.422.vſque ad 425.ff.ad leg.Falcid. Idem Bartol.in l.poſt dotem, num.33. & ibi Imol. num.7.ff.ſolut.matrim. Cephal.conſ.256.n.33.lib.2.& conſ.613.n.12.lib.4 Bald.in l.fin.num.8 Cod.commun. vtriuſque iudic. Coraſ.in repet.l.filium quem habentem, n.241.verſ.altera ratio. Cod.famil.ercıſc.* & eſt communis opinio, vt per *Honded. conſ.33.n.37.lib. 2.& conſ.32.n.24.lib.1. Capic.decıſ.176.num.14.* & ſequitur *Rot.coram R.P.D. Peregrino. Cluſina dotis* 12. *Ianuary* 1598. *& coram R.P.D.Coccino. Firma-*
37 *na reſtitutionis dotis* 21. *May* 1608. § † Vel ſi filia dotetur poſt obitum patris, vel ipſo viuente, ſi tamen præmoriatur, dos efficitur abſolutæ patrimonium filiæ, *l. Pomponius Philadelphus, ff.famil.ercıſcund.* Et propterea poterit de ea liberè teſtari *l.1. C.de ſacroſ.eccleſ.* dummodo tamen relinquat filiis legitimam de iure naturæ debitam *Caſtr.in l.ſi cum dotem, n.11.ff.ſolut.matrim.& conſ.81.num.2.lib.1.* Et ita etiam quod poſſit mulier diſponere de dote iuxta ſuperius adducta, & ex *decıſ.R.P.D. Coccini* reſoluit etiam *Rot. coram R.P.D. Remboldo. Aſculana dotis May* 1617.

EPITOME.

Remiſſio an concedatur emphyteutæ, etiam quando agitur de canone correſpondente fructibus. § Et quid in caſu, in quo poteſt compenſari ſterilitas cùm vbertate. § Vel quando potuit præuideri damnum. § Vel ſi ſterilitas proueniat ex culpa conductoris. § Vel ſi relinquatur cultura fundi. § Vel ſi non denuncietur impedimentum, aut caſus fortuitus. § Et quale debeat eſſe huiuſmodi damnum, vt remiſſio licitè petatur. § Emphyteuta an poſſit relinquere bona emphyteotica domino inuito. § Et an excuſetur à ſolutione canonis, ſi pro parte pereat emphyteuſis. § Et quid ſi in totum deficiat ſubſtantia rei. § Et an hoc caſu contractus ſit finitus. § Executio an poſſit fieri, quando inſtrumentum eſt purum, non obſtante compromiſſo. § Et quando illius exceptio impediat litis ingreſſum, ſeu reditum ad iudicem. § Nouatio extinctiua, ſeu additiua quando inducatur per compromiſſum. § Et an debeat ſequi laudum. § Renunciatio emphyteuſis quo caſu ſit realis, vel perſonalis. § Et quando præiudicet renuncianti quo ad ius fideicommiſſi ſibi competentis. § Verba, hoc itaque, & illo hoc, quid ſignificent. § Sermo generalis quomodo intelligatur. § Renunciatio eorum, quæ dependent à teſtamento, ſeu fideicommiſſo, qualis debeat eſſe, vt præiudicet renuncianti. § Et an requiratur ſcientia ſocialis teſtamenti. § Inueſtitura quando dicatur finita, ſi renuncietur emphyteuſi ad finem, vt ille, ad cuius commodum ſit ceſſio, renouetur, & inueſtiatur de bonis emphyteoticis. § Feudatarius, ſeu emphyteuta patienaalium inueſtiri de feudo, ſeu emphyteuſi an perdat ius ſuum. § Per clauſulam, quod quis ponatur in locum renunciantis emphyteuſim an excludatur noua inueſtitura. § Inundationes anni 1598. an ſint caſus inſoliti, ita vt non comprehendantur in renunciatione omnium caſuum fortuitorum cogitatorum, & incogitatorum, & an excludant remiſſionem. § Expenſa magna, & duratura vltra tempus conductionis an ſpectet ad dominum, ſeu ad conductorem.

SVMMARIVM.

1 *Remissio non conceditur emphyteutæ, qui æquiparatur vsufructuario, quamuis simus in canone magno correspondente fructibus, quæ qualitas est probanda, numero 2.*

3 *Remissio non est facienda, quando potest compensari sterilitas aliquorum annorum cum vbertate aliorum, & per quem debeat probari vbertas, nu. 4.*

5 *Conductor sciens statum rei conductæ, ex qua potest præuideri damnum, non agit ad remissionem.*

6 *Locator non debet concedere remissionem conductori pro damno prouenïente ex culpa sua.*

7 *Remissio non datur conductori deserenti culturam fundi.*

8 *Damnum quale debeat esse, vt concedatur remissio.*

9 *Denunciatio impedimenti, vel cuiuscumque casus fortuiti debet fieri locatori ad hoc, vt conductor possit ab eo prætendere remissionem, num. 10. Intellige vt numero 11.*

12 *Emphyteuta non potest deserere bona emphyteusis Domino inuito, & quando valeat talis renunciatio, numero 14. & 15.*

13 *Qui conuenitur ex contractu non liberatur cedendo rei.*

16 *Emphyteuta non excusatur à solutione canonis, si pro parte pereat emphyteusis, & non in totum, etiam si pensio correspondeat fructibus, num. 17. & de ratione, numero 18.*

19 *Executio potest fieri, quando instrumentum est purum, non obstante compromisso.*

20 *Compromissum est quædam transactio, ob quam à lite receditur, & est seruanda tanquam sit officium pietatis lites finire.*

21 *Exceptio transactionis, & compromissi in arbitratorem impedit litis ingressum, nu. 22.*

23 *In contractu transactionis non est locus pœnitentiæ.*

24 *Post compromissum non licet redire ad Iudicem, etiam quod laudum non sequatur, num. 25. Intellige, vt nu. 28. & 29.*

26 *Laudum arbitratoris est declaratio transactionis factæ in compromisso, ita vt eo secuto non tam agatur ex laudo, quàm ex compromisso, num. 27.*

30 *Nouatio extinctiua, seu additiua an inducatur per compromissum, num. 31. 32. 33. & 34.*

35 *Renunciatio emphyteusis in dubio præsumitur personalis.*

36 *Renunciatio feudi, vel emphyteusis ad fauorem alicuius non dicitur realis, sed personalis, ideo nihil acquiritur domino, num. 40.*

37 *Verba, & hoc itaque facit, excludent alium modum, & aliam legem præter expressam.*

38 *Pronomen, illo hoc, demonstrat mentem disponentis.*

39 *Verba, hoc itaque, modificant dispositionem, vt non habeat locum, nisi prout exprimitur.*

41 *Renunciatio emphyteusis personalis non præiudicat renuncianti quo ad ius fideicommissi sibi in ea competentis. Amplia, quamuis fuerit renunciatum omnibus & quibuscumque actionibus cum iuramento, & aliis clausulis amplissimis, numero 42. 43. 45. 46. & 52.*

44 *Verba generalia debent intelligi ciuiliter, & quamuis amplient præcedentia, tamen referuntur ad ea quæ sunt eiusdem generis, & ad suam causam.*

47 *Nulla datur renunciatio in his, quæ dependent à testamento, seu fideicommisso, nisi visis & lectis verbis testamenti, ac illis bene cognitis. Declara vt numero 50. & 51.*

48 *Scientia specialis testamenti est probanda per eum, qui se fundat in ea.*

35 *Renunciatio emphyteusis ad finem, vt ille, ad cuius commodum fit cessio, liberè renouetur, & inuestiatur de bonis renunciatis à Domino directo, facit vt inuestitura dicatur finita respectu renunciantis, & habeatur pro renunciatione reali. Declara vt numero 57. & 53.*

54 *Emphyteuta, seu feudatarius priuatur iure suo quando patitur alium inuestiri de emphyteusi, seu feudo, nu. 55. Amplia quamuis non expressè, sed tacitè consentiat, num. 56.*

59 *Inuestitura noua excluditur, si in renunciatione emphyteusis exprimatur, quod ille ad cuius fauorem fit cessio, ponatur in locum, & ius cedentis.*

69 *Subrogatum assumit naturam, & qualitates, ac omnia alia illius, in cuius locum subrogatur.*

61 *Remissio conceditur, quando res conducta est in totum perempta, vt in molendino reddito inutili, numer. 64. 65.*

62 *Conductor liberatur à contractu stante totali destructione rei conductæ.*

63 *Remissio fit conductori, qui non potuit vti re locata ad vsum destinatum, etiam sine facto locatoris.*

66 *Inundationes anni 1598. fuerunt insolitæ, & ingentes & tanquam notoria, non indigent probatione.*

67 *Casus fortuitus, & insolitus, non venit sub promissione facta per conductorem de manutenendo clusam molendini, num. 68. quamuis suscipiatur periculum casuum fortuitorum, num. 69. etiam quod adsit iuramentum, & fuerit dictum de casu cogitato, & incogitato, num. 70.*

71 *Expensa magna, & respiciens vtilitatem perpetuam, & duraturam vltra tempus conductionis spectat ad locatorem, & dominium, non autem ad conductorem.*

CAPVT DLVII.

NOn est facienda prætensa remissio, cum simus in contractu emphyteutico ad tertiam generationem, in quo non consideratur aliqua sterilitas, tanquam emphyteutæ æquiparentur vsufru-
1 ctuariis, † quibus non conceditur remissio, quod
procedit siue simus in canone magno correspondente fructibus, siue paruo iuxta veriorem opinionem, & magis communem, quam latè comprobat *Natt.* qui pro omnibus sufficiat *cons. 49. per tot. lib. 1. & cons. 194. n. 4. cum seq. eod. lib.* & latissimè etiam comprobat *Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat. 12. n. 4. ad med. vers. ego tamen libentius, vsque ad num. 33.* Quamuis hoc de magno canone dictum sit ex abundanti, cum non constet ista magnitudo canonis, quæ correspondeat fructibus,
2 † prout erat probanda per eum, qui se in illa fun-
dat *l. actor. C. de probat.* & in proposito *Roland. cons. 86. num. 4. lib. 3. Osasc. decis. 50. num. 3.*

Præsertim cum emphyteutæ soluerint canones per annos trigintaseptem continuos, quo casu non debet fieri remissio, tanquam sit facienda compen-
3 satio sterilitatis cum vbertate, † ita vt etiam esset
locus rescissioni, si facta fuisset *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 8. num. 41. per text.*

in l. si

in l.si vno.in princ.ff.locat. l.licet.C.eod.tit.Grat.qui
de communi conf.161.nu.20.& 21.lib.2.Bellon.conf.
45 in fin.Roland.conf.86.nu.6.lib.3.Bero.conf.131.nu.
14.lib.1.& est text.in c.propter sterilitatem, locat. de
quo per Rot.coram R.P.D.Gypsio. Romana affictus,
8.Februarij 1593.quæ est in impress. Rot.diuers.decis.
927.num.3.p.4.vbi etiam allegantur concordantes
decisiones coram R. P. D. Robusterio. Mediolan.
affictus 29. Martij 1565. quod etiam fuit decisum
coram R.P.D.Lutio.Romana affictus 14. Martij 1594.
quæ est in impressis Rot.diuers.decis.225.nu.4 p.4.&
coram eodem.Interamnen.affictus 11.Decembris 1596.
& 12.Ianuarij 1598.& coram R.P.D.Coccino Roma-
4 na remissionis mercedis 20.Iunij 1608. Ita vt † ista
vbertas annorum præcedentium non sit probanda
per dominum, cum probatio sterilitatis oppositæ
non plenè concludat in hoc casu, vt per Rot.dict.
decis.727.num.3.ad fin.par.4.

Accedat, quod tempore contractus fuerunt conducta
prædia situata in loco, in quo poterat præuideri
5 inundatio aquarum † tanquam illis subiecta, vt per
testes de quibus in facto, Vnde sequitur conclusio
per Doctores approbata, quod tunc non datur re-
missio, quasi hoc casu debeat imputari illi, qui sciés
statutum rei ita voluit contrahere Bald.in l.si eu lege
17.num.3.Cod.de vsur.Aret.conf.139.nu.2.latè Surd.
conf.197.num.16.lib.2.& conf.400.num.25.lib.3.Rot.
diuers.decis.745.par.1.dixi supra cap...

Præterea non probatur, quod fuerint purgatæ, &
mundatæ formæ, seu fossata, ex quibus aqua
posset decurrere, quod tamen erat necessarium,
cùm in istis locis, si non adhibeatur ista cultu-
ra, satis dicatur damnum euenisse culpa condu-
6 ctoris, cui tunc non fit aliqua remissio † Salic. in
l.si vno.num.1.ff.locat. Neuf.consil.90.numer.16. &
notant omnes in l.si merces, §.conductor. ff.locat.
cùm aliis per Thesaur. iur.emphyteot. quæst.27.num.
39. Ita vt etiam sit probandum per conductorem,
quod culpa abfuit in colendo agrum Alber. in l.
licet, Cod.locat.

Cùm etiam fuerit deserta cultura terrarum, quæ prius
erat ad vsum seminis, in redacta in prata, quo casu
7 † ob talem desertionem non proceditur remissio
Salic.in l.licet, numer.4.vers.tertium est quando, Cod.
locat.per text.in l.ex conducto, §.cum quidam, ff.eodem
titul.Immo priuatur emphyteuta formam rei em-
phyteoticæ mutando Bald. in l.1.numer.12. Cod. de
iur.emphyteu.cum aliis per Corbul.de caus.priuat.ob
mutat.rei form.numero 1.Ruin.consil.124. in princip.
libr.1.Rimin.Sen.conf.430.numer.19.colum.5.ad med.
lib.3.

Vlterius non est concedenda remissio, cùm non fuerit
probatum damnum intolerabile, quod videlicet
fructus percepti deductis expensis non sufficiant ad
8 medietatem pensionis, † quod erat necessarium,
vt sit locus remissioni Couar.pract.quæst.cap.30.nu.
2.vers.quamobrem, Menoch.de arbitr.cas.76.num.5.
& ista est verior opinio, & magis communis, quam
seruat Rot.coram R.P.D. Corduba. Romana remis-
sionis affictus, 19. Iunij 1598.& coram R.P.D.Coccino.
Romana remissionis mercedis 20. Iunij 1608. Surd.
conf.34.num.7.& 8.Card.Mantic.de tacit.& ambig.
conuent.lib.5.titul.8.numer.39. & istud intolerabile
damnum est probandum per conductorem peten-
tem remissionem Roland.conf.86.num.4.& 5.lib.3.
Bero.conf.142.num.3.& 8.lib.1.

Neque obstat prætensa mutatio aluei, ex qua præiudi-
cium aquarum occurrit terris datis in emphyteu-
sim, Quia omisso quod hoc euenit facto condu-
ctorum, qui debebant impedire talem mutatio-
9 nem, † Respondetur quod illa erat denuncianda
Dominis directis, ita vt stante defectu istius de-
nunciationis nulla detur remissio l.item quæritur,
14.§ exercitus, vbi Fulgos.digest. locat. Boss. de re-
miss.merced.conduct.num.51. Menoch.conf.246.num.
31.& 32.lib.3.Socin.Iun.conf.120.num.19.lib.3. Cùm
inquilinus, & colonus censeatur esse procurato-
res domini ad denunciandum Bart. in l.prouincia-
le, 3.§.si ego, num.2. ff de nou.oper.nunc. Ruin.conf.
147.in fin.lib.1.

Et passim requiruntur huiusmodi denunciationes ad
effectum, vt possit peti remissio siue impedimen-
10 tum proueniat ab inundatione aquarum, siue † à
quocumque alio casu fortuito Socin.Iun.conf.85.nu.
2.lib.2.Cels.Vgo.conf.18.nu.9. Parpal. in l.si quis nec
causam, §.fin. ff.si cert.petat. Ruin.Iun.conf.11.nu.32.
lib.1. cùm aliis per Thesaur.decis.108. in princ. vbi
quod ita practicatur per text.in dict.l.item quæritur,
§.exercitus, ff.locat.quem ad omnes, vltra colonos,
extendit Menoch.de arbitr.cas.157.nu.19.& 21.Rot.
diuers.decis.241.num.2.part.2. Boss.de remiss.merced.
num.51.Bursat.conf.11.num.29. lib.1.Brunor.à Sole in
suo compend. resolut.iur.in verb.remissio. Curoec. de
locat.& conduct.tit.de remiss.merced.num.32. Quid-
11 quid † sit in impedimentis notoriis, in quibus de-
nunciatio aliqua non requiritur, prout decisum fuit
in Senat.Pedemont. vt refert Gasp.Ant.Thesaur. in
addit.ad Ant.Thesaur.decis.108.in fin.

Neque est admittenda oblatio deserendi terras em-
phyteoticas, cùm non permittatur emphyteutæ il-
12 las deserere dominis inuitis † Gloss.in cap.1.in verb.
refutare. de vasallo qui contra const. loth.benef. alie-
nand.quem refert & sequitur Abb.conf.94.in quæ-
stione hæredum.num.4.vers.& sic non potest emphyteo-
ta.lib.2.& in cap.1.in vltim.notab.de feud. & in cap.
iudicatum, post princ.de immunit. eccles. Card. Alex.
in cap.1. de vasall. qui contr.constit. lothar. & in cap.
vltim.de cap.qui cur.vendidit. Alexand.ad Bart.in l.
is cum quo.de aqu.plu.arcend.Spec.in §.nunc aliqua.
vers.129.& ibi Ioan. Andr.de locat.Bald.in l.2.col.2.
numer.8. & ibi Ias.colum.7. vers.sexto principaliter
nota.Cod.de iur.emphyt.Felin.in c.quæ in ecclesiarum
nu.80.colum.28.vers.ex his infertur, de constit.Vrsill.
ad Afflict. decis.265.num.54. & decis.307 sub.num.1.
Guid.de Suzar.de iur.emph.in fin.n.57.vers.quæritur
vigesimo. Alber.in l.prætor.§ hoc edicto col.1.digest.de
damn.infect. & in l.sed an vltro.§.1.dig. de negot.gest.
Imol. in cap.ad audientiam, col. vltim.de reb.eccles.
non alienand.Tiraquell.de retract.lignag.§.34.glos.1.
nu.1. in fin.cum seq.Corbul.de caus.priuat.ob renun-
13 ciat.numer.14. † Quando enim quis conuenitur ex
suo contractu, non liberatur cedendo rei l.quicum-
que, C.de fund.patrim.lib.11.Bart.in l.is cum quo.nu.
2 ff.de aqua pluuia arcend.Contraria autem proce-
dunt in renunciatione reali facta ipso domino præ-
14 sente, † seu notario pro eo stipulante, tunc enim
emphyteuta priuatur omni iure cap.1.de eo qui fin.
fin.agnu.de feud.patern.cùm aliud sit quando domi-
nus non consensit, nam tunc illud ius, quod non
acquiritur domino per renunciationem, remaneat
apud ipsum renunciantem Bart.in l.qui Romæ.§.duo
fratres, q.10.ff.de verb.obligat.per text.in l.nec vltim.
ff.ex quib.caus.maior. Aret.in l.cum quis, §.si debitorẽ,
ff.de solut.Et cum hac distinctione intelligendus est

15 *Castr.in dict.§.duo fratres, nu....* † dum voluit emphyteutam enunciantem priuari iure suo, prout etiam declarat *Corbul. de caus.priuat.ob renunciat. num.3.& 8.* & ita etiam loquitur *Ruin.cons.166.num. 11.lib.1.Bero.cons.130.nu.77. lib.2.Rom.cons.22.in 2. dub.num.3.Grauim.decis.57.num.41.*

Vltimo si fundi emphyteotici non sunt in totum aquis 16 submersi, & inundati, sed pro parte tantùm, † non excusatur quis à solutione canonum, prout dicimus de damno contingente in re emphyteotica corrosione fluminis, vel chasmatis *Gloss in cap.potuit.in verb.expell. vers.item si fundus.vbi Imol.num.40.col.* 17 *25.& Abb.num.16.locat.* & de communi † etiam si pensio correspondeat fructibus restatur *Corbul.de caus.priuat.ob non solut.canon.limit.19.in fin.& ampliat.11.& 12.Natt.cons.377.nu.2. Bero.cons.130.nu. 4 lib.1.Clar.in §.emphyteusis, qu.8.vers.quaero etiam,* 18 *Alciat.cons.165.num.1.* † Etenim pensio soluitur per emphyteotam in signum recognitionis domini, non pro fructibus *Rom.cons.369.num.32.* Vnde satis est, quod duret dominium, prout durat, quando res non est in totum perempta *Alex.in l.si interdum, §. ex naufragio, num.7 ff.de acquir.possess.*

In huiusmodi causa nihil fuit decisum stante compromisso postea subsecuto, cuius occasione con-19 tigit dubitari an possit fieri executio † non obstante compromisso, quando instrumentum est purum, & habet executionem paratam, & pro affirmatiua opinione concludit *Castr.consil. 428. visis & consideratis diligenter, num.2.libr.1.* Quod tamen non videtur transire sine difficultate, quia 20 compromissum † est quaedam compositio, & transactio partium, per quam à lite disceditur, ideo est seruanda, tanquam sit officium pietatis litigiosa sopire *l.si.ff.famil.excisc. Alex.consil.207. num.12.& 13.lib.6.& cons.22.nu.3.lib.1.* cum aliis ibi latè adductis *in Addit. in verb.transactio. in princ.* 21 † Vnde sicut executio transactionis impedit litis ingressum *l.eleganter, § si quis post, ff.de cond. indeb.* Ita etiam exceptio compromissi facti in ar-22 bitratorem † *Castr.in l.pecuniam, 36.ff.si cert.petat.Purpur. in rubr.de transact.num.29 vsque ad 33. Socin.cons.71.col.penult.num.20.lib.4.Alex.cons.21. num.9.& 10 lib.7.*

Quo compromissa stante, cùm aliàs de hoc quaereretur, dicebam, quod non poterat per locatorem fieri aliqua executio contra fideiussorem conductoris, 23 † cum in contractu transactionis non sit locus poenitentiae *l.quamuis, C.de transact.* neque post compromissum licitum sit redire ad iudicem, & prosequi causam, super qua erat factum compromissum 24 in arbitratorem, † quasi adsit spes, quod actio possit tolli per dictum arbitratorem *Alex.cons.21.nu. 10.lib.7.post Bald.in l.si quis rem, 35.nu.2.in fin.ff.de arbit. & in l.eos, 6.§.apostolos, ad fin.num.11. Cod.de appellat. Castr.in l.qui fidem, 16.n.4.ff.de transact. & in l.pecuniam, ff.si cert.petat.*

Et ad hunc effectum non requiritur, quod laudum sequatur, quia statim facto compromisso in arbitra-25 torem † dicitur perfecta transactio etiam ante laudum *Socin.cons.71.n.20.lib.4.* iuxta notata *in l.fin. C. de contrah.emp.* Nam laudum arbitratoris est declaratio transactionis, seu compositionis factae inter 26 partes † in ipso compromisso *Bart.consil.159. visa quadam constitutione, n.4.ad med.vbi Add.in verb. quadam, lib.1.Alex.cons.21.nu.9.ad med.lib.7.* Vnde secuto laudo non agitur ex eo tantum, sed etiam ex compromisso, in quo partes visae sunt transegisse in 27 eo, † quod arbitrator declarauerit *Purpur.in rubr. Cod.de transact.num.32.post Bart.in l.2.ff.de arbit.*

Neque obstat, quod non impediatur compromittens redire ad iudicem pro executione suae obligationis 28 non obstante compromisso, † cum satis sit soluere poenam *Gloss.in clem.quamdiu,4 in verb.compromissum de appellationibus.* Quia hoc procedit in compromisso arbitri, secus autem arbitratoris, in quem si fuerit compromissum dicitur facta quaedam transactio *auth.si vero, C de iudic.Decian.cons.630.nu.1. cum aliis supra allegatis.* In transactione autem non est locus poenitentiae *l.quamuis,39 C.de transaction.* 29 & † ideo tali compromisso pendente non potest altera pars redire ad iudicem, quia laudum, quod speratur sequi, posset parere exceptionem pacti de non petendo, neque audiretur volens soluere poenam, sed aduersarij *l.rescriptum, 11.§ si pacto, ff.de pact.* quem text. in proposito dicit notabilem *Franc.in cap.ex ratione, 8.num.33. colum.7. ad med. vers.vltimo limita, qu.7.* & ibi etiam *Prapos.col.8. de appellat.post Ang. in l.qui fidem.de transact. Bald. in l.si quis rem, ff.de arbitr. & in l.eos, § apostolos, in fin.Cod.de appellat. Blanc.de compromiss.qu.6.nu.19. Lancellot. de attenta.compromiss. pendent.nu.187.& 188.tom.5.fol.392.*

Ex quibus etiam sequitur, quod per istud compromissum habens vim perfectae transactionis inducta est 30 nouatio, † cum per eam recedatur à prima actione *Gabr.de nouat.conclus.1.n.61* per doctrinam *Bart.in rubr.extr.de trans.in princ.* vbi quod per transactionem est finita causa antiqua, & succedit lis noua *l. minor viginti quinque annis cui fideicommissum, ff.de min.& Bald.* sequitur *Decia.cons.400.viso eleganti,* 31 *col.penult.in fin.* † vbi ex hoc concludit, quod arbitramentum est propria transactio, per quam fuit inducta nouatio cum liberatione fideiussorum *Bald. cons.485.casus talis est, in fin.vers.subtiliter, lib.5.& cons.77.lib.1.* Quod ampliatur quamuis compromissum fieret praesente, & tacente fideiussore, quia illud compromissum & laudum non nocet fideiussori *Alex.cons.131.nu.4.lib.1. Dec.cons.400.col. penult.in fin.*

Quibus stantibus non obstant contraria, Nam procedunt in arbitris, in quos si fuerit compromissum, prima actio non videtur esse extincta, quia iuramentum, & sententia, ac laudum arbitri, quamuis 32 habeant vim nouationis, † tamen non intelligitur nouatione extinctiua, sed solùm de additiua, seu cumulatiua *Ias.cons.16.nu.3. lib.1.* vbi ita intelligit *Speculat.de arbitr.§.sequitur, vers.hoc quoque notandum, il 2.& vers.item quaero an actio. Idem Ias.cons. 168.n.15. lib.4.Dilect.de art testand.tit.11.de acquir. vel repud.hared.cau.9.tom.8.par.8 fol.143.* vbi, quod haeres quamuis fecerit compromissum, & per laudũ condemnatus fuerit, tamen vtetur beneficio inuentarij quia licèt per compromissum censeatur facta nouatio argumẽto *l.cum hereditas, ff.ad Trebellian.* 33 † nihilominus non est nouatio extinctiua primae obligationis, sed illi accumulatur, secundum praedictam distinctionem declaratur *Dec.cons.299. visa petitione, aliàs 300.col.2.in fin.vers.& hoc in notabili quaest.numer.8.& Ang.cons.31. viso laudo.col.2.in fin.* 34 *vers.ratio est quia illa obligatio.nu.6.& 7.* Et quod † non sit inducta nouatio extinctiua, cõcludit etiam latè *Fulgos.cons.141.col.4. in princ. vers.mouet praeterea quod per sententiam Socin.cons.89.numer.4. lib. 3.Alex.*

3. Alex.conf.186.n.11.lib.6. Gabr.conclus.1.de nouat.
n.62. ad med.

Et quoniam supra locuti sumus de renunciatione em-
phyteusis addendum est, quod in casu mihi propo-
sito dicebam renunciationem, de qua erat quæstio,
35 esse personalem, † non solum quia in dubio talis
præsumitur *Bald.in cap.1. num.1.post med.de eo qui*
sib.fec.agnat. de feud. patern. Sed etiam quia ex
verbis eiusdem renunciationis clarè apparebat il-
lam fuisse factam per renunciantem ad fauorem
nominari in instrumento, & eius successorum,
36 † quorum personæ cum fuerint contemplatæ, se-
quitur, quod dispositio sit personalis, non autem
realis, ita vt per eam nullum ius acquiratur domi-
no directo, quasi constet, quod renuncians non
voluerit prodesse illis, qui non sunt nominati,
sed solùm expressis *Gabr. conf.89.num.9.vsque ad*
14.*lib.*1.per doctrinam *Bart.conf.58.num.5.lib.1.&*
*in l.qui Roma,§.duofratres, qu.*10 *ff de verb.obligat.*
Curt.Iun. conf.48.numer.39.cum seq. vbi communis
*Alex. conf.21.num.4.& 5.lib.5. Bero.*qui etiam de
communi *conf.97. num.7. &* 8.*lib.*1.latè *Surd.conf.*
446.*num.21.vsque ad* 19.*lib.3. Honded. conf.36.nu-*
mero 19. vsque ad 28.lib.1. Maximè quia vltra no-
minationem personæ, & eius successorum, renun-
37 cians vsus est verbis, † & hoc itaque fecit, quæ ex-
cludunt alium modum, & aliam legem, quàm il-
lam expressam, quasi dixisset, quod non pro altero
esset facturus *Rebuff. in l.3. colum.7.in princip. ff de*
verb.signif.& in l.triplici,142.colum.3.post med.ff.eod.
titul.per text.in l.si quis ex argentariis, §.ex hoc edi-
cto, ff.de edend.& in l.3.ff.quod quisque iur.& in l.in
38 *tradendis, §.1.commun.prædior.* † Stante præsertim
pronomine illo, hoc, quod facit demonstratio-
nem mentis disponentis *Bart. in l.1.in princ. num.*
2.& ibi Hermanot. Det.num.18.ff.de non. oper. nun-
ciat.Bald.in l.1.num.4.Cod.de non.codic.compon.Re-
39 *buff.in l.1.colum.1.& 2. ff de verb. signif.* † vbi etiam
quod verba, hoc itaque, modificant, & tem-
perant dispositionem, vt non habeat locum nisi
prout exprimitur *l.penultim.de parricid.l.qui vsum-*
fructum,& l.hoc ita,ff.de vsufruct.l.2.in princ.ff.si quis
caution.

Cùm igitur ita renunciatio sit personalis, non rea-
lis, non potest dici, quod fuerint finitæ inuesti-
40 turæ † tanquam nihil sit acquisitum domino dire-
cto, vt per *Doctores supra adductos, & per Ripam in*
*dict. §.duo fratres,num.*88. & per consequens dicta
renunciatio non potest obesse renuncianti respe-
ctu fideicommissi, cui non censebitur præiudica-
41 tum, † Nam quando alicui competunt plura iura,
si vnum remittatur, non est exclusum alterum
Bald.in l.2.quæst.8.Cod.de rescind.vendit.Decian.in
l.quoties duplex,91.num.1.de regul.iur. Alex.in l.nec
is,§.1.de acquir.hæredit.& in l suum.Cod de iur.deli-
ber. Cephal.conf.427.num.5.lib.3. Surd.conf.305. nu.
22.& conf.395.num.13. lib.3. & latius *conf.446.num.*
5.eod.lib.Grat.conf.4.num.45.lib.1.

Neque obstant clausulæ generales contentæ in re-
nunciatione cedendo omnia iura, & actiones, cum
constitutione procuratoris in rem suam, cum aliis
42 latissimè in instrumento contentis, ex quibus vide-
tur renuncians sibi præiudicasse, etiam quo ad alia
iura sibi competentia, & etiam quo ad dominium
directum, ita vt emphyteusis quo ad eum sit finita,
Quia contrarium est verius, quod iam respectu
ecclesiæ, siue domini directi istæ clausulæ quan-
tumuis pugnantes, nihil operabuntur, cum illæ non
prosint, nisi ad fauorem eius, cui factæ sunt, & pro
quibus fuit stipulatum, quamuis renunciatio, sit
cum iuramento, & sit remissum omne ius, quod
habet, seu habere sperat quomodocumque, & qua-
litercumque, & ex quauis causa cogitata, & non
cogitata *Bero. conf.108.num.14. & 21.lib.1. post Fe-*
der. conf.77.& 228. Bart.conf.58.numer.5.lib.1.& in
l.qui Roma,§ duo fratres,quæst.10.vbi Rip.numer.88.
Alexand. num.60. de verb.oblig. Curt.Sen. conf.48.
*num.40.*cum aliis per *Corb.de caus.priuation.ob re-*
nunciation. nu.18.& 19. Dec. conf.411.num.2. Socin.
Iun.conf.119.num 17. lib.3. Rot. Lucens.per Ludouic.
decis.29.num.67.ad med. Alex. conf.21.num.4.lib.5.
Corn.conf.42. numer.9.lib.4. Bero.conf.97. numer.6.
& 8.lib.1.Ruin.conf.47.num.2. lib.1. & conf.11.n.4.
cum seq.eodem lib. Gabr.conf.88.num.1.lib.1. Rip.in
l.1.nu.26. Cod de pact. latissimè *Surd. conf.446.nu.*
17.lib.3.

Et quemadmodum dicta renunciatio non prodest res-
pectu Ecclesiæ, & domini directi, vt dictum est.
43 † Ita neque præiudicabit renuncianti quo ad fidei-
commissum, cum istæ clausulæ generales, & am-
plissimæ, de quibus in instrumento renunciationis,
non trahantur ad aliam causam, nisi respectu em-
phyteusis, cui fuit renunciatum, nam semper verba
44 etiam generalia debent ciuiliter intelligi, † &
quamuis amplient præcedentia, tamen referuntur
ad illa, quæ sunt eiusdem generis, & ad suam cau-
sam *Oldrad.conf.197.col.2. Natt.conf.546. n.10. &*
18.Calcan.conf.25.n.49. Paris.conf.10.n.83.lib.1. vbi
etiam loquitur quando dictum esset de causis co-
45 gitatis, † & non cogitatis *Corn. conf.288. lib.4.* &
passim istæ renunciationes etiam generalissimæ, &
quibuscuis verbis amplissimis factæ ex vna causa
46 non trahuntur ad ea, † quæ dependent ex testa-
mento, seu fideicommisso *Aym.conf.407.n.30.Ce-*
phal.conf.228.num.4.lib.2. Bart.in l.qui roma,§.duo
fratres,qu.6.n.19. vbi *Ias.nu.69. Cort.n.127.Rip.nu.*
78. de verb.oblig. Doctor. in l.tres fratres, ff de pact.
Bald.in c.1.n.8.& 9. imperat.lothar.aliàs incip. con-
stitution.feud.lothar.

Prout generale est, vt de his, quæ dependent à testa-
mento, & fideicommisso nulla detur renunciatio,
47 † nisi visis, lectis, cognitis, & bene inspectis verbis
testamenti, quæ clausula semper est inserenda ad
euitandas nullitates iuxta *l de his, de transact. l.1.§.*
1.ff.quemadm.test.aperiant. Paris.conf.95.nu.18.lib.3.
Bero.conf.177.n.6.lib.1.Rol.conf.13.n.26.lib.1.Surd.
48 *conf.395.num.22. & 23. lib.3.* † vbi etiam quod ista
scientia specialis, & non generalis debet probari
per eum, qui se fundat in renunciatione, quamuis
49 illa esset iurata, & cum clausulis, † quod renuncia-
tum fuerit omni iuri, quod quis habet, vel habere
sperat, cum nunquam per eas dicatur renunciatum
fideicommisso, nisi duo copulatiuè concurrant, &
50 quod adsit scientia explicita fideicommissi, † &
quod renunciatio non possit in alio iure verificari,
& effectum sortiri *Bart.in d §.duo fratres, num.19.*
quem communiter ibi omnes sequuntur *Curt. Iun.*
conf.23.n.2.Ruin.conf.92.nu.23.lib.4 Grat.conf.17.n.
46 lib.1.Peregr.de fideicommiss.art.52.n.32. & indu-
51 bitatum dicit *Surd.conf.395.nu.24 lib.3.* † Quamuis
sufficeret, quod expressè renunciaretur cùm iura-
mento *d.l.de his, de transact.* tunc enim censeretur
renũciatum fideicommisso iuxta communem opi-
nionem, de qua per *Rip.in l qui Roma,§.duo fratres*

num.71.vbi Crot.num.210. ff de verb. oblig. Peregr. art.52.num.49.Card. Mantic de tacit. & ambig.conuent.lib.26. tit.2.num.31. & sequitur *Rot.coram R. P.D. Manzanedo, Viterbien. bonorum 20. Iunij 1614.& in eadem causa coram R.P.D.Remboldo 10. Iunij 1615.*

Neque obst. t, quod renunciatio, de qua agimus potius
52 videatur realis, quàm personalis † tanquam facta de omni, & quocumque iure cum constitutione procuratoris in rem propriam cum aliis, de quibus in instrumento *Ruin.cons.166.col.4.n.11.lib.1.Alex. cons.189 lib.2.* Quia cùm fuerint nominatæ certæ personæ, ad quorum commodum fuit renunciatū, semper est personalis, non obstantibus prædictis, & maioribus clausulis, nam ad hoc vt dicatur realis, debet fieri generaliter ad fauorem omnium, & quorumcumque, prout in feudo, emphyteusi, ac similibus casibus de magis vera opinione testatur *Surd.cons.446.n.7. lib.3.post Iacob.in sua inuestitur. in verb.& vnus ex dictis inuestitis,il 1.num.6.Zas.de feud p.9.num 40.vers.ex supradictis tertio.Bero.cons. 97.nu.4.cum seq.lib.1.Cap.ic.in sua inuestitur.in verb. feudi diuisio limit 4 Isern.in cap.1. de vasall.decrepit. atat Bald.in cap.1.an agnat.vel filius,& in cap.1.n.2. imperat lothar.aliàs incip.constitution. lothar.Alex. cons.13.nu.5 lib.5.Gabr.cons.89 nu.13.lib.1.*vbi, quod cum ista distinctione intelliguntur Doctores contrarium tenentes, prout loquitur *Ruin.cons.166.nu. 11.lib.1.*

Prædictis tamen videtur multum obstare, quod renunciatio fuit facta ad finem, & effectum, vt ille, ad cuius commodum fit cessio, liberè renouetur,
53 & inuestiatur † de bonis renunciatis à domino directo, prout ei magis videbitur expedire, sicut ad istam effectum ab eo domino illa fuit admissa, & acceptata, quo casu inuestitura dicitur finita respectu renunciantis, cum habeatur pro omnimoda, & reali renunciatione, quando inuestitura subsequitur, vt in casu nostro subsecuta fuit *Ruin. cons.11.nu.10.vers.vel vbi facta fuisset, lib.1.Honded. cons.36.nu.22. lib.1.Gabr.cons.69 nu.8. lib.1.*& prius voluit *Gloss.in cap.1.§ si quis miles,in fin.vers.vel ad hoc refutauit.* & ibi *Bald.num.5. imperat. loth.alias incipit constitutiones feudales lothar. Alex. cons.13. perspectis his nu 4 & 7.lib.5.*

Prout passim emphyteota priuatur iure suo, quando
54 patitur alium inuestiri de emphyteusi † ad eum spectante *cap.1.§ praterea. vbi Bald.n.2.quibus mod. feud.amittat. Castr.cons.84 quæst.n.1. lib.2.Dec.cons. 389.visa longa ser.e.nu.8.Rub.Alex.cons.133.num.12. Tiraq.de iur.primogenit.qu.26.num.2.*qui Doctores
55 quamuis loquantur in feudo, † Tamen idem est in emphyteusi,cum adsit eadem ratio,quo casu arguitur de vno ad alium *Speculat.in § quoniam vers.quadragesimo,de feud Socin.Iun.cons.72.num.57.lib.1.*& multis comprobat *Corbul.de cas.priuat.ex eo quod emphyteut.patit.alium de emphyt.inuestir.nu.3. & 4.*
56 † vbi ampliat quamuis non adsit consensus expressus,sed tacitus, quia fuit præsens inuestituræ factæ de emphyteusi ad ipsum pertinente, de qua non contradixit, tunc enim finitur emphyteusis ob talem taciturnitatem, ita vt amplius non detur regressus vt per *Gloss.in dict §,praterea,*quam ibi communiter sequuntur *Bald.Iacob. Beluis. Aluarot. & alij* & de communi testatur *Paris cons.76.numer.15. lib.4 Ruin.cons.1.num.18. lib.1. Alex.cons.87.nu.14. lib.6.*cùm aliis per *Ias.cons.107.col.1.& 2.lib.4.*

Posset tamen prædictæ obiectioni responderi, quod illa procedit, quando renunciatio fuit expressè facta, vt alius inuestiatur tanquam de feudo nouo,
57 † seu emphyteusi noua, nam tunc secuta inuestitura noua, erit feudum nouum, neque renuncians poterit in eo aliquid amplius prætendere, quasi in totum sit ab eo omne ius abdicatum, secus si renunciatio est facta simpliciter, prout in casu nostro nulla facta expressione feudi noui, sed solùm vt alius inuestiatur, exprimendo tantùm personas, quibus, vel in quorum gratiam fiat, & tunc feudum non est nouum, neque renuncians intelligitur ius suum abdicasse, vt à domino possit excludi, aut ab aliis præferatur, cum in totum non sit extincta inuestitura, prout esset, quando renunciaretur tanquam de feudo nouo, & realiter, ac omnimodo, vt dictum est, ita in proposito distinguit *Rosental.de*
58 *feud.c.2.conclus.20.n.2.& 6 fol.31.* † & est distinctio approbata per *Doctores,in c.1.vbi Gloss.in verb.quasi nouum.Bald.n.1.in fi.Isern.Belui.Aluarot.& Afflict. de eo qui sin.fec.agnat.*& concludunt omnes *in cap.1. de vasall.decrepit.atat. vbi Bald.col.1.* cum aliis per *Rosenta.de feud.d c.2.concl.20.in littera d.Schrader.*
59 *eod.tit.p.2.c.3.n.59.*† Maximè, quia etiam in renunciatione exprimitur, quod ille, ad cuius fauorem fit cessio, ponatur in locum, & ius, ac priuilegiū ipsius cedentis, ex quibus verbis magis excluditur inuestitura noua *Afflict.in c.1.n.11.de vasall.decrepit.ata. & in c.1.num.22.de gradibus succed.in feud.*quem se-
60 quitur *Schrader.de feud.p.2.c.3.n.55.*† Quasi subrogatum assumat naturā, & qualitates, ac omnia alia eius, in cuius locum subrogatur *l.si eum.§ qui iniuriarum.ff.si quis cautionibus l.si donata.§.si sponsus de donat.int. vir. & vxor. Bart. in l.1. §.si hac actio. ff.si quis testam.lib.esse.iuss.fuer. Surd.cons.42.nu.12. lib.1.* vbi, quod procedit etiam in materia stricta, & correctoria *§.reliquum vers. vnde consequens, auth.de hared. & falcid. Aret. in rubr. ff.de acquir. possess. Natt.cons.346.num.3.*

* *Adde supra ad c.195.nu 3 vsque ad 10 & ad c 134.*

Obseruandum * est etiam circa ea, quæ supra diximus de remissione, quod illa conceditur quando res est in totum perempta, cum enim res est destructa, &
61 nulla substantia remanet, † non potest conductor vti relocata ad vsum destinatū. quo casu fit remissio, quamuis hoc contingat absque facto locatoris, iuxta communem opinionem de qua per *Bart.in l. cum in plures, D locat.Bald.in l.licet, 8.num.7.Cod. eod tit.Surd.decis.326.numer.45.vsque ad 55.& cons. 297.numero 16.cum seq. & cons.400.num.33.& cons. 563.num.14.* & multa addidi *supra cap.195 num.3.*
62 *vsque ad 10.cap.534.nu.37.*† vbi etiam addidi, quod stante ista totali destructione, non solùm est facienda remissio, sed etiam cōductor liberatur tanquam contractus sit finitus, partes enim non censentur voluisse contrahere, nisi sub conditione, quod substantia rei salua remaneat, quasi oporteat præstare rem conductori, vt illa frui possit *Ias.in l.quominus, n.150.de fluminibus,* cum aliis de quibus *supra c.195.* occurrit in *Rota coram R.P.D.Buratto Ferarien.affictus, 26.Nouembris 1616.* vbi fuit decisum, quod sit facienda remissio, ideo visum fuit expedire vtilitati publicæ ipsam decisionem hic inserere tanquam exemplarem, & continentem materiam, quæ sæpe in praxi contingit.

R.P.D.

R. P. D. Buratto. Ferrarien. Affictus. Sabbati 26. Nouembris 1616.

COmmunitas Bagnacaballi conuenta ab Illu-
striſſimo D. Cardinali Eſtenſe ad preſtationes
annuatim decurſas corbium 900. frumenti pro
mercede duorum molendinorum, alias per eum à
Sereniſſimo D. Duce Mutinæ dicti Illuſtriſſimi D.
Cardinalis fratre, & auctore ad quinquennium
prima Martij 1597. inchoan. conductorum. Oppo-
ſuit inter alia de deſtructione cluſæ illorum intra
primum annum affictus ob inſolitam fluminis
inundationem, & rupturam, & ſic molindina re-
manſiſſe inutilia toto tempore locationis; cauſa-
que in Rota commiſſa, fuit dubitatum, An con-
ſtaret de talibus impedimentis, ſeu exceptionibus,
ita vt ſit, vel non ſit locus executioni mandati per
A. C. ad fauorem D. Cardinalis relaxati, & DD. re-
ſoluerunt, dictam exceptionem deſtructionis clu-
ſæ obſtare, cùm ſit releuans, & probata.

Releuans, quia remiſſio fit conductori, qui vel non po-
63 tuit re locata ad vſum deſtinatum, † etiam ſine fa-
cto locatoris *Bart. in l. cum in plures, ff. locat. verſ. in
contrarium, & verſ. aut fuit facta locatio. & ibi Caſtr.
num. 3. & ſeqq. Aretin. conſ. 52. num. 2. Boſſ. in tit. de
remiſſ. merced. conduct. num. 40.* cum aliis per *Surd.
conſ. 400. num. 33. & conſ. 563. num. 24.* Et tanto magis
ſi hoc contingit caſu fortuito *l. ſi quis domum 9 §.
fin. & ibi Odofr. verſ. ſed pro eo tempore, l. ſi quis fun-
dum 10. §. imperator. l. item quaritur 14. § exercitu. l.
ex conducto 16. §. fin. l. ſi fundus 36. & l. ſeq. ff. locat.* vt
de impetu fluminis eſt *text. in dict. l. ex conducto, §. ſi
vis tempeſtatis, & ibi Odofr. Bald. & Salic. Rub. Ale-
xand. conſ. 153. num. 5. Cephal. conſ. 257. num 11. & 12.
Sebaſt. medic. in tract. de fortuit. caſibus, part. 2. quaeſt.
10. num. 39. Surd. deciſ. 326. nu. 60. Caball. conſ. deci-
64 ſiu. 102. nu. 11. part. 2.* † In ſpecie autem noſtra, eſſe
faciendam remiſſionem, quando molendinum ob
incurſum aquarum redditum eſt inutile tradit
*Bald. conſ. 119. circa med. verſ. in contrarium vide-
tur, vſque an fin. lib. 1. Fulgoſ. conſ. 193. verſ. in op-
poſitum partem vſque ad fin.* quem in terminis ſe-
quuntur *Rip. in tract. de peſte. tit. de priuil. contr.
nu. 97. in fin. Natt. conſ. 256. nu. 5. & conſ. 449. nu. 16.
Boſſ. vbi ſupra nu. 58. Hipp. Rim. conſ. 657. num. 1. &
65 ſeqq. & num. 39. Eugen. conſ. 50. numero 46. lib. 1.* † Si-
cuti fit quãdo deſtructa eſt, vel perempta eſt illius
ſubſtantia *Bald. in l. licet 8. nu. 7. C. locat.* quem ſe-
quuntur *Pet. de Vbald de duobus fratr. part. 8. num.
3. Boſſ. vbi ſub. num. 61. Surd. deciſ. 326. num. 45. & nu.
54. in fin. & nu. 55. & conſ. 297. nu. 16. verſ. ſed. quan-
do, & num. 8. Gratian. diſcept. 195. num. 3. & 6.* Prout
hic contigiſſe videtur ex deſtructione dictæ clu-
ſæ, cum illa videatur pars ſubſtantialis molendino-
rum, quia ſine ea molere, & exerceri non poſſunt,
vt notiſſimum eſt.

Caſus autem iſtius deſtructionis ex valde inſolito &
inaudito fluminis impetu concludenter probatur
per quinque teſtes, qui non ſunt de Communitate,
videlicet, *Secundum in proceſſu fol. 89. à tergo, & fol.
90. Quintum fol. 127. & 128. Sextũ fol. 137. à tergo. Sep-
timum fol. 143. à tergo. & Octauum fol. 150. & 153. à
tergo.* Qui deponunt de viſu, & ſcientia, & tanquam
vicini ſunt optimè informati, & validas rationes
adducunt, & dicunt etiam de deſolatione, & ruptu-
ra cluſarum quorundam molendinorũ vicinorum
ob magnum diluuium aquarum, & quod caſus fuit
66 inſolitus, & inauditus. † Quod eſt etiam veriſimi-
le, quia notiſſimæ ſunt ingentes dicti anni 1598. in
diuerſis Italiæ partibus imbrium, & aquarum inun-
dationes, de quibus etiam meminit *Gratianus dict.
diſcept. 195. num. 21.* Et verificatur quoque ex con-
trouerſia tunc orta inter dictam Communitatem
Bagnacaballi volentem reficere, ſeu reſtaurare di-
ctam clauſam ex vna, & Communitatem Lugi im-
pedientem ex altera, vt ex pluribus epiſtolis, tam
Vicelegati Ferrariæ, quàm Gubernatoris Lugi, vt
in *Summario Communitatis num. 3. 4. 5. & 6.*

Non obſtat, quod Communitas teneretur manutene-
re cluſam, tam de iure, quàm ex forma pacti. Quia,
cùm illa eſſet totaliter deſtructa (vt prædicti teſtes
deponunt) non tenebatur ad refectionem; etiam
67 ſtante pacto; † tum quia prædictus caſus fuit non
ſolùm fortuitus, qui non venit ſub dicta promiſſio-
ne *Bald. dict. conſ. 145. verſ. ſecundo quia, & verſ. ſep-
timò.* quem ſequuta eſt *Rota in Meliten. conſerua. 3.
Iunij 1613. coram me confirmata 18. Nouembris 1614.*
Sed inſolitus cùm ſit ex iis, qui rariſſimè ſolent
contingere, vt de inundatione fluminis Arni in
Ciuitate Florentiæ del 1557. tradit *Sebaſt. Medic. de
68 fortuit. caſ. part. 1. quaeſt. 13. num. 10.* † De quo non
videtur cogitatum *Bart. in l. ſed ſi quis, §. quaeſitum,
nu. 3. in fin.* & ibi *Scrib. ff. ſi quis caut.* cuius opinio-
nem communem dicunt *Rip. in dict. tract. de peſte
vbi ſupra num. 97. in princ. & nu. 107. in fin. Hipp.
Rim. dict. conſ. 657. num. 40. & 42. lib. 6. & Menoc de
arbitr. lib. 2. caſ. 80. num. 2.* & in terminis tradit
Bald. dict. conſ. 119. verſ. in contrarium, in princip.
quem ſequuntur *Socin. conſ. 132. num. 10. volum. 4.
Natt. conſ. 449. num. 17. Sebaſt. Medic. de tract. part.
1. quaeſt. 15. num. 5. & quaeſt. 16. nu. 15. Caputaquenſ. de-
ciſ. 96. part. 1. Surd. conſ. 297. num. 8. & Rota in Luca-
na molendini 22. Martij 1613. coram R. P. D. meo
69 Verospio.* † Nec comprehenditur etiam quod quis
ſuſcipiat in ſe periculum caſuum fortuitorum *l. ſi-
ſtulas, §. frumenta, ff. de contrahend. empt. Bart. in l.
ſeio 10. §. medico. num. 4. ff. de ann. leg. Bald. dict. conſ.
119. & dict. conſ. 145. num. 1. verſ. tertio quia lib. 2.* &
de communi *Boſſ. vbi ſupra nu. 58. & 59 verſ. tamen
non ad caſum. Rub. Alex. conſ. dict. conſ. 153. num. 2.
Arm. conſ. 93. nu. 2. & conſ. 194. poſt princ. verſ. in
70 quibus locis. Surd. dict. conſ. 326. nu. 51.* † Vbi circa fi-
nem refert atteſtantes hanc eſſe communem,
etiam accedente iuramento, ac etiam ſi fuerit di-
ctum de caſu cogitato, & incogitato, quem ſequi-
tur *Gratian. dict. diſcept. 195. num. 8. & 9.* qui loquitur
in terminis inundationis dicti anni 1598. & allegat
deciſionem Illuſtriſſ. D. Cardinalis Millini *in Ro-
mana remiſſionis affictus 15. Decembris 1595.* cum aliis
per Cardinal. Mantic. de tacit. lib. 5. 8. n. 3. & 4.

Et ſic etiam ceſſat pactum, quod locator non tenea-
tur ad remiſſionem, niſi in quatuor caſibus expreſ-
ſis. Tum etiam, quia expenſa fuiſſet magna, & re-
71 ſpiciebat vtilitatẽ perpetuam, † vltra tempus con-
ductionis duraturam, quæ ſpectat ad locatorem &
dominum, non autem ad conductorem, vt in
terminis molendini deſtructi *Bart. in l. cetem. §.
qui maximos, numero 13. verſ. & certè, ff. de publican.
Bald. dict. conſ. 119. propè fin. verſic. ſed caſus noſter.
Natt. dict. conſ. 449. num. 14. & ſeqq. Roland conſ.
83. num. 5. & ſeqq. lib. 4. Menoch. de arbitr. cap. 215.
num. 5. in fin. cum ſeqq.*

Aliæ autem exceptiones, videlicet impedimenti illati

per Milites de tempore recuperationis Status Ferrariæ, & quod contractus affictus initus cum D. Duce per Procuratorem Communitatis fuerit per eam metu reuerentiali ratificatus, visæ fuerunt DD. non obstare.

Et ita decisum, &c.

EPITOME.

Reuocatio testamenti animo, & intentione condendi aliud testamentum an sit actus perfectus inducens finem reuocationi, si aliud testamentum non condatur. ¶ Et an auferatur hæreditas scriptis hæredibus, si reuocans non addat, quod volebat intestatus decedere. ¶ Et quid in locis, in quibus seruaretur ius ciuile. ¶ Geminatio verborum an alteret dispositionem, & illam reddat validam, si non esset talis. ¶ Hæres quo casu non dicatur habere voluntatem defuncti propter incisionem, vel cancellationem tabularum, vel ob illam rationem mutationis voluntatis. ¶ Hæres scriptus in testamento an sit mittendus in possessionem, donec cognoscatur causa super illius reuocatione. ¶ Causa finalis quæ dicatur. ¶ Clausula cassans, &c. an habeat tacitam conditionem, si secundum testamentum valeat. ¶ Reuocatio testamenti an sit nulla, si causa ob quam reuocatur deficiat, vel sit falsa, & erronea. ¶ Decedans ab intestato an dicatur fecisse testamentum. ¶ Et quid significent verba, facere testamentum. ¶ Semel extinctum an amplius reuiuiscat. ¶ Concessa facultate testandi quando censeatur data potestas etiam ab intestato transmittendi.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio testamenti facta non simpliciter, sed animo & intentione condendi aliud testamentum non dicitur actus perfectus imponens finem reuocationi, donec aliud testamentum conficiatur, quo non condito, primum firmum manet, nu. 2. & de ratione, num. 7. 8. & 14. Amplia vt num. 16. 19. & 20.*

3 *Reuocatio simplex testamenti non sufficit ad effectum auferendi hæreditatem scriptis hæredibus, nisi etiam reuocans addat, quod volebat intestatus decedere. Contrarium numero 4. sed prima opinio est verior numero 5. Maxime vbi seruaretur ius ciuile, prout in Vrbe, numero 6.*

9 *Voluntas sola testatoris regulat omnem dispositionem, & num. 13.*

10 *Geminate verborum ostendit maiorem expressionem voluntatis non alterat dispositionem, neque illam validat, si non est talis.*

11 *Verba geminata, & vniuersalia habentia aliqua restrictiua, limitantur ratione adiunctis ad causam expressam.*

13 *Heres non dicitur habere voluntatem defuncti propter incisionem, vel cancellationem tabularum, vel ob aliam rationem mutationis voluntatis, vel quia voluit intestatus decedere.*

15 *Missus in possessionem tanquam veniens ab intestato, cum tamen adesset testamento, non dicitur possessor, sed iniustus occupator.*

17 *Heres scriptus in testamento, quod prætenditur reuocatum, est mittendus in possessionem, donec cognoscatur de viribus reuocationis.*

21 *Causa finalis dicitur illa, sine qua quis non esset aliquid facturus.*

22 *Reuocatio testamenti est nulla, si causa ob quam reuocatur non habuit effectum, seu est erronea, vel falsa, num. 25. & 28.*

23 *Causa finalis principaliter est consideranda, & iuxta eam dispositio regulatur.*

24 *Verba procemij inducunt causam finalem, & sicut corpus ab anima, ita dispositio ab ipso procemio regulatur.*

25 *Cassatio primi testamenti restringitur ad causam, ob quam testatur voluit illud cessare, num. 32.*

26 *Clausula cessans, &c. habet tacitam conditionem, si secundum testamentum valeat.*

29 *Primum testamentum non dicitur sublatum, quando in secundo est aliquis defectus, ex quo hæreditas non possit adiri.*

30 *Verba, animo & intentione condendi aliud testamentum, habent conditionem tacitam, quatenus nouum testamentum validum condatur.*

31 *Conditio debet purificari, vt dispositio habeat locum.*

33 *Decedens ab intestato an dicatur fecisse testamentum, numero 34.*

35 *Dictio, aliud, intelligitur de simili repræsentando omnes qualitates rei relata, siue sint in personis, siue in rebus, etiam vbi adessent verba vniuersalia, quæcunque, vel similia.*

36 *Verba facere testamentum, significant cum effectu testari, non autem decedere ab intestato.*

37 *Verba, quando possunt propriè intelligi, non recurritur ad alium intellectum.*

38 *Semel extinctum amplius non reuiuiscit sine facta hominis. Delara vt num. 39.*

40 *Immissio non retardatur stante testamento non vitiato propter exceptionem requirentem altiorem indaginem.*

41 *Concessa facultate testandi, quando censeatur data potestas etiam ab intestato transmittendi, & num. 42.*

CAPVT DLVIII.

**Adde supra ad cap. 490. num. 41.*

1 REuocatio testamenti, † de quo agimus, non fuit facta simpliciter, sed cum animo & intentione condendi aliud testamentum, vt expressè dicitur in prædicta reuocatione, ex quibus verbis clarè apparet, quod testatrix non habuit talem actum pro perfecto, & per consequens non imposuit finem reuocationi, douec aliud testamentum per eum condereent, adiiciendo eidem dispositioni ea quæ volebat addere *l. quod in rerum 24. §. si quis post. ff. de leg. 1. l. si is qui testamentum, eod. tit. Alex. cons. 73. col. 2. ad fin. vers. & ad prædicta facit, num. 4. lib. 1. Paris. cons. 27. num. 17. lib. 2. Menoch.* in specie *cons. 42. num. 16. lib. 1.*

Quod cõfirmatur ratione manifesta, Nam cum testatrix dixerit se reuocare primum testamentum tan-
2 quam habens intentionem aliud condendi, † satis constat noluisse intestatam decedere, neq; voluisse vocare venientes ab intestato, sed potius suam intẽtionem esse postea instituere hæredes sibi magis visos, qui suam hæreditatem ex testamento debuissent adire, vnde cùm hoc non fuerit secutum, talis reuocatio non dicitur habere aliquẽ effectum, neq; inducit reuocationem primi testamenti, Ita in proposito notat *Alex. cons. 30. consideratis, col. penul. ante med. vers. nec obstat dum in contrarium, nu. lib. 3.*

post

post Raph. Cum in repetit. l. si filius qui in potestate, nu. 42. ff de liber. & posthum. & in l. militis, §. veteranus, post med de militar. testam. Idem Alex. cons. 104. paucis vtar. ad fin. vers. nec huic responsioni, lib. 2. Anchar. qu. famil. 70. num. 6. lib. 2. Corn. in cons. 149. nu. 6. colum. 2. in fin. lib. 2.

Amplius quamuis testatrix non expressisset voluntatem suam, quod volebat facere aliud testamen-
3 tum, prout expressit, † Tamen neque sufficeret simplex reuocatio primi testamenti ad effectum auferendi hæreditatem ab hæredibus in eo scriptis, nisi etiam fuisset dictum, & additum in reuocatione, quia volebat intestata decedere, quæ verba cùm non adsint in casu nostro, minus erit attendenda talis reuocatio, & primum testamentum firmum manebit secundùm magis veram, & communem opinionem, quam tenet *Bart. in l. si iure 18. nu. 3. ff. de legat. 3. Alex. in l. si ita scriptum, colum. 2. post princ. ff. de leg. 1. & in l. si ita scriptum 13. §. regula. num. 4. de liber. & posthu. Aret. in l. hæredes palam colum. 9. ad fin. vers. & istam conclusionem simpliciter, ff. de testam. Calcan. cons. 91. col. 5. Rum. cons. 6. nu. 1. lib. 2. Couarr. in rubr. de testam. p. 2. col. penult. in princ. vers. sexta conclusio.*

Nec facit, quod secundum aliorum sententiam suffi-
4 ciat ista reuocatio, † quamuis non dicatur velle decedere intestatum, vt per *Bald. in l. sancimus, nu. 2. Cod. de testam. Imol. in dict. §. regula. in fin.* cum aliis relatis per *Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 15. nu. 19. ante med. vers. sed contrarium. Socin. Iun. cons. 145. nu. 8. cum seq. lib. 2. & in rubr. de acquirend. possess. nu. 136. vsque ad 147. Bero. cons. 4. num. 2. in fin. lib. 2. Ioseph. Ludouic. conclus. 58. col. 3. in fin. ampl. 11. Menoch. cons. 170. nu. 9. lib. 2. Gui d. Pap. qu. 200. n. 2.* Quia non est discedendum à supradicta opinione tanquam magis vera, & communi
5 † maximè in decidendo, prout dicit *Corn. cons. 39. nu. 5. ad med. vers. quando autem lib. 2. Alex. cons. 104. in fin.* vbi *Add.* testatur de magis crebra sententia *lib. 2. Alex. cons. 159. nu. 5. vsque ad 9. lib. 7. & cons. 30. num. 3. lib. 5.* vbi etiam de magis communi *Decian. cons. 582. pro fundamento, n. 1. Socin. Iun. cons. 62. nu. 1. lib. 3. & in l. si quis in principio testamenti, nu. 48. de legat. 2. Guald. de arte testandi, titul. 10. de mutation. testam. caut. 3. nu. 2. tom. 8. part. 1. fol. 141. Cagnol. in l. nihil tam naturale 35. num. 2. ff. de regul. iur. Surd. decis. 128. num. 2.* vbi quod in decidendo non debemus discedere ab ista opinione *Idem Surd. cons. 320. nu. 10. ad med. lib. 3. Clar. in §. testamentum, qu. 92. Crass. eodem titul. quæst. 82. nu. 2. & 3. Anchar. qu. 80. num. 2. part. 2. Magdalen. de nu. test. in testam. requis. part. 1. cap. 17. ad fin. nu. 13. fol. 256. Anchar. in cap. cum esset, colum. ante penult. ad med. num. 20. & ibi Imol. col. 9. ante med. vers. septimo quæritur. num. 27. in fin. de testam. Corn. in l. sancimus, nu. 8. & 9. & ibi Alexand. nu. 9.* qui de communi *& Ias. col. vltim. ad med. C. eod. tit. Menoch. cons. 496. nu. 82. & 83. lib. 5. & cons. 170. nu. 9. lib. 2. & cons. 317. nu. 21. & 26. lib. 3.* vbi de magis recepta opinione testatur *Franc. decis. 287. n. 1. & 2.* vbi etiam de magis communi *Paris. cons. 46. num. 25. & 26. lib. 3. Rot. coram Cardin. Pamphilio Perusina hereditatis 16. Martij 1601. & coram Card. Ludouisio. Roman. fideicommissi 10. Decembris 1608. vers. quia licet. col. 2.* vbi etiam de receptiori opinione testatur *Sim. de Pret. de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. dubit. 2. num. 51. cum seq. fol. 464. Peregrin. cons. 39. num. 39. lib. 2.*

Quod maximè procedit, quia sumus in Vrbe, in qua
6 seruatur ius ciuile, † quo attento verior est opinio vt reuocatio simplex, non instituto alio hærede, nihil operetur in præiudicium illorum, qui fuerunt instituti in priori testamento, cùm ratio iuris ciuilis sit, quod ista reuocatio, & prohibitio non sit testamentum tanquam non continens hæredis institutionem, vnde meritò non debet tollere primam dispositionem, ita in specie declarat *Bald. in l. 1. col. vltim. ante med. vers. item incidenter quæritur. num. 66. C. de sacros. eccles. Card. Manti. de coniectur. vlt. volunt. tit. 15. lib. 2. num. 19. post princ. vers. & hanc opinionem quo ad ius ciuile. Ioan. Andr. & alij,* de quibus per *Ias. in l. sancimus, col. vlt. ante fin. vers. tertio cogita. C. de test.*

Præterea, quidquid sit de dictis opinionibus, casus de quo agimus, est satis clarus ea supra allegatis, quia
7 aperte constat de mente testatricis, † quæ non vtique voluit facere simpliciter reuocationem ad effectum, vt venientes ab intestato succederent, sed solùm ad finem condendi aliud testamentum, quo animo stante non tollitur primum, nisi secundùm fuerit perfectè consummatum, & per consequens talis reuocatio remanet nulla, cùm non possit aditione alicuius confirmari, nec interueniat aliqua institutio expressa, nec tacita, cùm enim adsit intentio faciendi aliud testamentum, & ob talem animum fiat reuocatio, non potest dici, quod hoc casu venientes ab intestato habeant hæreditatem ea mente defuncti, & quod dicta reuocatio confirmetur per illorum aditionem, Nam ad hoc vt per sequentem dispositionem tollatur primum testamentum, requiritur, quod sequens dispositio sit talis, vt contingere possit aliquem ex ea posse fieri hæredem, quod non verificatur in casu nostro, cùm propter verba, animo & intentione condendi aliud testamentum, nullus à testatore intelligatur ad hæreditatem vocatus, ita in specie similis reuocationis cum huiusmodi verbis, de quibus agimus, concludit latè *Alexand. cons. 159. numer. 5. vsque ad 9. lib. 7. per text. in l. si nemo 19. de testam. tut. l. sed & si conditioni 6. § vltim. ff. de hæredibus instit. l. cum in secunde 16. de iniust. rup. & irrit. testam. l. pater filio 54. in princip de hæred. instit.* quod etiam voluit *Corn. cons. 39. colum. 1. ad med. num. 2. vers. quod maximè dicendum videtur. lib. 2. Socin. Iun. cons. 245. nu. 8. lib. 2.*

Ideo in huiusmodi reuocationibus semper considerant Doctores, quod illæ operentur, dummodo constet ex verbis in reuocatione appositis, quod testator omnino volebat intestatus decedere, & quod reuocatio non fiat ad alium finem, nisi in fa-
8 uorem venientiũ ab intestato, Nam † si aliqua alia causa colligatur, illa est adimplenda, antequam primum testamentum possit dici sublatum, cùm aliàs isto implemento non secuto non tolleretur primum, vt benè declarat *Rub. Alexand. cons. 41. nu. 5.* vbi ita intelligit *Barb. cons. 60. col. 11. lib. 2. & Gui d. Pap. quæst. 200. post Butrium. & Imol.* per eos allegatos; & sequitur etiam *Aretin. in l. sancimus Cod. de testam. Car. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 15. nu. 20 ad med. vers. & hoc quidem dictat ratio. Bero. cons. 4. num. 4. in fin. vers. & ideo concordando. lib. 2. Surd. decis. 128. num. 3. post princ.*

Ex quibus ita fuit decisum, & cùm postea iterum super prædicta reuocatione testamenti dubitaretur, fuerunt multa ex aduerso adducta ad do-

cendum, quod verò debeat dici illud reuocatum
allegando *Barbat.conf.60.col.11.lib.2. Bero.conf.4.
lib.2. Rub.Alexand.conf.41. Socin.Iun. conf.145.lib.
2.* sed quidem illis fuit plenè responsum *supra vers.
ideo in huiusmodi, num.9.* Cùm dictæ auctoritates
fuerint præuisæ, quamuis non essent exaduerso
allegatæ prout iterum dicitur, quod omnes præfa-
ti Doctores, & alij qui possent adduci, non lo-
quuntur quando adsunt ista verba, quod reuocatio
fiebat vt conderetur aliud testamentum, sed quan-
do constabat apertè, quod testator nullo modo vo-
lebat primum testamentum valere, quod penitus,
9 & in totum reuocabat, † Vnde mirum si eius vo-
luntas est attendenda, tanquam ab ea sola omnis
dispositio reguletur *l.seruo manumisso, vbi Ias.in 2.
not.ff.de condict.indeb. l.quo loco, §.1.vbi Imol. ff.de
haredibus instit. Cort.in l.qui roma, §.duo fratres, co-
lum.9.in fin.digest.de verborum obligat. Aym.conf.88.
num.14. Rot.diuers.decis.795.numer.17.par.1.* Aliud
in casu nostro, in quo non apparet de ista mente
testatricis, sed potius de contraria voluntate, cum
non fecerit reuocationem simpliciter, sed ad fi-
nem condendi aliud testamentum, & sic non po-
test tractari de aliqua effectuali reuocatione,
qua non extante, venientes ab intestato non pos-
sunt dici, quod habeant hæreditatem ex mente de-
functi, quod dicta reuocatio confirmetur per illo-
rum aditionem, ideo remanet nulla, vt per *Alex.
dict.conf.159.num.5.& 6.lib.7.*

Non obstat geminatio verborum, cùm testatrix dixe-
rit, reuocat, annullat, cassat omni meliori modo,
cum similibus clausulis, Quia licèt illa ostendat
10 maiorem expressionem voluntatis, † tamen non
alterat dispositionem, nec facit illam validam si
non est, cùm non inducat diuersum effectum, sed
perinde est, ac si vna tantum dictio fuisset prolata,
quasi ista verba geminata sint sinonyma, & ideo
nihil operantur, nisi circa illud, quod validè dispo-
situm est *Grabr.conf.106.nu.35.lib.2.Paris.conf.100.
num.45.& 48.lib. Corn.in l.si idem.Cod.de codicill.*
Vnde non mirum, si geminatio non debet attendi
in casu nostro, quia non constat de reuocatione te-
stamenti perfecta, & consummata, cùm testatrix
non reuocauerit simpliciter, sed ad finem conden-
11 di aliud testamentum, † Maximè, quia quando istis
verbis geminatis, & vniuersalibus apponitur ali-
qua restrictiua, tunc semper illa restringuntur ra-
tione adiuncti ad causam expressam, neque debent
simpliciter intelligi *l.hares meus, §.1.de legat.3.leg.1.
in principio de aur.& argent.legat. Bart.in leg.1.§.
nunciatio.de nou.oper.nunciat. Bero.conf.20.num.15.
lib.3. Aym.conf.472.num.6.lib.3. Hended.conf.63.
nu.44.lib.1.*

Nec obstat *l.1.§.si heres institutus, ff.si tabul.testam.null.
12 extab.* Quia ibi Iurisconsultus præsupponit, † quod
hæres non habeat voluntatem defuncti propter
incisionem, vel cancellationem tabularum, vel
quia alia ratione voluntatem testator mutauit, &
voluit intestatus decedere, tunc enim, inquit, suc-
cedent venientes ab intestato, In casu autem nostro
nó constat de huiusmodi mutatione voluntatis ad
fauorem venientium ab intestato, cùm reuocatio
fuerit facta non simpliciter, sed ob causam conden-
di aliud testamentum, & sic deficit voluntas reuo-
13 cationis, † quæ attenditur in istis actibus, cum sine
ea non possit dici testamẽtum *l.ex facto, §.rerum, de
haredibus instit.leg.1.de testament. Carden. Mantic.de
coniect. vltim.volunt. lib.2.titul.15. numero 22.* & ita
etiam loquuntur *Barb. Bero. Socin.Iun. & alij ex-
aduerso allegati.* qui semper præsupponunt muta-
tionem testamenti fuisse perfectam, & consumma-
tam, & quod constabat de voluntate testatoris adi-
mentis in totum hæreditatem scriptis hæredibus,
quia ex verbis in reuocatione appositis volebat
intestatus decedere, vt latè explicat in his termi-
14 nis *Rubr. Alexand. conf.41.numero 5.* Cùm † etiam
in casu, in quo consuluit *Barbat.* non fuerit re-
stricta causa mutationis testamenti ad nouam il-
lius factionem, vt est in casu nostro, sed testator
post reseruationem vlterius processerat, & reser-
uauerat sibi facultatem disponendi, prout sibi vi-
deretur, & placeret, quæ poterat trahi etiam ad
causam intestati, vt aduertit *Idem Barbat.dict.conf.
60. in fin. vers. item est etiam ponderandum lib.2.*
Quamuis etiam contra *Barbat.* teneat *Peregr.conf.
39. n.5. lib.2.*

Nec facit, quod veniens ab intestato est tutus exce-
ptione tanquam possideat *Salic. in l.sancimus, co-
lum.2. versic. item dubitari potest, Cod.de testament.*
15 Quia † talis non potest dici possessor, sed potius
iniustus occupator, tanquam missus in possessio-
nem ab intestato, cùm tamen adesset testamen-
tum, contra quod non potest excipi de reuocatio-
ne, cùm non fuerit perfectè reuocatum ab eo, qui
non simpliciter reuocauit, sed ad effectum con-
dendi aliud testamentum, vt ex *Alexand.* & aliis
supra dictum est. Ideo non obstante aliqua exce-
ptione mittendus est in possessionem, qui tali te-
16 mento nititur, † vt in specie respondendo ad *Sa-
lic.* concludit *Menoch. conf.176.nu.9.ad med. vers.
praterea & tertio lib.2.* per doctrinam *Bart.in l.pe-
nultim. §.testamento, in fin.vers.quid si nemo possido-
ret, ff.de bonorum possess.secund.tabul.* Donec enim
pendet dubium super viribus primi testamenti,
17 † an scilicet sit reuocatum necne, debet scriptus
in eo hæres mitti in possessionem, vt declarat *Idem
Menoch. de adipisc.remed.4.quæst.83.n.698.* Cum
enim ex falsa causa, nempe ab intestato fuerit
alius missus in possessionem, quamuis verè non
posset immitti, cùm non constet de aliqua perfecta
reuocatione ad eius fauorem, meritò non debet
18 impediri executio, † sed immissio nulliter capta
est retractanda, vt latè comprobat *Menoch.de adi-
pisc.possess.rem.4.nu.891. & conf.176.n.9.ad fin.vers.
qua circa cum ex falsa causa, lib.2.* Cùm etiam verè
non obstet doctrina *Salic.* nam loquitur in eo, qui
19 excipit, † & habet voluntatem explicitam defun-
cti ex primo testamento, quam non habet in casu
nostro veniens ab intestato, quasi non constet,
quod ad eius fauorem sit facta aliqua renouatio,
tanquam fuerit animo condendi aliud testamen-
tum, & ita etiam declarat *Socin.Iun.conf.145. n.7.
20 in fin.lib.2.* † Et quidquid sit de iure ciuili, hodie
de iure prætorio etiam veniente per viam actionis
in primo testamento reuocato, sed postea recon-
ualidato debent obtinere post *Castr.Bald.Comens.
& alios* latè declarat *Menoch. conf.176.nu.8.& 9.
lib.2.* Quamuis hoc dictum sit ex abundanti, cùm
non simus in testamento reuocato, tanquàm non
verificetur causa reuocationis condendi aliud te-
stamentum, qua causa cessante, non est sublatum
primum *Ceph.conf.548.num.4.lib.4.cum alios supra
adductis.*

Nec aduersatur, quod verba Animo & intentione
condendi

condendi aliud testamentum non faciant reuoca-
21 tionem conditionalem, † Quia satis est, quod ex-
plicauit causam, ob quam testatrix voluit reuocare,
quæ dicitur finalis, cum sine ea quis non esset fa-
cturus, vel eo modo, nisi illa causa fuisset *Bald.cons.
340 colum.2.lib.3.Becc.cons.20.numer.10.Surd.cons.*
22 *164.num.31.& 32.lib.2.* † Vnde cùm causa non ha-
buerit effectum, reuocatio remanet nulla *Aym.
cons.142.n.9.* & in terminis concludit *Alexan.cons.
159.num.5.cum seq.lib 7.* Nam causa finalis dicitur
23 principaliter considerata, † & secundùm eam dis-
positio regulatur *Bald.cons.115.col.2. lib.1. Decian.
cons.46. viso puncto in princ. Aym.cons.137.num.14.
Albens. cons.52.num.7. Surd.cons.164.num.31. lib.2.*
Maximè, quia ista verba reuocationis, animo &
intentione condendi aliud testamentum, sunt in
24 procemio reuocationis, quæ † magis inducunt
causam finalem, adeo vt illa censeatur semper re-
petita in omnibus sequentibus, cùm sit ita potens
ratio procemij, quod sicut corpus ab anima, ita
dispositio ab ipsa procemiali ratione regulatur *Ias.
in l. qui quadraginta.col.2.ad trebell. Aym.cons.192.
nu.21.post Bart.in l.vlt.nu.3. de haredibus instituend.*
& in proposito *Cephal.cons.548.nu.2.cum seq. lib.4.*
25 † vbi ex hoc concludit, quod cessante ista causa
finali, deficit etiam mens testatoris, & vitiatur dis-
positio *Alexand.in l.si pater.nu.1.& 2,C.de haredib.
instituend.*

Ideo semper cassatio primi testamenti restringitur ad
26 causam, ob quam testator voluit † illud cessari *l.
qui liberis. §.testamento.de bonor.possess.secund.tabul.
l.cancellauerat,ff.de his qua in testam.delent.Bart.in
l.si iure.nu.4.ff.de legat.3. Bertrand.cons.281.num.2.
lib.2.part.1.Ruin.cons.16.nu.21.lib.2.Couarr.in rubr.
de testam. part.2.conclus.5.num.11. in fin. Rot.diuers.*
27 *decis.795.num.12.part.1.* † Quare ista clausula cas-
sans, &c. habet semper tacitam conditionem, si
secundum testamentum valeat, cùm aliàs non
censeretur primum reuocatum *Castr.in l.sancimus,
in fin.Cod.de testam. Bertrand.cons.151.nu.5. ad med.
vers. & vt dicit. lib.3.part.1. Cassan.cons.7. num.60.
Ias.cons.8.num.4. lib.3. Rot.diuers.dict.decis.795.nu.*
28 *13.part.1. Bald.cons.33.number.5. lib.3.* † Prout etiam
nunquam reuocatio primi testamenti aliquid o-
peratur, quando continet aliquam causam, quæ
non verificatur, aut quæ est erronea, seu falsa *l.
fin.vbi Imol.col.1.in 3.notab. ff.de haredib.instituend.
Cephal. cons.548.nu.2. cum sequentibus lib 4. Card.
Mantic.de coniectur.vlt.volunt at. lib.6.tit.14.nu.12.*
29 *Surd.cons.373.num.19.vsque ad 24.lib.3.* † Quemad-
modum etiam nunquam est sublatum primum
testamentum, quando in secundo est aliquis defe-
ctus, ex quo hæreditas non possit adiri *Bart. in l.
si iure.num.3.ff de legat. Alex.cons.159.num.8. lib.7.*
cum alits per *Mascard.conclus.1282.nu.32.Roland.
cons.33.nu.4.lib.3.Ceph.cons.32.in fin.lib.1.Surd.cons.
373.num.23.lib.3.*

Immo dicta verba, animo & intentione condendi
aliud testamentum, possunt dici conditionalia, tan-
30 quam habeant conditionem tacitam, † nempe qua-
tenus testamentum validum de nouo conderetur
*Castr.in l.sancimus, in fin.Cod.de testam.Rot.diuers.
decis.795.num.13.part.1.* cum aliis, de quibus *supra
nu.26.* Vndè cùm talis conditio non sit purificata,
31 non potest dici reuocata prima dispositio, † quæ
debet firma remanere, vt dictum est *l.pecuniam 36.
si cert.petat.Aym.cons.170.n.8. Rol.cons.58.n.15.lib.3.
Surd.cons.503.nu.4.lib.4.Tiraqu.in l.si vnquam, in
verb.reuertatur.nu.277. Cod.de reuocand. donation.*
Et quatenus etiam non essemus in conditionalibus,
Tamen satis est, quod per dicta verba, animo & in-
tentione condendi aliud testamentum, reddatur re-
uocatio limitata ad causam denuo testandi; quasi
in illo casu tantùm, & non aliàs, nec alio modo fue-
32 rit primum testamentum reuocatum † *l.cancellaue-
rat ff.de his qua in testam.delent. Rot.diuers.dec.795.
numero 12.part.1.Peregrin.cons.72.n.2.lib.7.* Et cùm
simus in causa finali illa attenditur, & debet verifi-
cari, non secus ac si esset conditio, vt dictum est
sup.nu.22.25.& 18.

Minus obstat, quod satis videatur fecisse testamentum
eo ipso, quod nullum aliud testamentum scripsit
33 † *l.conficiuntur.de iur.codicillor.Surd.decis.272.n.9.*
Quia hoc procedit respectu venientium ab intesta-
to, qui dicuntur habere tacitam voluntatem defun-
cti, statim quod ab eo non sit testamentum *Surd.*
34 *decis.128.num.3.* † Diuersum est in casu nostro, in
quo testator dixit se velle facere aliud testamen-
tum, quod debet intelligi de simili propter illam
dictionem, aliud, quę hoc importat repręsentando
omnes qualitates rei relatæ, siue simus in personis,
35 siue in rebus, & casibus, † etiam quando adiecta
esset dictio vniuersalis, quoscumque, vel similis
*Abb.in cap.sedes, de rescript.Cephal.cons.414.nu.12.
& 13.lib.3.Curt.Iun.cons.38.nu.1. Natt.cons.298.nu.
2. Osasc.decis.107.nu.7.post Gloss.in l.si fugitiui. Cod.
de seru.fugitiu.Surd.cons.21.nu.13.& 14.lib.1.& cons.
41.num.26.eod.lib.& cons.364.nu.38.lib.3* Maximè,
quia verba, facere testamentum, significant cum
36 effectu testari, † non autem decedere ab intestato *l.
tam is qui testamentum 25.de donat.caus.mort.l.hare-
ditate.§.quod autem.& l.fin.de castr.pecul.l.parricidij
8.l.pompei.de parricid.Rebuff.in l.verbum facere 208.*
37 *col.penult.in princ.de verb.signif.* † & quando verba
testatoris possunt intelligi propriè, non est recur-
rendum ad alium intellectum *l quibus diebus § do-
minus,de cond. & demonst. l.si fundus,§.qui locatus.ff.
de fund.instru.Bero.cons.95.nu.18.lib.2.*

Neque etiam obstat, quod stante reuocatione præten-
sa non reuiuiscat primum testamentum, quamuis
38 aliud non fuerit factum, † cùm semel extinctum
amplius non reuiuiscat sine facto hominis *l.qui res
§ aream.de solu.* Quia procedit in re omnino extin-
cta, quæ extinctio non adest in casu nostro, cùm
non simus in reuocatione perfecta, & consumma-
ta propter clausulam illam condendi aliud testa-
39 mentum *Alex.cons.159.n.5.lib.7.* † Cùm etiam su-
blato impedimento res extincta reuiuiscat, quan-
do præsertim agens ita vult, *Soc.cons.260.col.6.ad
fi.vers.praterea quando lib.2.cum aliis per Menoch.
cons.176.nu.10.lib.2.*

Non erit igitur retardanda immissio, stante testamen-
40 to non vitiato, neque cancellato, † quod sufficit
iuxta *l.fin.Cod.de edict.diu.adr.tollend.* non conside-
rata prætensa reuocatione tanquam non perfecta;
quæ non debet officere hæredi scripto in testamen-
to, cùm etiam requirat altiorem indaginem *Meno-
chius cons.176.nu.9.ad med.lib.2.de adipisc.remed.4.
nu 698.qu.83.*per doctrinam *Bart.in l.penult.§.testa-
mento.in fin.vers.quaro quid si nemo possideret, ff.de
bonor.possess.secund tabul.*

Neque est attendendum, quod obiicitur ex *decis.co-
ram R.P.D.Verospio Romana legitima 16. Ianuarij
1615.vers.non obstat vlterius, colum.3.ad med.* Quia

noo firmatur ibi conclusio præsupposita, quod
verba, animo & intentione coodendi aliud testa-
mentum, verificentur in eo, qui decedit ab inte-
41 stato, † Nam ibidem tantùm includitur, quod
Cardinalis habuit non solùm facultatem testandi,
sed etiam qnod ipsi morienti ab intestato succe-
deretur propter illa verba iodulti concessi à Sum-
mo Pontifice, videlicet, tam in vita, quàm in
vltima voluntate per viam testamenti nuncupa-
tiui, seu io scriptis, aut codicillorum, seu dona-
tioois, tam inter viuos, quàm causa mortis, vel
alio quouis modo, &c. testandi, ordinaodi, illaque
relinquendi, erogandi, donandi, & aliàs de illis
disponendi liberè, prout tibi videbitur, &c. con-
cedimus facultatem. Ex quibus verbis, quouis
modo, &c. videtur indulta Cardinali facultas ab
iotestato transmittendi *Bald. Nouell. in l. cum filio.
numer. 4 ff. de leg. 1.* quem sequitur *Curt. Iun. cons. 4.
num. 5. lib. 1. & in auth. res quæ. num. 24. Cod. commun.
de leg. Socin. Iun. cons. 83. num. 4. & 5. lib. 4. Aym. cons.
176. num. 8. & cons. 80. num. 13. Natt. cons. 216. num. 9.
in fin. Vinc. de Franch. decis. 45. num. 2. & per tot. &
decis. 600. per tot. Pinell. in l. 2. num. 11. vers. ab inte-
stato autem. Cod. de bonis matern. Bursatt. cons. 266.
num. 1. Menoch. cons. 67. num. 61. & de adipisc. remed.
4. num. 72. Bertazol. cons. 116. num. 25. Cephal. consil.
152. numer. 82. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim.
voluntat. lib. 7. tit. 7. num. 41. Surd. decis. 272. nu. 21. &
42 22.* vbi de communi. † Cùm præsertim Summus
Pontifex omnibus dispositionibus vt supra expres-
sis, adiecerit verba, quouis modo, prout tibi vide-
bitur, quæ non possuot in alio verificari, quam in
modo transmissionis ab iotestato, & sic perinde est,
ac si de illo specialiter meminisset *Becc. cons. 34. nu-
mero 14. & cons. 108. num. 25. Honded. cons. 63. nu. 89.
lib. 1.* Tanto magis, quia ad hunc effectum transmis-
sionis ab iotastato simplex dispooendi facultas
sufficere videbatur *Socin. Iun. dict. cons. 83. num. 4. &
5. lib. 4. Aym. cons. 70. num. 13. Natt. cons. 216. num. 10.
cum aliis supra allegatis.* Hactenus decisio, cuios
hæc suot præcisa, & formalia verba, ex quibus
colligitur obiectum non procedere, stantibus præ-
sertim verbis amplissimis qoouis modo, ac aliis in
decisione consideratis, quæ magis iocludunt cau-
sam intestati.

EPITOME.

Dominus an possit prohibere ingressum io suum fundum tam de iure ciuili, quàm canonico. ¶ Via priuata quæ dicatur, & illius seruitus qoomodo probetur. ¶ Pro defensiooe rerum suarum an impunè quis possit repellere damnum dantem. ¶ Excommunicatio an incurratur pro leui percussione, quamuis facta fuerit animo grauiter lædendi. ¶ Et an sit oulla quando fertur cootra non citatum.
¶ Ciuis an gaudeat priuilegiis ciuitatis, si non habitet, vel noo subeat munera per se, vel per alium. ¶ Et quid io ciue ex priuilegio. ¶ Ciues quibus modis creentur. ¶ Processus factus per Iudicem recusatum an sit validus. ¶ Remissoria quando sit concedenda. ¶ Clausulæ decreti irritantis, & oon obstantibus, & sublata, quid operentur ¶ Et an tollant vsum, præscriptionem, & coosuetudinem immemorabilem. ¶ Lex, siue statutom an præsumatur in vsu. ¶ Et quo casu non liget, si à principio oon obseruetur. ¶ Et qualiter debeat probari, quod constitutio non sit in vsu. ¶ Et quot anni requirantur. ¶ In positione negata quando possit qois se fundare. ¶ Census impositus per Ecclesiam nulliter absq; solemnitatibus an valeat, quamdiu non opponitur de nullitate. ¶ Et an si declaratur nullus, possint repeti fructus soluti.

SVMMARIVM.

1 *Dominus potest prohibere ingressum in suum fundum de iure ciuili, & canonico, & tam expreßè, quàm tacite, num 2. & datur contra ingredientem actio iniuriarum, num. 3.*
4 *Causa exclusiua alterius, per quam sententia illi infert præiudicium, est prius cognoscenda.*
5 *Via priuata quæ dicatur.*
6 *Pro defensione rerum suarum licitum est prohibere damnum dantem, nec infligitur aliqua pœna, aut censura, num. 9. & 10.*
7 *Excommunicatio non incurritur pro leui percussione, quamuis fuerit facta animo grauiter lædendi, numero 8.*
11 *Seruitus viæ quomodo probetur, & quando debeat constare bona fide, num. 12.*
13 *Non potest quis vti duabus viis ad suum fundum in præiudicium alterius.*
14 *Excommunicatio lata contra non citatum personaliter est nulla.*
15 *Iudex recusatus suspectus non potest recusantem excommunicare.*
16 *Causa legitima recusationis, est quando Iudex est frater inimici recusantis.*
17 *Causa recusationis quando debeat probari.*
18 *Ciuis originarius non dicitur quis illius loci, in quo non est ortus.*
19 *Ciuilitas est probanda concludenter, vt quis possit frui priuilegiis concessis ciuibus, nu. 25.*
20 *Ciuis non gaudet priuilegiis ciuium, nisi habitet in ciuitate maiori parte anni. Intellige vt num. 21. 22. 23. & 33.*
24 *Ciues quibus modis creentur.*
26 *Habitator quis dicatur.*
27 *Testes producentis fidem faciunt contra eum.*
28 *Liber æstimo probat.*
29 *Patiens se describi in æstimo inter forenses, & soluens tanquam talis sibi præiudicat.*
30 *Ciuis non dicitur qui non subit onera per se, vel per alium, quamuis sit ciuis ex priuilegio, dummodo in eo non concedatur exemptio, nu. 31. & 32.*
34 *Remissoria non conceditur quando probatio non esset releuans.*
35 *Præscriptio, vsus, & qualibet consuetudo præterita, & futura tollitur per clausulam decreti irritantis, & non obstantibus. Declara vt numero 36. 37. 38. & 49.*
39 *Lex & statutum numquam tollitur per non vsum, aut simplicem desuetudinem. Intellige vt numero 40. 41.*
42 *Probatio non vsus constitutionis non admittitur, stante clausula decreti irritantis. Declara vt nu. 43. 44. 50. & 53. Amplia vt num. 45. & 46.*
47 *Qui non potest tollere legem, neque poterit illam reformare.*
48 *Prohibitus in toto, prohibetur in parte.*
51 *Consuetudo immemorabilis quando dicatur sublata per derogationem vniuersalem, num. 52.*
54 *In positione negata quando possit se quis fundare.*

55 Consti-

55 *Constitutio à principio moribus vtentium non comprobata non ligat, & lapso decennio abrogatur, secus si fuerit à principio obseruata, tunc enim requiruntur quadraginta anni, num.* 56.

57 *Lex in dubio præsumitur in vsu, & quid in* extrauag. ambitiosæ, de reb.eccles.non alienand.*num.* 58. *&* 59.

60 *Clusula sublata claudit os omnibus, & adimit facultatem in totum aliquid dicendi. Intellige vt nu.* 62.

61 *Potestas magistratus pendet à Principe.*

63 *Lex, seu statutum denegans alicui actionem, non intelligitur ipso iure, sed ope exceptionis.*

64 *Census impositus per Ecclesiam absque solemnitatibus, valet quandiu non datur de nullitate, & quamuis declaretur nullus, tamen non retrotrahitur, vt possint repeti fructus soluti.*

65 *Contractus minoris, ac mulieris absque solemnitatibus, quamuis sit ipso iure nullus, tamen valet donec opponatur de nullitate.*

CAPVT DLIX.

INgressus in alienum fundum, & iter per illum est contra ius tam ciuile, quàm canonicum,
1 † Ideo potest ab ipso domino prohiberi expressè contradicendo, & tacitè claudendo muro, sepe, vel alio claustro, vt benè declarat *Felin. in cap. omnes leges, nu.* 30. *distinct.* 1. vbi etiam quod est contra ius diuinum, secundum quod ire per agrum alienum fas est, si dominus non prohibet, ius non est, si dominus prohibeat, ita vt etiam aliquando di-
2 catur quis tacitè prohibere, † si apparet quod transiri non potest, nisi facta noua semita in parte agri culta, vel fertili, quia etiam nesciens de transitu tacitè prohibet actum *l. qui vas, 49. post princip. vers. vetare, ff. de furt. Felin. in d.c. omnes. nu.* 30. *distinct.* 1. & est communis conclusio, quam notant *Doctores in d.c. omnes,* & est *text. in l. Diuus,* 16. *ff. de seruit. rusticor. prædior. l. iniuriarum,* 13. *in fin. vbi gloss. in verb. quis agrum alienum, ff. de iniur. §. apum. instit. de rer. diuis. l. naturalem, §. apum ff. de acquir. rer. domin. l. per agrum* 11. *C. de seruit. & aqua. Rip. in c. cum ecclesia sutrina. nu.* 56. *de caus. possess. & propriet. Honded. cons.* 79. *nu.* 20. *libr.* 1.

Immo vltra prohibitionem expressam, & tacitam, quam potest facere dominus contra ingredien-
3 tem in suum fundum, † datur etiam aduersus eundem actio iniuriarum *Ang. in d.l. Diuus* 16 *in fi. de seruit. rusticor. prædior. post gloss. ibid. in fi. & est tex. in l. iniuriarum* 13. *in fin. ff. de iniur. & famos. libell.*

Quibus stantibus, non poterat sequi aliqua condemnatio, & excommunicatio pro prætensa percussione contra prohibentem ingressum, cum prius esset cognoscendum an licuerit prohibere necne,
4 † ista enim cognitio erat præiudicialis causæ criminali, nam si licuit prohibere nulla pœna incurritur, vnde tanquam peruersus fuerit ordo, iudicium est nullum *Franc. in c. qua fronte,* 25. *nu.* 40. *de appellat.* Prout generale est, quod quando vna causa est exclusiua alterius ita vt sententia in ea lata pariat præiudicium in altera, semper prius debet expediri, quasi tunc frustra tractetur de alia *Menoch. cons.* 301. *per tot. lib.* 4. *post Aym. cons.* 280. *num.* 1. *&* 2. vbi etiam quod si aliter fiat, sententia est nulla *Bald. cons.* 275. *præmisso statuto, post princ. lib.* 5. *Castr. cons.* 281. *in causa ista, col.* 4. *in fin. lib.* 4. *post gloss. & alios in l.* 1. *Cod. de ordin. cognit. Cenall. quæst.* 818. *nu.* 10. *dixi supra cap.* 394. *tom.* 2.

Immo ex ipsismet testibus examinatis apparet innocentia prohibentis ingressum, cum omnes probent viam, de qua agimus, non esse publicam, sed priuatam in agro eius qui prohibuit, ex qua
5 itur ad domum ipsius, † nec ad aliam partem habeat exitum, quàm ad prædictam domum, ex quibus probatur viam esse priuatam *l. vltim. in fin. ff. de locis & itinerib. public. Rimin. Iun. consil.* 382. *nu.* 55. *post med. lib.* 4. Adeo vt licuerit domino agri pro defensione sui aditus, & rerum suarum prohibere
6 † ingredientiam associatum cum aliis tribus conductis ad secundum nucem, & sic verisimiliter armatis securibus *l.* 1. *C. vnde vi, l. vt vim. ff. de iust. & iur.*

Neque potest considerari aliqua percussio grauis, ex qua posset deueniri ad pœnam excommunicationis, cum solùm prætendatur, quod clericus volens ingredi alienum agrum fuerit manu repulsus, ne ingrederetur, hoc enim non est aliquod delictum tanquam factum ad defensionem suorum iurium,
7 † & quatenus esset, tamen est leuis percussio, pro qua non incurritur pœna excommunicationis, de qua *in cap. si quis suadente diabolo,* 17. *q.* 4. *Couarr. in cap. alma mater, §.* 9. *n.* 2. *ad med. de sentent. excommunic.* vbi ampliat, quamuis fieret ista iniuria clerico
8 animo grauiter iniuriandi, aut nocendi, † cum hoc non consideretur ad effectum incurrendi dictam censuram, quia actio exterior, quia punitur, est leuis de se, & animus non punitur, vt post Nauarr. Caiet. & alios per eum allegatos concludit *Guter. canonic. quæst. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 13. Vnde minus in casu nostro incurretur ista excommunicatio, cum nullus animus adsit iniuriandi, sed solùm de-
9 fendendi res suas, † & ne in illis acquiratur aliquod ius per clericum *cap.* 3. *vbi gloss. in verb. inferentem, de sentent. excommunicat. capit. ex tenore* 10. *vbi gloss. in verb. defendendo, eodem titul. Milius in verb. excommunicationem non incurrit, fol.* 141. latè *Sayr. de censur. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 17. *vsque ad* 21. vbi extendit defensionem tam suam, quàm suorum,
10 † & rerum *Caiet. in verb. excommunicatio, cap.* 10. *§. nota sexto. Tabien. etiam in verb. excommunicatio. il quinto, cas.* 1. *nu.* 10.

Prout neque poterit ex aduerso prætendi aliqua seruitus viæ, cum illa esset probanda quasi præsumatur libertas, ita vt etiam non sufficiat probatio, quod quis vsus fuerit hoc itinere, nisi quoque probetur, quod ierit iure seruitutis tanquam vtens
11 iure suo, † de quo in casu nostro nihil constat *l.* 3. *§. Iulianus, de itin. actuque priuat. l. vltim. eod. tit. Bart. in l.* 1. *§. hoc interdicto, nu.* 9. *de seruit. rustic. prædior. Alex. cons.* 69. *num.* 4. *lib.* 5. *Menoch. de retinend. possess. rem.* 5. *num.* 13.

Non autem fuit probatum, quod prætendens tale iter vsus fuerit suo iure, eundo per dictam viam, cum debeat constare de bona fide, vel de titulo,
12 quorum † neutrum probatur per Aduersarium. Et generale est, vt in acquisitione itineris, & similium seruitutum debeat probari bona fides, si non adest titulus, cum ius resistat, secundum quod vnaquæque res præsumitur libera *l. altius, Cod. de seruitut. & aqua. Menoch.* qui latè declarat *de retinend. possess. remed.* 5. *numer.* 18. *vsque ad* 32. vbi etiam ponit octo requisita ad hoc, vt competat ista seruitus itineris, quæ non verificantur in casu nostro, ita vt ex hoc magis appareat de iu-

stitia prohibentis ingressum, Maximè quia constat aduersarium habere aliam viam, quæ recta
13 ducit ad agrum suæ ecclesiæ, vnde non est permittendum, quod duabus viis quis ingredi velit in eumdem agrum in præiudicium alterius *Afflict. de iur. prothom. §. 9. nu. 11. in fin. fol. 80. Menoch. de retin. possess. remed. 5. nu. 30. in fin.*

Accedat nullitas sententiæ ex defectu citationis, cum fuerit lata excommunicatio contra non citatum
14 personaliter, † prout requirebatur *Couar. in c. alma mater, §. 9. nu. 4. Prax. Archiepisc. Neapol. c. 29. n. 12.* Vltra nullitatem ex defectu iurisdictionis prouenientem, cum attentatis inde secutis, ex quo Iudex recusatus suspectus non poterat in causa procedere post recusationem, & appellationem ab vlte-
15 riori processu, † ita vt excommunicatio sit ipso iure nulla *Lap. alleg. 1. per text. in c. per tuas, de sentent. excommunic. Io. Andr. Franc. & alij per Lancell. de attentat. recusat. penden. n. 9. tom. 1. fol. 340.* Constat au-
16 tem de causa legitima recusationis, † cum Iudex sit frater inimici recusantis *Franc. in c. postremo; 36. q. 3. n. 11. de appell. in 6.* & sufficit talem causam esse legitimam ad hoc, vt processus recusati sit ipso iu-
17 re nullus, † quamuis in recusatione illa non esset probata *Lancell.* qui testatur ita in Rota seruari *de attentat. recusat. pendent. n. 18. tom. 5. fol. 340.* Et ita ex prædictis fuit iudicatum declarando excommunicationem nulliter latam cum omnibus inde secutis.

Quo ad secundum dicebam pro excludendo prætenso iure pascendi sufficere testes ex aduerso examinatos, dum enim conantur probare Franciscum esse ciuem, probent contrarium, vt ostenditur in facto, vltra exceptiones, quæ ibidem dantur, ita vt magis talis probatio euanescat, Maximè quia per eosdem testes deponitur, quod Franciscus aduersarius, & Torquatus eius pater nati
18 sunt in terra Corbij. † Vnde non possunt dici ciues originarij Terræ Montis Boni, sed Corbij, vbi orti sunt *Boer. decis. 272. in princ. Ludouic. decis. Perus. 3. nu. 17.* Quare non potest prætendi ciuilitas in terra Montis Boni, nisi ex priuilegio sibi concesso per ciuitatem, seu præscriptione, aut similibus
19 modis, † quorum probatio est facienda concludenter ad hoc, vt quis potiatur commodis concessis ciuibus *l. ciues, 7. vbi Gloss. in verb. allectio, C. de incol. lib. 10. Bald. in rubr. extr. de præscription. ad fin. num. 24. Boer. decis. 260. num. 33. Alber. de stat. qu. 177. num. 14. tom. 2. fol. 49.* Et quamuis prætendatur probari per testes ista ciuilitas, Tamen vt dictum est, nulla adest probatio concludens, Immo erat
20 etiam probanda habitatio, † cum ciues non gaudeant priuilegio ciuium, nisi stent in ciuitate maiori parte anni *Boer. decis. 272. num. 2. Ludouic. decis. Perus. 3. n. 18. per text. in l. semper, §. negotiatores, ff. de iur. immunit. Mut.* qui de pascuis loquitur *super consuetud. Panormit. c. 32. nu. 41.*

Et licèt habitatio non sit necessaria, vt quis dicatur
21 ciuis, prout neque natiuitas, † cum sufficiat aliquem esse receptum in ciuem, & munera subire, *Alex. cons. 157. viso instrumento, n. 13. lib. 1. Socin. cons. 35. nu. 7. in fin.* Tamen debet constare quod per reformationem ciuitatis sit receptus tanquam talis,
22 † vt per *Alex. ibid. & per Bart. cons. 62. lib. 1. Afflict. decis. 384. nu. 11. cum seq.* Adeo vt requiratur, quod talis ciuis sit descriptus in libris ciuitatis, cum aliàs non gauderet priuilegiis illius *Rebuff. de nominat. q. 12. num. 27. tom. 13. p. 2. fol. 315. post Luc. de Penn. in l. vnic. post princ. in verb. ascriptum, C. non licet. habitatorib. metrocomia loca sua ad extran. transfer. lib. 11.*
23 *per text. in §. si vero aliquid. auth. de quæstorib.* † Exemplo militum, aduocatorum, curialium, notariorum, scholarium, & similium, *§ semel. auth. quib. mod. natur. efficiant sui. Luc. de Pen. ibid. Rebuff. de*
24 *nominatien. qu. 12. nu. 25. vsque ad n. 30.* † Ciues enim creantur multis modis, vel simpliciter, vel tanquam originarij, vel tanquam honorarij, vel tanquam aggregati, vel tanquam recepti, quod veniant ad habitandum, vel cum aliis verbis, & clausulis, ac reseruationibus, dè quibus per *Bald. in l. quidam cum filium, de verb. oblig. Paris. cons. 71. libr. 1. Bon. de Statut. verb. præscript. glos. 13. num. 1. vsque ad 4. tom. 17. fol. 181. Surd. cons. 313. numer. 55. lib. 3. Rebuff. de regest. seu libris baptismi, num. 15.* vbi de libro Curati, per quem probatur, quod quis originarius, vel ciuis alicuius ciuitatis, & ex hoc admittetur ad honores, & priuilegia illius *l. 2. C. de his qui ven. ætat. impetr. l. 1. & 2. C. de municip. & originar. lib. 10.* Ita vt stantibus prædictis magis debeat constare dè decreto ciuitatis ad hoc, vt sciatur quomodo, & qualiter quis sit assumptus in ciuem, & per consequens minus probant testes ex aduerso exa-
25 minati quorum nullus deponit de huiusmodi qualitatibus, prout debebant deponere, vt possit dignosci qualiter sit receptus *Cephal. 150. numero 17.*

Quod in casu nostro magis procedit, quia adest statutum confirmatum per Sedem Apostolicam, in quo disponitur, quod nullus habeat ius pascendi,
26 nisi sit habitator terræ Montis Boni, † ex quibus verbis quis arctatur ad probandum, quod maneat cum familia, & habeat larem, & locum, & quod habitatio non sit momentanea, sed cum animi residentia continuò permanendi saltem per maius tempus anni cum aliis requisitis, de quibus *in l. 2. C. vbi senator. vel clarissim. l. cum scimus. C. de agricol. & censit. lib. 10. Bald. in l. 1. col. 1. de stat. homin. Bertrand. cons. 75. nu. 1. vsque ad 7. lib. 2. p. 1. Afflict. decis. 384. n. 11.* & ibi latè *Grammat. in add. in verb. parte anni. Idem Gramat. decis. 87. nu. 1. vsque ad 6. Roman. cons. 164. n. 1. cum seq. & ibi Mandos. in verb. requiruntur. Sim. de interpretat. vltim. volunt. dub. 4. lib. 4. n. 43. & 44. fol. 396.* De qua habitatione non solùm testes deponunt, sed potius probant contrarium, vt in *sum-*
27 *mar. nu. 33.* † & cum sint testes producentis, plenam fidem faciunt contra eum *Gloss. in l. inuiti 8. in verb. non licet in fin. ff de testibus, & in § & licet. in verb. supplicium auth. eod. tit. Alexand. cons. 51. ponderatis, in fi. lib. 3. Butr. in cap. ex lite. de transact. Bald. in l. Lucius, in fin. de fideiussor. & in l. parentes, C. de testibus, Ang. in l. 1. C. eod. Paris. cons. 88. nu. 12. lib. 3. Ias. in l. admonendi. nu. 46. de iur. iur. Gabr. de testib. concl. 1. nu. 13. vers. contrarium.*

Accedat, quod pro parte Communitatis Montis Boni fuerunt transportati libri authentici, in quibus sunt descripti tam ciues, quàm forenses cum annotatione bonorum per eos possessorum, & inter forenses de Carbio reperitur descriptus aduersarius, & eius auus, & pater, *vt in summar. nu. 3. & 4.*
28 † qui libri probant *Ceph. cons. 146. num. 7. lib. 2. post Bart. Ang. & Io. de Plat. in l. rura. C. de omn. agro desert. lib. 10. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 17. nu. 3.* vbi quod saltem probant præsumptiuè *Mascard. conclus. 664. nu. 2. vsque ad 5.*

Vlte-

Vlterius adsunt libri, vulgò detti le coltarole, in qui-
bus continetur taxa cuiuslibet anni onerum, & da-
tiorum libræ, & focularis, ad quæ duo onera te-
nentur solùm ciues, cum forenses tantùm soluant
libram, non focum, prout libram duntaxat soluit
aduersarius pro prædiis, quæ possidet in terra Mon-
tis Boni, tanquam filius, & hæres Torquati, &
29 Gabrielis patrui, † Ita vt cum passus fuerit descri-
bi inter forenses, & soluerit tanquam talis, sibi
præiudicauerit *Roland.consi.4.nu.15.& 16.lib.2.post
Bald.in l.consualis, C. de donation. Peregr.de fidei-
commiss. artic.44. num.9. Alexand.consi.147.in fin.
lib.5.& consi.10.col.vlt.lib.4. Socin.cons.89.nu.12.ad
med. vers.immo videtur dici posse. lib.1. Aym.consil.
317.n.8.*

Cum igitur non constet, quod per aduersarium sol-
uantur onera, quæ debent solui per ciues, neque
dicendum est illum posse gaudere iure pascendi,
& aliis priuilegiis concessis ciuibus, cum non de-
beat habere emolumentum, qui non sustinet in-
commodum, ciues enim cognoscuntur ex mune-
ribus, & honoribus, vnde qui non subit munera
30 per se, vel per alium non dicitur ciuis, neque † ve-
nit appellatione ciuium, & quamuis concedatur,
quod possit alibi habitare, Tamen semper requi-
ritur, quod præstentur onera etiam personalia, &
etiam mixta, quæ imponuntur ratione subiectio-
nis personæ, & onera etiam incognita, non merè
patrimonialia tantum *Boss.de princ. nu.362.ad vers.
& quia dixi supra, per text.in l.1.C.de mulierib.in quo
loco mun.serui congruens.vel honor.agnosc.lib.10.l.C.
incol.eod.lib.Rum.cons.*100.n.10.*post princ.*& omnia
prædicta comprobat *Roland. consi.79. num.29. vs-
que ad 44.lib.3.* quem sequitur *Surd.cons.313.nu.55.
vsque ad num.61.* vbi etiam respondet omnibus,
31 quæ possent obiici circa opinionem illorum, † qui
volunt, quod ciuis ex priuilegio gaudeat honori-
bus, & beneficiis, quamuis non subeat onera quia
procedunt quando quis fuit assumptus ad ciuilita-
tem cum ista reseruatione, quod non teneatur ad
onera, nam aliàs non censetur data talis immuni-
tas *Alex.cons.32. nu.... lib.5. Ang.consi.351. num.3.in
fin.Dec.cons.282. & diligenter, num.10. vers.non ob-
stat etiam. Marsil.sing.519. Boss.de Princip. nu.361.
cum seq.*Cum sit natura rei concessæ, id est ciuilita-
32 tis, † quæ habet annexa onera ita vt statim quod
quis creatur ciuis, censeatur astrictus oneribus ci-
uitatis *Castr.in l.si duo, de acquir.heredit. Alex.cons.
103.col.3.num.9.lib.2. & cons.32. num.1.lib.5. Boss.de
Princip.num.362. ante med.*

Adde, quod licèt non requiratur, vt quis habitet ad
hoc, vt dicatur ciuis, Tamen intelligitur quando
33 quis non habet domicilium vbi habitat, † nam
si ibi illud haberet, attenderetur tale domicilium
loci, & sic debet intelligi, quando quis alibi ha-
bitat casualiter, & momentaneè, non ex animi
destinatione *Afflict. decis.384. num.14. Rimin.Iun.
cons.353.num.145.cum seq.lib.4 Honded.consil.5. nu-
mer.29.lib.1.* vbi, quod de essentiam ciuilitatis non
est necessaria habitatio, quando ciuis non re-
tinet domicilium in loco, in quo habitat casua-
liter, vt dictum est, secus si retineret domicilium,
& ita declaratur *Cephal.consil.151. nu.107. cum seq.
libro 4.* dum voluit, quod ciuis retinet ciuilitatem
originis, quamuis non habitet in ciuitate originis,
cum origo sufficiat *Bart. in l.eius qui §.celsus, in
princ.ad municip.*

Quo verò ad tertium dixi remissoriam non esse con-
cedendam super non obseruantia Constitutio-
num circa cancellarias Communicatum status Ec-
34 clesiastici, cum illius probatio non releuet, † quam-
uis probaretur *Roman.cons.356. Seuerol.de remissor.
c.3.num.8.& 9.* Maximè, quia neque directè, vel
indirectè facit ad causam *Bald.in c.licet causam, n.
44. vers.dicitur tamen de probat. Rot.coram Card.
Plat. Venota illegitimitatis 13.Iunij 1589. Caputaqu.
decis.66.p.3.*

Quod autem sumus in probatione, quæ non releuat
patet, Quia in dictis constitutionibus adest clau-
sula, non obstantibus, & decreti irritantis, per
35 quam tollitur præscriptio vsus, & quælibet con-
suetudo non dum in præteritum, sed in futurum,
quasi tunc appareat de intentione, & voluntate
Principis, quam inferior abrogare non potest *Fe-
lin.in c.cum accessissent 8.col.17.post princ. vers.4. li-
mita, n.30.de constitut. Bald.in l.si mihi, & tibi 12. §.
in legatis, ad fin.vers.è contra.* & ibi etiam *Alex.&
Ang.in fin.n.3.Ias.in 1.lectur.n.21. & in 2.lect. n.14.
ff.de leg.1. Rum.cons.13.n.12. & 13.lib.2. & cons.102.
n.11. & 12.lib.3. Gabr.*qui de communi *de clausul.3.
n.39.& 40.*

Maximè, quia in casu nostro non potest prætendi
consuetudo, cujus initij memoria non extat, cum
non excesserit tantum tempus à die istarum con-
stitutionum, quod facit vt magis capitula sint irre-
36 leuantia, quæ non essent, † si posset probari talis
consuetudo immemorabilis, quæ non tollitur per
dictas clausulas, non obstantibus, aut similibus, ad
exemplum præscriptiones centum annorum, quæ
37 nunquam est sublata per statutum † cum quibus-
cumque clausulis promulgatum *Alex.in l.nemo po-
test, col.vlt.de leg.1. Ang.in l.1. C.ne rei dominic. vel
templor.& in l.1.C.de annal.præscript. Rim.consil.13.
in fin.nu.29. & 30.lib.1.* Et quo ad hunc effectum
quod debeat esse tempus immemorabile, & ex-
38 cedere tempus centum annorum † concludit *Cin.
in l.2.qu.9.& ibi Bald.oppos.6.nu.4.Cod.de seruitut.
& aqu. Capell.Tholos.decis.440.n.1. Guid.Pap.cons.
150.nu.4.& decis.573.num.2.* & relatis opinionibus
hanc esse magis communem & approbatam testa-
tur *Gabr.de præscr.conclus.1. num.8. & 80.* & con-
cludunt omnes *in c.veniens il 1.vbi Butr.col.2. vers.
sed quando agitur de effectu, de testib. Curt.Iun.cons.
90. num.1.& 2.*

Præterea magis apparet de irreleuantia remissoriæ,
quia prætenditur probatio simplicis desuetudinis,
& inobseruantiæ absque eo quod habeat factum
contrarium constitutionibus, de quibus agimus,
39 quæ probatio nihil facit, † cum numquam lex, aut
statutum possit tolli per non vsum, aut simplicem
desuetudinem *Bart.in proœm. digestorum, §.& non
antea. Alex.cons.45.visis attestationibus, n.3.ad med.
vers.non probat etiam alia ratione, lib.2. Cin.in l.ve-
tustissimam, C.de iur.domin.impetr.* Debet enim de-
suetudo, vel non vsus populi habere implicitum
vsum contrarium dispositioni legis in substantia,
40 & in forma, † vt quia aliquid fuerit petitum, & de-
negatum, aliàs illius probatio non admittitur *Abb.
in c.fin.n.15.col.12. post med. vers.sed diceret quomo-
do, de for.compet. Aret.in §.agitur, num.4.colum.fin.
vers.contraria consuetudo, in proœm.instit.* cum aliis
per *Roder. Soarez ad leg. for.in proœm. num.3. Fa-
ber.in §.ex non scripto.colum.fin.n.23.vers.sed quæri-
tur an consuetudo, institut.de iur.natur.gent.& ciuil.*

41 † Immo neque sufficit aliquos actus fuisse in con-
trarium factos, sed oportet etiam probare, quod
illi habuerint effectum, & quod talis obseruantia
deuenerit ad notitiam maioris partis populi *Bel-
lam.cons.10.col.10.in fin.Aym.cons.134.n.18.*quos ad
hoc adducit *Cardin.Mant. de tacit. & ambig. con-
uent.lib.5.tit.13.n.42.*vbi etiam testatur ita decisum
*in Rot. coram Cardin.Seraphin. Narnien. legati,30.
Octobris 1570. & 16.Ianuarij 1572.in impressis decis.
113.& 153.* vbi etiam quod ad probandum contra-
rium vsum, debet constare quod actus contrarius
habuit effectum in iudicio contradictorio *Rot.co-
ram Cardin.Pamphilio. Papien. bonorum 6.Ianuarij
1598.Cardin.Mant.d.tit.13.n.42.post med.*

Et in specie, quod stante clausula decreti irritantis
42 non debeat admitti probatio non vsus, † & in-
obseruantiæ constitutionis Papæ resoluit *Rot.per
Caputaqu. decis.204.par.3.* Quasi tunc non va-
leat consuetudo contra constitutionem, aut dis-
positionem Papæ prohibitiuam, cum dicto de-
creto irritanti quantocumque tempore fuerit ser-
43 uata nisi detur scientia, aut expressus consensus
ipsius Principis, constat enim per huiusmodi de-
cretum irritans de voluntate & intentione supe-
rioris, quam sine eo inferior non potest tollere
*Gemin. in c.cum de beneficio.5.num.6. col.2. ad med.
vers.nota bene istum, & ibi Franc.num.4.de prabend.*
44 *in 6.* † Ita vt ad talem notitiam Principis indu-
cendam, requiretur spatium 40.annorum, vel mi-
noris temporis iuxta tradita per *Felin.in c.1.decla-
rat.4.5.& 6.de treug.& pac. Caputaq. decis.204.in
fin.p.3.*de qua scientia neque fuit articulatum, adeo
vt ex hoc magis appareat de irreleuantia probatio-
nis, vnde tanto minus erit locus remissoriæ *Bald.in
c.licet causam, nu.44.de probat. cum alijs supra alle-
gatis,num.34.*

Minus obstat, quod possit probari huiusmodi consti-
tutionem non fuisse vsu receptam, quo ad istud
caput tantum deputationis officij Maiorentis,
45 quidquid † forsan in aliis capitulis fuerit obser-
uata *Ruin.consi.55.in fin.lib.5. Gabr.consi.78. numer.
9.lib.2.* Quia stante clausula decreti irritantis, &
clausula, non obstantibus, & aliis, de quibus in di-
ctis constitutionibus est sublata omnis probatio,
quæ posset fieri circa contrarium vsum super o-
mnibus ibidem contentis, nam per huiusmodi
clausulas constat de intentione principis, quam
inferiores non vtendo non possent elidere sine
expresso illius consensu, vt dictum est *supr.num....*
46 † Quæ ratio etiam militat vt non possit derogari
dictis constitutionibus in parte, cum ille, qui non
47 potest tollere, neque valeat reformare † *l.iuris-
gentium,§.adeo ff.de pact. Rebuff. in l.malum,242.§.
structuram,ad fin.vers.interdum ff.de verbor.signif.*Et
prohibitus in toto prohibetur etiam in parte,
48 † quando in vtroque militat eadem ratio prohi-
bitionis *Felin.in c.pastoralis, §.item cum totum, ad
fin.num.13.de offic.delegat.Bald.in l.iudices ad fin.C.
de fid.instrument. Euerard. loco argument. de toto ad
partem,num.7.*

Immo in casu nostro apparet de clara mente Ponti-
ficis qui voluit in totum dismembrare huiusmodi
cancellarias ab omnibus Communitatibus status
Ecclesiastici, & illas Cameræ Apostolicæ applica-
re, cum clausulis generalissimis, & vniuersalibus
tollentibus omnes, & quascumque consuetudines
in contrarium, vnde stante clara mente Papę, qui
per eius constitutionem reddit materiam impra-
49 scriptibilem, † censetur improbata etiam con-
suetudo immemorialis *Felin. in c.accolentes,11. col.
5.med.vers.fallit tertio, nu.6. de præscript. in cap.cum
ex officij 16.in princip. num.1.ad med.vers.intellige sa-
ne eod.tit.Prob.ad Monach.in c.1.col.penult.ante fin.*
50 *nu.24.de præscript. in 6.* † Quidquid aliud sit, quan-
do Papa sciret consuetudinem hoc casu inductam,
quia tunc illa scientia æquipollet priuilegio, quod
tum potest concedi prout esse perpetuò notandum
dicit *Felin.in d.c.accedentes 11.col.5.ad fin.vers.vige-
simo nisi papa.de præscript.* Maximè, quia in casu no-
stro Princeps non reprobat simpliciter consuetu-
51 dinem, sed cum signo vniuersalissimo, † tunc enim
etiam intelligitur de illa, cuius initij memoria non
extat *Gloss.in clemen.fin.in verb.quauis, de reb.eccles.
non alienand.Felin.in c.dilecti,13. col.penult.in prin-
cip.vers.dum dicit,num.4.de maior.& obedient.* In-
telligendo cum illa distinctione, quod aut simpli-
citer tollitur quæcumque consuetudo absque re-
probatione illius tanquam iniquæ, & irrationabi-
52 lis, † & tunc non censebitur sublata consuetudo
immemorabilis, aut damnatur à lege, seu Prin-
cipe quælibet consuetudo tanquam iniqua, &
irrationabilis, & tunc censebitur sublata etiam
centenaria, & immemorabilis, ita vt neque in
futurum possit introduci, cum semper duret ea-
dem causa reprobationis, vt concordando opi-
niones concludit *Rocc. in c.fin. num.527. de consue-
tud. Couar.lib.3.var.resolut.c.13.nu.5.ad med. Duen.
reg.144. ampl.3. Gabr.de præscript. conclus.1. nu.32.
Gonzal.ad reg.6.gloss.33.num.9.Garz.de benefic.p.3.c.
2.nu.190.in fin.*

Quæ autem vltimo adducuntur sunt sublata ex fa-
cto, ex quo apparet non esse in constitutione à
principio obseruata, cum ipsamet Communitas
in positionibus datis fateatur solutam fuisse Can-
cellario certam summam pecuniarum pro pensio-
ne affictus, de quo agimus, circa scripturas parti-
culares Maiorentis, vnde stante ista obseruantia à
principio non possunt admitti articuli tanquam
impertinentes, cum à die publicationis constitu-
tionis Sixti V. non effluxerint quadraginta anni,
53 † qui requiruntur ad hoc, vt possit dici abrogata
constitutio à principio approbata, quamuis hoc
Princeps sciat, vt de communi testatur *Felin.in c.1.
in fin.vers.lex autem canonica de treug.& pac.* & in
his terminis loquitur *Gabr.* qui exaduerso adduci-
tur *consi.84.num.61.& 62.lib.2.*

Neque obstat, quod in dicta positione non possit
54 fieri fundamentum, quasi illam pars † negauerit
*Ias.in l.si possideri, in princip. nu.25. de acquir.poss.
Grauat.ad Vestr. lib.5.c.14.num.23.* Quia prædicta
procedunt in negatione simplici non autem in
ea, quæ fit per verbum non credit, vt ponitur, &
ad effectum ad quem ponitur, prout in casu, de
quo agimus, ista enim verba non sunt simpliciter
negatiua, ita vt respondens aliquo modo argui
possit neque de mendacio, neque de aliqua pœ-
na, aut amissione beneficij, seu priuilegij sibi com-
petentis *Batticell.in leg.1.§.si stipulanti,num.15.vers.
vnum tamen aduerte. de verb. obligat. Surd.decis.58.
nu.5.in fin. Alexan.& Bart.in l.si dubitetur, §.ita de-
mum.in verb. omittere, de fideiussor. Rot.coram.R.P.
D.Gypsio. Romana tutela, de Masso. 20.Iunij 1588.*
Et prædicta verba, non credit, vt ponitur æqui-
parantur illis, narrata, prout narrantur *Speculat.*

de position.§.septim.col.5.vers.responsio refertur.n.23. per quæ etiam neque amittitur priuilegium, aut beneficium, quod sibi posset ex illis competere *Hercul.in l.sicut autem §.1.de re iudic. Arma.sing.* 319.

Nec facit *decis.Benintend.*13.*n.*9.*&* 10. Quia loquitur
55 quando manifestè apparet, † quod constitutio à principio non fuit moribus vtentium comprobata, nec deinceps homines ea vsi sunt, tunc enim non ligat, & elapso decennio abrogatur, latè *Card. Mantic.de tacit.& ambig.conuent. lib.5.tit.13.nu.25. vsque ad nu.*42.cum qualibet dispositio, etiam habens clausulam annullatiuam, & decretum irritans habeat illam conditionem, si moribus vtentium recipiatur *Put.decis.1.n.1.cum seq.pag.1.* Aliud est in casu, de quo agimus, cum ex superius allegatis clarum sit huiusmodi constitutionem fuisse moribus vtentium comprobatam à principio,
56 † tunc enim requiruntur quadraginta anni, qui non poterunt currere à die publicationis, vt per *Felin.in dict.c.1.in fin.de treug.& pac.Card.Mantic. dict.tit.13.nu.36.&* 40.*Imol.in c.1.num.12.vers.& aduertendum, de treug.& pac.Ias.in l.rem non nouam, nu.9. Cod.de iudic. Gabr.cons.*84.*num.*60. *cum seq.*
57 *libr.2.* † Immo in dubio si disputaretur an fuerit vsu recepta necne, semper potius præsumetur obseruata, vt declarat *Card.Seraph. decis.153.num.2.* vbi etiam quod volens probare contrarium debet percutere formam, & speciem *Dec.cons.534.nu.9. Cresc.dec.79.Rot.coram R.P.D. Gypsio Ciuitatis castelli bonorum* 10.*Decembris* 1598.*Benintend.dict.dec.* 13.*num.*10. *vers.sed quando sumus in dubio. Cardin. Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.5.tit.13.nu.42. Dec.cons.534.procedendo breuiter non obstat. Gozad. cons.16.num.16.Matt.cons.571.num.33.Rot.coram R. P.D.Penia. Brixien.locatio tit.5. Decembris* 1594.*in*
58 *fin.* † vbi loquitur de *extrauag.ambitiosæ. de rebus eccles. non alienand.* quæ præsumitur vsu recepta, ita vt onus probandi incumbat ei, qui contrarium asserit, & ista opinio est verior, quidquid aliud prius resoluerit *Rot.per Mohed.decis.1.de constitut.*
59 cum † præsertim *extrauag.ambitiosa.* recedat à iure communi, constituendo aliud ius commune, vnde magis præsumitur in vsu *Peregr.decis.*226.*Cæs. de Grass.decis.135.aliàs 4.num.36.de rebus eccles.non alienand.Cardin.Mantic.de tacit.& ambig.conuent. lib.5.tit.13.in fin.*

Quibus addendum est nos esse in casu, in quo adest
60 clausula sublata, quæ laudit os omnibus, † & adimit facultatem in totum aliquid dicendi contra talem constitutionem *Anchar. cons.221.nu.1. vers. item fortissima.Ruin.cons.76.n.9 ad med. lib.5.Mandos.57.nu.3.& cons.63.nu.1. & de monitor.q.66.nu.4.* Vnde sine aperitione oris non poterit de tali causa cognosci, cum superiores possint tollere Magistratibus sibi subditis, ne suis super hoc reddatur,
61 † quasi illorum potestas à Principe pendeat *Alexand.in l.1.§.sublata.in prin.ff.ad senatusconsul.Trebell.Abb.in repet.c.ecclesia S.Mariæ.col.26.de constitut.Afflict.decis.361.n.18.* Stante præsertim oppositione partis, quę facit vt dicta clausula sublata operetur effectum annullandi omnia gesta in con-
62 trarium, † quidquid aliud esset, si non peteretur, aut opponeretur *Ias.Socin.& Angel.in d.§.sublata. Gonzal.ad reg.8.glos.66.nu.45.& 46.& glos.56.n.48. vsque ad* 109.*& gloss.67.nu.52.* vbi etiam de clausula decreti irritantis, quæ non afficit nisi parte opponente, cum regulariter quilibet actus tendens ad fauorem alterius sit intelligendus, dummodo pars petat *l.vniuersa.C.de precib.imper.offeren. Aret.cons.* 136.*n.1.Dec.cons.176 in causa n.3.Menoch præsump.* 46.*lib.2.Put.decis.353.n.3 lib.1.Achill.decis.2.n.4.de iur.iurand.Rot.coram R.P.D. Andrea Toletana decimarum de capilla, 6. Aprilis* 1615.*col.2.* vbi, quod si duo procuratores constituantur in solidum, licèt absque clausula, quod non sit melior conditio præoccupantis, vel quod vnus possit perficere, quod alius inchoauit, præoccupatio vnius non excludit alium ipso iure, sed tantum ope exceptionis, vbi ille qui præoccupauit instaret nè alius admitteretur, ita vt hoc non opposito esset validus processus *Areti.in l.si pluribus,n.4.vers.illa tamen præoccupatio.ff.de leg.1.Rot.coram R.P.D. Orano.Pampilon. matrimonij 4.Febr.*1585. *& coram R.P.D. Sacrato,*
63 *Tuden.parochialis* 26.*Maij* 1611. † Cum etiam lex, vel statutum denegans alicui actionem, non intelligatur ipso iure, sed ope exceptionis *l.2.§.1.ad Velleian.l.1.in princip.ff.ad Macedon.Bar.in l.1.n.1. de iur.iurand.& in l.cum lex.ff.de fideiussorib.Gabr. eod.titu.conclus.1.n.56.Rot.coram Card.Millino.Roma*
64 *census,S.Celsi*, 13.*Iunij* 1600. vbi † de censu imposito per Ecclesiam absque solemnitatibus, qui valet quamdiu non datur de nullitate, ideo emptor facit fructus suos sibi solutos, quasi adsit implicitus actus validitatis, ita vt licet postea dicatur de nullitate, & contractus declaretur nullus, tamen nunquam talis declaratio ad hunc effectum possit retrotrahi, ideo meritò sustinetur tale onus solutionis fructuum *Gonzal. ad regul.8.gloss.56. num. 96.vsque ad* 100.vbi etiam quod ita fuit prius decisum *coram R.P.D. Penia in ead.causa Rom.census.*
65 † Et faciunt similia de minore, muliere, & aliis nulliter contrahentibus absque solemnibus, quorum contractus licèt ipso iure nullus, tamen requiritur declaratio, seu petitio, cum ipsis volentibus sit validus *§.1.Instit.de auctor.tutor.l.Iulianus,§. si quis à pupillo.de act.empt.Ias.in §.actionum, n.42. instit.de actionib. Pinell.in l.1.p.1.nu.34. Cod.de bon. matern.Gomes.lib.1. variar.resolut.cap.2.n.21.in fin. dixi supra c....*

EPITOME.

Dos, pensio, vel quid simile promissum in scutis aureis taxatis ad rationem, seu ad computum Iuliorum tot pro quolibet scuto, an sit soluendum in aureis, seu in Iuliis. ¶ Obseruantia circa modum soluendi quando attenditur. ¶ Et quid si dispositio sit clara. ¶ Vel solutio sit facta procuratori, an tunc præiudicet domino. ¶ Habens mandatum ad recipiendam solutionem canonis an possit confiteri confinia aliter se habere. ¶ Solutio in qua moneta sit facienda quando mutatur bonitas intrinseca, seu extrinseca illius. ¶ Licentia officialium Principis, seu procuratoris quo casu obsit Principi, seu domino. ¶ Et quid in scientia præsumpta. ¶ Vel in his, in quibus non tractatur de totali præiudicio illorum, sed de acquirenda possessione, vel seruitute contra eos, vel similibus.

SVMMARIVM.

1 *Solutio est facienda in pecuniis taxatis, quando pensio reseruatur in scutis aureis ad rationem carolenorum*

toi pro quolibet scuto. Idem si dicatur ad computum, num.2. Declara vt n.3.4.5.14.& 24.

6 *Obseruantia in modo soluendi declarat promissionem antecedentem.*

7 *Obseruantia solutionis non requirit præscriptionem, & sufficit, vt solutio sit facta semel, vel pro parte debiti, num.8.*

9 *Solutio est facienda in moneta, in qua fuit facta promissio, vel in alia æquiualenti tempore solutionis, si non fuit immutata bonitas intrinseca, & quomodo hoc intelligatur, nu.10.& 11. & quid si nulla mora in soluendo interuenerit, nu.12.*

13 *Mutatio monetæ intrinseca, vel extrinseca quæ dicatur.*

15 *Obseruantia interpretatiua non datur in dispositione clara, sed in dubia, nu.16.*

17 *In claris non est opus coniecturis.*

18 *Declaratio non dicitur quando est certa significatio vocabuli.*

19 *Solutiones vnius monetæ factæ procuratori non præiudicant domino, si in alia moneta est soluendum.*

20 *Procurator ad recipiendam solutionem canonis non potest confiteri confinia aliter se haberi.*

21 *Scientia officialium Principis dicitur scientia Principis num 31.*

22 *Scientia procuratoris non infert scientiam domini.*

23 *Scientia præsumpta in præiudicialibus non nocet domino Intellige vt num.25.& 34.*

26 *Tempus ad præsentandum non currit patrono, nisi à die vera notitia, non præsumpta. Declara vt n.27.& 28.*

29 *Patientia & scientia patroni requiritur ad acquirendam quasi possessionem præsentandi in eius præiudicium, & sufficit præsumpta.*

30 *Seruitus non acquiritur, nisi probata scientia, & patientia præsumpta eius, contra quem illa prætenditur, & num.32.*

33 *Scientia præsumpta quomodo probetur remissiuè.*

CAPVT DLX.

* *Adde supr. ad cap.147.*

PRo * solutione pensionis in carolenis taxatis
videbatur concludendum, cùm appareat Summum
Pontificem reseruasse super Prioratu Capuæ
pensionem scutorum trecentorum auri in auro ad
rationem duodecim carolenorum monetæ Neapolitanæ
prò quolibet scuto, quæ verba nihil aliud
1 significant, † nisi quod soluantur pecuniæ taxatæ
loco aureorum, tanquam sit facta vera, & propria
æstimatio ex illa clausula ad rationem, ita in terminis
concludit *Bald. cons.213. punctus quæstionis, in
fin. lib.5. aliàs est cons.339. lib.2.* quem sequitur *Cephal.
cons.31. nu.7. ad med. lib.1. Anch in clem. vlt. col.
3. in prin. vers. sic est in frumento vino & aliis speciebus,
de decim. Ioan. de Anan. in c.2. col. penult. post princ.
vers. & hoc credit verum, nu.23. de maledic. Curt. Sen.
de monet. qu.3. in fin. n.14. tom.12. fol.203. Aret. cons.
11. n.3. post med. vers. & hanc opinionem, & cons.84. in
princ. vers. hanc conclusionem, & col. vl. post med. vers.
venio igitur ad secundum, nu.5. & cons.112. post princ.
vers. & ita in terminis, Alber. Brun. de augmen. & diminut.
monet. part.18. limit.8. in princ. & n.4. & 7. tom.
12 fol.218. Surd. cons.225. n.6. lib.2. & cons.368. n.3. &
11. lib.3. Bertaz. clauf.30. gl.9 n.9. Sola super const. Pedem.
tit. de pact. inter empt. & vend. gloss. vnic. nu.76.*
qui omnes sequendo *Bald. d. cons.213.* ita concludunt,
& loquuntur in dispositione cum istis verbis
2 ad rationem, † prout idem erit si dictum fuisset ad
computum, vt in specie consuluit *Socin. cons.298.
in princ. lib.2.* cum ista verba ad computum, & ad
rationem idem significent, vt notat *Surd. cons.368.
num.11. lib.3.*

Prædictis tamen videtur obstare quod secundum aliquos
ista verba potius dicuntur posita demonstratiuè,
quàm taxatiuè, iuxta opinionem *Boer.
3 consil.327. col.2. in princ. num.3.* † quem in specie
pensionis sequitur *Rot. coram R.P.D. Sacrato Assisien.
pensionis, 24. Ianuarij* 1607. vbi quòd aliàs illa
verba trecentorum ducatorum auri in auro essent
superflua contra *l. si quando, ff. de leg.3. c. si Papa, de
priuileg. in 6.*

Verum dicebatur non esse discedendum ab opinione
supra firmata, quia tam *Boer.* quam *decis. Rot.*
cum similibus decisionibus, & auctoritatibus, quæ
4 possent adduci, loquuntur, † quando fuissent posita
illa verba constituentium in totum summam
ducatorum, quæ multum sunt diuersa ab istis verbis
ad rationem, cùm in primo casu non appareat,
quod fuerit facta aliqua taxatio, sed solùm demonstratio,
quæ potius semper in dubio præsumitur
*Castr. in l. stichum qui meus, 6. n.1. & 2. ff. de legat.
1. Felin. in c. super litteris, 20. n.4. col.3. in fi. de rescrip.*
5 † Aliud est in secundo casu, quando dictum fuit
ad rationem, tunc enim constat de clara mente
disponentis, quod voluerit taxare monetam, vt
debeat solui in illa specie taxata, cum aliàs taxatio
nihil operaretur, & ita distinguit *Cephal. consil.
31. num.7. lib.1. post Bald. cons.213. in fin. lib.5.*

Maximè, quia habemus obseruantiam subsecutam
secundum quam fuit facta solutio in carolenis mo-
6 netæ Neapolitanæ, † ita vt ex isto modo soluendi
dicatur acquisitum ius debitori, vt non teneatur
soluere in alia moneta, cum talis præsumatur promissio,
qualis apparet sequens solutio *Bald. in l. si
certis annis, 28. num.9. C. de pact. Corn. cons.181. col.
antepenult in princ. vers. quod est satis verisimile, nu.
75. post med. lib.2. Brun. de augm. monet. in 2. præsuppo-
7 sit. nu.17. in fin.* Ita vt in tali obseruantia non requiratur
præscriptio, & sufficiat modicum tempus
Aym. cons.201. num.12. in princ. cum aliis per *Surd.
8 cons.335. n.27. lib.3.* Quamuis † etiam solutio sit facta
semel tantum, vel pro parte debiti. *Idem Surd. cons.
220. nu.3. lib.2.*

Contraria opinio aliis placebat, quod videlicet solutio
esset facienda, vel in illis aureis, quæ valebant
duodecim carolenos tempore reseruationis eiusdem
pensionis, vel in eorum valore de tempore
9 faciendæ solutionis, † Nam cum pensio fuerit reseruata
in dictis aureis, debet in eisdem aureis solui,
vel in alia æquiualenti moneta tempore solutionis,
cum non fuerit immutata bonitas intrinseca
scuti *Bart. in l. Paulus, num.6. ff. de solut. Aret. cons.
11. num.3. Grat.* qui de commoni *consil.12. num.44.
lib.1. Cagnol. in l.3. qu.31. C. de pact. int. empt. & vend.
Aym. cons.47. nu.6. vers sed quando variatur. Tiraq.
de retract. lignag. §.1. glos.18. num.26. & 27.* & passim
hanc opinionem tenuit *Rot. coram R.P.D. Pensa Romana
pecuniaria, 23. Ianuarij 1589. & coram Cardin.
Lancell. Acherontina fructuum, 28. Aprilis 1600. &
coram eodem Romana aureorum octo zeccharum, 20.
Iunij 1597. & coram R.P.D. Verospio Ferrarien. pensionis
12. Martij 1614.*

Et generale est, vt quando mutatio monetæ contingit
in pondere, vel in materia, videlicet, quia
tempore contractus moneta erat argentea, & bo-
10 næ ligæ, † tempore verò solutionis reperitur ære

conta-

contaminata, & minoris ligæ, tunc debet fieri so-
lutio non quidem de moneta noua, sed de anti-
qua currente tempore contractus, si de illa repe-
riatur, vel si non repetitur, fiet solutio de noua, &
supplebitur de noua illud, quod deest de valore
11 antiquæ, † videlicet si tempore contractus vigin-
tiquinque grossi monetæ currentis erant talis li-
gæ, quod vigintiquinque valebant vno scuto, si
non reperiatur de illa moneta, ita vt in ea non
possit fieri solutio, dabuntur pro vigintiquinque
grossis illius monetæ, triginta sex grossi monetæ
tunc currentis, vt sic fiat satisfactio ad rationem
antiquæ monetæ, quæ erat melior, prout exempli-
ficat *Bertrand. consi.312.num.1.lib.1. part.1.per text.
in cap.olim.de censib.Bald.in l.acceptam,versic.deci-
motertio quæritur, Cod. de vsur. Tiraqn.* qui de re-
cepta omnium sententia testatur *de retract.lignag.
§.1.glos.18. num.17. ad med.* vbi, quod si post con-
tractum pecunia fiat deterior bonitate intrinseca,
debet solui, ac reddi iuxta bonitatem temporis
12 contractus, non solutionis, † etiam si nulla mora
intercesserit in eo, qui pecuniam reddit *Corn.cons.
109.viso puncto,in princ.lib.4.Signorol.cons.74.quæ-
stio talis. Milius in repert. in verb. pecunia. Anton.
Rub.consi.17.& cons.48 Butr.& Abb.in cap.quanto,
de iur.iur. Bartol.& alij in l.paulus, & de solution. &
in l.cum quid,ff.si cert.petat. Alexand.in l.quod te,ff.
eod.tit.* Intelligendo iuxta ea, quæ latè adducit
*Surd. cons.200. per tot. & consil.224.241.246. &
285.lib.2. & cons.392. lib.3. & 335. eod.lib. Menoch.*
13 *consil.49.* vbi † etiam quod mutatio extrinseca dici-
tur, cum ipsius monetæ valor augetur, seu dimi-
nuitur. Intrinseca autem, cum non mutatur valor,
sed efficitur materia pretiosior, seu vilior *Brun.de
augment.part.1.conclus.vltim.colum.5.Couarr.de ve-
ter numism.colla.c.7.colum.vlt. Doct.in l.cum quid,
ff.si cert.pet.Bart.in l paulus,ff.de solut.*

Ab obiectum autem, quod pensio non fuit reseruata
simpliciter in scutis aureis, sed cum illa additione
ad rationem carolenorum duodecim, quæ facit
taxationem, & æstimationem, ita vt aliud vltra
14 eam peti non possit, † Respondebatur, quod illud
procedit, si moneta esset imaginaria, secus verò
vbi fuit deducta in obligatione realis, & existens
in rerum natura, quia tunc dicta expressio ad ra-
tionem non censetur facta pro taxatione scuti au-
rei, vt duodecim caroleni sint in obligatione, sed
gratia demonstrationis, videlicet ad differentiam
aliorum aureorum, quæ fortè tunc adessent mi-
noris, vel maioris valoris *Boer.decis.327.num.3.Ce-
phal.cons.31.n.6.cum seq.lib.1. Rot.coram R.P.D.Pe-
nia.Casenaten.pecunia 14. Martij 1597. & coram R.
P.D.Orano.Cremonen. pensionis 15.Iunij 1598.& co-
ram R.P.D. Marcomontio Asculana dotis 6. Apri-
lis 1606.& coram R.P.D.Verospio. Ferrarien. pen-
sionis 12. Martij 1614.*

Quo vero ad solutiones præteritas factas ad ratio-
nem duodecim carolenorum, quæ videbantur de-
fecisse pro obseruantia interpretatiua litterarum
15 pensionis, † Dicebatur verba reseruationis esse
clara, quo casu non habet locum obseruantia inter-
pretatiua *Dec.cons.49. præstantissime doctor, col.1.
in fi versic.& si dicatur. Aret.cons.115.n.2. Bero.cons.
34.n.9.lib.3. Natt.cons.318.nu.1. Surd.cons.426.nu.
42.li.3. Card.Seraph.decis.1108.n.7.Rot.coram R.P.
D.Gypsio, Cæsaraugustana pensionis,11. May 1591.&
coram Card.Lancellott.Seguntina decimarum,4.Iu-
lij 1607.& coram eodem Toletana Canonicatus 13.
16 Nouemb.1609.* † Interpretatio enim & declaratio
solùm procedit in rebus dubiis *Castrens.in l.hære-
des palam, §.si quid post,ff de testam.* Et res clara non
17 indiget † declaratione *l.continuus, ff. de verborum
obligationibus, l.ille aut ille 25. versic. cum in verbis,
de leg.3. l.pediculis 34. §.argento,ff.de aur.& argent.
leg. l.si quis locuples 57. de manumis. testam.* Et non
dicitur propria declaratio, quando est certa signi-
18 ficatio † vocabuli *Castrens. cons.340. præmissis, nu.
1.lib.1.Decian.cons.51.pro tenui,in fin. num.3. vers. &
quando aliqua, Ias.consil.128. videtur, num.6. lib 4.*
cum aliis per *Becc.cons.3.nu.44. Surd.cons.426. nu.
45.lib.3.*

Addebatur, quod dictæ solutiones fuerunt factæ
19 procuratori, quo casu ad effectum, † de quo agi-
tur, non præiudicant domino *l.non abstulit.C.de no-
uation.Federic.cons.53.in fin.Roman.consi.252.n.2.*&
ibi *Mandos.in princip.vers.3.non obstat.nu.14.in fin.*
20 † vbi de procuratore ad recipiendum solutionem
pensionis, qui non potest confiteri confinia aliter se
habere, in hoc enim excessit fines mandati *cap.
cum dilecti,de rescript.l diligenter,ff mandat.*

Neque potest inferri à scientia procuratoris ad scien-
tiam domini, quia licèt scientia officialium Prin-
21 cipis illi noceat, † & habeatur pro scientia Princi-
pis quoad ea, quæ respiciunt administrationem
sui officij *Aym.de antiqu.tempor.part.4.§.absolutis,
n.22.Rot.diuers.decis.719.num.4.part.1. Surd.decis.
182.n.5.cum aliis per Menoch. cons.1007.n.93.lib.11.*
22 Tamen aliud est in procuratore priuati, † cuius
scientia non afficit dominum, qui non præsumitur
scire, quod nouit procurator *l.quod vulgo.ff.de vsu-
cap.pro empt. l.item veniunt,§.petitam,il 2.vbi Ang.
ff de petit.hered. Natt.cons.386.n.190. Afflict.decis.
129.n.10.vsque ad 13.Bart.in l.si res obligata,vbi Ias.
n.28.de legat.1.Surd.decis.182.n.17. & 18. Menoch.
cons.246.n.48.& 49.lib.3.* Et in omnem euentum
23 † ista scientia esset præsumpta, quæ in præiudicia-
libus non obest domino *Mohed.decis.160.aliàs 4.
de probat. Put decis.147.lib.1. post Bald in cap.cum
contingat 14.n.6.col.2.in princ. vers.capio nunc pri-
mam,& ibi Felin.col.2. in princ.vers. & dicit de re-*
24 *script.* † Et ita ex prædictis præualuit hæc secunda
opinio, prout fuit decisum in huiusmodi causa *Ca-
puana pensionis coram R.P.D. Verospio 6. Martij*
1617. vbi, quod solutio erit facienda, vel in illis au-
reis, quæ valebant duodecim carolenos tempore
reseruationis pensionis, vel de totum valore tem-
pore faciendæ solutionis, quæ sunt notanda, cum
multum obstent *Bald. Ancbar. Anan. & alij*, de
quibus *supra nu.1.* & hæc omnia latius explicauit
supra cap.417. per tot. in simili casu occurrenti de
anno 1612. coram Auditore Cameræ circa solutio-
nem pensionis reseruatæ super fructibus mensæ
Archiepiscopalis Corciren.

Notandum est tamen circa ea, quæ dicta sunt de
scientia præsumpta, quæ non nocet domino in
præiudicialibus *ex decisione Put. & Mohed.* quod
25 non intelligitur † de quocumque præiudicio, sed
de eo, in quo ageretur de aliquem excludendo à
iure suo, prout quando tractatur de excluden-
do patrono à iure præsentandi, tunc enim de-
bet probari vera scientia, neque sufficiet præsum-
pta, ideo non currit patrono tempus ad præ-
sentandum beneficium vacans per priuationem,
26 † nisi à die veræ notitiæ sententiæ, & priuationis

Rot. coram Card. Pamphilio. Parmen. beneficij 1590.
de qua *per Garz. de benef p.10. c.2.n.5.vsque ad* 37.
vbi quod idem fuit etiam resolutum *coram Card.*
Blanchetto. Firmana altaris 5. Decembris 1594. *Lap.*
27 *alleg.*78. *Rebuff. de deuolution.nu.*12. † Intelligendo
talem, quando ageretur de amissione, vel priuatione
iuris conferendi absolutè, secus si solùm pro
vna vice, tunc enim non est maximi præiudicij, &
ideò sufficiet tunc scientia præsumpta *Garz. de benefic.part.*10.*c.*2.*n.*38.*&* 39. *& c.*5.*p.*5.*n.*134.*cum seq.*
28 † vbi, quod quando non agitur de admittendo,
seu auferendo iure eligendi, seu præsentandi, seu
conferendi in totum, sed de acquirenda quasi possessione
admittitur scientia præsumpta, prout in
eo, qui aliàs esset in possessione iurispatronatus,
29 quamuis enim non præsentasset, † tamen requiritur
eius patientia, & scientia ad acquirendam
possessionem in contrarium *Crescent. decis.*1.*de iur. patronat.* Quemadmodum etiam cum acquiritur,
quasi possessio seruitutis aduersus dominum fundi,
seu domus, requiritur eius scientia & patientia,
30 † cum eam possideat tanquam liberam *Gomes. var. resolut. tom.*2.*cap.*15.*n.*13. Ad hunc tamen effectum
sufficit scientia præsumpta *Rot. coram R.P.D. Oradino. Cremonen. prioratus* 19. *Decembris* 1567. de qua
31 per *Garz. de benefic.part.*5.*c.*5.*num.*135. † vbi etiam
quod ex præsumpta scientia infertur amissio ciuilis
possessionis *Put. decis.*265.*lib.*1. Ita vt sufficiat
32 scientia officialium † *Bart. in l. si publicanus, §. fin. n.*2.*ff. de public. Cenar. in c. possessor. in pr. p.*2.*n.*8.*vers.*3.*ad fi. Tiraq. de nobil. c.*14.*n.*3. *Rot. diuers. decis.*116.
*n.*3. *& decis.*600.*n.*5.*p.*1. *& decis.*204.*n.*6.*part.*4. *& decis.*701.*n.*6.*part. ead. Cassad. decis.*2.*n.*7.*de vnion.*
*Bald. de præscript.*2.*p.*5.*p.qu.*3.*n.*8. *Aym. de antiqu. temp. part.*4.*§. absolutus, n.*23. *Rot. coram R.P.D. Bubalo. Mediolanen. præheminentiarum* 15. *Decembris*
1589. de qua per *Garz. de benefic.p.*5.*c.*5.*nu.*136. vbi
33 etiam *n.*129.*cum seq.* quomodo † ista scientia probetur
*Aym. cons.*193.*n.*7. *Maran. in l. si potest n.*283.
*de acquir. possess. Mascard. conclus.*1294. *tom.*3. Et
cum hac distinctione intelliguntur Doctores,
34 † dum concludũ, in præiudicialibus non sufficere
scientiam præsumptam, vt dictum est ex *Put. decis.*147.*lib.*1. *& decis.*77.*nu.*7.*lib.*2. *Mohed. decis.*160.
alias 4.*de probat. & decis.*196.*alias* 3.*n.*3. *de sent. excommuni. Lancellot. de attentat.*2.*p.c.*4.*in præfation.*
*n.*68. *Rot. coram Card. Mant. Ciuitaten. confidentia*
23. *Ianuarij* 1593.

EPITOME.

Index in quibus casibus possit exigere sportulas. ¶ Et an illæ successerit loco salarij. ¶ Et an debeantur finita causa per concordiam. ¶ Clerici an ex priuilegio eximantur à solutione sportularum, vel potius hoc concedatur omnibus etiam laicis in foro Ecclesiastico. ¶ Consuetudo quid operetur in materia sportularum ¶ Vicarius Episcopi an possit petere sportulas. ¶ Salarium Vicarij an dicatur debitum voluntarium, seu necessarium. ¶ Et an successor in Episcopatu, vel hæres Episcopi teneatur ad illius solutionem. ¶ Domini, Episcopi, & similes, quando possint cogi ad constituendum Vicarium. ¶ Examinatoribus an debeantur sportulæ. ¶ Et an hoc casu consuetudo, aut præscriptio excuset. ¶ Differentia quæ sit inter consuetudinem, seu præscriptionem. ¶ Collationes beneficiorum, institutiones, & possessiones illorum an debeant fieri gratis, non obstante aliqua consuetudine etiam immemorabili. ¶ Et quid in admissionibus Canonicorum, & Monialium, & executionibus dispensationum & matrimonialium, & in similibus casibus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus ordinarius, & delegatus non potest accipere sportulas. Et quid seruetur de consuetudine, & an sit valida, n.*5.6.*&* 7.
2 *Clerici ex priuilegio speciali non coguntur dare sportulas. Contrarium quod hoc omnibus competat etiam laicis in foro ecclesiastico, n.*3.
4 *Lex semper loquitur.*
8 *Iudex ecclesiasticus non habens beneficium, & redditum sufficientem, non tenetur gratis ius reddere, sed iuste recipit sportulas, n.*9.*&* 10.
11 *Vicarius, qui habet salarium ab Episcopo, seu beneficium non potest exigere sportulas, num.*13. *Intellige vt num.*14.
12 *Principes, & domini tenentur ministrare iustitiam sumptibus propriis, non subditorum.*
15 *Consuetudo dat facultatem imponendi, & exigendi onera.*
16 *Episcopus, seu dominus quando possit cogi constituere Vicarium, & illi salarium præstare, & n.*17.
18 *Salarium Vicarij quando dicatur debitum voluntarium, seu necessarium, & an successor Episcopi, vel hæres ad illud soluendum teneatur, n.*19.*&* 20.
21 *Examinatores non possunt sportulas, nec quidquam ratione examinis exigere, & in hoc consuetudo non suffragatur, nu.*22.*& prohibetur hoc tanquam vitium simoniæ, n.*30.
23 *Consuetudo debet esse quadraginta annorum, vt dicatur præscripta.*
24 *Præscriptio debet esse immemorabilis quando resistit ius neque adest titulus.*
25 *Præscriptio dicitur quando viget in aliquo loco, vel quando est difformis, quamuis vigeat in regno, seu prouincia.*
26 *Consuetudo non inducitur ex actibus difformibus.*
27 *Præsumptio non potest capi super actibus difformibus.*
27 *Præscriptio potius est, quàm consuetudo quando acquiritur aliquod ius Vniuersitati, seu Capitulo, non in commune, sed tanquam persona ficta in articulari.*
29 *Consuetudo est quod seruatur in aliqua prouincia, & facit ius commune.*
31 *Collatio beneficij, institutio, & possessio illius debet fieri gratis, non potest aliquid accipi, non obstante aliqua consuetudine. Et quid in cancellariis, & admissionibus canonicorum, & executionibus dispensationum matrimonialium & similium, n.*32.
33 *Moniales quando possint, aliquid accipere pro ingressu puellæ in monasterium.*
34 *Sportulæ debentur Iudici etiam causa finita per concordiam, sicut assessori, num.*35.
36 *Salarium, quod debetur Iudici vigore statuti post latam sententiam debetur ei etiam antequam iudicauerit, si per illum non stetit.*
37 *Sportulæ successerunt loco salarij, quod debetur Iudici.*
38 *Sportulæ non debent dari Iudici à parte, sed à notario, cui pars dabit, & deinum ipse Iudici.*
39 *De sportulis remissiuè.*

CAPVT

CAPVT DLXI.

DE iure communi Iudex Ecclesiasticus ordinarius, seu delegatus debet gratis ius redde-
1 re litigantibus, † & non potest petere sportulas, vt
notant omnes in c.cum ab omni 8. vbi Ioan. Andr. &
Card. oppos. 4. & nu. 7. ad fin. Abb. nu. 9. de vit. & honest. cleric. & in c. vnic. de plus petition. Ias. in §. tripli. nu. 46. in fin. vbi Faber. num. 3. instit. de actionib. Idem Ias. in l. ius ciuile. n. 4. de iust. & iur. Gemin. in c. statutum, §. insuper. n. 1. de rescript. in 6. Innoc. in cap. 1. post princ. de plus petitionib.

Et hoc est vnum speciale priuilegium clericorum, inter multa, quæ eis competunt, vt non teneantur
2 dare sportulas † secundum Siluest. in summa. in verb.
clericus, il 1. col. 4. vers. nonum, Card. in clem. 1. quæst. 17. num. 16. vers. decimum, de vit. & honest. clericor.
Quamuis verius sit, vt hoc non dicatur competere
3 clericis ob aliquod eorum priuilegium, † cum potius hoc sit generale omnibus tam clericis, quàm secularibus in foro ecclesiastico litigantibus, vt concludit Io. Ant. de Nigris in repet. extrauag. vnic. nu. 121. de vit. & honestat. clericor.

Quæ etiam procedunt, vt contra prædicta non valeat aliqua consuetudo. Nam in d. cap. cum ab omni. illa reprobatur, vnde tanquam semel expressè reprobata à lege, seu canone non poterit amplius
4 introduci, nec denuo renouari, † quasi lex semper
loquatur l. arrians. C. de hæretic. c. 1. ad fi. de constit. in 6. l. vltim. C. quæ sit long. consuetu. l. seruus, C. de pœnis,
5 & † in specie ita concludit Abb. in d. c. cum ab omni,
num. 10. de vit. & honest. clericor. Roman. qui de communi singul. 183. post Io. Andr. in clem. statutum 7. in glo. in verb. ex iurisdictione, in fin. de elect. Purpur. in l. edita. num. 70. C. de edend.

Quamuis istud de consuetudine non sit tutum, cum verior sit opinio, vt illa valeat, & secundum eam
6 possint recipi sportulæ, † prout in proposito re-
spondendo contrariis concludit Anchar. cons. 218. col. 2. ad med. vers. his non obstantibus, & cons. 201. in
7 princ. Speculat. de salar. iudic. n. 9. & 13. † & de magis
communi testatur Add. ad Roman. sing. 183. Cardin. in clem statutum, colu. 2. ante med. de elect. vbi intelligit dummodo consuetudo non sit multum immoderata, Corset. singul. 297. post med. Felin. in c. licet in corrigendis 12. in princ. de offic. ordin. Niger. in extrauag. vnic. nu. 120. post med. de vit. & honest. clericor. Roland. cons. 87. in princip. libro 2. Pract. Papiens. in form. respons. rei conu. in verb. non tamen animo contestandi nu. 2. Hostiens. in d. c. cum ab omni med. vers. quod autem dictum est, Rebuff. de salar. taxa. pro visitat. proces. art. 1. glo. vnic. nu. 18. cum aliis per Garz. de benefic. p. 9. c. 2. num. 382.

Prædicta tamen sunt intelligenda in Iudice ecclesia-
8 stico ordinario, seu delegato, † qui habet benefi-
cium, seu redditus sufficientes, hoc enim casu debet gratis ius reddere, cum aliàs ad id non teneretur, sed posset sportulas petere, prout ita præsupponunt, & cum ista distinctione loquuntur omnes Doctores in d. c. cum ab omni. de vit. & honest. cleri. & in c. statutum. §. insuper. de rescript. in 6. Corset. singul.
9 297. † vbi intelligit tam de iure ciuili, quam ca-
nonico per text. in §. illud auth. de mandat. princ. §. ne autem labor. auth. de iudic. Salic. in l. iubemus, C. ad leg. iul. repetundar. Niger. in extrauag. vnic. num. 118. in fin. vit. & honest. clericor. Ias. in §. tripli num. 47. ante med. inst. de actionib. Summ. Angel. in verb. concussio. in fin. Rebuff. de salar. taxa. pro visitat. process. art. 1. gloss. vnic. nu. 13. & 14. tom. 3. Hond. cons. 84. num. 64. lib. 1. Dec. cons. 41. num. 74. lib. 2. Menoch. de
10 arbitr. cas. 342. num 40. † vbi, quod hoc passim ser-
uatur sine probabili dubitatione Didac. in c. peccatum. p. 2. §. 3. nu. 2. vers. sicut & iudex, de reg. iur. in 6. Soc. tract. fallent. reg. 37.

Ex prædictis colligitur, quod Vicarius, qui habet salarium ab Episcopo, non poterit sportulas exige-
11 re, † nisi cum distinctionibus suprascriptis. Et qua-
tenus non haberet salarium, esset constituendum per Episcopum, prout regulariter illud constituitur per Reges, Duces, Barones, & alios Dominos,
12 cuius sunt introitus, † qui tenentur ministrare iu-
stitiam sumptibus propriis, non subditorum Luc. de Penn. in l. annonas 15. post princ. C. de erogat. milit. annon lib. 10. Hond. cons. 84. n. 62. & 63. lib. 2. post Ia-
13 cob. Atell. de iure adh. n. 3. cum seq. tom. 12. fol. 169. † &
in Vicario Episcopi est Glo. in c. 1. in verb. quantitate, in princ. & ibi Innoc. & Hostiens. ne prælat. vicesnas Card. in clem. statutum. q. 7. & ibi Anchar n. 3. Imol. n. 13 & 27. de elect. Archid. in c. charitatem 12. q. 2. cum aliis per Sbrozz. de vicar. episcop. q. 55. p. 1. Foll Segur. & alij per Flores Diaz. var. q. lib. 1. q. 8. n. 6. cum seq.
14 vbi tamen † intelligit, dummodo fructus iurisdi-
ctionis non sint æquiualentes iusto, & competenti salario, vel quod non adsit consuetudo quod per
15 eum non soluatur, sed per subditos, † quasi con-
suetudo det facultatem onera imponendi, & exigendi Bart. in l. 1. C. de aur. coron. lib. 10. & l. missi opinatores. C. de exactor. tribut. eod. lib. Paris. cons. 25. nu. 54. & 98. lib. 1. Dec. cons. 41. nu. 101. lib. 2. Hond. cons. 84. nu. 64. lib. 2.

Addendum tamen est, quod prædicta procedunt in Episcopatibus magnis & insignibus, & numerosis,
16 in quibus † Episcopus non posset commodè per-
agere officium Iudicis ordinarij, & Vicarij vnde poterit in eis cogi ad constituendum Vicarium generalem, cui tenebitur dare salarium, quod tunc erit debitum necessarium, ita vt ad illud teneatur etiam successor in Episcopatu, cum in aliis Episcopatibus non esset cogendus Episcopus habere Vicarium de necessitate, adeo vt tunc esset debitum voluntarium prout latè concludit Flores Diaz. var. quæstion. lib. 1. q. 8. nu. 4. Gabr. cons. 52. n. 23. lib. 2.
17 † & ita declarantur Doctores dum volunt vica-
rium esse constituendum per Episcopum vt per Sbrozz. de vicar. episcop. lib. 1. q. 46. n. 3. in fin. Card. in l. aliquando. oppos. 14. de off. proconsul. Boer. dec. 347. n. 6. Abb. in c. quoniam, de offic. ordin. Lancellot. instit. de offic. vicar. in princ. in verb. non potest. Bero. in c. prudentiam. nu. 109. de offic. delega. Couar. lib. 3. var. resolut. c. 20. nu. 4. Ruin. cons. 148. nu. 4. lib. 4.

Adde supr. ad cap. 94. nu. 37.

Et facit, quia cum Episcopus, seu prælatus potest per se iudicare absque incommodo subditorum,
18 non † tenetur per alium hoc facere, Put. decis. 43.
num. 2. lib. 1. vbi ex hoc infert, quod debitum salarij Vicarij ab episcopo positi est debitum voluntarium, & non necessarium, ad quod non tenebitur successor, sed hæres Episcopi mortui, dummodo tamen non simus in Episcopatibus magnis & insignibus, iuxta distinctionem supra adductam Flores var. quæst. lib. 1. quæst. 8. num. 4. cum seq. & dixi
19 supr. cap. 94. num. 37. † Quibus adde Hoed. de bene-
ficior. compatibil. part. 2. cap. 10. num. 9. tom. 15. part. 1. fo. 175. vbi distinguit, quod aut Episcopus est ab-

sens, & tunc non est dubium, quod cogitur habe-
re Vicarium, Aut est præsens, & hoc casu si Episco-
pus est iurisperitus, & potest per se definire ea, quæ
pertinent ad iurisdictionem contentiosam, & vo-
luntariam, & Episcopatus est tenuis prout sunt
communiter in Italia, non erit compellendus con-
stituere Vicarium. Aut verò non est iurisperitus, &
negotia sui Episcopatus sunt multa, cum sit ma-
gnus, & pinguis, prout communiter sunt in Hispa-
nia, & Sicilia, & tunc debet constituere Vicarium,
20 & ita concordantur opiniones Doctorum, † prout
ita est intelligenda doctrina *Abb. in c. quoniam. de of-
fic. ordin.* de qua *ibid.* dubitat *Felin.* cuius dubitatio
ex supra dicta distinctione resoluitur, vt per *Heied.
d. c. 10. num. 9.*

Obseruandum est etiam, quod quæ supra dicta sunt
de consuetudine accipiendi sportulas, non proce-
dent in terminis *c. 18. §. caueant. session. 24. Concil.*
21 *Trident.* † vbi prohibetur examinatoribus, ne quid-
quam prorsus occasione examinis nec ante, nec
post accipiant, alioquin simoniæ vitium tam ipsi,
quàm alij dantes incurrant, à qua absolui nequeat,
nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocumque et-
iam antea obtinebant, & ad alia in posterum in-
habiles reddantur, & de his omnibus non solùm
coram Deo, sed etiam in Synodo prouinciali (si
opus erit) rationem reddere teneantur, à qua si
quid contra officium eos fecisse compertum fue-
22 rit, grauiter eius arbitrio puniri possint, † Quia
dispositione Concilij stante vix potest adesse ali-
qua consuetudo præscripta, cum ad summum in-
ceperit à tempore publicationis eiusdem Conci-
lij, ex quo introducta sunt huiusmodi examina,
& concursus, & consuetudo, per quam Episcopi,
& eorum prouisores, & ministri exigunt aliquas
23 sportulas si est propriè consuetudo, † vt quia vi-
get vniformiter in aliqua regno, seu prouincia,
debet esse ad minus quadraginta annorum, vt di-
catur præscripta, seu introducta contra ius cano-
nicum *Doctores* communiter *in cap. fin. vbi Rocc.
sect. 3. n. 35. cum seq. de consuetud.* Si verò non est pro-
24 priè consuetudo, † sed præscriptio, & tunc debet
esse immemorabilis, cum resistat ius commune,
& non adsit titulus *cap. 1. de præscrips. in 6.* & in spe-
cie Concilij Trident, notat *Garz. de benefic. part.*
25 *9. cap. 2. nu. 383. vsque ad 391.* † Tunc autem dicetur
præscriptio, quando videlicet non viget nisi in
vno Episcopatu, vel esto, quod vigeat in Regno,
seu prouincia, est tamen difformis, quia in vno
Episcopatu exigitur certa quantitas, in altero au-
26 tem alia: † Consuetudo enim non inducitur ex a-
ctibus difformibus, & quæ vario modo fuerunt
obseruata *Bart. in l. 2. in princ. nu. 12. ff. solut. matri-
mon. Socin. cons. 92. nu. 12. col. 7. in princ. versic. sed ad
hoc fundamentum, lib. 3. Alex. cons. 5. col. & cons. 127
in fin. lib. 5. Menoch. cons. 8. num. 17. libr. 1. Rot. diuers.
decis. 338. num. 3. p. 1. & decis. 72 num. 28. & 29. part. 2.*
27 † Et est ratio, quia super actibus difformibus non
potest capi præsumptio *Glos. in cap. per tuas 6. in
verb. subsecuta. de condit. oppos. Cin. Bald. & alij in l. 1.
C. de probat. Calcan. cons. 121. col. penult. in fi. Aymon.*
28 *cons. 96. nu 6.* Præscriptio autem † potius est, quàm
consuetudo, quando acquiritur ius alicui Vni-
uersitati, seu Capitulo, non in vniuersum, & in
commune, sed tanquam personę fictę, & particulari
*Rot. coram R. P. D. Robusterio Caietana præcedentia
1. Martij* 1563. de qua per *Garz. de benefic. part. 3. c. 4.
nu. 73. in fi. post Abb. in cap. cum ecclesia vulterana. nu.
6. de elect. Aym. de antiquit. temper. part. 4. differ. 7. n.
21. Prob. ad Monach. in cap. cum in illis. nu. 1. & 17.
de præbend. in 6. Aret. cons. 23. Put. decis. 387. lib. 2.
Rocch. in c. fin. sect. 5. nu. 3. de consuetud. Balb. de præs-*
29 *cript. p. 1. qu. vltim. nu. 4. cum seq. p. 5.* † Tunc enim est
propriè consuetudo, quando in aliqua prouincia
generaliter obseruaretur, ita quod in ea faceret ius
commune, vt per *Doctor. in dict. c. cum ecclesia vul-
terana, de elect. Garz. de benef. p. 5. c. 4. num 73. & 74.*
Vbi etiam adducit multas decisiones, quando de-
beat esse immemorabilis, vel quadragenaria, cum
similibus quæstionibus.

Quibus adde, quod Concilium prohibet istas spor-
tulas, seu quidquid datur etiam modicum exami-
30 natoribus tanquam vitium simoniæ † propter or-
dinem ad beneficium, quo casu nulla consuetudo
excusaret iuxta adducta per *Garz. de benefic. c. 2.
part. 9. nu. 389. cum seq & part. 8. cap. 1. nu. 75. Soarez.
de relig. tract. 3. lib. 4. c. 48. & c. 29. nu. 3.* Prout etiam
idem est in prouisione beneficii, quæ debet esse
31 gratuita sine aliquo præmio, † & mercede, ita vt ex
collationibus, seu institutionibus, ac possessioni-
bus, seu mandatis possessionum beneficiorum, &
capellaniarum non possint exigi aliquæ sportulæ,
nec aliud non obstante aliqua consuetudine etiam
immemorabili *cap. fi. 1. qu. 3. cum satis, de simon.
Nauarr. cons. 1. & 2. eod. tit. Fusc. de visitat. lib. 1. c. 32.
n. 8. Sbroz. de vicar. episc. lib. 2. qu. 103. nu. 1.* & multas
decisiones sacræ Congregationis Concilij adducit
32 *Garz. de benefic. c. 1. part. 8. nu. 73. vsque ad* 118. † vbi
etiam de Cancellariis, & aliis officialibus, & de
admissionibus Canonicorum, etiam quod data
conuertantur in vsum pium, & de dispensationi-
bus matrimonialibus, illarumque executionibus,
vel similibus, pro quibus nihil quoque poterit re-
cipi, etiam à sponte dantibus *Nauarr. cons. 21. de
præscrips.* neque pro studendo processu, pro quo
nihil potest percipere delegatus, cui commissa est
dispensatio *Cerol. in prax. episcopal. 2 part. in verb.
delegatus, §. 2. & in verb. dispensatio. §. 1. Genuens. in
prax. archiepiscopali. cap. 23. nu. 13.* vbi adducuntur
resolutiones Congregationis, de quibus etiam
33 *Garz. de benefic. part. 8. cap. 1. nu. 11. cum seq.* † Et de
monialibus quando possint aliquid accipere pro in-
gressu puellæ in monasterium absque labe simoniæ
Surd. cons. 295. per tot. lib. 2.

Adde supr. ad c. 55. nu 15.

In casibus autem, in quibus conceduntur sportulæ
Iudici, erunt etiam ei debitæ, quando laborauit
circa processum alicuius causæ, & fecit quidquid
ad eum spectabat circa probationem sententiæ, si
34 antequam † illam ferat, partes se concordauerint
iuxta *Specul. Franc.* & alios quos adduxi *supr. cap. 55.
num. 15.* Et quamuis per aliquos fuerit de huiusmo-
di opinione dubitatum, cum doctores per me al-
legati loquantur in assessore, non in Iudice, prout
etiam loquitur *Glos. in cap. statutum 11. §. assessorem
in verb. communiter. de rescript. in 6.* Tamen ista di-
stinctio non videtur admittenda, cum in vtroque
militet eadem ratio, ob quam dantur sportulæ, seu
35 salarium, & in specie quod † debeantur sportulæ
etiam Iudici, non obstante concordia partium
concludit *Ias. in §. tripli. colum. penult. ante med. nu.
58. vbi Surdus in addit. in verb. aduertas, inst. de actio-
nibus,* & ibi etiam *Aret. n. 11.* qui loquitur in Iudice
delega-

delegato *Marsill.sing.693.vulgariter,n.1.Dec. in l.in iure ciuili 121.in princ. ff.de reg.iur.* vbi, quod si ex forma statuti debetur Iudici salarium post latam
36 sententiam, † si non stet per Iudicem,& pro teste-tur,debet illud consequi, quamuis sententiam non tulerit *Idem Dec. cons.70. pro tenui, col.3. ad med. vers. ex quibus infert,nu.3.Roman.cons.85. euidenter ostenditur,in princ.& in fin.*vbi loquitur de Vicario. & ibi *Mandos. in verb. euidenter. Idem Roman.* in simili *consi.434. in quo quaritur, col. penult. in fin. vers. quo ad tertium, nu. 6. Brognin.* qui testatur ita fuisse iudicatum *decis.41.nu.48. p.1.* quod etiam in effectu voluit *Bart.in l.1.§.diuus,il secondo, col.4.in princ.nu.14. ff. de var. & extraordin. cognit.* vbi loquitur de potestate, assessore, & doctore, prout etiam in iudice sequitur *Paris.ibid.in addit.ad Bart. in d.§.diuus,in verb.& idem puto. Alciat.de verb.signif.lib.2.nu.63.vers.lex ait iudici,fol.109.*vbi sequitur *Roman.d.cons.85.euidenter, in princ.*

Nec facit, quod Doctores loquantur de salario, non autem de sportulis,Quia sportulæ successerunt lo-
37 co † salarij,quod debetur Iudici *Alciat.dispunct.lib.3.c.17.ad fin. vers.is autem qui succumbebat. Guliel. Rouille de iust.& iur. c.9.ad fin. vers.sumptus autem, tom.1.fol.385.*& notāt omnes *in rubr.C.de sportul.& sumptib.in diuis.iudic.faciend.vbi Azo.n.6.& Cuiac. in princ. Doctor.in auth. offeratur, C.de litis contest. Rol.cons.87.nu.1.cum seq.lib.2. Cagnol.in l.diem functo,nu.26.in fin.de offic.assessor.*Vbi, quod per statuta & consuetudines locorum sportulæ dandæ à partibus successerunt loco stipendij,& salarij de publico constituendi *Rebuff.de sal.text.pro vision.process.*
38 *gloss.vnic.* Vbi *in fin.* † quod requiritur vt hoc salarium, seu sportulas Iudex accipiat,non à parte,sed à Notario, cui pars tradet, & demum ipse Iudici, alioquin pars posset magnam summam dare, quæ postea non veniret in taxationem, vt igitur hæc taxatio parti competeretur, necessarium est sic fieri, cum hoc non obseruato, vltra alia requisita, de quibus *ibid.per Rebuff.* nō possent Iudices aliquid à litigantibus exigere, Maximè quia nō possunt Doctores loqui nisi de sportulis,nam si Iudices haberent salarium,non darentur eis sportulę,vt dictum
39 est *supr.num.1.cum seq.*† Et multa de sportulis *Gregor.Tholos.de republ.lib.2.cap.6.nu.16. vsque ad 20. Alciat. lib.3. dessunct. cap.17. Azo.Cuiac. & alij in rubr.C.de sportul.Idem Cuiac.lib.12.obseru.cap.22.*

EPITOME.

De coniecturis nominationis, institutionis, educationis, baptismi, legitimationis, dotationis, collocationis in matrimonium, seu tractatus illius, famæ publicæ, & similium, quando probent filiationem tam legitimam, quàm illegitimam, tam in possessorio, quàm in petitorio. ¶ Actus de sui natura indifferens à quo sit determinandus. ¶ Perceptio distributionum quotidianarum communis Canonico, & Capellano, si fiat à Canonico quando illum constituat in quasi possessione Canonicatus. ¶ De variis exceptionibus contra testes deponentes de filiatione. ¶ Ex prætерito an præsumatur in futurum siue in bonum siue in malum. ¶ Confessio in alio iudicio an probet contra tertium. ¶ Exceptio famulatus an excludat præsumptionem filiationis contra Dominum. ¶ Testes deponentes contra præsumptionem iuris quando probent. ¶ Tempus quo casu sit præcisè probandum. ¶ Alimenta an sint præstanda ab hæredibus patris. ¶ Actus voluntarius quando trahatur ad necessarium. ¶ Solutio temporalis an inducat obligationem in futurum. ¶ Et quid in alimentis debitis tam ex contractu, quàm ex vltima voluntate. ¶ Dispositio *l.si certis annis, Cod. de pact. & l.cum de in rem verso, ff.de vsur.* quando procedat remissiuè. ¶ Legitimi an sint prius alendi, quàm spurii. ¶ Vncia an debeatur naturali. ¶ Et quæ requærantur vt quis sit naturalis. ¶ Retentio mulieris in domo quando arguat præsumptionem filiationis de eo, qui ex illa nascitur. ¶ Testibus duobus affirmantibus an magis credatur, quàm pluribus negantibus. ¶ Et quid si agatur de probatione honestatis mulieris. ¶ Nati ex fœmina vulgari an sint naturales, & succedant patri & matri. ¶ & Constitutio dotis facta per patrem an præiudicet creditoribus. ¶ Alimenta an præstentur spuriis iuxta dignitatem, seu necessitatem tantum.

SVMMARIVM.

1 *Coniectura desumpta ex lactatione,& educatione pueri probat filiationem, si tanquam filius tractetur, & educetur,nu.2.& 7.Intellige vt num.3.& 4.*
5 *Transmissio pueri ad baptismum, legitimatio & institutio inducit coniecturam filiationis, si tales actus fiant tanquam de filio.*
6 *Actus concernentes causam pietatis excludunt præsumptionem filiationis.*
8 *Actus de sui natura indifferens determinatur per denominationem.*
Perceptio distributionum quotidianarum est communis Canonico,& Capellano,si tamen percipiantur ab aliquo tanquam Canonico, constituitur quasi possessio canonicatus.
10 *Testi varius etiam in accessoriis non probat, si fuit iuratum dicere veritatem super tota causa.*
11 *Inuerisimilitudo detrahit fidei testis.*
12 *Testis nominans auctorem non idoneum non probat.*
13 *Testis de auditu nullam fidem facit, nu.33.*
14 *Exceptio famulatus excludit præsumptionem filiationis contra dominum.*
15 *De præterito siue in bonum, siue in malum, præsumimus in futurum, saltem ad transferendum onus probandi in aduersarium, etiam quod requireretur probatio temporis,nu.16.*
17 *Confessio in alio iudicio, & inter diuersas personas an probet contra tertium.*
18 *Tractatus sequens quando dicatur factus in executionem actus præcedentis.*
19 *Præsumptio vna tollit aliam.*
20 *Testes singulares non probant etiam in actu difficilis probationis, quando contra eos adsunt aliæ exceptiones, & num.21.*
22 *Probationes leuiores sufficiunt in materia alimentorum.*
23 *Probatio magis digna præualet minus digna.*
24 *Simplex nominatio filii an inducat præsumptionem filiationis,num.25.*
26 *Probatio conformis iuri communi est potentior, & contra eam requirantur efficacissimæ probationes, num. 28.& 29.*
27 *Viuere quis præsumitur vsque ad centum annos.*
30 *Depositio cadens in tempore infantiæ improbatur, nu.34.*
31 *Testes deponentes contra præsumptionem iuris non pro-*

bant, nisi sint tanta fidei, vt non adsit suspitio quod iurent falsum.

33 *Tempus quando dicatur virtualiter expressum.*

35 *Tempus est precise probandum, si est de substantia, & decisiuum quaestionis.*

36 *Depositio testium contraria nihil relenat.*

37 *Alimenta debentur filia spuria, & naturali ab heredibus patris. Intellige vt num. 38.*

39 *Alimenta praestātur iuxta facultates patrimonij, n. 41.*

40 *Constitutio dotis filia facta à patre non valet in praeiudicium creditorum.*

42 *Nonentis nulla sunt qualitates.*

43 *Testis vnicus non probat.*

44 *Super natio reddit testem inhabilem.*

45 *Actus voluntarius non trahendus ad necessarium. Declara vt nu. 46.*

47 *Tempus non est modus inducenda obligationis.*

48 *Solutio decennalis an inducat obligationem pro tempore futuro. Et quid in alimentis, nu. 49. 51. & 53.*

50 *Interpretatió plenior fit in testamentis, quàm in contractibus.*

52 *Declaratio* l. si certis annis, C. de pact. l. cum de in rem verso, ff. de vsur. *remissiuè.*

54 *Alimenta sunt praestanda in domo.*

55 *Legitimi sunt prius alendi, quam spurij, si facultates non suppetunt.*

56 *Spurij an sint alendi iuxta necessitatem tantum, vel etiam secundum dignitatem.*

57 *Vncia an detur naturali, & de requisitis, qua debet habere naturalis.*

58 *Filiatio probatur coniecturis.*

59 *Retentio mulieris in domo an sit coniectura sufficiens, vt natus ex ea dicatur filius eius, qui illam retinet, numero 60.*

61 *Negatiua probatur quando est coniectura cum affirmatiua.*

62 *Testibus duobus affirmantibus magis creditur, quàm mille negantibus.*

64 *Negatiua quando dicatur non coarctibilis.*

64 *Testes pauciores deponentes de bona fama praeferuntur pluribus, qui deponunt de mala.*

65 *Coitus soluti cum soluta dicitur sufficiens ad effectum habendi filios ex eo natos pro naturalibus.*

66 *Nati ex vulgari foemina sunt spurij, non naturales, & succedunt matri, non patri.*

67 *Actus baptismi pertinet ad parentem, & sustinetur illa professio in fide ipsorum.*

68 *Pater dicitur qui actus paternos gerit.*

69 *Heres est, qui facit actus hereditarios.*

70 *Educatio pueri, & praestatio alimentorum, & nominatio cum similibus actibus arguunt filiationem tam legitimam, quam illegitimam, num. 75. Intellige vt num. 74.*

71 *Legitimatio est vehementissima coniectura filiationis, & sola sufficit.*

72 *Dotatio puella, & maritatio faciunt praesumere filiationem, ita vt etiam satis sit tractatus de maritando.*

73 *Fama publica, quod quis sit filius alicuius facit praesumptionem filiationis.*

76 *Praesumptio filiationis resultans ex tractatu non sufficit ad obtinendum in petitorio. Contrarium n. 77.*

78 *Tractatus & nominatio filij praeiudicat illis, qui tractationi consenserunt, secus alijs, n. 79. & 80.*

CAPVT DLXII.

COniecturae multae adducuntur in decisione, ex quibus dicitur probata praetensa filiatio, Verum quia mandatum fuit iterum partem audiri, vt veritas magis appareat, & nulli grauamen inferatur, videtur concludendum non constare de
1 dicta filiatione, † Nam circa coniecturam, quae desumitur ex lactatione, & educatione nullus testis
deponit, quod puella fuerit lactata & educata tanquam filia, ita vt non probata in specie ista qualitate nunquam filiatio sit praesumenda, ita loquitur
Bald. qui in decisione ex aduerso allegatur *in l. non ignorat 9. n. 3. C. qui accusar. non poss.* & ita illum declarat *Ias. cons. 102. col. 3. post princ. vers. sexto facit. & ibid. ad fi. vers. non obstat dum dicebatur, lib. 4. Alex. cons. 74. n. 2. vers. sic etiam ponitur, lib. 2. Abb. in c. ex transmissa, in t. not ab & ibi etiam Butr. in princ. qui fil. sint legitim. Ruin. cons. 52. nu. 4. ad fin. lib. 5. Roland. cons. 96. n. 47. & 48. lib. 3. Mascard. concl. 789. nu. 38. vers. secundus casus, p. 2. Dec. cons. 54. in causa domini
2 Antonij, col. 2. post princ.* † Et cum ista distinctione
quod educetur vt filius loquuntur omnes Doctores, de quibus per Surd. ex aduerso adductum *cons. 1. n. 46. lib. 1. Paris. cons. 29. n. 9. lib. 2.*

Cum etiam per educationem, & tractatum tunc in-
3 ducatur talis coniectura filiationis, † quando essemus in iusta & legitima filiatione, non autem in illicita, prout est casus noster, ad excludendum delictum iuxta opinionem *Ang. cons. 191. super puncto videtur, col. 2. ad med. vers. & si dicatur num. 1. in fin.* quam dicit veriorem, & magis rationabilem *Ias. cons. 102. col. 2. in fin. vers. 4. pro eadem parte, & col. vlt. in fin. vers. praeterea per tractatum, lib. 4. Barbat. cons. 27. vers. & ex istis, lib. 2. Paris. cons. 10. num. 71.
4 lib. 2.* † Quamuis hoc non sit tutum, cum contrarium teneat *Bald. in l. 1. col. 12. ad med. n. 54. C. de his qui accus. non poss.* cum aliis per *Surd. cons. 1. nu. 46. post med. vers. & praedicta, lib. 1.*

Idem dicendum est de alia coniectura transmissionis pueri ad baptismum, quae debebat probari,
5 quod † fuerit facta non simpliciter de puero, sed
tanquam de filio, Exemplo legitimationis, institutionis, & similium *Socin. cons. 89. num. 4. lib. 1.* vbi quod huiusmodi tractationes debent esse tales, quae conueniant filio, & non alteri, vt emancipatio, & datio tutoris, quod etiam voluit *Alex. cons. 88. num. 11. lib. 7. Rimin. sen. consil. 289. num. 5. & 32.
6 libr. 2. Roland. consil. 96. num. 42. & 48. lib. 3.* † cum
talia concernant etiam actum pietatis, quae excludunt praesumptionem filiationis *Gozad. cons. 13. num. 17. Menoch. de arbitr. cas. 89. num. 76.* Et ad hoc vt actus similis tractationis praeiudicet, debet esse
7 talis, † qui duntaxat filio, & non alteri conueniat,
vt per *Socin. d. consil. 89. num. 4. lib. 1.* cum aliis per
8 *Mascard. conclus. 789. num. 38. ad med.* † Ideo actus
de sui natura indifferens determinatur per denominationem *Gloss. in l. pro herede, §. seruos, ff. de acquir. hered.* Prout de actu perceptionis distribu-
9 tionum quotidianarum, † qui licet sit communis
canonico, & capellano, tamen si percipiantur ab aliquo tanquam canonico, constituitur quasi possessio canonicatus *Innoc. in cap. ex parte 14. num. 6. de restit. spoliat. Socin. cons. 89. nu. 4. post med. vers. ergo patet, lib. 4.*

Quamuis neque in ista coniectura transmissionis ad baptismum sit faciendum aliquod fundamentum, cum illa non probetur stante singularitate Guidonis testis vnici, & illius varietate, dum iuxta 9. *vt in summ. num. 8.* deponit de baptismo, modò ab vno, modò ab alio, Ita vt ex hoc nulla

probatio

10 probatio resultet, † quamuis essemus in accesso-
ris cùm fuerit iuratum dicere veritatem super to-
ta causa, *Alexand.cons.44.nu.7.lib.2. Put.decis.28.*
num.2.part.3. Maximè quia alius testis aduersarij
iuxta 19. probat, quod D. Fabius tempore dicti
baptismi erat contumax curiæ Corneti, Vnde est
inuerisimilis depositio Guidonis, dum nititur pro-
bare requisitionem baptismi fuisse factam in pla-
tea dictæ ciuitatis ab illo, qui potius tanquam ban-
11 nitus ab ea debebat abesse, † quæ inuerisimilitu-
do detrahit fidei testis, *Aym.cons.61.num.9.& cons.*
298.nu.16. Adeo vt neque alij testes probent istam
12 requisitionem, † cum omnes sint de auditu Gui-
donis, qui magis excluduntur tanquam nominent
auctorem non idoneum, *Natt.cons.170.num.5. &*
cons.6.nu.67. & cons.112.nu.13. Quamuis sufficeret
13 exceptio † de audito, quæ tollit fidem testi *cap.li-*
cet quadam, de testib. Præsertim quando ab vno tan-
tum, non à pluribus audierunt, *Grat.cons.27.num.*
17.lib.2. Ruin.Iun.cons.120.nu.5.lib.2.

Nec facit alia coniectura desumpta ea concubinatu,
Cùm omnes testes inducti per D. Marcum vt *in*
summar.nu.1. plenè probent famulatum Vrsolinæ,
14 † per quam excluditur præsumptio filiationis con-
tra dominum *Bald. in l.filium definimus, in 1.lect.*
post med.versic.sed pone quidam puer natus est, num.
11. ff.de his qui sunt sui vel alien.iur. Dec. in cap.per
tuas, in princip.versic.& hoc intelligitur quando fuit,
de probat. Alciat.de præsumpt.reg.3.qu.37. Mascard.
concl.788.nu.33.

Quibus additur fama vitæ inhonestæ matris puellæ,
quæ probatur de tempore cohabitationis, seu fa-
mulatus, *vt in summar.num.3.iuxta* 19. cum aliis de
quibus in facto; Quamuis etiam sufficeret simplex
15 probatio, † cum de præterito siue in bonum, siue in
malum præsumamus in futurum saltem ad trans-
ferendum onus probandi in aduersarium, *Anchar.*
cons.63.in fin.Cardin. in clem.vnic.de homicid. & in
cap.si.post Gloss.ibi in verb.compotem.de success.ab in-
test.Euerard.loco argum.90.tempor.ad tempus, nu.8.
Ita vt licet requiratur certa, & determinata pro-
16 batio temporis pro forma, † tamen qualitas pro-
baretur inesse præsumptiuè illo tempore, proban-
do quod olim erat *Natt. consil.439.in fin. num.12.*
Mascard.concl.1351.in fin.nu.33.

Stante præsertim confessione ipsiusmet matris de
17 vita honesta, *vt in summar.num.4.* † quæ licet præ-
supponatur facta in alio iudicio, & inter diuersas
personas, tamen iuncta cum testibus de eadem
inhonestate deponentibus probarent contra ter-
tium, *Bald.in auth.hoc ius porrectum, C.de sacrosanct.*
eccles. Ruin.cons.142.nu.4.lib.1. Surd.decis.135.nu.5.
Quamuis verè neque dicta confessio sit inter di-
uersas personas, cum ipsamet mater veniat ad
causam contra D.Marcum, & per filiam huius-
modi acta sint producta, vnde ei quoque debet
nocere, *Decian.in cap.cùm venerabile, nu.22.de ex-*
ception.

Neque obstat alia coniectura collocationis puellæ
in Monasterium factæ per D.Marcum, cùm adsit
protestatio eiusdem, *vt in summar.nu.9.* ea qua col-
18 ligitur, † quod tractatus sequens non potest dici
factus in executionem colloquij cum fratre, qua-
tenus etiam de eo constaret, de quo tamen non
apparet, *l.at si quis, §.plerique, ff.de religios.& sumpt.*
funer.l.qui in aliena, §.celsus, de acquir hered. Rimin.
Sen.cons.289.num.18.vsque ad 22.libro 2. Alexand.in
specie cons.74.n.1.in fin.vers.sed quod prius, lib.2.

Minus obstat altera coniectura desumpta ea fide pa-
rochi, Quia est sine die, & anno, & facta ab eo qui
non est parochus, & ex alia fide proprij, & veri pa-
rochi, & confessoris D. Fabij apparet de contra-
19 rio, † ita vt præsumptio quæ prætenditur & colligi-
tur ex fide non veridica sit sublata per istam ve-
ram, & legitimam, *l.diuus, de restit.in integr. Aym.*
cons.149.nu.17.

Accedat, quod omnes testes partis aduersæ sunt sin-
20 gulares, qui non probant filiationem, † *Gabr.de*
testibus, conclus.2.num.15. Et quamuis simus in actu
difficilis probationis, Tamen singularitas testium
non admittitur, si adsint contra eos aliæ exce-
ptiones, prout ea facto constat multas adesse,
Grat.consil.59. in fin.num.43.lib.2. Marsill.sing.102.
num.12.Gabr.de testib.conclus.7.num.12. & 13. & in
casu, in quo admittuntur testes singulares, illi de-
21 bent esse valde digni, & deponere verisimilia, vt
in specie filiationis dicit *Rot.diuers. decis.238.num.*
13.part.1. Maximè quia hic non agitur de alimen-
22 tis, † in quibus sufficerent leuiores probationes,
Couarruu.de sponsal.part.2.cap.8 § 3.num.6. Stante
23 præsertim probatione facta per D.Marcum, † quæ
tanquam magis digna debet in concursu præua-
lere, *l.1.§.his cunabulis, de off.præfect.prætor. l.3.in*
princ.& l.ob carmen §.vltim.de testib. Bald.in l.testi-
um, nu.21.eod.tit. Decian.cons.342. in causa partus,
col.1.in fin.num.2.

Cætera quæ adducuntur de nominatione filiæ factæ
per D.Fabium, cum aliis de quibus *in summ.num.*
3. sunt sublata in facto, cùm præsertim non ap-
pareat, quod fuerit nominata filia, sed quod di-
24 ligebatur tanquam filia, licet neque simplex
nominatio probet filiationem, immo neque in-
ducat præsumptionem, per quam transferatur
aliquod onus probandi in contrarium, *Castr.in l.*
non epistolis, C.de probat. Aym.cons.249.numer.10.
Corn.cons.78.col.fin.lib.3. Paris.cons.29.num.96.lib.
2. Quia filiatio à natura prouenit, quam sola no-
minatio efficere non potest, quasi illa potius gra-
tia blandiendi, quàm veritatis inducendæ proferri
25 soleat, *l.nemo, §.1.de heredib.instituend.* † Et multa
requisita debent concurrere, vt talis nominatio in-
ducat filiationem, *Menoch.de arbitr.cas.89.num.*
79 cum seq.

Prædictis adduntur testes examinati per D. Mar-
cum, qui plenè probatur superuiuentiam matris
26 tempore natiuitatis & conceptionis puellæ, † qui-
bus magis est standum, tanquam sint conformes
dispositioni iuris communis, secundùm quod
præsumitur quis viuere vsque ad centum annos,
27 *Gloss.in l.2. §.si dubitetur, ff quemadmodum testam.*
aperiant. Dec.cons.575.in casu in quo in terra, nu.10.
Ita vt stante ista præsumptione efficaciores, & ma-
28 gis claræ, † immo apertissimæ probationes in
contrarium requirantur, *Abb.in c.quia inuerisimi-*
29 *le, in 2.dub.lib.2. Aym.cons.129.in fin.* † vbi etiam
quod in hoc caso debent esse tres testes idonei,
vel saltem duo excellentes, *Specul.de probat. § fin.*
Curt.Iun.cons.52.num.7. Decian.consil.154.in causa
falsitatis, col.6.in princip. & istis potius est standum,
quàm illis qui ea aduerso fuerunt examinati, *Aym.*
consil.73.num.41. Maximè quia patiantur multas
30 exceptiones, † & eorum depositio cadit in tem-
pore infantiæ, quod improbatur *Bart. in l.ad te-*
stium, §.1.de testament. Aret.in §.testes, instit.eod.tit.

Cur.Iun.conſ.52.n.6 Felin.in cap.cum nobis 14.col.4.
31 *in ſummu.9.de præſcriptionibus.*† Adeo vt neque credatur teſtibus deponentibus contra præſumptionem iuris, niſi ſint tales, & tantæ fidei, quod non adſit præſumptio vt debeant iurare falſum, *Alex. conſ.99.in fin.lib.3.Aym.conſ.129.in fin.* Et in ſpecie de probatione mortis, *Gabr.de præſumpt.concluſ.16. numer 9.*

Et quoniam iterum fuit oppoſitum, non ſufficienter conſtare de ſuperuiuentia Roſati mariti Vrſolinæ tempore conceptionis, & natiuitatis Septimiæ, Ideo fuit ſuper prædictis datum dubium, in quo dicebam concludendum eſſe affirmatiuè, quod fuerit probata talis ſuperuiuentia. Etenim teſtes probant cognouiſſe d. Roſatum vſque ad annum 1597.& ſemper illum permanſiſſe in ciuitate Corneti vnà cum eius vxore; de quo tempore erat iam nata Septimia,& quamuis vnus ex teſtibus non ex-
32 primat tempus præciſè, † tamen ſatis dicitur virtualiter expreſſiſſe, dum dicit Roſatum permanſiſſe in dicta ciuitate quouſque permanſit D. Fabius, per quæ verba denotatur continuatio, & extremitas temporis, *c.2.de capell.monachor. Bellon. conſ.11.nu.14.& 15.Bard.de tempor.vtil. vel.inutil.c. 19.nu.12.& 13.tom.5.fol.225.*

Nec faciunt teſtes exaduerſo examinati ſuper obitu Roſati, Quia non probant: primus enim eſt de au-
33 ditu à matre,quod ille deceſſerit, † ideo nullam fidem facit tanquam deponens per ſenſum alterius, & non per proprium, vt teneatur *cap.teſtis 9.qu.3. Natt.conſ.170.nu.1.* Maximè,quia deponit, quod erat nouem annorum,quando dictam mortem au-
34 diuit à matre,vnde nihil probat de his,† quæ etiam vidiſſet, nedum audiuiſſet in infantili ætate, *Bart. in l.ad teſtium, §.conditionem num.5. ff. teſtament. Curt.Iun.conſ.52.col.3.poſt med. verſ.quo caſu ſuccedit, num.6.* Prout etiam neque aliqua probatio poteſt colligi ex aliis teſtibus,nam licet conentur probare dictum obitum, tamen non recordantur de tempore, immo neque etiam de morte, niſi mater
35 in memoriam reduxiſſet, † cùm tamen tempus eſſet præciſè probandum, vt talis depoſitio valeret, tamquam hoc caſu tempus ſit de ſubſtantia, & deciſiuum quæſtionis, *Bald.in l.teſtium 14.in fin.nu. 23 C.de teſtibus, Gabr.eod.ti.concl.6.n.12. Alex.conſ. 136.perſpectis, n.4.lib.6.& conſ.156.viſo proceſſu, col. 4.in princ.n.12.lib.5.* Præſertim cùm omnes teſtes ſint ſibi contrarij tanquam aſſirment, quod non habent memoriam de rebus quindecim annorum, & tamen præſupponunt Roſatum obiiſſe iam ſunt
36 anni viginti ſeptem, † vnde eorum depoſitio eſt inuerisimilis & contraria, quæ nihil releuat *Aret. conſ.9.col.2.Aym.conſ.61.num.9. Bald.in l.ſcriptura, col.2.C.de fide inſtrum.*

Stantibus igitur prædictis non ſumus in aliquo caſu taxationis dotium, ſeu alimentorum, quæ exad-
37 uerſo petuntur, † Etenim quatenus etiam illa deberentur filiæ ſpuriæ, ſeu naturali ab hæredibus patris, *Abb.conſ.115. num.11. lib.2.cum aliis per Surd. de aliment.tit.1.quæſt.43.num.14. vſque ad 22.* Tamen ſunt præſtanda ab hærede, & ſucceſſore bonorum paternorum ex titulo lucratiuo, qualis
38 † non eſt D.Marcus, *Bald.conſ.258.nu.2.lib.1.Boer. deciſ.127.num.14. in fin.Roland.conſ.54.nu.66. lib.2. Couarru.de ſponſalib.part.2,cap.8.§.6.num.14.Surd. de aliment.tit.1.qu.50.num.1.in fin.* Cùm etiam non fuerit probatum aliquid extare de bonis patris, quo caſu non eſt locus alicui taxationi dotis, ſeu
39 alimentorum, † cùm illa debeantur ex facultatibus patrimonij, & iuxta illius vires, *l.filia, ff.de legat.3. l.cum poſt,§.gener.de iur.dot. Abb.conſil.115. col.1.in fin. lib.2.Surd.de aliment.tit.1.quæſt.10.num. 20.* Et quatenus per patrem dos eſſet conſtituta,
40 † Nihilominus talis conſtitutio non valeret in præiudicium creditorum, *Bald.in l.fin. colum.vltim.in princip. verſ.ſed quid ſi pater, num.10.Cod.de dot.promiſſ.* cùm dos non debeat conſtitui, niſi ſoluto ære alieno, *l.vlt. in princ.ff.de his quæ in fraud.creditor.* Et notat etiam *Roman.in l.1.ff.ſolut.matrim.Iaſ.in §.fuerat, num.116.inſtit.de actionib. Rebuff.de beneficiorum congr. portion.num.102.tom.*
41 *15.part.2.fol.245.* † Dos enim debet conſtitui ſecundum facultates, & qualitatem patrimonij vt dictum eſt, *l.quæro,ff.de iur.dot.* Vnde ſi illæ non adſunt, non poteſt cadere aliqua dotis conſtitutio,
42 quaſi non entis nullæ ſint qualitates, † *l.eius qui in prouincia, ff.ſi certum petatur.* Quo ſtante non eſt diſputandum ſuper depoſitione Valerij, per quem prætenditur probata dicta taxatio dotis, cum non potuerit taxari, & conſtitui dos in præiudicium
43 creditorum, vt dictum eſt, † Quamuis verè nihil probet dictus teſtis, tanquam vnicus, *l.iuriſiurandi, C.de teſtib.Alexand.conſ.152.nu.11. lib.7.* Et conſtat de eius ſubornatione, quæ reddit illum inhabi-
44 lem, † *cap.ſicut nobis, de teſtib. Ruin.conſil.146.numero 5.lib.5.*

Prout neque obſtat, quod taxatio dotis ſit facienda iuxta obligationem D. Marci de alendo aduerſariam in Monaſterio cùm illa obligatio fuerit temporalis ex pietate, & gratia, & cum proteſtatione, quæ reſeruauit ius proteſtantis, & à dicta obligatione idem D.Marcus fuit liberatus per duas ſen-
45 tentias conformes, & rectè, † cùm actus voluntarius non ſit trahendus ad neceſſarium, tanquam inter ſe multum differant *l.non quidquid, de iudic. Surd.conſ.98.nu.1. lib.1.& conſ.365.nu.3. lib.3.Natt. 504.num.2.* Maximè cum ſimus in actibus omni-
46 no voluntariis, † ad quos quis nullo iure cogebatur, tunc enim facta non vlterius æſtimantur, aut extenduntur, quam ex actus geſti neceſſitate inducatur, *l.Lucius, §.teſtator, de legat.2.l.tutari, C.de negot.geſt.l.2.C.de his qui ſpont.muner.publi.ſub. Me-*
47 *noch.de præſumpt.qu.131.num.24. & 25. lib.3.* † Cùm etiam tempus non ſit modus inducendæ obligationis, *l.obligationum, §.placet autem, de act.& oblig.* & ſolutio facta etiam per decem annos de per ſe non inducit obligationem pro futuro tempore,
48 † *l.ſi certis annis, C.de pact. l.cum de in rem verſo: vbi Bart.num.10.de vſur. Menoch.de præſumpt.q.131.nu. 56.lib.3. Surd.de alim.tit.8.priuil.22.num.1.& 2.* vbi
49 *num.22.vſque ad 26.* ampliat † ad alimenta debita ex contractu, in quibus neque triennalis præſtatio inducit obligationem in futurum, nec confirmat contractum, cum priuilegium alimentorum de perſeuerando in futurum ſolutionem, poſtquam quis illa præſtitit tribus annis continentis, habeat locum concurrentibus duobus, fauore ſcilicet alimentorum, & vltimæ voluntatis, quando videlicet quis præſtitiſſet tribus annis legatum alimentorum relictum in voluntate minus ſolemni, qui cogetur in futurum perſeuerare in ſolutione, cùm aliud ſit in contractu *Alexand.* qui de communi *in l.ſi certis annis, numero 3.& ibi Decian. num.7.Curt.Iun.num.4.in fin.C.de pact.cum aliis per*

Surd.

50 *Surd.dict priuileg.22. num.21.* † Cùm in testamentis semper fiat plenior interpretatio, quàm in contractibus, *cap. cum dilecti, de donationib. Dec.in l. in testamentis, num.5.ff.de regulis iuris.* Et quod hoc casu attendatur fauor alimentorum, & vltimæ vo-
51 luntatis † multis comprobat *Menoch.præsumpt.131. nu.5.lib.3.* vbi etiam quamplura adducit ad declarationem *dicta l.si certis annis 28.C.de pact.& l.cum*
52 *de in rem verso 6.de vsur.* † ad quarum legum materiam multa etiam apud *Vasqu.lib.2.controuers.illustr.cap.61.& 83.Corras.lib.3.miscellan.cap.15.Cornazar.decis.115. Magon.decis.Lucens.146.Theming. decis.33. Cost.de iur.& fact.ignor.distinct.43.centur.*
53 *1.*† quamuis in casu nostro hæc dicta sint ex abundanti, cùm sufficiat nos esse in mera, & gratuita donatione, & præstatione alimentorum, non ex aliqua causa obligatoria, & onerosa, non enim qui donat, non se amplius obligat ad donandum in futurum *Vasq.lib.2.controuers.illustr. cap.83. colum. 1.* Cùm etiam ex miseratione fuerint obligata per D.Marcum alimenta in domo, in qua cum minori impensa & incommodo possunt illa subministra-
54 ri, quam † in monasterio & extra domum, quod etiam de iure est faciendum, *Bart.in l.Caio, §.Imperator.ff.de aliment.& cibar.legat. Alex. cons.178. nu.5.lib.6. Bald.cons.484. num.1.lib.4. Menoch. de arbitrar.cas.168.nu.12.dixi supra cap. ..*

Præsertim quia considerandum est an facultates prius suppetant filiis legitimis, & naturalibus, quàm spuriis, cùm in concursu istorum sit habenda solùm
55 ratio legitimorum, exclusis aliis quando † vtrisque non sufficiunt introitus, vel si suppetunt angustissima alimenta sunt danda naturalibus *Cordubens. in l.si quis à liberis, §.idem rescripsit, num.59 ff.de liber.agnoscend. Surd.de aliment. tit.7.qu.12.num.16.*
56 † & quando spuriis præstentur alimenta iuxta necessitatem, & non dignitatem dixi *supra c.129 tom.*
57 *1.& in addit.quæ est in fin.d.tom.post repertor.*† Et de vncia debita naturali, *Surd.de alim.tit.7.qu.10.* Et de requisitis, quæ debet habere naturalis, *Rot.diuers.decis.254.p.2.*

Hæc omnia fuerunt discussa in huiusmodi causa *Romanæ prætensæ filiationis coram R.P.D. Pirouano de anno 1613.* & mandatum deueniri ad concordiam, prout factum fuit, Quibus addendum est, quod iuxta prædicta sunt intelligenda, quæ passim tra-
58 dunt Doctores circa filiationem, † quod ad illam probandam sufficiunt coniecturam tanquam illius probatio sit difficilis, *Gloss.in l.Lucius, in fin.de condition.& demonstrat. Innocent.in cap. Michael. ad med. vbi Hostiens. nu.9.de fil. presbyter. Anchar. cons.225.nu.6. Felin.in cap.per tuas, n.3. de probationib. Surd. cons.1.nu.38. Rot.coram R.P.D. Vbaldo. Romana de Iauellis, 13.Nouembris 1613.& decis.diuers.238.nu.2.p.1.*

Coniecturæ autem erunt releuantes, si probaretur retentio matris domi ad suum panem, & vinum,
59 ex qua † postea sit natus filius, cùm ex hac retentione præsumatur, quod sit illius, qui eam retinebat *Abb.in cap.transmissæ, nu.9 & 10.qui filij sint legit.Paris. consi.10.nu.33.cum seq.lib.2. Surd consil.1. n.44.Rota in dicta causa Romana de Iauellis, in princ.*
60 † Intelligendo dummodo testes probent non solùm quod alij non accesserint ad dictam mulierem sic domi retentam, sed etiam quod alij non potuissent venire, quin ipsi vidissent, tunc enim
61 probaretur negatiua † tanquam coniuncta cum affirmatiua, *Castrens. cons.93. alias 94. posito quod ista esset vnica, ante fin.versic.sed hæc non solùm negant, nu.2.lib.1. Felin.in cap.in nostra 35.num.5.de testibus, Ias.cons.81.col.penult. in fin. vers.secundo respondetur, lib.3. Ruin.cons.9. num.12.lib.2. cum aliis per Gabr.de testib. conclus.4. nu.8. vers.tertio limita.* Ita vt neque istis testibus esset credendum, si ex aduerso probaretur affirmatiua, quod alij accesserint ad eandem mulierem, & quod illa publicè, & palàm cum omnibus conuersabatur, & commer-
62 cium habebat, tunc enim magis crederetur duobus testibus affirmantibus, quàm mille negantibus, *Gloss.in l.diem proferre, §.si plures, ff.de arbitr. Alexand.cons.169. viso themate, ad fin.lib.5. Ias.in rubr. de iur.iurand.colum.4. Aym.cons.19.n.7.col.2.in fin. vers.quinimo fortissimè.* Maximè quia sumus in negatiua non coarctata, immo non facilè coarctabi-
63 li, † cum non sit actus momentaneus, qui statim posset videri, sed successiuus, quasi potuissent alij accedere absque eo, quod testes sciuerint, ideo minus tales testes probant, *Bartol.in l.actor, col.3. C.de probation. Ias.in l.1.col.4.ff.si quis ius dicent.non obtemper. Aym.cons.75.num.25.* Quamuis hoc non sit
64 tutum, nam in concursu probationum † magis probarent testes deponentes de bona fama etiam si essent pauciores, quàm illi qui de mala fama deponerent, licèt essent plures, *Dec.in cap.dilecti, nu. 61.de appellat.Gabr.de testib.concl.4.num.14. Hoied. de incompatibil.benefic.p.1.c.23. num.143. Rot.coram R.P.D. Sacrato. Segobien. habitus, 3.Iunij 1613. & coram R.P.D. Vbaldo. Romana de Iauellis, 13. Nouembris 1613.*

Immo quamuis coitus soluti cum soluta dicatur sufficiens ad effectum habendi filios ex eis natos pro
65 naturalibus, *Aym.cons.166.n.8.* Tamen si probetur publicum commercium matris meretricantis, tunc nati ex tali vulgari fœmina dicuntur spurij, non naturales, cùm non possint honestè demonstrare
66 patrem, & habeantur pro vulgo conceptis, † neque habeant lineam patris, nec sint de domo illius, nec ei vlla agnatione, aut cognatione coniungantur, nec possint prætendere successionem paternam, quidquid sit in materna, vt latè comprobat *Natt.cons.241. n.21.vsque ad 8.*

Alia etiam coniectura admittitur ad probandam filiationem, si puer fuerit transmissus ad baptismum,
67 † tanquam sit actus, qui ad parentem pertinet, cùm filius est infans, sustinetur enim illa professio in fide parentum, *cap.quaris, de consecrat.distinct.4. c. maiores: vbi Gloss.de baptism.* præcipuè quando patrini filios baptizandos offerunt de parentum consensu, & voluntate, vt per *Natt.consil.434. num.11.*
68 *& seq.* † Pater igitur dicitur qui actus paternos gerit, vt per *Bald. in dicta l. non ignorat, colum.1. C.de his qui accus.non poss.* sicuti hæres dicitur, qui
69 actus facit † hæreditarios, *l.gerit, ff.de acquirend. hæred.t.* vbi Doct. & in specie hanc coniecturam ponit *Beroald.cons.162. n.9.lib.2.* & sequitur *Surd. consil.1. num.45. lib 1.* quem approbat *Rot. coram R.P.D. Vbaldo. Romana de Iauellis, 15.Nouembris 1613.*

Confert etiam ad filiationem altera coniectura desumpta ex educatione, & consignatione pueri ad nutricem, & ex alimentis ei præstitis in domo, & traductione ad scholas, & nominatione vti filij,
70 cum similibus actibus, † quæ maximè arguunt filiationem tam legitimam, quàm illegitimam

Surd. latè conf. 1. nu. 46 post Bald. in cap. per tuas, nu.
5. & ibi Felin. col. vlt. versic. tertium est exemplum, nu.
17. de probat. Paris. cons. 10. num. 61. lib. 2. Rot. diuers.
decis. 138. nu. 6. cum seq. p. 1. & coram R P. D. Vbaldo,
Rom. de Ianellis 23. Nouem. 1623. vers. accedit secundo.
Legitimatio etiam facit vehementissimam coniectu-
ram filiationis, *Rot diuers. decis. 238. num. 10. part. 1.*
71 † vbi etiam quod ista sola sufficiet, *Paris. consil. 10.*
num. 67. lib. 2. Roland. cons. 96. nu. 47. lib. 3. & consil.
49. nu. 18. lib. 4. Surd. cons. 1. num. 49. Rot. in dicta cau-
sa Romana de Ianellis. vbi etiam consideratur do-
72 tatio puellæ, & maritatio, † ita vt etiam sufficiat
tractatus de maritando, vt *in dicta decis. diuers. 238.*
n. 6. Accedente præsertim voce publica, & fama
73 quod talis habebatur pro filia alicuius, † quæ mul-
tum facit ad probandum filiationem, *Dec. cons. 54.*
nu. 3. Surd. cons. 1. nu. 48. Rot. diuersor. decis. 238. num.
13. & decis. 661. part. 1.
Obseruandum est tamen, quod ea, quæ dicta sunt de
coniecturis educationis, baptismi, legitimationis,
74 cum similibus † habent locum dummodo concur-
rant qualitates, de quibus *supra num. 1. vsque ad 6.*
Prout etiam tractatus, & nominatio tanquam de
75 filia, licèt videantur sufficere etiam † in naturali-
bus, *Alexand. in leg. 1. § ad quæstionem, ff. de quæstio-*
nib. Bald. in l. vulgo, ff. de stat. homin: cum aliis per
Mascard. conclus. 789. num. 12. Nihilominus ista
76 præsumptio resultans ex tractatu † non est suffi-
ciens ad obtinendum in petitorio, *Bald. consil. 180.*
mortuo filio. num. 3. versic. præterea vbi agitur, lib. 3.
Ias. cons. 106. in fin. libro 1. Alciat. qui de communi
præsumpt. 38. nu. 8. regul. 3. post Bart. in l. non nudis, in
2. lect. Cod. de probat. Maximè quando ageretur de
auferendo hæreditatem alteri, quo casu minus at-
tenditur præsumptiua filiatio, *Corn. cons. 78. viso*
processu, colum. 3. vers. his non obstantibus, lib. 3. Socin.
Iun. cons. 86. col. 9. in fin. nu. 43. lib. 2.
Præterea, quatenus etiam tractatus sufficeret in peti-
torio, prout est verior opinio, iuxta latè tradita
77 † per *Menoch. de arbitr. cas. 89. num. 70. vsque ad 73.*
Aym. consil. 249. num. 2. Alexand. consil. 51. lib. 1. De-
cian. in cap. per tuas, num. 9. de probat. & cons. 54. nu.
3. Paris. consil. 10. num. 110. libr. 2. Albens. consil. 83.
num. 12. Mascard. conclus. 789. num 9. Card. Paleott.
de noth. & spur. cap. 22 num 5. Tamen intelligitur
contra patrem, matrem, & alios qui tractarunt,
& nominarunt, & tali tractationi, nominatio-
78 ni consenserunt, secus in præiudicium aliorum
venientium ab intestato, qui nón consenserunt,
Natt. consi. 473. num. 24 in princ. vers. in contrarium
videtur veritas: & ibid. in fin. vers. ad contraria di-
ci potest. Ias consi. 106. col. 1. post med. vers. 2. & ad-
huc notabilia, lib 1. Tiraquel. de retract. lign. § 1. gloss.
16. num. 3. Rebuff. de nominat. quæst. 1. num. 4. Mas-
79 *card. concl. 790. num. 7.* † Et ita intelligitur quod
dicunt Doctores, vt etiam patre vita functo, si
talis filius tractetur tanquam filius illius ex hoc di-
catur constitutus in quasi possessione filiationis
contra illos tractantes, vt latè declarat *Menoch.*
præsumpt. 53. num. 23. lib. 6. & de arbitr. cas. 89. num.
72. Cardin. Paleott. de noth. & spur. cap. 22. in fin. post
Aug. in l. liberorum, in princ. ff. de his qui not. infam.
80 † Cùm aliud sit contra eos, qui dictæ tractationi
non consenserunt, *Alex. consi. 25. in fin. num. 11. &*
12. lib. 4 quem ita intelligit *Menoch d. cas. 89. nu.*
71. & de veriori opinione testatur *idem Menoch*
præsumpt. 53. num. 23. lib. 6. contra *Petr. de fideicom-*
miss. q. 11. num. 318. Quibus additur *Alex. cons. 181.*
num. 7. & 8. lib. 7. Paris. consil. 19. num. 97. lib. 2. Natt.
consi. 59. num. 15. Bursat. cons. 89. nu. 9. lib. 1. Marca-
brun. consi. 15. num. 95. Cùm enim sit res inter alios
acta non debet alteri nocere, *l. circa, Cod. locat. l. si*
petitor, de iudic. l. quia, ff. de iur. iur. l. Claudius, ff. qui
pot. in pign. hab. cum aliis per Gloss. in l. 1. in verb. con-
uictitium, C. res inter alios acta.

EPITOME.

Vxor quando censeatur relicta potius vsufru-
ctuaria, quàm proprietaria. ¶ Et quid si fuerit reli-
ctus vsusfructus vxori cum filio an restringatur ad
alimenta. ¶ Semel hæres quo casu possit desinere
esse hæres. ¶ Legatum relictum alicui quandiu
permanserit in furore, an resoluatur si cesset furor,
& contingat illum decedere antequam efficiatur
sanæ mentis. ¶ Pro parte testatus, & pro parte in-
testatus an dicatur quis decedere dato cohærede,
seu substituto. ¶ Inuentarium an sit conficiendum
à die aditionis, seu scientiæ delatæ hæreditatis.
¶ Vxor si instituatur donec, vel si vitam vidualem
seruauerit, an possit adire nón præstita cautione
mutiana, & percipere fructus pro tempore, quo
erit vidua & casta. ¶ Et an istæ dictiones, *donec,*
quousque, quandiu, dum, si, quatenus, & similes, in-
ducant conditionem. ¶ Legatum conditionale,
seu purum resoluendum sub conditione an statim
acquiratur. ¶ Ratio administrationis quando sit
iterum reddenda per tutorem, non obstante libe-
ratione facta per minorem, etiam cum iuramento,
ac decreto Iudicis. ¶ Libro administratoris quo
casu standum sit, absque eo, quod partitæ verifi-
centur. ¶ Fructus dotales an debeantur vxori solu-
to matrimonio. ¶ Legatarius quando dicatur nu-
dus minister, & merus executor, seu mixtus, ita vt
commodum legati, quod superest deducto onere
ad eum pertineat, non ad hæredem. ¶ Et de variis
coniecturis cognoscendi an quis sit legatarius, seu
executor. ¶ Testator grauans legatarium restitue-
re legatum post tempus an videatur voluisse, quod
interim commodum percipiat ex legato. ¶ Exe-
cutor an possit dici procurator defuncti. ¶ Reli-
ctum in maiori summa, quam sit onus an faciat, vt
legatum sit factum intuitu oneris. ¶ Testator le-
gando census quo casu censeatur cogitasse de eo-
rum redemptione. ¶ Præsens status rei indicans
contingentiam de futuro an operetur, vt quis re-
spexerit ad id, quod euenire poterat. ¶ Deficien-
tibus executoribus testamentariis executio an spe-
ctet ad Ordinarium, seu ad Præsidem loci. ¶ Fa-
cultas administrandi an detur legatariis, seu execu-
toribus. ¶ Ordo intellectus, seu litteræ an sit at-
tendendus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum recta via transit in legatarium.*
2 *Coniectura desumpta ex testamento, declarans quan-*
do uxor censeatur relicta vsufructuaria, seu pro-
prietaria.
3 *Determinatio vna respiciens plura determinabilia de-*
bet pariformiter determinari.
4 *Vna & eadem res non debet diuerso iure censeri.*
5 *Copula coniungit æqualiter, & æque principaliter.*
6 *Paria sunt, quod quis instituatur cū Maio, vel Titius,*
& Maius,

& Meuius, & vtroque casu æqualis est diuisio.

7 *Vsusfructus relictus vxori cum filio non restringitur ad alimenta, vt num. 8.*

9 *Vxor instituta si vitam viduilem seruauerit non potest adire non præstita cautione mutiana, secus si instituatur donec illam seruet, nu. 12. limita vt nu. 24. & 25. & an debeat conficere inuentarium, num. 26.*

10 *Semel hæres numquam desinit esse hæres. Intellige vt numero 2 .*

11 *Dictiones, donec, quamdiu, quousque, dum, & similes an faciant conditionem, num. 14.*

13 *Vxor instituta, donec vitam viduilem seruauerit, licitè percipit fructus pro tẽpore, quo est vidua, & casta.*

15 *Legatum conditionale non acquiritur, nisi prius purificetur conditio, secus autem si sit purum, & resoluendum sub conditione, quod statim acquiritur.*

16 *Legatum factum mulieri donec & quamdiu in viduitate vixerit, sub duplici conditione resoluitur, & cùm legataria transierit ad secunda vota, & cùm obierit, nu. 17. Declara vt nu. 18. & 22.*

19 *Testator legans alicui quamdiu permanserit in furore videtur voluisse legatum resolui quando desierit esse furiosus, si autem contingat illum decedere antequam efficiatur sanæ mentis, non resoluitur, sed permanebit apud hæres decedentis in furore.*

21 *Non dicitur quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus dato cohærede, seu substituto. Et de ratione, num. 23.*

27 *Inuentarium debet confici à die aditionis, non à scientia delatæ hæreditatis, nu. 28. Distingue vt nu. 20.*

30 *Ratio administrationis est iterum reddenda per tutorem, non obstante liberatione iurata minoris, nisi exhibeantur libri, cautiones, instrumenta, & alia ad tutelam pertinentia, nu. 31. & 46.*

32 *Partitæ computorum sunt describendæ per tutorem in codice rationum, non in foliis, & cum appositione dies, mensis, & causæ.*

33 *Dies requiritur in scriptura priuata tutoris ex speciali priuilegio minorum.*

34 *In expensis magnis, & de quibus solent confici instrumenta, partitæ sunt verificandæ, & non statur libro administratoris.*

35 *Libris administratoris non creditur, si constat quod aliquæ partitæ sunt falsæ.*

36 *Liberatio dolosè extorta à minore non liberat tutorem, vt non teneatur iterum reddere rationem.*

37 *Auctoritas decreti Iudicis nihil operatur, nisi probetur læsio etiam per coniecturas, num. 38.*

39 *Fructus dotales non debentur matri non constito de interpellatione iuxta statutum Vrbis.*

40 *Mulier moram passa in restitutione dotis soluto matrimonio an iustè fructus percipiat, num. 41.*

42 *Mater dicitur in culpa, si non soluit sibi dotes quando administrat bona filij minoris, & priuatur alimentis, & vsuris dotalibus, nu. 43.*

44 *Decretum debet interponi causa cognita in redditione rationis tutoris cum electione peritorum, qui reuideant computa, & non statur assertioni minoris tanquam super negotio illius penitus ignoto, nu. 45.*

47 *Legatarius nudus minister, & merus executor nihil acquirit de eo, quod superest adimpleto onere per testatorem relicto, secus in mixto executore, num. 52.*

48 *Minister nudus, non legatarius dicitur, quando verba legati non conferuntur in eum, sed solùm verba executionis, num. 5.*

46 *Legatarius dicitur ille, cui relinquuntur pecuniæ, vt præstet alimenta alicui, secus si relinquantur alimenta Titio, quæ dentur ei per Seium de tali pecunia.*

50 *Testator grauans aliquem post tempus legatum restituere, videtur voluisse, quod interim commodum ex legato percipiat.*

53 *Merus executor quando dicatur legatarius, ita vt commodum legati post adimpletum onus spectet ad hæredes non ad eum, & an attendatur, quod quis fuerit vocatus legatarius, num. 75. Et quid si non fuerit dispositum de residuo, num. 77.*

45 *Onera si præcedunt legatum, & offeratur ratio relicti per viam modi, faciunt merum executorem non mixtum, nu. 56. & de exemplo, nu. 55. 57. & 72. Amplia vt num. 64.*

58 *Verba, prò hoc, importans modum.*

59 *Executores testamentarij nullum commodum percipiunt.*

60 *Coniectura quando aliquid spectet tanquam ad hæredem, seu tanquam executorem.*

16 *Facultas administrandi non datur legatariis, sed executoribus.*

62 *Dictio, item, est continuatiua ad priores dispositiones.*

63 *Ordo intellectus, non littera est attendendus.*

65 *Merus executor an dicatur non solùm quando momento temporis expediendum est illud, quod ei iniungitur, sed etiam quando onus adimplendum requirit tractum temporis, & nu. 71.*

66 *Natura mandati non est, quod agatur res momentanea, non tamen procurator tenetur de suo.*

67 *Merus executor est quasi quidam procurator defuncti.*

68 *Natura executoris mixti qualis sit.*

69 *Intellectus* l. Lucius Titius, § à te peto, de legat. 2. *& num. 70.*

73 *Exempla non restringunt regulam.*

76 *Defunctis executoribus testamentariis executio spectat ad ordinarium quo ad legata pia, circa vero legata prophana, vel ad eumdem Ordinarium, vel ad Præsidem loci.*

78 *Facultas, quæ in consequentiam datur, non debet alterare priorem dispositionem.*

79 *Relictum in maiori summa quàm sit onus, facit vt legatum non censeatur factum intuitu oneris.*

80 *Testator quo casu præsumatur legando censu cogitasse de eorum redemptione, & nu. 81.*

81 *Præsens status rei, quando indicat contingentiam de futuro, facit vt censendum sit, quem respexisse ad id, quod euenire poterat.*

CAPVT DLXIII.

FVit instituta hæres vniuersalis vxor, donec casta & honesta vixerit, ac vitam viduilem seruauerit, & legata, ac dotem non petierit, ex quibus verbis dicebatur, quod talis institutio fuit subrogata in locum legatorum tam dotis, quàm bonorum, quæ prius idem testator eidem vxori reliquit,
1 † vnde quemadmodũ illa transeunt in dominium legatarij, *l. à Titio, ff. de furt.* Ita etiã dicendum est, quod dicta hæreditas subrogata ex mente testatoris transiuerit in dominium ipsius hæredis, adeo vt debeat esse proprietaria, non autem vsufructuaria, durante eius vita, cùm in similibus materiis, quando vxor sit relicta vsufructuaria, seu alimen-
2 taria, † seu proprietaria standum sit coniecturis, quæ ex testamento colliguntur, *l. proculus, de vsufr.*

Ruin.consil.39.num.3.lib.2. Cardin.Mantic.de coniectur. vltim. volunt. lib.9.tit.7.num.20.ad med. & lib.9.tit.5.num.11.& 12.

Et magis censetur vxor proprietaria, quia in casu nostro illa fuit instituta vnà cum filiis, vnde quemadmodum respectu filiorum institutio est in proprietate, ita etiam debet esse respectu vxoris, cum
3 † vna determinatio respiciens plura determinabilia debeat parifotmiter determinari, l. nam hoc iure, de vulg.& pupill.l.in testamento, C.de testam.mi-
4 lit. † Præsertim quia vna & eadem res non debet diuerso iure censeri, l.eum qui ades, ff.de vsucap. Et
5 istæ copulæ coniungunt æqualiter, † l.vnica, §.his ita, C.de caduc.tollend. Natt.consf.582.nu.19. Immò æquè principaliter Gloss.in cap.querelam, de simon.
6 Felin.in cap.quanto, il 1. de iudic. † Et paria sunt si instituatur Titius cum Mæuio, vel Titius & Mæuius, & vtroque casu æqualis est diuisio, l.Titia tutori, §.nihil differt, de legat.1.l.si quis Titio, in fin. ff.de vsufruct. accrescend.l.illi cum Titio, ff eod.tit.

Quare etiam videmus, quod si vxori relinquatur vsusfructus cum filio, non restringetur ad alimen-
7 ra, † sed sicut filius erit vsufructuarius, sic quoque erit vxor, ne diuerso iure tales simul instituti censeantur, quidquid aliàs deberet fieri restrictio ad alimenta tantùm, Natt.consf.297.in princ.Caualcan. de vsufruct.num.54.Castrens.consf.218.lib.1.Alexand. consi.56.num.2.lib.3. & ista est verior opinio, quidquid alij contrarium sentiant vt latè comprobat Surd.de alim.tit.2.quæst.25.num.204. vsque ad 213.
8 † & ita etiam quod vxor debeat habere vsumfructum quo ad suam portionem declarat idem Surd. d.tit.20.q.25.num.81.vsque ad 84. vbi etiam aduertit quod Gozal. & Rol. in quo se fundant Gabr. & Mantic. hoc dicunt, immo Gozad. tenet contrarium, vt in consf.80.num.1.cum seq.

Ex quibus tollitur prætensio de cautione præstanda per mulierem, cùm ad illam non teneatur, non
9 † enim testator apposuit dictionem conditionalem, & continuatiuam, quando videlicet instituisset vxorem, si vitam vidualem seruauerit, tunc enim non posset hæreditas adiri non præstita cantione mutiana iuxta auth. cui rel.ctum, C. de indict. viduit. tollend. sed testator instituit vxorem hæredem apponendo dictiones distributiuas, cum dixerit, Quandiu, seu donec vitam viduilem seruauerit, tuuc enim est quæsita hæreditas mulieri per aditionem hæreditatis, & firmiter ad eam permanebit sublato temporis vitio, cùm hæreditas
10 non possit dari ad diem incertum, † & qui semel est hæres nunquam desinit esse hæres, l.hæreditas ex die, ff.de hæredib.instit.& l.etsi sine, §.sed Papinianus, ff.de minoribus. Istæ enim dictiones, donec, quan-
11 diu, quousque, dum, & similes, † licèt faciant conditionem, l.qui concubinam, §.vxori, ff.de legat.3. l.pater seuerinam, in fin.de condit.& demonst. Tamen principaliter denotant tempus, secundario conditionem, Bart. in l penul. de excus. tutor. Card. in clem.2.§.2.de ætat.& quali. vbi, quod huiusmodi dictiones sunt limitatiuæ temporis, Bart.in l.ambiguitatem, C.de vsufruct. cum aliis per Surd. consf.
12 439.nu.9.& 10.lib.3. Dec. consf.107.nu.19.lib.3. † & ita in specie quod non requiratur cautio concludit Cin.in l.vltim.ante fin. C.de indict.viduit.tollend. vbi quod per istas dictiones donec, & quamdiu, statim capitur purè, & cùm desiit castè viuere non amplius capiet, & sic non habet locum auth. cui relictum, C.de indict.viduit.tollend. vbi requiritur cautio, quia pro tempore præterito debet restituere quod accepit; & sequitur etiam Sim.de Pret.de interpret.vltim.volunt. lib.5.dubit.1.interpretat.2.n.51. fol.502. & latè comprobat Natt.consf.459. num.14.
13 vsque ad 18. † & passim vxor licitè percipit fructus pro tempore quo est vidua & casta, cùm hoc importent istæ dictiones, donec & quamdiu, Aym. consf.300.nu.5. Paris.consf.95.nu.47.vsque ad 56. lib. 2. latè Caualcan.de vsufruct.nu.115.Castrens.in l.fin. num.2.C.de indict.viduit.tollend. vbi si fuit relicta possessio, restituet eam, sed non fructus, cùm illos acquisiuerit pro tempore præterito, quamuis non possit petere pro tempore futuro, postquam nup-
14 sit Alex.consf.28.col.1.lib.4. † Cùm etiam ista verba, donec, & similia, præsupponant relictum ab initio esse purum, sed ipso iure resolui eueniente casu, quo ista non castè viueret, quasi contineant
15 conditionem resolutiuam, † & aliud est esse legatum conditionale, aliud autem esse purum, & resoluendum ex euentu alicuius conditionis, cùm secundum statim acquiratur, non autem primum, nisi prius conditio purificetur, Baroald. consil.29. num.21.lib.2.

Ista videntur multum facere ad fauorem vxoris; sed non sunt adeò tuta, vt possit super eius fundari aliquod certum ius, Cum potius videatur dicendum, quod in illa non sit proprietaria, prout in specie concludit Castrens.consf.451.legatum istius do-
16 mus, in princ.lib.1. † vbi, quod si testator legat per hæc verba, tantùm quantum viueret in vita viduili, vel tamdiu, quamdiu, aut donec, cum similibus dictionibus, tunc sub duplici conditione legatum resoluitur, scilicet si legataria transiret ad secunda vota, item & cùm moreretur, hæc enim duo videtur voluisse testator, videlicet cùm desineret legataria viuere in vita viduili, vel cùm desineret viuere simpliciter, argumento l.celsus, in princip.ff.de ar-
17 bitr.cap.cũ dilecti, de dolo & contumac. † Tunc ergo sine dubio per mortem mulieris rediret legatum ad hæredes viri, quamuis mulier ad secunda vota non migrasset, l.vlt.C.de lega.l.Titia, §.fin.ff.de leg. 2.Cùm aliud esset, si de vita mulieris non fecisset mentionem, puta si dixisset tantùm, quantum se
18 abstinuerit conuolare ad secundas nuptias, † tunc enim legatum non resolueretur, nisi sub vna conditione, scilicet si transiuerit ad secunda vota, adeo vt voluerit durare legatum, si ad illa non transiuerit, & per consequens tunc illud perpetuò remanebit penes hæredes mulieris sine spe, vel timore resolutionis, non secus ac si mulier in vita sua facta esset professa, & religiosa, nam post mortem tunc censetur permanere in eo statu, in quo erat tempore mortis. Hactenus Castrens. quem etiam sequitur Simon. de Pret. de interpret. vltim volunt.lib.4.dub.10.num.93.fol.417.

Et facit text.in l.ambiguitatem.C.de vsufruct. vbi si testator legat aliquid Titio, quamdiu permanserit
19 in furore, † videtur voluisse legatum resolui quando desierit esse furiosus; si autem contingeret illum decedere, antequam efficiatur sanæ mentis, legatum non resoluitur, quamuis enim non videatur permanere in furore, quando mortuus est, cùm in mortuo non cadat furor, tamen iuris fictione censetur esse in eo statu, in quo obiit, ideo legatum remanebit ad hæredes decedentis in furore, quod etiam probatur in l.sufficiat, de condict. indeb.

adebit. & in proposito etiam hoc de furore notat *Castr.ad cons.451.ante fin.lib.1.*

Nec obeiit, quod *Castr.* loquatur in legato, quod est diuersum ab institutione hæredis, quæ non potest dari ad tempus, cum semel hæres numquam de-
20 sinat esse hæres, vt supra dictum est, Quia † hoc procederet quando mulier esset sola instituta hæres, & ei nullus fuisset datus cohæres, seu substitutus, tunc enim rõiceretur vitium temporis, & perpetuò hæreditas ad illam remaneret, Aliud est in casu nostro, in quo testator instituit hæredes, filios, & vxorem donec castè vixerit, & vitam vidualem
21 seruauerit, tunc † enim dato cohærede, seu substituto, non potest dici, quod idem testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, & per
22 consequens, si deficit conditio, † resoluitur institutio, & mulier perdit hæreditatem, vt in terminis latè comprobat *Natt.cons.459.n.11.vsque ad 18.post Bald.Ang.& Imol.in l.hæreditas ex die,ff.de hæredib. instit.Aret.in §.heres,instit.eod.ti.Alex.cons.111.viso*
23 *themate, lib.2.* † Nam per dationem, & aditionem, cohæredis confirmantur tales institutiones in diem *Grass.* qui de communi *in §.institutio, qua.24.nu.2. ad fin. Alex.& alij in l.extraneum, la 1. C.de hæredib. instit.Gomes.var.resol.tom.1.cap.2.nu.9.*

Ex prædictis etiam sequitur, quod erit præstanda cautio, quia ista verba, donec, & similia, resoluuntur
24 in conditionem, † quando sumus in institutione hæredis tanquam simus in actu vnico & perpetuo, qui non potest esse annuus, neque ad diem, prout sunt legata, & præstationes annuæ in quibus dicta verba imponant potius modum, prout ita inter legata, & institutiones distinguit *Bald.in l. fin nu.3.col.1.vers.quæritur quid si testator: & ibi Salic.n.4.vers.quæro an prædicta, C.de indict.vidait.tol-*
25 *lend.* vbi etiam quod ea hoc requireretur cautio, & sequitur *Ruin.cons.170.n.7.lib.3. Angel.de testam. glos.46.nu.8.Costa in l.cum tale, §.si arbitratu, limit. 9 in princ.ff.de condit.& demonstrat.* Et quidquid alij sentiant ista opinio est verior, vt multis comprobatur *dec. March.3.per tot.* & ita etiam seruat *Rot.coram Card.Lancellot. Anconitana fideicommissi 1598.*
26 prout etiam dixi *in addit.ad dict.decis.3.in fin.* † Et vltra dictam cautionem erit etiam faciendum inuentarium, prout latè concludit *Paris.cons.45.nu. 60.vsque ad 66.lib.2*

Circa secundum dubium verius est, quod non sit admittenda opinio eorum, qui volunt, quod inuentarium debeat inchoari infra triginta dies à
27 die † scientiæ hæredis sibi fuisse delatam hæreditatem, Nam quamuis *in l.fin.§.sin autem dubius, C. de iur.deliber.* videatur dispositi, quod ad hunc effectum terminus debeat incipere à die, qua hæres nouit aperturam tabularum, vel in casu successionis ab intestato à die, qua sciuit hæreditatem ad se delatam, Tamen secundum communem opinionem ille reatus suppletur per *§. sin vero postquam, in dict.l fin.* vbi requiritur quod sit adita hæreditas, antequam inuentarium fiat, & sic dies incipient currere non à die scientiæ delatæ hæredi-
28 tatis, sed à die aditionis, † quia prius aditur, & postea inuentarium conficitur, ergo post aditionem hæreditatis incipit tempus conficiendi inuentarium, *Gloss.in dict.§.sin autem dubius, in verb. delatam, in princ.* quam ibi approbant *Bart. Bald. Angel.Alexand.& alij communiter.Idem Bart.in §.si enim,nu.5.auth.de hæredib.& falcid.& in l.3.§.si quis hæres, ff.de stat.liber.Decian.* qui de magis communi, & æquissima sententia, ac obseruantia testatur *consil.633.consului superioribus, num.2. Roman cons. 84.circa id, num.5.vbi Mandos.in verb.adita, in fin.* testatur de magis communi *Cuman.cons.129 & cons. 73.num.3.Guid Pap.qu.571.nu.5. Ang.de testam.glos. 102.col.2. vers.& debet dictum inuentarium: Castr. cons.292.circa primum dubium, col.3.in 3.dub.lib.5. Aym.cons.1.pro genero,num.497 Corn.cons.165.circa primum, nu.40.lib.2. Abb.cons.73.lib.2.Roland.cons. 73.nu.16.lib.2.* Cæteros consultò omitto, quia non
29 est opus in re clara alios adducere, † & contraria procedunt, quando per malitiam, seu dolum protraheretur aditio, vt latè comprobat *Roland. cons.73.numer.34. vsque ad 36. lib.2.* Quare etiam dant cautela, vt creditores faciant assignari hæredi tempus adeundi, ne diutius aditio differatur, vt notat *Vital. Gambar.de claus. vers. nil nouari in-uentar.confectione pendent.num.5 ad med.fol.109.per text.in l.si quis instituatur, ff.de hæredib. instituend.* & prius huc voluit *Cin.in l.vlt.in princ.num.1.in fin. versic. sed potest dici quod huic machinationi, C.de iur.deliber.*

Quo vero ad rationem administrationis de qua in tertio dubio dixi iterum esse reddendam, non obstante liberatione iurata facta per Minorem ad
30 fauorem tutoris, † Etenim, vt talis liberatio iuuet, non sufficit confessio, sed requiritur factum exhibendo, & tradendo volumina, cautiones, instrumenta, inuentarium, & alia ad tutelam pertinentia, offerendo actualiter rationes legendas, percunctandas, & dispungendas, non confusè, & in folle, sed explicitè, & distinctè, & quidquid reliquum fuerit exoluendo, quæ omnia si non concurrant, non dicitur administrator bonam, perfectam, & rectam rationem reddidisse, vnde merito iterum poterit conueniri, *l.cum seruus 81.de condit. & demonstrat. Anchar.Socin. Ruin.Paris.& alij,* de quibus latè *Ruin. Iun.consil.338.numer.31.cum seq. libr 3.Roland.cons.49.num.37. vsque ad 61.lib.1.Gutter.de contract.iurat.part.1.qu.40.nu.7.vsque ad 26.*
31 vbi respondendo omnibus, † concludendo etiam non obstare iuramentum, *Munnoz.de ratiocin. administrat.c.2.num.25. & c 40.num.6. vsque ad 18. Rot.coram R.P.D.Pona. Bononien.redditionis rationis, 15.Iunij 1606.*

Neque obstant computa, quæ prætenduntur exhibita coram Iudice in ipso actu liberationis factæ per minorem in quibusdam foliis, ex quibus dici-
32 tur satisfactum traditioni scripturarum. † Quia talis exhibitio non sufficit, cum particæ sint sine die, & mense, in confuso, & in folle, non explicitè, vt requiritur, neque sunt describendæ in foliis, sed in codice rationum cum appositione diei, & mensis, & causæ, cum aliis requisitis, de quibus per *Bart.cons.150. cum prædicta.in fin.num 9. libro 1. Aym.de antiq.tempor.§.quarto limitatur,n.45.& 46.*
33 vbi, quod hic est casus specialis, † in quo dies requiritur in scriptura priuata, cum aliàs nihil probaret pro administratore ad eius fauorem, licèt secus contra eum, *Gozad.cons.17.num.10. Menoch. de arbitr.cas.508.num.10.* Præsertim quia erant ex-
34 hibendæ verificationes partitarum, † quasi in magnis expensis non fieri simpliciter libro administratoris, maxime cum in casu nostro adsint multæ expensæ, de quibus solent fieri instrumenta, tunc enim minus probat codex rationum;

quamuis etiam adfuisset iuramentum administra-
toris, Bald. in l. id quod pauperibus 24. ad fin. versic.
secundo quæro vtrum ista, num. 40. & in l. nulli, col.
3. in fin. vers. sed verius est quod tunc statur, num. 11.
ad med. C. de episc. & cleric. Calcan. cons. 94. col. 1.
vers. quantum vero ad secundum, Alex. cons. 217. col.
3. post med. versic. quod est verum, nu. 8. lib. 7. & circa
prædicta laté Aym. de antiq. tempor. § 4. limitatur n.
27. cum seq. fol. 92.
Quæ sine difficultate procedunt in casu de quo agi-
mus, nam constat de multis partitis, quæ tam-
quam à veritate discrepantes malè fuerunt positæ
ad debitum minoris in graue illius præiudicium,
prout sunt illæ solutæ occasione censuum, cum
35 aliis de quibus in facto, † Ita vt ex hoc colligatur
in nihilo talibus libris esse credendum, Menoch. de
arbitr. cas. 91. num. 20. per text. in l. si quis ex argenta-
riis, §. 1. de edend. Ias. Salicet. & alij, de quibus per
Munnoz. de ratiocin. administrat. cap. 12. numer. 21.
Adeo vt ex istis magis appareat redditionem ra-
36 tionis non rectè fuisse factam, † & per consequens
liberationem dolosè extortam, & non attenden-
dam, Roland. cons. 49 num. 57. & 58. lib. 1. Socin. cons.
259. colum 4. post med. vers. ex quibus satis constabit,
num. 17. lib. 2.
Neque obstat decretum Iudicis, & interuentus con-
sanguineorum, ex quibus prætenditur omnem
37 dolum adfuisse. † Quia cum in casu nostro verè
constet de læsione, nihil facit auctoritas decreti,
Castrens. cons. 134 n. 2. vers. nec obstat, lib 1. Ruin. cons.
98. nu. 24. in fin. lib. 1. Honded. cons. 29. nu 52. & cons.
32. num. 52. lib. 1. Cephal. cons. 344. num. 31. lib. 3. Quod
38 † non solum intelligitur per probationes apertas,
sed etiam per alias coniecturas, & præsumptiones,
Specul. de empt. & vendit. §. nunc videndum, vers. &
breuiter. Menoch. præsumpt. 75. n 32. & 33. lib. 2. Pan-
tal. Crem. in l. 2. nu. 106. C. de rescind. vendit.
Accedat solutio scutorum 75. per singulos sexdecim
39 annos facta matri pro fructibus dotis, † qui nul-
lo modo debebantur, cum non constet de aliqua
interpellatione iudiciali, iuxta formam statuti, lib.
1. cap. 137. Rot. coram R. P. D. Penia Romana fructuum
dotis, 12. Iunij 1606. Ita vt ex hoc minor censeatur
enormiter læsus, & magis liberatio tutoris sit nul-
la, tamquam fuerit soluta magna summa pecunia-
rum, quæ non debebat per tutorem aliquo modo
40 solui, † cum non sit soluendum aliquid mulieri
moram passæ in restitutione dotis soluto matri-
monio, Ancharr. cons. 150. col. 2. ad med. num 4. Ruin.
cons. 49. nu. 14. lib. 2. Castrens. in l. diuortio. in princip.
nu. 6. ad fin. ff solut. matrim. Afflict. decis. 284. num. 1.
& ibi latè Vrsill. num. 6. Roland. cons 55. num. 18. lib. 2.
41 cum aliis per Honded. cons. 36. num. 8 lib. 2. † & satis
est, quod illi succurratur probando requisita ne-
cessaria tam quo ad lucrum, quàm quo ad dam-
num spectantia, de quibus per Castr. in l. 3. ff. de eo
quod cert. loc. Aym. cons. 310. nu. 6. Quæ etiam in casu
dotis sunt probanda, Ruin. cons. 104. num. 7. lib. 4.
Aym. in dict. l. diuortio, nu. 15. ff. solut. matrim. Barbos.
in l. 2. in princip. 1. num. 48. ff. eod. tit. Bolognet. cons. 14.
nu. 2. Aym. cons. 912. num. 11.
Maximè, quia mulier dicitur in culpa, si suum credi-
42 tum sibi non soluit, † Aret. in §. actionum, quæst. 27.
num. 46. instit. de action. Bald. cons. 86. punctus, in fin.
lib. 2. Plot. de in lit. iur. §. 11. num. 34. Surd. de aliment.
tit 3. quæst 7. num. 17. Ita vt neque possit consequi
alimenta nec vsuras dotis, si tutrix eorum qui de-
43 bent dotem soluere † non curauit durante tem-
pore administrationis illam exigere, l. quoties 10. §.
sicut autem, ff. de administr. & peric. tutor. Gloss. in l. di-
uortio 37. §. illum autem, in verb possit, in ff. de neg. gest.
Socin. cons. 110. diligenter, col. 3. post med. in 2. dub. n. 5.
li. 1. prout idem est in aliis administratoribus, Ruin.
cons. 45. n. 5. lib. 5. Rim. Iun cons. 52. n. 64. lib. 1.
Ex prædictis colligitur, quod appareat de læsione Mi-
noris, ita vt nulla consideratio sit habenda decre-
44 ti, † quod minus debebat interponi præcipitan-
ter, & non visis, & consideratis omnibus partitis,
eligendo peritos, & similes, in quibus talis cogni-
tio cadere posset, cùm aliàs assertio minoris nihil
operetur tamquam facta super negotio ipsi peni-
tus incognito, & per consequens non fuit tutor
liberatus ex tali assertione, Rimin. Iun. cons. 338. nu.
39. lib. 3. Anchar. cons. 334 col. 3. Socin. consil. 92. col. 3.
Cum præsertim eadem facilitate, qua mulier mi-
45 nor fuit inducta ad reddendum computa, † &
rationes non rectè calculatas, & dolosas, illa ea-
dem facilitate fuit inducta ad faciendum dictas
confessiones, assertiones & liberationes, l. doli, §.
diuersum, ff. de nouation. & in proposito notat Paris.
cons. 89. nu. 52. in fin, lib. 1.
Cætera sunt sublata ex facto, ex quo clarè apparet
vltra prædicta non posse dici redditam rationem
huiusmodi administrationis, & quidem si ita per
tutores ratio redderetur, pupilli nihil, aut parum
46 haberent, † Ideò meritò leges illorum indemni-
tati prouidendo plenam, & perfectam dispunctio-
nem fieri mandarunt, vt in l. cum seruus ff. de condit.
& demonstrat. Nulla habita consideratione iura-
menti, quod in hoc nihil operabitur, vt per Rimin.
Iun. & cæteros supra adductos. Gutier. de contract. iu-
rat. part. 1. cap. 40. num. 7. vsque ad 26. cum aliis per
Munnoz. de ratiocin. administr. c. 40. nu. 14. vbi res-
pondet ad Bald. in auth. sacramenta puberum, nu. 14.
C. si aduers. vendit.

* Adde supr. ad cap. 144.

Quartum * dubium de legato per testatorem facto
cum onere adimplendi voluntatem ipsius circa
ea, de quibus testamento, an illud quod superest
post adimplementum spectat ad legatarium seu
47 ad † hæredem, verior est conclusio, quod perti-
neat ad hæredem, quia licet testator nominauerit
legatarium, Tamen non est facienda vis in ista no-
minatione, sed in ipsa dispositione, ex qua colli-
gitur, quod testator voluit illum esse nudum mi-
nistrum, & merum executorem, non autem mix-
tum, quo casu illud, quod superest adimpleta vo-
luntate testatoris datur hæredi, non autem tali le-
gatario, l. pecunia, de aliment. & cibar. legat. Bald. in l.
1. §. in primo, n. 6 C. de caduc. tollend. Castr. in l. Lucius,
§. hæredem, ff. ad Trebell. Roman. cons. 227. pro plena,
num. 11. in fin. Bero. quæst. 86. num. 1. cum seq. Capr. de
execut. vlt. volunt. 4. memb. nu. 6. & 7. Iacob. a Canib.
eod. tract. p. 3. in princ.
Quod autem simus in mero executore patet, quia
verba legati non conferuntur in eum, cui fuit o-
48 nus demandatum, † quamuis vocatus fuerit le-
gatarius, sed tantum fuerunt collata verba exe-
cutionis, quo casu sumus in nudo ministro, non
autem in legatario, seu mixto executore, Bartol. in
l. pecunia 8. num. 1. ff. de aliment. & cibar. legat. vbi de
exemplum de testatore, qui legauit Titio decem,
vt præster alimenta, vel grauetur onere fideicom-
49 missi, † tunc enim talis diceretur legatarius, secus si
dicatur

dicatur, relinquo alimenta libertis meis, quæ volo eis dari per Seium de tali pecunia, nam hoc casu isto erit electus nudus minister, cum verba executoris in eum sint collata, *Beroald. q. 86. nu. 2.*

Contraria autem non obstant, Quia loquuntur quando testator simpliciter grauasset aliquem

50 ad tempus legatum restituere, † tunc enim videtur interim voluisse, quod ex dicto legato commodum sentiat, & percipiat *Bart. in l. si quis lirio, ff. de legat. 2. Bero. quæst. 86. nu. 2. ad mod. Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 32. num. 10.* Et ita etiam procedunt,

51 quæ dixi *supra cap. 446.* † vbi clarè apparet, quod testator voluit commodum legati, quod superest esse legatarij, cum expressè fuerint in eum collata verba dispositiua, quæ faciunt vt excludatur nudum ministerium, *Bart. in l. pecunia, 8. ff. de alim. & cibar. legat.* Neque in hoc amplius erit immorandum, cum latius fuerint hæc omnia tractata *supra dict. cap. 446.* vbi etiam fuit posita *decis. Rot. coram Card. Ludouisio. Romana census viginti millium, 24. Februar. 1612.* quæ postea fuit confirmata *coram R. P. D. Coccino, 3. Martij 1617.* quam infra volui adnotare pro comprobatione eorum, quæ dicta sunt, cum sit materia exemplaris, & in praxi sæpe contingens, & necessaria.

R. P. D. Coccino Decano Romana census viginti millium. Veneris, 3. Martij 1617.

DVbitaui an Antonius Gallus, in cuius locum a testatore fuit subrogatus bon. mem. Archiepiscopus Scipio de Tulpha relictus fuisset executor mixtus, qui etiam loco legatarij habeatur, vel merus executor in casu & ad effectum de quo agitur: effectus autem dubij est vt videatur ad quem spectet, quod superest voluntate testatoris adimpleta, nam si Antonius fuit mixtus executor,

52 † quod superest spectat ad ipsum, & ad dictum Scipionem de Tulpha subrogatum, si verò merus, ad hæredes institutos *l. pecunia: vbi gloss. 1. & seqq. de alimen. & cibar. legat. l. Lucius, §. hæredem, vbi Castrens. ff. ad Trebell. l. Lucius Titius, la 2. §. 2. vbi etiam Castrens. in fin. ff. de legat. 2. Bald. in Aut. §. in primo, num. 6. C. de vidu. tollen. Roman. consil. 127. incip. pro plena discussione, number. 11. in fin. Caprio in tract. execut. vltim. volunt. in 4. memb. num. 8. & 7. & memb. 7. num. 6. & 9. Io. Iacob. à Canib. in suo tract. de execu. vltim. volunt. in 3. parte, in princ. Bero. q. 86. num. 1. & seqq.*

Et Domini, articulo pluries plene discusso censuerunt Antonium fuisse merum executorem, & per consequens Scipionem de Tulpha, & sic quod superest, adimpleta voluntate testatoris, specta-

53 re ad hæredes institutos † iuxta resolutionem factam 24. Februarij 1612. coram Illustrissim. Domino Card. Ludouisio, quæ placuit DD. nam Marchionissa Victoria à Tulpha sub die 12. Februar. 1578. condidit testamentum, in quo instituit hæredes vniuersales Archihospitalia Sancti Spiritus & Sancti Iacobi Incurabilium Vrbis, & postmodum fecit plures Codicillos, inter quos sextum fecit sub die 26. Maij 1583. in quo disposuit per hæc verba. *Hauendo fatta vna Capella nella Chiesa di Santa Maria d'Araceli lassita che dell'infrascritti suoi censi, e beni alli Padri di detta Chiesa de Aracoeli ciascun anno perpetuamente nella Festa dell' Assensione del Signore siano dati, e pagate 42. libre di cera.*

& insuper iussit dari panem, & vinum, & obsonium, & alia etiam voluit dari dictis Fratribus in Festiuitate omnium Sanctorum, & infra subdit: *Vuole ancora, e commanda che l'infrascritta sua legatario debba per seruitio di detta sua Capella, &c.* iniungendo quod conficiantur indumenta sacra. Et vlterius etiam subdit: *e pro vuole l'infrascritta suo legatario, &c.* Et mandat vestiri familiam vestibus lugubribus, & quod quatenus pensiones Domus non sufficerent pro alimentis mulierum, quibus ea iam ipsis legauerat, quod Antonius suppleret ex dictis censibus per hæc verba: *Vuole che l'infrascritto legatario sia tenuto, non bastando dette pigioni supplire al vitto di dette Donne secondo la forma di detto Codicillo dell'infrascritti suoi censi secondo che ad esso legatario parera bisogno, e conueniente*, & tandem mandat dari panem, & vinum, atque vestimenta cuidam Fratri, & concludit per hæc verba, *& ancora che detto legatario, il quale nomina; & vuole che sia il R. M. Antonio Gallo de Spoleto possa adempire detta sua volonta, e fare quanto di sopra ha disposto lascia al legatario tutti li suoi censi che haueva al tempo della sua morte, &c.*

Stante igitur hac dispositione, cum onera præcedant,

54 & postmodum sequatur relictum, † & asseratur esse factum relicti per viam modi ibi *accio che detto legatario, &c.* non dubitatum est Antonium fuisse merum executorem, & non mixtum, & est text. expressus in *l. Lucius Titius, §. à te peto, ff. de leg. 2.* loquitur enim textus: A te peto Titi, fideique tuæ committo, vt curam condendi corporis mei suscipias, &

55 pro hoc decem aureos è medio præcipito: † Quæro an si Lucius Titius minus quàm decem aureos erogauerit, reliqua summa hæredibus proficiat? Respondi secundum ea, quæ proponerentur, hæredum commodo proficere, nam in textu prædicto, prout in casu nostro, expressè præcesserant onera, & postmodum decem fuerant legata, ibi &

56 pro hoc decem aureos è medio præcipito, iste enim est vnus ex quatuor modis, quibus olim legari poterat *l. si a plumbo, ff. de legat. 1. §. sed olim praeceptio, in princ. & ibi Gloss. 1. in vltimo exemplo, instit. de legat. in fragm. tit. 24. in princip.* † quæ quidem dispositio præcedentibus oneribus operatur, vt executor censeatur merus, non autem mixtus, vt aduertit *Castrens. in dict. §. à te peto, num. 1. & 2. Cantans*

57 *nu. 1. Imolens. 1. vers. forte potest aliter decidi*, & hanc attendit rationem, quia si attenta prima dispositione non potest inficiari, quod executor sit merus, sequenti quæ fuit relictum non debet alterare primam dispositionem, sed secundum eam debet regulari, quæ absque difficultate debent procedere in casu isto, cum relictum fuerit factum per viam modi

58 ibi, *accio che*. † ista enim verba importat modum *Doliantur. debitori, nec 1. C. de pact. Bart. in l. quibus diebus, §. fin. num. 3. vers. quid si testator, ff. de condit. & demonstr. Alexan. consil. 73. nu. 1. vol. 1. Felin. in c. cum Ioannes, nu. 2. de fid. instru.* prout important modum verba illa, & pro hoc, de quibus in d. l. §. à te peto. cum quibus fuerat factum relictum, vt aduertit *Cuman. ibid. in princip. vers. nota quod dictum.*

Et prædicta eo magis procedere debent, quia testatrix non solum vtitur prædictis verbis, *& acciò che detto legatario possa adempire detta sua volunta, &c. lascia tutti li suoi censi che haueua al tempo della sua morte*, sed subdit, *e romanghino affetti per le sopradette concorrenti quantità alle sopradette obligationi, e*

pesi, quare cum postea dixerit, quod adueniente morte Antonij *vuole che dette entrate siano obligate, & applicate per detti effetti per la concurrente* 59 *quantità delli sopradetti legati, &c.* † *e vuole che la cura di far quello che di sopra hà disposto, appartenga alli Signori essecutori del suo testamento*, sequitur quod si census erant remansuri prædictis oneribus, & transituri ad executores testamentarios, quod sicuti executores indubitanter nullum commodum erant percepturi, ita neque Antonius *l. qui filiabus, & l. si seruus plurium, ff. de legat. 1. cum aliis.*

Neque dici potest, quod erant transituri ad effectum executionis remansuri in reliquis emolumento ad fauorem hæredum Antonij, quia huic intellectui expresse repugnat alia dispositio testatricis, ibi: *Et occurrendo che detti censi ouero alcuno di loro si estinguano, detto Antonio, & doppo lui detti Signori essecutori siano tenuti à rinuestire il prezzo in altri censi, e monti non vacabili per la concurrente quantità delli sopradetti legati, ò charichi tante volte, quante occurrerà, quali censi, e monti siano, o rimanghino* 60 *affetti & obligati alle sopradette cose*: † nam si census spectassent ad hæredem Antonij iniunaisset onus inuestiendi hæredibus Antonij tanquam dominis, non autem executoribus, & si voluisset spectare ad dictos hæredes Antonij, iniunxisset, quod dicti hæredes Antonij non possent impedire dictum inuestimentum, prout voluit hæredes institutos non posse impedire Antonium super inuestimento, & aliis vt patet ex prohibitione generali, & facultate respectiuè facta hæredibus, & data Antonio, de qua statim dicetur, quod est consideratione dignum, *l. nam hoc iure, ff. de vulgar. l. tale pactum, in fi. ff. de pact.*

Accedat, quod testatrix dat facultatem Antonio capiendi possessionem propria auctoritate, *riscuotere, quietare, agitare in giuditio, e far quanto haueste potuto fare essa Signora senza licenza, & interuento, o mandato di qualsiuoglia Giudice*, tam adita, quàm non adita hæreditate, &c. *talmente che li suoi heredi sotto qualsiuoglia pretesto, ò pretensione non possino mai molestare detto R. M. Antonio tanto sopra di censi, quanto sopra ogni altro denaro, che apparisse esserli venuto in mano, &c. anzi lo libera in tutto e per tutto, &c.*

61 † Ista enim facultas administrandi non est opus, quod detur legatariis, quia de iure habent dictam facultatem eo ipso quod acceptant legatum, nec super fructibus rei legatæ possunt molestari à creditore. Executoribus autem datur non dum à iure similis facultas, sed etiam aliquando expressè ab homine vt per *Fulgos. cons. 51. col. 2. versic. & infra in eodem testamento*: accedit denique, quod in alio loco testamenti, in quo indubitatum est Antonium fuisse executorem, testatrix vsa est similibus verbis, & quod plus est Antonius in sua depositione dixit, & intentionem testatricis fuisse, vt ipse esset nudus executor, vt optime fuit consideratum *in prædicta decis. Illustriss. Ludouisij.*

Non obstat, quod etiam onera subsequantur, nam verum est, quod testatrix dixit, *Item vuole che il sopradetto M. Antonio debba mandare un calice di scudi 100 à Loreto*, sed non proinde propriè sequi- 62 tur, quod onus subsequatur, † cum dictio, Item, sit continuatiua ad priores dispositiones, *Paris. cons. 87. num. 40. volum. 2. Curt. Iun. cons. 153. num. 7. & cons. 44. num. 7.* & sic attendendus est ordo in- 63 tellectus, non autem ordo † litteræ, *Alexand. cons. 161. nu. 3. lib. 7. Maranta in prax. in 3. part. nu. 109.* & propterea ista præposteratio, quæ habuit vim continuationis ad præcedentia non debet operari, quod executor sit mixtus, prout in fortioribus hoc non operatur si mero executori aliquid relinqua- 64 tur, † vt per *Bald. in l. nulli, num. 2. Cod. de Episc. & Cleric.* & tunc obiectum esset in consideratione, si testatrix simpliciter dixisset, Lego Antonio, & postea iniunxisset onus faciendi, vt considerant *Imol. & alij in dict. §. à te peto, num. 2.* sed in hoc casu prius apposuit onera, & postmodum legauit, & licet post legatum iniunctum fuerit onus calicis, tamen ista iniunctio non est facta simpliciter Antonio legatario, sed stat continuatiuè ad onera præcedentia legatum, licèt ex post fuerit posita.

Neque est verum, quod theorica, de qua *in d. §. à te peto* procedat, quando statim onus est adimplen- 65 dum, † secus autem quando requirit tractum temporis, prout est casus, de quo agitur, vt habetur *in l. pecunia, ff. de alim. & cibar. legat.* Nam fuit responsum, quod licèt verba textus sint, diuersa est causa eius, cui legatorum diuisio mandatur: nam ea res præsentem, ac momentaneam curam iniungit, alimentorum vero præbendorum necessitas oneribus menstruis, atque annuis verecundiam quoque pulsantibus, adstringitur, non propterea ex isto textu probatur, quod ad hoc, vt quia dicatur merus executor, debeat momento temporis expedire id quod ei iniungitur, cum verba importent solùm, quod merus executor dicatur ille, qui est nudus minister, verba enim illa, nam ea res præsentem, ac momentaneam curam iniungit, quæ loquuntur de mero executore exponuntur, vt sensus sit, iniungit mero executori præsentem, ac momentaneam curam à damno, lucroque vacuam, sicut aliàs in mandato regulariter est traditum, vt dicit *Gloss. ibid. in verb. iniungit.* & sic dicta verba (præsentem, ac momentaneam curam iniungit) important, vt merus executor habeat nudam distributionem, non autem 66 præstationem quasi de re sua, † quod bene declarat *Gloss. prædicta*, dum dat exemplum de mandatis, de cuius natura minime est, quod res ogatur momentanea, est tamen de natura, quod procurator non teneatur de suo, merus enim execu- 67 tor est quasi quidam procurator defuncti, † *l. si vero non numerandi, §. fin. ff. mandat. Bald. consil. 456. incip. inter alia, num. 2. ff. de legat. 1.* & simpliciter executorem merum, procuratorem appellat, *Ang. consil. 328. col. penul. versic. constat autem esse procuratorem: Lap. allegat. 91. incip. casus talis est, numero 6.* & prædicta magis expendit *Gloss. in dicto §. à te peto.*

68 † dum declarat naturam executoris mixti, explicando verba illa (alimentorum vero præbendorum necessitas oneribus menstruis, atque annuis, verecundiam quoque pulsantibus astringitur) in verbo enim præbendorum dicit, non distribuendorum dumtaxat, hoc est, quod legatarius scilicet executor mixtus non solùm teneatur distribuere, sed etiam præbere ad differentiam meri executoris, qui non habet necessitatem, prout 69 habet legatarius, videlicet executor mixtus, † vt dicit *Gloss. in verb. necessitas.* & sic sunt intelligenda sequentia verba (oneribus menstruis, atque annuis, verecundiam quoque pulsantibus astringitur) scilicet pulsantibus alimentariis, quasi di-

cat

ci necessitas imposita electo, vt soluat alimenta, astringi non tantum patrimonium electi, scilicet vt soluat, sed etiam verecundia, nam & damnum habebit, si soluat, & verecundiam, si non soluat,
70 † vel secundum aliam lecturam verba illa sunt intelligenda, quod cohæredes petentes portiones defunctorum repelluntur à verecundia, & necessitate legatarij soluendi de suo, vt docet *Gloss. in verb. pulsantibus:* & sic ex isto textu nullo pacto colligitur, quod merus executor dicatur ille, qui mo-
71 mento temporis negotium est expediturus, † cum verba illa (præsentem, & momentaneam curam) denotent solùm quod illa est merus executor, qui est nudus minister, vt supra probatum est, & sensit *Bartolus in summar. eiusdem text.* dum inquit, Hæres cui est aliquid prælegatum cum onere alimentorum non tenetur cauere, vel reddere cohæredibus deficientium portionem, secus si est electus nudus minister.

Minus etiam obstat quod *Bart. in l. pecunia, num. 1. ff.*
72 *de aliment. & cibar. legat.* † distinguit, quod aut verba conferuntur in aliquem, vt si dico, lego Titio decem, vt præstet alimenta, & tunc est electus vt legatarius, item onere fideicommissi sit grauatus, aut vero verba legati non conferantur in eum, sed verba executionis, vt dico relinquo alimenta libertis meis, quæ volo eis dari per talem de tali pecunia, & est electus nudus minister. Nam, vt ex mox dicendis apparebit, ista doctrina *Bartoli* facit pro decisione, in primo enim casu distinctionis certum est nos non versari, versamur enim in secundo, in quo verba executionis sunt directa in
73 executionem, vt patet ex supradictis, † & quamuis *Bartolus* exemplificet articulum, quando relinquuntur alimenta libertis, quæ vult eis dari per talem, non tamen restringit articulum, vt simpliciter procedat in isto indiuiduali casu, sed sufficit, quod verba executionis dirigantur in legatarium, & quod constet aliunde, quod ei nihil fuerit relictum nisi ad effectum exequendi, prout est ca-
74 sus noster, vt patet ex prædictis: † exemplum enim *Bartoli* non debet restringere regulam, quam ipse ponit *in 2. memb. l. scire oportet, §. oportet, ff. de excusat. tut.* latè *Roman. consil. 295. numer. 6. vers. est enim notissima.*

Neque facit, quod testatrix vocet Antonium legatarium, Quia in hoc non stat vis, sed in ipsa dispositione, ex qua colligitur, quod testatrix voluisset, prout *in dict. § à te peto.* Antonium esse nudum ministrum, nam & ibi per verba legati fue-
75 rat relictum, vt supra probatum est, † & tamen merus executor ille dicitur, & quamuis ibi executor non fuisset nominatus legatarius, non refert, satis enim est, quod ei fuisset legatum, quia ex legato resultat nomen legatarij, & ideo non facit, quod ibi non esset nominatus legatarius, prout etiam non facit quod post obitum Antonij subrogauit executores, & postmodum nullus alius executor reperitur datus, quod tamen testatrix fecisset, si voluisset Antonium esse merum executorem, quia ista ratio non concludit cum de Antonio potuerit confidere, & de aliis execu-
76 toribus, non autem de aliis personis, † maximè quia illis defunctis, aliter non disposito per testatricem quo ad legata pia, indubitanter executio spectat ad Ordinarium, *Castr. consil. 177. num. 1. & per tot. lib. 2. Curt. Iun. consil. 66. num. 2. & per tot. Bald. in l. fin. §. sed si quis, num. 13. C. comm. de legat.* Quoad vero legata prophana, vel ad ipsum Ordinarium, vt per *Abb. in cap. si hæredes, col. 2. & seqq. num. 7. de testament.* vel ad Præsidem loci, vt voluit *Bald. in l. fin. in princ. num. 12.* prout nec etiam releuat, quod testatrix non disposuit de residuo facta executione, prout disposuisset si volu-
77 isset Antonium esse merum executorem, quia † super hoc etiam non potest fieri fundamentum, cum & in casu *§. à te peto,* non fuisset dictum qui agendum esset de residuo, & satis est quod merus executor sit datus, quia residuum de sui natura spectat ad hæredem, vt supra dictum est.

Minus etiam facit, quod testatrix dedit facultatem Antonio capiendi possessionem censuum propria auctoritate, hæreditate adita, vel non adita, Quia si ex prædictis constat Antonium fuisse
78 merum executorem, † ista facultas, quæ in consequentiam datur, non debet alterare priorem dispositionem, *l. cum principalis, ff. de regul. iur. cap. accessorium, de regul. iur. in 6.* & in puncto notat *Imol. in dict. §. à te peto, num. 3.* maximè cum ista facultas capiendi possessionem propria auctoritate etiam hæreditate non adita non videatur repugnare meræ executioni, cum possit censeri data ad effectum exequendi, non autem ad effectum dominij.

Neque etiam facit, quod relictum sit in maiori summa quàm onus, quo casu legatum non censetur
79 factum intuitu oneris, † vt post *Bart. in l. pamphilo, § dicas, de legat. 3. Mantic. de coniectur. lib. 12. tit. 2. nu. 30. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 24. nu. 7. Cephal. cons. 919. num. 95.* Quia isti Doctores loquuntur in legato alicui facto cum aliquo onere, tunc enim si onus est paruæ quantitatis respectu magnitudinis legati, legatum non censetur factum intuitu oneris, secus si onus æquiualet legato, in nostro vero casu quæstio est an adsit legatum, quod non adest ex supradictis.

Vlterius considerabatur, quod cum ex dictis appareat Antonium fuisse merum executorem, ex quantitate legata in hoc casu non potest dici fuis-
80 se mixtum executorem, † ratio Dominorum fuit, quia Codicillis, in quo fuit factum dictum legatum factus fuit in sanitate, & testatrix postea superuixit, & cum ad hunc effectum reliquerit census de sui natura redimibiles, & non simpliciter census, sed qui reperirentur tempore obitus testatricis, cum dicti census possint redimi ex quantitate census relicta non potest argui, quod noluerit relinquere Antonium executorem merum, cum euentuale esset, quod si census non redimerentur de tempore obitus excessiua quantitas reperiretur, ad quam redemptionem aspexisse testatricem est indubitatum,
81 † nam quando præsens status rei indicat contingentiam de futuro, censendum est quem respexisse ad id quod euenire poterat *Alexand. consil. 110. num. 13. lib. 4.* quem sequitur *Decian. in l. si idem cum eodem, § si vna, num. 5. in 4. notab. ff. de iurisdict. omn. iudic.* quod etiam clarissimè demonstratur, cum reliquerit census qui de tem-
82 pore sui obitus reperirentur, & sic † per necesse dicendum est de redemptione cogitasse, quia aliàs census simpliciter reliquisset, vt pulchrè *Alexand.* in simili, & *Decian. in locis proximè citatis,* & propterea cum dubium esset, an tempore

obitus quantitas censuum deberet esse excessiua, nec ne, ex ista quantitate relicta non potest colligi certa coniectura voluntatis testatricis, cum ex dicta incertitudine quantitatis tempore obitus cesset ratio magnæ quantitatis, ex qua posset coniecturari testatricem voluisse relinquere Antonium mixtum executorem, & ideo ipsa coniectura, & præsumptio cessare debet, cum in ipsa ratione magnæ quantitatis sit fundata, *Alex. cons. 502. n. 18. & seqq. lib. 4.*

Denique non obstat, quod in subrogatione Scipionis à Tulpha testatrix vsa fuerit his verbis, videlicet meritò duxit conferendum aliquod beneficium in eum, scilicet Scipionem, quia testatrix non fuit contenta his verbis, sed subiunxit, & pariter suarum rerum, & hæreditatis curam, executoriæ onus conferendum, & sic cum in quibusdam bonis Antonius fuisset legatarius, in aliis verò rebus præstandis, de quibus supra dictum est, merus executor, cum Scipio fuisset subrogatus in locum Antonij, bene verba illa, beneficium conferendum, possunt verificari in legatis, alia verò in onere executoriæ, vt abundè fuit consideratum in decisione Illustriss. D. Cardinalis Ludouisij, quæ respondet omnibus aliis contrariis, quæ propterea merito fuit confirmata

Et ita conclusum, &c.

EPITOME.

Molendina an veniant appellatione mobilium. ¶ Et an sint prædia vrbana, seu rustica. ¶ Et quando in eis habeat locum retractus. ¶ Et quo casu possint alienari per Prælatum, Tutorem, Ecclesiam, & Ciuitatem absque decreto, & solemnitatibus. ¶ Et an inuecta, & illata in eis sint hypothecata pro pensione. ¶ Mobile cohærens immobili an sit immobile. ¶ Feudum an consistat in molendinis. ¶ In venditione rerum ciuitatis an sufficiat decretum Iudicis loci in quo est sita res vendenda, vel requiratur etiam illud domicilij. ¶ Subhastationes an debeant fieri in alienationibus rerum ciuitatis, ac minorum.

¶ Pro iustitia, & validitate decreti quando præsumatur. ¶ Consiliarij an teneatur iurare in venditione rerum ciuitatis. ¶ Et an sufficiat iuramentum à principio officij præstitum. ¶ Ex promissione conficiendi instrumentum an colligatur, quod partes voluerint contrahere in scriptis. ¶ Emptor quando dicatur esse in possessione de consensu venditoris. ¶ Versio quando sit probanda in venditionibus bonorum ciuitatis, & minorum. ¶ Promissio de vendendo idem operetur quod venditio. ¶ Pisces, & columbæ an sint pars feudi. ¶ Molendina an possint construi per vasallos, & alios, non obstante prohibitione Dominorum & spatio longissimi temporis, per quod quis erat solitus accedere ad molendina prohibentium. ¶ Et an similia statuta comprehendant clericos, & sint contra libertatem Ecclesiasticam. ¶ In iuribus negatiuis & facultatiuis quomodo acquiratur titulus, & quasi possessio. ¶ Et quot anni requirantur. ¶ Et qui incumbat onus probandi patientiam, & obedientiam prohibitioni. ¶ Conuentio an sit valida, vt quis non possit molere in alio molendino, quàm vnius. ¶ De prohibitione molendinorum & nundinarum remissiuè. ¶ Causæ iustæ quæ sint, vt valeat prohibitio, ne quis accedat ad aliud molendinum quàm Domini. ¶ Concessio facta per subditos, vt domini habeant molendina publica, & furnos publicos an operetur, vt concedens non possit molere, nisi in molendino ipsius. ¶ Operarij molentes in molendinis Ecclesiæ an possint carcerari sub prætextu, quod domini temporales prohibuerint accessum ad alia molendina quàm illorum. ¶ Et an eos carcerantes incurrant pœnam excommunicationis. ¶ Minor an restituatur in emptione molendinorum. ¶ Tempus antiquum an faciat præsumere solemnitates fuisse adhibitis. ¶ Iuramentum Officiales de seruando statuta an porrigatur ad futura. ¶ In alienatione bonorum Ciuitatis quæ requirantur remissiuè.

SVMMARIVM.

1 *Molendina æquiparantur nauibus, & tanquam mobilia non veniunt appellatione possessionum & terrarum.*

2 *Minor emens molendinum restituitur.*

3 *Retractus non habet locum in molendinis, quæ sunt instar nauium, & quid in aliis, num. 37.*

4 *Molendina veniunt sub legato mobilium, & possunt alienari absque solemnitatibus.*

5 *Molendinum dotale debet restitui post annum tanquam mobile, non statim, prout restituuntur bona stabilia.*

6 *Molendina tanquam domus in terra, & affixa ripis fluminum an sint immobilia, & possint alienari absque decreto Iudicis, n. 17. 18. 36. & 39.*

7 *Molæ molendini non sunt res mobiles, sicut nec tegulæ domus, quamdiu illi sunt applicatæ.*

8 *Mobile cohærens immobili est immobile.*

9 *Molendinum an dicatur prædium rusticum, num. 10. & 11.*

12 *Bona inuecta, & illata in molendino an sint tacitè obligata pro pensione illius, n. 13. & 14.*

15 *Feudum consistit in molendinis.*

16 *Molendina sunt de pertinentia castri feudi.*

19 *Solemnitas non requiritur in alienatione rerum quæ stant in periculo amissionis propter circumstantes tyrannos, vel aliam similem causam.*

20 *In venditione rerum ciuitatis an sufficiat decretum Iudicis loci, vbi sita est res, quæ alienatur, vel requiratur etiam illud domicilij, n. 21.*

22 *Decretum præsumitur interpositum ex iusta, & rationabili causa, & cum interuentu omnium solemnitatem, n. 23.*

24 *Subhastationes non requiruntur in alienatione rerum ciuitatis, & minorum, & ecclesiæ.*

25 *Tempus antiquum facit præsumi fuisse adhibitas solemnitates, num. 26.*

27 *Consiliarij debent iurare, quod venditio rerum ciuitatis sit vtilis, & sufficit iuramentum in principio officij susceptum.*

28 *Iuramentum officialis de seruando statuta porrigitur ad futura.*

29 *Ex promissione conficiendi instrumentum non colligitur, quod partes voluerunt contrahere in scriptis.*

30 *Possidens*

30 *Possidens præsumitur possidere ex causa venditionis sibi facta.*

31 *Emptor præsumitur esse in possessione seruatis seruandis stante scientia, & patientia venditoris per longum tempus.*

32 *Promissio de vendendo stante iuramento idem operatur, quod venditio, & ex ea datur actio, non secus ac fide præsenti quis se obligasset.*

33 *Obligatio pupilli, & ciuitatis, & ecclesiæ valeat etiam sine solemnitatibus, si probetur versio in eorum vtilitatem.*

34 *Versio non est probanda in venditionibus rerum minoris & Ecclesiæ factis seruatis seruandis.*

35 *In alienatione bonorum ciuitatis quæ requirantur remissiuè.*

38 *Columna ac alia domui affixa dicuntur immobilia.*

40 *Pisces qui sunt in stagno, & columbæ in columbario an sint res mobiles, & pars feudi, & fructus pendentes, num. 42. & 43.*

41 *Munitiones castrorum an dicantur mobilia.*

44 *Non potest quis cogi ad molendum in molendino, quamuis ad illud accesserit per longissimum tempus. Amplia etiam in subditis, qui ad id non possunt compelli à suis Dominis, etiam merum & mixtum imperium habentibus, & quamuis fuerint inuestiti cum castris, & molendinis, num. 45. 46. 47. Declara vt num. 51.*

48 *Prohibitio ne personæ ecclesiasticæ construant molendina vel non vadant ad alia, quam ad illa dominorum est nulla, & contra libertatem Ecclesiæ, n. 49. & 50.*

52 *In iuribus negatiuis, ac facultatiuis non acquiritur titulus, & possessio, nisi prohibitio acquieuerit prohibitioni, & concurrat spatium decem vel triginta annorum, n. 53. & sufficiet prohibitionem fieri maiori parti subditorum, num. 54.*

54 *Dominus prohibens ne vasallus vadat ad aliud molendinum, quàm ad suum debet probare patientiam, & obedientiam, vt acquirat ius prohibendi.*

55 *Conuentio est valida, vt quis non possit accedere ad molendum alibi, quàm in molendino Dominorum.*

56 *Confessio facta per subditos, vt Domini habeant molendina publica facit, vt per eos non possit accedi ad molendum in aliis molendinis, quàm ipsorum dominorum.*

57 *Publica vtilitas an sit iusta causa, vt quis cogatur molere suum frumentum in vno molendino, & non alibi.*

58 *Operarij qui molant in molendinis clericorum non possunt carcerari sub prætextu, quod Domini temporales prohibuerint accessum ad alia molendina, quam illorum, & carcerantes incurrunt excommunicationem.*

59 *De prohibitione molendinorum remissiuè.*

60 *Nundinæ quando possint prohiberi ab vna ciuitate contra aliam.*

CAPVT DXCIV.

Molendina æquiparantur nauibus tanquam mobilia *Menoch. de recuper. possess. rem. 1. nu.*
1 *44* † neque veniunt appellatione terrarũ, aut possessionum *Corn. cons. 63. col. 1. in fin. vers. item & propriè, n. 5. lib. 2. Nouell. de iur. prothomis. n. 112. cum seq.*
2 *tom. 17. fol. 33.* † Et minor emens molendinum restituitur *l. verum, §. si locupleti, de minorib. Petr. Rauen. sing. 238.* Et in istis molendinis, quæ instar nauium sunt, & super flumina meant, & remeant, ac veluti ambulant, cuiusmodi multa sunt in Ligeri flumine,
3 & in Pado † non habet locum retractus, tanquam sint res mobiles, ac illis aggregentur *Tiraqu. de retract. lignag. § 1 gloss. 7. n. 91.* vbi etiam quod conti-
4 nentur in legato mobilium, † & possunt alienari à Tutore, & Prælato, sine solemnitatibus *Rip. in l. quominus, n. 126. de fluminib.* Quare etiam molendinum dotale debet restitui post annum tanquã mo-
5 bile, † non autem statim, prout restituuntur immobilia *Alber. in l. quæsitum, §. cellarium, alias sellatarium,* quem legit *sub §. si aliqua parte, ff. de fund. & instrum. legat. Tiraq. de retr. lignag. §. 1 gloss. 7. n. 93.*

An autem ista procedant in aliis molendinis, quæ fiunt tanquam domus in terra, seu ripis fluminum, illisque adhærent, videbatur dicendum quod non
6 possint alienari absque solemnitatibus, † quia sunt immobilia, prout talia appellat *Bald. in cap. contingit, col. pen. vers. quæro numquid molæ, de dol. & contum.* vbi plus voluit, quòd molæ ipsius molendini
7 non sunt mobilia, † sicuti nec regulæ domus, quamdiu illi sunt applicatæ, quia vna contignatio est *l.*
8 *eum qui ædes, de vsucapion.* Et † mobile cohærens immobili censetur immobile *Angel. in §. 1. auth. de non alienand. Curt. Iun. de feud. p. 1. cap. 7. nu. 11. in fin.* Vnde etiam molendinum dicitur prædium rusti-
9 cum † *Bald. in l. certi, col. 2. quæst. 4. vers. quid in molendino. C. locat. Ias. in l. quominus, quæst. 19. in fin. & ibi Rip. nu. 126. de flumin. Curt. Iun. de feud. par. 1. c. 7. n. 11. in fin. fol. 42.* præterquam quod ad meliorem pertinet *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. n. 92. post*
10 *med.* vbi tamen † quod secundum alios erit prædiũ vrbanum vt per *Fortun. Garz. in l. item quia, col. 4, vers. ex his inferri, ff. de pact.* quando est ædificatum in solo, secus si compactis tabulis sit confectum, & in flumine positum, quod tunc erit rusticum *Menoch. cons. 120. n. 7. lib. 2.* & hæc est verior opinio
11 † quod si molendinum sit domui iunctum, vel in eo habitetur, tunc erit prædium vrbanum, secus autem si non sit tale, nam tunc erit rusticum, ideo in primo casu bona conductoris erunt tacitè
12 obligata † pro pensione molendini *Negus. [illegible] membr. 4. p. 2. nu. 44. tom. 6. p. 1. fol. 210. post Veronens. de seruitutib. vrbanor. prædior. cap. 11. nu. 18. cum seq.*
13 Quidquid aliud sit in bonis alterius, † quam conductoris, videlicet de frumento illato ad effectũ molendi, vel de aliis bonis ad modicum tempus ibidem permansuris, hoc enim casu nulla aderit hypotheca siue molendinum sit prædium vrbanum, siue rusticum *Gloss. in l. certi iuris, in verb. induxerit, vbi Salic. nu. 5. in princ. C. locat. Ias. in l. item quia, nu. 16. ff. de pact. Pacific. de saluian. inspect. 4. c. 1. num. 16.*
14 † Et quod dictum est de hypotheca inducta pro innectis in molendino concludit etiam *Menoch. de adipisc. possess. rem. 3. num. 152. Caroc. de locat. p. 5. q. 14. num. 2. fol. 233.*

Vnde etiam in molendinis tanquam in rebus immo-
15 bilibus consistit feudum † *Cirier. de primogenit. q. 4. lib. 2. art. 8. num. 14. tom. 10. par. 1. fol. 46. Curt. Iun de feud. p. 1. quæst. 7. nu. 11. in fin. fol. 42.* latè *Rosental. eod. tit. de feud. conclus. 4. cap. 4. nu. 1. cum seq. fol. 89. part. 1. Afflict. in c. 1. in verb. flumina, quæ sint regal. Schrader. de feud. p. 3. c. 2. n. 2 fol. 44. par. 1. Tiraq. de retract. lign. §. 1. & gloss. 7. n. 92. in fin. Ias. in l. quominus, q. 19.*
16 *de fluminib.* † Et de molendinis quod sint de pertinentiis castri, & feudi *Menoch. cons. 725. nu. 7. lib. 8. post Calcan. cons. 90. nu. 6. Decia. cons. 516. num. 24. Paris. cons. 27. n. 14. lib. 1.*

Et ita in specie, quod ista molendina tanquam stabilia
non possint alienari per Tutorem Prælatum, & a-
17 lios Administratores † absque decreto concludit
Pinell. in l. 1. par. 3. nu. 28. post princ. C. de bon. matern.
fol. 236. vbi quod errant, qui contrarium tenent,
quamus enim ista bona sint subiecta inundationi,
non tamen debent alienari inconsulto Prætore,
nam istud periculum inundationis erit pro causa
decreti, quod est necessarium in alienatione rerum
immobilium, etiam si talia sint, vt illis carere expe-
diat l. magis puto, §. si æs alienum, & l. si fundus sterilis,
ff. de reb. eor. Afflict. decis. 87. num. 2. Et quod requi-
ratur decretum voluit etiam Valent. Forster. de suc-
cess. ab intestat. lib. 3. concl. 3. limit. 1. quem refert, & se-
quitur Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. inspect. 12. in fin.
nu. 86. fol. 131. per text. in l. aristo, de iur. delib. & l. vlt.
C. de curator. furios. & comprobat etiam Ludouic.
conclus. 48. col. 5. in princ. vers. & dicta molendi. Anch.
q. 89. lib. 3.

Contrarium tamen in casu mihi proposito dixi ve-
rius esse, quod immo fuerit valida venditio mo-
18 lendinorum, de quibus agebatur, † Nam quamuis
illa in solo cohæreant, Tamen quia sunt posita in
flumine, & quotidie deteriorantur & per impetum
aquarum sunt in continuo periculo destructionis
possunt alienari per tutorem, Prælatum, Ciuitatem,
& similes absque solemnitatibus Angel. in l. non so-
lum, ad med. de petit. hæred. & est communis opinio,
cui nullus contradicit, vt testatur Rub. Alex. cons.
138. num. 3. Rip. in l. quominus, num. 126. in fin. vers.
ad quod etiam, ff. de flumin. Guliel. Redoan. de reb. ec-
cles. non alien. cap. 28. num. 13. to. 15. p. 2. fol. 402. Aret.
in §. idem iuris, num. 3. instit. de inutilib. stipulat. Ti-
raqu. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. num. 91. vers. contra
tamen. Fab. de Mont. de empt. & vendit. qu. 4. princ.
num. 20. ad fin. tom. 6. p. 1. fol. 46. Lup. in cap per ve-
stras, §. 18. numer. 4. de donat. inter vir. & vxor. vbi
quod latius hoc tenuit in cap. contingit, de transact.
Vrsill. ad Afflict. decis. 87. num. 2. Curt. Iun. de feud. p.
1. cap. 7. num. 11. in fin. fol. 42. Mut. super consuet. Pa-
normit. cap. 58. nu. 4. notab. 3. Card. Thusc. conclus. 303.
in verb. molendinum, num. 8. vol. 5. Bertaz. claus. 10.
gloss. 2. col. 4. in fi. vers. propter etiam periculum futu-
rum, num. 5. Quod etiam est in rebus similibus,
19 † in quibus adest periculum amissionis rei propter
circumstantes tyrannos, vel aliam causam, tunc
enim neque requiritur aliqua solemnitas Capic.
decis. 113. in fin. post Bald. in l. cum hi, §. causa, num.
2. lect. de transact. Ex quibus auctoritatibus, & aliis
quæ possent adduci apparet istam esse magis rece-
ptam sententiam, à qua non est recedendum, quid-
quid alij contrarium concludant.

Et quatenus etiam solemnitates requirerentur, Ta-
men in casu nostro dicebam satis fuisse, quod inter-
uenerit decretum Iudicis ordinarij, qui tunc tem-
poris non recognoscebat Superiorem, nisi Summũ
Pontificem, à quo etiam fuit deputatus ad guber-
nium locorum, de quibus agimus. Non enim opus
est, vt prætenditur, quod debeat adhiberi auctori-
20 tas Præsidis prouinciæ, † in istis venditionibus ad
ciuitates pertinentibus, cum de iure sufficiat vni-
cum decretum Iudicis loci, vbi sita res est, quæ a-
lienatur Aym. cons. 30. nu. 1. ad fin. vers. quarto vide-
mus, per l. si prædium, C. de præd. minor. Roman. cons.
250. n. 2. & ibi Mandos. in verb. decretum. post gloss. in
c. in venditionibus, in verb. episcopi, 17. q. 4. Hostiens.
in c. pastoralis, colum. 2. vers. quod si ecclesia, de pri-
21 uileg. † licèt in casu nostro Iudex etiam compe-
tens, non solùm respectu rerum sitarum, sed ra-
tione personarum, qui eidem Iudici subiiciebàn-
tur, Ita vt magis profit dictum decretum, quate-
nus etiam in huiusmodi alienationibus requirere-
tur auctoritas Iudicis domicilij, iuxta ea, quæ latè
adducit Felin. in c. dilectus, il secondo, n. 9. de rescrip.
cum aliis per Tiraq. de retract. lignag. §. 36. gloss. 3. nu.
23. vsque ad n. 25.

Quo decreto stante oritur præsumptio, vt censeatur
22 interpositum ex iusta, † & rationabili causa, cum
illius cognitione, & cum interuentu omnium so-
lemnitatum requisitarum Alex. in l. sciendum, nu.
26. de verb. oblig. Socin. consil. 15. colum. 11. ad med.
versic. octauo probatur, lib. 1. Bertaz. claus. 10. gloss. 2.
num. 16. Honded. cons. 34. num. 60. lib. 2. Rot. diuers.
decis. 193. num. 2. & decis. 316. num. 20. p. 2. Menoch.
præsumpt. 7. num. 12. lib. 2. Surd. decis. 231. numer. 20.
Gabr. de sentent. concl. 5. numer. 10. in princ. reg. 3. Rot.
coram R. P. D. Pirouano Romana nullitatis census, 8.
23 Nouembris 1610. † vbi, quod præsumitur pro
decreto Iudicis, non solum quo ad solemnitatem
requisitam pro iustitia, sed etiam quo ad validita-
tem decreti, ita vt volenti contra illud venire, in-
cumbat onus probandi manifestè eius nullitatem
Surd. cons. 39. n. 7. vsque ad 10. lib. 1.

Quamuis quoad omissas subhastationes, quæ prætẽ-
duntur, verius sit illas non requiri in venditioni-
bus rerum ciuitatis, seu minorum, stante consue-
tudine quæ in hoc est seruanda, iuxta quam am-
24 plius illæ † non sunt necessariæ, quidquid aliud sit
de iure Bald. in auth. hoc ius porrectum, colum. 2. in
princ. num. 5. vers. idem dicimus, C. de sacros. eccles. &
in l. & si sine, §. quæsitum, de minorib. Cassan. cons. 51.
num. 41. Imol. consil. 99. numer. 7. in 7. dub. Fabia de
Mont. de empt. & vendit. quæst. 5. num. 85. Plot. in l. si
quando, num. 198. C. vnde vi. Asin. de execut. cap. 16.
§. 6. ad fin. num. 6. Quamuis etiam essemus in alie-
nationibus rerum ecclesiasticarum Redoan. de reb.
eccles. non alienand. rubr. 3. num. 39. & rubr. 29. num.
8. post Bald. in dict. auth. hoc ius porrectum, col. 1. in
fin. num. 5. vers. sed hic quæritur, C. de sacros. eccles. &
dixi late supra c. 479.

Maximè stante spatio longi temporis 30. annorum &
25 amplius: quod facit † vt solemnitates requisitæ ad
actum censeantur adhibitæ c. peruenit, de empt. &
vend. Rol. cons. 99. n. 25. cum seq. lib. 2. Rimin. cons. 66.
n. 4. lib. 5. Cep. cons. 51. n. 27. lib. 1. cum aliis per Gabr. de
præsump. concl. 1. n. 1. Menoc. cons. 1. n. 201. Præsertim
26 quia sumus in illis solemnitatibus, † quæ possunt
adhiberi ante, vel post ipsum actum Alex. cons. 219.
n. 23. vers. præterea dicta obiectio, lib. 6. & cons. 79. in
2. dub. n. 3. & 4. lib. 1. Aret. cons. 36. col. 1. Dec. cons. 341.
n. 13. latè Roland. cons. 99. n. 33. & 34. lib. 2.

Nec facit, quod non appareat de iuramento eorum,
27 qui in consilio interuenerunt † iuxta dispositio-
nem l. fin. C. de vend. rer. ad ciuitat. lib. 10. Quia cum
simus in consiliariis, & in illis qui à principio iu-
rauerunt vtilia facere, non est opus, quod iteratò
iurent, quasi iusiurandum de præterito obliget in
rebus in futurum faciendis sub virtute dicti iura-
menti prius præstiti auth. sed iudex, C. de episcop. &
cleric. l. rem non nouam. & auth. hodie, Cod. de iudic.
& in proposito notat Gloss. in dict. l. fin. in verb. scri-
pturus, in princ. & ibi Alexan. in addit. ad Bart. num.
3. Ioan. de Plat. ad med. vers. quod autem dictum, est de
iuramento, & vers. ex quo infertur, Cod. de vend. rer.
ad ciuit.

28 *ad ciuit.pertinent. lib.*10. † Prout etiam est in offi-
cialibus, qui iurant seruare statuta, quorum iura-
mentum porrigitur ad futura *Bart.in l.si stipulatus
essem. §.1.de verb.oblig. Bald.in l.si seruitus, de serui-
tut.vrban prædior.* Quamuis neque super hoc esset
insistendum, cum præsupponatur in facto huius-
modi iuramentum fuisse adhibitum in venditio-
ne, de qua agimus, per syndicos deputatos à com-
munitate ad illam faciendam.

Neque obstat, quod circa venditionem quartæ partis
de qua agitur fuerit promissio de vendendo, non
venditio, stante præsertim obligatione de confi-
ciendo instrumentum, Quia non per hoc contra-
29 ctus potest dici nullus, † cum ex ista promissione
conficiendi instrumentum, non possit dici partes
voluisse in scriptis contrahere *Socin.cons.*32. *col.*9.
*nu.*4.*vers.ac est curandum,lib.*3. *Dec.* qui de commu-
ni *cons.*340.*col.*2.*nu.*2.*&* 3. *Aret.cons.*159.*col.*4.*nu.*9.
*Thesaur.decis.*197.*nu.*7. quidquid contrarium sen-
tiat Castr. cuius opinionem non approbari dicit
*Put.dec.*43.*lib.*3. *Rot.diuers.decis.*271.*p.*2. latè *Berta-
zol.claus.*30.*glos.*3.*n.*15.*vsque ad nu.*21. & ita seruari
testatur *Curt.Iun.cons.*348.*nu.*12.*&* 22.*lib.*3.

Stante præsertim traditione, & possessione continua-
ta per spatium triginta sex annorum, quæ facit
30 præsumere venditionem fuisse factam, † cum
possidens præsumatur possidere ex causa præce-
denti *Aym.cons.*126.*nu.*5. *Menoch.cons.*147.*num.*9.
& 10. vbi etiam subdit, quod hoc casu illa promis-
sio de vendendo infert fuisse factam venditionem,
Maximè quia semper præsumendum est empto-
31 rem fuisse in possessione seruatis seruandis † stan-
te patientia, & scientia vendentis per spatium
tot annorum *Idem Menoch. de recuper. remed.*17.
*num.*19. *Rot.diuers.decis.*232.*numer.*6.*&* 7.*p.*2. quem
sequitur *Card. Mant. de tacit.& ambig.conuent. lib.*
14.*tit.*42.*nu.*46.

Præterea siue simus in promissione de vendendo, si-
32 ue in venditione, idem resultat effectus, † vt cir-
cuitus euitetur, cum sit eadem dispositio, & possit
quis tam ex vna, quàm ex alia conuenire, non se-
cus ac si de præsenti se obligasset, maxime stante
iuramento *Io. Andr.ad Speculat. in rubr.de oblig.&
solut.in princ. vers.in quæstione de illo qui se obligant.
Bar.in l.*1.*n.*3.*vers.contra hoc facit, de pignorat.act.
Ruin.cons.*19.*n.*14.*lib.*4. & est verior opinio, quid-
quid alij contrarium sentiant, vt testatur *Surd.cons.*
457.*nu.*13.*&* 38. *lib.*4.*& cons.*101.*nu.*13.*&* 14. *lib.*2.
*Seraph.priuil.iuram.*23.*n.*25.*&* 27. *Tiraq.de retract.
conuent.ad fin.tit.nu.*26.

Vltimò pecuniæ fuerunt conuersæ in vtilitatem
Villarum, & pro solutione debitorum per eas
33 contractorum, quod facit vt valeat obligatio, vt
in pupillo, ecclesia, & ciuitate concludunt omnes
*in auth hoc ius porrectum, C.de sacrosanct.eccles.& in
l.ciuitas, ff si cert.petat.* & notat *Gloss.in l.*3.*in verb.
personalis,C.quand.ex fact.tut.vel curat.* etiam quod
nó interuenerint solemnitates, vt latè resoluit *Rot.
coram Card. Ludouisio Romana societatis officiorum,*
21.*Nouembr.*1601. quod solum sufficeret, vt non
deberent molestari emptores, qui bona fide eme-
runt, & possessionem semper continuarunt per
spatium 36. annorum. Maximè, quia etiam ven-
ditio erat vtilis cum Molendina, de quibus agi-
mus, essent ruinosa, & in dominio septem Villa-
rum, quæ illa parum, custodiebant, prout solet
fieri de rebus, quæ à pluribus possidentur, quæ vt
plurimum negliguntur & satis est probatum tu ue
34 versionem, † quamuis de iure non esset talis versio
probanda in venditionibus rerum ciuitatis facta
seruatis seruandis secundum veriorem opinionem,
de qua per *Io.de Plat.in l.*1. *post princ. vers. sed dic
quod immo, C.de vend.rer.ciuit.lib.*10. *Card in c.ex
præsentium, in* 2. *oppos.num.*2. *de pignorib. Innoc. in
c.*1.*in princ.deposi. Rom.cons.*440.*ad med. Dec.cons.*
36.*pro tonni, colum.*6.*in princ.versic.tertio principa-
liter, Rot.coram Card. Seraph. Anconitan terrarum*
13.*Iunij* 1578 *Surd.* qui de communi *decis.*156.*in fin.
in impres decis.*366.

Aliæ quæ opponuntur ob non seruatas solemnitates
requisitas in venditionibus bonorum ciuitatis sunt
sublata ex facto, ideo non opus est super eis ali-
35 quid decidere, † Quæ autem requirantur in simi-
libus alienationibus latè *Roland.cons.*90.*n.*20.*lib.*2.
*Ludouic.dec. Perus.*93. latissimè *Surd.cons.*28.*per tot.
lib.*1. *Nicol. Losæus de iur.vniuersit.p* 3.*c.*5. *in princ.
Thesaur.dec.*257.*n.*1.*&* 2. *Menoc.cons.*726.*lib.*8.

Prædictis addendus est *Guter.pract quæst. lib.*5.*quæ.*21.
36 vbi attestatur, † quod in Molendinis Hispaniæ
aliud seruandum est, quam in Molendinis Italiæ,
cæterarum partium, cum in istis militent con-
clusiones supra relatæ, vt habeantur pro mobili-
bus, & possint alienari absque decreto, cum in illis
Hispaniæ aliud sit statuendum, tanquam sint do-
mus in terra, aut ripis fluminum factæ, & constru-
ctæ, eisque adhærent, & amplius non mouentur,
37 ideò verè sunt bona immobilia, † & in eis habet
locum retractus, & requiritur decretum, cum aliis
similibus requisitis in alienatione stabilium, Ita vt
etiam molas istorum molendinorum habeamus
pro immobilibus, prout regulas domorum, quam-
38 diu illis sunt applicatæ, † quemadmodum etiam
dicimus de columnis, ac aliis domui affixis *Gutter.
d.q* 91.*nu.*7.*cum seq.* vbi etiam quod in istis casibus
39 erit seruanda consuetudo, † an & quando Molen-
dina dicantur mobilia vel immobilia, & de pisci-
bus, qui sunt in huiusmodi locis, vt in stagno, pi-
scina, & lacu, & de columbis quæ sunt in colum-
bario, siue peristerostrophio, & cuniculis, quæ sunt
40 † in garenis an sint mobilia necne *Tiraq.de retract.
lignag.§.*1.*glos.*7.*nu.*117. vbi etiam *num* 96. de muni-
41 tionibus castrorum † *Schrader. de feud.*2.*p.*9.*part.
princ.sect* 4.*num.*7. Et de piscibus existentibus in pi-
scina, vel stagno feudali ad finem, vt ibi augean-
tur, & crescant, & ex eis percipiantur fructus dictæ
piscinæ, vel stagni, quod sint partes pendentes,
42 † & pars feudi concludit *Guid Pap.decis.*91. *Zas de
feud.par.*4.*n.*3. *Cass.in super consuetu. Burgund.tit.*4.
§.2.*gloss.penul.col f. Tiraq de retract.lignag.*§.1.*gloss.*
7.*nu.*116. *Schrader.de feud* 2.*p.*9. *part.princip. sect.*4.
*nu.*10.*&* 2.*p.*9 *part.princ.num.*72. Prout etiam co-
lumbæ, quæ sunt in columbario à fundamentis
extructo, & perpetuò destinatæ ad vtilitatem feu-
43 di, vt ex illis fructus, & vtilitas percipiatur, † erunt
pars feudi, & fructus pendentes, & applicantur ei,
ad quem feudum reuertitur *Schrader de feud.*2.*p.*9.
*part.princ.sect.*4.*nu.*11.*&* 2.*p.*9.*part. princ.sect.*3.*nu-
mer.*71.

Quo vero ad aliud dubium, concludendum est ne-
gatiuè, quod habentes dicta molendina non
possint cogere alios ad molendum in suis molen-
44 donis, † quamuis ad illa essent soliti ire ab im-
memorabili tempore citra, cum in iuribus nega-
tiuis, ac quæ facultatis sunt non detur ista præscri-

prio, quod etiam est in furno, piscatione, venatione, ac aliis similibus dispositionibus *Bald. in l. 1. n. 10. Cod. de seruitut. & in l. item si lapilli, col. 2. in fin. de rer. diuis. & in cap. significante, n. 1. vbi Hostiens. col. 2. Card. nu. 2. Ioan. Andr. col. 1. Butr. nu. 10. & 11. Anchar. nu. 5. Panormit. n. 1. de appellat. Idem Panormit. in cap. abbate, n. 10. de verb. sign. Iason. in l. quominus, nu. 27. cum seq. de fluminib. Capoll. de seruitut. vrban. prædior. c. 50. nu. 2. Balb. de præscrip. 4. p. 5. part. princ. quæst. 5. nu. 2.* vbi de communi *Menoch. de arbitr. cas. 160. num. 8. Barbat. in c. quod translationem, num. 10. de offic. deleg. Petr. Iacob. Ferrar. in form. libell. de fur. Iacobin. de feud. in verb. & cum molendinis, num. 4. Aym. de antiquit. tempor. p. 4. §. materia ista, nu. 98. & cons. 111. num. 20. Rip. in cap. cum ecclesia sutrina, nu. 68. de caus. possess. & propriet. Roland. cons. 22. num. 22. lib. 2. & cons. 31. nu. 51. lib. 3. Guid. Pap. q. 298. Couar. in cap. possessor. p. 2. §. 4. nu. 6. Boer. decis. 125. n. 4. Alciat. cons. 20. nu. 11. lib. 5. Brun. cons. 65. nu. 5.* & est verior, & magis communis opinio, vt testatur *Rosental. de feud. c. 5. conclus. 25. nu. 3.*

Amplius ista procedunt etiam in Dominis habentibus iurisdictionem, ac merum, & mixtum impe-
45 rium, superiorem recognoscentibus, † qui non possunt statuere, vt subditi non deferant frumentum ad molendum ad alia molendina quàm sua, cum hæc sint meræ facultatis, & multum minuant libertatem populi, & graue præiudicium afferant subditis habentibus similia molendina *Bald. consil. 57. lib. 3. Socin. cons. 272. nu. 6. lib. 2. Rip. respons. 11. lib. 1. Alex. cons. 211. nu. 10. lib. 2. Affl. decis. 388. nu. 1. Rol.* qui de communi *cons. 51. nu. 19. lib. 2. Boer. decis. 125. nu. 4.* vbi quod ita fuit iudicatum *Iacobin. in inuestitur. feudal. in verb. & cum molendinis, nu. 3. & 4. Guid. Pap. dec. 598. Clar. in §. feudum, qu. 30. Isern. in tit. quæ sint regal. §. flumina, & ibi Reparul. Aym. de antiq. temp. p. 4. §. circa præmissa, Paris. de Put. de sindicat. c. 2. de excessib. baron. n. 15. Honded.* qui loquitur etiam de torcularibus oliuarum *consil. 84. numer. 35. lib. 2. Thesaur. decis. 16. cum aliis per Rosental. de feud. cap. 5.*
46 *conclus. 26. in princ.* † Et de Baronibus Regni, quod non possint subditos ad prædicta compellere adest constitutio Caroli V. promulgata de anno 1536. quæ est 14. *pragmatica in tit. de Baronib. ac eorum officio*, de qua etiam meminit *Vrsill. ad Affl. decis. 388. Thesaur. decis. 16.*

Quæ etiam procedunt quamuis isti Domini temporales essent inuestiti de castris cum molendinis, a-
47 quis, furnis, ac similibus, † quia neque ex tali inuestitura poterunt subditos cogere, vt deferant frumenta, & panem ad eorum molendina, & furnos, cum ista concessio aliud ius non tribuat, quàm illud, quod dominus concedens habebat circa dicta molendina, vnde quemadmodum ipsi concedenti hoc non erat permissum, neque permitteretur eius vasallo *Rosental. de feud. c. 5. conclus. 26. nu. 6. de antiquit. temp. p. 4. §. circa præmissa, nu. 1. Vrsill. ad Afflict. decis. 388. num. 4.* quidquid aliud sentiat *Ias. cons. 161. lib. 2.* cum eius opinio non sit approbata, & contra eum sit magis communis sententia, vt testatur *Thesaur. decis. 16. nu. 9. ad med. Roland. cons. 46. nu. 64. lib. 3. Aym. cons. 861. & 871. num. 5. & 9. & cons. 896. per tot. Bursatt. cons. 41. lib. 1.* Dummodo tamen non concurrant alia, de quibus per *Thesaur. d. decis. 16. nu. 9. in fin. & nu. 13. in 5. fallent. col. penult. post princ.*

Ex istis colligitur resolutio quæstionis propositæ, quod si dominus non potest cogere subditos proprios ad molendum in suo molendino, nec eis prohibere, ne aliud construant molendinum in
48 proprio fundo, † multo minus talis prohibitio valebit si fiat Canonicis, aut personis ecclesiasticis, qui non sunt eius subditi, cum sit contra ecclesiasticam libertatem, quæ infringitur, ac læditur eo ipso, quod clerici impediuntur facere ea quæ sunt concessa aliis, & multo magis ipsis clericis iuxta dispositionem iuris communis, ac priuilegiorum Summorum Pontificum *Felin. in c. cum ecclesia S. Maria nu. 69. & 110. q. 2. de constitut. Lapus alleg. 92. nu. 3. & 6.* vbi loquitur de prohibentibus molen-
49 dina, & furnos, † & de similibus non approbandis, cum per ea libertas ecclesiastica lædatur in eorum molendinis *Bald. consil. 71. lib. 1. Anchar. consil. 11. Calder. cons. 21. de constitut. Alex. cons. 211. nu. 10. lib. 2. Ias. cons. 161. colum. 3. cum aliis per Abb. in d. c. ecclesia S. Maria, num. 31. & ibi Felin. nu. 104. & col. fin. qu. 18. conclus. 1. Boer. decis. 125. numer. 4.* & ista fuit quæstio antiqua inter Episcopum Spoleti, & illam vniuersitatem, & pro Ecclesia, & Episcopo consuluerunt prædicti, & alij de quibus per *Franc. decis. 380. Osasc. decis. 17. num. 4. Ias.* qui de magis communi *in l. quominus, num. 155. de*
50 *fluminib.* quidquid † aliud sentiat *Aym. de antiq. tempor. p. 4. circa promissa. num. 8.* contra quem latè concludit *Couarr. in c. possessor, 2. p. §. nu. 7. de reg. iur. fol. 477. Villalob. Eman. Soarez, & alij per Rosental. de feud. conclus. 26. nu. 1. c. 5.*

Nec facit, quod Domini temporales possint præscribere ius habendi huiusmodi molendina pri-
51 uatiuè † quo ad alios *Dec. in c. significante, de appellat.* prout etiam iuxta pragmaticam Regni, de qua *supra num. 46.* excipiuntur Barones, qui ea particulari priuilegio, aut præscriptione retinent molendina in præiudicium aliorum, Quia prædicta procedunt quando constat de priuilegio, aut præscriptione, de quibus non apparet in casu nostro, cum etiam multa requirantur, ad hoc vt in istis iuribus negatiuis, & facultatiuis acquiratur quasi possessio, & titulus alteri priuatiuè quo ad alios,
52 & præcipuè, † quod facta sit prohibitio, & quod post prohibitionem subditi acquieuerint patendo per legitimum tempus ad complendam præscriptionem, *Boer. decis. 155. num. 5. Roland. cons. 22. nu. 23. lib. 5. Menoch. de arbitr. cas. 160. nu. 10. Padill. in l. 1. num. 50. Cod. de seruitut. Guido Pap. decis. 198. Bertr. cons. 329. num. 3. & cons. 1. in fin. lib. 3. cum aliis*
53 *per Thesaur. decis. 16. num. 7.* † vbi etiam quod debet concurrere spatium triginta annorum, vel secundum alios decennium à die prohibitionis, & patientiæ *Gail. obseruat. 169. nu. 10. lib. 5.* & quod incumbit Domino probare præscriptionem, & patientiam, ac obedientiam *Aym. cons. 86. numer. 6. Bertrand. cons. 329. num. 2. & cons. 134. num. 5. lib. 3. Afflict. decis. 388. num. 10. Thesaur. decis. 16. num. 8. in*
54 *fin.* vbi etiam *nu. 7.* † quod sufficiet prohibitionem fieri maiori parti subditorum, & extraiudicialiter, & quod tali prohibitioni fuerit obtemperatum pro bono pacis *Rosental. de feud. conclus. 27. c. 5.* vbi tamen distinguit inter consuetudinem, & præscriptionem.

Alia opposita procedunt stante pacto, & promissione iurata non accedendi ad alia molendina, cum quilibet sibi possit imponere necessitatem eundi potius ad molendinum vnius, quàm alterius

† & valet

55 † & valet talis conuentio, vt in specie concludit *Gaspar. Anton. Thesaur. in addit. ad Thesaur. dec. 16. post med.* Immo si domini haberent conuentionem cum subditis, per quam concederetur ipsis dominis habere furnos publicos, & molendina publica, tunc prohiberentur subditi alibi accedere, quam-
56 uis enim hoc expressè non dicatur, † tamen subintelligitur vt talis conuentio operetur, stante præsertim illa dictione publicos. si enim permittitur habere furnos publicos, bene infertur, vt ad eos populos publicè accedat, ita in terminis concludit *Thesaur. decis. 16. in fi.* argumento eorum quæ in simili dicit *Bald. in l. nullus, Cod. ad leg. Iul. maiest. cum aliis per Felin. in cap. sicut Romana, col. 3. de rescript.*

Idem est quoad alia obiecta, quæ procedunt in casibus particularibus, vel occasione publicæ vtilita-
57 tis, vel priuilegij, † cum similibus de quibus per *Thesaur. dec. 16. Rosental. de feud. conclus. 62. num. 2. cap. 5.* quæ non applicantur in casu nostro, in quo nulla adest iurisdictio Dominorum contra Ecclesiam, ita vt semper militet conclusio supra firmata, quod similes prohibitiones sunt contra liber-
58 tatem ecclesiasticam, *Boer. decis. 125.* † Vnde non ritè fecerunt Officiales & ministri Dominorum, carcerando pauperes operarios, qui molebant in molendinis personarum ecclesiasticarum, cum etiam hoc redundet in derogationem, & læsionem libertatis Ecclesiæ, ideo tales sunt ipso facto excommunicati, *cap. fin. de immunit. eccles. in 6. Lap. allegat. 92. numer. 3. Syluest. in verb. immunitas, il se-*
59 *condo, numero 3. in fin.* † Quo vero ad materiam similium prohibitionum molendinorum & furnorum, *Morot. consil. 64. Io. Coppen. decis. Saxon. 19. Campan. in cap. regni, incip. grauamina. Rouit. in*
60 *pragm. 10. de Baronib.* † Et de vniuersitate quando possit impedire nundinas, & mercatum alteri vniuersitati, *Thesaur. decis. 264. nu. 5. & ibi Addit. Gail. obseruat. 169. num. 24. & 25. lib. 2. Alexand. lib. 8. tit. 14. num. 33. & lib. 9. tit. 20. l. 1. num. 1. Francisc. Marc. decis. 51. p. 1. Ceph. consil. 342. lib. 3. Aym. consil. 640. Alciat. cons. 24. lib. 5. tom. 2.*

EPITOME.

Legatum an debeatur in moneta currente in loco, vbi est conditum testamentum, vel vbi legatarius habitat. ¶ Venditio facta Perusiæ quando intelligatur de modio Perusino, vel de modio regionis, vbi situm est prædium. ¶ Dignitas personæ legatarij an sit inspicienda ad hoc vt sciatur, in qua moneta sit soluendum legatum. ¶ In relictis ad pias causas an veniat quod maximum est. In exactione dotis an sit inspiciendum domicilium mariti, vel vbi dos fuit data. ¶ Valor an debeat attendi iuxta locum vbi gratia facta est, vel in quem illa confertur. ¶ Intellectus *l. exigere, de iur. dot.* remissiuè. ¶ Extraneus qui dicatur, & quando videatur dotasse animo donandi, seu compensandi. ¶ Præsumptio compensationis quo casu perimat legatum dotis. ¶ Et quanto tempore illud præscribatur. ¶ Hæres an dicatur in mala fide, si legatum non soluit. ¶ Scientia testamenti an præsumatur. ¶ Maritus quando possit renunciare legatum factum vxori. ¶ Et quomodo valeat ratificatio talis renunciationis. ¶ Et quæ in ea requirantur. ¶ Et an possit fieri sine solemnitatibus statutariis. ¶ Et quid si in illis sit vtilis. ¶ Et an debeat esse vtilitas euidens. ¶ Processus falsi delegati an possit ratificari. ¶ In alienatione bonorum minoris ad vitam an sint necessariæ solemnitates. ¶ Renunciatio filiæ an extendatur ad ea quæ pater illi relinquit in testamento. ¶ Et quid si erant ei relicta ante renunciationem. ¶ Legatarius acceptans legatum cum onere nihil amplius petendi an sibi præiudicet, si minus sit in legato, quàm in debito. ¶ Transactio quando comprehendat ea, quæ non sunt dependentia à lite super qua transigitur; sed penitus extranea, & dissimilia. ¶ Virgines, & orphanæ an æquiparentur viduis ad effectum, vt gaudeant priuilegio *l. vnic. C. quand. imper. int. pupill. & vid.* ¶ Et an possit illi renunciari. ¶ Et an habeat locum in quacumque instantia. ¶ Dispositio quando sit consumpta in primo actu. ¶ Iudex medius quo casu possit omitti in appellationibus. ¶ Ægidiana an procedat in omnibus instantiis.

SVMMARIVM.

1 *Moneta minor in dubio. Fallit vt nu. 10.*
2 *Legatum pecunia factum à testatore existente Mutinæ est soluendum in moneta Romana, si illa debeat deponi Romæ ad effectum vt legataria ibi nuptui tradatur, & nu. 5. Limita vt num. 13.*
3 *Verisimilitudo in dubio attenditur.*
4 *Locus solutionis faciendæ consideratur.*
6 *Legatum pecuniæ certi corporis, seu certæ quantitatis vt vini, olei, cum similibus, quando debeatur iuxtà consuetudinem regionis, seu electionem hæredis, & num. 7.*
8 *Legatum pro dote dicitur pium, & præsumitur factum pro alimentis, si relinquatur pauperi.*
9 *In legatis ad pias causas venit quod maximum est, non quod minimum.*
11 *Legatarius in re legata est magis dilectus quàm hæres.*
12 *Existens Perusij si vendat quinquaginta modios terræ alterius loci intelligitur vendidisse modio Perusino non de modio regionis in qua est fundus, vbi solutio est facienda.*
14 *Scire an quis præsumatur consuetudinem regionis, in qua solutio destinatur.*
15 *Legata ex coniecturis sumunt interpretationem.*
16 *Dignitas personæ legatarij, in quam dispositio confertur est attendenda, ad hoc vt cognoscatur de qua pecunia legatum debeatur.*
17 *Legatum factum templo intelligitur iuxta conditionem templi, cui legatur, si dubitetur an sit dandum in auro, seu argento.*
18 *Consuetudo patriæ testatoris consideratur prius in legatis cessantibus coniecturis.*
19 *In exactione dotis an sit inspiciendum domicilium mariti, seu vbi dos fuit data, & nu. 21.*
20 *Valor & æstimatio debet attendi iuxta locum vbi gratia facta est, non iuxta locum, in quem illa confertur.*
21 *Locupletatio cum alterius iactura non admittitur.*
23 *Euentus posterior formatur à primordio tituli.*
24 *Intellectus* l. exigere dotem de iudic. *remissiuè.*
25 *Auunculus dotans nepotem dicitur extraneus tanquam non habeat in potestate mulierem dotandam & videtur dotasse animo donandi, nu. 26. Intellige vt numero 27.*
28 *Præsumptio compensationis non perimit legatum dotis, si ageretur de debito inter alios contracto.*
29 *Extraneus dotans mulierem non potest ex internallo apponere onus in ea.*

30 *Legatum an sit peremptum per dotem datam à testatore colligatur ex coniecturis.*

31 *Dos constituta mulieri in diuersa summa non extinguit legatum prius eidem factum.*

32 *Legatum non præscribitur nisi spatio triginta annorum siue sit pro dote, siue pro legitima, eiusque supplemento, siue pro alimentis, nu. 33. 34. & 35.*

36 *Hæres quando dicatur in mala fide non soluendo legatum, num. 39.*

37 *Scientia testamenti an præsumatur stante facto domestico, fama, & habitatione, num. 38.*

40 *Qualitas dispositionis est probanda per allegantem.*

41 *Remissio legati non est præsumenda ex diuturnitate temporis.*

42 *Maritus non potest renunciare legatum factum vxori nec tacitè, nec expressè, nisi renunciatio per eam ratificetur, nu. 43. Et qualis debeat esse ista ratificatio, nu. 44. 45. & 46.*

47 *In ratificatione mulieris requiruntur solemnitates statuti, prout in confectione actus.*

48 *Ratihabitio est quasi contractus.*

49 *In quasi contractu debet interuenire eadem solemnitas quæ requiritur in contractu.*

50 *Ratificatio reconciliat ea quæ dependent ab animo, non à forma, vel alia potentia exteriori, vel quando peruertitur ordo, num. 51.*

52 *Processus falsi delegati non potest ratificari.*

53 *Iudex delegatus non administrat negotium delegantis, sed negotium partium.*

54 *Iurisdictio non est in arbitrio partium.*

55 *Solemnitas statuti non requiritur, si mulier renunciat ex causa maioris dotis.*

56 *Statutum requirens solemnitates in contractibus minorum non habet locum, quando melior fit illius conditio. Contrarium nu. 57. Intellige vt num. 59.*

58 *In alienatione bonorum minoris ad vitam requiruntur solemnitates.*

60 *Legatum non venit appellatione hæreditatis.*

61 *Renunciatio filiæ non trahitur ad ea, quæ pater ei relinquit in testamento, quamuis legatum esset illi factum ante renunciationem, num. 62. Intellige vt num. 67.*

63 *Renunciatio debet strictè intelligi declarando illam ad fauorem renunciantis.*

64 *Frater dotans sororem non videtur voluisse compensare legatum cum dote. Declara vt nu. 65.*

66 *Legatarius acceptans simpliciter legatum cum onere, vt nil amplius petere possit sibi præiudicat, quamuis minus sit in legato, quàm in debito.*

68 *Transigentes quando censeantur transigere etiam de aliis non contentis in transactione.*

69 *Virgines innuptæ, & orphanæ æquiparantur viduis ad effectum, vt gaudeant priuilegio* l. vnic. C. quand. imp. int. pupil. & vid. *num. 71. 73. & 82.*

70 *Vidua seruans castitatem non est procul à virginitate.*

72 *Virgo dicitur vidua quasi sine viro.*

74 *Priuilegium* l. vnic. C. quand. imper. int. popill. & vid. *competit tam in prima, quam in secunda & tertia instantia, nu. 76.*

75 *Pluralis locutio non verificatur in vno.*

77 *Aegidiana habet locum in omnibus instantiis.*

78 *Priuilegium d. l. vnic. conceditur miserabilibus personis, vt facilius habeant probationes in sua prouincia.*

79 *Priuilegium consumitur in primo actu, quando eadem ratio militat in secundo, & aliis sequentibus.*

80 *Concessum ex benignitate, & miseratione personarum intelligitur de actu iterato.*

81 *Concessio pro certa causa litium durat quousque lis finitur.*

84 *Iudex medius non potest omitti in appellationibus. Fallit vt num. 85.*

86 *Renunciatio non valet quo ad priuilegium* l. vnic. C. quand. imper. int. pupill. & vid. *num. 87.*

CAPVT DLXV.

IN testamento condito in ciuitate Mutinæ fuerunt relicta iure legati, institutionis, ac omni alio meliori modo scuta quingenta Hortensiæ eidem danda tempore, quo se nupserit Deo, vel Mundo, quæ voluit testator extrahi de bonis mobilibus ipsius vbique locorum existentibus statim vendendis, quarum rerum, & bonorum pretium vsque ad summam dictorum scutorum quingentorum per suos hæredes debeat imponi in ciuitate Romæ, & loco tuto ad hoc, vt aduenien te casu sponsalitij d. Hortensiæ, siue se nubat Mundo siue Christo, dicta scuta quingenta sint in promptu illisque possit liberè vti, absque mora, & impedimento alicuius.

Stante huiusmodi legato. Quæritur an illud debeat
solui in moneta Mutinensi, seu in Romana, & quidem videtur concludendum debere solui in Romana; quamuis etiam illa sit maior, quàm Muti-
1 nensis, † ita vt potius deberet intelligi de minori, *l. nummis, ff. de leg. 3. l. semper, in stipulationib. de reg. iur. c. in obscuris, eod. ti. in* 6. Tamen quia solutio eiusdē legati est facienda in Vrbe, & ibi est deponenda pecunia, donec puella nupserit, verisimilis oritur coniectura, quod testator intellexit de moneta,
2 quæ currit in loco destinatæ solutionis, † prout in specie concludit *Corn. cons. 244 c. 19. in fi. vers. concurrit etiam alia coniectura, lib. 2.* vbi loquitur in caso magis dubitabili, quando verisimiliter esset facienda solutio in loco, in quo legataria habitat,
3 quia forsan ibi esset maritanda, cum etiam in dubio verisimilitudo attendatur, *l. in obscuris* 113. *ff. de reg. iur.*

Quod magis comprobatur per *tex. in l. vinum* 22. *in fi. vers. quanti eo loco esset, ff. si cert. petat. & in l. quod legatum* 8. *& ad med. vers. nisi si adiectum fuerit, ff. de*
4 *iudic.* † vbi concluditur, quod debet attendi locus solutionis faciendæ, prout in proposito nostro dicta iura adducit *Alex. cons. 19. in fi. n. 16. vers. quo ad sextum dubium, lib. 6.* post *Oldrad. cons. 168. ad primam quæstionem, num. 1.* vbi etiam ita respondet ad *l. nummis, vers. neque ex regione, ff. de legat. 3.*

Maximè, quia in casu nostro non fuit legata pecunia tanquam certum corpus, sed solùm fuerunt relicta scuta quingenta deponenda Romæ pro dote puel-
5 læ, & sic meritò debet attendi locus & consuetudo regionis, in qua est soluenda pecunia, cum testator ex tali destinatione præsumatur sensisse de moneta vsuali illius loci, cum aliud sit in legato pecuniæ certi temporis, quando videlicet legarentur pecuniæ existentes penes talem, & quæ per illum possidentur, & tenentur tanquam propriæ ipsius testa-
6 toris, † tunc enim non attenditur consuetudo alicuius regionis, sed solùm existentia ipsius corporis, vt in specie distinguit *Alexand. cons. 19. ad fin. vers. pro hoc etiam facit, lib. 6. per text. in l. sed si certos* 54. *ff. de legat. 1. l. plane* 34. *§ si eadem res, ante fi. vers sed hoc ita erit accipiendum. ff eod. tit. l. 1. §. adeo autem, ad med. versic. & si quis ita legauerit: vbi Gl.*
7 *in verb. deferri, ff. de dot. prælegat.* Prout † in alia quan-

quantitate legata, vt vino, oleo, & similibus, in
quibus non attenditur consuetudo, sed hæres ha-
bet electionem iuxta l. cum certum pondus 4. ff. de
tritico, vino & oleo legat. quam notabilem dicit Ro-
man. sing. 209. quæro nunquid: Dotor in l. si seruus plu-
rium 53. §. fin. ff. de legat. 1. Gloss. in d. l. cum certum, in
verb. soluitur. & ibi Bart. vbi dant rationem diuersi-
tatis inter dictam quantitatem, & nummos lega-
tos declarando, l. nummis, de legat. 1.

Accedat, quod sumus in legato pro dote, quod dici-
8 tur, pium, maximè quando fit pauperi, † ita vt præ-
sumatur tunc relictum in causam alimentorum,
Ruin. consil. 71. num. 15. lib. 3. Cardin. Mantic. de conie-
ctur. vltimar. voluntat. lib. 6. tit. 11. nu. 18. in fin. Surd.
de aliment. tit. 2. qu. 12. nu. 9. & 10. In legatis ad pias
9 causas venit quod maximum est † non quod mini-
mum l. Titia, ff. de aur. & arg. legat. Vbi Bart. dicit
ita limitari, l. in obscuris. ff. de reg. iur. Surd. qui alios
allegat de aliment. tit. 8. priuil. 25. num. 6. latè Tira-
qu. pia caus. 23 Socin. consil. 247. nu. 8. lib. 2.

Quibus stantibus cessat obiectum, quod præsumen-
dum sit, vt testator minus grauauerit hæredem,
& quod in dubio videatur relictum minimum,
10 Quia † hæc procedunt, dummodo non extent
coniecturæ in contrarium, prout ex supradictis
patet multas extare, quæ suadent ampliandum esse
legatum, & quod potius fuerit relictum, quod ma-
ius est, considerata persona legatarij, & causa, ob
quam factum fuit legatum, l. si cui, ff. de aliment. &
cibar. legat. l. Stichus, ff. de legat. 3. Dec. in l. semper in
obscuris, nu. 3. versic. quinto fallit, de reg. iur. Cardin.
Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 11. nu. 19.
11 Surd. de alim. tit. 8. priuil. 25. num. 11. † Cùm etiam in
re legata præsumatur quod legatarius sit magis di-
lectus, quàm hæres, l. si quis eum, & ibi Bald. ff. de
condit. & demonstrat. l. si quis Titio, ff. de legat. 2. l. si
fideicommissorum. ff. vt possess. legator. Simon. de Prot.
de interpret. vltim. volunt. dub. ... lib. 4. num. 7. inter-
pret. 1. fol. 377.

Verum contra prædicta multum facit, quod testator
videtur potius sensisse de nummis, seu scutis iuxta
morem regionis, in qua est conditum testamen-
tum, Bart. l. in nummis, num. 1. vers. item dicitur hic,
de legat. 3. & in l. semper in stipulationibus. ff. de regul.
12 iur. † vbi ex hoc infert, quod si existens Perusij ven-
dit quinquaginta modios terræ existentes in tali
loco, intelligitur de modio Perusino, cum in illa
regione actus fuerit gestus, & non de modio regio-
nis, in qua est fundus, vbi solutio facienda est, &
sic nulla habetur consideratio destinatæ solutio-
13 nis, † prout ob istam rationem ita in specie legati
concludit Socin. cons. 247. col. 5. post med. nu 5. vers.
non obstat quod tertio loco, lib. 2. vbi hoc magis fir-
mat, nam in interpretatione mentis defuncti, de
quibus pecuniis senserit, non bene concludit, quod
debeat inspici consuetudo loci, in quem solutio
destinatur, ex eo quia ibi actus videtur gestus, l.
14 contraxisse, ff. de action. & obligat. † Quamuis enim
dici possit, quod existens in vno loco sciat consue-
tudinem regionis, in qua solutio est destinata, Ta-
men iuris præsumptione potius ignorare præsu-
mitur. cap. 1. de constitut. in 6. & notatur in l. cun-
ctos populos, Cod. de summ. trinit. & fid. catholic.
Socin. d. consil. 247. col. 5. in fin. præterea cum agamus,
lib. 2.

Non est tamen recedendum à supra firmatis ob con-
iecturas adductas, cum similia legata ex illis de-
15 clarentur, † & sumant interpretationem, l. si ser-
uus plurium, §. vlt. ff. de legat 1. Menoch. præsumpt.
28. num. 1. cum seq. lib. 1. & præsumpt. 106. nu. 1. lib. 4.
16 † Cum etiam vltra prædictas coniecturas adsit di-
gnitas legatariæ, & personæ, in quam ipsa dispositio
confertur, & ad quam verba legati diriguntur, quod
inspiciendum esse dicitur in dict. l. seruus plurium, §.
vlt. ff. de leg 1. l. sed & si susceperit, § sed & si proponas,
ff. de iudic. l. Titia, § fin. de auro & argent. legat. l. ple-
rumque, §. equitij, de vsu & habitat. Ias. in l. si domus, nu.
6. vers. item ex qualitate, ff. de legat. 1. Rustic. ad l. cum
auus, in prohem. cap. 2. n. 14. Socin. in l. cum testamento,
de rebus dub. Menoch. consil. 129. nu. 13. & præsumpt.
106. nu. 6. & 7. lib. 4. & præsumpt. 28. nu. 10. & 11. lib.
17 1. † vbi etiam de legato facto alicui templo, quod
intelligetur iuxta conditionem illius templi, cui
fuit factum, adeo vt si dona, quæ ibi dantur, sint
solita esse aurea, seu argentea, ita etiam creden-
dum sit in testatorem in dubio sensisse, Imol. in l.
si ita sit adscriptum. & ibi Ias. col. vlt. ff. de leg. 1.
cum aliis per Tiraquell. priuileg piæ caus. 25. post med.
Bald. Nouell. de dot. part. 6. priuileg. 73. Capr. conclus.
3. col. 1. Barbat. in cap. iudicante, col. 9. de testam.

Cessantibus autem istis coniecturis consideranda es-
18 set prius in legatis consuetudo patriæ † testato-
ris, l. si seruus plurium, §. vlt. ff. de legat. 1. l. 1. & l. si quis
vinum ff. de tritic. vin. oleoq; legat l. cum dilationem, §.
item cacabes, de fund. instruct. l. dominus Sticho, §. te-
stamento, ff. de poenl. legat. cum aliis per Menoch.
præsump. 106. nu. 4. & 5. lib. 4. post Corn. consi. 244. nu.
34. lib. 2. Socin. consil. 247. num. 5. libro 2. Anchar. con-
sil. 363. num. 3.

Alia obiecta non faciunt ad casum nostrum, cum
procedant, quando non extant coniecturæ, tunc
enim in exactione dotis inspicitur domicilium
19 mariti, † l. exigere dotem 65. ff. de iudic. Roland. de
lucr. dot. qu. 17. n. 3. Phanuc. eod tit. gloss. 9. n. ... Socin.
consi. 247. nu 4 lib. 2. Surd. decis. 227. num. 1. cum seq.
Nam attenditur locus celebrati contractus, quan-
do quærimus, de qua moneta aliquis senserit, se-
cus autem vbi agitur de foro, tunc enim inspici-
tur locus, in quem effectus confertur, in aliis e-
nim debet attendi locus, vbi verba sunt prolata,
cum etiam verba sint intelligenda secundum com-
munem vsum loquendi, qui est in loco, vbi illa
20 proferuntur. † Quare etiam valor, & æstimatio
consideratur iuxta locum vbi gratia facta est, non
autem iuxta locum, in quem illa est collata Surd.
qui latè omnia prædicta comprobat decis. 227. nu.
2. cum sequent. quidquid aliud senserit Oldrad con-
sil. 168. in princip. cum contra eum sit verior opi-
nio, vt per Roland. consil. 100. per tot. lib. 3. Purpur. in
l. cunctos populos, num 109. Cod. de summ. trinit. & fid.
cathol. Cagnol. in l. semper in stipulationibus, nu. 3. de
reg. iur. Alex. consil. 21. col. 2. lib. 2. Osasc. decis. 114.
in fin.

Et ita etiam procedit decis. Surd. 227. vbi fundat suam
conclusionem in coniecturis, & præsumptioni-
21 bus, † ex quibus colligit voluntatem contrahen-
tium fuisse, quod debeat attendi locus celebrati
contractus, in quo est facta solutio dotis, non
consideratio loco originis, ideo cum maritus ac-
cepit aureos Romanos pro dote, tales tenebitur
restituere, quasi de illis præsumendum sit, quod
22 senserit, dum promisit illorum restitutionem, † ne
aliter intelligendo locupletetur cum iactura mu-
lieris contra l. iure naturæ, de regul. iur. Cum etiam

a primordio tituli posterior furmerut euentus, *l. re-*
23 *gula 9. §. & licet, ff. de iur. & fact. ignor. Surd. decis.*
227. in fin. vbi ita declarat *l. exigere dotem 65. ff. de*
24 *iudic.* ad cuius intellectum† multa adducit *Barbos.*
in repet. d. legis. Bart. in l. 1. num. 15. C. de summ. trinit.
& fid. cathol. Felin. in cap. 1. nu. 24. de sponsalib. Bald.
Nouel. de dot. part. 9. priuileg. 18. Cassan. consi. 7. nu. 6.
Afflict. decis. 226. num. 9. Couarruu. de sponsalib. 2. p. c.
in princ. nu. 7. Bald. in l. voluntas, n. 1. C. de fideicomm.
Duen. regul. 377. Castellan. in memorab. in verb. dos,
Tiraquell. de legib. connubial. gloss. 1. nu. 28. 35. & 37.
Phanuc. de lucr. dot. qu. 2. in fin. n. 15. & q. 21. nu. 28.
Ruin. consi. 58. lib. 3.

Quo ad secundum dixi, legatum de quo agimus de-
beri legatariæ, non obstante prætensa dote eidem
constitutæ per auunculum, Etenim non potest
considerari aliqua compensatio cum legatum fue-
rit relictum à patre, dos autem sit soluta ab auun-
25 culo, † qui in hac materia dicitur extraneus tan-
quam mulierem dotandam non habeat in pote-
state, *l. vnic. §. accedit, in fin. Cod. de rei vxor. act. Ias.*
in §. fuerat, nu. 30. instit. de action. Surd. cons. 131. nu.
30. lib. 1. Honded. consi. 91. nu. 82. vsque ad num. 85.
26 *lib. 1.* Et per consequens videtur animo † donan-
di dotasse, *Bald. in vlt. num. 3. ad fin. C. de iur. dot.*
Rip. in l. 1. nu. 94. ff. solut. matrim. Menoch. de ar-
bitr. cas. 88. nu. 36. & 43. vbi testatur sine difficulta-
te hoc procedere quando talis extraneus non es-
27 set debitor ipsius mulieris † prout est in casu no-
stro, Nam tunc magis præsumitur donatio. si enim
constaret de debito, videretur data dos non ani-
mo donandi, sed repetendi, *Ruin. cons. 223. nu. 1.*
lib. 1. & cons. 152. nu. 9. lib. 5. post Bart. in l. vxorem, §.
28 *pater naturalis, ff. de leg. 3.* † Vnde multo minus talis
prætensa compensatio non perimit legatum do-
tis, quia sic fieret de debito inter alios contracto,
quod non potest fieri, *l. 1. & 2. ff. de compensat. l. in*
rem, vers. creditor, ff. eod. tit. Bero. consi. 46. nu. 7. lib. 2.
post Roman. sing. 559. debitor meus, in fin. Socin. Iun.
cons. 79. lib. 3.

Non obstat declaratio Auunculi, Quia non potuit
29 fieri ex interuallo post duos annos, † prout facta
fuit in præiudicium ipsius mulieris, quæ acquisi-
uit ab eo dotem liberè, simpliciter, & absque yllo
onere, aut declaratione, quod fuerit soluta in ex-
tinctionem legati sibi à patre relicti, *l. quoties ff. so-*
lut. matrimon. Gabr. consi. 58. nu. 4. lib. 1. Surd. consi.
123. nu. 2. & 3. lib. 1. Bald. Nouell. de dot. priuileg. 11. li-
mit. 10. part. 7. & in specie similis declarationis *Ang.*
consil. 209. nu. 1. & 2. Aym. cons. 106. nu. 13. ad med. &
consi. 112. nu. 12.

Quæ magis procedunt stantibus coniecturis, & præ-
sumptionibus, de quibus in facto, in quas potissi-
ma est affectio auunculi erga neptem, quam per
annos tredecim domi suæ retinuit, & ab ea semper
omnia obsequia, & seruitia habuit, quæ erant ne-
cessaria eius personæ existenti in continua mala
valetudine, ita vt ex his dicendum sit dotem fuisse
constitutam contemplatione ipsius neptis, non vt
illam excluderet à legato itidem facto per patrem
30 suum, † cum semper in huiusmodi materia atten-
dantur iudicia & coniecturæ *Alex. in l. in quartam,*
nu. 27. col. antepenult. ad med. vers. quæris etiam, ff. ad
leg. falcid. Bero. consi. 46. n. 8 & 9. lib. 2. Bald. in l. cum
oportet, in prin. n. 4. C. de bon. quæ liber. Menoch. cons.
81. num. 49. vsque ad 53. lib. 1. vbi etiam addit aliud
31 indicium, quod concurrit in casu nostro, † quando
videlicet dos fuisset constituta in diuersa summa,
tunc enim non admittitur talis extinctio legati, &
quod in illam causam voluerit dotans dare dotem,
per text. in l. cum conenm, de ann. legat. Bart. in l. hu-
iusmodi 86 §. cum pater, num. 2. & ibi etiam Castr. n.
2. & Iacob. de Aren. ad fi. n. vers. aut legat aliam rem
aut quantitatem, ff de legat. 1.

Non obstat diuturnitas temporis, Quia cum non sint
elapsi triginta anni non est præscriptum petitioni
32 huiusmodi legati, † siue illud sit relictum pro do-
te, *l. in rebus, §. fin. C. de iur. dot. Rub. cons. 6. Dec. cons.*
35 *13. n. 55. lib. 2.* † siue pro legitima *Alex. cons. 8. nu. 25.*
lib. 3. post Bald. in l. si quis filium, n. 6. C. de inoffic. test.
Socin. Iun. cons. 34. n. 13. lib. 2. siue pro supplemento
34 legitimæ † *Fulgos. cons. 83. n. 1. in fin. Dec. cons. 103. &*
5 *consil. 114. Castr. consil. 109. lib. 1.* † siue pro alimen-
tis *Bald. cons. 484. nu. 3. lib. 4. Bald. cons. 48. in princ.*
siue sit simplex legatum *§. pro temporali, auth. de ec-*
clesiast. tit. Cornel. cons. 224. col. 1. versic. his tamen
non obstantibus, lib. 4. Dec. cons. 48. n. 2. prout omnis
actio, & via agendi requirit tantum tempus, *l. 2. C.*
de constit. pecun. l. 1. §. ad hæc, C. de annal. except. Gloss.
in l. nemo potest 58. in princ. de legat. 1. Bald. cons. 137.
36 *quadam vidua, in fi. lib. 5.* † Cum præsertim stante
scientia hæredis de testamento, & legatis in eo fa-
ctis ante lapsum dicti temporis dicatur idem hæ-
res esse in mala fide, non soluendo dictum lega-
tum, Nam contra legatarium non petentem intra
triginta annos bene currit præscriptio, sed quam-
uis cesset minori tempore à petitione, consequitur
nihilominus tam legatum, quam fructus rei sibi
relictæ à die mortis testatoris, *Surd. decis. 25. nu. 25.*
col. 5. post princ.

Neque obstat scientia prætensa testamenti paterni
stante facto domestico, & fama, ac habitatione, &
37 aliis, † quæ faciunt illam præsumi ex *Honded. cons.*
83. n. 77. & 78. lib. 1. cum aliis supra allegatis. Quia
omisso, quod prædicta non sufficiunt, cum in filio
præsumatur omnino ignorantia testamenti pater-
38 ni † nisi constet illum fuisse præsentem dicto te-
stamento secundum communem opinionem, de
qua per *Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, quæst. 3. de*
verb. oblig. cum aliis per *Ioseph. Ludou. decis. Perus.*
19. n. 14. part. 1. Respondetur, quod quamuis con-
staret de tali scientia, quæ suffragaretur, Tamen
cum non sit lapsum tantum tempus, quantum re-
quiritur ad præscriptionem, non excluditur lega-
tarius à petitione legati, quamuis sciuerit illud sibi
59 esse relictum. Adeo vt † post acceptationem, seu
petitionem legati semper consideretur mala fides
in hærede, qui hoc casu nunquam præscribit iuxta
distinctionem *Anchar. in cap. sine possessione, col. 18.*
de reg. iur. in 6. de qua latè *Bec. cons. 48. Bald. cons.*
168. proponitur num. 1. lib. 5. & multa adduxit *decis.*
March. 4. num. 15. cum seq.

Minus obstat, quod solutio dotis probetur conie-
cturis stante diuturnitate temporis, præstatione
alimentorum facta à marito vxori, & aliis quæ ad-
uerso adducuntur. Quia iam superius dictum est
non probari, quod talis solutio fuerit facta pro
40 extinctione legati, † prout ista qualitas erat in
specie probanda, cum non sufficiat dotem fuis-
se solutam, nisi etiam constet de solutione ad
effectum, de quo agimus *Bart. in l. 1. §. quod autem*
ait, ff. ne quid in flum. publ. Natt. consil. 474. dub. 31.
Surd. cons. 45. num. 14. lib. 1. & declaratio, quod fue-
rit facta solutio ob dictam causam, non subsistit,

vt dictum

vt dictum est tanquam ex interuallo post ius quæsitum mulieri, cui non potuit præiudicari *Ang. cons.209.nu.1.& 2.*

Nec facit dispositio *l.procula,de probat.* Quia non est materia nostra, quamuis enim adsit diuturnitas temporis, & consanguinitas, & solutio prætensa
41 de aliis creditis facta per maritum legatariç,† Tamen non ex hoc præsumenda est remissio legati, cuius petitio non fuit sublata, nisi spatio triginta annorum, vt dictum est, de cuius temporis lapsu non constat; Maximè quia maritus non potuit præiudicare vxori circa renunciationem siue expres-
42 sam, siue tacitam de huiusmodi legato, † quamuis esset contentus dote sibi solùm promissa ab auunculo, etiam si maritus expressè renunciasset legata *Rot.coram R.P.D.Manzanedo Romana legati de Celsis,22.Iunij* 1607. vbi in specie concluditur, quod non obstat promissio mariti, vbi habita dote, per vxorem renunciabitur legitimæ, & aliis actionibus sibi competentibus tam quo ad legata, quàm cæteras prætensiones in hæreditate aui,patrui, & similium, quia talis promissio non potest
43 obesse vxori, si illa non interuenit † quando fuit facta, aut non approbauit, vel ratam habuit *l.si vnus, §.ante omnia,de pact. l.inter stipulantem, in princ.de verb.oblig. l.1.C.si in commu. eademque caus.in integr.restit.postulet.* Et in proposito nostro notat *Boer. decis.3.col.vltim. ad med.nu.16.Castr. cons.278.nu.3. lib.2.Corn.cons.192.in princip. libro 1.Gabr.cons.131. num.1.lib.2.*

Neque in hoc considerabitur, quod vxor post dictam promissionem à marito factam nupserit cum
44 eadem dote, † & ex post facto pro illius exactione egerit,& sic visa fuerit huiusmodi pactum ratificasse, & tacitè renunciasse *l.Paulus. ff. rem rat.habe. l.indebitum, C.de condict.indeb. Alex.cons.127.nu.2. lib.5.& consi.175. in fin. eod.lib. Crescent. decis.1. de procur. Dec.cons.587.in causa quæ Mantue, nu.14.& in l.semper qui nō prohibet,60.n.8.de regul.iur. Aym.*
45 *cons.55. nu.5. Mascard. concl.1255.* † Maximè quando aliquid vxor consequitur, quia tunc inducitur ratificatio cum omnibus qualitatibus actus gesti per maritum latè *Surd. consil.519.nu.6. cum seq. lib. 4.Put.decis.397.n.9. lib.2. Ludouic.decis.Perus.21. n. 32.p.1. Isern.in c.1.n.24.vers. si non ratificat quod vir facit, & vers.nisi aliquem actum extrinsecum,& n.29. & ibi Affl.nu.92.de natur.success.feud.*

Nam ista procedunt, quando probaretur, quod vxor
46 habuisset scientiam huiusmodi pacti inserti † in capitulis matrimonialibus *Oldrad. consi.324. alias consi.329.nu.10. Castr.cons.465.n.5.vers. restat nunc, lib.1.* Cum ratificatio non extendatur ad ignorata *Aym.cons.160.nu.4. & cons.197.nu.14. Gramat consi.ciuil.66.nu.70.Becc.consi.37.n.24.Natt.consi.162. n.31.& consi.636. nu.192. Ceph.consi.441.n.39. Menoch.consi.1.nu.329.Surd. cons.28.nu.118.lib.1. Ruin. consil.128. nu.4. lib.1. Osasc. decis.Pedem.119.n.27. Loffr. consi.14.num.59. Paris. consi.100.nu.71. lib.1.* Ita vt in dubio semper ignorantia præsumatur *Oldrad.consil.234.nu.10.Castr.consi.465. viso compromisso,nu.5.lib.1.*

Immo in tali ratificatione renunciationis requirerentur solemnitates statuti Vrbis c.151. *lib.1.* Cum
47 † ad validitatem ratificationis requirantur,ea quæ sunt necessaria in confectione actus *l.si vt proponis, C.de nupt.l.nuptiæ,de rit.nuptiar.Gloss.in l.1. C.si aduers.transact.Calcan.consil.57.n.6.Tiraq.de retract. lignag.§.1.glos.10.nu.90.post princ. Menoch.consil.1. num.297.lib.1.Roman.cons.12.nu.6.& ibi latè Mandos.in verb.ratificatione, Cardin.Seraph. decis.1241. num.1.Osasc.decis.156.num.13.Surd.decis.159.num.7. & 21.Boccac.ad consl.March.gloss.8.n.63.Rot.coram R.P.D. Manzanedo Romana legati, 22.Iunij* 1607.
48 † vbi etiam quod ratihabitio est quasi contractus, & in quasi contractu requiritur eadem solemnitas,
49 in eodemmet contractu est necessaria † *Bart. in l. mater,& in l.mutum,§.fin.de acquir.hæredit. Afflict. de alienat.feud.patern. in princ. nu.69.* cum aliis per *Surd. consil.28.num.120.lib.1.* vbi ampliat ad contractus Ecclesiarum, Minorum, Vniuersitatum, & similium *Roland.consil.90.num.50.lib.1.Innocent. Host.Card.& alij in cap.cum dilecti,de empt.& ven-*
50 *dit.Bero.consil.134.nu.5.lib.1.* † Ratificatio enim reconciliat ea, quæ pendent ab animo, non autem illa quæ dependent ex forma, vel ex alia exteriori potentia *Bald.in l.mancipia, Cod.de reb. alien.non alienand.* Vnde quia in minore ratificante requiritur certa forma, non est mirum, si ea omissa non
51 tenet ratificatio. † Prout idem est si permitteretur ordo in ratificando *l.obligari, §.tutor, ff.de auctor.tut.Bald.in dict.leg.mancipia,ad med.* vbi ex hoc
52 idem concludit in processu falsi Delegati, † qui non potest ratificari, maximè quia Iudex delegatus non administrat negotium delegantis, sed
53 negotium partium, † ideo delegans non ratificat, Item nec partes, cum iurisdictio non sit in
54 arbitrio partium † *Bald.in leg.1. Cod.qui pro sua iurisdict.*

Quamuis in huiusmodi ratificatione renunciationis
55 non esset opus solemnitate statuti, † si illa esset facta ex causa maioris dotis, vt per *Rot. coram R. P.D. Manzanedo Romana legati, 22.Iunij,* 1607. ad tradita per *Roman.consi.455.in princip.& Socin.consi.160.num.12.& 17.lib.2.* vbi quod statutum requirens certas solemnitates in contractibus mino-
56 rum non habet locum, † quoties fit melior illorum conditio *Barbat.cons.35 lib.2.Soci.in l.conditionibus,post princ.ff.de condit.& demonstrat.Ruin.consil.161.proponitur,nu.5.lib.2.Felin.in cap. iuris quæstionibus, col.1.de testib.Grat.cons.46.n.29.lib.1. Tiraq de legib.connubial.lib.gloss.9.num.76. Roman.consil.326. in 2. dub. Mandos. ad d.Roman. consi.353. in verb.voluerit,Rip.in l.furioso,post princ.de re iudic.&*
57 *in l.is cui bonis,num.46.ff.de verb.oblig.* † licet secundum aliam opinionem veriorem,non sufficeret sola vtilitas in alienationibus minorum, nisi etiam concurrant solemnitates *Castr. in l. cum hi, §.eam transactionem, num.12. de transact. Bero.consil.88. num.25.lib.1. Rol.consil.99. num.38.lib.1.* Ias.qui de communi *in l.contra iuris, in fin. ff.de pact. Put.decis.2.in princ.lib.1.* & de recepta opinione testatur *Rot.coram R.P.D.Sacrato Romana domus de Cup-*
58 *pis, 10.Decembris* 1600. *in fin.* † vbi ampliat in alienatione bonorum minoris ad vitam, in qua requiruntur solemnitates, cum sit perpetua, & vera venditio, neque enim illa qualitas, quod finiatur vita ementis, tollit substantialia, venditionis, & illa est verior opinio vt Couar. *lib.1. variar. resolut. cap.16. numero 5.* quidquid aliter sentiat *Feder.consil.52.* cuius sententiam non esse admittendam dicit *Rot. in dicta Romana domus*
59 *de Cuppis.* † intelligendo dummodo vtilitas minoris, Ecclesiæ, & similium, non sit euidens, & clara, ac indubitata, si enim esset talis non require-

rentur solemnitates Auchar. in clem. 1. in 4. notab.
de reb. eccles. non alienand. per text. in cap. 1. eod. tit.
& in cap. sine exceptione, versic. quod non sit dubium
profuturum, 12. quæst. 2. Corn. consil. 245. numer. 3.
versic. præterea, lib. 2. Barbat. cons. 40. num. 1. lib. 1.
cum aliis per Rot. coram Card. Pamphilio Romana
inualiditatis census, 24. May 1591. & coram R. P.
D. Sacrato Romana domus de Cuppis, 10. Nouembris
1600. ad fin. & coram R. P. D. Marcomontio Bo-
nonien. census, 20. February 1609. versic. non obstat
quod prætendatur, in fin. & coram Card. Seraphino
Camerinen. prædij, 10. Nouembris 1597. in impressis
decis. 1142.

Cum igitur non sit valida ratificatio renunciationis,
non erit renunciatum legato, cui minus censebi-
tur renunciatum, si verba renunciationis essent de
quacumque actione competente in hæreditate
60 alicuius, † cum appellatione hæreditatis non ve-
niat legatum l. si Titius ex parte, 94. in fin. ff. de leg. 3.
Prout etiam in tali renunciatione quando esset
valida non venirent ea, quæ ex testamento com-
peterent, si enim pater aliquid filiæ relinqueret,
illi deberetur, quamuis renunciasset tempore nu-
61 ptiarum † hæreditati paternæ Alexan. in l. stipula-
tio hoc modo concepta, nu. 8. & ibi Ias. nu. 13. ff. de ver-
bor. obligat. Felin. in cap. præterea, nu. 34. de sponsalib.
Tiraqu. in tract. le mort saisit, declar. 8. nu. 1. Gabr. de
iur. dot. conclus. 1. nu. 26. Surd. decis. 14. nu. 4. Quod
procedit non solùm quando post factam renuncia-
tionem pater ei in testamento aliquid reliquit,
62 † sed etiam quando legatum erat factum ante re-
nunciationem, quia non mutando testamentum,
voluit cum prima voluntate decedere Aret. in l.
qui superstitis, col. 5. vers. circa secundam, de acqu. hæ-
red. Crot. l. stipulatio hoc modo concepta, num. 44. vers.
extenditur, ff. de verb. oblig. Paris. cons. 94. nu. 36. lib.
3. Surd. decis. 14. num. 8. & sequitur Rot. coram R. P.
D. Manzanedo Romana legati 22. Iuny 1607. ad med.
63 † Cum materia renunciationis sit stricta, & ideo
debet strictè intelligi, ita vt minus præiudicet re-
nuncianti, interpretando illam ad fauorem ipsius,
latè Surd. consi. 431. nu. 32. vsque ad 35. lib. 3.

Amplius neque obstabit, quod fratres dotando soro-
rem videantur voluisse compensare legatum cum
64 dote, † Quia quando nihil fuit actum de com-
pensatione in constitutione dotis, non est præsu-
menda talis compensatio Gloss. in l. fin. in verb. ido-
neum, & ibi Bald. C. de dot. prom. ss. Alex. consi. 7. nu.
16. vers. facit ad prædicta, lib. 6. Bald. Nouel. de dot. p.
65 6. priuil. 45. n. 2. vers. & ideo, col. 1. † Quidquid con-
trarium sentiant Gomes. variar. resol. tit. 1. c. 12. n. 27.
& Cardin. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 10. tit.
2. n. 17. Quia eorum opinio procedit in casu, in quo
testator legans erat debitor legatarij. & legauit ex-
pressè dicendo, quod legatarius esset contentus, &
nihil amplius petere posset, cum ex istis verbis col-
ligatur animus compensandi, quod secus est, quan-
do non constat de huiusmodi voluntate, vnde in
dubio non est præsumenda compensatio Alexand.
cons. 7. n. 16. lib. 6 Et ita in specie declarat Rot. coram
R. P. D. Manzanedo Romana legati, 22. Iunij 1607.
prout etiam loquitur Bald. in l. liberti libertæque, n.
66 28. C. de oper. libert. Ruin. cons. 136. n. 7. lib. 2. † Nam
legatarius acceptando simpliciter legatum factum
cum dicto onere, vt nihil amplius petere possit
sibi præiudicauit, quamuis etiam minus sit in le-
gato, quam in debito Castr. in l. si cum dotem, §. si pa-
ter, num. 3. & ibi Alex. nu. 1. ff solut. matrim. Idem
Alex. cons. 132. num. 2. lib. 2. Ruin. cons. 79. num. 1. lib.
2. & est verior opinio, quidquid Imol. & alij con-
tradixerint, vt testatur Cardin. Mantic. de coniect.
vlt. volunt. lib. 10. tit. 2. num. 17.

Et ita etiam intelligitur Surd. cons. 267. lib. 2. vbi vo-
luit in renunciatione comprehendi legatum fa-
67 ctum renuncianti, † Quia loquitur in casu, in quo
constabat ex verbis amplissimis, quod renuncians
voluit etiam renunciare legato, cum quietauerit
pro omni, & toto eo, quod exigere, vel consequi
posset tam ex causa sententiæ, quàm ex quauis alia
causa cogitata, vel incogitata etiam penitus dissi-
mili, & extranea, imponendo finem perpetuum
omnibus controuersiis, quæ verba sunt generalissi-
ma, vt omnia complectantur, includendo omnes
casus, qui alias non venirent, vt notat idem Surd. d.
cons. 267. num. 6. cum seq. lib. 2. & ita etiam illud de-
clarat Rot. coram R. P. D. Manzanedo Romana legati
68 11. Iuny, 1607. † Prout regulariter quando partes
non stant in puris terminis transactionis, sed vtun-
tur verbis prægnantibus, & quæ salua ratione recti
sermonis non possunt restringi ad illa quæ erant
in controuersia, tunc veniunt etiam omnia non
pertinentia ad litem motam Bart. in l. Aurelius, §.
Caius, num. 10. ff de liber. legat. & in l. si de certa, nu. 5.
Cod. de transact. Castr. in l. Aquiliana, in princip. ff.
eod. tit. & cons. 333. colum. 1. lib. 2. Alexand. consil. 11.
num. 11. lib. 1. Natt. consil. 546. nu. 22. Socin. cons. 103.
numero 4. in fin. libro 3. Surd. consi. 267. numero 12. vs-
que ad 16. lib. 2.

Quo vero ad vltimum concludendum est esse lo-
cum remissioni causæ, Quia sumus in virginibus
69 innuptis, & orphanis, † quæ æquiparantur viduis
ad effectum, vt gaudeant priuilegio l. vnic. Cod.
quand. imperat. inter pupill. & vid. Immo magis illis
conceditur dictum priuilegium tanquam habeant
aureolam virginitatis, quam non habent viduæ,
70 licèt etiam ipsæ seruantes castitatem † non sint
procul à virginitate, vt in specie concludit Afflict.
super constitut. regn. lib. 1. rubric. 37. nu. 29. post Andr.
Isern. ibid. in princ. Franc. decis. 100. num. 1. cum seq.
& decis 599. in princ. quidquid alij contrarium sen-
tiant, de quibus per Gail. obseruat. 1. numer. 42. libr.
1. Cum contra eos sit magis communis, & verior
opinio, vt testatur Menoch. de arbitr. cas. 66. in ad-
71 dit. num. 12. † vbi quod circa istum effectum satis
videtur virgo conuenire cum vidua Guid. Pap. qu.
566. in fi. Lup. in cap. per vestras, notab. 2. n. 11. ad med.
de donat. inter vir. & vxor. fol. 286. Carpan super sta-
tut. Mediolanen. c. 47. num. 116. post Follen. in prax.
in verb. audiantur excusatores, num. 85. cum seq. Ca-
mia. super ritib. cap. 38. num. 460. latè Caranis. etiam
super ritib. cap. 19. numer. 21. Rebuff. de sentent. præ-
iudicialib. seu prouisionalib. art. 3. gloss. vlt. num. 1. in
fin. & ita etiam concludunt omnes in d. l. vnic. vbi
Alber. num. 1. in fin. vers. primam opinionem sequitur
Cin. num. 2. in fi. & Odoffr. num. 1. C. quand. imper. in-
ter pupill. & vid. & ibi Azo. in summ. numer. 5. ad fin.
Luc. de Penn. in l. vlt. col. 1. in fin. Cod. de priuileg. scho-
72 lar. lib. 10. † Quia etiam virgo dicitur vidua quasi
sine viro l. malum, 242. §. vidua, ff. de verbor. signifi-
cat. & quia sumus in beneficio Principis, quod est
extendendum, vbi adest eadem ratio l. fin. de consti-
tut. princ.

Quod magis est in casu nostro, quia non solùm su-
mus in virginibus, sed etiam orphanis orbatis
patre,

73 patre, & matre, † quibus conceditur huiusmodi priuilegium, sicut pupillo, *Menoch. de arbitr. cas. 66. n. 7. & 8 Rebuff. de sentent. praeiudicial. seu prouisiona- lib. art. 3. gloss. vlt. n. 4. fol. 295.*

Neque obstat, quod simus in tertia instantia, Quia huiusmodi priuilegium competit tam in prima,
74 quàm † in secunda, quàm vlteriori instantia, cum enim lex disponat, quod à nullo nostrorum iudicum istae personae miserabiles compellantur, intelligendum est tam de primo, quàm de aliis iudiciis quasi verba pluralis numeri indefinite prolata
75 non restringantur ad primum † actum, neque verificentur in vno *l. vbi numerus, ff. de testib. c. pluralis locutio, de reg. iur in 6. Dec. cons. 502. viso puncto diligenter, nu. 3 Gabr. de legib. conclus. 2. nu. 46.* & ita in
76 specie *dict. l. vnic.* de veriori opinione testatur † *R. P. D. Marches. de commiss. auoc. causar. p. 2. §. 2. n. 68. fol. 319. p. 2.* Exemplo Aegidianae, de qua potest dari
77 tam in prima, quàm vlteriori instantia † *Gontard. in l. vnic. in gloss. in verb. momento, q. 4. n. 8. & q. 13. nu. 106. C. si moment. possess. post Vestan. decis. 111. alias vnic. de egidian. & probat. lib. 2. Rot. diuers. decis. 201. n. 1 p. 3. lib. 2.*

Cum etiam hoc priuilegium concedatur miserabilibus personis, vt facilius, & promptius habeant testes, instrumenta, ac alias probationes ad causam facientes in sua prouincia, ad quarum fauorem sta-
78 tutum est, vt omnis cautela seruetur, ne † terminos eiusdem prouinciae cogantur excedere, vt dicitur *in dict. l. vnic. ad med.* quae ratio militat tam in prima, quàm vlteriori instantia, & per consequens priuilegium trahetur non ad primum actum tan-
79 tum, sed donec, & quousque lis finiatur † *Bald. in l. fideicommissa, §. si quis alicui decem, ff. de legat. 3. Roma. cons. 504. post princ. Felin. in cap. dilectus, ad fin. de testib. Ias. in l. praetor ait, §. deinde, in vlt. notab. versic. confirmo istam conclusionem, ff. de nou. ope. nunc. Tiraq. in l. boues, §. hoc sermone, limit. 10. de verb. signific.*

Praesertim, quia hoc priuilegium fuit datum ex beni-
80 gnitate, & miseratione personarum, † quo casu intelligitur de actu reiterato *l. haec conditio filiae, ad fin. de condit. & demonstr. Aret. in l. serui electione, in fin. princ. de legat. 1. Tiraq. in d. §. hoc sermone, limit. 3.*
81 † Cum etiam huiusmodi concessio sit pro certa, & determinata causa litium, quas habent miserabiles personae, tunc enim priuilegium extenditur donec durat causa, ob quam illud conceditur *Bignor. cons. 153. n. 6. Abb. in c. 2. in fin. & ibi Felin. in 4. limit. de treug. & pac. Dec. cons. 162. viso puncto, col. 1. vers. ad idem facit. Tiraq. in d. §. hoc sermone, lim. 5. & in tract. cessante caus. p 1. §. 17.*

Quibus additur *Thesaur. decis. 177. nu. 8.* vbi in specie concludit, quod huiusmodi auocatio causarum
82 † potest fieri etiã in secunda instantia, Vnde si adsint tria tribunalia, & tres instantiae; vna in qua iudicant Ordinarij locorum, secunda in qua iudicant Praefecti prouinciarum, tertia in qua iudicat Sena-
83 tus, † si vidua in prima instantia adiuit Iudicem ordinarium, & ipsa ab illius sententia appellet, poterit appellare recta via ad Senatum omisso medio, quamuis regulariter esset appellandum ad Praefe-
84 ctum, † & non posset omitti iudex medius *l. Imperatores, de appell. cap. dilecti, eod. tit.* & ita etiam con-
85 cludit *Neuiz. in silu. nupt. lib. 6. num. 37. & 38.* † vbi quod quandocumque miserabilis persona potest petere se remitti coram supremo Principe omisso medio, *Rebuff. super concordat. rubr. de friuol. appellat. col. 5. vers. tertio fallit, n. 5.* Adeo vt neque possit huic priuilegio renunciari per miserabilem perso-
86 nam, † *Fel. in cap. si diligenti 12. fall. 4. in fin. n. 16. de for. compet.* vbi, quod talis renunciatio tolleret misericordiam, & esset contra bonos mores, ideo non valet, quod etiam voluit *Neuiz. in silu. nupt. lib. 6. num. 37. & 38.* vbi, quod vidua, quae coram ordi-
87 nario erat appunctuata ad ius, † & quae petiit se remitti coram Principe, fuit remissa, quia per consensum praestitum litigando coram Ordinario non potuit renunciare tali priuilegio *Parpal. in l. penult. Cod. de pact. Afflict. super constit. regn. rubr. 37. incip. statuimus, colum. 12. in princ. num. 36. vers. 13 & vltimo quaero, lib. 1.* Cum etiam licita sit variatio vbi electio datur à iure *l. eum qui certarum, §. 1. ff. de verb. oblig.*

EPITOME.

Pretium quando sit restituendum emptori, si sequatur euictio, non obstante pacto, quod venditor de ea non teneatur, nisi facto, & culpa sua. ¶ Venditio quo casu dicatur ad mensuram, seu corpus. ¶ Decretum excessiuum an valeat in summa debita. ¶ Emphyteuta non possidens an teneatur ad onera. ¶ Contractus an iudicetur potius censualis, quàm emphyteoticus. ¶ Et quid si fuerit petitus alternatiuè canon, seu census. ¶ De differentia inter contractum emphyteusis, & censualem. ¶ Solutio, seu petitio pro virili quando inducat diuisionem debiti, ita vt non possit agi, nisi pro rata. ¶ Et quid stante decoctione vnius ex debitoribus. ¶ Vendens fundum centum iugerum certis finibus designatum an teneatur de euictione, si quid fuerit euictum ex comprehensis intra fines, licèt supersint centum iugera. ¶ Concessio alienationis bonorum Ecclesiae an fiat sub alia forma, quam dationis in emphyteusim. ¶ Res iudicata an attendatur in supremis Tribunalibus.

SVMMARIVM.

1 *Decretum excessiuum non valet in summa debita, sed in totum annullatur.*
2 *Emphyteota non possidens non tenetur ad onera.*
3 *Pretium restituendum est emptori secuta euictione, quamuis venditor sibi praecauerit nolle de ea teneri aliquo modo, & à quocumque illa emanauerit.*
4 *Venditio non dicitur ad mensuram, sed ad corpus propter vnicum pretium non distributum in iugera.*
5 *In venditione continetur quidquid includitur intra confines.*
6 *Vendens fundum centum iugerum certis finibus designatum tenetur de euictione, si quid fuerit euictum ex comprehensis intra fines, licet supersint centum iugera.*
7 *Augmentum rei venditae cedit lucro emptoris.*
8 *In venditione ad corpus non attenditur mensura tanquam posita ad demonstrationem.*
9 *Contractus potius praesumitur censualis, quàm emphyteoticus: & quid in emphyteusi Ecclesiae, n. 10.*
11 *Decretum est suspensum, si ab eo appelletur, ita vt ex illo non sit aliquod ius acquisitum.*
12 *Petitio alternatiua canonis, seu census facit praesumere contractum censualem, non emphyteoticum. Intellige vt num. 13.*

14 *Canon accipitur pro censu.*
15 *Tractatus alienationum bonorum Ecclesiæ non solent concedi à Sede Apostolica, nisi sub forma concessionis in emphyteusim, præterquã ex causa permutationis.*
16 *Differentia qualis sit inter emphyteusim, & contractum censualem.*
17 *Censum soluimus de re nostra, pensionem de re aliena.*
18 *Statutum est seruandum cum omnibus qualitatibus in eo contentis.*
19 *Supremæ tribunalia non attendunt res indicatas, nisi constet de iustitia sententiarum.*
20 *Solutio, seu petitio pro virili inducit diuisionem debiti, & exceptionem non petendi, nisi pro rata, n.22. Et quid si alter ex obligatis fuerit decoctus, n.21. & 23.*

CAPVT DLXVI.

Mandata executiua relaxata ex causis, de quibus in actis, dixi esse reuocanda, & quo ad primum res erat clara, quia constabat in instrumento exhibito de solutione pretij vineæ, & canonum vsque ad 13. Augusti 1611. vnde non poterant prætendi canones, quamuis deberentur, nisi pro scutis 88. & b.15. ad rationem scutorum 37. & b.7. pro quolibet anno à dicta die factæ solutionis vsq; ad præsentem diem cum tamen mandatum fuerit relaxatum pro scutis 123. b. 70. † &
1 sic tanquam excessiuum non valet in summa debita, sed in totum annullatur *Gloss. vlt. in l. fin. & ibi Alexand.* qui de communi *num.10. ff. de iurisdict. omn. iudic. Put. decis.323. lib.18. Natt. cons.631. num.37.* cum aliis quos adduxi *supra c.162. num.18. & 19. tom.1.*

Præterea neque vlli canones sunt soluendi stantibus molestiis, de quibus in facto, ex quo colligitur ma-
2 iorem partem vineæ fuisse euictam, † vnde cum emphyteuta non possideat facto & culpa domini, non est æquum, vt illius onera subeat *Bald. in l. solemnitatibus, 25. in fin. vers. item quia ad hoc vt vassallus, C. de rei vindic. Ang. cons.311. num.3. Ang. cons. 124 in fin. lib.5. Dec. cons.58. pro tenui facultate, col. vlt. post med. & in auth. qui rem, num.8. vers. sexto fallit, C. de sacros. eccles. Socin. Iun. cons.70. num.13. lib. 1.* dixi latè *supra c.223. num.5.*

Neque obstat euictionem non fuisse secutam dato, & facto Domini, qui ita se obligauit, & non aliàs
3 nec alio modo. † Quia ista verba non excludunt saltem pretij repetitionem, cum semper debeat restitui emptori pretium per venditorem, quamuis sibi præcauerit nolle teneri de euictione aliquo modo, & à quocumque illa emanauerit siue pro dato, & facto suo tantùm, siue per similia verba, etiam quod emptio facta sit à sciente *l. emptorem, §. fin. ff. de act. empt. Bald. in l.1. num.9. Cod. de peric. & commod. rei vendit. Marsil. sing.656. Natt. cons.181. nu.7 Surd.* qui dictos casus latè comprobat *cons.36. n.22. l.b.1. post Afflict. in c. imperialem, notab.13. num. 108. & 109. de prohib. feud. alienat. per. federic. Burg. in c. vlt. num.15. post princ. vers. quid autem è contra quando venditor dicit. de empt. & vend. Curt. Iun. in l. emptionibus, 44. in fin. ff. de pact. Cassan. cons.55. num.45.*

Nec facit, quod emptor possideat octo petias vineæ iuxta formam instrumenti, in quo ista quantitas fuit vendita cum oblatione adimplendi vsque ad dictam summam, quatenus illa non fuerit tradita.
4 † Quia non sumus in venditione facta ad mensuram, sed ad corpus propter vnicum pretium non distributum in jugera. & propter claram mentem contrahentium, qui hinc inde vendiderunt, & emerunt ad corpus plus & minus, prout vinea est, non habito respectu ad petias octo nominatas, vt in eodem instrumento clarè legitur, quamuis etiam hoc non expresso, non diceretur talis emptio ad mensuram, tanquam inceptum fuerit à corpore, & stante vnico pretio, & aliis, de quibus in facto, quæ arguunt fuisse vineam ad corpus venditam, non ad mensuram *Alex. cons.159. col. pen. num.7. ad med. lib.5. & cons.106. nu.2. lib.6. Socin. Iun. cons.42. num.10. lib.2. Paris. cons.64. num.55. & 56. libr.1. Bursati. cons.441. n.22. Goz. ad cons.58. num.20. in fin. Bertrand. cons.180. nu.9. lib.7.* & concludunt omnes *in l.2. C. de peric. & commod. rei vend. Ancha. & Imol. in cap. per tuas, de donat.* latè *Surd. decis.64. nu.5.* vbi de communi juxta *cons. Oldrad.107.* de quo *Gabr. cons.64. n.13. cum seq. lib.2.*

Quo stante quidquid includitur intra confines conti-
5 netur in venditione † *l. ædes sacra 73. §. fin. de contra. empt. l. si fines. 10. C. de euict. Paris. consil.2. numer.64. lib.3. Cagnol. in l.2. numer.180. & 181. C. de rescind. vend. Menoch. cons.13. numer.9. Surd. decis.64. num. 10.* Ita vt vendens fundum centum iugerum certis
6 finibus designatum † teneatur pro euictione, si quid fuerit euictum ex comprehensis intra fines, licet supersint centum iugera, quod si esset venditio ad mensuram, vtique solum centum iugera venissent in venditione, & euictio non præstaretur pro eo, quod superest, juxta dispositionem *text. in l. qui fundum, 45. ff. de euict. Paris. consil.64. numer. 58. post med. lib.1. Surd. decis.64. nu.8. vers. secundo pro hac parte.*

Non erit igitur consideranda oblatio implementi vs-
7 que ad octo petias, † Quia omne augmentum rei venditæ vltra dictam summam cedit lucro emptoris pro eodem pretio, quia integritas rei consistit in se ipsa, non in mensura, & cum venditio sit ad corpus, non debet attendi mensura tanquam posi-
8 ta ad demonstrationem, † quæ non vitiat, nec alterat dispositionem, quando de corpore constat, Maximè quia attenduntur confinia, non mensura: vnde perinde est, ac si mensura non fuisset expressa, quasi corpus ipsum sit spectandum. Ita per prædictas, & similes rationes concludit *Castr. in l. si duorum, 43. post med. de act. empt. & in l. si seruum, §.1. ff. eod. tit. Salic. in l.2. numer. C. eod. de contrah. empt. Socin. in l. demonstratio falsa, numero 10. de condit. & demonstrat. Ias. consil.55. numero 4. lib.1. Ruin. consil. 83. numer.3. lib.1. Paris. consil.64. num.39. lib.1. Socin. Iun. consil.42. numer.2. lib.2.* & omnes ita tenere, & neminem dubitare testatur *Surd. decis.64. numer.14. Gabr. consil.64. numer.10. lib.1. Pinell.* qui dicit receptissimam opinionem ad fauorem emptionis *en l.2. p.3. c.2. numer.7. & ibi Cagnol. nu.186. & 187. C. de rescind. vend. Burg. in c. cum causa, num. 50. limit.14. de empt. & vend.*

Quo verò ad secundum mandatum concludendum est etiam illud esse reuocandum, Quia non poterat declarari per Iudicem, quod ex pretio domus, de qua agimus essent detrahenda scuta 350. tanquam limus in canone, cum potius ex quietantiis productis, & sequestris factis per dominum inquilinis, appareat responsionem esse pro censu, non autem pro canone, quod facit vt sem-
9 per contractus judicetur censualis, † non autem emphy-

emphyteoticus, tanquam hæc sit propria interpre-
tatio istorum verborum, vt in specie cócludit Rum.
cons.41. num.7. lib.1. per doctrinam Alberici in l.2.
num.13. vbi Ias.num.165.qu.9. Cod. de iur.emphyt. latè
Natt.cons.3.nu.2.& 3. vbi ex hoc concludit, quod ad
effectum, vt talis contractus possit dici emphyteo-
ticus est probandum similes præstationes fuisse so-
lutas in recognitionem dominij, cum aliàs hoc non
probatio iudicandum sit pro censu, quamuis ille
esset solutus pro emphyteusi talis ecclesiæ, Aym.
cons.504. num.50. Marsill.sing.95. contractus, nu.2.
quidquid aliter sentiant Clar. Berald. & alij de
quibus per Mascard.conclus.281.nu.6. Quia contra
eos est magis vera & recepta sententia, vt testa-
tur Menoch.præsumpt.106.num.3.cum seq.lib.3. Dec.
in auth.qui rem, num.7. ad med. Cod. de sacros. eccles.
Bursat.cons.26.nu.24. Socin.cons.167. non inutile, lib.
1. Rot. de qua per Crescent.decis.1. de censibus. Mas-
card. qui alias decisiones adducit conclus.281.num.
10 4. † Immo etiam supradicti Doctores loquuntur
in emphyteusi Ecclesiæ, cum tamen casu noster sit
minus dubitabilis tanquam simus in emphyteusi
priuati: Quamuis respectu Ecclesiæ non sit tutum
firmare, cum multi teneant in ea potius præsumi,
quod sit contractus emphyteoticus, non censualis
Mendos.in cap.1. de restitut.in integr. numer.41. tom.
6. fol.54. in appendice ad repetitiones canonicas. Va-
lasc. de emphyt.quæst.35. num.35.

Nec facit fides decreti ex aduerso producti, Quia ex
eo non verificatur istam responsionem esse cano-
nem, nec super illa pendere litem, cum Dominus
citauerit ad soluendum canonem, seu censum, &
super ista petitione fuit obtentum mandatum, à
11 quo fuit interposita appellatio, † qua pendente est
suspensum dictum decretum, ita vt ex eo nullum
ius sit requisitum Felin. in rubr. de appellat. nu.1. Co-
uarr.pract.qu.cap.23. in princ. vers. his accedit, nu.1.
Cum etiam ex isto actu reddatur dubia prætensa
12 responsio † an sit canon, vel census, propter peti-
tionem factam de canone, vel censu, cum stante
ista alternatiua semper potius præsumatur contra-
ctus censualis, non autem emphyteoticus, maxi-
mè quia prius nominatur canon, & postea dicitur,
vel census, adeò vt ex istis verbis magis colligatur
esse censum, cùm tanquam vltimo posita derogent
primis verbis nominantibus canonem, quasi hæc
non se compatiantur, vt in specie notat Menoch.
præsumpt.106. num.8. & 9. lib.3. per l. si quis ante con-
ductis 10. ff. de acquir. possess.

Maximè, quia non constat aliunde, quod simus in em-
phyteusi, nam si de hoc appareret, ista verba alter-
natiua pro canone, seu censo, non operarentur,
13 † quod potius essemus in contractu censuali Card.
Seraph.decis.1195. num.3. vbi ex hoc concludit, quod
alienatio bonorum Ecclesiæ fuit nulla cum literæ
Apostolicæ concedentes facultatem alienandi non
fuerint verificatæ, erant enim sub nomine conces-
sionis in emphyteusim, & nihilominus confirma-
tio fuit tanquam de censu perpetuo, non obstante
quod in rescripto Summi Pontificis adessent illa
verba Sub annuo canone, seu censu, quæ licèt ar-
guerent Papam intellexisse de contractu & con-
cessione censuali, Tamèn, quia ibi præcedebant
alia verba clara, ex quibus constabat, quod mens
Papæ fuit concedere solum facultatem alienatio-
nis in emphyteusim, non poterat illa alternatiua
aliquid operari contra casum expressum in rescri-
pto, cum etiam aliquando canon ponatur pro cen-
14 su, † quamuis impropriè cap. ad aures, de rebus ec-
cles. non alien. Card. Seraph.decis.1235. num.1. Valasc.
de emphyt. quæst.32. num.27. in fin. Maximè, quia ar-
guendo à solitis non consueuerunt huiusmodi tra-
15 ctatus † aliter à Sede Apostolica confirmari, nisi
sub forma concessionis in emphyteusim, præter-
quam in permutationibus. Card. Seraph. dict. decis.
1195. num.3. quæ fuit confirmata in eadem causa de-
cis.1235. Quæ sunt notanda, cum multum differat
contractus censualis ab emphyteotico, nam in hoc
transfertur tantum vtile dominium, & possessio
naturalis ciuili penes dominum directum rema-
16 nente, † in illo verò transfertur tam vtile, quàm di-
rectum dominium, & vtraque possessio, ita sane,
quod nihil iuris remaneat penes concedentem, nisi
pensio quædam, seu census, non in signum recogni-
tionis dominij, vt est in emphyteusi, sed in memo-
riam pristini dominij, quod videlicet illa res ali-
quando fuerit in plenodominio concedentis; Gloss.
in cap. constitutus: vbi Abb. num.20 de religios. domi-
bus. Imol. in cap. ad audientiam, num.4. de rebus eccl.
non alien. Bart. in l.1. §.1. de publican. Socin.cons.208.
col.penult. nu.5. lib.2. Alexand.cons.14. num.8. lib.2.
Decian.cons.164. col.3. Ias.cons.63. colum.1. & 2. lib.1.
17 Valasc. de emphyt. quæst.13.18. & 32. num.27. † Vnde
dicimus, quod censum soluimus de re nostra, pen-
sionem verò de aliena Clar. in §. emphyteusis, quæst.
1. Euerard. argum.31.

Præterea Dominus penes domum, de qua agimus, nec
circum circa non habet aliqua bona grauata cano-
ne, quod facit vt possit desumi coniectura potius
nos esse in contractu censuali, quàm emphyteoti-
co, cum in istis dispositionibus ad earum naturam
dignoscendam stetur similibus coniecturis, cap.
constitutus, de relig. domibus c.1. de restit. in integr. Va-
lasc. de emphyt. quæst.32. nu.35.

Hæc omnia dicta sunt ex abundanti, nam pro reuoca-
tione mandati sufficeret solum allegare non fuisse
adimpleta requisita Bullæ, cum aduersarius non
promiserit ædificare, prout disponitur in §.6. & 16.
nec fuit facta bina monitio iuxta §.15. eiusdem con-
18 stitutionis, † quæ erat seruanda cum omnibus qua-
litatibus in ea contentis, nam alias illi non potest
esse locus, Bart. in l.1. §. quod autem ait prætor, ff. ne
quid in flum. publ. Aym. in respon. pro gener. num.25. &
31. Natt.cons.474. nu.31. Surd.cons.45. nu.14. & cons.
130. num.1. lib.1.

Non obstat prætensa res iudicata, quia de ea non con-
stat in rationibus, de quibus in facto, & quatenus
adesset, quod negatur, Tamen fuit commissa causa
appellationis, & restitutionis in integrum, quę da-
tur aduersus omissum tempus ad appellandum, &
19 ex supra dictis apparet de causis restitutionis, †
Cum etiã simus in supremo Tribunali, in quo non
attenduntur res iudicatæ, nisi constito de iustitia
sententiarum Mohed.decis.318. Put.decis.504. lib.1.
Cardin. Seraph. decis.1098. in fin. & decis.1555. nu.3.

Idem dicendum est quo ad tertium mandatum, quod
videlicet sit reuocandum, Non constabat fuisse fa-
ctam diuisionem debiti, ita vt non possit amplius
agi contra vnum ex debitoribus etiam obligatis in
20 solidum, † cum fuerit facta petitio, & receptio pro
rata illum tangente, tunc enim resultat clarum pa-
ctum diuisionis debiti, & exceptio nõ petendi, nisi
pro virili Bald. in l. liberum, 16. in fin. num.3. Cod. de
fideiussoribus, Castr. in l. si ex toto 8. § si ita scriptum,

num.3.ad fin. de legat.1.& ibi Bald.ad fin. vers. aut non diuisit actionem suam in omnes. Idem *Castr.in l.si creditores* 18.*nu.3.& 4. C.de pact. Card.Mantic. de tacit.& ambig. conuent.tit.5. lib.15.nu.3. vers. unde si creditor. Rot. coram Card.Ludouis. Bononiens.pecuniaria, 23.Martij* 1607. vbi quod debet esse punctualis solutio *Aldobr. cons.*114.*nu.*49.*lib.*1. & dixi latè *supra ca.*359.

Neque obstat, quod non fuerit inducta diuisio stante
21 decoctione alterius obligati † iuxta *decis. Lucens. Ios.Ludou.*21.*num.*3.*Roncagall.in l.*2.§.*vbi duo,num.* 39.*&* 107.*ff de duobus reis; Cost.de portion.rat.quast.* 130. *num.*6. *Franc. de fideiussoribus,cap.*5.*num.*441. Quia ista opinio non est vera, cum in hoc consistat vtilitas huiusmodi diuisionis, vt illa prosit alio non existente soluendo, prout in his terminis concludunt *Iacob. de Aren.Bart. Bald. Castr. Salic. Alexan.Claud.Aquens. & alij*, de quibus per *Purpur.in dict.l.si creditores,col.*6.*in princ. num.*34.*Cod de pact.* & ita etiam indistinctè nulla habita consideratione, quod alij sint soluendo concludit *Petr. Stella in repet. d.l.si creditores, num.*7.*in* 2.*declarat. & num.* 13.*in* 6.*declarat. C.de pact.* & ibi *Iun.nu.*10. testatur de communi.

Neque obstat obligatio cameralis per quam potest agi contra quemcumq; ex debitoribus in solidum.
22 † Quia ab illa dicitur recessum stante receptione pro rata tangente vnum ex debitoribus, cum ex hoc colligatur mens clara creditoris nolle amplius vti clausula in solidum, quod habet locum non solùm in receptione, sed etiam in petitione *Aret.in l.si ex toto,§.si ita scriptum, ad med. & ibi Socin.nu.*5. *Ias.ad fin.n.*12.*&* 13.*ff.de legat.*1. *Azo. in l.reos* 23.*in fin. & ibi Bald. in princip. Salic. oppos.*5. *nu.*4. *in fin. Cod. de fideiussoribus Bart. in l.ex duobus, la* 2.*num.* 12.*vers.veritas est,de duobus reis.*

Quibus adde, quod in casu nostro tollitur omnis difficultas, cum alter debitor fuerit factus non soluen-
23 do † post diuisionem, quam fecit creditor, Nam contraria quatenus etiam essent vera, procedunt quando tempore receptionis iam erat inops, & creditor recipiens credebat alios correos esse soluendo, prout de iure præsumitur, ita in specie concludit *Purpur.in l.creditoris, nu.*35.*ad fin.vers.& vltra ad illum,C.de pact.* Et ita ex prædictis fuerunt reuocata omnia mandata, cum omnibus inde secutis.

EPITOME.

Legitimatus cum clausula, sine præiudicio eorum, qui succedere debent quando possit petere legitimam. ¶ Et quid si adsint verba, *succedat in portione, quam ei pater reliquerit.* ¶ Vel *prout patri videbitur.* ¶ Vel quando instituuntur extranei. ¶ Et quales dicantur isti extranei an vltra quartum, seu decimum gradum. ¶ Filia exclusa per statutum an habeat legitimam si fuerint instituti extranei. ¶ Legitimatio an dicatur facta iuxta supplicationem patris, si in ea petatur, vt filius legitimetur sine præiudicio venientium ab intestato, quamuis in rescripto nihil de hoc dictum fuerit. ¶ Filius naturalis an possit prætendere legitimam in bonis patris instituentis extraneos. ¶ Et an impugnans testamentum paternum habeat interim alimenta, & sumptus litis. ¶ Et quando possit capere vnam vnciam, seu duas ex hæreditate patris. ¶ Alimenta, & sumptus litis an debeant decerni ei, qui petit se ali, & lis pendet super alimentis. ¶ Filiatio ex quibus probetur. ¶ Et quid in hoc operetur similitudo cum effigie patris. ¶ Multa de simili sobole ex inspectione imaginum. ¶ Et de mulieribus defensis ab adulterio ob partum dissimilem à parentibus. ¶ Natus ex ea, quæ statim secundo nupsit, priori viro defuncto, an præsumitur filius, & hæres primi, vel secundi viri. ¶ Varia exempla similium. ¶ Et eorum qui ex vtero referunt aliquod genitale. ¶ Et an argumentum similitudinis sit lubricum & incertum. ¶ De cogitatione mulieris tempore conceptionis. ¶ Et an sit vera causa effigiei. ¶ De cognominibus inuentis ob similitudinem. ¶ De cura in generatione canum, & equorum, vt fiat ex optimis, ac pulcherrimis. ¶ De consuetudine, vt filij sint illius, cuius imaginem repræsentabant. ¶ Et de aliis moribus populorum communes vxores habentium, & filios accipientium ob similitudinem.

SVMMARIVM.

1 *Legitima non debetur filio legitimato cum clausula, sine præiudicio venientium ab intestato. Intellige vt num.* 7.*&* 8.

2 *Legitimatus cum clausula, sine præiudicio eorum qui succedere debent, potest petere suplementum legitimæ, si facto testamento aliquid ei per patrem relinquatur titulo institutionis.*

3 *Legitima est debita filio legitimato cum clausula, Sine præiudicio venientium ab intestato, quando fuerunt instituti extranei.*

4 *Filia exclusa per statutum à successione non potest petere legitimam si instituantur masculi, & agnati, secus si extranei.*

5 *Extraneus quando dicatur institutus, & an debeat esse vltra quartum, seu decimum gradum.*

6 *Legitimatio dicitur facta secundum supplicationem patris, si in ea petat filium legitimari sine præiudicio venientium ab intestato, quamuis in rescripto illa clausula non adsit.*

9 *Legitima debetur filio legitimato cum clausula, Vt succedat in portione, quam pater ei reliquerit, secus si dicatur prout patri videbitur, numero* 10.

11 *Verbum, Videbitur, an importet liberum arbitrium.*

12 *In actibus inter viuos idem iudicamus de verbis importantibus arbitrium boni viri, quod de illis, quæ importans liberam voluntatem.*

13 *Filius naturalis non potest petere legitimam, nec aliquam successionem in bonis patris, quamuis per eum instituantur extranei.*

14 *Naturalis filius impugnans testamentum patris non habet alimenta, & sumptus litis tanquam calumniosam causam agens, Declara vt num.* 15.

16 *Naturalis filius non est in potestate patris, nec agnascitur patri, nec reuocat donationem inofficiosam, nec alienata in fraudem, nec excludit filium ex statuto repellente fœminas ob masculos, nu.*17.*&* 18.

19 *Pater non dat tutorem filio naturali.*

20 *Filius naturalis quando possit capere vnam vnciam, seu duas ex bonis patris, & num.*21.

22 *Alimenta debentur filio naturali, & spurio, & nato ex damnato coitu.*

23 *Alimenta, & sumptus litis sunt præstanda filio naturali petenti alimenta probata semiplene quasi possessione filiationis.*

24 *Alimenta,*

14 *Alimenta, & sumptus litis quando debeant decerni ei, qui petit alimenta, & super eis pendet lis.*

25 *Præsumptio filiationis oriens ex lectura attestationum etiam non publicatarum, sufficit ad decernendum filio alimenta, & sumptus litis.*

26 *Naturalis nihil differt à legitimo quo ad alimenta.*

27 *Filiatio probatur ex fama, & tractatu, ac nominatione, & transmissione pueri ad baptismum, & ex aliis coniecturis, num.28.*

29 *Similitudo iuncta cum aliis coniecturis probat filiationem, num.30.*

31 *Natus ex muliere, quæ statim secundo nupsit priori viro defuncto, an præsumatur filius & hæres primi, seu secundi viri.*

32 *Partus assimilatur alteri ex cogitatione mulieris tempore conceptionis, num.33.*

34 *Mulieres defensæ ab adulterio propter partem dissimilem parentibus, num.35.*

36 *De sobole simili ex inspectione imaginis, etiam in gregibus animalium.*

37 *Argumentum similitudinis lubricum est, & incertum, & quæ sit similitudo, num.38.*

39 *Cogitatio, & imaginatio an sit vera causa effigiei, num.* 57.*&* 58.

40 *Similitudo magis apparet ex bestiis, quarum animi sunt rationis expertes.*

41 *Varia exempla similium, & eorum qui ex vtero retulerunt aliquod genitale, nu.*42.43.44.45.46.47.48. 49.50.51.52.53.54.60.*&* 61. *Et quid Poetæ in hoc senserint, num.*67.68.*&* 69.

15 *Similitudo tanquam naturæ consentanea, multum operatur in probationibus partus, num.62.*

6 *Fœminæ similes sunt matri, mares autem patri.*

7 *Curæ in generatione canum & equorum, vt fiat ex optimis, ac pulcherrimis.*

3 *Cognomina inuenta ob similitudinem.*

4 *Similitudo quare ad parentes referenda, num.65.*

6 *Coniectura similitudinis remittitur arbitrio Iudicis.*

70 *Matronæ suam pudicitiam erga virum testabantur per faciem liberorum similitudinem paternam referentium.*

71 *Iulia Augusti filia, quamuis adultera cur ederet filios similes marito.*

72 *Consuetudo apud Lybicos, vt filij illius haberentur, cuius imaginem repræsentabant. Et de aliis moribus populorum communes vxores habentium, & filios accipientium ob similitudinem, nu.*73.*&* 74.

75 *Paterni nominis nulla est reuerentia vbi priuatim matrimonium sequitur.*

CAPVT DLXVII.

* *Adde supra ad cap.499 num 37.cum seq.*

STante * clausula, sine præiudicio eorum, qui succedere debent ab intestato, posita in legitimatione mihi transmissa, dicebam, quod non erat
1 debita legitima ei, † qui ita fuit legitimatus, cum illa solùm debeatur si nullum præiudicium fieret venientibus ab intestato, prout dicimus de adoptato cum limitatione successionis, cui neque debetur legitima, ita vt de vno sit arguendum ad alium, *Gabr.cons.23.nu.11.lib.2.Ias.in rubr.de liber.& posthum.nu.15.vsque ad* 18.*Dec.cons.338.nu.4 Ruin.cons.113.nu.4 lib.3.Menoch.cons.737.nu.3.lib.*8.cum aliis, quos laté adduxi *supra cap.496.nu.37. vsque ad* 48. ex rationibus ibi allegatis, quas iterum adducere
2 superfluum est, ne semper idem repetatur. † Quid-quit aliud sit quando facto testamento aliquid relinqueretur tali legitimato iure institutionis, quia tunc non infringitur testamentum, sed sustinetur petendo supplementum legitimæ *Rim.Iun.* in specie *cons.469.num.12.& 13.lib.4.Rot.diuers.decis.355.num.4.& 5.p.1.*

Videbatur tamen prædictis obstare, quod in casu mihi
3 proposito fuerunt instituti extranei, † tunc enim legitimatus cum clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, poterit contratabulare, & petere legitimam, ac illius supplementum, nam tunc nullum præiudicium fit venientibus ab intestato, quasi solùm hoc ei denegetur, quando sunt instituti venientes ab intestato, vt in terminis concludit *Socin. in l.gallus, §.& quid si tantum, num.21.in fin. vers. item poterat operari, ff.de liber.& posthum. & consil.95.num.29. col.6.post princ. vers. quinimmo etiam dicta clausula, lib.4.& cons.212.n.3.col.penult.in princ. vers.præterea etiam in terminis, lib.2.Rim. Sen.cons.41.num.9.in fin. lib,1.Gabr.de legitim.conclus.8.num.6.Ludouic.de Sard.de naturalibus liber.§.7.versic.5. quæritur, num.10.& 11.tom.8.part.2. fol.42.Costa de portion.rat.quæst.156.numer.8.Couarr.de sponsalibus 2.part.cap.8. §.10.numer.1.ante fin. versic. vbi subdit ita legitimatum, fol.260. Honded.consil.71.numer.3. ante med. vers. in quæstione nostra, col.15.post med.& nu.29.& 49. lib.2.post Gabr.cons.22. lib.2. Crot.cons.100.num.8.lib.1.*

Exemplo filiæ exclusæ à statuto, quæ illo non obstante habebit legitimam, quando sunt instituti extranei, quidquid aliàs non posset illam obtinere
4 † quando instituerentur filij masculi, & agnati, *Ang.Imol.& alij communiter in dict.§.& quid si tantum, Socin.dict.cons.95.nu.29.lib.4.Crot.cons.100.nu.9.lib.1.Tiraq.in l.si vnquam, in verb.susceperit liberos, num.107.post princ. vers.ideoque etiam in simili. Bart.in l.2.§.sed si sint sui, ff.ad Tertullian. & in l.1.§.quidam filium, qu.4 & 5. ff.de bon.possess. contr. tabul, Roma.in l.vt liberis, col.3.in fin.vers.aut pater testator, C.de collat.*& de huiusmodi quæstione latè *Brun.de stat.exclusiu.femin.art.10. quæst.4.num.27. tom.2.fol.214.*

Quod autem simus in constitutione hæredis extranei, non est dubitandum, cum non fuerit institutus ali-
5 quis, † qui sit coniunctus aliquo gradu consanguinitatis, aut cognationis, prout talis debet esse ad hunc effectum *Socin.cons.95.nu.29. lib.4. Couarr.de sponsalibus 2.p.cap.8.§.10.n.1.in fin.fol.260. Honded.cons.71.num.21.lib.2.Rebuff.in l.res appellatio 5.col.8.*
6 *ad med ff.de verb.signific.* † Intelligendo de agnatis intra quartum gradum, & de cognatis intra tertium *l.petitionem, C.de aduocat.diuers.iud. Bald.in l.fin. Cod.de codicill. Honded.cons.80.num.22.& 23.lib.1.* Quamuis secundum alios extendatur ad agnatos, & cognatos cuiuscumque gradus successibiles vsq; ad decimum gradum excepta vxore & fisco, *Gabr.cons.22.num.3.& 4.lib.2.*

Verum pro responsione posset dici, quod legitimatio, de qua agimus, non est simpliciter facta cum clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, sed etiam cum illis verbis, vt legitimatus sit capax eius, quod ipsi patri videbitur, quæ verba, quamuis non adsint in rescripto Principis, Tamen cum sint expressa per patrem in eius supplicatione, secundũ illius tenorem dicetur facta legitimatio, & iuxta illam fiet interpretatio *Ceph.* in specie *cons.117.n.1.& 2.lib.1.Paris.cons.9.n.42. lib.2. Dec.cons.19.n.46.*

lib.1.& conf.40.n.47.lib.3.Dec.conf.698.in causa le-
gitimationis, nu.1.Soc.Iun.conf.93.nu.43.lib.3.

Quibus stantibus non est considerandum quod venien-
7 tes † ab intestato non fuerint instituti, sed solum,
quod patri videbitur, qui cum reliquerit filiæ do-
tem promissam, & scuta decem pro omni eo & to-
to, quod posset prætendere, satis dicitur declarasse
voluntatem suam, in quo filiam voluerit instituere,
ita vt contra illius mentem, & tenorem testamenti
filia nihil amplius possit petere, neque legitimam,
neque eius supplementum; Honded.conf.89.nu.59.
vsque ad 61.lib.1. vbi etiam respondet ad Cephal.&
Paris.de quibus per Decian.conf.49.numer.43.lib.2.
8 † qui loquuntur quando pater fecit legitimare fi-
lium, vt succedere possit in ea portione, quam illi
relinqueret, tunc enim non mirum, si tali legitima-
to debetur legitima, cum illa veniat appellatione
9 portionis, † ita vt non possit ei relinqui minus
portione legitimæ, ideo datur petitio supple-
menti, si tantum non fuerit relictum quantam sit
legitima, Aliud autem est in casu nostro, in quo nul-
10 la fuit facta mentio † portionis, sed solùm prout
patri videbitur, quæ verba inducunt liberum, &
absolutum arbitrium, quando sumus in eo, qui ha-
bebat facultatem ita faciendi, quidquid aliud sit,
quando essemus in eo, qui non haberet talem po-
11 testatem † vt declarat Imol.in l.filiusfamilias 7.col.
4.in prin.vers.sed contra hoc facit, n.17.ff.de donation.
Decian.in l.in personam 22.§ generaliter, nu.2.in fin.
vers.secundo regula ista.ff.de regul.iur.Ias.in l.si sic le-
gatum, col.2.ante med.vers.sexto idem, num.10.in fin.
ff.de legat.1. Paris.conf.71.nu.19. lib.3.Surd.conf.10.
nu.53.lib.1.& conf.29.nu.1.eod.lib. Felin.in cap.1.nu.
51.col.23.in princ.vers.& si dicatur Committimus ar-
12 bitrio tuo, de constitut.† Maximè in actibus inter vi-
uos, in quibus idem iudicamus de verbis importan-
tibus arbitrium boni viri, quod de verbis impor-
tantibus liberam voluntatem Doctor. in l.sic, in
princ.ff.de legat.1.Osasc.decis.111.num.5. Cùm præ-
sertim simus in pio loco instituto, adeo vt tenenda
sit opinio, quæ pro anima facit l.sunt personæ, ff.de
religios. & sumpt.funer. Tiraqu.de priuileg.piæ caus.
priuil.16.ad med.

Quo vero ad secundum dubium successionis alterius
filij naturalis, concludendum est negatiue, quod vi-
13 delicet ei nulla debeatur successio, quamuis † non
adsit proles legitima, & quamuis fuerit institutus
extraneus per patrem, nulla facta mentione eius-
dem filij, cùm pater non teneatur illi aliquid relin-
quere condito testamento, nec eum instituere. Ideo
si fuerit præteritus, aut exhæredatus, non rumpit
testamentum, nec habet querelam inofficiosi, nec
contra votum patris succedit, qui potest relinquere
si velit, & non relinquere, si nolit, ita vt totum sit
accepto ferendum ipsius patris munificentiæ, si re-
linquat vt est text.in l.humanitatis 6.vers.si hoc sci-
licet naturalis pater voluerit, Cod.de naturalibus li-
ber. quem text. in proposito nostro notat Roman.
conf.34. in princ. & est Gloss. ab omnibus reputata
singularis in l.1. in princ.in verb.naturales, ff.de bo-
norum possess.contra tabul.& in §.tam autem, in verb.
naturales, instit.de inoffic.testam. & est communis
opinio iuxta sententiam dict.Gloss. quam tanquam
notabilem, & singularem sequitur Decian.conf.263.
reuocatur in dubium, colum.2.ante fin.vers.& etiam
si dicta margarita, num.2. ad med. Bald.in l.1.num.1.
Cod.quorum bonorum, & in l.certum 5.nu.8.in fin.C.
vnd.legitim.Bart.in l.1.numer.1.& ibi Addit.in verb.
quaero, & in verb.vtrum, ff.de bonorum possess.contra
tabul. Alexand.conf.74.ad fin.vers.præterea ne dum
filia spuria, sed nec naturalis, lib.2.Couarru.de spon-
salibus 2.part.cap.8.§.4.in fin.nu.16.fol.241. Guilelm.
Benedict. in cap.rainutius, in verb.rainutius de clera.
num.37.Gabr.conf.25.num.8.& 9. lib.1. Guidon.Pap.
decis.426.ante fin.& decis.632.numer.6. in fin. Pere-
grin.de iur.fisci, lib.3.titul.18.num.24. fol.156. Surd.
de aliment.titul.7.quæst.12.num.15.& 16.Tiraquell.
in l.si vnquam, in verb. susceperit liberos, numero 58.
Cod.de reuocat.donat.Costa de fact.scient.& ignorant.
centur.1.distinct.15.numero 3.& 4. Cardinal.Paleott.
de noth. & spur.cap.38.num.3.in fin. & num.7.tom.8.
part.2.fol.62.

Amplius, naturalis filius impugnans testamentum pa-
14 tris non habet alimenta, & sumptus litis, † tan-
quam calumniosam causam agens, Peregr. de iur.
fisc.tit.18.lib.3.nu.24.ad med.vers.vbi inquit, fol.156.
post.Gabr.conf.25.num.9. lib.1.per text.in l.qui inoffi-
cioso, de liber.agnoscend. Nam facto testamento na-
turalis & illegitimus, quo ad hæreditatem habetur
pro extraneo, ideoque ratione litis propter hoc
ius prætensum idem in eo statuendum est, quod
in extraneo, l.à Titio, de verbor.obligat. l.illud, ad
leg.aquil.Ruin.conf.63.num.7.post med.lib.2.Gabr.in
15 specie dict.consil.25.num.9. lib.1. † Quidquid alias
deberent ei decerni alimenta, si non constaret de
calumnia, puta quia contra testamentum patris
opponerentur aliqua quæ apparenter destruerent
testamentum paternum, Surd.de alim. tit.1. quæst.
115.num.9.& 10.

Quorum ratio est, quia filius naturalis, & illegitimus
16 non est in potestate patris † §.vltim.instit.de nupt.
Aret.in §.1. in 2.notab.instit.de patr.potest. Bald.in l.
gallus §.quidam rectè, col.3.vers.item facit ad aliud ff.
17 de liber.& posthum. † Prout neque talis filius non
agnoscitur patri, Idem Bald.in c.innotuit.col.5.vers.
quaeritur numquid iste, de electio. Quare dictus filius
18 † non reuocat donationem inofficiosam, neque vi-
gore l.si vnquam.Cod.de reuoc.donation.neque alie-
nata in fraudem creditorum, neque excludit filiam
ex statuto repellente fœminas ob masculos nec ha-
bet priuilegium, vt valeat testamētum imperfectū
ratione solemnitatis, quod valet inter liberos, prout
neque idem filius prodest patri ad cōsequenda mu-
19 nera, quæ dantur propter filios, † neque ei pater dat
tutorem, & in summa habetur pro extraneo, vt latè
omnia prædicta comprobat Tiraq. qui pro omni-
bus sufficiat in l.si vnquam in verb.susceperit liberos,
num.56.vsque ad 62.C.de reuocand.donation.Surd.de
alim.tit.1.qu.115.nu.7.

Neq; obstat, quod filius naturalis possit capere vnciam
ex testamento patris, vel aui paterni extante sobole
20 legitima, † quæ in ista materia accipitur pro omni-
bus descendentibus, & illis non existentibus duas
vncias §.consideremus, auth.de trient.& semiss. §.dis-
cretis auth.quib.mod efficiat.sui auth.licet.C.de natu-
ralib.liber.cū alis per Peregr.de iur.fisc.lib.3.tit.18.n.
21 1.13.cum seq. † Quia prædicta procedunt quando pa-
ter intestatus decederet, tunc enim si nulli extant
filij ex legitimis nuptiis duas vncias cōsequitur, &
si adsint nilij legitimi ab intestato neq, habet vnciā.
Facto autem testamēto, nihil pater reliquere tene-
tur naturali, vnde non mirum si ei non datur quere-
la ob præteritionem, auth exhæreditionem Surd.de
alimen.tit.7.quæst.12.n.25.& 26.& quæst.10.tit.7.n.1.
& di-

& dictum est *supra vers. quo verò ad secundum dubium num.13. Tiraq. in l. si vnquam, in verb. susceperit liberos, nu.59 Cod. de renocat. donat.*

Quamuis autem non debeatur vnica filio naturali in
casu proposito, erit tamen ei subueniendum de ali-
22 mentis, † quæ sunt præstanda spurio, & nato ex
conu......amnato, nedum naturalis § *si quis igitur ad fi.*
quibus mod. natur. efficiant. sui Glos. in §. consideremus,
in verb. legitima, ad med. auth. triem. & semis. Gabr.
cons.25.nu 12. & 13. lib.1. & notant omnes *in cap. cum*
haberet, de eo qui dux. in matrim. quam poll. cuius ca-
nonis dispositio seruatur etiam in foro Cæsaris,
Bart. in auth. ex complexu, Cod. de incest. nupt. & in l.
fin. § si à socero, ff. de his quæ in fraud. creditor & in l.
si quis à liberis, §. vtrum, num.5. ff. de liber. agnoscend.
& in l. qui filium in fin. ff. vbi pupill. educar. deb. Rip.
in l.1. num.83. ff solut. matrimon. Decian. in cap. clericus, nu 2. de iudic. & cons.312. Socin. cons.161. lib.1. Peregrin. de iur. fisc. lib.3. tit.18. nu.55. vsque ad 60. Molin. de primogen. hispanor. lib.2. cap.15. num.64. Rot.
coram R.P.D. Pamphilio Romana alimentorum, 19.
Nouembris 1613. vbi etiam quod non est quæren-
dum, an bona prouenient ex hæreditate paterna,
vel aliunde, quando deberentur iure sanguinis,
23 † tunc enim debentur puta fratri, & similibus à
quocumque bona possessa sint habita *Surd. de alim.*
titul.1. quæst.23. nu.31. Molin. de primog. hispan. lib.2.
cap.15. num.39.

Et interim si ab hærede negentur alimenta filio natu-
rali, præstabuntur ei alimenta, & sumptus litis,
24 † probata enim quasi possessione, vel filiatione se-
miplenè debent decerni, Quamuis enim non de-
beantur interim alimenta, & sumptus litis, quando
lis pendet super alimentis ipsis, *Cin. in l. fin. Cod. de*
25 *alimentis liber. præst.* † Tamen hoc habet locum
quando obiiceretur, quod petens alimenta possit
se de suo proprio alere, vel quod habeat alium,
qui illa ei præstet, Diuersum est quando petenti
alimenta opponitur, quod non sit filius, neque
sit talis, qualem se fecit, tunc enim probata quasi
possessione, vel filiatione semiplenè, decernun-
tur alimenta *Gabr. consil.25. num.13. vsque ad 16. lib.*
1. post Bart. in l. si neget. D. de liber. agnoscend. Alciat.
26 *præsumpt.9. regul.3. numer.10. & 11.* † vbi, quod ad
istum effectum sufficit præsumptio, quæ oritur
ex lectura attestationum etiam non publicatarum
iuxta *cap. significauerunt, de testibus Aym. cons.164.*
27 *num.1. & 2. post Guid. Pap. quæst.56.* † Nihil enim
quo ad alimenta differt naturalis filius à legitimo
Card. Paleot. de noth. & spur. cap.48. num.3. Surd. de
alim. tit.1. quæst.25. numer.41. ad fin. & tit.7. quæst 9.
num.5. Rot. coram R P. D Manzanedo. Romana alimentorum, 5. Iunij 1613. & coram R.P.D. Pamphilio Romana alimentorum, 29. Nouembris 1613. Vnde
tam vni, quàm alij sunt decernenda, pendente lite
... filiatione *Surd. de aliment. tit.1. quæst.115. num.*
... & 3. cum seq

Quantum autem ad filiationem an illa sit probata, nõ
est opus dubitare, cum de illa plenè constet ex con-
28 iecturis relatis in facto, † videlicet ex natiuitate
filij ex ea, quæ domi detinebatur, & ex transmissio-
ne eiusdem filij ad baptismum tanquam de filio, &
ex nominatione, & ex tractatu, ac alimentis præsti-
tis, & fama publica, quę omnia arguunt filiationem
tam legitimam, quam illegitimam *Surd. cons.1. lib.*
1. & dixi latè *supra cap.562.* † Cum in ista materia
probationis filiationis ob eius difficultatem suffi-
ciant coniecturæ & pręsumptiones *Glos. in l. lucius,*
in fin. de conditionibus & demonstrationibus, Roth diuers. decis 238. num. part.1.

Quibus accedit similitudo, & effigies patris, quæ licèt
non plenè probet, quod quis sit filius illius, cuius
29 formam † quis habet *Bartol. in l. gallus, in principio*
numero 13. & ibi Iason in 2. lectura numero 67 de liber. & posthum. Rum. cons.53. num.9. lib.5. Mascard.
conclus.792. numero 7. part.2. fol.123. Nihilominus
30 iuncta cum aliis coniecturis supra narratis † mul-
tum facit ad probandam filiationem *Corn. cons.1.*
numero 22. lib.3 Gozad. cons.13. numero 22. Paris. cons.
10. numero 59. & 103. lib.2. Bolognin. in l. gallus, in
principio numero 188 in fin. de liber. & posthum. Decian. consil.1. numero 117. lib.3. latè *Rustic. ad l. cum*
anus, lib.4. cap.9 num.9. vsque ad 13. & cap.8. num.13.
vsque ad 18. eod. lib.4. Tiraq. ad leg.7. connub. gloss 1.
part.7. num.52.

Quare videmus, quod in ancipiti illa quæstione de
nato ex muliere, quæ statim secundo nupsit, priori
31 viro defuncto, † & nono mense peperit, an præ-
sumatur filius & hæres primi, vel secundi viri, quod
omnes concludunt inter alias coniecturas multum
facere illam, quæ desumitur ex similitudine vt
Doctores in l. gallus, in princip. digest. de liber. & posthum. cum aliis per Tiraquell. de legibus connubial. lib.
7. gloss. 1 part.7. num.52. fol.126. Et quid seruandum
sit in dicta quæstione multa adducit *Ioseph. Rustic.*
in l. cum anus, lib.4. cap.8. per tot. qui etiam *cap 9.*
eod lib. de signis tam abortus quàm vitalis partus,
ipsorumque coniecturali vi, & præsertim de coniec-
tura similitudinis.

Quibus addendum est, vt hæc etiam obiter adnoten-
tur, quod ex mulieris cogitatione tempore conce-
32 ptionis, † contingit partum alteri assimilari *Gloss.*
in l. quæret aliquis, de verborum signification. & in l.
non sunt liberi, ff. de stat. homin. Butrig. in l. fin. Cod de
Carbon edict. vbi etiam censuit filios patri similes
non esse legitimos, cum mulier adulterium com-
mittens ob timorem viri, ipsum semper habeat in
33 mente. † & per imaginationem contemplatur deli-
cti conscia, quod refert se ab excellenti medico au-
diuisse, & sequitur *Ias. in l. gallus, in princ. ff. de liber.*
& posthum. vbi adducit *D. Hieron. in quæstionibus super Genes.* dum voluit, quod cum mulier quædam
34 incurrisset suspicionem adulterij † pariendo filium
pulcherrimum tam sibi, quam patri dissimilem,
Hippocrates Medicus quæstionem dissoluit inuen-
ta simili pulchra pictura in cubiculo, ad quam ve-
risimile est mulierem cogitasse, & ob istam ratio-
nem illam ab adulterij nota defendit *Cal. Rhodig.*
lib.20. cap.15. ad fin.

Simili etiam argumento vsus est Quintilianus, qui
defendit matronam de adulterio accusatam, cum
35 genuisset Æthiopem, † ob illius imaginem in ca-
mera repertam, vt refert *Ias. in l. gallus, in princ.*
numero 69. ad med. digest. de liber. & posthum. sub-
dens non esse mirum similem fieri sobolem ex in-
36 spectione imaginis, † cum hoc ipsum in equorum
gregibus fiat apud Hispanos testantur *D. Hiero. &*
D. August de ciuit. Dei, c.10. vbi etiam de eo, quod
legitur *Genes. cap 30.* dum Iacob nouam naturæ ar-
tem inuenit, vt ex vnicoloribus gregibus varij co-
lores nascerentur ponendo virgas varij coloris in
canalibus, vt tales fœtus conciperent, quales vm-
bras, quæ variæ erant, aspicerent *Cal. Rhodig. lect.*
antiq. lib.20. cap.15. in fin.

Et argumentum ſimilitudinis lubricum & incertum
57 eſſe dixi *Ferret.in dict.l.gallus, in princ.num.24.* † *ex*
Solin.cap.5.& Plin.lib.7.c.12. vbi, quod ſimilitudo
eſt reputatio in mente, in qua creduntur multa for-
tuito pollere, viſus, auditus, & memoria, hauſtæ
58 imagines ſub ipſo conceptæ, † cogitatio etiam v-
triuſlibet animo ſubdito tranſuolans effingere ſimi-
litudinem, aut miſcere exiſtimatur. Ideoque plures
in homine, quàm in cæteris omnibus animalibus
differentiæ, quoniam velocitas cognitionum,
animique celeritas, & ingenij varietas multifor-
mes notas imprimunt, cum cæteris animantibus
immobiles ſint animi, & ſimiles omnibus ſinguliſ-
que in ſuo cuiq; genere *Cal.Rhodi.lib.20.c.15.col.2.*
poſt med. Quamobrem cum à cogitationibus mariti
naſci poſſit ſimilitudo, non videtur poſſe ab ea ar-
gumentum deſumi.
Ob quam auctoritatem *Plinij & Selin.dict.cap.5.* con-
39 cludit *Ioan.Fernel.de homin.procreat.* † quod vera
effigiei cauſa eſt cogitatio, & imaginatio, ſubdens
quod dum mulieri quæ nuper vero conceperit, a-
liquid, val ceraſum, vel fragum, vel vinum in ſioum
effuoderur, ſi animo id grauiter ferens vehementer
apprehendat, ibidem infanti nota inuretur. ¶ Simi-
lis eſt eorum ratio, quæ in Malacia accidunt, ſi gra-
uida eo cuius flagrat deſiderio minime potiatur,
infans illus ſigoum geret. ¶ Prout ſi Pauo dum ouis
ſuis incubat lineis albis circumtegatur albos om-
nino pullos non gemmati coloris edet *Rhodigin.*
dict.lib.20.c.15. vbi etiam quod ſecundum *Tullium,*
40 *lib.1.Tuſculan.* † ſimilitudo magis apparet ex be-
ſtiis, quarum animi ſunt rationis expertes. Quem
admodum etiam gallina colore varios emittet, ſi
variè picta oua foueat *Ioſeph. Ruſtic.ad l.cum anni,*
lib.4.cap.8.num.17.& 18. vbi eiuſdem opinionis re-
fert *M.Anton.Venuſt.de generat.& ortu homin.cap.*
22.& 23. vbi de potentia imaginis *Ruin.conſ.53.nu.*
9.verſ.non obſtat etiam, lib.5.Leuinus LemniusZiri-
zeus de miracul.natur.lib.1.cap.4.fol.9. vbi, quod nec
naturali, nec aliqua ſcripta lege imperiali vera eſt
hæc probatio ſimilitudinis *Hieronym.Magius lib.1.*
miſcellaneòr.cap.5. vbi multa exempla imaginatio-
nis adducit.
Et nota eſt hiſtoria de iuuene illo qui Romam venit,
41 forma corporis tam ſimilis Auguſto, † vt omnem
populum ſpectaculi admiratione ſuſpenderet. Au-
guſtus re audita, ad ſe iuuenem euocatum interro-
gauit, Fuitne vnquam, ô adoleſceos, mater toa Ro-
mæ? ſenſit ille quò pergeret, &, Minimè (inquit)
mater: at pater meus ſæpe, Facetè, & illatam ſu-
ſpicionem repulit, & nouam peperit: Et hæc qui-
dem hiſtoria ſic in Saturnalibus tradita eſt. *Valer.*
autem *Maxim.lib.9.cap.15.* non Auguſti, ſed inno-
minati prætoris: neque matris, ſed duorum patrum
mentionem facit: præterea non Romæ, ſed in Sici-
lia interrogatum reſponſumve commemorat. Per-
cunctāte enim magiſtratu Romano quendam eius
prouinciæ ſibi forma corporis ſimilium, & mirari
ſe dicente, vnde hæc tanta ſimilitudo, cum pater
ſuus numquam in Sicilia fuiſſet. ille reſpondit,
Pater meus ſæpe Romam venit. Loco namque la-
ceſſitam matris ſuæ pudicitiam inuicem ſuſpitio-
ne in matrem eius reiecta, audacius quàm virgis, &
ſecuribus ſubiecto conueniebat vltus eſt *Valer.*
Maxim.lib.9.cap.15.in fin. Tiraqu.de legib.connub.
lib.7.part.7.gloſſ.1.num.52.in fin. Ita etiam fuerunt
per alium Principem fuiſſe interrogatum Baua-
rum iuuenem facie ſibi ſimilium vt *in Theatr.vit*
human.lib.6.vol.17.fol.2572.col.2.ad med.
Armentarius Murmillo, & Caſſius Seuerus Orator
ita ſe mutuo reddiderunt, vt ſi quando pariter
42 viderentur, dignoſci non poſſent, † niſi habi-
tus diſcrepantiam indicaret, adeo vt etiam pro
crimine hoc obiiceretur *Plinius lib.ſeptimo cap.12.*
¶ Et Oratorem L. Plancum ſic impleuit Rubrius
hiſtrio, vt ipſe Paocus à populo vocaretur. *Idem*
Plinius ibidem. ¶ Et Craterus Macedo vir admo-
dum procerus, & faſtigio regio veſtitus ſplendo-
re proximus, & omnibus ornamentis Alexandro
ſimilis diademate excepto *Suidas.* ¶ Et Adonias
fratri Abſalomo forma & rebellione contra pa-
trem ſimillimus, 3. *Regum* 1. ¶ Et Cn. Pompeius
euſque ſimilis viſus eſt Menogenis coci ſui, vt
vir armis præpotens, & ferox animo, num-
quam valuerit à ſe repellere ſordidum eius nomen
Valerius libro 9. capite 15. Plinius libro ſeptimo ca-
pite 12.
Et infinita extant exempla de ſimilitudine oris, ac to-
tius corporis, vt legitur de Semirami vxore Nini
43 primi Aſſyriorum Regis, † quæ omnium bellico-
ſiſſima, & perſimilis lineamentis oris filio Nino, au-
dæ vtrique genæ, nec erat per ætatem diſſona à
puerili fœminea vox, & ſtatura corporis: nil, vel
modicum, grandiuſcula differebat aguaro. Eius ita-
que perſonam, & ſexum mentita, multis annis poſt
mariti mortem Aſſyriis magna cum laude, & impe-
rij incremento, imperauit *Diodor.Sicul.Iuſtin.lib.1.*
Sabell.lib.1.ænead.1.
Pericles metuit in iuuentute populum; videbatur
44 enim facie Piſiſtratum tyrannum referre, † Cum-
que vocis eius ſuauitatem grauiores ætate conſide-
rarent, linguamque in dicendo rotundam, & volu-
bilem, horrebant eam affinitatem: huc acceſſit opu-
lentia, natalium claritas, & quorum maximè opes
erant, amici. Quare timens, ne in exilium pellere-
tur, abſtinuit ſe a Repub. In bello fortis fuit & im-
perterritus *Plut.in Pericle.*
In primo prælio, quo Pyrrus Epirota Demetrij ducem
45 Pantauchum fudit, † non ita incedit, & offendit
Macedonas, vt opinionem, & admirationem de ſe
virtutis, & ſermonem præbuit his, qui facta ſua
conſpexerant, & in pugna fuerant ſecum congreſſi.
Nam vultum exiſtimabant. & agilitatem, motum-
que referre eum Alexandri, illius etiam impetus,
& feruoris inter pugnandum cernere ſe vmbras in
hoc, & imagines: cum alij reges purpura, ſatelliti-
bus, flexu colli, & elatiore ſermone, Pyrrus factis
militaribus & ſtrenuitate vnus Alexandrum red-
deret *Plutarcus in Pyrrho.*
Regi Syriæ Antiocho vnus ex æqualibus, & ipſe re-
giæ ſtirpis, nomine Artemon, perquàm ſimilis
46 fuiſſe traditur: quem Laodice vxor Antiochi, in-
terfecto viro, diſſimulandi ſceleris gratia, in le-
ctulo, perinde quaſi ipſum regem ægrum colloca-
uit, admiſſumque vniuerſum populum, & ſermone
eius, & vultu conſimili fefellit: crediderunt que
homines, ab Antiocho moriente, Laodicem, &
natos eius ſibi commendari *Val.Max.lib.9.cap.15.*
Plin. tamen *lib.7. cap.12.* Artemonem plebeium
fuiſſe ſcribit,
Babyrthas patria Meſſenius, extremę ſortis homo Do-
rymacho vultu, & omnibus corporis lineamentis,
47 † voce denique ipſa tam ſimilis fuit, vt ſi quis ei
capitis ornatum, chlamydemque illius addidiſſet,

non

non facilè fuisset discernere, vter eorum esset. Vnde cum ante Messeniorum bellum Dorymachus captus a Messenijs, ad Scyronem Vrbia præfectum duceretur, ac nimium insolenter proceribus respondeter, Scyron dixisse fertur: Putas ne, nobis te, seu temeritatem tuam curæ esse Babyrtha; *Polybius lib. 4. Histor. fol. 123.*

Eximiæ nobilitatis adolescens Corn. Scipio, cùm plurimis, & clarissimis familiæ suæ cognominibus
48 abundaret, † in seruilem Serapionis appellationem vulgi sermone impactus est, quòd huiusce nominis victimario persimilis erat: nec illi aut morum probitas, aut respectus tot imaginum, quo minus hac contumelia aspergeretur, opitulata est *Val. Max. lib. 9. cap. 15. Plin. lib. 7. cap. 12.* suarium gociatorem scribit.

M. Messala consularis, & Censorius, Menogenis: & Curio omnibus bonoribus abundans, Burbuleij: ille propter oris aspectum, hic propter parem corporis motum, vterque histrionis nomen coactus est recipere *Val. lib. 9. cap. 15.*

Generosissimus consulatus collegio Lentuli, & Metelli fuit, qui ambo in scenam propter similitudi-
49 nem histrionum † propemodum spectati sunt. Sed alter, ex quodam assectarum, cognomen Spintheris traxit: alter, nisi Nepotis à moribus accepisset, Pamphili retiarij, cui simillimus esse ferebatur, habuisset *Valer. Max. lib. 9. cap. 13. & Plin. lib. 7. cap. 12.*

Cn. Pompeius vultu initio præditus fuit non mediocriter gratiuso, qui præueniebat eius orationem,
50 † Nam veneres eius grauitatis erant cum humanitate coniunctæ plenæ, atque in vigore, florēque iuuentutua senilis elucebat, & regia maiestas, iam modicè surrecta coma, oculorumque lenis modulatio reddebat faciei eius vsurpatam magis sermonibus, quàm repræsentatam cum Alexandri regis statuis similitudinem: ob quam nomen etiam multis ei Alexandri in principio tribuentibus non defugit id Pompeius, Vnde appellabant quidam enim iam per ludibrium Alexandrum. Qua propter L. Philippus vir consularis agens pro eo nihil ait facere se obsurdi, quod Philippus cùm esset, cupidus foret Alexandri. Flora meretrix formosissima eius forma mirum in modum tenebatur *Plut. in Pompeio.*

M. Agrippam Agrippæ, & Iuliæ Augusti filiæ, quem
51 cum Tiberio adoptauerat, filium, † Augustus ob sordidum, ac ferox ingenium abdicauit, tepositumque Surentum, vel (vt Tacitus scribit) in insulam Planasiam. Mortuo Augusto, à quodam tribuno iussu Tiberij est occisus, Tum Clemens quidam Agrippæ seruus, domino quantum ad lineamenta oris attinet, plenè persimilis, cùm se Agrippam esse diceret, atque eo pacto magnam pecuniam conflaret, comprehensus tandem à Tiberio, interrogatusque quomodo Agrippa factus esset? Eodem (respondit) modo factus sum Agrippa, quo tu Cæsar Romanus: sentiens, Tiberium fraude imperatoriam dignitatem esse nactum. Itaque iussu Tiberij ipse etiam est occisus, vt iam Tiberius certus esset vni sibi spem successionis incumbere *Tacitus & Dion & Cuspinianus.*

Theodosius I. Imp. referebat genus suum in Traianum, cui & moribus & corpore persimilis fuit, tam
52 vultu, † quàm incessu. Nam & eminens vtriusque fuit statura, & par Cæsaries, ingentes oculi, vterque comis, ac clemens. Violentiam tamen & triumphandi cupiditatem plus detestatus est Theodosius, quàm Traianus. Quemadmodum autem Traianus labentem Rempublicam in pristinas vires restitui, ita hic Imperium Romanum, quod ocios & negligentia trium Principum Valentis, Gratiani, & Valentiniani consenuerat, dissensione partium dilaceratum, veluti noua pelle iuuenescere fecit, & lacertos mouere *Cuspinianus.*

Illud in duobus Gurdianis memorabile, quòd senior
53 Augusto fuit princeps tam similis, † vt non ore tantùm illum referret, sed voce, moribus, & statura filius, de quo hæc proximè prodita sunt Magno Pompeio simillimus, Tertius Gordianus quem hic procreauit Asiatico Scipioni, qui maioris fuit Aphricani frater *Sabell. lib. 6. aenead. 7.*

Sigismundus Malatesta Ariminensis princeps adeo
54 effigie Marchesino mimo persimilis fuit, † vt cum Mediolanum peteret à socero ipsius Francisco Sfortia Mediolanensi Duce, Marchesinus (eius enim suppudebat) alio ablegaretur, nam aliquanto dicacior Marchesinus ob similitudinem Sigismundum filium suum esse dicebat *Fulgos. lib. 9. cap. 15.* Vidimus nos, inquit, Francisco Sfortiæ Mediolanensi Duci, cuius aspectu nihil gratius, nihil principe magno dignius erat, iuuenem in leui ipsius armatura vultu adeò similem, vt ante totius consensu, ob eam similitudinem cognomento Principes appellaretur: cùm Franciscus, vt potè omni in re humanissimus, non fine voluptate in eo tanquam in speculo imaginem suam, ac plerisque in rebus gestus suos, ac vocem agnosceret, & nonnunquam contemplaretur *Idem Fulgos. lib. 6. cap. 15.*

Quidquid tamen fit de prædictis, quorum disputatio
55 ad alios pertinet, satis est similitudinem † tanquam naturæ consentaneam multum vrgere, & non leuem argumentationem facere, vnde videmus læsos ex læsis gigni, claudos ex claudis, ex cæcis cæcos, denique similes sæpenumero in re, quæ præter naturam comitetur. & signa habentes. sibi cognata hæreditaria, vt verrucaa, aut næuos, & cicatrices, vel quid aliud eiusdem generis, Ita vt tale quid vel tertia prole post regeneratum esse videamus, vt cùm quidam in suo brachio puncti notam haberet, filium non retulisse, sed nepotem, Quare etiam similes aliquos parentibus, & auis, ac suis maioribus generari, alios similitudinis nihil referre, reddi etiam vel post plures eiusdem prosapiæ, vt in Sicilia de ea, quæ cùm Æthiope adulterium commiserat, cuius filia non colorem patris retulit, sed illius ex qua natus est, is autem
56 Æthiopem regenerauit; † Fœminas magna ex parte matri similes prouenire, mares autem patri, fieri etiam ex diuerso, vt fœminæ patri, mares autem matri similes procreentur, & particulatim etiam similes fieri, vt alia corporis parte similes sint patri, altera vero matri *Aristot. de nat. animal. lib. 7. cap. 6.* de quo per *Rosse. ad l. cum auus, lib. 4. cap. 9. num. 9.*

Quod autem dicitur de cogitatione adulteræ erga
57 maritum non videtur tutum, † cùm inuerisimile sit, vt in ipsa Veneris titillatione, & voluptatis illa seminis emissione per meatus de marito per, eam cogitari, quidquid *Burrig.* dicat ab amico aud. usse, quem non esse attendendum dicit *Alciat. in l.*

gallis, in princip. vers. in decem mensibus, n.22. ff. de liber. & post. Coras. lib.2. miscellan. c.22. Alber. Martin. Syltman. & Iacob. Belus. & alij de quibus per *Rustic. ad l. cum auus, lib.4. cap.9. nu.9. ad med.* vbi etiam respondet ad illud, quod dictum est de Quintiliano Oratore, qui agebat de submouenda suspitione adulterij, ideò magis hoc ei est permissum, cùm plus affectionis tabula & pictura oculis subiecta inducat, quàm absentis mariti cogitatio, *§. fin. instit. de gradibus.*

Firmandum est igitur homines lege genitali trahi, vt in animalibus & plantis sibi similia gignentibus, 58 † Quare ad fingendas similitudines animi, & corporis, natura, & vis seminis plurimum valet *Phauor. in noctibus Attic. Gell. lib.12. cap.1.* Et cùm similitudo vt naturæ magis consentanea admodum operetur, Patresfamilias omni studio curant genera-59 tionem canum, & equorum fieri ex optimis, † atque pulcherrimis, quod *Plat. de republ.* admiratur, & ridet, dum non eandem operam, & studium ponant in copulandis hominibus, quod etiam iubet Imperator in *l. super statu, Cod. de quæst. & est text. in l.1. §. quamuis, ff. de ventr. inspiciend.*

Nisi ergo specialis causa adducatur, naturale est, & 60 ordinarium, vt similitudo attendatur, † cum rari sint, qui ex vtero non referant aliquod genitale, vt tres illi in Lepidorum gente intermisso ordine, obducto in membrana oculo geniti, *Solin. cap.5.* 61 † † Et de ea, quæ gemino partu alterum marito similem, alium adultero genuit *Plin. lib.7. c.11.* ¶ Et de Proconnesia ancilla, quæ alterum Domino similem, alterum eius procuratori edidit *Plin. lib.7. c.10. Solin. c.4.* Et facit *c. si gens Angelorum 56. dispunct. & l. quod si nolit, §. qui vendunt, ff. de adil. edict.* Et cum nulla necessaria probatio sit, quæ filiationem 62 ostendat, † similitudinis coniectura multum faciet *l. filium, ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. Lucius, ff. de cond. & demonstr.* Mater enim naturæ, pater iuris ciuilis, mater est quæ peperit, pater est quem iustæ nuptiæ faciunt patrem, illa certissima, hic incertissimus *Connan. in comment. iur. ciuil. lib.2. c.11. n.6.*

Hinc etiam ob similitudinem cognomina sunt in-63 uenta, vt dictum est supra † de Cn. Pompeio, qui Menegones dicebatur, quod Menegeni coquo suo similis esset, & de P. Scipione, qui Serapio dictus est à victimario eius nominis sub simili, & de P. Lentulo, qui Spintheris ab histrione Spinthere cognomen est adeptus, & alter Scipio, qui Salutionis à Salutione mimo cognomen accepit *Plin. lib.7. cap.12.*

Et ad parentes similitudo est referenda, cum illa ex membrorum formatione existat, non quantum ad 64 communem speciem, † sed quantum ad differentias, quæ speciei accidunt, quippe cùm communis species hominem, bouem, equum cōstituat, membrorum autem differentia ea sit, quæ aduncum, vel simum facit, in quo similitudo, & dissimilitudo omnis ad parentes consistit, quæ à semine, & illius in fœtus procreatione dominio gignitur, non autem ex menstruo *Galen. lib.2. de semin. cap.1. & lib.2. c.5. Francisc. Valeriol. in loc. communibus medicin. lib.1. c.17. Phauorin. apud Gell. in lib. noct. attic. Ioan. Argentar. in Galen. artic. medic. commentar.2. cap. de* 65 *temperatur. test.* † vbi, quod filij patri similes esse debent, cùm ipse det semen, in quo est forma illius, & omnium partium figura, magnitudo, numerus, situs, connexio, semen verò ipsum, formam quam in se habet, vt generationis opifex atque artifex, in idoneam materiam immittit *Ioan. Argentar. ibidem.*

Ex prædictis igitur erit efficax coniectura similitudinis, quamuis alij id totum committant arbitrio 66 Iudicis, † vt per *Menoch. de arbitrar. cas. 99. nu.97. & præsumpt.53. nu.47. lib.6. Alciat. reg.3. præsumpt. 37. nu.15. in fin. Marzar. cons.45.* & latè de his *Mar. Salomon. in l. gallus, in princ. & ibi Fortun ff. de liber. & posthum.* Quibus adde *Plutarch. de placit. philosophor. lib.5.* vbi ex antiquorum decretis scribit de similitudine parentum & filiorum: & *Lucret. de rer. natur. lib.4.* vbi ostendit fœtus qui plus materni seminis participant fieri similes matribus, qui paterni patribus *Tiraquell. leg. connub.7. part.7. gloss.1. num.52.*

Et Poetæ etiam ostendunt filias facie, ac similitudine referre, ac repræsentare formam, ac faciem adulte-67 rorum † qui eos genuerunt vt per *Martial. lib.6. epigram. in Cinnam.* Vnde & illud Phocilidis Poetæ Græci. Haud similes pariunt stuprata cubilia natos. & aliud *Theocriti idyllio* 17. Non amantis, aut mulieris in alieno mens semper, faciles autem fœtus, filij autem numquam similes patri. & *Hesiod. lib.1. oper. & dier. & Euripid. in electra. & Homer.* 68 *lib.1. Odyss.* vbi † Telemachus cognoscitur filius Vlyssis ex vultu & oculorum similitudine, & *Virg. lib.4. Æneid.* saltem si qua mihi de te suscepta fuisset Ante fugam soboles, si quis mihi paruulus aula Luderet Æneas, qui te tantum ore referret. & 69 *Horat. lib.4. ode 5.* † & *Catull. in epithalamio Iuliæ & Mallij. & Ouid. in epist. Hysiphilæ ad Iasonem. & Papinianus lib.5. syluar. in Epicedio filij:* de quibus per *Tiraq. d. l. connub.7. gloss.1. part.7. n.52.* qui omnes referunt istas similitudines faciei, & formæ cum genitoribus.

Et honestum imprimis erat Matronæ suam pudicitiam erga virum per faciem liberorum suorum te-70 stari, † quod fiet si liberi referant typum similitudinis sui genitoris, vt est illud Pithyos filiæ Callicrathis Pythagoricæ *ex lib. de temperant. muliebri apud Stobæum serm.72.* ¶ Et tradunt Iuliam Augusti filiam, suis adulteris admirantibus, quod ea fi-71 lios omnes edidisset Agrippæ similes marito, † respondisse, non nisi plena naue vectorem admisisse *Macrob. lib.2. Saturn. cap.5. Silua Nuptial. lib.2. rubr. diuit. non est nubend. numero 91.* vbi etiam illud de Faustina, cuius filij, ex vultu, & moribus iudicati sunt filij gladiatoris, non M. Antonij *Petrac. in* 72 *triumph. Amor. c.2.* † Et quod apud Libycos hæc consuetudo viguit, vt illius filij haberentur, cuius imaginem, ac corporis lineamenta ducerent, vt post *Philosoph. lib.2. politicor. & Fortun.* dicit *Silu. Nuptial. lib.2. num.91.*

Et Limyrnij, vel vt alij legunt Liburni, vxores habent communes, & liberos communiter alunt vsque 73 ad annos quinque, † deinde sexto anno pueris omnibus congregatis, similitudines ipsorum ad viros coniectant, & vnicuique similem tradunt puerum ceu parenti, quem ille acceptum pro filio educat *Nicol. scriptor Græcus de minoribus gentium apud Stobæum sermon.42. Tiraq. lib.7. connub. part. 7. gloss.1. numero 51. in fin.* vbi etiam de variis populis, & nationibus, qui nullas priuatim vxores 74 habent, † sed omnibus vt communibus vtuntur, ex illis autem qui tam confuso parentum pro coitu passim, incertique nascuntur, quos pro suis colant,

formæ

formæ similitudine agnoſcunt *Pompon. Mela lib.1.* Quamuis apud alios, qui priuatim matrimonia neſciunt, & apud quos vulgo vti Venere licet, filij matres tantùm recognoſcunt, & paterni nominis nul-
75 la eſt reuerentia, ſi quis enim verum patrem nouerit in hac luxuria inceſti laſciuientis? Quapropter Caramantici Æthiopes inter omnes populos degeneres habentur, nec immeritò, quia afflicta caſtitatis diſciplina ſucceſſionis notitiam ritu improbo perdiderunt *Solin. cap.39. alias* 43. Cætera pertinentia ad huiuſmodi materiam conſultò prætereo, cùm infinita ſint, quæ poſſent dici, neque inſtituti noſtri eſt lectorem tędio afficere, cùm etiam omnia complecti non ſit humanarum virium.

EPITOME.

Renunciatio ſucceſſionis quando præſumatur facta ob ingreſſum religionis, vel ob aliam cauſam. ¶ Et an poſſit reuocari ſub prætextu enormiſſimæ læſionis, & ob defectum cauſæ. ¶ Agnatio an ceſſet ſi ſupereſt ſoror nupta nata ex maſculis. ¶ Monaſterium, in quo mulier eſt profeſſa, quando excludatur à bonis per eam renunciatis ante ingreſſum. ¶ Et quid in bonis ſubiectis fideicommiſſo purificato ante emiſſam profeſſionem. ¶ Donatio reſtricta ad deſcendentes maſculos naſcituros ex corpore donatarij, ſi tales non ſuperſint, an vadat ad hæredes illius, ſeu reuertatur ad donantem. ¶ Renunciatio quo caſu comprehendat fideicommiſſum, & omnia iura competentia, & competitura, abſque reſtrictione cauſæ expreſſæ. ¶ Verba renunciationis directa in hæreditatem an faciant vt cenſeatur renunciatum, etiam ſi ex mille capitibus eſſet poſſibilis ſucceſſio. ¶ Dictio, alijs, quando implicet caſus ſimiles. ¶ Probatio ſcientiæ fideicommiſſi an ſit neceſſaria, vt illi ſit renunciatum. ¶ Et an ſufficiat, quod renuncietur cum iuramento *l. de his, ff. de tranſact.* ¶ Prælatus & Abbatiſſa an poſſit in acquirendis præiudicare Eccleſiæ tam in renunciatione legatorum, quàm hæreditatum. ¶ Et hoc ei permittatur abſque ſolemnitatibus. ¶ Vel in hoc obſtet Conſtitutio Paulina. ¶ Aditio hæreditatis, ſeu illius repudiatio an poſſit fieri per Monaſterium abſque conſenſu, & interuentu Monachi.

SVMMARIVM.

1 *Donatio reſtricta ad deſcendentes maſculos naſcituros ex corpore donatarij, ſi tales non ſuperſint, non reuertitur ad donantem, ſed tranſit ad hæredes dicti donatarij, num.3. Maximè ſtante clauſula Ad habendum, & in perpetuum, num.4.*

2 *Donatio de ſui natura eſt perpetua, & vadit ad quoſcumque ſucceſſores donatarij etiam ſingulares.*

5 *Clauſula, & cætera, poſita in donatione poſt verbum Acceptantibus, extenditur pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus.*

6 *In contractibus cenſetur ſtipulatum pro hæredibus, & ſucceſſoribus, etiam ſi de eis nulla ſit facta mentio.*

7 *Conuentio quælibet præſumitur realis, quamuis perſona acquirens ſit in ea inſerta, & licet ſimus in diſpoſitione taxatiua.*

8 *Renunciatio ſucceſſionis facta ob cauſam agnationis, illa ceſſante, deficit.*

9 *Renunciationes ſucceſſionum præſumuntur in dubio fieri ob cauſam agnationis.*

10 *Ingreſſus religionis quando dicatur cauſa finalis renunciationis.*

11 *Cauſa impulſiua in dubio præſumitur, & num.12.*

13 *Donatio facta conſanguineo præſumitur fieri ob cauſam conſanguinitatis.*

14 *Læſio etiam enormiſſima non conſideratur in donationibus ob ingreſſum monaſterij, & num.31.*

15 *Donatio ſi fiat ob plures cauſas non deficit, ſi vna ceſſet reliquis remanentibus.*

16 *Agnatio non ceſſat ſi ſupereſt ſoror nupta nata ex maſculis, quæ dicitur de agnatione & familia. Intellige vt num.17.*

18 *Monaſterium, in quo mulier eſt profeſſa, excluditur à bonis per eam renunciatis ante ingreſſum. Amplia quamuis ſimus in bonis ſubiectis fideicommiſſo purificato poſt emiſſam profeſſionem, num.20. & 21. & de ratione, num.22. & 27.*

19 *Teſtamentum factum ante ingreſſum monaſterij non rumpitur, quamuis illi nihil fuerit relictum.*

23 *Obligatio monachi ante ingreſſum tranſit in monaſterium.*

24 *Ius, quod quis conſequitur ex perſona ſua, eſt fortius, quàm illud, quod ex aliena acquiritur.*

25 *Pater adoptiuus non obtinet hæreditatem, quam filius ante adoptionem renunciauit.*

26 *Fiſcus nihil conſequitur ex hæreditate renunciata per delinquentem ante crimen commiſſum.*

27 *Renunciatio quando comprehendat fideicommiſſum.*

28 *Verba renunciationis quo caſu habeant tractum ſucceſſiuum ad futurum.*

29 *Nominatio quando cenſeatur facta de teſtamento in renunciatione.*

30 *Opponens nullum aliud ius competere, niſi ex vna cauſa habet fundatam intentionem, ita vt probatio plurium cauſarum transferatur in aduerſarium.*

32 *Renunciatio generalis quando porrigatur ad omnia iura ſibi competentia, & non reſtringatur ad cauſam expreſſam, num.33. 48. 49. & 50.*

34 *Dictio, aliis, implicat caſus ſimiles. Fallit vt num.35.*

36 *Reſtrictio non fit ſi ratio recti ſermonis non patitur.*

37 *Verba renunciationis directa in hæreditatem faciunt vt cenſeatur renunciatum, etiam ſi ex mille capitibus eſſet poſſibilis ſucceſſio, ampliando omnes modos ſuccedendi aliis perſonis præter expreſſas, n.38.*

39 *Fideicommiſſo non cenſetur renunciatum ſi non probetur illius ſcientia, & an ſufficiat generalis & præſumpta, n.41. & 42.*

40 *Renunciatio diſpoſitioni* l. de his, de tranſact. *cum iuramento valet, & ſufficit etiam non probata ſcientia teſtamenti.*

41 *Scientia præſumitur ex cohabitatione, & propter generalitatem verborum renunciationis, n.44.*

45 *Cogitatio eorum, quæ continentur in teſtamento quando præſumatur, num.46.*

51 *Prælatus in acquirendis poteſt præiudicare eccleſiæ, & non requiritur aliqua ſolemnitas in ſimilibus renunciationibus, n.52. & 54. Idem in Abbatiſſa, n.53.*

55 *In renunciatione facta per ingreſſuram monaſterium datur cautela, vt adhibeatur conſenſus Abbatiſſæ & monialium, vt magis ſit valida.*

56 *Dominium rei legatæ tranſit recta via in legatarium, & acquiritur ignoranti, num.58.*

57 *Repudiatio legati permittitur Prælato abſque ſolemnitatibus in præiudicium monaſterij.*

59 *Dominium hæreditatis non tranſit in hæreditatem niſi poſt illius aditionem.*

60 *Hæreditas aliquando poteſt afferre damnum.*
61 *Renunciationes hæreditatum magis ſuſtinentur propter incertitudinem mortis puellæ renunciantis, quæ potuiſſet præcedere.*
62 *Moniales ſola, & monaſterium poſſunt abſque conſenſu puellæ, ſeu monachi renunciare, vel adire hæreditatem ſibi delatam, num. 63.*
64 *Alienatio iuris quæſiti eſt inualida ſine ſolemnitatibus.*
65 *Acquiſitio momentanea ad effectum ſtatim renunciandi non conſideratur, & valet abſque ſolemnitatibus.*
66 *Solemnitas requiſita per conſtitutionem Paulinam an ſit neceſſaria in repudiatione hæreditatis facta per Prælatum in præiudicium monaſterij, n. 67. & 68.*

CAPVT DLXVIII.

Circa renunciationem, ſeu donationem, de qua agitur, reſtrictam ad deſcendentes naſcituros ex corpore donatarij, vel ad deſcendentes maſculos tantùm, concludendum eſt, quod quamuis tales
1 non ſuperſint, † non tamen bona donata debent reuerti ad donatorem, vel eius hæredes, niſi hoc ſpecialiter fuerit expreſſum, ſed tranſeunt ad hæredes vltimi donatarij cum aliis bonis propriis ipſius, non quidem iure donationis; ſed iure tranſmiſſionis, quia hæc eſt illius natura, vt ſit perpetua, & non redeat amplius ad donantem, nec ad eius hæredes, *l. 1. verſ. igitur cum dicimus, ff. de donationi-*
2 *bus. l. ſenatus, §. 1. de donat. cauſ. mort.* † ſed vadat ad hæredes quoſcumque donatarij, & ſucceſſores etiam ſingulares *Bald. in l. 2. Cod. de iur. dot. Surd. decis. 322. num. 39. Silnan. conſ. 98. n. 7. Burſat. conſ. 31.*
3 *n. 10. Marcobr. conſ. 111. n. 74.* † & ita in ſpecie concludit. *Achill. decis. vnic. de donat. Put. decis. 174. lib. 3.* Quidquid aliud dixerit *Socin. Iun. conſ. 53. lib. 2. & conſ. 142. nu. 3. & 20. lib. 3.* Nam contra eum eſt verior opinio, à qua non eſt diſcedendum, cùm etiam illam approbet *Rot. coram R. P. D. Fabio Romana cotiini*, 25. *Octobris* 1549. de qua per *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionibus lib. 13. tit. 21. n. 20. & dixi decis. 41. n. 1. & cap. 554. n. 1. cum seq.*
4 † vbi etiam quod magis hoc procederet ſtante clauſula, Ad habendum, & clauſula, In perpetuum, iuxta deciſionem *Rot. coram R. P. D. Manzanede Viterbien. bonorum, 2. May* 1614. vbi hoc facilius admittitur ſi adſit clauſula, & cætera, poſt verbum
5 acceptantibus, quæ † extenditur pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, *Rot. diuerſ. decis. 393. in princ. par. 1.* Cùm etiam in contractibus cenſeatur ſemper ſtipulatum pro hæredibus, & ſucceſſoribus, quamuis de illis non ſit facta mentio, & inter ad illos tranſ-
6 eunt tam † actiuè, quàm paſſiuè, *l. viam veritatis, C. locat. l. veteris, C. de contrah. & commit. ſtipulat. Iaſ. in l. ſic ſtipulatus, n. 13. ff. de verb. oblig. latè Surd. decis. 22. num. 37. cum ſeq.* vbi quod quælibet con-
7 uentio præſumitur eſſe realis, † licet perſona acquirentis ſit incerta conuentione, quamuis etiam ſimus in diſpoſitionibus taxatiuè factis: *Idem Surd. conſ. 133. num. 45. & conſ. 221. num. 27. Becc. conſil. 88. num 41.*

Neque obſtabat, quod in caſu propoſito prætendebatur renunciationem fuiſſe ob cauſam finalem
8 agnationis, † quæ cum ceſſauerit per mortem donatariorum ſine filiis, deficit etiam renunciatio *l. in omni, de adoption. cap. quod à te, §. ſanè, de cleric. coniugat. Decian. conſ. 86. viſo puncto & diligenter pro tenui, colum. 5. poſt principium*, prout etiam in dubio ſimiles renunciationes præſumuntur fieri
9 ob iſtam cauſam † *Couarruu. in cap. quamuis, part. 3. §. 2. num. 3. de pact. in 6. Rot. diuerſ. decis. 393. nu. 3. in fin. part. 1.* Quia verius eſt, quod cauſa finalis renunciationis in caſu noſtro fuit ob ingreſſum religionis, quam profiteri volebat puella, quæ renunciauit, vt dicitur in procemio, & in toto inſtrumento renunciationis, alioquin ſi credidiſſet remanere in ſæculo, vel ad illud redire, vtique non
10 renunciaſſet, † & per conſequens talis ingreſſus eſt cauſa finalis, ob quam fuit facta renunciatio *Socin. conſ. 183. num. 3. lib. 2. quod eſt inter conſ. Ruin. 204. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 141. col. 4. nu. 13. Couarru. in d. c. quamuis, part. 3. §. 2. n. 4. verſ. tertia ratio, de pact. in 6. Decian. conſ. 86. col. 4. in fin. verſ. quantum verò ad portionem hæreditatis, nu. 5. Barz. decis. Bonon. 25. n. 68. ad med. dixi latè decis. March. 42. nu. 1. vſque ad 4. Becc. conſ. 74. num. 11.*

Et quamuis in renunciatione fuerit facta mentio conſeruandæ agnationis, Tamen illa fuit cauſa im-
11 pulſiua, † cùm talis in dubio præſumatur *Gloſſ. in l. 2. §. vltim. vbi Alber. num. 3. Roman. num. 2. ff. de donation. Bald. in l. generaliter, num. 5. Cod. de epiſc. & cleric.* Maximè quando non conſtat, quod diſpo-
12 nens non eſſet aliter diſpoſiturus † *Bald. conſ. 340. & præmiſſo, col. 2. poſt med. lib. 3. Socin. conſ. 138. col. penult. verſ. poſtremo dico, lib. 2. Corn. conſ. 101. colum. fin. lib. 2. Aym. conſ. 141. num. 9. Cephal. conſ. 81. nu. 9. & 10. lib. 1.* Cùm præſertim potius in caſu noſtro poſſit colligi, quod nihilominus fuiſſet facta talis renunciatio etiam ſemota cauſa conſeruandæ ag-
13 nationis propter ſanguinis † coniunctionem tanquam ad fauorem fratrum, *l. cum rem alienan. C. de legat illud, Cod. de ſacroſ. eccleſ. Dec. conſ. 120. col. 3. verſ. quia reſpondetur, Ceph. conſ. 81. num. 12.* Tum etiam quia renuncianti fuit donatus annuus redditus ſcutorum triginta, vltra dotem ei datam, *Socin. conſ. 34. num. 5. lib. 4. Barz. decis. Bononien. 25. num. 73.* Qui redditus vnà cùm dote fuit conceſſus iuxta ſtatum electum ingreſſus religionis, ita vt
14 † in iſtis donationibus, & renunciationibus factis ob ingreſſum monaſterij non conſideretur læſio etiam enormiſſima, ſtante præſertim conſuetudine generali omnium fere religionum, ſecundum quam ſolent ingreſſuri religionem renunciare ad fauorem fratrum, & illis donare ſua bona reſeruata dote pro monaſterio, & aliquo annuo reditu, quo caſu minus talis læſio conſideratur *Decian. conſ. 31. colum. fin. Couarr. in cap. quamuis, part. 3. cap. 2. num. 5. verſ. illud merito loquitur, de pact. in 6. Capic. decis. 159. num. 37. ad finem*, & latè dixi *decis. March. 40. per tot. Surd. de alim. titul. 1. quæſt. 57. num. 10.*

Accedat, quod quatenus etiam cõſeruatio agnationis fuiſſet cauſa finalis, Tamen ex inſtrumento renunciationis apparet illam non fuiſſe ſolam, cum, vt dictum eſt, concurrat cauſa ingreſſus religionis, coniunctio ſanguinis, & congrua dotatio, vnde quamuis præſupponatur ceſſaſſe cauſam agnatio-
15 nis, non tamen ceſſant, aliæ cauſæ, † & per conſequens non deficit effectus, & diſpoſitio, reliquis manentibus, *§. affinitatis, inſt. de nupt. Dec. in c. ex literis, col. 5. de conſt. Tiraq. in tract. ceſſ. cauſ. lim. 22. n. 2. Natt. conſ. 14. n. 6. Oſaſc decis. 118 n. 6. dixi d. decis.*
16 *40. n. 4.* † Quàuis etiam neq; poſſit dici, quod ceſſauerit

uerit agnatio, cùm adhuc superfit foror renunciantis, quæ licet sit nupta, nihilominus tanquam nata ex masculis dicitur de agnatione, & familia *Bart. Bald. Salic. & alij in l. voluntas, Cod. de fideicommiss. Curt. Sen. conf. 63. Ias. conf. 142. colum. 2. vers. sexto facit, lib. 2. Ruin. consil. 133. num. 8. lib. 2. Paris. conf. 23. num. 45. lib. 1. & conf. 81. colum. penult. lib. 3. & consil. 35. num. 5. in fin. eod. lib. Socin. conf. 227. num. 4. & 5. lib. 2. Cephal. conf. 53. num. 86. & 87. lib. 1. Gabr. conf. 195. numero 3. lib. 1. Odd. conf. 46. num. 36. & conf. 68. num. 18. & 60. Curt. Iun. 49. colum. 3. Peregrin. de*
17 *fideicommiss. articul. 14. num. 37.* † Dummodo ex dispositione testatoris non colligatur, quod dum locutus est de familia senserit de masculis, *Marzar. de fideicommiss. quæst. 43. Menoch. conf. 197. num. 46. cum seq. lib. 2.*

Stante igitur validitate renunciationis, sequitur, quod monasterium, in quo mulier renuncians est pro-
18 fessa † nullam habet actionem in bonis renunciatis, à quibus excluditur, cùm monachus ante ingressum potuerit de illis disponere *cap. si qua mulier 19. quæst. vltim. §. illud. auth. de monach. auth. nunc autem, & auth. si qua mulier, C. de episc. & cleric. Couarru. in cap. quamuis, part. 3. §. 2. n. 5. in fin. dixi decis. 40. n. 4. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 18. n. 101. & 102.*
19 *fol. 58.* † Ita vt nec eius testamentum rumpatur, quamuis nihil Monasterio reliquerit, modò id fecerit præmeditatus religionis ingressum, *Couarr. in cap. 2. num. 5. de testam. & in dict. cap. quamuis, p. 3. §. 2. num. 5. in fin.*

Quæ etiam procedunt, quamuis versaremur in bonis subiectis fideicommisso purificato post emissam
20 professionem, † quo casu neque monasterium potest agere, cùm obstet renunciatio, iuxta magis communem opinionem, de qua per *Bart. in l. fin. n. 7. vbi Bald. num. 14. Purpur. num. 171. Cagnol. nu. 207. vers. melius est itaque, Cod. de pact. Decian. conf. 3. pro tenui facultate mea, in fin. in vltimis verbis, vers. sed tamen ista disputatio: Couarr. in cap. quamuis, p. 3. §. 2. num. 3. col. 3. in princ. vers. quorum aliquot hoc in loco*
21 *referam, de pact. in 6.* † Quidquid contrarium sequantur *Socin. conf. 183. lib. 2. & Corn. conf. 227. alias 22. lib. 3. Ruin. conf. 204. lib. 1. Felin. inter conf. eiusdem Ruin. conf. 206.* Quia contra eos est verior opinio, & magis communis, vt testatur *Vasq. de success.*
22 *creat. lib. 2. §. 18. num. 93. & 94.* † Cùm enim istud ius quæratur propter monachum *Bald. consil. 294. magna est quæstio, ad fin. lib. 5.* consequens est, vt monasterium veniens ex persona monachi teneatur stare eius facto, maximè cùm veniat ex titulo lucra-
23 tiuo *Decian. in l. ex qua persona, de regul. iur.* † Et obligatio monachi ante ingressum contracta transit in monasterium, *auth. ingressi, C. de sacrosanct. eccles. Cagnol. in l. fin. num. 207. C. de pact. Vasq. d. §. 18. nu. 94.* vbi quod hæreditas est delata monasterio ex persona nó sua, sed monachi, vnde sicut monachus, si numquam intrasset religionem, excluderetur ob suam renunciationem, *cap. quamuis, de pact. in 6.* Ita etiam est excludēdum monasterium, quod non debet habere plus iuris ex persona monachi, quam ipse monachus habiturus esset, si sui iuris perseue-
24 rasset, † cùm in hac materia fortius, & pinguius sit ius, quod quis ex sua, quàm ex alterius persona consequitur *§. fin. instit. de vulgar. l. paterfamilias, ff. de heredibus instituend. l. qui liberus, §. hæc verba, ff. de vulgar. & pupill. substitut.* Si quis ergo renunciauerit fideicommisso conditionali, ad quod vocabatur, & postmodum ingressus fuerit religionem, ac post professionem conditio fideicommissi euenerit, nempe mors illius, qui rogatus fuerat restituere, non poterit monasterium illud consequi, immo re-
25 nunciatione excluditur. Sic † & in eo casu, quo quis post renunciationem hæreditatis seipsum in adoptionem dederit, & postea mortem obierit is, cuius hæreditatem renunciauerit, non obtinebit eam pater adoptiuus, cui alioquin quibusdam sublimitationibus iure competebat *l. si adoptauerit, digest. de precar.* Eodem modò si quis post renunciationem paternæ hæreditatis, cuius nulla possit
26 fraus præsumi, crimen commiserit, † & ex ea causa omnia bona, iura, præsentia, & futura, & actiones in fiscum deferantur iuxta *l. 1. §. an bona, ff. de iur. fisc.* etiam si illo viuo pater moriatur, nihil ex ea hæreditate ad fiscum pertinebit *Couarru.* qui dictos casu in proposito nostro æquiparat *in cap. quamuis, §. 2. part. 3. numer. 3. post med. col. in princ. de pact. in 6.*

Neque est dubitandum, an talis renunciatio comprehendat fideicommissum, cùm ex verbis illius claré
27 appareat esse comprehensum, † nam fuit renunciatum in specie omnibus & quibuscunque bonis, tam paternis, quàm maternis sibi quomodolibet obueniendis, & cuicumque successioni hereditatis, tam paternę quàm maternę, fraternę, &c. sed etiam in genere aliis successionibus, & iuribus, tam ex testamento, quàm ab intestato, vel donatione, & aliàs quomodolibet deuoluendis, & sibi obueniendis; quæ verba secundum suam propriam significationem in sui vniuersalitate sunt accepta comprehendere quodcumque fideicommissum *Bartol. in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 18. & ibi Crot. num. 133. ff. de verbor. obligationibus, Ruin. conf. 152. num. 8. lib. 2. Aym. conf. 24. nu. 11. ad med. vers. amplius: Marzar. in epit. de fideicommiss. part. 3. quæst. 59.* vbi, quod ita fuit decisum tam in *Rot. Roman.* quàm *Florentin.* & refert, & sequitur *Menoch. conf. 87. num. 27. Gabr. de fideicomm. conclus. 1. num. 42. Decian. conf. 287. ad fin. Paris. conf. 71. num. 14. lib. 3. Grat. conf. 60. lib. 1. Curt. Iun. conf. 49. col. 5. Soci. conf. 43. col. 2. lib. 4. dixi supra*
28 *cap. 346. num. 11. vsque ad* 18. Maximè, † quia dicta verba habent tractum successiuum temporis, & sic ad iura futura extenduntur *l. si ita scripsisset, de legat. 2. Bartol. in l. 1. num. 11. C. de pact. & in dict. §. duo fratres, nu. 28. quæst. 5. Dec. conf. 79. num. 3. Peregr. de fideicommiss. art. 52. nu 30. vsque ad 33. Becc. conf. 34. nu. 8. Surd. consil. 308. nu. 28. lib. 3.*

Cùm etiam nulla alia causa, quàm fideicōmissi posset existere, ex qua aliud ius mulier renuncians speraret stante renunciatione facta de bonis paternis, maternis, & fraternis, & stante statuto, per quod illa
29 excludebatur tanquam dotata, † vnde cùm nullum aliud testamentum adsit, in quo possint talia verba verificari, censetur illi renunciatum, ac si nominatim fuisset expressum *Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 19. vers. nunc ad propositum, & ibi Rip. num. 79. Crot. numero 127. ff. de verborum obligation. Roland. consil. 34. numero 92. libr. 4. Alexand. consil. 102. numero 6. lib. 6. Paris. conf. 71. numero 14. lib. 3. Socin. Iun. conf. 116. nu. 50. lib. 1. Surd. consil. 393. nu. 14. lib. 1. Menoc. conf. 87. n. 20. lib. 1.* cū aliis, quos adduxi *supra cap. 346. num. 12. tom. 2. Peregrin. de fideicom-*
30 *miss. art. 52. num. 32.* † Et eo ipso, quod opponitur nullum aliud ius competere est fundata intentio opponētis, & onus probandi aliam causam adfuisse

incumbit aduersario *Ruin.cons.144.num.19.& consil.152. num.9.lib.2.Corbul.de caus.priuat.ob renunciat,n.27.dixit supra dict.cap.346.n.11.Menoch.presumpt.115.n.35.lib.3. Peregrin.de fideicommiss.art.52. n.32.* Quidquid senserit *Albens.cons.74.n.11. & 12.* Cùm contra eum se verior opinio, vt testatur, & defendit *Menoch.cons.87.n.20. vsque ad 23.lib.1.*

Et non solùm ex prædictis constat de mente renunciantis, quod volebat comprehendi fideicommis-
31 sum, † sed etiam quia causa finais renunciationis fuit, quod renuncians volebat ingredi religionem, & spretis omnibus aliis bonis temporalibus, præter dotem dandam monasterio, & annuum redditum, de quo supra proposuerat paupertatem perpetuam in eo vouere, prout postea fecit, ita vt ex hoc magis colligatur non debere illam esse sollicitam bonorum huius sæculi, & per consequens fuisse abdicatum omne ius competens super omnibus bonis, & hæreditatibus etiam futuris opulentis, amplissimis, & pretiosissimis, quamuis in earum renunciatione enormissimè læderetur, vt latè concludit *Vasq.de success.creat.li.2.§.18.requis. 29.limit.1.n.100.vsque ad 103.fol.58. Aym.cons.160. n.1.Couarr.in cap.quamuis,§.2.pag.3.nu.5. de pact.in 6.* cum alis de quibus *supra n.14.*

Vnde cùm tot rationes simul concurrant, magis erit locus regulæ, quod renunciatio generalis præiudi-
32 cat renuncianti, † & porrigatur ad omnia iura sibi competentia propter naturam verborum vniuersalium, quamuis de illis non fuerit cogitatum, cùm debuisset cogitare *Bald.in l.sub prætextu, n.2.vers. tu dic,C.de transact.& in l.tres fratres,n.4.ff.de pact. Alex.cons.42.n.8.lib.1.& cons.11.nu.12. lib.2. Aym. cons.368.n.14. Gabr.de reg.concl.4. n.5.*

Neque aliqua restrictio fieri potest ad causam expressam, cùm vt dictum est, simus in dispositione apta comprehendere bona fideicommisso subiecta non
33 minus quàm alia, † Maximè quia ratio recti sermonis nullam patitur restrictionem, Nam renuncians postquam expressit successionem bonorum paternorum, maternorum, & fraternorum, addidit successiones ipsi quomodolibet deuoluendas, quæ verba ampliant, & non restringunt dispositionem: ita vt non possint verificari, nisi in iuribus diuersis à iure, quod competebat in bonis renunciatis *Surd.* qui alios allegat *cons.303. num.32.in fin. cum*
34 *seq.lib.3. Rot.diuers.decis.149.num.3.pag.2.* † Stante præsertim dictione illa, aliis, quæ licèt sit nota similitudinis, & implicet casus similes *Glos. in l.fugitiui,Cod.de seru.fugit. Abb.in cap.sedes,de rescript. Afflict.decis.244.num.1.Osasc.decis.167.num.7.* Tamen quando stat augmentatiuè significat quid
35 plus, † quàm sit expressum, & necessariò debet intelligi de diuersis iuribus, præter specificata *Natt. cons.546. num.22.* quem in proposito sequitur *Rot. diuers.decis.149.num.3.pag.1. Socin.cons.300.num.2. vers.tertio principaliter,col.3.ante med.lib.2. Cassan. cons.39. num.99. Menoch.cons.335.nu.18.lib.4. Surd.*
36 *cons.303.num.33. vsque ad 37.lib.3.* † Et quando ratio recti sermonis non patitur, numquam fit restrictio ad specificata, sed generalis clausula generaliter operatur *Bart.& Castr.in l.si de certa, Cod.de transact. Idem Castr.in l.aquiliana,ff.eod.tit. Paris. cons.20.num.77.lib.1. Gabr.de regul.iur.conclus.4.n. 22. vers.sublimita nisi ratio. Natt.cons.546. num.13. Surd.cons.303.num.35.lib.3.*

Immò ista verba, Et aliis successionibus, non solùm ampliant modos succedendi personis super illis quæ sunt expressa, & specificata, sed etiam augent numerum personarum, quibus succedendum erat, quia dicta verba, per quæ renunciatio facta est hæreditati paternæ, maternæ, & fraternæ sunt di-
37 recta in ipsam hæreditatem, † vnde censetur renunciatum omnibus modis, quibus potuisset, renuncians succedere, etiam si mille adfuissent, & ex mille capitibus esset possibilis successio *Ang.in l. suum, C.de iur.deliber. Paris.cons.26. num.44.lib.3. post Bald.in l.pactum,quæst.16.C.de collat.* cum multis similibus adductis per *Alex.cons.11.col.2. nu.7. vsque ad 9. lib.2.& per Decian.cons.276. ad exclusionem,col.2.n.4. Rom.cons.22.col.2.in fin.Socin.cons.*
38 *34. col.2. num.5.lib.4.* † Et per consequens verba illa, & aliis successionibus, non solùm ampliant modos succedendi, quibus iam fuit renunciatum, sed etiam necesse est ad euitandum superfluitatem, quod importent renunciationem succedendi aliis personis vltra eos, qui fuerunt expressi, & specificati, cùm hoc importet illa dictio, aliis, vt dictum est *Menoch.cons.335.n.16.& 18.lib.4. Rot.diuers.decis.149. n.3. pag.1.*

Amplius non obstabit, quod non probetur scientia fideicommissi renunciante, quo casu non censebi-
39 tur illi renunciatum, † *l.de his, ff.de transact.* cuius dispositioni debet expressè, & specificè renunciari *Ruin.cons.99.num.21.lib.3.Card.Mantic.de tacit.& ambig.conuentionibus lib.26.tit.2.num.23.* Quia satis est, quod renuncians in casu nostro renuncia-
40 uerit cum iuramento *dicta l. de his*: absque eo, † quod probetur specifica scientia contentorum in testamento, iuxta opinionem communem, de qua per *Alex.cons.11. num.14. vbi Addit.in verb. iuramento,lib.2.Idem Alex.in l.qui Romæ, §.duo fratres, quæst.5. vbi Rip.num.71. Crot.num.110.de verb.oblig. Peregr.de fideicommiss.52.num.49. Gulielm. Bened.in cap.raynutius, in verb.si absque liberis moreretur, il secondo, de testam.Decian.cons.345.visis his quæ supra, num.4. Tiraqu.in l.si vnquam,in præfat. num.140.Cod.de reuoc.donat. Abb.in cap. cùm contingat, num.30. vbi Imol.col.vlt. num 96. de iur.iur. Roland.cons.13. num.3. cum seq.lib.1. Socin.Iun.cons. 116.lib.1.Vasq.de success.creat.§.29.lib.2.num.10.* & est communis, & magis vera opinio in vtroque foro seruanda vt testatur *Ceuall.quæst.706.num.1.2. & 6.post Guter.de iuram. confirmator.3.part. cap.2. num.20.Padill.in l.sub prætextu,la 1.num.10.Cod.de transact.Card. Mantic.de tacit.& ambig.conuentionibus lib.26.tit.2.num.31.Osasc.decis.112.num.21.* &
41 stantibus verbis vniuersalibus, † de quibus in transactione non potest negari, quod non adsit generalis, & præsumptiua scientia *Rin.in dict. §.qui Romæ,num.99.Peregr.de fideicommiss.art.52.nu.49.* Maximè quia renuncians tempore mortis fideicommittentis habitabat cum fratribus, quos vidit acquisiuisse possessionem bonorum fideicommisso
42 subiectorum, † & illam semper continuasse *l.consensu,§.serui,Cod.de repud.l.ad instruendum,ff.de administr.tutor. Bald.cons.295. Petrus Lombardi,col.1. lib.3. Aym.cons.26.nu.3. Socin.cons.264. col.5.ad fin. vers. confirmatur hoc idem,lib.2. Cephal.cons.367.nu.*
43 † 34. Præsertim, quia fideicommittens erat persona extranea *Bart.in l.qui Romæ,§.duo fratres, quæst.3.& ibi Rip.num.57. Socin.Iun.num.104.ff.de verb.oblig. Crass.in §.fideicommissum,quæst.64.num.6.* Et in dubio præsumitur sciẽtia propter generalitatem verborum,

44 borum, † de quibus in huiusmodi renunciatione *Ang. in l. tres fratres, nu 4. ff de pact. Alexand. cons. 42. n. 9. ante med. vers. quarto quia etiam, lib 1. Bart. & alij in l. sub prætextu specierum, in princ. Cod de*
45 *transf.* † Quamuis enim non præsumatur cogitatum de his, quæ dependent ex testamento *Gloss. in l. tres fratres, in verb. posse ff de pact.* Tamen quando fuit facta expressa mentio testamenti, prout in casu nostro, non potest dici, quod non fuerit saltem in genere cogitatum de iuribus, & bonis ex testa-
46 mento deuoluendis, † præsertim quando aliunde, quàm ex generalitate verborum constat de mente renunciantis, prout hic apparet, cui fuerit renunciatum omnibus bonis quomodocumque, qualitercumque obueniendis tam ab intestato, quàm ex testamento *Ruin. cons. 156. n. 5. & 6. lib. 3. Natt. cons. 546. n. 20. dixi supra cap. 346. Menoch. cons. 335. n. 52. cum seq. lib. 4.*

Hæc omnia scripsi ad fauorem fratrum, & eorum hæredum, quibus fuit facta renunciatio, antequam causa esset in Rota introducta, cum à me consilium pro veritate peteretur, in qua latius hæc adduxi, vt satisfecerem eorumdem fratrum affinibus in Vrbe existentibus, qui multum dubitabant de sententia lata in partibus an esset confirmanda, necne? & cum postea fuisset de prædictis in Rota discepta-
47 tum, pluries & pluries causa proposita † fuerunt approbatæ omnes conclusiones, quas supra firmaui pro validitate renunciationis, & exclusione Monasterij & puellæ renunciantis bonis etiam fideicommisso subiectis, ad fauorem dictorum fratrum, pro quibus fuit renunciatum, vt *in decisione coram R.P.D. Manzanedo Viterbien. bonorum 2. Maij 1614 & 20. Iunij, eiusdem anni 1614. & coram*
48 *R.P.D. Remboldo in eadem causa 10. Iunij 1615.* † vbi etiam fuit dictum, quod huiusmodi renunciatio amplissimis verbis facta non potest restringi, prout prætendebatur per aliam clausulam subsequentem, in qua renuncians quatenus opus sit, donauit totam suam portionem bonorum paternorum, maternorum, & fraternorum etiam ratione legitimæ, & trebellianicæ, cum ista secunda clausula non deroget generaliter primæ, sed stet de per se, & comprehendat particularem titulum donationis, qui differt à renunciatione, vnde non potest inde inferri, quod restringat successiones, quibus supra fuit renunciatum, sed quod magis declaret animum renunciantis, quod dictas portiones, quatenus opus esset etiam ratione legitimæ & trebellianicæ donare intendit fratribus, & causam ab eis
49 habentibus; † Cum etiam non sit necesse, quod fideicommissum sit reciprocum, & tempore remissionis purificatum ad hoc, vt illud censeatur remissum, cum ista habeant locum ad effectum excludendi præsumptionem remissionis fideicommissi inter diuidentes bona fideicommisso subiecta, in quibus terminis loquuntur omnes Doctores de simili materia loquentes, secus autem quando sumus in renunciatione facta verbis adeo amplis à muliere volente omnia à se bona abdicare,
50 † & perpetuam paupertatem profiteri; quo casu ad hoc, vt dicatur renunciatum fideicommisso, non solùm sufficiunt verba generalia, & quæ tempus futurum respiciant, vt supra dictum est, sed solet etiam fieri latior interpretatio verisimili mente renunciantis, Quare in similibus renunciationibus consideratur læsio, quamuis renuncians modico accepto remiserit spem opulentissimæ hæreditatis, & ingens patrimonium, Vnde multo magis quando habuit dotem congruam monasterio, & redditum similem iuxta conditionem renunciantis, vt latè explicat *Vasq. de success. creat. §. 18. lib. 2. num. 100. vsque ad 103. cum alijs supra allegatis num. 14. & 31.*

Et quoniam locuti sumus de renunciationibus hæreditatum factis per puellas ingressuras monasterium, cum in facti contingentia occurrerit casus similis super validitate alterius renunciationis, quæ prætendebatur nulla tanquam renuncians esset minor, & non fuerint adhibitæ solemnitates statutariæ, Ideo cum de hoc dubitaretur, Dixi huiusmodi appositionem non suffragari, immò renunciationem fuisse validam, cum fuerit facta per Abbatissam, & omnes Moniales de successione, quæ forsan posset competere puellæ super bonis, & hæreditate suorum parentum, & fratris, quod eis permittuntur tanquam simus in acqui-
51 rendis, † in quibus Prælatus potest præiudicare Ecclesiæ, seu Monasterio, quidquid secus sit in acquisitis, iuxta magis communem opinionem, quam in terminis hæreditatis tenuit *Bartol. in l. tutor. in fin. ff. de bonorum possession.* vbi quod illam delatam monacho potest solus Abbas repudiare *Bald. in l. Bonorum 7. quæst. 5. num. 7. Cod. qui admitt. Felin.* qui de communi *in cap. in præsentia 8. colum. penultim. in fin. vers. decimo quæro vtrum solus, num. 57. ad medium, de probat. Abb. in cap. 1. col. penultim. ad med. num. 21. & 22. de dol. & contumac.*
52 vbi, † quod non requiritur aliqua solemnitas *Aym. cons. 152. col. penult. ad med. num. 9. Socin. cons. 198. col. 42. ante med. vers. quarto prædicta corroborantur, lib. 2.* quod est repetitum *cons. 75. num. 5. ad med. vers. idem vidimus in prælato, lib. 4. cons. 108. colum penult. in fin. vers. secundo respondeo, num. 2. lib. 1.* & latius *in l. legatum 7. num. 13. vsque ad 22. ff. de legatis 1. Lapus allegat. 25. in fin.* vbi quod non requiritur aliqua solemnitas, & ibi *Quint. Mandos. in verb. prælatus, in princ.* testatur de communi Rom.
53 † qui loquitur in Abbatissa monialium *cons. 184. per tot. vbi Horat. Mandos. in verb. consilio. & in verb. præiudicare.* qui etiam testatur ita decisum per *Rot. coram R.P.D. Nouato. Senen. prædij 27. Maij 1549.* Cæteros consultò omitto, quia est magis
54 recepta, † & verior opinio, vt passim omnes admittunt, & latè comprobat etiam *Roland consil. 15. nu. 23. vsque ad 41. lib. 1.* quem sequitur *Menoch. de arbitrio. cas. 171. nu. 53. Semoncel. de decret. lib. 3. tit. 8. inspect. 9. n. 67. fol. 128.* latè *Aldobr. cons. 26. nu. 83. cum*
55 *seq. lib. 1.* vbi † in specie notant hanc cautelam solere apponi in renunciationibus monialis ingredientis monasterium, vt apponatur consensus Abbatissæ, & monialium, ad hoc vt valeant similes renunciationes, tanquam sint de iure quærendo, in quibus possunt præiudicare Ecclesiæ *Purpur. in l. vlt. n. 195. col. 27. in fin. vers. tutius erit. C. de pact.* vbi etiam in specie approbat huiusmodi cautelam, vt omnis dubietas tollatur.

Amplius prædicta procedunt etiam in legatis relictis
56 monasterio, † quorum dominium licet transeat recta via in legatarium *leg. à Titio, digest. de furt.* Tamen permittitur Prælato illarum repudiatio ci-
57 tra aliquam solemnitatem, † cum aliud sit alienare, aliud non acquirere, vt in specie concludit *Fer. de Sen. consilio 9. per tot.* cum quo transeunt

Card. & Abb. in cap. sua, de his quæ fiunt à maior. part. cap. Idem Abb. in cap. 1. vbi Butr. col. penult. in princip. de dol. & contum. Gemin. in cap. 1. de rebus eccles. non alien. in sexto. Roman. cons. 184. vbi Mandos. testatur ita fuisse decisum in Rota sequendo Ias. qui de magis communi *in l. legatum 7. n. 15. vsque ad 22. ff. de legat. 1. Anchar. cons. 135. col. 1.* & quod ista opinio seruetur in practica tanquam communis, etiam apud canonistas dicit *Rol. cons. 15. n. 53. in fin. post Aret. in l. is hæres, col. fin. de acquir. hær. Doc. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, col. antepen. vers. tertio conclusio, de constitut.*

Si ergo hæc procedunt in legatis, in quibus domi-
58 nium acquiritur etiam ignoranti, † vt dictum est
l. cum pater, §. surde, ff. de legat. 2. & non solent afferre nisi lucrum *l. hæreditatem, ff. mandat.* Multo magis hoc erit permissum in hæreditate delata, cuius
59 † dominium non transit in hæredem, nisi post aditionem factam *l. si forori, vbi Alexand. & Ias. Cod. de iur. deliber.* Cum etiam hæreditas aliquando
60 possit afferre damnum † *Gloss. in dict. l. cum hæreditatem, ff. mandat.* & ita in proposito arguit Roland. *cons. 15. num. 38. vsque ad 42. lib. 1. post Roman. consil.* 184. *Anchar. cons.* 151. Vnde etiam multo fortius in casu nostro, in quo fuit facta renunciatio per plures annos, antequam adesset aliqua spes proxima successionis, cum etiam potuisset puella præcede-
61 re, † Ita vt propter huiusmodi incertitudinem magis valeant similes renunciationes *Decia cons. 616. viso contractu, num. 6. & vers. talis assignatio. Alex. cons. 180. num. 2. & ibi Nata. in addit. in verb. quæ tunc habebat, lib. 5. post Bart. in authent. si qua mulier, in fin. num. 22. vers. item possibile est, Cod de sacrosanct. eccles.*

Non obstat, quod in renunciatione non interuenerit, consensus puellæ, quæ licet etiam ipsa renunciauerit, tamen habetur pro non renunciante, tanquam non adfuerint solemnitates requisitæ per statutum, cum simus in puella minore, quæ ob defectum ætatis non poterat consentire, nisi, seruatis
62 seruandis; † Quæ verior est opinio, quod solæ Moniales, seu monasterium absque aliquo consensu puellæ, seu monachi possint validè renunciare, & repudiare, prout etiam adire hæreditatem sibi delatam, iuxta communem opinionem Canonistarum *in cap. præsentia, vbi Ioan. Andreas, Innoc. Butr. & Abb. nu. 77. de probat.* quem etiam sequuntur multi legum professores vt *Paul. de Castr. in l. cum proponas, nu. 4. Cod. de hæred. instit. & in l. non est dubium, C. de iur. delib. & in l. legatum, de legat. 2. Imol. in l. si paterfamilias. ff. de liber. & posthum. Francisc. de Ramponibus in dict. l. cum proponas, & in l. post aditam, C. de impuber. & aliis substit. Rimin. Iun. cons. 154. n. 8. lib. 2. Honded. cons 94. n. 17. & 18. lib. 1. Corn. cons. 88. n. 3. lib. 2. & cons. 52. lib. 4. cum aliis per Cenall quæst. 341. n. 1. Spin. de testam. gloss. 12. num. 17.*
63 *vsque ad 19.* Quidquid Bart. & Bald. aliter sentiant *in l. 2. ff. de vulgar. & pupill. Bero. cons. 26. nu. 9. lib. 1.* Quia contra eos est verior opinio, & magis communis, & fauorabilis religioni, prout testatur *Ruin. cons. 204. n. 12. & cons. 206. n. 6. lib. 1.* quam etiam sequitur *Rota coram R. P. D. Manzanede Bononien. de Pasis 4. Martij 1611.*

Minus obstat, quod in huiusmodi renunciatione debeant interuenire solemnitates, nam cum renunciatur, fatendum est prius acquisitionem, & aditionem præcessisse, sine qua nihil in cessione conti-
64 neretur, † vnde videtur esse alienatio iuris quæsiti, quæ sine solemnitatibus est inualida Ruin. in specie *cons. 170. nu. 9. column. 2. in fin. lib. 1. Surd. decis. 70. n. 11. & cons. 244. nu. 19. lib. 2.* Quia verius est, quod ista acquisitio momentanea non sit conside-
65 rabilis, † quasi non dicatur factum, quod non durat, prout in puncto concludit *Socin. cons. 53. viso instrumento, col. pen. in fin. n. 27. & 28. vers. sed ad hoc*
66 *responderem, lib. 4.* † Quare etiam solemnitas requisita per constitutionem Paulinam non erit necessaria in renunciatione facta per monasterium de iuribus hæreditatis, quando ex actu, qui fit ad renunciandum, non resultat acquisitio, secus si essent duo actus separati, licèt incontinenti vnus post alium facti fuissent, puta si monasterium prius adiuisset hæreditatem, deinde in eodem instrumento cessisset, & renunciasset, prout declarat *Phanuc. de lucro dot. glos. 8. nu. 18. vers. quæ conclusio.*
67 † vbi testatur ita *in Rota* decisum per *Vestan. decis. 66.* quæ est in impressis *Rot. diuers. decis. 30. lib. 2. part. 3.* quod etiam voluit *Bursatt. cons. 55. n. 21.* vbi quoque testatur ita *in Rota* decisum per *Peregr. decis. 72. in causa Bononien. hæreditatis 24. Iunij* 1547.
68 & refert *Put. decis. 519. lib. 2.* & notat † etiam *Roland. cons. 15. n. 54. lib. 1. Nata. cons. 441. n. 19. Dec. consil. 474. Tiraq. in l. si vnquam, in verb. donatione largitus, n. 186. in fin. C. de reuoc. donat.* & latè comprobauit *supra cap. 152. & decis. 17. n. 28.*

EPITOME.

Electio fori an spectet ad eum, qui habet priuilegium, vt possit conueniri coram pluribus iudicibus. ¶ Incolatus ex quibus contrahatur. ¶ Et quid si adsit necessitas residendi. ¶ Et an sufficiat sola habitatio. ¶ Vel requiratur animus perpetuò permanendi. ¶ Maritus an dicatur subditus in loco, & patria vxoris, vbi illam accepit. ¶ Et quid è contra in muliere. ¶ Roma an sit communis patria ad effectum, vt possit quilibet ibi conueniri. ¶ Mercator recipiens litteras an sibi præiudicet, vt non possit pœnitere. ¶ Casus mixtus quando contineatur sub simplici. ¶ Litteræ cambij an habeant executionem paratam, & habeantur pro publicis instrumentis. ¶ Consuetudo an possit facere solemnem scripturam priuatam. ¶ Clausulæ, manu regia, sola facti veritate inspecta, & similes an tollant solemnitates iuris ciuilis, & substantialia iudicij. ¶ Et an faciant, vt lite pendente non debeat dari manutentio. ¶ Appellatio prohibita à Principe an prohibeatur à subrogato ab eo. ¶ Remedium manutentionis an detur pendente lite super possessorio ordinario, quamuis simus in causa appellationis. ¶ Et quomodo intelligatur vt duret, donec fuerit lata sententia super dicto possessorio ordinario. ¶ Iurisdictio concessa priuatiuè an possit prorogari de consensu partium.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori spectat ad eum, qui habet priuilegium, vt possit conueniri coram pluribus iudicibus.*
2 *Habitatio sola non sufficit, vt quis sortiatur forum, & sit incola in aliquo loco, sed requiritur assidua, & longa conuersatio, & num. 3. & opus est probare dictam assiduitatem, n. 4.*
5 *Domicilium non censetur in dubio mutatum.*

6 *Incon,*

7 *Incolatus non contrahitur, nisi adsit animus perpetuò habitandi, & quomodo probetur, num.7.*
8 *Incolatus dicitur contractus probata declaratione voluntatis iuncta domicilij translatione, etiam absque aliquo lapsu temporis.*
9 *Maritus dicitur subditus in loco, & patria vxoris, si in capitulis matrimonialib. declarauit animum ibidem contrahendi domicilium, secus non existente tali declaratione, num.11. nisi alia concurrant, num.12. & quid in vxore, num.13.*
10 *Incola quis efficitur ex necessitate residendi in loco.*
14 *Roma est communis patria, & ibi quilibet potest conueniri. Intellige vt num.15.*
16 *Mercator acceptans litteras sibi præsentatas censetur illas ratificare, & facere se debitorem quo ad contenta in eis, absque spe repetitionis, quamuis postea sequatur decoctio, num.18. & protestatio non iuuat, si non fiat incontinenti, num.17.*
19 *Auditor Cameræ est iudex Mercatorum Vrbis, & manu regia cognoscit de eorum causis.*
20 *Causa propria dicitur illius ad quem principaliter damnum, & commodum pertinet.*
21 *Continentia causæ non debent diuidi.*
22 *Casus mixtus continetur sub simplici, quando est eadem ratio, & sumus in priuilegiis fauorabilibus, numero 23.*
24 *In mixtis attenditur qualitas potentior, quæ trahit minus principalem, & interesse secundarium.*
25 *Litteræ cambij habent executionem paratam, & de eis iudicatur, prout de scripturis solemnibus, & n.27.*
26 *Consuetudo potest facere, vt scriptura priuata habeatur pro authentica.*
28 *Maior probatio requiritur per eum, qui prætendit solutionem indebitè factam, quando lex ei insistit.*
29 *Iurisdictio concessa alicui priuatiuè non potest prorogari neque de consensu partium, & tollit omnibus facultatem iudicandi.*
30 *Clausula manu regia, summariè, & de plano tollit solemnitates iuris ciuilis, non tamen substantialia iudicij, nu.31. Nec ineptitudinem libelli parte opponente, nec beneficium excussionis, num.32.*
33 *Clausula manu regia, & similis non facit, vt lite pendente non debeat dari manutentio in possessorio summariissimo.*
34 *Manutentio in possessorio summariissimo datur pendente lite in possessorio ordinario, etiam quod simus in casu appellationis.*
35 *Remedium summariissimum manutentionis quo modo dicatur durare, donec fuerit lata sententia in possessorio ordinario.*
36 *Remedia competentia in prima instantia, competunt etiam in secunda.*
37 *Appellatio habita à sententia Principis non prohibetur à subrogato ab eo.*

CAPVT DLXIX.

Remittendam esse dicebam causam in partibus, cum rei conuenti non potuerint conueniri in Vrbe, agitur enim de negotio principaliter spectāte ad rationem bancariam existentiam in ciuitate Anconæ, adeo vt non sit euitandum iudicium Mercatorum eiusdem ciuitatis, cui specialiter per Summos Pontifices fuerunt concessa priuilegia, vt huiusmodi causæ coram Mercatoribus Anconæ cognoscantur etiam priuatiuè quo ad omnes alios, prout etiam modò fuerunt illa confirmata per Sanctissimum D.N. Paulum V. ita vt stante dicto casu priuilegiato ob fauorem Mercatorum, vel similiū,
1 † quamuis aliquis posset conueniri coram pluribus iudicibus, Tamen electio debet competere reo conuento, qui semper poterit declinare forum, coram quo ipse voluerit, & in alternatiuis ipse eligit, quidquid aliàs cessante huiusmodi priuilegio actor eligat *l. plerumque 10. in fin. de iur. dot. l. illud 25. de constit. pecun. & est text. in terminis in auth. habita. vbi Salic. num. 21. Cod. ne fil. pro patr. Bald. in l. cum clericus 25. Cod. de episcop. & cleric. Franc. in cap. Romana. §. contrahentes, nu.2. de for. compet.*

Præsertim, quia dicti rei conuenti habent domicilium, bona, & familiam in ciuitate Anconæ, & apprehēsi sunt in Vrbe, ad quam se contulerunt, vt vulgo dicitur, per passaggio, non animo ibi commorandi,
2 † ita vt ex hoc non possint dici sortiri forum Romanum, nec in eo conueniri, cùm ad hunc effectum requiratur assidua, & longa conuersatio, vel decem annorum, vel minoris temporis secundum arbitriū Iudicis, qui non arbitrabitur, nisi de longo tempore, si non adest aliqua causa mutationis domicilij, cum sola habitatio non sufficiat *Felin. in c. dilectus filius, il 2. col.8. & 9. vers. pro pleniori. & vers. prima causa. num.12. de præscript. Bald. in l. senatores. num.1. post Cin. ibidem Cod. vbi senator. vel clariss. Gloss. in l. nec ipsi. in verb. constituerit. in fin. Cod. de incol. lib.10. Aret. in cap. quod clericis, nu.1. de foro compet. Paris. cons.34. num.20. & 22. lib.3. & cons.53. nu.9. eodem. lib.*
3 † Nam simplex conuersatio, & habitatio sine ista assiduitate non facit quem incolam *Menoch. de arbitr. cas.86. numero 13. in fin. per text. in l. libertus. §. sola. ff. ad municipal. Gloss. in l.2. verb. commeat. C. de incol. lib.10. Cin. in l.2. vers. quod verum credo. & in fi. vers. tamen ista assidua conuersatio. C. vbi senator. vel clarissim. Ang. in l. lex Cornelia numero 7. vers. & attende. ff. de iniur. & cons.27. num.2. vers. item non ex capite. Roland. cons.79. numero 52. lib.3. Rot. coram R.P.D. Burat. Collen. hæreditatis 5. Maij 1617. Ruin. cons.62. n.21. lib.5.*
4 † vbi etiam requirit probationem istius assiduæ conuersationis *Socin. Iun. cons.49. nu.6. lib.1. Bald. cons.393. colum.1. lib.1. & cons.311. lib.4.*
5 † Cum etiam in dubio non censeatur mutatum domicilium, transferendo se de vno loco ad alium, nisi adsit animus perpetuò ibi permanendi, & nisi concurrant alia, de quibus in *l. non vtique. digest. ad municipal. l. eius qui §. penult. Cod. de incol. lib.10. Petrus de Vbald. de canonic. episcop. capite 7. nu.8. in fi. tom.15. part.2. fol.231.*

Et quod ad contrahendum incolatum requiratur animus perpetuo habitandi, & numquam recedendi
6 † est *text. in leg. ciues, Codice de incolat. libro 10. Bartolus in l. Cornelia. §. si tamen in fundum. digest. de iniuriis, post Gloss. in l.1. in verb. incolam. Codice de municip. lib.10. Alciat. in l. pupillus, §. incolat. in princip. digest. de verborum significationibus. Rot. diuers. decis.150. numero 3. part.2. Gabriel. consil.189. numero 20. cum sequ. lib.1. Rotam coram Cardinal. Ludouisi. Ciuitatis Castelli hæreditatis 10. Maij 1606. & coram R. P. D. Ortemberg. Collen. hæreditatis 25. Maij 1611. & coram R. P. D. Buratto. Romana. seu Tudertina nullitatis obligationum 4. Iulij 1614. & coram eodem. Collen. hæreditatis 10. Iunij 1616. columm. penultim. 5. Maij 1617.* vbi, quod debet probari per testes concludenter, non ex verbis
7 prolatis obiter, & incidenter, † cum ex illis non possit desumi animus deliberatus, & firmus perpe-

tuo permanendi, ita vt si tractaretur de successione debita alicui tanquam incolæ, testes non concludant, nisi verba ad effectum probandi incolatū sint prolata ante obitū, prout requireretur ad hoc, vt potuisset auferri ius successionis *Anchar.consil. 169.nu.2.vers.& licet,colum.1. Rot.coram Card. Ludouisio,Ciuitatis Castelli hæreditatis 1.Decembr.1606.*
8 † Probata autem declaratione voluntaris dicetur esse contractus incolatus,iuncta domicilij translatione etiam absque aliquo lapsu temporis *Abb. in c.vltim.in fi.de paroch. Corn.cons.109.ante numerum 3.vers.nam in supplicatione,lib.1.Sim.de Pret.cons.11. num.9.Menoch.de arbitrar.cas.86.num.2.Rot.coram R.P.D.Marcomonti.Granaten.Capellaniæ 1.Decembris 1606.& coram R.P.D.Buratto.Farfen.bonorum 19.Decembris 1614.in fin.* vbi comprobantur,ea,quę dixi *supra cap.171.num.10.tom.1.& cap.209.num.22. tom.2.* & in *dict.Farfen.bonorum, in fin.* additur de
9 marito, † qui dicitur subditus in loco, & patria vxoris,si in capitulis matrimonialibus declarauit animum ibidem contrahendi domicilium prout postea se contulit ex doctrina *Bart.in l.murileguli.nu. 1.& ibi Ioan.de Plat.colum.2.vers.facit etiam Cod.de*
10 *murilegul. lib.10. Corsett. sing. 98.* † Ex necessitate enim residendi in loco quis efficitur incola *Innocen. in cap.ex ore sedentis post med. vers.sed loca.vbi Anchar.num.8.de priuileg.Anan.in cap.dilectus,il 2. num.5. vers.facit etiam.*& ibi latè *Felin.colum.de rescript.Rot.coram Cardin. Plato. Romana hæreditatis seu census 8.Iunij 1588.*de qua per *R.P.D.Buratto.in*
11 *dict.Farfen.bonorum 19.Decembris 1614.*†Quidquid alias sola coniectura,quod maritus duxerit vxorem in Vrbe, seu alio loco, non concluderet, vt idem maritus contraheret incolatum, & ciuitatem in loco vxoris *Abbas consil.100. ad fin. vers.nec etiam obstat. lib.2.Ias.cons.77.col.vltim. in fin. versic.nam capere vxorem.lib.3.Rot.coram R.P.D. Buratto.Col-*
12 *len.hæreditatis 5. Maij 1617.* † Nisi concurrent aliæ coniecturæ, vt translatio bonorum, & emptio stabilium cum similibus, de quibus per *Menoch. præsumpt.42.num.14. lib.6.Rot.coram R.P.D. Perusino Comitulo.Romana officij scripturæ 21.Iunij 1591. & coram R.P.D. Buratto dicta Collen. hæreditatis 5.*
13 *Maij 1617. in fin.* † vbi etiam quod aliud est in muliere, quæ in ciuitate sui viri fit ciuis solùm quo ad domicilium habitationis *Honded.consil.14. num.6.lib.2.*

Neque obstat si diceretur, quod saltem debet dari
14 commune domicilium in ciuitate Romana, † in qua poterit quilibet conueniri tanquam Roma sit communis patria *Gloss. in leg. heres absens, in fin. versicul. defendere, de iudic. Bartolus in leg. atque aliàs incip. Romana,digest.ad municipal.* Quia hodie amplius non datur istud accidentale, &
15 commune domicilium in Vrbe, † nec ad istum effectum Roma vocatur communis patria, nec in ea quis poterit conueniri, si alia non concurrant, vt notat in specie *Ias.in l.qui romæ, in princip.colum.4.in 3.notabili numero 12.ad medium, digest. de verborum obligationibus, Butr. in capit.fin. colum.12. post med. versic. ad primum numero 23. de for.compet. Rebuff. de domicil.electiōn. in præfat.numero 7.& 8.tom.3.fol.134.* Stantibus præsertim priuilegiis Mercatorum Anconæ, vt non possint conueniri nisi in dicta ciuitate Anconitana, vt supra dictum est.

Accedat bonum ius clarum, & notorium, quo nituntur rei conuenti, quamuis enim de eo non esset modò disputandum,cum solum agatur de remissione causæ, Tamen vt magis illa concedatur ad euitandum expensas, & ad omnes alios effectus, satis est dicere, quod non datur amplius aduersariis actio repetendi pecunias solutas, cum fuerint per eos litteræ acceptatæ, & pecuniæ exactæ, & negotium finitum per dictam exactionem, & remissionem, vt dicitur, indietro, valoris pecuniarum
16 exactarum, † cum tamen sufficeret, quod solum Mercator acceptauerit litteras sibi præsentatas, quasi ex hoc censeatur illas ratificasse, & fecisse se debitorem quo ad contenta in dictis litteris absque spe vllius pœnitentiæ,& repetitionis pecuniarum, etiam postea sequatur decoctio, vt latè de magis communi & veriori opinione testatur *Rot.diuers. decis.811. numero 8. vsque ad 30. libro 1.post Bartolum in l.si filius, ad Macedonian. Bald. in leg.si absentis,numero 6.quæst.2.Cod.si cert.petat.Paris.consil. 5.numero 206. libro quarto, Franeus decis.303. per*
17 *totum part. 2.* † Ita vt neque protestatio iuuet, si non est facta incontinenti *Rot. Ianuens.decision. 2,numero 5.* Cum igitur facta fuerit solutio, & negotium finitum, multo magis acceptantes, & soluentes litteras sibi præiudicarunt; & secuta est liberatio, & non datur repetitio, tanquam sit extincta omnis actio, vt per *eandem Rot. Ianuens.decis. 168.numero 2.& 3.*

Et magis colligitur exclusio omnis repetitionis, & prætensi erroris,cum in receptione istarum litterarum, quo ad aliquos fuerit facta protestatio, non
18 autem quo ad istos, de quibus agimus, quod † facit vt magis deliberatè fuerit facta solutio,& plus præiudicet absque vlla spe repetitionis tanquam sit natus mutuus consensus mittentis & recipientis *Alex.78.nu.1.lib.1.Paris.cons.91.nu.3.lib.1.*cum aliis per *Rot.Ianuens. decis.138.num.6.*

Nec facit, quod causa sit cognoscenda in curia, cum agatur inter Mercatores, quorū Iudex est Auditor
19 Cameræ, † qui summariæ, & manu regia terminabit.Quia solum ipse iudicat inter Mercatores Curiæ,vt in suis facultatibus §.10.Nos autem sumus in mercatoribus exteris, qui debēt conueniri ciuitate Anconæ,vt dictum est iuxta priuilegia Summorum Pontificum,quibus non obstat,quod simus in casu mixto,tanquam adsit vnus mercator Romæ degēs, quod faciet, vt talis casus non comprehendatur in dictis priuilegiis: Quia interesse eius, qui existit in Vrbe,est secundarium,cum sit minister,& procurator, & mittens litteras nomine principalis, cuius
20 persona est attendenda, † tanquam ad eam negotium principaliter spectet,& per consequens causa dicitur propria ipsius, cum ex ea damnum, & incommodum,vel vtilitas illi sequi possit & non aliis *l.§.in propria.ff quand.appell.sit. Roland.cons.227.n. 2.lib.5. Aym.cons.99.num.2.Roland.cons.98.nu.3.lib. 4.Surd.cons.61.num.27. Rot.Ianuens.decis.104.num. 23.* Ideo causa erit cognoscenda in loco domicilij rei principaliter conuenti ita vt habens interesse
21 secundarium trahatur etiam ad eumdem locum, † ne continentiæ causæ diuidantur *l.nulli.C.de iudic.* Cum etiam casus mixtus comprehendatur sub sim-
22 plici,†quando est eadem ratio *Alex.in l.si extraneus in si.ff.de condict.ob caus.Surd.decis.315.nu.58.lib.3.& cons.33.nu.29.lib.1.*Maximè in huiusmodi priuilegij fauorabilibus, & ad vtilitatem Mercatorum pes
23 Summum Pontificem concessis,†in quibus semper mixtum

mixtum comprehenditur sub simplici *Bart. in l.2. num. 1. & 2. ff. de verb. obligat. Surd. cons. 453. numero 49. lib. 1.* Et in mixtis attenditur etiam qualitas po-
24 tentior, † quæ trahit minus principalem, prout est hic administrator, qui agit de interesse secundario *Bald. in l. si quis decurio. col. fi. Cod. de fals. Gabr. cons. 2. num. 17. lib. 1.*

Minus facit, quod agatur vigore litterarum cambij,
25 quæ habent executionem paratam, † cum scripturæ mercatorum habeantur pro instrumentis publicis, & sententiis transactis in iudicatum *Bald. cons. 349. facta fuerunt, col. 2. ad fin. n. 4. lib. 1. Rot. Ianuens. decis. 2. num. 9. & decis. 126. nu. 8.* vbi etiam quod hoc
26 procedit de consuetudine, † quæ potest facere, vt scriptura priuata habeatur pro authentica *Bald. in cap. cum dilectus, nu. 5. de fid. instrum.* Inspicitur enim inter Mercatores bona fides, ideo non mirum, si de
27 illorum scripturis iudicandum sit, quod de aliis solemnibus, ac trino teste munitis *Mandos. cons. 97. num. 9. ad med.*

Quia hic tractatur de conditione indebiti, & repetitione pecuniarum, quæ prætenduntur non rectè solutæ, non autem de executione litterarum cambij, Ita vt magis præsumatur contra soluentem,
28 cui lex resistit, † quæ non præsumit solutionem indebitè factam, & per consequens maior probatio incumbit aduersario, tanquam ei obstet præsumptio iuris *Rot. Ianuens. decis. 5. num. 4. & 6.* & etiam cum istis clausulis, manu regia, & sola facti veritate inspecta, ac similibus, proceditur in causis, quæ cognoscuntur inter Mercatores ciuitatis Anconæ, iuxta priuilegia Summorum Pontificum, ita vt si pars aduersa hoc quærat, possit esse tuta de celeri expeditione, prout in Vrbe, adeo vt ex hoc non sit æquum alienum forum sortiri contra dicta priuilegia, quæ priuatiuè sunt
29 concessa Iudicibus Anconæ, † ita vt per ea sit derogatum iurisdictioni quorumcumque iudicum, non obstante aliqua prorogatione partium *Bald. in l. testamenta. in princ. C. de testam. Felin. in cap. pastoralis, limit. 2. col. 2. de offic. ordin.* & latè dixi *decis. March. 78. per tot.*

Et clausulæ istæ, summariè, de plano, manu regia, & si-
30 miles, tollunt solemnitates iuris † ciuilis *Rom. cons. 497. num. 9.* quem sequitur *Decian. cons. 449. num. 15. Marant. in prax. part. 4. distinct. 9. nu. 8.* cum aliis per *Crauet. ad Vestr. lib. 5. cap. 1. num. 7. Rot. coram Card. Millino. Romana pecuniaria. Octobris 1601.* vbi de seruatione terminorum substantialium *Rot. decis. 82. de rescrip. in antiq.* ¶ Non tamen tollunt substan-
31 tialia iudicij, † vnde non faciunt, vt Iudex non teneatur iudicare iuxta legitimas probationes, quãuis possit admittere leuiores, quæ non sunt omnino concludentes *Menoch. cons. 361. n. 16. & 17. lib.*
32 *4.* Prout † neque beneficium excussionis, cum similibus. *Idem Menoc. dict. cons. 361. numer. 10. & 25.* quod etiam voluit *Rot. coram Card. Seraph. Bonon. de Budriolis 15. Nouembris 1578.* quæ est inter *decis. Rot. diuers. 443. nu. 6. part. 1.* & dixi latè *decis. March. 68. nu. 12. cum seq.*

Vnde etiam istæ clausulæ, manu regia, & sola facti ve-
33 ritate inspecta, † & similes, non faciunt, vt lite pendente non debeat dari manutentio in possessorio summariissimo *Rot. coram Card. Pamphilio Bonon. de Cardinalibus 11. Ianuarij 1602.* Prout etiam talis ma-
34 nutentio in possessorio summariissimo datur pendente iudicio, & lite in possessorio ordinario, etiam quod simus in causa appellationis, latè *Car. Seraph. decis. 255. per tot.* Quamuis enim hoc remedium summariissimum duret, donec fuerit lata sententia
35 in possessorio ordinario. † Tamen intelligitur de sententia, quæ imponit finem negotio per rem iudicatam, & quæ habet paratam executionem, nam tunc post talem rem iudicatam in possessorio ordinario, statim cessat hæc interlocutio & tollitur ab eo, cui fuit data manutentio, secus autem quando daretur appellatio in possessorio ad vtrumque effectum, prout est de iure canonico, vt solum ad effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum, sicut
36 est in possessoriis iudiciis de iure ciuili. † tunc enim per appellationem ita suspenditur effectus sententiæ latæ in huiusmodi possessoriis vt omnia remedia, quæ competebant in prima instantia, competant etiam in secunda *Rot. coram Card. Seraph. dict. decis. 229. nu. 7.* vbi ita intelligit *Menoc. de retinend. possess. remed. vlt. in fin.* & de dicta clausula, manu regia, & similibus multa per *Hortens. Caualc. de Brac.*
37 *regio, par. 1.* † Et de appellatione prohibita à sententia Principis, quod non prohibeatur à subrogato ab eo *Menoch. cons. 761. nu. 7. lib. 8. & cons. 501. num. 10. lib. 6.* Prout in iudicio, quod coram ipso Principe pertractatur non seruatur instantia; cum tamen seruanda sit coram eius delegato. *Asin. in prax. iudicio. tit. de instantiis, cap. 3. nu. 32.* Et ita ex prædicta fuit declaratum, & remissa causa ad Iudices suos.

EPITOME.

Dominium bonorum relictorum pro legitima etiam incerta an sit statim translatum in filios vna cum fructibus, & accessionibus, & augmentis seu diminutionibus. ¶ Et an permittatur illorum alienatio pro soluendis dotibus. ¶ Et quid si testator mandauit illas solui in pecunia. ¶ Et an tunc sint soluendæ ex fructibus stabilium per substitutos, & fideicommissarios. ¶ Probatio quod alia bona non existunt in hæreditate an spectet ad hæredem sine inuentario. ¶ Confessio testatoris circa valorem suorum bonorum an præiudicet hæredi. ¶ Solutiones dotium quando præsumantur factæ ex pretio rerum hæreditariarum venditarum. ¶ Diuturnitas temporis quo casu arguat, quod fuerint soluta debita hæreditaria. ¶ Recognitio an requiratur in scriptura antiqua. ¶ Soluens pro residuo an præsumatur alias partitas soluisse. ¶ Liber in vna parte verificatus an sit iudicandus in totum verus. ¶ Executor testamenti soluens partem, an præsumatur aliam soluisse stante diuturnitate temporis.

SVMMARIVM.

1 *Testator potest mandare, vt legitima detrahatur de certis bonis, ne diminuantur legata, & fideicommissa, nu. 2. & ex quibus colligatur ista voluntas defuncti, num. 3.*
4 *Dictio, de, facit vt inducatur causa proxima & materialis.*
5 *Expressum dicitur, quod resultat ex tacita voluntate testatoris.*
6 *Legatum potest fieri quibuscumque verbis.*
7 *Dominium bonorum relictorum pro legitima statim est translatum in filios vnà cum fructibus per heredem præstandis, neque permittitur heredi illorum alienatio, num. 9.*

Diminutio contingens in rebus relictis pro legitima cedit damno filij.

10 *Bona assignata pro legitima non possunt alienari propter necessitatem soluendi dotes, nisi probetur, quod non aderant alia bona, num.13.*

11 *Alienatio facta ob necessitatem est valida, quatenus vrget necessitas.*

12 *Alienatio stabilium non permittitur heredi volenti soluere dotes, si testator mandauit illas esse soluendas in pecunia.*

Pretium rerum alienatarum est conuertendum in causam necessariam, ob quam fuit facta alienatio, si ex precepto testatoris dictae res non poterant alienari, numero 15.

16 *Incertitudo legitimae non impedit acquisitionem dominij bonorum, quae pro illius solutione relinquuntur, nec augmenti & accessionum prouenientium ab effectu iuris.*

17 *Dominium rei legatae transfertur in legatarium etiam si res sit incerta ratione loci, & quota.*

18 *Dotes sunt soluendae ex fructibus stabilium, si testator mandat illas solui in pecunia, quae postea non extat in hereditate, & illarum solutio spectat ad substitutos, & fideicommissarios.*

19 *Asserens alia bona non adesse tenetur probare. Fallit non existente inuentario, quo non confecto probatio spectat ad heredem, num.20 & 21.*

22 *Confessio testatoris circa valorem suorum bonorum praeiudicat heredi non conficienti inuentarium, neque potest reuocari.*

23 *Haeres non conficiens inuentarium iuxta praeceptum testatoris magis praesumitur occultasse bona, vt non appareat opulentia hereditatis.*

24 *Diuturnitas temporis arguit, quod heres soluerit legata, & dotes. Intellige vt num.25.*

26 *Solutiones praesumuntur factae ab herede pro pretio rerum hereditatis alienatarum. Declara vt num.27. & 28.*

29 *Recognitio non requiritur in scriptura antiqua.*

30 *Apochae priuatae sunt suspectae propter antidatas.*

Solutio vnius partitae si probetur, per instrumentum, an sufficiat, vt praesumatur quod fuerint confecta instrumenta de aliis partitis.

32 *Iudicandum est pro eo, qui habet plures coniecturas.*

33 *Soluens pro residuo an praesumatur alias partitas soluisse.*

34 *Executor testamenti partem soluens an sit praesumendum, quod omnino soluerit stante diuturnitate temporis.*

35 *Pluralis locutio quando verificetur in vno.*

36 *Liber in vna parte verificatus an praesumatur verus in omnibus.*

37 *Legatum per testatorem adimpletum non debet solui per heredem.*

38 *Consuetudo est probanda.*

39 *Singuli quorum negotia geruntur insolidum obligantur, & conueniri possunt per negotiorum gestores.*

40 *Praedia dotalia sunt restituenda, & non aliae res.*

41 *Onus probandi incumbit allegantis.*

42 *Actus praesumitur gestus ab eo, ad quem negotium spectat, & num.43.*

44 *Dubia intentio actoris facit, vt semper reus sit absoluendus.*

CAPVT DLXX.

DEberi successionem, & legitimam, dicebam in bonis alienatis in casu & ad effectum de quo agebatur, etenim illa non potuerunt alienari tanquam relicta à Matthaeo particulariter pro legitima filiorum masculorum, ne diminuerentur legata, & fideicõmissa per testatorem relicta in aliis
1 certis bonis, † quod potuit per eum mandari *l. scimus, §. repletionem, Cod. de inoff. testam, Rip. in l. in quartam, nu.128. ad leg. falcid. Menoch. de arbitrar. cas.163. num.1.* Ita vt ex hoc non detur amplius recursus filiis ad bona fideicommissi pro d. legitima,
2 † cum possit commode deduci de residuo *Bald. in rubr. de rer. diuis. col.1. ante med. vers. sed pone pater mandauit. num.1. Roland.* qoi de communi *consil.12. num.1. lib.1. Surd. cons.148. num.11. & 12. & decis.316. numer.10. & 11. Rip. in dict. l. in quartam, numero 101. Couar. in cap. Rainaldus. §.2. nu.5. de testam. Menoch. de arbitrar. cas.163. num.20. Ias. in l. filium quem habentem. num.17. Cod. fam. hercis. Peregr. de fideicomm. art.4. num.34.*

Neque est dubitandum, quod testator voluerit bona libera stare pro legitima masculorum, cum hoc disposuerit in illis verbis, de quibus in testamento, videlicet, & cum ad hoc, vltra praedicta supersint multa alia bona in haereditate mea, quae transcendunt legitimam filiorum meorum, & infra, ibi, si quis dictorum filiorum & descendentium per lineam masculinam ausus fuerit in dictis possessionibus legitimam petere, tunc eos volo esse priuatos, & solum instituo in legitima detrahenda de aliis bonis, ex quibus verbis sic repetitis satis constat de voluntate testatoris, quod bona libera omnino es-
3 sent obnoxia detractioni dictae legitimae. † cum sufficiat huiusmodi assignationem fieri quibuscumque verbis, etiam mera voluntate *l.1. §. assignare, de assign. libert. Gloss. vltim. in cap. appellatio, de appella. in 6. Rebuff in l. assignare, in prin. ff. de verborum significatione.* Maximè stante illa clausula, videlicet, de-
4 trahenda de aliis bonis, † quae cum sint posita per dictionem, de, facit vt inducatur causa proxima, & materialis, tanquam adiecta materiae *Bald. in l. ex arrali. num.2. C. de act. empt. & in l. penult. in fin. C. de condition. insert.* Et per consequens debet praestari de substantia dictorum bonorum, & non de aliis *leg. rem in bonis, de acquiren. rer. domin. l.2. §. in hac, de vi bonor. rapt. Ruin. cons.65. nu.3. lib.2.* Ita vt ex praesumpta voluntate testatoris, quamuis etiam hoc tacitè
5 colligeretur, haberetur pro expresso, † operando eundem effectum *l. Labeo, de pact. Euerard. argument.27. ab expresso ad tacitum. n.8.* Praesertim, quia nihil refert quomodo fiat legatum, cum illud possit
6 fieri quibuscumque verbis, † etiam deputando rem pro tali *Bald. in l.1. n.17. Cod. commun. de leg. Menoc. praesumpt.105. nu.2. lib.4.*

Stante igitur huiusmodi relicto legitimae in bonis liberis extra fideicommissum, dominiũ illorum ipso
7 iure fuit translatum in filios † adeo vt fructus percepti tanquam ex re sua post aditam haereditatem per haeredem ei debeantur etiam ante motam, sicut cuilibet legatario *Ruin. cons.55. col.2. in fi. n.6. lib.1. per l. quoties. C. de heredibus instituend. l. à Titio. ff. de furt. Peregr. de fideicommiss. art.36. num.30. post med.*
8 † Ita vt diminutio, & peremptio contingens in rebus particulariter relictis pro legitima cedat damno filij *l. si patronum, §. patronus ff. de bon. liber. Castr. in l. ratione 30. in princ. n.5. & ibi Alex. nu.6. ff. ad leg. falcid. Bald. in l. scimus, in princ. n.10. quest.3. Cod. de inoffic. testam. Imol. in l. fuit quoque 4. colum.6. ad fin. vers. sed contrarium tenuit. ff. de heredibus instituend.*

† Quod

9 † Quod facit, vt minus permittatur alienatio huiuſ-
modi bonorum pro legitima aſſignatorum, tan-
quam illis non poſſit præiudicari ratione ſui do-
minij *Ruin.conſ.55.num.6.lib.2.*

Non obſtat prætenſa validitas alienationis tanquam
facta ex neceſſitate pro ſoluendis dotibus filiarum
Bart.in leg.pater filium,36. in princ.num.2.ff.de leg.3.
10 † Quia ſtante aſſignatione facta de dictis bonis pro
legitima filiorum maſculorum non ſufficit ſola ne-
ceſſitas alienationis, ſed requiritur quod non ad-
ſint bona, ex quibus dictæ dotes ſolui poſſent, &
quod hoc probetur per allegantem, cum nitatur
contra regulam, ſecundum quam alienatio fieri
non potuit *Gabr. conſ.118. nu.5. vſque ad nu.10.lib.
1.Natt.conſ.199.nu.8.& 9.Surd.deciſ.316.nu.14.poſt
Bart.in l.penult.§.docere, ff.ne quis eum qui in ius vo-
cat.eſt,& in l.in illa ſtipulatione, 8.col.2. ff.de verb.
oblig.Iaſ.in l.commodis,num.4.ff.de re iudicat.*

Maximè, quia neceſſitas aſſerta erat ſolùm pro doti-
bus aſcendentibus ad ſummam ſcutorum 1500.&
tamen in facto conſtat bona libera vltra fideicom-
miſſum, & legata excedere valorem ſcutorum tri-
gintamillium. Vnde pro reſiduo fuit alienatio vo-
11 luntaria, & conſequenter illicita, cum illa, † quæ
propter neceſſitatem conceduntur, eatenus ſint
valida quatenus neceſſitas vrget *Bartol.in l.1.§.vl-
tim. numero 1.digeſt. de feriis,* & in propoſito notat
*Gabriel. conſil.118. numero 5.verſicul. ſecundo, quia
lib.1.*& latè *Decian.in leg.ſi donatione, 13.colum.4.
ante fin.num.17.Cod.de collationibus.*

Accedat, quod teſtator mandauit ſolui dotes in pecu-
niis, Vnde iuxta illius mentem hæres ita ſoluere te-
12 nebatur, † diſtrahendo fructus hæreditarios, qui
erant in magna quantitate, ita vt ſtatim poſſent
huiuſmodi dotes ex eis ſatisfieri, vel diſtrahere res
mobiles, aut pecunias relictas à teſtatore, vel ſi-
milia facere, antequam deueniretur ad alienatio-
nem bonorum ſtabilium aliis aſſignatorum, quod
in primis ſemper faciendum eſt *l.magis puto, § ne
tamen, ff.de rebus eorum, Gabr.dict.conſ.118. num.5.*
13 *in princ. lib.1.* Adeo vt † ſemper incumbat onus
probandi non adeſſe, niſi dicta bona alienata pro
præfatis dotibus ſoluendis *Surd. conſ.148. num.12.
lib.1.*Et quod aliunde ſolui non poterant *Caſtr.conſ.
247. in cauſa qua vertitur, col.5. in fin. verſ. nam ex
inſtrumento,lib.1.*

Vlterius non conſtat alienationem rerum, de quibus
agimus, ceſſiſſe in cauſam dictarum dotium. quod
14 † tamen erat probandum pro validitate eiuſdem
alienationis *Bart.in l.ſi forte.ff.de caſtr.pecul. Decia.
conſ.602. viſo puncto tranſmiſſo, col.4. ante med. nu.
12.& in l.ſi donatione, num.18.Cod.de collat.*& notat
in ſpecie *Peregr. de fideicommiſſ. art.42. numer.79.*
15 † Exemplo alienationem factarum à Prælatis ex
aliqua cauſa de qua debet conſtare, quod in illam
fuerit pretium redactum, vt valeat *Abb. in cap.1.
depoſit. Bart.in auth. hoc ius porrectum, C.de ſacroſ.
eccleſ.*cum aliis per *Doctor. in l.ciuitas, ff.ſi cert. pet.
& in l.præſes, C.de tranſact.*

Neque obſtat, quod impediatur acquiſitio, quaſi non
appareat de quantitate legitimæ, neque de bonis
16 particularibus, in quibus illa ſit debita, Quia † iſta
incertitudo non tollit, neque impedit acquiſitio-
nem dominij, & augmenti, aut acceſſionum proue-
nientium ab effectu iuris, quamuis enim legitima
ſit incerta ratione loci, & quotæ, tamen non eſt in-
certa ratione dominij, cui acquiſuntur omnia præ-
17 dicta *Surd.conſ.128.nu.16 17.& 18.lib.1.*† Ad exem-
plum dominij rei legatæ, quod transfertur ſtatim
in legatarium, etiam ſi res ſit incerta ratione loci,
& quotæ, *l.tota, §.1.de rei vendic. Iaſ.in l.3.§ incer-
tam,num.15.de requir.poſſeſſ.*

Quibus additur, quod cum teſtator mandauerit, vt di-
ctum eſt, quod dotes ſoluerentur in pecunia, cla-
rum eſt. quod ſi pecuniæ aderant in hæreditate, ex
18 eis debebant ſolui, † ſi autem illæ non extabant,
tunc erat ſatisfaciendum dotibus ex fructibus bo-
norum ſtabilium, cum hoc ſit ſpeciale in dotibus
debitis filiabus, & deſcendentibus teſtatoris, vt il-
larum ſolutio ſpectet ab ſubſtitutos, & fideicom-
miſſarios, quamuis etiam teſtator illas aſſecutaſſet
*Aym.conſ.295.num.3.in 6.dub.per tex. in l.mulier,§.
cum proponeretur.* vbi *Alexand.ff.ad Trebell.& in l.
deducta,§.qui poſt,ff eod.tit. Roland.conſ.65.num.24.
lib.2. Ruin.conſ.115. col.fin. lib.2. Peregrin. de fidei-
commiſſ.art.35.num.10. verſ.communis tamen ſenten-
tia, & art.49. num.37. Menoch.conſ.183.in vlt.dub.
lib.2.Gabr.conſ.124.num.7.lib.1.*

Nec facit, quod ſatis ſit aſſerere hæredi, non extare a-
lia bona, cum per iſtam aſſertionem præſumatur
pro eo facta probatio, ita vt transferendum ſit onus
19 probandi in eum, † qui dicit alia bona adeſſe iuxta
*Gloſſ in l.cum de lege,17.in verb.hæredis, ff.de probat.
per text.in l fin.§.licentia,C.de iur.delib.* Quia præ-
dicta procedunt, quando hæres confeciſſet inuen-
tarium, tunc enim ſtatur dicto illius, quod non ad-
ſint alia bona, ſecus illo non confecto, Nam tunc
lex fingit hæreditatem eſſe locupletem præſumen-
20 do ſubtractionem, & occultationem bonorum, †
ob quam præſumptionem fortius debet grauari
onere probandi, neque erit ſtandum eius ſimplici
aſſertioni, ita ſpecie diſtinguit *Natt.conſ.199.nu.12.
poſt Ang. in l.Papinianus, § ſi conditioni, colum.pe-
nult.verſ.ad iſtum autem ſupplementum, ff.de inoff.te-
ſtam. Idem Natt. conſ.236.nu.8.6.& 10. Rip. in l.in
quartam, col.penult.in princ. num.213.ad leg.Falcid.
Surd. deciſ.316.nu.14.& 15.Craſſ.in §.legitima, quaſt.
18.nu.2.in fin.*vbi de communi *Monticul.de inuen-
tar.cap.9.nu.24.tom.8.part.2.fol.217.Phanuc.eodem
titul.part 5.numero 161.tom.eodem fol.293.* & voluit
etiam *Bart.in l.pater filium 36.num.2.ff de legat.3.*&
& latè comprobat, & de communi teſtatur *Couar.
lib.2.var.reſolut. cap.6. numero 4. poſt princ. verſic.
qua ratione aduertendum eſt: Socin.Iun. conſil.26.nu-
mero 11.verſ. vel ſecundo, libr.2. Alexand. in rubr.
de non.oper.nunciat. colum.penult. poſt princip. ver-
ſicul.ſecundo modo reſpondes, nu 41. Iaſ. in §.item ſi
quis in fraudem, nu.70.& 71.Inſtit.de action. Alciat.
præſumpt.20.reg.3.*

Præſertim, quia vltra dictam præſumptionem iuris e-
xiſtentiæ bonorum, & hæreditatis locupletis pro-
21 pter omiſſum inuentarium, † adeſt etiam confeſſio
teſtatoris pluries, & pluries geminata, quod in ſua
hæreditate remanebant multa bona libera, quę ſuf-
ficiebant pro legitima filiorum, prout etiam ad hũc
effectum, vt conſtaret de exiſtentia, & ſufficientia
dictorum bonorum mandauit per hæredem fieri
inuentarium, vnde magis eſt præſumenda ſubtra-
ctio, & occultatio, cum non fuerit paritum præce-
pto teſtatoris, quo ſtante, hæres multo fortius liga-
batur ad illius confectionem, vltra præceptum, &
22 diſpoſitionem legis. † Ita vt talis confeſſio teſta-
toris circa valorem ſuorum bonorum præiudicet
hæredi, niſi mediante inuentario doceatur de eius

errore *l. rem alienam, de pignor. act. l. vxor. Cod. de bon. auctorit. iud. possid. Roman. cons.* 18. *n.* 4. & in proposito notat *Bald. cons.* 89. *dominus Thomas Asmarius, col.* 1. *post med. num.* 3. *lib.* 1. quem sequitur *Aym. cons.* 125. *num.* 2. *&* 3. *Decian. cons.* 83. *diligenter consideratis, in fin. vers. & ad hoc etiam. Socin. cons.* 249. *materia præsentis consultationis, ad finem, num.* 29. *lib.* 2. *Fulg. cons.* 67. *num.* 3. Neque talis confessio testatoris poterit amplius reuocari, nec per hæredes contra eam veniri cum dicatur propria eorum confessio *Bald. in l. seruus, in princ. de cond. furtiu. Aym. cons.* 19. *nu.* 1. *Roland. cons.* 82. *nu.* 40. *lib.* 2. *Ruin. consilio* 50. *nu.* 13. *lib.* 1. Cum enim testator iusserit fieri inuentarium ad istum effectum sciendi valorem bonorum, quæ remanere debebant pro dicto legitimo filiorum, præsumitur, quod hæres, qui defecit in tali inuentario conficiendo, voluerit occultare bona, ad hoc vt non appareret opulentia hæreditatis, & bonorum sufficientium, iuxta de-
23 clarationem factam à testatore, † adeo vt ex hoc interesse præsumatur contra alienantem absque alia probatione, quod per eum fiat talis occultatio *Bart. in leg. fin. num.* 5. *ff. de quæstionibus, Menoch. de recuper. possess. remed. n.* 56. *Lancellot. de attent. part.* 1. *quæst.* 1. *n.* 71. cum similibus de quibus per *Rotam coram R. P. D. Orano Placentina fructuum* 5. *Maij* 1584. *& coram Cardinal. Blanchetto Compostellana liquidationis fructuum* 28. *Iunij* 1591. *Gonzal. ad regul.* 8. *in prohem. §. septimo, num.* 161. *Roman. & Ias. in leg. de pupillo, § si quis ipsi prætori, ff. de non. oper. nunciat. Surd. de alim. tit.* 9. *qu.* 26. *num.* 118. *Curt. Senior. cons.* 55. *in fin.*

Nec releuat præsumptio diuturnitatis temporis, ob quam dicendum est fuisse ab hærede factam solu-
24 tionem legatorum, & dotium † *Cephal. consil.* 240. *num.* 10. *lib.* 2. Quia hoc procedit quando ageretur inter debitorem, & creditorem, ex eo enim quod creditor diu distulit petere, tunc temporis cursus facit præsumi, quod debitor soluerit, ideo fuit liberatus, cum tamdiu tacens videatur suo iuri renunciare, & per consequens est sublata omnis actio realis & personalis *cap. ad audientiam, de præscript. l. si eo tempore, Cod. de remiss. pignor. leg. omnes, Cod. de præscript. trigint. annor. l. sicut, C. eod. tit.* & declarat *Menoch. præsumpt.* 135. *num.* 1. *vsque ad*
25 8. *Surd. decis.* 105. *num.* 4. † Aliud est in casu nostro, in quo Aduersarius prætendens se rectè alienasse bona, quæ non poterat alienare in præiudicium tertij, debet concludenter probare causas iustæ alienationis, non per præsumptionem diuturnitatis temporis, quæ diuturnitas facit solùm præsumere solemnitatem extrinsecam formalem, non autem substantialem, aut materialem, Ideo prius debet constare de substantia rei, videlicet de solutione, aditione, & similibus, & postea illa præsupposita, cursus temporis faciet præsumere eam solemniter factam in præiudicium tertij *Alexand. cons.* 50. *nu.* 7. *&* 8. *lib.* 5. *vbi Addit. in verb. substantia, in prin. Decian. cons.* 442. *in causa, in qua molestatur, n.* 22. *Natt.* qui loquitur de solutione pretij *consil.* 162. *n.* 24. *cum seq. Aym. de antiquit. tempor. part.* 5. *in princ. vers. quarto limitatur, n.* 22.

Nec obest coniectura adducta, quod solutiones præsumantur factæ ex venditione rerum hæreditaria-
26 rum † *Surd. decis.* 15. *num.* 15. Quia hoc est verum, quando fuit probata solutio, nam statim quod de tali solutione constat, lex illicò præsumit, quod fuerit solutum ex pretio rerum hæreditariarum,
27 quæ fuerunt distractæ, & venditæ, & ex illo † satisfactum creditoribus *Castr. in l. fin. §. in computatione, num.* 4. *Cod. de iur. deliber. post Bart. in l. Imperator, ad finem, ff. de legat.* 2. *& in l. si ventri, de priuileg. creditor.* & ita etiam declarat idem *Surd. decis.* 15. *nu.* 16. *Peregrin. de fideicommiss. art.* 35. *num.* 34.
28 † Immo ad hoc vt ista præsumptio operetur, non sufficit sola distractio, & venditio bonorum hæreditatis, sed etiam opus est, vt tempus, & quantitas rerum alienatarum conueniat impensis debitorum, quæ conuenientia non adest in casu nostro, in quo, vt supra dictum est, alienatio bonorum fuit excessiua in notabili, & maxima quantitate, vnde non releuat *Castr. in dict. §. in computatione, num.* 4. *in fin. per text. in l. vltim. ff. de exercitor. act. Alex. ad Bart. in l. Imperator, §. cum autem de legat.* 2. *Paris. cons.* 80. *num.* 27. *cum seq. lib.* 1. *Surd. decis.* 15. *num.* 16.

Nec potest fieri aliquod fundamentum in quietantia priuata, seu apocha exhibita, cum ex ea tanquam non recognita, nulla probetur legitima solutio,
29 † & quamuis defectus recognitionis prætendatur sublatus ob temporis antiquitatem *Put. decis.* 151. *lib.* 1. Tamen hoc procedit in instrumento antiquissimo, in quo non requiritur recognitio, cum præsumatur, quod fuerit scriptum à Notario tanquam legitimo, & persona publica stante cursu tam longi temporis, iuxta *decis. Afflict.* 245. *num.* 2. *&* 3. Quod non est in casu nostro, cum simus in apocha, seu quietantia priuata non recognita, quæ non habet aliquam præsumptionem pro se, neque est facta à persona, pro qua lex præsumat, quod actum bene gesserit, prout est Iudex, seu Notarius *Alexand. cons.* 17. *num.* 9. *post med. vers. nam ibi magna, lib.* 4. & ita etiam loquitur *Caputaq. de-*
30 *cis. part.* 3. † Maximè, quia istæ apochæ priuatæ sunt suspectæ propter antidatas, quæ solent in eis apponi *Decian. cons.* 11. *num* 141. *lib.* 1. *Tiraquel. de retract. conuent. §.* 1. *gloss.* 7. *num.* 48. *iuxta l. scripturas, Cod. qui potior. in pign. hab.* Ideo non potest in huiusmodi scripturis operari temporis antiquitas, quæ requiritur in istis solemnitatibus præsumendis *Bald. in auth. quas actiones, in fin. Cod. de sacros. eccles.*

Neque obstant adminicula, quæ ex aduerso adducuntur, Quia potius standum est coniecturis contra-
31 riis, † Nam quemadmodum probatur per instrumentum publicum solutio scutorum 150. Ita etiam credendum est, quod super aliis prætensis solutionibus fuissent confecta similia instrumenta, si verè tales solutiones maioris quantitatis essent factæ argumento, *l.* 1. *§. fin autem ad deficientis, Cod. de caduc. tollend. Imol. cons.* 110. *col.* 2. *in princ. Decian. cons.* 244. *n.* 28. *lib.* 1.

Cùm etiam non obstet adminiculum prætensum, quod solutio præsumatur facta à Francisco tanquam ad eum spectaret tale onus. Quia cum hæredes Matthæi superuixerint per quinquennium, & essent ditissimi, potius præsumendum est solutiones fuisse factas ab eis, quibus magis hoc perti-
32 nebat, quàm ad Franciscum postea vocatum, † ita vt si iudicandum sit coniecturis & præsumptionibus, illæ magis vrgeant pro hæredibus, quàm pro aliis *Bart. in l. cum seruus, ff. de verb. oblig. Menoch. de præsumpt. quæst.* 15. *num.* 15. *lib.* 3.

Vnde ex hoc etiam tollitur aliud adminiculum, quod

fuerit

33 fuerit facta solutio pro residuo, † Quia non ex hoc
arguitur, quod reliqua summa sit soluta ab eo, qui
soluit pro residuo, Nam verum est, quod quietantia
pro residuo præsupponit partem fuisse solutam in
præiudicium eius, qui recipit, non autem quod eadem
persona quæ soluit pro residuo alias partes
soluerit, & ita loquuntur *Surd. cons. 52. numero 41.
lib. 1. & Natt. cons. 102. num. 6.* & omnes alij ad hoc
propositum allegati, & declarant *Bald. & Salic. in
l. si quidem, Cod. de transact. Alex. in l. 2. in fin. Cod. de
hæredibus instituend.* vbi concludunt, quod solutio
facta creditori pro residuo repellit eum, vt non
possit amplius aliquid petere, quia illa verba important
reliquorum solutionem *Castr. in l. si ex pluribus. colum. 2. ff. solut. matrim. Berò. cons. 192. nu. 1. lib.*
34 *2. Alex. cons. 216. num. 4. lib. 4.* † & de executore testamenti
partem soluente an præsumitur aliam soluisse,
stante diuturnitate temporis *Anchar. cons.
436. num. 3. vers. præterea præsumendum est Menoch.
præsumpt. 63. num. 4. lib. 3.*

Præsertim, quia in dicto instrumento Ferretus dicit
se creditorem in dicto residuo dotis hæredum Matthæi,
qui fuerunt non solum Franciscus nepos ex
filio, sed tres eius filij Vicus, Vincentius, & Philippus,
quod satis arguit reliquam dotem fuisse solutam
ab omnibus hæredibus, Ita vt non obstet ob-
35 iectum, quod pluralis loquutio etiā verificetur in
singulari, quia procedit quando non posset dispositio
verificari, nisi in vno, cum aliud sit, quando
potest in pluribus, tunc enim desiderat concursum
plurium, nec vno de sui propria natura est
contenta *c. pluralis loquutio, de regul. iur. in 6. l. vbi
numerus. de testib. l. fin. ad Trebell.* & ita loquuntur
omnes adducti, de quibus etiam *Peregr. fideicommiss. art. 28. num. 37.*

Cessat etiam aliud adminiculum, quod solutio aliquarum
36 dotium, de quibus reperiuntur † instrumenta
faciat præsumi alias dotes, & debita fuisse soluta,
exemplo libri in vna parte verificati *Rot. diuers. decis. 813. n. 14. & 15. part. 1.* Quia procedit quando ageretur
de vnico actu, seu scriptura, diuersarum particellarum
ab eodem mercatore pro eadem persona
scriptarum, tunc enim veritas vnius infert veritatem
alterius, secus quando, prout in caso nostro,
actus sunt separati, & adsint diuersæ personæ, &
instrumenta sunt diuersa, Nam tunc non est facienda
talis illatio, vt declarat *Menoch. de præsumpt.
quæst. 63. num. 8. & 9. lib. 3. Dec. in l. 1. num. 4 Cod. de
edend. & cons. 316. visis qua accuratissime, ante fin.
num. 7. & 8. Aym. cons. 257. nu. 1. ad med. Purpur. in l.
admonendi, nu. 100. ff. de iur. iur.*

Quo vero ad dotes relictas Camillæ, & Constantiæ
cōstat illas fuisse solutas ab eodem Matthæo testatore,
dum superuixit, non autem à Francisco hære-
37 de, qui neque illas soluit, † neque debebat soluere,
tanquam legatum fuerit per testatorem adimpletum
in vita ipsius, ita vt legatario non detur amplius
illius petitio *l. filia. C. de leg. l. legatum, & Lucius
Titius in testamento, 22. de legat. 2. l. huiusmodi §.
1. de leg. 1. Cephal. cons. 84. nu. 10. lib. 1. Gabr. cons. 103.
nu. 14. ad med. lib. 1.* Non obstante asserta consuetudine
soluendi dotes in diuersis pagtis in illis parti-
38 bus, quia non † probatur dicta consuetudo de illo
tempore, vt probari debet *l. de quibus. vbi Bart. n.
21. ff. de legib. Cin. Bart. & alij in l. 2. Cod. quæ sit long.
consuet. Aym. cons. 325. n. 1.* Cum etiam probata non
releuaret, tanquam potuerit solui in diuersis particis
ab eodem patre viuente, cum nihil penitus in
contrarium deducatur, videlicet quod dicta dos,
vel eius pars fuerit soluta post obitum patris.

Neque probatur restitutio dotis Lauiniæ, quod sit facta
per Franciscum, cum immo illa fuerit restituta
per curatores, seu negotiorum gestores hæredum, &
bonorum Matthæi, adeo vt præsumatur facta tam
nomine, & beneficio Antoniæ, quàm Francisci,
cum Antonia in eisdem bonis haberet suam portionem,
& successionem, & legitimam ex persona
Philippi patris, & pro medietate erat hæres ex personis
Viti, & Vincentij patruorum *l. item Labeo, 23.*
39 *ff. fam. ercisc.* † Adeo vt ex hoc singuli, quorum negotia
geruntur in solidum obligentur, & conueniri
possint per dictos negotiorum gestores, prout est
in mandato à pluribus vni facto *l. si mandato Titij,
§. Paulus respondit ff. mandat. Roncagallia in l. eandem
in princ nu. 295 vers. quod attinet ad hanc difficultatem
ff. de duob. reis.*

Prout neque apparet fuisse per Franciscum restitutam
dotem Briseide, cum ipsa haberet fundum dotalem
in quibusdam viueis existentibus prope ciuitatem
40 Maceratæ † vnde illæ erant restitutioni subiectæ
*l. si mulier. de pact. dotalibus. Roland. cons. 82. n. 4. lib.
4. post. Oldrad. cons. 245 Theb. cons. 32. nu. 16.* Quamuis
satis esset dicere non constare de quantitate dotis
licet illa consisteret in pecunia, neque per Fran-
41 ciscum probetur quod aliquid soluerit, † prout illi
huiusmodi onus probandi incumbit *l. qui accusare,
Cod. de edend.* Quemadmodum dicitur de aliis dotibus,
quæ prætenduntur solutæ vxori Matthæi, &
Hieronymi, & matri suæ. Maximè cum adfuerint
filij, & hæredes Matthæi, qui superuixerunt per
42 quinquennium, & erant ditissimi, ita vt † potius
præsumendum sit talem restitutionem per eosdem
fuisse factam tanquam magis ad eos spectaret huiusmodi
officium, quàm ad alios *l. vlt. Cod. de alim.
pupill. præstand. Bart. in l. cum seruus, de verb. oblig.
Menoch præsump. 15. num. 15. lib. 3.*

Quo vero ad legata, & debita, quæ prætenduntur
etiam soluta per Franciscum, satis verificatur in facto
nihil per eum fuisse probatum, prout opus erat
præsertim cum potius debeamus præsumere huius-
43 modi solutiones fuisse factas ab hæredibus, † quibus
sic congruit & consuetum est fieri, vt dictum
est *Bald. in rubr. C. de fid. instr. n. 8. in fi.* Adeo vt ex
44 hoc reddatur dubia intentio actoris, † quod facit,
vt reus semper veniat absoluendus *Bald. cons. 79. n.
7. lib. 2. Aym. cons 6. in fin. n. 127. Surd. cons. 1. n. 71.*

Huiusmodi causa *Maceraten. legitimæ coram R. P. D.
Vbaldo* fuit pluries proposita, & numquam capta
resolutio, vt *die 8. Februarij 1613. & 27. Martij 1613.
& 28. Iunij 1613.* Postea tamen *12. Junij 1615.* ex rationibus
supra adductis fuit conclusum non constare
de aliqua solutione dotium, aut legatorum,
nisi solum de parte dotis Camillæ in summa scutorum
230. in reliquis fuerunt recta adminicula, &
coniecturæ allegatæ pro prætensis solutionibus
præsumendis, & cum iterum causa proponeretur
propter reclamationem patris maximè super quietantia
antiqua non recognita *Rota 10. Maij 1607.*
stetit in decisis

EPITOME.

Legatarius quando possit accipere possessionem
rei legatæ propria auctoritate, & non de mano hæredis.
§ Clausulæ, omni meliori modo, & similes

positæ in fine testamenti an alterent dispositionem, & habeant vim institutionis, vel confirmationis tantum. ¶ Ratificatio an operatur actum nouum, prout est nunc, vel retrotrahatur, prout est tunc. ¶ Mandatum de associando an possit concedi hæredi, non probata possessione bonorum tempore obitus testatoris. ¶ Statutum, vt possessio defuncti continuetur in hæredem quid operatur. ¶ Institutio an dicatur conditionalis, si fuerit institutus aliquis quatenus Titius præmoreretur. ¶ Fideicommissum relictum in codicillis quando inducatur distinctum, & non subordinatum ad institutionem tollendo qualitatem, & conditionem in testamento appositam. ¶ Et quo casu illæ censeantur repetitæ. ¶ Vel debeat fieri declaratio referendo singula singulis. ¶ Statutum vrbis vocans filios in conditione positos an habeat locum in transuersalibus. ¶ Testamentum, & codicilli an reputentur pro vnica dispositione. ¶ Vocatus in vno capitulo testamenti per vulgarem an sit vocatus per fideicommissum in alio, in quo est positus sub conditione. ¶ Et quid in eadem clausula, & dispositione. ¶ Relatio quando fiat ad omnes. ¶ Verba directa an trahantur ad fideicommissum stante clausula codicillari.

EPITOME.

1 *Legata sunt præstanda ab hæredibus.*
2 *Legatarius accipiens legata auctoritate propria priuatur iure suo. Intellige vt num. 3. & 4.*
5 *Possessio capta lite pendente est nulla.*
6 *Ratificatio possessionis nulliter captæ operatur actum nouum vt valeat prout est nunc, non vt ex tunc.*
7 *Ratihabitio est facienda re integra, & in eodem statu.*
8 *Clausula, omni meliori modo, an faciat vt legatarius possit capere possessionem auctoritate propria, numer. 9. 10. & 12.*
11 *Clausula posita in fine testamenti non alterans dispositionem, sed habent vim confirmationis, non autem institutionis aut alterius effectus, & num. 13.*
14 *Legatarius capiens possessionem rei legatæ auctoritate Iudicis competentis, non incidit in aliquam pœnam, secus si Iudex non sit competens qui habetur pro priuato, num. 15. & 19.*
17 *Possessio non dicatur acquisita, si fuit nulliter processum.*
18 *Mandatum de associando non potest concedi hæredi nisi probata possessione bonorum tempore obitus testatoris secundum statutum Vrbis, & ius commune.*
19 *Legatarius quando possit accipere possessionem vacantem rei legatæ propria auctoritate.*
20 *Statutum potest facere, vt possessio defuncti continuetur in hæredem absque aliqua apprehensione, ita vt pariat omnes actus possessories, num. 21.*
22 *Possessio non potest capi nisi purificata conditione apposita in re legata.*
23 *Institutio dicitur conditionalis, si instituatur aliquis cum verbis, quatenus Titius præmoreretur.*
24 *Fideicommissum relictum in codicillis, quando indicatur distinctum, & non subordinatum ad institutionem tollendo qualitatem, & conditionem in testamento appositam, n. 25. & 27.*
25 *Testamentum & codicilli dicuntur vna & eadem dispositio, & vnico tempore facti, num. 45.*
28 *Substitutiones omnes deficiunt, si dependent ab ea quæ deficit, num. 37.*
26 *Conditio, modus, & qualitas adiecta in testamento censetur repetita in codicillis. Amplia vt num. 30.*
31 *Institutio, & substitutio quando censeatur facta limitatiuè, dummodo conditio euenerit, num. 36.*
32 *Numerus pluralis verificatur in singulari.*
32 *Verba substitutionis quando debeant declarari secundum institutionem referendo singula singulis, n. 34.*
35 *Testator potest vni cohæredum substituere, alteri autem non.*
38 *Institutus in vno casu non debet succedere in alio.*
36 *Verba directa non trahuntur ad fideicommissa, quamuis adsit clausula codicillaris.*
40 *Probatio debet esse certa ad inducendum fideicommissum.*
41 *Statutum Vrbis vocat filios in conditione positos, & habet locum etiam in transuersalibus, num. 49.*
42 *Dictio vniuersalis nullum excludit.*
43 *Relatio fit ad omnes, si non adest diuersitas rationis, quæ operatur ac si de singulis fuisset facta specialis mentio, num. 44.*
46 *Vocatus in vno capitulo testamenti per vulgarem an censeatur vocatus per fideicommissum in alio, in quo est positus in conditione, & quid in eadem dispositione, & clausula, num. 47.*
48 *Caducitas vulgaris substitutionis per aditionem hæreditatis aperit viam fideicommisso.*
50 *Coniectura, quæ singula non prosunt, simul coniuncta iuuant.*

CAPVT DLXXI.

QVo ad manutentionem petitam dixi non esse
concedendam, cum fuerit capta possessio non
3 citatis hæredibus, † à quibus erant præstanda præ-
tensa legata *cap. Raynaldus, 18. vbi Gloss. in verb. pe-*
2 *tende, de testam. l. eam quam, C. de fideicommiss.* † Ita
vt capiens propria auctoritate rem legatam priue-
tur iure suo *l. non est dubium, C. de legat.* quod etiam
est in fideicommissario *Oldrad. cons. 107. qu 6. Dec.*
3 *cons. 424. n. 18. Surd. decis. 135. nu. 1. lib. 2.* † vbi, quod
quamuis excusetur à dicta pœna, quando rem oc-
cupat sine vitio, videlicet si illam accepit ante
aditam hæreditatem *Gloss. in cap. fin. de success. ab*
4 *intestat. Alex. cons. 163. nu. 5. lib. 6.* Tamen † cogitur
post aditam hæreditatem hæredi restituere *l. 1. in*
in princ. ff. quor. legat. Dec. cons. 243. n. 4. Menoc. de
adipisc. possess. rem. 2. n. 9.
Non obstat prætensus consensus hæredis, Quia cum
fuerit præstitus sub die 27. Octobris 1613. non rele-
5 uat † tanquam post inhibitionem emanatam die
13. eiusdem Mensis, qua pendente non poterat capi
possessio: & capta dicitur nulla & attentata *Rot.*
decis. 5. de restit. spoliator. in nou. per ca. cordi. in fin. de
appella. in 6. Put. decis. 259. n. ... lib. 2. Neq; ratificatio
aliquid operabitur, cum per illam non conualide-
6 tur possessio nulliter capta à principio, † valebit
enim vt actus nouus ex nunc tempore ratificatio-
nis, non vt ex tūc tempore captæ possessionis *Bart.*
in l. obseruare, de offic. procons. Dec. cons. 645. præsup-
posita validitate in fin. vers. & si diceremus, & cons.
367. viso puncto, nu. 4. Menoch. de recuper. possess. re-
7 *med. 15. n. 154.* † Cum ratihabitatio possessionis sit
facienda re integra, & in eodem statu *Alex. cons.*
110. n. 3. post princ. vers. requiritur enim lib. 1. post Bart.
in l. si vxor. §. si quis vxorem, ff. de adulter.
Minus obstat clausula, omni meliori modo, quæ vi-
detur habere, vim ac implicitam permissionem
ingre-

8 ingrediendi possessionem † auctoritate propria
*Curt. Iun in l. fin. num. 49. Cod. de edict. Diu. Adrian.
tollend.* Quia verior est opinio, quod per talem
clausulam non videatur testator recessisse ab ordi-
ne iuris, vt per *Peregrin. de fideicommiss. art. 47. nu.*
9 *54. in fin. Rumin. Iun. cons. 91. nu. 28. & 29. lib. 1.* † eum
ista verba omni meliori modo, prout voluerit, ple-
no iure, ac similia prolata à testatore non impor-
tét, quòd legatum capiatur propria auctoritate per
10 legatarium, † ex quo à iure communi prouisum est
expressè, quod de manu hæredis sit capiendum, &
talia verba possint aliud operari, vt in specie decla-
rat *Cuman. cons. 104. alias 115. Antonius benedicto fi-
lio, num. 3. Crot. in l. nemo potest, num. 46. & ibi Rum.
col. 18. num. 50. & Ioan. Anib. numer. 365. ff. de leg. 1.
Surd.* qui de veriori opinione testatur *cons. 265. nu-
mer. 30. lib. 2.*

Quamuis hæc disputatio non sit necessaria, cum in le-
gato, de quo agimus, non adsint ista verba, omni
meliori modo, nec similia, simpliciter enim fue-
runt domus relictæ absque vlla clausula, quæ possit
importare huiusmodi facultatem ingrediendi pos-
sessionem auctoritate propria, ita vt non sit lo-
11 cus dubitationi, † Maximè quia ista dictio, omni
meliori modo, solum legitur in fine testamenti,
quo casu tanquam posita in executiuis non debet
alterare principalem dispositionem, sicut quando
esset in dispositiuis *element. 1. de prabend. Crot.
cons. 71. num. 73. lib. 1. Natt. cons. 582. numero 1.* & in
proposito nostro notat *Surd. cons. 265. num. 33. lib. 2.*
12 † & omnes doctores ex aduerso adducti loquuntur
quando talis clausula est apposita in ipsomet lega-
to *Peregr. de fideicommiss. art. 47. nu. 54.* Cum etiam
istæ clausulæ, omni meliori modo, ac similes,
quæ apponuntur in fine testamentorum, & codi-
13 cillorum habeant solum vim confirmationis, † &
validitatis illorum, non autem vim institutionis,
aut alterius effectus *Bero. cons. 118. n. 29. lib. 2. Alex.
cons. 50. nu. 10. lib. 7.*

Nec iuuat, quod possessio fuerit capta auctoritate Iu-
14 dicis, quo casu non potest opponi, † quod legata
non sint capta de manu hæredis, maximè quando
Iudex habet facultatem procedendi de æquitate,
& sola facti veritate inspecta *Menoch. de adipisc.
remed. 2. nu. 84. & 85.* Quia intelligitur de Iudice ha-
bente Iurisdictionem, quam non habebat ille, qui
mandatum de associando concessit, prout fuit de-
claratum per Signaturam, quæ auocauit causam,
eandemq; commisit Auditori Cameræ. Vnde, quod
fuit factum auctoritate Iudicis incompetentis, di-
citur gestum propria auctoritate, & per conse-
15 quens possessio erit nulliter capta, † cum talis Iu-
dex incompetens dicatur procedere tanquam pri-
uatus *Aym. cons. 302. nu. 4. vers. posset etiam dici. Me-
noch. de recuper. possess. rem. 8. nu. 17. Rum. cons. 152. nu.
6. lib. 4. Paris. cons. 94. nu. 2. lib. 4 post. Bart. in l. credi-
16 tores, nu. 26. Cod. de pignor.* † Neque enim potest di-
ci acquisita possessio per viam iudiciariam, quod à
Iudice incompetenti fuit iudicatum *l. 1. hac verba,
ff. quod quisque iur. l. 1. §. vltim. ad Tertull. Menoch.
de adipisc. rem. 4. num. 431.*

Cum etiam idem Iudex quatenus esset cópetens non
ritè, & rectè processerit, concedendo mádatum de
associando non expectatis decem diebus, & non
citatis interesse habentibus iuxta formam statuti
Vrbis *rubric. de executioni testament. & codicillorum*
17 *lib. 1. cap. 86.* † Adeò vt hoc casu non dicatur acqui-
sita aliqua possessio, tanquam nulliter fuerit pro-
cessum, sed potius commissum spolium *Menoch de
recuperan. possess. rem. 8. num. 17. Aym. cons. 18. num 8.
Abb. in cap. conquerente, num. 8 de restit spoliat.* Ma-
ximè, quia neque fuit probatum quod domus, de
quibus agimus, fuissent in bonis Iulij tempore eius
obitus, prout ista probatio possessionis requireba-
18 tur, † ad hoc vt posset concedi mandatum de asso-
ciando iuxta formam dicti statuti *c. 86. lib.* .... quod
etiam est de iure communi *Bald. cons. 352. materia
feudorum, in fin. numero 4. lib. 1. Aym. cons. 61. numer.
6. in fin. versic. sed an sufficiat. Decian. cons. 76. num.
1. lib. 3.*

Nec aduersatur, quod legatarij acceperint possessioné
19 domorum vacantem, † quibus tunc permittitur
illam propria auctoritate accipere *Bero. cons. 16. nu.
37. ad fin. vers. tertio quando lib. 2.* Quia in facto con-
stat, quod hæres iam adiuerat hæreditatem, & qua-
tenus de hoc non appareret, tamen ex statuto Vrbis
cap. 147. lib. 1. possessio bonorum defuncti censetur
20 in eum continuata, quod potest fieri † per legem,
aut statutum etiam absque vlla apprehensione, vel
de communi *Tiraq. in tract. le mort saisit, declarat.
7. nu. 3. ad med. vers. quia ista possessio. Calcan. cons. 67.
21 colum. 7.* Ita vt † pariat omnes affectus possessorios,
vt per *Rot. coram R. P. D. Scotto. Roman. officij, 3.
Decembris 1607. Molin. de primogen. hispan. lib. 3. c.
13. nu. 2. cum seq.*

Accedat, quod neq; poterit capi possessio vigore isto-
rum legatorum, cum fuerint facta sub conditione,
22 si Lucas Antonius fuisset hęres Iulij, quę † conditio
non extitit, neque habuit effectum, prout require-
batur, vt posset in aduersarios legatum transire *l.
Sempronius attalus, de vsufr. legat. Ioan. de Imol. in l.
1. colum penult. & ibi Ias. nu. 127. col. penult. post med.
vers. vltimo requiritur, ff de leg. 1. Gloss. Bald. & alij in
l. conseruum Titij. ff. eod. tit Bart. in l. 1. col. 3. & in l. fin.
§. penult. Cod. commun. de legat.*

In huiusmodi causa fuit recessum à dicta petitione
mandati de manutenendo, & instarum declarari
an esset locus fideicommisso, & pro negatiua o-
23 pinione multum faciebat, † quod institutio fuit
conditionalis, quatenus Ioannes præmoreretur,
& cum constet illum superuixisse, ipse solus re-
mansit hæres, neque est amplius quærendum de
vlteriori institutione, vt in propriis terminis, de
quibus agimus, est decisio *Rota coram R. P. D.
Verospio Narnien. fideicommissi 8. Nouembris 1613.*
quæ fuit latius confirmata *2. Maij 1614. post Corn.
cons. 186. num. 5. lib. 3. Anchar. consil. 137. numer. 1.
Rum. consil. 99. num. 10. lib. 2. & cons. 102. num. 5. eod.
lib. Menoch. cons. 399. num. 16. vsque ad 22. lib 4.* &
dixi latè *supra cap. 536.*

Non obstat, quod in codicillis fuerit facta substitu-
tio ad fauorem Aduersarij, si Lucas decesserit sine
24 filiis, † Vnde tanquam separata ab institutione, &
testamento inducet quoddam fideicommissum di-
stinctum, & non subordinatum ad dictam institu-
tionem *Paris. cons. 18. numero 44. lib. 2.* Quia non
ex hoc, quod substitutio fuit facta in codicillis, po-
test dici sublata qualitas, & conditio apposita in te-
25 stamento, † cum immo censeatur potius illa re-
petita, quasi codicilli trahantur semper ad mentem
testamenti, ita vt nunquam testator videatur reces-
sisse à dispositione in eo facta per codicillos postea
26 subsecutos, etiam ex longo temporis interuallo, †
cum testamentum & codicilli dicantur vna & eadé

dispositio, & vnico tempore facti *Natt. consf.*483. *numero* 18. *& 19. & consf.*476.*numero* 10.*ad medium Card. Mantic.de coniect. vltim.volunt.lib.6.titul.*4. *numer.*7.*ad med.versf.plane dispositio.post Cin.in l.*2. *Cod.de testam.tut.*

Cum igitur non possit dici nos esse in actu separato,
27 sed vnico, & connexo, vt dictum est, † neque dicendum est fuisse sublatam conditionem illam, si superuixerit, sed potius repetitam, & per consequens non intrare prætensam substitutionem, cum mulieres non sint substitutæ Ioanni, sed Lucæ, in casu, quo Ioannes non superuixisset testatori, & sic in casu, in quo substitutio eiusdem Lucæ haberet
28 locum, † quæ cum defecerit, euanuerunt etiam omnes substitutiones ab ea dependentes *l.si mater, §.1.& l.qui habebat, de vulg.& pupill. Ruin.consf.*152. *num.*5.*in fin. lib.*2.*Parisf.consf.*87.*nu.*37. *lib.*2.*Cephal. consf.*11.*num.*11.*lib.*1. cum aliis per *Surd.decisf.*144.*n.* 13.*&* 14.

Et generale est, vt conditio, modus, qualitas, & similia adiecta in testamento censeantur repetita in codi-
29 cillis, † in quibus testator non videtur recessisse à dispositione testamentaria, sed ab his tantum quæ reformauit, & expressit, & non aliàs, cum in non reformatis duret eadem voluntas *Roland. consil.*31. *num.*23. *vsque ad* 27.*lib.*4.*per text.in l.alumnæ, §.qui filias, ff.de alim.legat.Menoch.consf.*452.*n.*1.*vsque ad* 15. *lib.*5. vbi in specie respondet non considerari istam separationem inter codicillos, & testamentum *Idem Menoch.consf.*333.*num.*6.*vsque ad* 9.*lib.*4. *& præsumpt.*177.*num.*1.*vsque ad* 6.*lib.*5.*Aym.consil.* 231.*num.*12.*in fin.Alex.consf.*204.*num.*12.*&* 13.*lib.*2. *Decian. consilio.*189. *circa primum dubium, num.*6.
30 *cum seq.*vbi, † quod maximè procedit quando in codicillis fuerunt posita verba, addendo, seu diminuendo ad testamentum, prout in casu nostro, quia illa debent referri ad diminutionem, & additionem, quæ inferius legi possit, & oculis perspici per text.*in l.*1.*cum ibi notatis per Bart.ff.de his quæ in testam.delent.* Vnde cum nihil fuerit dispositum quo ad conditionem, si superuixerit, appositam in prima institutione, firmum remanebit testamentum respectu dictæ conditionis, vt notat *Bald.consf.*393.*in fin.lib.*3.

Præsertim, quia in casu nostro fuerunt semper in co-
31 dicillis addita verbà relatiua ad testamentum, † ex quibus colligitur, quod non debet considerari vlterior institutio, & substitutio, cum censeatur facta limitatiuè, dummodo institutionis conditio euenisset *Alexand.consf.*139.*nu.*3.*lib.*6. *Menoch.consf.*85. *num.*46.*vsque ad* 48. *lib.*1.*& consf.*325.*num.*48. *lib.*4. *Cephal.consf.*128.*nu.*13.*lib.*2. Cum omnia defecerint ob defectum conditionis adiectæ *Imol. in l.qui habebat, de vulgar.& pupill. Bald.consf.*162. *lib.*1.*Surd. decisf.*144.*num.*14.

Nec facit, quod etiam persona Ioannis includatur in illa clausula, & si omnes instituti, & substituti, & ad hæreditatem vocati decederent sine filiis, cum duo tantum in primo gradu fuerint instituti, videlicet Ioannes, & Lucas, & secundum propriam significationem verborum instituti dicuntur primi hæredes, & primo loco instituti, quæ dictio tanquam pluralis non videtur posse propriè verificari, nisi
32 inter istos duos, † Quia omisso, quod numerus pluralis sæpe etiam resoluitur in singularitatem *Peregr.de fideicommiss.art.*21.*nu.*40. Respondetur, quod ista generalia verba debent declarari secun-
33 dum præcedentia referendo singula singulis, † vt scilicet, Lucas ex vulgari successerit per vulgarem, neque enim in alium casum dicitur ei facta substitutio, cum hoc operentur istæ clausulæ generales, vt in specie similium verborum notat *Dec.consf.*185. *& diligenter, colum.vltim.post princ.versf.quarto considerandum, post gloss.& Ang.in l.quæstionem,*32.*Cod. de fideicommiss. Idem Decian. consil.*384. *col.penult. ante med. versic.sed ex quo adita hæreditate. Rot.diuersf.decisf.*54.*nu.*15.*part.*2.*Aym.consil.*98.*nu.*11.Stan-
34 tibus † præsertim verbis generalibus relatiuis ad testamentum, ex quibus colligitur, quod non debet considerari vlterior institutio, & substitutio, vt dictum est *supra nu.*31. Et ita declaratur doctrina *Bart.in l.quandiu, la seconda, in fin.ff.de acquir. haredit. Alex.consf.*1.*nu.*12.*lib.*1. *Corn.consf.*299.*colum.*2. *versf.sed licet prædicta, lib.*3. *Aym. consf.*283. *col.*2.*versf.quia præmissa. Socin.Iun.consf.*42.*n.*32.*lib.* 2.cum aliis per *Menoch.consf.*325.*nu.*48.*lib.*4.

Neque est inconueniens, quod Lucæ Antonio fuerint
35 factæ substitutiones, non autem Ioanni, cum † testator possit vni cohæredum substituere, alteri vero non, tam in tempore, quàm in rebus, & similibus *Bart.in l.qui plures liberos,* 38. *in princip. & ibi Castr.nu.*1.*ff.de vulg.& pup. post Glo. ibid.in verb.& ad breue.Alex.& alij in l.si quis substituerit,*21.*ff.eod. tit.*

Neque obstat, quod testator vocauerit filias neptium,
36 quasi ex hoc adsit coniectura fideicommissi, † Quia cum institutio defecerit propter euentum conditionis superuiuentiæ Ioannis primi hæredis, non consideratur vlterior institutio, & substitutio, cum censeatur facta limitatiuè, dummodo conditio
37 eueniret vt diximus *supra num.*33.*&* 34. † Cum omnia defecerint ob defectum conditionis adiectæ *l.qui fundum, §.qui filios, in fin.ff.ad leg.falcid.l.si mater, §.*1.*ff de vulg.& pupill. Imol.in l.qui habebat, ff.eod.tit. Bald.consil.*162. *lib.*1. *Ruin. consil.*162.*nu.*5. *in fin. lib.*2. *Socin. consf.*16. *colum.*6. *post med. lib.*3. *Surd.dec.*144.*num.*14. *Parisf.consil.*87.*num.*37. *lib.*2. *Cephal.consf.*11.*num.*11.*lib.*1.

Minus obstat, quod non adsit diuersa ratio, cur testator voluerit vocare Lucam Antonium per vulgarem, quàm per fideicommissum, & sic credendum est, quod voluerit eum vocare quandocumque po-
38 stea Ioannes decederet.† Quia satis est, quod testator expressit solum casum superuiuentiæ, ita vt institutus in vno casu non debeat succedere alio superueniente *Menochius consilio* 326.*nu.*7. *cum seq. lib.*4. & sufficit, quod testator voluerit prouidere Lucæ Antonio in casu quo non superuixisset Ioannes, adeò vt sit probandus euentus istius conditionis, ad hoc vt admittatur secundus institutus *Corn. consil.*186.*num.*5.*lib.*3.

Maximè, quia sumus in verbis directis, quæ non de-
39 bent trahi ad fideicommissum, † quamuis adsit clausula codicillaris, quæ in hoc casu non operatur, cum esset contra mentem testatoris, qua deficiente nullum habet effectum dicta clausula *Dec. consf.* 290. *visis & diligenter consideratis, col.*2. *ad med.n.*
40 4. † Præsertim ad inducendum fideicommissum, in quo probatio debet esse certa, & concludens *Aym.consf.*161.*n.*16. *Roland.consf.*56. *n.*4. *lib.*3.*Surd. consf.*96.*nu.*2.*lib.*1.*Parisf.consf.*86.*nu.*11.*lib.*2.

Ex prædictis fuit conclusum pro exclusione fideicommissi, quamuis postea fuerit contrarium resolutum, quod potius Lucas Antonius esset vocatus

vocatus per fideicommissum, vt in *decisione coram R.P.D.Vbaldo, Romana fideicommissi de Surdis, 27. Februarij* 1617. vbi dicitur, quod testator instituerat Ioannem fratrem suum, si testatori superuiueret, & quatenus præmoreretur, instituit hæredem dictum Lucam Antonium, In codicillis verò post prohibitionem alienationis quarumdam domorum, & plures substitutiones idem testator adiecit, hæc verba, Et si omnes supra nominati hæredes instituti, substituti, & ad prædictam hæreditatem vocari decederent sine filiis legitimis, & naturalibus, voluit, quod omnia bona sua, quæ tunc reperirentur, deuoluantur, & deuoluta esse censeantur, & sint ad operam Sanctissim. Crucifixi, ex quibus verbis videtur posse elici vocationem Lucæ Antonij per fideicommissum, dum enim dicitur, si omnes supranominati hæredes instituti, comprehenditur etiam Ioannes, qui fuerat in testamento institutus hæres, immo non nisi ipse, & Lucas Antonius possunt iis verbis significari, cùm ipsi tantùm essent instituti, reliqui autem omnes substituti, & sic apparet in illa conditione adiecta dictis institutis, si sine filiis decesserint, censeri positum Lucam Antonium fratris filium, & conse-
41 quenter vocatum per fideicommissum † ex statuto Vrbis *lib.1.c.142.* & cùm sint nominati numero
42 plurali, † & per illam dictionem vniuersalem, omnes, quæ nullum excludit *l. Iulianus, ff.de legat.3.* ad Ioannem, & Lucam Antonium oratio referri debet, cùm non possit assignari ratio di-
43 uersitatis, cur ad vnum potius, † quàm ad alterum referatur *l.1. C.de liber.præter. l.3.§.filius, ff de liber.& posthum.* cum aliis ibi adductis per *Rot. coram R. P. D. Buratto, Romana emphyteusis*, 11. *Martij* 1616.*post Gabr. de clausul.conclus.*16. *Menoch.præsumpt.*81.*lib.*4.*Peregr.de fideicommiss.artic.*16.*numero* 105.*cum seq.Gardin. Seraphin. decis.*570.
44 *numero* 2. † Vnde perinde operatur, ac si de singulis fuisset facta specialis mentio *Bart. in l.2. ff. de nouat. Aymon.consil.*308.*numer.*6.*Rot.coram Cardin. Ludouisio Ciuitatis Castelli fideicommissi*, 14. *Maij* 1607.

Neque videbatur obstare, quod dicta clausula, Et si omnes supranominati hæredes instituti, non posfit referri ad Ioannem tanquam non nominatum in codicillis, sed in testamento: Quia vltra quod cùm Ioannes fuerit hæres institutus in testamento, non erat necessaria alia nominatio in codicil-
45 lis, † cùm codicilli dicantur pars testamenti, & ab eo robur accipiant, & vnum dicatur venire continuatiuè ad alterum *l.2.§.codicillorum,ff.de iur. codicill.cum aliis per Card.Mant.de coniectur.vltim. volunt.lib.*6.*tit.*4.*ante num.*8.*Peregr.de fideicommiss. art.*16.*num.*49. cessat obiectum ex lectura codicilli, in quo in prohibitione alienationis fuit facta expressa mentio Ioannis.

Nec oberit, quod Lucas Antonius sit in aliquo capi-
46 tulo expressè vocatus per vulgarem, † videlicet, in casu quo Ioannes præmortuus fuisset testatori, vnde non censetur vocatus per fideicommissum in alio, in quo est positus in conditione, vt per *Rustic.in tract. An & quando lib.in cond. lib.*1.*c.*3.*nu.*16. Quia immo ex hoc videtur insurgere fortior coniectura dictæ vocationis ex latè congestis per *Rot. coram Car. Ludouisio Ciuitatis Castelli fideicommissi*, 14. *Maij* 1607. vbi etiam allegantur plures decisiones, & ibi dicitur, quod Rota semper magnifecit hanc coniecturam, nec est inconueniens, quod in
47 eadem dispositione, † immo in eadem clausula, quod sit vocatus per vulgarem, & per fideicommissariam, & præsertim quando non adsunt verba restrictiua, & repugnantia fideicommisso, iuxta *notata in l.centurio, ff.de vulg. & in l.precibus,*
48 *Cod. de impub.* † Cùm immo caducitas vulgaris substitutionis per aditionem hæreditatis aperiat viam fideicommissariæ.

Et quamuis simus in transuersalibus, Tamen statutum Vrbis *lib.*1.*cap.*142. loquens de positis in con-
49 ditione, quod censeantur vocati, † habet locum etiam in transuersalibus *Rot.coram R.P.D. Coccino Albanen. fideicommissi*, 13. *Ianuarij* 1606. Et ex istis rationibus fuit conclusum pro vocatione Lucæ Antonij per fideicommissum, reuocando sententiam in contrarium latam, vt in decisione tenoris, de quo supra *coram R.P.D.Vbaldo, Romana fideicommissi de Surdis*, 27.*Februarij* 1617. vbi etiam additur, quod ita fuit resolutum, qui aderant multæ coniecturæ, prout est prohibitio alienationis, digressus ad plures gradus substitutionum, & quia positi sunt in conditione filij Lucæ Antonij, & filij neptium fœminarum, & ita ex dispositione statuti censentur vocati, qui tamen sunt remotiores, & minus dilecti, & sic multo magis debet censeri vocatus Lucas Antonius, qui erat proximior, & fuit hæres institutus, seu substitutus per vulgarem
50 Ioanni, † quæ coniecturæ licet fortè per se consideratæ patiantur aliquam difficultatem, tamen negari non potest, quod simul iunctæ non coadiuuent dictam vocationem vigore statuti, vt per *Rot.coram R.P.D. Vbaldo, Romana fideicommissi de Aldonis*, 11.*Ianuarij* 1613. *& coram Card. Ludouisio Ciuitatis Castelli, fideicommissi*, 12. *Maij* 1607.

EPITOME.

Argumentum à contrario sensu an habeat locum in sententiis, arbitramentis, & contractibus. ¶ Absolutus in expensis quatenus sententiæ acquiescat an censeatur condemnatus si appellet, & appellationem prosequatur, & sinat causam deseri. ¶ Iudex declarans, vt durante descriptione focorum quis soluat, an illa non durante videatur condemnasse, vt non teneatur soluere. ¶ Renunciatio appellationis in præiudicium appellati an sit valida. ¶ Et quando liberet ab expensis. ¶ Minor an possit non vti sententia restitutionis in integrum. ¶ Et quid in aliis non priuilegiatis, vt in consanguineo obtinente in causa retractus, & in emptore in redhibitoriis, & similibus. ¶ Dilationi an possit renunciari. ¶ Desertio appellationis quos effectus operetur. ¶ Consensus non appellantis iunctus cum sententia an inducat naturalem obligationem. ¶ Deferens causam an dicatur succumbere. ¶ Instrumentum an possit negari esse publicum, quamuis contra illud nihil debeat opponi. ¶ Notorium an sit probandum. ¶ Et an excludat appellationem. ¶ Conuentio vt fiat murus diuisorius an inducat seruitutem, vt in eo non possit ædificari. ¶ Peritis quando sit standum circa parietem aptum ad ædificium. ¶ Procurator an possit imponere seruitutem in præiudicium domini. ¶ Caminus an licitè construatur in muro communi. ¶ Renuncians liti quando condem-

netur in expensis. § Restitutio io integrum an dicatut seoteotia condemnatotia. § Appellans si non potuit habere Iudicem an debeat protestari, vt causa ooo dicatut deserta.

SVMMARIVM.

1 *Absolutus ab expensis quatenus sententia acquiescat censetur condemnetus, si appellet, & prosequatur appellationem, n.11. Idem in laudo, n.13.*
2 *Argumentum à contrario sensu habet locum in sententiis, & arbitramentis, n.4. & in contractibus tam bonæ fidei, quàm stricti iuris, num.7.*
3 *Iudex pronuncians rem esse meam statim declarat tuam non esse.*
5 *Arbiter declarans, vt durante descriptione focorum non teneatur quis soluere, censetur eum condemnare, vt illa non durante soluat.*
6 *Mens disponentis debet attendi.*
8 *Victus tenetur ad expensas eo ipso quod succumbit in causa iuxta statutum Vrbis.*
Stante conformitate iuris licet arguere à contrario sensu.
10 *Statutum dicitur ius ciuile, & illius appellatione venit.*
12 *Acquiescere sententia dicitur qui non appellat.*
14 *Petitio reductionis assimilatur appellationi.*
15 *Victus appellans, & repulsus, quia causa non erat appellabilis, habetur pro non acquiescente sententia.*
16 *Appellans potest renunciare appellationi, non tamen liberatur à refectione expensarum.*
17 *Renuncians liti debet condemnari in expensis. Intellige vt num.18.*
19 *Appellatus quando possit prosequi appellationem, non obstante renunciatione appellantis, & quid in tertio, & aliis adhærentibus, n.20.*
22 *Minor potest si velit non vti sententia restitutionis in integrum, n.24.*
22 *Consanguineus obtinens in causa retractus non potest cogi, vt vtatur sententia.*
23 *Emptor, qui obtinuit in redhibitoria non prohibetur renunciare sententia. Declara vt n.26.*
25 *Restitutio in integrum non dicitur propriè sententia condemnatoria.*
27 *Dilatioa concessa in præiudicium aduersarij non potest renunciari. Intellige vt n.28. & 29.*
30 *Victus appellans an dicatur acquiescere sententia stante desertione causa, n.35.*
31 *Desertio appellationis quid operetur, n.32.*
33 *Paria sunt non appellare, & appellationem non prosequi, aut illi renunciare.*
34 *Appellatione deserta dicitur sententia approbata.*
36 *Appellans contradicens fatigando aduersarium condemnatur in expensis, secus si nulla adest contradictio, num.37.*
38 *Consensus non appellantis iunctus cum sententia non parit naturalem obligationem.*
39 *Deserent appellationem comprehenditur in dispositione loquente de eo, qui in causa succumbit, dummodo prius constet de desertione, n.42.*
40 *Appellans si non potuit habere iudicem, & non protestatur, habetur pro succumbente. Contrarium quod non requiratur protestatio, n.41.*
43 *Instrumentum potest negari esse publicum, quamuis contra illud nihil possit opponi.*
44 *Appellatio non admittitur in notorio, nec ordo iuris, nec probatio requiritur, dummodo prius constet illud esse notorium, n.45.*
46 *Renunciant appellationi quando tacitè, vel expressè acquiescat sententia remissiue.*
47 *Conuentio vt fiat murus diuisorius an inducat seruitutem, vt non possit super eo ædificare sumptibus propriis, & num.51.*
48 *Peritis standum est an murus sit destinatus solum ad diuidendum, vel ad ædificandum, n.49.*
50 *Relatio peritorum debet stare in qualibet materia.*
52 *Concessio non debet esse frustratoria.*
53 *Ædificare licet etiam cum damno vicini, quando non adest æmulatio, seu inuidia illius.*
54 *Intentio partium debet sortiri effectum.*
55 *Denominatio non attenditur, si repugnat effectus qui magis consideratur, quàm sonus verborum.*
56 *Potestas non est auferenda circa vsum rei sua.*
57 *Procurator sine mandato speciali non potest imponere seruitutem in præiudicium domini.*
58 *Seruitus est probanda per pactum clarum, & expressum, vel per præscriptionem.*
59 *Omissum habetur pro omisso in materia stricta, & dispositione inter viuos, n.60.*
61 *Seruitus de iuri communi non debetur.*
62 *Caminus potest fieri in muro communi, quando non est ita subtilis, vt comburatur.*

CAPVT DLXXII.

ABsolutus ab expensis qoatenus acquiescat seotentiæ censetur in eis coodemnatus, si il-
1 li oon acquiescat appellando, † & caosam appellationis prosequendo, solent enim Iudices hanc absolutionem cum dicta claosula concedere in odium litigantium, qui potius ad defatigandum aduersarium, quàm pro iustitia consequeoda protrahunt in longum lites, prout de huiusmodi praxi testatur *Mastrill.dec.166.in princip.* Vnde si noo pareatur præfatæ conditioni acqoiescendo sententiæ, satis coostat de mente Iodicis volentis condemnare eum, qui non acquieuit, ita vt suffi-
2 ciat etiam tacitè de hoc apparere, cùm io sententiis habeat locum argumeotum à cootrario sensu *l. si inter me, 15. ad med. & ibi Gloss. in verb. non esse ff de except. rei iudic.* vbi, quod statim, quod pronunciatur rem esse meam, eo ipso ex diuer-
3 so † dicitur iudicatum rem tuam noo esse, *l. penult. §. cum autem: & ibi Gloss. in verb. meum, ff. eod. tit.* & passim in sententiis, arbitramentis, & similibus admitti argumentum à contrario senso con-
4 cludunt omnes communiter, † vt per *Ias. in l. 1. col. 11. post princip. num. 56. ff. de offic. eius. Roman. cons. 399. num. 5. & ibi Mandos. in verb. ad similitudinem, Io. Crot. in l. omnes populi, num. 200. ff. de iustit. & iur. Euerard. loco argumentor. 82. num. 34. & 35. quæst. 7. & 8. Corsett. singul. 3. incip. argumentum, Bald. consil. 242. quidam dominus Pasinus, num. 2. & 3. lib. 2.* vbi
5 ferè in terminis concludit, † quod Iudex, seu Arbiter pronuncians, vt durante descriptione focorum non teoeatur quis soluere, censetur eum condemnasse, quod illa noo durante debeat soluere, quia ex verbis sententiæ colligitur ad Iudi-
6 cem voluisse, & talem fuisse eius mentem, † quæ debet attendi, *l. ab executione, de appellation. l. qualem, in princip. de arbitr. l. inter castellanum, eodem tit.* Quod etiam est in contractibus, siue sint bonæ fidei

7 fidei, † siue stricti iuris in quibus d. argumentum
à contrario sensu procedit *l. pecuniam, ff. si cert.*
pet. Natt. consil.109. numero 5. Ias. consil.115. lib.1.
Surd.consil.518.numer.1. lib.4. cum aliis per *Rimin.*
Iun.in l.1.num.395. ff.si cert.pet. Aym.cons.70.num.3.
latè Cardin.Mantic.de tacit.& ambig.conuent. lib.2.
tit.14.num.8.
Quod magis est in casu, de quo agimus, quia istud
argumentum à contrario sensu non est contra ius
8 statutarium, † immo est illi conforme, cum per
statutum Vrbis *lib.1.cap.194.* disponatur, quod vi-
ctus eo ipso quod succumbit in causa teneatur ad
expensas, quamuis non esset in eius condemnatus,
& stante conformitate iuris licet arguere à contra-
rio sensu, cùm aliàs non liceret, si aliter per dictum
9 non fuisset decisum † *Crot. Bero. & alij* de quibus
per *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.2. tit.*
14.nu.25. Et dictum statutum habet locum in casu
nostro, cùm simus inter ciues, & incolas, & dicitur
10 ius ciuile, † & illius appellatione venit *Bart. in l. sti-*
pulationum aliæ. in fi. princ. & ibi Ias. num.9. de verb.
oblig. Bald. in l. generaliter. col.1. C. de episcop. & cleri.
Becc. cons.1.nu.15.lib.1.
Quod autem pars non acquieuerit sententiæ patet
ex facto, in quo non solùm constat de appellatio-
ne interposita per Aduersarium, sed etiam de il-
lius prosecutione vsque ad calculum ferendæ sen-
tentiæ cum magnis expensis, & damnis passis per
victorem, quas fuit coactus ob talem progressum
in lite facere, cùm tamen ad effectum, vt quis non
11 dicatur acquiescere sententiæ † sufficiat, vt ab ea
reclamet, & appellet *Purpur. cons.10. num.2. libro 1.*
per text. in l.3. §. falsus, ff. rem rat. haber. Prout è con-
tra dicitur quis acquiescere sententiæ quando non
12 appellauit † *Alex. cons.136. alias 275. in causa & lite*
vertente inter Iacobum. n.2. in princ. & in fi. vers. item
quod acquieuerit. lib.2. quē refert & sequitur *Felin.*
in c. cum inter, 11. col.2. in princ. vers. & plura signa,
num.2. in fin. de sentent. & re iudic. per text. in l. ab eo.
C. quom. & quand. iud. l.1. C. de relation. l. vlt. quand.
appell. sit, l. cum ostendimus, §. fi. de fideiussor. tuto. Bar.
in l. si separatim. ad fi. ff. de appellat. Bald. in l. ne arbi-
13 *tris, C. de recept. arbitr.* † Quòd etiam est in laudo,
cui non dicitur condemnatus acquiescere statim
quod ab eo reclamat *Purpur. cons.10. nu.2. lib.1.* cùm
14 petitio reductionis assimiletur appellationi, † &
in eius locum succedat *Gloss. in l. in arbitro ff. qui sa-*
tisd. cogant. Spec. de arbit. § sequitur, vers. sed infra
quod tempus. Castr. cons.160. visis comprom'sso, l. indo
& puncto. in 1. dub. lib.1.
Amplius, si per victum non steterit, quo minus vtere-
tur remedio appellationis, & repulsus fuerit ab
appellando, vt quia causa non erat appellabilis,
vel propter clausulam appellatione remota, vel
quia adessent tres sententiæ, vel duæ facientes vim
trium, vel quid simile, per quod deberet negari
15 appellatio, † Tamen non obstante tali repulsio-
ne semper dicetur non acquieuisse sententiæ *Fe-*
lin. in specie *in c. cum inter, 12. nu.2. de sentent. & re*
iudicat. Vnde multo magis in casu nostro, in quo
debens acquiescere sententiæ appellauit, & fuit
admissa eius appellatio, quam prosecutus est in
graue damnum, & præiudicium appellantis ita vt
stante contrauentione sit locus condemnationi
expensarum, vt dictum est.
Neque obstat renunciatio appellantis, quæ pote-
16 rat fieri per appellantem † *si quis libellos, 18. Cod. de*
appell. Aym. cons.115. num.12. Quia ista renunciatio
non liberat ab expensis, in quibus renuncians ve-
nit condemnandus *Innoc. in cap. ex parte, de res-*
17 *cript. Guid. Pap. decis.436. nu.36.* † prout dicimus de
eo, qui renunciat liti, qui debet condemnari in
expensis *Dec. in c. interposita, 70. §. denique, num.4.*
de appellat. Bald. in auth. qui propriam, in 2. notab. nu.
2. C. de non num. pecun. & in l. postquam liti. col. vlt. qu.
5. C. de pact. & ibi Salic. quæst.8. nu.19. Doct. in l. desti-
tisse de iudic. Asin. in prax §.32. cap.2. ampl.2. nu.2.
18 *fol.416.* Nisi causa, propter quam renunciatur su-
perueniat de nouo *Aufrer. ad decis. capell. Tholo-*
san. in fin. post Bald. in d. l. postquam liti num.12. C. de
pact. per tex. in l. destitisse, in fin. de iudic.
Immo neque in casu nostro poterat appellans renun-
ciare appellationi, cùm pars illam prosecuta fue-
rit vsque ad calculum ferendæ sententiæ, tunc
enim non est amplius res integra, sed appellatio
19 est facta communis post citationem partis, † &
alios actus subsecutos, ideo poterit appellatus pro-
sequi appellationem inuito appellante, nulla ha-
bita consideratione talis renunciationis, & obti-
nere condemnationem expensarum, nam dicta
renunciatio nihil operatur, quatenus tendit in pre-
iudicium appellati, ac interesse ipsius *Imol. in c. in-*
terposita, 70. §. illi denique, num.4. & 5. & ibi Franc.
nu.11. & Butr. num.2. de appellation. Afflict. super con-
stit. regn. rubr.45. incip. appellationum tempora, in fin.
libr.2. quod etiam voluit *Bald. in l. omnem honorem,*
quæ est vltim. nu.3. & ibi Cin. & Salic. in fi. C. quan-
do prouoc. non est necess. Bart. in l. si quis libellos, 28.
nu.1. C. de appellat. Papiens. in form. appellat. à sen-
tent. definitiu. in gloss. occasione cuiusdam, in fin. nu.4.
Felin. in cap. ex parte, il 2. quod est 11. num.5. de res-
20 *cript. Tiraq. de retract. lignag. ad fin. tit. nu.25.* † Cùm
etiam in præiudicium tertij, qui adhæsit appella-
tioni pro suo interesse, & aliorum adhærentium
non valeant huiusmodi renunciationes, neque
transactiones appellato, nam semper illis non ob-
stantibus licebit eis prosequi causam appellationis
Franc. in c. vna sententia, 71. nu.4. de apellat. Aret.
in l.4 § alio condemnato, nu.6. ff eod. tit. de appellat. &
relat. Abb. in c. cum super, 17. n.27. vbi Felin. num.11.
de re iudicat. Achill. Personat. de Adipisc. poss. num.
339. tom.3. p.2. fol.269. Specul. de appellat. §.1. incip.
quis possit, nu.12. & ibi Addit. in verb si iudex. Rip. in
l. filius familias, §. diui, num.62. ff. de lega.1. Zuccar. in
l. fin. nu.359. C. de edict. diu. adrian. tollen. Alex. cons.
188. viso processu, ad fin. lib.2. Vant. quis possit dicer.
de nullit. num.19. & 20. post Bald. in auth. nunc si hæ-
res, col.11. C. de litigios.
Neque obstat *l. si iudex.34. ff. de minoribus.* vbi si mi-
nor nolit vti sententia restitutionis in integrum
21 obtenta, † poterit habere exceptionem vtilem
aduersus petentem pretium quasi ex causa iudi-
cati, quod & in aliis casibus obtinebit, quia sci-
licet vnicuique permittitur contemnere ea, quæ
pro se fuerunt introducta, quod procedit in o-
mnibus, quæ sunt quæsita iure quopiam singu-
lari, siue extraordinario, ac speciali, vt notat
Bald. in dict. leg. si iudex, in 1. & 2. lect. Tiraqu. de re-
22 *tract. lignag. ad fin. tit. num.24.* vbi ex hoc infert,
quod si consanguineus velit redimere, & obti-
neat sententiam contra emptorem condemna-
tum ad rem restituendam soluto pretio, poterit
non vti sententia, ita vt emptor non possit eum
23 cogere ad pretium sibi soluendum, † Exemplo

emptoris, qui obtinuit in redhibitoria, qui potest renunciare sententiæ, nec ex ea permissum est venditori, agere *Gloss. in l. illud, in verb. restituere. vbi Bald. & Cepoll. in fin. numero 7. de ædilit. edict. Idem Cepoll. in l. sciendum, 9. §. dictum, in fin. ff. eodem titulo.*

Quia in *dict. l. si iudex. ff. de minor.* non continetur ius commune, sed priuilegiorum minorum, vnde non est arguendum à restitutione in integrum ad 24 appellationem, † ideo non mirum, si minori conceditur renunciatio, quæ non est concedenda appellanti, cum sententia lata pro aliquo in ipsius priuilegium non imponat ei necessitatem illa vtendi, si noluerit, prout in specie *ad d. l. si iudex* respondet *Bald. ibid. & in l. 2. colum. 2. quæst. 2. C. de fideiussoribus minor. & in l. si constante. §. quoties ff. solut. matrim. Tiraquell. de retract. lignag. ad fin. num. 15.* Cùm aliàs cessante priuilegio de iure com-25 muni non sit locus pœnitentiæ, † maximè quia restitutio in integrum non dicitur propriè sententia condemnatoria, neque ex ea oritur actio in factum *Bald. in l. si prædium, 4. num. 7. colum. 2. post princ. versic. sed pone lata est sententia, Cod. de ædilit.* 26 *action.* † vbi etiam respondet ad illud, quod dictum est de obtinente in redhibitoria, qui potest renunciare sententiæ, vt per *Gloss. in l. illud, in fi. ff. de ædil. edict.* Nam ibi hoc procedit, quia res nondum transiuit ad condemnationem vtriusque partis, secus quando transiuit, tunc enim standum est sententiæ, ex qua oritur venditori actio in factum, si emptor illa non velit vti *Tiraq. de retract. lignag. ad fin. tit. num. 25. in fin.*

Quod etiam est in dilatione alicui concessa, cui non 27 potest renunciari in præiudicium aduersarij, † nec ea pendente admitteretur probatio, nam propter æqualitatem seruandam dilatio facta est communis ex beneficio legis, quod quidem beneficium non est in potestate eius, qui dilationem impetrauit cum in pari iure non possit vnus alteri præiudicare *l. si post mortem, §. vltim. ff. de bonor. possess. contr.* 28 *tab.* † quidquid secus sit in iure, quod non venit pariter, sed in consequentiam *l. si iudex. de minorib.* & in specie dilationis notat *Bald. in l. si arrogator. in fin. ff. de adopt. & in l. postquam. col. vlt. q. 7. C. de pact. Doctor. in l. petendæ. Cod. de tempor. in integr. restitut.* 29 vbi licèt per *Bart.* teneatur contrarium, † quod possit renunciari dilationi, Tamen debet intelligi quando quis meruit dilationem de iure speciali per beneficium restitutionis in integrum, secus in eo, qui meruit dilationem de iure communi, quia ius speciale proditum est pro singulari fauore, sed de iure communi attenditur æqualitas in iudiciis, & ita concordant opiniones *Tiraqu. de retract. lignag. ad fin. tit. n. 26. in fin. vers. tu tene primam partem.*

In prædictis tamen obseruandum est, quod si fuerit lata sententia cum absolutione ab expensis, si victus illi acquieuerit, & ab ea sit appellatum, & 30 postea declaretur causa deserta, † tunc non habebit locum condemnatio expensarum, quia ex hoc idem effectus resultat, ac si non fuisset appellatum *auth. ei qui, Cod. de temporibus appellat. Cardin. in clem. si appellatione, qu. 1. de appellat. Castr. & Alex. in l. præses. ff. de re indic. Honded. cons. 24. nu. 9.* 31 *lib. 1. Surd. cons. 139. num. 11. lib. 1.* vbi † quod omnia retrotrahantur, & dicitur sententia confirmata à lege *Afflict. in constitut. appellationum tempora, n. 52.* Vnde stante huiusmodi desertione fiet executio ex prima sententia, & negotium principale reuolat ipso iure ad primum Iudicem à quo, & rema-32 net iurisdictio illius in eisdem terminis, † in quibus erat ante appellationem, quamuis etiam Iudex appellationi detulerit, & non obstante inhibitione emanata, quæ expirat cum ipsa appellatione, & ideò sicut appellatio non ritè interposita non impedit sententiæ executionem, ita nec appellatio, quæ postea fuit deserta, cum paria sint 33 non appellare, † vel appellationem non prosequi, aut illi renunciare, prout omnes supradictos 34 casus latè comprobat *Surd. cons. 139. num. 11. lib. 1.* † vbi in specie concludit, quod appellatione deserta per lapsum fatalium sectentia adeo transit in iudicatum, vt videantur partes illam approbasse per *text. in l. fi. §. illud. C. de tempor. appellat. Cep. cons. 201. nu. 2. Afflict. decis. 78. num. 2. Anchar. consil. 245. Alex. cons. 59. num. 7. lib. 4. Mastrill. decis. 166. num.* 35 *11.* vbi loquitur in puncto, † quòd ista absolutio ab expensis, si victus acquieuerit sententiæ habebit locum, quamuis fuerit appellatum, & postea sit deserta causa appellationis. Intelligendo tamen, vt hoc procedat, quando esset deserta appellatio ex voluntate ipsius appellantis, qui voluit illam deserere, non autem si fuisset declarata deserta per Iudicem contradicente appellante, & præsentatis iuribus, & scripturis ad effectum, vt non declaretur illius desertio, tunc enim non potest dici, quod acquieuerit sententiæ, cùm in primo casu sola appellatio absque aliqua prosecutione nihil obesset.

36 † vnde si appellans contradicit fatigando aduersarium, condemnatur in expensis, cùm secus sit quando nulla adesset contradictio *Imol. in cap. interpositæ, §. illi denique, in fin. de appellation. per text. in l. properandum, §. si autem alterutra. C. de iudic. cap. fin. de dol. & contum.* & ita secundum *Imol. in d. §. illi denique, in fin.* intelligitur *decis. Rot. 425. alias 22. in fin. de re iudic.* dum voluit, quod quamuis appellans debeat condemnari in expensis factis per appellatum in prosequenda appellatione, quam idem appellans non est prosecutus *c. sæpe de appellat. c. reprehensibilis, & c. nicolao eod. tit.*

37 † Tamen non tenebitur ad expensas factas per appellatum in faciendo pronunciari appellationem desertam, tanquam ei licuerit dictam appellationem deserere: quod etiam voluit *Butr. de dict. c. interpositæ, §. illi denique. de appellat. & Franc. ibid. nu. 1. ad fin.* vbi etiam sequitur distinctionem *Imol.* supra relatam.

Obseruandum est etiam, quod consensus non appellantis iunctus cum sententia non parit natura-38 lem obligationem, † quia non consensit verè cum sententia feratur in inuitum, nec dicitur parere, ideo erit consensus non appellandi, non promittendi, aut soluendi, quia victus potuit non appellasse animo execrandi lites, non autem vt consentiret *Felin. in c. cum inter. 12. nu. 1. post princip. vers. & dicit. de re iud. post Bar. in l. ab eo. C. quom. & quand. iud. Abb. in c. si quis contra clericum. col. 15. de for. compet. & in c. quod ad consultationem, col. 4. vers. & hæc faciunt. de sentent. & re indic.*

Notandum est etiam, quod ad effectum, vt quis dicatur succumbere in causa, considerabitur ille 39 qui appellationem deserit † *Salic. in l. polla. num. 3. Codic. de his quib. vt indign.* vbi, quod statutum puniens secundo appellantem, & non obtinentem verifi-

verificabitur etiam in deferente appellationem interpositam, quia tunc succumbit *Cephal. cons. 209. n. 1. Mastril. decis. 160. n. 21. Alex. cons. 165. n. 6. lib. 2.* vbi de eo, qui semel obtinuit causam appellationis, in qua appellans non potuit habere copiam Iudicis & transiuit sibi tempus absque protesta-
40 tione, † tunc enim per illam negligentiam in non protestando dicitur succubuisse, *Idem Alex. cons. 114. num. 4. lib. 5. & cons. 49. nu. 5. lib. 2. post Domin. in c. cupientes, §. quod super eo. de elect. in 6. Bart. in l. 1. §. dies, ff. quand. appell. sit. Butr. in cap. ex ratione, & in*
41 *cap. si. de appellat.* † Quamuis illud quod dictum est de protestatione non sit bonum exemplum ad effectum vt causa dicatur deserta, cum illa protestatio non requiratur *Afflict. decis. 50. num. 5. Addit. ad Alex. cons. 114. in verb. protestatus, lib. 5.* cum alijs quos adduxi *decis. March. 120. & ibi etiam in addit. Ias. in l. 2. §. quod diximus, ff. si quis caution. Dec. in l. in omnibus causis, 36. num. 12. ff. de reg. iur. & in*
41 *cap. fin. de appellat. & cons. 456.* Prout † illud de deferente appellationem, vt dicatur succumbere, intelligetur dummodo legitimè constet de desertione, quæ si fuerit declarata, tunc obtinebit vim succumbentiæ, nam aliàs non debet impediri quis negare desertionem, & appellare à declaratione desertionis, donec talis sententia non transeat in iudicatum, tunc enim dicetur de ea legitimè constare, ita in specie declarat *Ceph. cons. 209. num. 16.*
43 *lib. 2.* Exemplo † instrumenti, quod poterit negari esse publicum, quamuis contra illud non possit aliquid opponi *Bart. in l. diui, de milit. testam. & in l. 1. §. & parui, ff. quod vi aut clam. Decian. in c. consuluit, il 1. quod est 14. num. 3. de appellat. Roman. cons. 40. visis qua egregiè, n. 2. cum seq. Abb. in c. ex parte, il 2. de offic. delegat. & in cap. 1. de re iudic. Domin. in c. si quando, in princ. in 2. notab. de elect. in 6.* Quemadmodum dicimus de notoriis, in quibus licet non
44 admittatur appellatio *cap. peruenit, de appellat.* † & in eis non requiratur ordo iuris *c. ad nostram, il 3 de iur. iurand. c. 5. de testib. cogend.* neque illa indigeant probatione *l. emptorem, de act. empt. Card. cons. 56. n. 6.* Tamen hoc intelligitur, dummodo prius constet
45 † illa esse notoria, aliàs secus, cùm multa dicantur esse talia quæ non sunt, vnde in dubio erit seruandus ordo iuris, & debebit admitti appellatio *Franc. in d. c. consuluit, il 1. num. 2. in vlt. notab. & ibi Dec. nu. 4. in 3. notab. de appellat per c. quando, de translat. episc.* & latè declarat *Mascard. conclus. 106. vsque ad conclus. 1110.*

Ex prædictis colligitur quomodo intelligantur Doctores, dum concludunt, quod renuncians appellationi prosequendæ dicatur acquiescere senten-
46 tiæ, † quod fit expressè, siue tacitè *l. etiam, §. 1. de minoribus, l. sæpe, ff. de re iudicat. l. à sententia, cum l. seq. ff de appellat. l. vnic. nil nouar. appell. pend. Alex. cons. 130. in causa, n. 13. lib. 4. & cons. 136. lib. 2. Felin. in c. cum inter, col. 1. de re iud. Dec. in c. personas, not. 1. de appell. Ribns. in l. malum nonit, 242. §. inter proiectum, in ſ. n. ff de verb. signif. & in tract. de appellat. art. 15. gloss. 1. num. 1. vsque ad 31. tom. 3 fol. 17.* vbi de variis modis, ex quibus quis dicitur acquiescere sententiæ renunciando tam expressè, quàm tacitè, & an in criminalibus possit renunciari appellationi, tanquam tunc sapiat defensionem *Gloss. in l. pactum, vbi Bald. nu. 4. D. de pact. Dec. in c. cum inter, & cap. olim, de exception. Marsil. in prax. §. examinanda, n. 6. Seraph priuil. iuram. 132. n. 7. Menoch de arbitr. lib. 1. qu. 87, n. 8. Gemes. de potest. in seipsum, lib. 1. c. 17. n. 19.*

Insuper addendum est, quod vltra desertionem supradictam, & renunciationem appellationis, constabat etiam de bono iure, quia in diuisione bonorum, de quibus agimus, quamuis adsit conuentio, vt fiat murus diuisorius bene fundatus altitudinis vnius cannæ cum dimidio communibus ex-
47 pensis. † Non tamen potest colligi inductam esse aliquam seruitutem, vt non possit super eo ædificari sumptibus propriis, Quia ex inspectione dicti muri, & relatione Peritorum apparet illum non esse simpliciter diuisorium, sed etiam destinatum ad ædificandum propter stabilitatem fundamenti, & latitudinem muri, & necessitatem ædificij ratione apothecæ contiguæ, & alia quæ adducuntur
48 per peritos, † quorum relationi iuratæ standum est ad effectum cognoscendi, an paries sit destinatus solum ad diuidendum, seu etiam ad ædificandum *Alex. cons. 174. in fin. num. 17. lib. 2. Cepoll. de pariet. num. 14 Thesaur. decis. 23. num. 2. & decis. 141. nu. 14. Bald. cons. 233. super instrumenta, ad med. vers. & de ista aptitudine, lib. 1. Surd. cons. 116. num. 17. libro 1.* Ita vt huiusmodi peritorum relationi Iudex
49 debeat stare, † quidquid partes contradicant, & iuxta illorum votum sententiam proferre *Alex. cons. 174. in fin. lib. 2. Thesaur.* in specie de qua agimus *decis. 41. num. 24. Cepoll. de seruit. vrban. præd. c.*
50 *40. num. 14.* † Prout regulariter peritis in arte standum est in qualibet dispositione, & materia, *§ quod autem, auth. de non alienand. aut permutan. reb. eccles. l. 1. in princip. de ventr. inspic. Gloss. & Aret. in §. præterea per alluuionem, instit. de rer. diuis. Abb. & alij in cap. proposuisti, de probat. Bero. cons. 132. nu. 3. lib. 3.*

Maximè quia istud stabile fundamentum muri fuit factum expensis propriis Bartholomæi cum consensu Angli, ita vt ex hoc colligatur partes non ste-
51 tisse in simplici ædificio muri diuisorij, sed † potius vltra diuisionem considerasse ædificium futurum, cùm satis fuerit expensis communibus eleuasse murum quantum patiebatur simplex diuisio, quasi in reliquis voluerint, quod spectaret onus altius murum tollendi sumptibus propriis, ne frustratoria, & inutilis dicatur illa concessio antecedens fundandi parietem vltra quàm opus esset in diuisione, si postea non permitterent ædificium,
52 † propter quod principaliter fuit iactum fundamentum, quod non est dicendum, quamuis sine illo posset stare concessio *Castr. in l. 3. §. qui habet, in princ. in 2. notab. ff. de seruit. rustic. prædior. per text. in l. veteres, de itin. actuque priuat. Gloss. in l. refectionis gratia, 11. § si per tuum, in verb. sequuntur, ff. commun. præd. Felin. in cap. præterea, 5. num. 4. de offic. deleg. Cin. Bart. Bald. & alij in l. 2. ff. de iurisdict. omn. iud.*

Et in faciendo huiusmodi fundamentum stabilius propriis sumptibus benè sibi prospexit Bartholomæus, sciebat enim, quod iuxta alium murum communem licitum sibi erat nouiter construere alterum nouum parietem ad effectum ædificandi, quamuis in totum per dictum nouum murum officeretur domui existenti propè murum com-
53 munem, † quando prout in casu nostro ædificium fit ad vtilitatem, immò necessitatem ædificantis, quidquid aliud sit, quando fieret ad æmulationem, seu ad inuidiam vicini, vt concludit *Ias. cons. 98. accedo ad primum, col. 2. ante med. vers. quan-*

to principaliter lib.1. post Alex. conf.174. opportunè
consideratis, nu.1.& 4.lib.2. Vnde vt euitaretur ex-
pensa noua,& maior construendi alterum murum
propè parietem communem, satius fuit stabilius
fundare illum murum diuisorium, ad hoc vt pos-
54 set super eo proprijs expensis ædificari,† cùm aliàs
intentio partium nullum habuisset effectum, sed
potius effectum contrarium, quod non est dicen-
dum *l.non omnis,ff.si cert.pet.*

Neque per illa verba prolata à partibus tanquam de
muro diuisorio inducitur aliqua coniectura, vt
solùm fuerit factus paries pro diuidendo, non pro
ædificando, Quia cùm in effectu murus etiam sit
55 aptus ad ædificium, prout deponunt periti, talis †
denominatio non attenditur, tanquam repugnans
effectui, qui magis consideratur, quàm sonus ver-
borum *l.si vno, in princ. ff.locat. l.insulam, de præ-*
script.verb.Bald. in l.eorum,§.qui maximos,D.de pu-
blic.& vectib. Aym.cons.131.nu.3. Maximè cùm non
sit incompatibile, vt murus sit diuisorius, & possit
etiam seruire pro ædificio, stante aptitudine illius,
quo casu tanquam destinatus ad ædificandum po-
terit in altum tolli etiam officiendo luminibus vi-
cini, ne aliàs auferatur potestas per interdictum al-
56 tius tollendi, † & sic vtendi re sua, vel re communi
ad vsum destinatum *Ias.cons.98.col.2.ad med. vers.*
5.principaliter ex istis quatuor, lib.1.Cepoll.de seruit.
vrban.prædior.cap.62.de fenestr.n.5. ad med. vers.ego
autem teneo. Menoch.præsumpt.29.nu.14.lib.6.

Quæ interpretatio magis sumenda est, cùm simus in
57 diuisione facta per procuratorem, † quem non est
credendum voluisse imponere seruitutem in præ-
iudicium domini, cùm neque illi hoc esset permis-
sum, quasi impositio similis seruitutis sit alienatio
Bero.consi.124.nu.8.lib.1 per l.fin.C.de reb.alien.non
alienand.cap.non liceat, 12.quæst.1.Rom.sing.460.in
fin quod emphyteuta,n.1.

Et cùm simus in materia stricta,& exorbitanti, vide-
licet in imponenda seruitute iuxta *l.altius,C.de ser-*
58 *uitut.* † ad impediendum ædificium erit proban-
da seruitus per pactum clarum, & expressum, vel
per præscriptionem *Ias.in l.si priusquam, nu.40.ff.*
de nou.oper.nunciat. Gail. obseru.69.nu.3. lib.2. non
autem sufficient verba de quibus in instrumento,
cùm per illa solùm sit præfinita forma altitudinis
muri expensis communibus, ex qua non infertur,
vt sumptibus proprijs non possit superædificari
stante aptitudine parietis, & destinatione illius ad
ædificandum, vt dictum est, Adeo vt dicta verba
59 sint strictè intelligenda, † & omissum habeatur
pro omisso *l.quidquid adstringenda,de verb.obligat.*
l.quod,ff.commun prædior. & in proposito seruitutis
60 notat *Bero.cons.133.in fin.num.18.lib.3.* Maximè †
in dispositione inter viuos, in qua minus seruitus
debetur, nisi exprimatur *l.in vendendo, 66.de con-*
trah empt. l.qui libertatis causa, 69. §.fin. de euict.l.
via constitui,23 §.quæcumque.D.de seruit.rustic. præ-
*dior.*declarando vt per *Rim.Sen.cons.71.nu.5.& 20.*
61 *Surd.cons.27.num.6.& 23.*† Vnde clarius erit pro-
bāda impositio seruitutis, cùm actor, vel reus sem-
per habeat fundatam intentionem de iure com-
muni, quo disponitur seruitutem non deberi *Bart.*
in l.si in ad.bus.C.de seruit.& aqua.

Stante igitur qualitate muri, & aptitudine illius ad
ædificandum iuxta relationem iuratam peritorum,
sequitur non posse prohiberi constructionem ca-
62 mini, † cùm illud permittatur in muro commu-
ni, quando paries non est ita subtilis, quod com-
buratur, Vnde si fiat tuba camini, ita quod fumus
ascendat, non erit prohibitum illum facere *Bart.in*
l.quidam iberus.num.1.& ibi Castr.Bald Florian.&
Ang.ff.de seruit.vrban.prædior. Cepol.eod.tit.cap.64.
num.6.Boer.cons.5.num.21. Quidquid dicat *Gabr.*
cons.150.lib.1. contra cum sit verior opinio, vt per
Surd.cons.126.num.21.lib.1.

EPITOME.

Repræsentatio appellationis infra quod tem-
pus sit facienda iuxta statutum Vrbis, ad hoc vt causa non sit deserta. ¶ Et an possit fieri per extraneum sine mandato. ¶ Et an requiratur ratihabitio infra tempus, quo reproductio debebat fieri. ¶ Bonorum possessio per alium agnita, & appellatio nomine alterius interposita quando sit valida. ¶ Et quid in cæteris actibus iudiciarijs. ¶ Ratificatio quo tempore debeat fieri, vt æquiparetur mandato. ¶ Extraneus quando possit retrahere pro alio. ¶ Vel acquirere possessionem. ¶ Vel constituere se pro eo possidere. ¶ Vel adhærere appellationi. ¶ Vel impetrare rescriptum. ¶ Vel renunciare appellationi. ¶ Vel petere confirmationem. ¶ Vel purgare moram. ¶ Vel protestari. ¶ Vel declarare rem dubiam, & similia facere. ¶ Exceptio quando debeat esse de regula. ¶ Appellatus an possit vti commissione impetrata nomine appellantis per falsum procuratorem, & in causa procedere, si non sequatur ratihabitio. ¶ Protestatio ne quis audiatur absque mandato quando faciat, vt acta non reconualidentur per ratificationem. ¶ Et an satis sit, vt solùm fiat in prima instantia. ¶ Mandatum quando non possit probari per coniecturas, & præsumptiones, sed requiratur realis productio ipsius. ¶ Commissiones in Curia an tribuant aliquam iurisdictionem. ¶ Gestum alieno nomine an possit haberi ratum in quibuscumque dispositionibus. ¶ Ratificatio an detur mortuo vno ex contrahentibus. ¶ Sententia lata ad fauorem minoris an valeat ipso iure, vel demum illo ratificante.

SVMMARIVM.

1 *Appellans debet repræsentare suam appellationem iuxta quinque dies, alias causa erit deserta iuxta statutum Vrbis.*

2 *Reproductio appellationis cum effectu debet fieri, sicut præscriptio, quæ per actum validum est interrumpenda, num.3.*

4 *Extraneus etiam non habens mandatum potest reproducere appellationem pro alio. Intellige dummodo sequatur ratihabitio infra legitimum tempus, num. 6.& 8.*

5 *Rescriptum à quocumque impetratum est validum.*

7 *Appellantes non audiuntur, nisi illi quorum interest, vel quibus mandatum est, vel qui alienum negotium gerunt, dummodo mox ratum habeatur.*

9 *Bonorum possessio ab alio agnita debet rata haberi eo tempore, quo peti potest, neque poterit ratificari post centum dies.*

10 *Actus iudiciarij sunt faciendi per habentem mandatum, & si fiant sine eo, sunt ratificandi intra legitimum tempus.*

10 *Ratificant*

11 *Ratificatio appellationis debet fieri infra decem dies, tempore quo quis sciuit sententiam esse latam, non à tempore quo habuit notitiam fuisse appellatum.*

12 *Extraneus potest retrahere rem venditam nomine alterius, si per eum ratificatur intra tempus datum à statuto ad retrahendum.*

13 *Possessio acquiritur secuta ratificatione facienda in tempore, quo possidebat ille, qui pro alio se constituit possidere.*

14 *In possessione capta per negotiorum gestorem ratificatio nihil operatur, si ante eam ille sit spoliatus.*

15 *Ratihabitio est facienda existente re in eodem statu, alias nullum effectum producit.*

16 *Adherens appellationi ab alio factæ non admittitur nisi hoc faciat infra tempora appellandi.*

17 *Renunciatio appellationis facta nomine alterius est ratificanda ab appellante intra tempus statutum ipsi renunciationi. Idem in declaratione rei obscuræ, purgatione moræ & protestatione, nu.18.19.& 20.*

21 *Confirmatio electionis potest peti à non habente mandatum, dummodo ratificetur intra tempus trium mensium infra quod illa erat potentia.*

22 *Regressus non datur ad iura renunciata.*

23 *Gestum alieno nomine potest haberi ratum in iudiciis, in contractibus, quasi contractibus, vltimis voluntatibus, & delictis, num.24.& 25. Intellige vt num.26. & 27.*

28 *Ratificatio non datur mortuo vno ex contrahentibus.*

29 *Sententia lata ad fauorem minoris an valeat ipso iure, vel demum illo ratificante.*

30 *Rescriptum ad lites impetratum per coniunctum valet. Declara vt num.32.35.& 38.*

31 *Coniunctus, vt possit agere pro coniuncto, requiritur, vt caueat de rato, & quod casus non requirat speciale mandatum, num.37.*

33 *Exceptio debet esse de regula. Intellige vt nu.39.*

34 *Lex noua in dubio non præsumitur velle corrigere veterem.*

36 *Specialia duo non admittuntur.*

40 *Appellatus non potest vti commissione impetrata nomine appellantis per falsum procuratorem, nisi se utar ratificatione. Contrarium nu.43 & 47.*

41 *Rescriptum ad lites est nullum si impetretur sine mandato.*

42 *Reus an possit vti rescripto contra eum impetrato inuito impetrante, & ante illius præsentationem.*

44 *Commissiones quæ fiunt in curia sunt duntaxat distributiones, & non dant iurisdictionem, sed solum illius exercitium, quam Auditor habet habitu, licet non actu.*

45 *Auditores sacri Palatij habent iurisdictionem ordinariam in audiendo, & cognoscendo.*

46 *Papa dat Iudicem motu proprio.*

48 *Coniunctus faciens actum tanquam procurator non potest se iuuare, quod potuerit facere tanquam coniunctus, num.49.*

50 *Protestatio, ne quis audiatur absque mandato quando fiat, vt acta non reconualidentur per ratificationem, & an satis sit, vt solum fiat in prima instantia, num.39.*

51 *Mandatum quando non possit probari coniecturis, sed requiratur realis productio.*

CAPVT DLXXIII.

IN quacumque causa fuerit appellatum appellans iuxta quinque dies, die interpositæ appel-
lationis numerandos, suam appellationem coram
Capitaneo Appellationum in actis Notarij eius-
1 dem repræsentare tenetur, † etiam si ipse ad ter-
minum iuris per Iudicem à quo monitus fuerit,
cum iam sit prouisum, vt sufficiat in quacumque
diei quinti parte, apostolos petiisse, seu pro eis re-
diisse. Qui verò intra dictum terminum suam ap-
pellationem non repræsentauerit, censeatur suæ
appellationi renunciasse, & prima sententia firma
maneat. Ita disponitur in statuto Vrbis *c.170.lib.1.*
& de simili statuto *Misinger. obseruat.57. centur.5.*
2 vbi, quod ista reproductio cum effectu fieri de-
bet, sicut & alias per actum validum præscriptio
est interrumpenda *Guil.de Cun.in l sicut. C.de præscript.trigint.vel quadrag.annor. Alber.in rubr.de in ius vocand.Bald.& Alex.in l.vltim.in princ.ff.de eo per quem fact.erit quominus quis iudic sist.* & ideo de-
3 bent esse cauti appellantes, † vt non solùm citatio-
nem extrahant, sed eamdem reproducant, vt notat
Misinger.dict.centur.5.obseruat.57.nu.3.

Ista tamen reproductio dicebatur, quod poterat fieri
à quacumque persona etiam extranea, & non
4 habente mandatum, † ita vt non possit tunc
prætendi aliqua desertio, prout in specie huius-
modi statuti notat *Luc. Pet. in prax. capital. lib.5. cap.4.numer.2.per text. in l.vniuersis,6. C.de precib.*
5 *imper.offer.* † vbi rescriptum à quocumque potest
impetrari, cum non referat per quem preces fue-
rint oblatæ *Rot.decis.61.aliàs 430.in fin.de appellation.in nouis.*

Verum in casu, de quo agebamus, non obstantibus
prædictis dixi non posse euitari desertionem iux-
ta formam præfati statuti, Quamuis enim extra-
neus possit reproducere instrumentum appella-
tionis secundum opinionem supra relatam, Ta-
men quia sumus in actu, quod debet expediri cer-
to, & determinato tempore, tunc si expediatur
per aliquem sine mandato nomine eius, ad quem
6 res pertinebat, requiritur, † quod ratihabitio in-
terueniat intra tempus, intra quod res peti possit,
de qua ratificatione cum non appareat, causa di-
citur deserta, & sententia transit in iudicatum
Alex. in specie *cons.133 num.6.vbi Addit in verb.intra tempus, lib.2. Decian.in l semper qui non prohibet, 60.num.13 ff.de reg.iur.Corn.cons.292.col.2.in princ. num.12.in fin.lib.3.Guid.Pap.decis.13.num.1.& decis. 436.num.103.qu.94.* & est tex.*in l.1.ff.de appellat.re-*
7 *cipiend.* † vbi, quod non solent audiri appellan-
tes, nisi illi, quorum interest, vel quibus manda-
tum est, vel qui negotium alienum gerunt, dum-
modo mox ratum per reum habeatur, si enim ista
ratificatio non subsequatur, iudicium est nullum,
& controuersia nulla, & appellatio nulla, vt no-
tat *Glos.in dict.l.1.in verb.habeat, per l.licet, C.de pro-*
8 *curator.* † quod etiam voluit *Glos.in cap.ratihabitionem, de reg.iur.in 6.& in cap.quam sit, de elect.eod. tit.in 6.* & est communis opinio, & passim rece-
pta; vt latè testatur *Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloss. 10.nu.89. Ias.in l.is qui pro emptore, num.128. vsque ad 134 ff de vsucap. Aretin.cons.16.colum.penult.in fi. vers.ad hoc dicimus, Socin.cons.16.colum.7.in princip. nu.35.lib.4.Castr.cons.281.in causa ista quinque principaliter, col.penult.vers.præterea aliud, lib.1.Bald.in l.vltim.col.1. vers.tertio quando actus, C.ad macedonian. Marant.in prax.p.6.nu.2.8.in 2.act.princip.fol. 445. Guter.de contract.iurat.cap.49 numer.2.tom.6. p.2.fol.93.* qui omnes mouentur *per text. in l.bono-*

9 *rum.quæ est penultim.ff.rem rat.haber.* † vbi oportet
bonorum possessionem ab alio agnitam ratam haberi eo tempore, quo adhuc in ea causa sit, vt peti possit, itaque post centesimum diem ratificari non poterit, & est *similis text. in l.vlt. ff.quis ord. in bonor.possess.seruet. Glos.in cap.cupientes, §.quod si per viginti.in verb.propositam.de elect.in 6 Specul.de appell.p.2.§.1.versic.porro.& ibi Bald.in addit. Abb.in cap.cum venissent. de restitut.spoliat. & in cap.accedens, de prabend.Gomes.var.resolut.tom.1.c.1.nu.3.& tom.2.cap.11.in fin.*

Maximè, quia sumus in actibus iudiciariis, qui de-
10 bent fieri per legitimam personam † habentem
speciale mandatum *l.licet.C.de procurator.* Ita vt si fuerint facti sine mandato debeant ratificari intra tempus habile, aliàs nullam obtinent firmitatem *Corn.consil.292.n.2.in fi.lib.3. Marant.in prax.p.6.in 2.act.princip.nu.218.* vbi etiam quod ista ratificatio erit facienda infra decem dies à tempore, quo sci-
11 uit quis sententiam esse latam, † non autem à tem-
pore, quo sciuit fuisse appellatum, nam decem dies ad appellandum currunt à tempore notitiæ sententiæ latæ, vnde illimet dies debent currere ad ratificandum, ad hoc vt sit tempus habile *d. l. bonorum, ff.rem rat.habe.* & ista est verior opinio, quicquid contradicat *Specul.de appell.§.1.vers.porro num.3.* vt testatur *Guter.de contract.iurat.c.49.num. 2.tom.6.p.2.fol.93.iuxta auth.hodie.C.de appellat.*

Quare dicimus, quod si extraneus retraxit rem venditam ab aliquo consanguineo nomine alterius
12 absque aliquo mandato, † talis actus debet ap-
probari, & ratificari intra tempus datum à statuto ad retrahendum, aliàs si in dicto tempore ratihabitio non fiat, non erit locus retractui *Gomes.var. resolut.tom.2.c.11.de qualitatib. contract.nu.30.in fin. vers.secundo quod si in terminis regni. & tom.1.c.1. de hered.quæ ab intest.nu.3. Guter.de contract.iurat.cap. 49.num.3.tom.6.p.2.fol.93. Tiraqu.de retract. lignag. §.1.glos.10.num.87.& 88.*

Vnde etiam si quis nomine alterius constituit se possidere, quo casu secuta ratihabitione acquiritur
13 sibi possessio † *l.communis seruus, §.fin. ff.de acquir.*
possess. Tamen requiritur, quod ista ratihabitio fiat in tempore, quo possideat ille, qui constituit possidere, aliàs non erit acquisita possessio *Alexand.in l.quod meo.ff de acquir.possess. Butr.& Abb. in c.cum venissent.de restitut.spoliator.Gomes. var.resolut.tom. 2.c.11.de qualitatib.contract.n.30.in fin.Dec.in l.sena per qui non prohibet.60.num.13.de reg.iur.* vbi etiam
14 quod † si quis tamquam gestor negotiorum meo-
rum acceperit possessionem nomine meo, & sit spoliatus antequam illam ratam habuerim, talis ratificatio nihil operatur *Corn.consil.110. in iudicio*
15 *diuisorio.colum.penult.in princ.lib.2.* † Nam ratifica-
tio potest fieri existente re in eodem statu, aliàs secus *Bart. in l.si vxor. §.si quis vxorem, de adult. Bald.& Salic.in l.fin.C.de macedon. Alexan.consil. 78.viso.col.pen. lib.5. & in l.quod meo.in princ.col.2. de acquir.possess.*

Hinc quoque adhærens appellationi ab alio factæ simpliciter, vel pro se, & adhærentibus ad ipsum facere debet infra tempora appellandi, nam aliàs
16 non † admittitur *Glos.in c.circa.§.alioquin.in verb.*
adhærentes.in fin.& ibi Franc.& Gemin.de elect.in 6. Bald. in auth.hodie.col.2. quæro numquid aliquis, C. de appell.Guid. Pap.decis.436.qu.78.nu.87. & q.94. n.103.in fin.Felin.in c.super.in fin.de re iudicat.Alex. consil.101.viso, col.1.& consil.135.ponderatis.col.2. vers. & eo magis, lib.2. Vant.quis poss dicer de nullit.n.26. Guter.de contract.iurat.c.49.n.6.tom.6.p.2.fol.93. vbi de communi *Sapia in l.1.nu.58.C.qui admitt.Tiraq. de retract.lignag.§.1.glos.10.nu.98.post Io.Gall.in suis arrestis,qu.150.c.vlt.*

Idem est in renunciatione appellationis facta nomi-
17 ne alterius, quæ debet ratificari ab appellante † in-
tra tempus, quod ex statuto præfixum est huiusmodi renunciationi *Tiraq.de retract.lignag glos.10.*
18 *§.1.num.86.ad med.* vbi etiam idem concludit † in
declaratione rei obscuræ *Io.Andr.in c.in alternati-*
19 *uis.de reg.iur.in 6.* Et de purgatione moræ † *Bald.*
consil.57.col.2.lib.5. vbi scilicet fieri debeat infra tempus, quo actus geri potest, & quod de protestatio-
20 ne dicitur † *in l.2.vbi Bald.vers.deinde videamus.C.*
de his qui per met.iudic. Idem Bald.in l.2.in 2.lect.col. 2.vers.& nota quod protestatio. ff.de minorib.Doct.in cap.vlt.de appellat.

Et facit illud de confirmatione electionis, quæ si
21 fuerit pro aliquo petita, à non habente † manda-
tum, valebit dummodo ratificetur intra tempus trium mensium, infra quod dicta confirmatio erat petenda, aliàs erit inualida *Glos.in c.quam sit in verb.petere, in fin.de elect.in 6.Guid.Pap.decis.13.nu. 2.* Nam permittendo labi tempus mihi à iure, vel statuto concessum ad aliquid faciendum, si infra illud non faciam, aut ratum habeam, videor re-
22 nunciasse iuri meo saltem tacitè, † ideo frustra
conor per ratificationem redire ad id cui semel renunciaui *l.si quis iusiurandum.C.de reb.credi.l.vlt. C.de condit.insert.l.de die.§.si ff.qui satisd.cog. Din.in*
23 *c.ratihabitio,de reg.iur.in 6.* † In omnibus etiam dis-
positionibus potest haberi ratum, quod alieno nomine gestum est; vt in iudiciis *l.licet, C.de procu-*
24 *rat.* † In contractibus *l.vlt.C.ad macedon.* In quasi
contractibus *l.pomponius, la 1. de neg.gest.* Et in di-
25 stractibus *l.vero procuratori, 12.in fin.ff.de solut.* Et †
in vltimis voluntatibus *l.donation.C.de donation.inter vir.& vxor.* Et in delictis *l.1.§.quoties ff.de vi & vi armat.In Monac.in c.quam sit, 6.num.16.& 17.de*
26 *elect. in 6.* † Vbi tamen omnia prædicta intellige,
dummodo semper ratificatio fiat intra illud tempus, quod requiritur à lege, vel statuto, vt debeat fieri iuxta *l.penult.ff.rem rat.hab. latè Surd.consil.157. nu.17.& 18.lib.2.& decis.206.nu.2. & decis.111.nu.2.*
27 † Maximè quando agitur de præiudicio tertij, cui
medio tempore fuit ius quæsitum, tunc enim non retrotrahitur, & debet fieri eo tempore, quo actus potuisset expediri. *Idem Surd.decis.189.nu.18. & consil.9.nu.53.Paris.consil.77.num.38.lib.1.*

Prout etiam mortuo vno ex contrahentibus non datur amplius ratificatio, cum eo tempore actus non
28 posset fieri, † sicuti insinuatio donationis, quæ est
quædam ratificatio donationis, non fit post mortem donantis, cum eo tempore non daretur ratificatio, quemadmodum etiam pupillo defuncto non possunt hæredes ratum habere, quod nulliter gestum erat in vtilitatem eiusdem pupilli *Surd.* qui omnes dictos casus comprobat *consil.9.num.53. vsque ad 57.lib.1.* vbi quod est vtilis inuestigatio il-
29 lius quæstionis, † an sententia lata ad fauorem
minoris valeat ipso iure, vel damnum minore ratificante, quia si non valet nisi secuta ratihabitione non poterit hæres pupilli ratificare *Salic.in l.si tutor, nu.2.C.in quib.caus.in integr.rest.non est necessar. Bero.quæst.103.num.3.& 4.Caualcan.de tutor.nu.31.*

Quem-

Quemadmodum etiam rescriptum ad lites impetra-
tum per coniunctam personam valet, quamuis
30 non habeat mandatum ad impetrandum † & hic
est vnus casus, in quo coniunctus potest facere ea,
quæ requirunt speciale mandatum, cum regula-
riter hoc ei non permittatur, ad hoc enim vt con-
31 iunctus possit agere pro coniuncto, † oportet, vt
caueat de rato, & quod casus non requirat specia-
le mandatum *Felin.in c.nonnulli, 28.§.sunt & alij n.
16.fall.8.post.Abb.ibi in 3.notab. de rescrips.* Quod ta-
men dixi intelligendum esse cum de hoc quære-
retur, dummodo coniunctus, pro quo fit impetra-
32 tio habeat ratam impetrationem, † quia si non ra-
tificat non valet *Host.Io. Andr.& Imol.in c.ex par-
te,de rescript.*

Nec obstat quod contrarium ibidem sequatur *Bar-
bat.* ob illam rationem, quia *in c.nonnulli,§.sunt &
alij de rescript.* ponitur regula, quod impetratio sine
speciali mandato non valet, postea datur exceptio,
33 nisi fiat à coniuncta persona, ergo † vt exceptio sit
proprie de regula sequitur quod impetratio con-
iuncti debeat valere absq; vlla ratificatione, argu-
mento *l.nam quod liquide, §.fi.ff.de pen.legat.* Quia
34 responderur, † quod lex noua in dubio non præ-
sumitur velle corrigere veterem *cap. cum expediat.
de elect.in 6.* & cum *in dict. §.sunt & alij.* admittan-
tur simpliciter illæ personæ à quibus non exigitur
de iure mandatum, videtur canon in specie ap-
probare illa iura, & per consequens ea extendere
ad hunc casum cum suis qualitatibus, id est prout
35 declaratur per alia iura ciuilia, † videlicet dum-
modo sequatur ratificatio *l.3.§.1.ff.iud.solu. Abb.in
cap.ponulum.de re iudicat.* vbi quod istæ coniunctæ
personæ non efficiuntur à lege procuratores, licet
admittantur sine mandato, sed requiritur ratiha-
36 bitio, † maximè ne admittantur duo specialia,
quæ simul non debent concurrere *l.1.C.de dot.pro-
miss.* Vnum scilicet, quod coniunctus debeat ad-
mitti in casu requirente speciale mandatum con-
37 tra regulas iuri † *l.sed & hæ,ff.de procurator. l.pom-
ponius in fin.ff.eod.tit.l.illud, & l.patri,ff.de minorib.
Cardin.in clem.vnic.vers. quem etiam, ad fin.de con-
cess.prabend. Doctor.in l.exigendi, Cod. de procurato-
ribus.* Alterum, quod non sit opus ratihabitione
contra aliam regulam, de qua in *l.pen.ff.rem.rat.
38 hab.l.1.C.quib.res iudic.non noc.* † Et ita in propo-
sito nostro ad *Barbat.* respondet *Felin.in cap.non-
nulli,28.§.sunt,& alij,n.16.col.18.ad med. vers.sed ad
istud potest responderi, de rescript.* vbi etiam quod
non obstat illa dictio, nisi, de qua in *d.§.sunt & alij,*
39 quæ licèt inducat exceptionem à regula, † Tamen
exceptio, & eius natura non facit includi in di-
spositione illud, quod alias secundum naturam di-
spositionis non includebatur *l.paulus, alias incip.
mora.vbi Florian. ff.de vsur. Bartol.in l.generaliter,
§.vxori,ff.de vsu legat. Ang.in l.Incius,§.pluribus,vbi
Imol.ff.ad trebell. Bald.& Castr.in l.in his,ff.de legi-
bus,Felin.in cap.quoniam frequenter 5.in prino.vt lit.
non contestat.*

Quod etiam est in causa beneficiali deuoluta ad
Curiam per appellationem partis, in qua pars ap-
40 pellata † non potest vti commissione impetrata
nomine appellantis per falsum procuratorem,
nullum habentem in hoc mandatum, nec appel-
lante ratificante, non enim poterit appellatus pro-
cedere in causa vigore eiusdem commissionis, nisi
41 adsit ratihabitio appellantis, † cum rescriptum
sit nullum tanquam impetratum absque manda-
to *cap.nonnulli de rescrips.* Nam quamuis reus possit
vti rescripto contra ipsum impetrato etiam inuito
42 impetrante, & etiam ante præsentationem † *In-
noc.& alij in c.prudentiam,de offic.delegat. & in cap.
ex conquestione, de restit.spoliator.* Tamen hoc in-
telligitur, quando constat de impetrante, seu de
cuius mandato, aut ratihabitione *l.si quis iniquum,
43 3.§.si procurator,ff.quod quisque iur.* † Quamuis ve-
rior sit opinio, quod in hoc casu non requiratur
mandatum, aut ratificatio, cum etiam sine ea possit
appellatus vti dicta commissione, & procedere in
44 causa, quia † huiusmodi commissiones, quæ
fiunt in curia sunt duntaxat distributiones, & mo-
dica iurisdictio, seu verius nulla datur per eas, cum
solùm detur exercitium iurisdictionis, quam Au-
ditor habet habitu, licèt non actu habeat exerci-
tium, quod exercitatur per dictas commissiones,
prout dicitur de ordinario *c.licet in corr[illegible]dis, de
45 offic.ordinar.* † & Auditores sacri palatij habent or-
dinariam in audiendo, & cognoscendo *clem.audi-
tor.de rescrips.* Cum etiam Papa possit huiusmodi
habitum deducere in actum committendo tale
46 exercitium etiam nullo petente, † nam etiam ipse
aliquando proprio motu dat iudicem *cap.cum olim,
de offic. delegat.cap.inter sollicitudines de purgat. ca-
nonic.* Et idem Papa est, qui committit, & per suum
Cursorem huiusmodi commissiones præsentantur,
non autem per partes, ita in specie concludit *Rot.
decis.61. alias 430.de appellat.in non.* vbi, quod ita
47 fuit resolutum per omnes, vno excepto, † subdens
hoc maximè procedere, quando de speciali man-
dato Papæ aliqua causa committitur, tunc enim
ipse ad nullius instantiam id facere videtur argu-
mento *c.si motu proprio, de prabend.in 6.* Cum etiam
huiusmodi commissiones sint communes, quando
præsertim in eis nomen rei, siue appellati exprimi-
tur, Quare meritò idem appellatus poterit vti præ-
dicta commissione, maximè in causa legitimè de-
uoluta, & de speciali mandato Papæ commissa,
quod etiam voluit *Rot.decis.425.alias 60.de appell.
in nou.*

Quibus addendum est, quam magis vltra prædicta
constat de desertione, quia iste tertius, qui repro-
48 duxit instrumentum appellationis † fecit hunc
actum tanquam procurator, vnde allegando
mandatum facit se alienum à legis prouidentia,
cùm etiam vitietur in totum rescriptum, seu di-
spositio, si in ea interueniat pro parte falsitas, &
pro parte veritas, maximè quia attenditur potius
causa nocens, ideo est distinguendum sub quo no-
mine compareat, & quod potuit noluit, quod vo-
luit adimplere nequiuit, & actus gestus ex capite
incongruo, non potest sustineri ex congruo, ex
49 quo fieri potuisset, † Ita in specie per prædictas
rationes, & similes concludit *Felin.in cap.nonnulli,
28 §.sunt & alij, num.16. vers. limita secundo post
Bald.ibid.de rescript. per text. in l.martius, Cod.de
procurat. Idem Bald.in cap.ex parte decani, eod.tit.
Roman.consil.446.num.6.vbi Mandos.in verb.verio-
rem, Io.de Amic.cons.115.num.9. Decian.in l.si dona-
tione,num.32.C.de collation. Marant.de ordin. iudi-
cior.distinct.16.num.17. Alex.in l.exigendi,vers.vlti-
mo fallit,C.de procurat.* & concludunt omnes *in l.1.
C.eod.tit.*

Immo in casu nostro omissis omnibus supra addu-
ctis, magis desertio est clara, quia fuit opposi-

50 tum in actis, † vt nemo audiretur absque mandato, ita vt per subsequentem ratificationem acta non possent reconualidari, ob quam protestationem erat facienda repræsentatio huiusmodi appellationis per personam legitimam, & non per tertium omnino extraneum. Ita vt neque tunc detur ratificatio, cum quis non possit habere ratum, quod fuit gestum à falso procuratore, quando defectus mandatis oppositus fuit ante finem actus, iuxta receptam opinionem, de qua testatur *Pinel. in l. 1. p. 3. n. 33. in fin. C. de bon. matern. Ias. in l. licet, n. 10. C. de procur. Aret. in § item si, col. pen. instit. de exception. Cast. in l. licet, ff. de iudic. Felin. in c. causam, il 1. quod est 11. col. 4. in fin. vers. & non obstat quod aduersarij, eod. tit. de iudic.* Immo stante huiusmodi oppositione, quod nemo audiatur nisi docto de legitimo mandato, non sufficiet, quod ex aliquibus conie-
51 cturis præsumatur mandatum, quia, † ad istum effect[...], vt acta subsecuta sustineantur est necessaria productio realis mandati *Rot. coram Card. Millino Romana secretariatus, 20. Nouembr. 1592. post Aym. ibid. allegatum, cons. 108. n. 1. in fin. & Guidobon. decis. 28.* vbi etiam, quod satis est talem protesta-
52 tionem fuisse factam in prima instantia, † quamuis in secunda non fuerit repetita, cum effectus protestationis semper duret, donec sit factus aliquis actus contrarius non contradicente parte, præsertim quia protestatio non fit respectu instantiæ, sed causæ, & litis, quæ durat donec lex existit *Felin. in c. cum m. ferrariensis, n. 109. de constit.*

EPITOME.

Reseruatio Papæ quid operetur in beneficiis. ¶ Et quando expiret. ¶ Possessio qualiscumque an sufficiat si agatur incidenter inter prouisos de validitate collationis. ¶ Et quid si tractaretur de immutanda qualitate beneficij, vt fiat de regulari sæculare. ¶ Status vltimus quo casu attendatur in beneficialibus. ¶ Dispositio *c. consultationibus, de iur. patron.* an habeat locum in collationibus. ¶ Beneficia collectorum, & subcollectorum an sint reseruata Sedi Apostolicæ. ¶ Et an satis sit deputatio, & acceptatio, quamuis officium non exerceatur. ¶ Possessor triennalis beneficij reseruati an possit molestari. ¶ Terminius vnius anni, de quo in regula de annali quando incipiat currere. ¶ Et an impedimentum attendatur. ¶ Et quale illud esse debeat. ¶ Regula de annali an sit producenda. ¶ Instituta accusatione de simonia aduersus annales possessores an habeant locum termini dictæ regulæ. ¶ Productio in iudicio quando operetur. ¶ Regulæ Cancellariæ an sint seruandæ vbique locorum. ¶ Et an obtineant vim legis. ¶ Et an sufficiat publicatio illarum facta Romæ, absque eo quod alibi publicentur. ¶ Oppositio regulæ de annali an admittatur in secunda instantia, & post rem iudicatam, & post relaxatas executiones, & in causa restitutionis in integrum. ¶ Signum notarij in fine libri instrumentorum an censeatur appositum in fine cuiuslibet instrumenti eiusdem libri.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia collectorum, & subcollectorum sunt reseruata Sedi Apostolicæ, & ad istum effectum sufficit sola deputatio & acceptatio, quamuis officium non exerceatur, num. 2.*

3 *Reseruatio Papæ afficit beneficia auferendo potestatem ordinario, & legato illa conferendi, & num. 6.*

4 *Reseruatio generalis abrogat omnes leges, & statuta tollendo omnem facultatem aliis collatoribus.*

5 *Clausula decreti irritantis omnem titulum & possessionem inficit, & ligat manus inferioris, vt non possit conferre, num. 9.*

7 *Reseruatio expirat per collationem Papæ, etiam possessione non subsecuta.*

8 *Vltimus status attenditur in beneficialibus. Declara vt num. 11.*

10 *Possessio qualiscumque sufficit, quando agitur incidenter inter prouisos de validitate ipsius collationis etiam ad effectum excludendi reseruationem Papæ, quidquid alias illa non sufficeret ad immutandum qualitatem beneficij, vt fiat de regulari sæculare. Intellige vt num. 11.*

12 *Dispositio* c. consultationib. de iure patronat. *locum habet etiam in collatione.*

14 *Quasi possessio non attenditur, quando constat de proprietate.*

15 *Status vltimus sæcularitatis sufficit dummodo non probetur alium statum legitimum præcessisse, n. 16.*

17 *Possessor triennalis beneficij, quod prætenditur reseruatum an possit molestari, & præsumatur dispensatus.*

18 *Regula de triennali an excludat beneficia reseruata, & qualia illa sint.*

19 *Terminus vnius anni, de quo in regula de annali an incurrat interim, dum aduersus rescriptum opponitur, & quid stante impedimento, n. 21.*

20 *Impedimentum debet esse iustum, vt tempus non currat, & non excusat quando potest faciliter peti prorogatio temporis, num. 23.*

22 *Impetrans tractat de lucro, ideo illi non suffragatur impedimentum.*

24 *Protestatio de impedimento an requiratur.*

25 *Instituta accusatione de simonia aduersus annales possessores an habeant locum termini regulæ de annali.*

26 *Variatio non admittitur non exprimendo vnum modum vacandi, nunc alium.*

27 *Regula de annali, quamuis sit notissima, debet tamen produci.*

28 *Productio facta Iudici particulariter non iuuat, nec dicitur de actis, nisi pars citetur ad dicendum contra producta cum oblatione copiæ.*

29 *Impetrationes de beneficio per triennium pacificè possesso sunt inanes, si ipse possessor opponit.*

30 *Oppositio regulæ de annali admittitur in secunda instantia, & in causa restitutionis in integrum, & post rem iudicatam, & post relaxatas executoriales.*

31 *Regulæ Cancellariæ habent vim legis, & sunt seruandæ vbique locorum, neque publicatio requiritur in omnibus ciuitatibus, sed sufficit illas publicatas esse Romæ.*

32 *Regula qualibet Cancellariæ habet distinctam legem, & decretum irritans appositum in fine comprehendit omnes regulas præcedentes.*

33 *Signum notarij in fine libri instrumentorum censetur appositum in fine cuiuslibet instrumenti eiusdem libri.*

34 *Renunciare dicitur gratiæ, qui non terminat causam infra annum sibi datum.*

CAPVT

CAPVT DLXXIV.

Beneficia collectorum, & vnicorum subcollectorum quorumcunque sunt reseruata Sedi
1 Apostolicæ † per regul.4. cancellar.& in extrauag. ad Roman.14. de præbend. inter communes: Felin.in cap.in nostra 32.col.17.in fin.corollar.21. n.20. de rescript. Ita vt ad istum effectum sufficiat sola depu-
2 tatio subcollectoris,& acceptatio, † & quod pro tali subcollectore sit communiter reputatus, ac fuerit paratus dictum officium exercere, quamuis actualiter non exercuerit, quia forsan non venit occasio, vel alias fuerit legitimo impedimento detentus, Chissanen.decis.24.cum aliis per Gonzal. ad reg.8. cancell.gloss.51.num.71.& 72.

Hoc stante non potuit huiusmodi beneficium reseruatum conferri per ordinarium, nec per executorem seu legatum, cum reseruatio Papæ afficiat be-
3 neficia super, & de quibus fit, † & inficit totum quidquid disponitur in contrarium auferendo potestatem conferendi,& omnem modum disponendi circa id, de quo agitur, ita vt non possint impetrari, nec per alium conferri, nisi per Papam Rot.decis.1.alias 173.nu.3.ad med.& num.5.de rerum permutat. in nou.per text. in cap.si eo tempore 45. de
4 elect.in 6.c.2.de præben.c.dudum 4.eod.tit.in 6.† Maximè, quia sumus in reseruatione generali, quæ abrogat omnes leges, vel statuta,& remouet omnem facultatem conferendi, ac omne impedimentum Mandos.reg.4.qu.7.nu.2. Stante præsertim decreto irritant, & aliis clausulis, de quibus in d.extrauag.
5 ad Roman.14. de præbend. inter commun. † Ex quibus titulus, & possessio inficitur per papalem reseruationem Rot.decis.3. aliàs 16. num.1. de restitut. spoliat. in nou. & decis.10.aliàs 475. & decis.11. aliàs 56.in princ.de caus.possess.& propriet.Bisignen.decis.1. n.6.de restit.spoliat.& decis.1.n.5. vt lit.pendent.nihil
6 innouet.in antiquiorib. † Cùm hic sit proprius,& peculiaris effectus reseruationis ligare potestatem inferioris circa beneficium reseruatum, ita vt super eo nihil omnino possit Rot.decis.32.alias 858. n.2.de præbend.in antiq.per cap.cum dilectus, de iur. patron.c.si eo tempore, de elect.in 6.clem.cum ei quem,
7 de concess.præbend. † Ita vt talis facultas disponendi de tali beneficio non dicatur restituta inferiori, nisi post collationem Papæ, cum per eam solam talis reseruatio expiret etiam possessione non subsecuta Rot.decis.24.n.1.de præbend.in antiq.

Non obstat, quod beneficium de quo agimus, fuerit bis collatum tanquam non reseruatum per ordi-
8 narium post talem reseruationem, † adeo vt iste vltimus status sit attendendus in beneficialibus, tanquam præualeat vltima, atque immediata quasi possessio Rot.decis.49.aliàs 557.ante med.de rescrip. in antiq.Oldrad.cons.312.n.2. Ferret.cons.288.nu.11. & 12.& cons.210.n.4. Quia stante decreto irritanti
9 erant ligatæ manus ordinarij, † qui non poterit conferre, vnde collatio non valet, neque potest considerari aliquis vltimus status, nec aliqua vltima,& immediata possessio, cum per papalem reseruationem illa inficiatur vna cum titulo Rota decis.3.n.1.de restitut.spoliator. in nouis. vbi, quod tale decretum Papæ in reseruationibus appositum, facit vt quilibet titulus, & possessio careat omni effectu & adminiculo iuris, sine quo omnis possessio in beneficialibus non procedit, & est inualida Innoc. in cap.ex parte, de restitut.spoliat.& in cap.vnic.de eo qui mittit. in possess. lib.6.

Nec facit, quod in casu nostro agatur incidenter inter prouisos de validitate ipsius collationis, tunc
10 † enim ad istum effectum sufficit qualiscumque possessio, quidquid aliàs forsan illa non sufficeret ad immutandum qualitatem beneficij, puta, quod de regulari efficiatur sæculare, vel quid simile, cum satis iste, quod sit vltimus status sustineat collationem etiam ad effectum excludendi reseruationem Papæ iuxta consil.Calder.23.de præbend. quod sæpe approbauit Rot. de qua per Mohedan.decis. 8.aliàs 179.de priuileg. Put.decis.206.lib.1. Simonet. de reseruat. qu.70. Thom. de Tan.decis.1. & coram Cardin. Pamphil. Vicentina beneficij, 19.Nouembris 1599.& coram R.P.D.Penia Ferrarien.prioratus,17.
11 Martij 1608. † vbi in specie constabat de vltimo statu sæcularitatis, nam beneficium tanquam sæculare fuerat in titulum collatum ab ordinario, quod licèt à sua primæua origine fuisset regulare, & propterea prætenderetur reseruatum, tamen quia non aderat aliqua lis inter ipsos principales collatores, sed inter prouisum ordinarium, & Apostolicum, fuit conclusum debere attendi istam quasi possessionem, & vltimam statum beneficij, ad sustinendam collationem ordinarij, & ad effectum excludendi reseruationem Papæ iuxta dict.
12 cons. Calder.23. † Quibus additur text.in cap.consultationibus 19.vbi Abb.nu.2.de iur.patronat. cuius canonis dispositio, licèt loquatur de eo, qui est in quasi possessione præsentandi. Tamen locum etiam habet in collatione Bald.cons.437.ex quo n.1. lib.2. cum sequitur Rot.coram R.P.D.Penia Ferrarien.prioratus, 8.Martij 1610.

Quia respondetur prædicta procedere, quando non
13 constaret de legitimo statu præcedenti, † tunc enim non attenditur vltimus status contrarius neque ad effectum validitatis collationis, nisi probetur legitimè præscriptus, & mutatus spatio quadraginta annorum, prout ita intelligendum esse consil.Calder.23. resoluit Rot. coram R.P.D. Penia.Ferrarien.prioratus,25.Maij 1609.vbi etiam ita declarat aliam decisionem supra exaduerso allegatam coram eodem in eadem causa factam 17. Martij 1608. ob illam rationem de qua in cap.
14 consultationibus, 19. de iur. patronat. † quia quando constat de proprietate, non attenditur quasi possessio, quæ aliàs semper inspicitur ad effectum validitatis præsentationis, seu collationis, Rot. coram R.P.D. Marcomontio Mileuitana iurispatronatus, 18.Aprilis 1608. & est decis.Rot.2.de præ-
15 pend. in nou. vbi quod † sufficit status vltimus sæcularitatis, dummodo non probetur alium statum legitimum præcessisse, quod etiam communiter approbant Doctor. in cap. cum de beneficio.vbi Gemin. num.8. Franc.num.5.de præbend. in sexto. Milius in verb. beneficium, versic. beneficium si est impetratum tanquam sæculare. Felin.in cap. in nostra, 32.num.43.de rescript. Rot.coram Cardin. Blanchetto, Salamantina Vicarij, 15. Martij 1596. & coram Cardin. Lancellotto Ostunen. capellæ, 17.Decembris 1599.

Quare cum prouisus Apostolicus sufficienter probauerit præcedentem statum beneficij, de quo agimus, & quo ad illum gratia ipsius sit iustificata, prouisus ab Ordinario non potest eam impu-
16 gnare, † nisi concludenter probet mutationem status iuxta formam c.cum de beneficio, de præbend.

in sexto. ita vt hoc casu astringatur idem prouisus
ab ordinario ad probandum talem statum fuisse
seruatum per quadraginta annos, & non minori
spatio temporis, qui non suffragaretur stante pro-
batione facta per prouisum Apostolicum de con-
trario statu, *Rota decis. 2. de prabend. in nou. & coram
R.P.D. Penia Ferrariens. prioratus* 25. *May* 1609.
& prius in eadem causa *coram eodem* 1. *Decembr.*
1608. *& coram Cardin. Pamphilio Perusina sancti
Beneueniatu*, 19. *May* 1588. *&* 17. *May* 1589. *&
coram R.P.D. Comitulo, Florentina commenda deci-
monono Iunij* 1589.

An autem triennalis possessor beneficij, quod præ-
tenditur reseruatum, possit molestari, erat particu-
lariter videndum & *Rebuff. de pacific. possessorib. nu.*
17 137. *&* 259. † concludit negatiuè, quem sequitur *Rot.
coram R.P.D. Penia Ferrariens. prioratus*, 8. *Martij*
1610. *col. 2. in fin.* vbi quod in tali possessore trien-
nali præsumitur dispensatio, vnde non poterit ei
molestia inferri in beneficio sic pacificè possesso
per triennum, quamuis post mortem sæcularia
tale beneficium non debebitur sæculari, si non
fuerit per quadraginta annos possessum, vt *in dict.
decis. Ferrarien. prioratus.*

Et regula de triennali quamuis excludat beneficia re-
seruata, Tamen additur ibid. quod reseruatio sit
18 generalis in corpore iuris clausula, † quæ est illa, de
qua disponitur *in cap. 2. de prabend. in 6. lati Gomes.
de trienn. quast.* 31. *fol.* 409. vbi etiam quod illa sola
dicitur reseruatio in corpore iuris clausa, cum aliæ
reseruationes, de quibus *in Extrauag.* non sint ta-
les, sed quoniam de hia modo non est quæstio,
Deo dante alibi tractandum erit.

Quo verò ad aliud, de quo quæritur concludendum
est, quod terminus vnius anni, de quo *in regula* 34.
19 *de annali possessore.* † currit interim, dum aduersus
commissionem, seu rescriptum opponitur, stante
magna impetrantis negligentia, in facto præsup-
posita, Nam ex hoc fit, quod impedimentum non
sit iustum, prout tale debet esse ad effectum, vt
20 tempora non currant † *l. 1. in fine, C. de annal. except.*
Nam solùm ob iustam causam tempus impedi-
menti subducitur de medio, & reliquum compu-
tatur *cap. auditis, de prascript. cap. cum nobis, & c. de
quarta, eod. tit. Gomes.* qui de communi *in reg. de an-
nal. qu.* 71. *in princ. Card. cons.* 87. *num.* 4.

Immo etiam cessante dicta negligentia impetrantis,
21 & stante impedimento, † verior est conclusio,
quod tempus anni, de quo *in dict. regula de annali.*
currat etiam impedito propter facilitatem impe-
triendi prorogationes, & propter illa verba, de-
beat, & teneatur, posita in dicta regula, quæ præ-
cisam necessitatem ostendunt, maximè quia sunt
geminata, ita vt ex eis magis colligatur Papam re-
quirere implementum suæ dispositionis in om-
nem casum, remota quacumque exceptione, aut
excusatione, præsertim quia impetrans tractat de
22 lucro, † ideo ei non suffragatur impedimentum,
quod solum prodest ei, qui tractat de damno. Et
contraria procedunt, quando ageretur de amis-
sione iuris iam quæsiti, non de illius acquisitione,
seu de impetratione obtinenda ab eo, qui est do-
minus beneficiorum, per quem fuit data forma
præcisa, quæ est ad vnguem obseruanda, stante
etiam fauore publico, ob quod emanauit ista re-
gula, adeo vt lucrum impetrantis debeat cedere
dãno, & periculo Reipublicæ, quæ semper est præ-
ferenda priuatæ voluntati, Ita per supradictas, &
similes rationes latè in specie concludit *Mandos.
reg.* 34. *de annal. qu.* 79. *num.* 7. *&* 8. *fol.* 192. Maximè,
23 quia † hoc impedimentum semper actor potest
tollere per temporis prorogationem, quam Papa
nunquam solet denegare impedito *Gomes. de an-
nal. possess. qu.* 71. *in princ. vers. & hoc putarem verum,*
24 *& de triennal. qu.* 57. *in fin.* † An autem protestatio
sit necessaria de impedimento, & detur restitutio
non est præsentis inspectionis, cum de istis non
quæratur, & ponit *idem Gomes. de annal. qu.* 75. *&*
76. *Mandos. ibid. quast.* 83.

Circa aliam difficultatem resoluendum est pro affir-
matiua, quod videlicet instituta accusatione de
simonia aduersus annales pacificos possessores
25 † locum habeant termini dictæ regulæ, cum
enim iste certus modus vocationis fuerit expres-
sus per impetrantem beneficium anno ab alio pa-
cificè possessum, prout erat exprimendus iuxta
dispositionem regulæ, debet seruari forma eius-
dem regulæ in probando modum specificatum,
seu modum vocationis expressum, adeo vt si in
illius probatione succumbat, vel non probet in
26 tempore præfixo per regulam, † non sit locus va-
riationi, nunc exprimendo vnum modum vacan-
di, nunc alium modum vacationis supponendo,
argumento *l. si rem aliquis, in princ. ff. de rei vendi-
cat. Gloss. Bart. & alij in fin. C. de annal. except. Card.
in clem. constitutionem*, §. *sen, qu.* 2. *num.* 3. *de elect.* &
notat *Mandos. in reg.* 34. *de annal. qu.* 81. *nu.* 1. *&* 2.
& ibi Gomes. qu. 28. *num.* 2. *vers. in contrarium, & n.*
3. *vers. sed tenendo primam partem.*

Alterum dubium decidendum est, quod regula
Cancellariæ de annali, quamuis sit notissima &
27 famosa, † debeat produci, Ita vt non sufficiat
sola allegatio illius ad effectum, vt ipso iure an-
nulletur gratia impetrantis, sicut faceret lex
communis absque aliqua productione in actis
facienda, Quia ista regula, ac eius decretum
irritans concernit fauorem possessorum, Vnde
non ligat contrauenientes, nisi idem possessor
vtatur dicto decreto irritanti, ita vt non habea-
tur certitudo huiusmodi vsus, nisi possessor re-
gulam in actis producat, quia tunc manifestè ap-
paret eum vti velle decreto regulæ contra suum
aduersarium, adeo vt neque Iudex hoc casu
possit supplere talem exceptionem omissam,
quamuis sciat parti competere, immò etiam ne-
que sufficiet producere illam Iudici particulari-
ter, cum secundum eam non debeat Iudex iu-
dicare, nisi fuerit producta, & registrata in actis,
28 † & tunc dicetur esse de actis quando pars est ci-
tata ad dicendum contra productã præuia oblatio-
ne copiæ secundum opinionem *Bart. in extrauag.
ad reprimendum, in gloss. in verb. de plano. Rom.
consil.* 519. *num.* 3. *ad med.* & latè in propriis termi-
nis regulæ, de qua agimus ita esse faciendum de-
clarat *Gomes. de annal. quest.* 4. *per tot. Mandos.
reg.* 31. *quast.* 11. *num.* 1. *Gonzal. ad reg.* 8. *cancell. gloss.*
56. *num.* 83. vbi etiam de triennali, quæ dum dispo-
29 nit, quod impetrationes censeantur inanes † & ir-
ritæ de beneficio per triennium pacificè posses-
so, intelligitur ita demum si ipse possessor opponat
Staphil. de litter. grat. tit. de vi & effect. clausul. §. *suc-
cessiuè, num.* 4. *&* 6. cum similibus de quibus per
Felin. in cap. cum ex officij, n. 36. *de prascript. Silua de
benefic. part.* 3. *quast.* 9. *Gonzal. ad reg.* 8 *gloss.* 66. *num.*

19. *&*

30 16. & 45. † vbi etiam, quod de dicta regula de an-
nali poterit apponi in secunda instantia, & in cau-
sa restitutionis in integrum, & post rem iudica-
tam, & post relaxatas litteras executoriales, *Gomes. in reg. de annal. qu. 5. num. 3.*

Et istæ regulæ cancellariæ habent vim legis, & sunt
31 seruandæ tam in Curia, quàm extra, † iam in Fran-
cia, quàm vbique locorum, & omnes vniuersaliter
ligant, neque requiritur publicatio in omnibus
prouinciis, & ciuitatibus, cum sufficiat illas solum
Romæ publicari *Capell. Tholos. decis. 445. Cassan. cons. 10. n. 25. Ioan. Andr. in c. nemo potest, de regul. in sexto. Ioan. Monach. in cap. in generali, eod. tit. in sexto.* & latissimè prosequitur *Gomes. in proœm. regul. cancell. qu. 2. per tot. Felin. in cap. 2. col. pen. de rescrip.*
Ita vt quælibet regula Cancellariæ sit de per se
32 prorsus distincta, & separata, † & contineat diuer-
sum numerum, & diuersam reseruationem consti-
tuendo distinctam legem, adeo vt decretum irri-
tans appositum in fine comprehendat omnes regu-
las præcedentes non obstante tali distinctione
33 *Gonzal. ad regul. 8. glos. 1. n. 9. & 10.* † Exemplo signi
appositi per notarium in fine libri instrumento-
rum, quod censetur appositum in quolibet instru-
mento eiusdem libri, *Bart. in l. si quis ex argentariis, §. si iustinus, num. 33. in fin. ff. de edend. Mandos. in proœm. regul. qu. 2. num. 2. & 3. & qu. 3. per tot. Ias. in l. si ita stipulatus 126. §. grisogonus, n. 10. ff. de verb. oblig.*

Vltima difficultas deciditur ex his quæ superius dicta
sunt, quod videlicet istæ prorogationes quo ad
tempora præfixa in regula de annali solent conce-
di per Summum Pontificem, Ideo non potuit Offi-
cialis impedire cursum terminorum huiusmodi re-
34 gulæ, † cum non terminans causam infra annum
sibi datum, censeatur gratiæ renunciare, *Roman. cons. 431. Gomes. de annal. qu. vlt. in fin.* vbi quod im-
petrans beneficium contra annalem possessorem
debet esse diligens in faciendo derogari dictæ re-
gulæ, vel procurare prorogationem, vel quatenus
sit lapsum tempus petere nouam concessionem
anni *Mandos. reg. 34 qu. 76.*

EPITOME.

Donatio facta alicui, ita vt post eius mortem succedat Ecclesia in bonis donatis an possit reuocari. ¶ Et quid si adsit constitutum, vel reseruatio vsusfructus, vel pactum de non reuocando, & non contrauenniendo, vel iuramentum, vel stipulatio notarij, seu donatoris, vel extranei, vel primi donatarij. ¶ Vel quando adest contemplatio expressa, seu tacita eorum qui sunt substituti. ¶ Pater an possit reuocare donationem factam filiis in merè profectitiis. ¶ Nuncius quando validè acceptet donationem pro absente. ¶ Et an requiratur ratificatio. ¶ Dispositio alternatiua in qua fuit vocata mater, vel hæres an intelligatur, vt post mortem matris succedat hæres per fideicommissum. ¶ Alternatiua posita inter personas honoratas, in quibus cadit ordo charitatis an resoluatur in coniunctam. ¶ Clausula codicillaris an operetur circa non disposita. ¶ Dictio, infra, ita, vt supra, quid significet. ¶ Destinatio semel facta an possit reuocari. ¶ Dicta in præfatione an censeantur repetita in conclusione. ¶ Et quid si magnum interuallum intercesserit. ¶ In fideicommisso facto in contractibus an sit facienda strictior interpretatio, quam in eo quod fit in vltimis voluntatibus.

SVMMARIVM.

1 *Donans Titio ita vt post eius mortem bona donata vadant ad Ecclesiam an possit pœnitere, n. 7. 8. & 9.*

2 *Donatio facta absente potest reuocare ante acceptationem, quamuis adsit constitutum, seu reseruatio vsusfructus, vel pactum de non contrauenniendo, seu de non reuocando, cum similibus clausulis, num. 3.*

4 *Nuncius debet acceptare donationem pro absente, dummodo ad hoc destinatus fuerit, nec sufficit, quod casu talis denunciet donationem donatario.*

5 *Donatio acceptata per tertium pro absente non acquiritur, nisi sequatur ratificatio, & iurium cessio. Fallit vt num. 6.*

10 *Donatio est irreuocabilis, si fiat vxori, & filiis, quando illi sunt principaliter contemplati in bonis donatis, n. 12. Amplia etiam si per coniecturas posset colligi talis contemplatio, n. 11.*

13 *Reuocatio non datur in donatione iurata propter vinculum iuramenti.*

14 *Stipulatio notarij, & primi donatarij pro substituto facit donationem irreuocabilem ad fauorem eiusdem substituti. Quamuis non fuerit acceptata per substitutum, num. 15.*

16 *Pater an possit reuocare donationem in mere profectitiis, num. 17.*

18 *Dispositio alternatiua in qua fuit vocata mater, vel heres, intelligitur, vt post mortem matris succedatur per hæredem iure fideicommissi, & num. 21. Contrarium est verius, n. 22. & 24.*

19 *Causa finalis disponentis debet attendi.*

20 *Fideicommissum inducitur ad fauorem illorum ad quorum commodum destinatio proponitur.*

23 *Alternatiua posita inter personas honoratas, inter quas cadit ordo charitatis, non resoluitur in coniunctam, & n. 35. Amplia vt n. 25.*

26 *Clausula codicillaris non operatur circa non disposita, sed intelligitur adiecta ad conualidandum ordinata.*

27 *In fideicommisso facto in contractibus est facienda strictior interpretatio, quam in eo, quod fit in vltima voluntate.*

28 *Dictio, infra, habet relationem ad inferius dicenda, & secundum ea regulatur, assumendo quod postea dicetur, & omittendo quod prius dictum est, quamuis aliquando fiet etiam restrictiue, & n. 33.*

29 *Destinatio semel facta potest reuocari expressè & tacitè, & num. 30.*

31 *Dicta in præfatione an censeantur repetita in conclusione, quando magnum interuallum temporis intercessit, & n. 32.*

34 *Dictio, ita, inducit formam, & modum determinatum cum certis qualitatibus.*

36 *Clausula, vt supra, est repetitiua qualitatis prius positæ, ita vt dispositio sequens reguletur in omnibus ab antecedente, n. 37.*

38 *Actus est potentior verba, & declarat intentionem concedentis.*

CAPVT DLXXV.

* *Adde supr. ad cap 49 n. 40. & ad c. 332 n. 12.*

CONtrouersa * est opinio inter Doctores an si quis donauerit Titio, ita vt post eius mor-

1 tem bona donata vadant ad Ecclesiam, † an pos-
sit pœnitere, & reuocare donationem, & quidem
Bart. in l. qui Roma, §. flauius, in fin. de verb. oblig.
concludit affirmatiuè, quod subsistat talis reuoca-
tio, Nam cum fuerit facta donatio absenti, quam-
nis sit ad pias causas potest reuocari ante accepta-
2 tionem si non adsit aliquis, † qui pro illa stipule-
tur *Gloss. in l. vlt. C. de sacrosanct. eccles. Rubeus con-
sil. 132. Couarruu.* qui de communi *in rubr. de testam.
part. 3. nu. 13. Paris. consi. 77. nu. 15. lib. 1. Roman. consi.
295. latè Surd. consi. 351. nu. 29. lib. 3. Clar. in §. donatio,
quæst. 12. in fin. Molin. de primogen. hispan. lib. 4. c. 2.
nu. 58.* vbi *num. 30. vsque ad* 68. ampliat, quamuis ad-
3 sit constitutum, † seu reseruatio vsusfructus, vel
pactum de non reuocando, vel non contraueniendo,
& iuramentum. Immo etiam si nuncius inter-
uenit, oportet quod ad hoc fuerit destinatus, nec
4 sufficit, quod casu † aliquis denunciet talem dona-
tionem donatario, *Gloss. in l. nec ambigi, Cod. de do-
nat.* etiam inspecto iure canonico *Surd. consil. 351.
nu. 30. lib. 3.* Adeo vt quamuis aliquis tertius accep-
5 tasset donationem pro absente, † tamen non acqui-
ratur irreuocabiliter donatario, antequam ille ra-
tificet acceptationem, & assequatur iurium ces-
sionem, cum non perficiatur donatio, nisi secuta
ratihabitione, vnde ante poterit reuocari, non ob-
6 stante, quod tertius acceptauerit, † quidquid aliud
sit in iudice, seu notario acceptante, quia in istis
personis publicis non requiritur cessio, sed statim
acquiritur *idem Surd. consi. 551. nu. 31. vsque ad 35. lib.
3.* licèt secundum alios valeat donatio, non interue-
niente nuntio, vel epistola dummodo donatarius
aliquo modo de donatione certificetur Mandos.
ad Roman. *consi. 171. in verb. vel epistola, & consi.
195. in princ.*

Huiusmodi opinio *Bart. in d. §. flauius, in fin.* compro-
batur à multis, qui eam sequuntur tanquam verio-
7 rem, & magis communem, † quos latè adducit
*Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit.
48. nu. 8. & 9. Cuman. consi. 166. num. 3. Aret. in dict. §.
flauius, col. 3 & ibi. Socin. Sen. num. 14. Ias. num. 14. &
15. Imol. num. 3. Gozad. consi. 75. num. 10. Rip. in l. vlt.
num. 220. secundus casus, C. de reuocand. donat. & lib.
3. responsor. c. 16. n. 3. Grat. consi. 25. n. 39 lib. 1. Cephal.
consi. 312. n. 104 lib. 2. Menoch. consi. 270. n. 74. & 75.
lib. 3. Afflict. in cap. 1. num. 18. si vassal. feud. priuet.* vbi
attestatur se vidisse pronunciari iuxta dictam opi-
nionem *Bart. in dict. §. flauius,* quam etiam tenet
*idem Bart. in l. 3. de seru. exportand. Clar. in §. dona-
tio, num. 5. ad med. Surd. consi. 150. n. 102. lib. 1. & con-
sil. 305. n. 40 lib. 3. & consi. 351. n. 35. lib. 3. & decis. 409.
n. 13. dixi supra c. 49. nu. 40. Alex. in l. adoptiuum, §.
patronum, num. 8 ff. de in ius vocand. & consi. 204. n. 4.
in fin. lib. 5. Ruin. consi. 182. n. 21. lib. 1. & consil. 99. n. 5.
lib. 3.*

Verum secundum alios opinio negatiua videtur ma-
gis in praxi recepta, quod non sit locus reuocatio-
8 ni istius donationis, † prout testatur *Roder. Soarez
in l. quoniam in prioribus, q. 8. n. 1. cum seq. C. de inoff.
testam. fol. 476. & allegat. 19. col. 3. Cenal. qu. 249. num.
2. & 3. Duenn reg. 216. post med. Gutierez in c. quam-
uis, n. 60 de pact. in sexto, & lib. 2. pract. quæst. cap. 52.
n. 2. & 3. Gratian. regul. 410. Parlador. rer. quotidian.
part. 2. c. 3. nu. 37. Gomes. ad leg. 40. taur. nu. 39. Vasq.
lib. 3. qu. vsufreq. cap. 62. n. 1. Mieres de maserat. part.
3. qu. 24. Benedict. in cap. raynutius, in verb. si absq; li-
beris, il secondo, n. 23. Fachin. lib. 8. controuer. iur. cap.
89. ad med. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor.
§. 34. in fin. vers. ad cuius confirmationem. Couarr. lib.
1. variar. resol. cap. 14. n. 7. post med. Ludouic. Molin.
de primogen. hispan. lib. 4. cap. 2. n. 74. post princ. vers.
contrariam autem sententiam, fol. 464.* qui omnes
attestantur opinionem Bart. esse magis communi-
9 ter reprobatam, † & vltra istos recentiores, etiam
Doctores antiqui illam non approbant, vt *Ca-
strens. consi. 164. in præsenti causa quæ vocatur, col. 7.
ante med. vers. sed illud dictum, n. 5 & in l. qui Roma,
§ flauius, vbi Socin. 6. 16. ff de verb. oblig. Idem Castr.
in l. si insulam, §. vlt. ff solut. matrimon. & in l. si pe-
cuniam, n. 11. & ibi Roman. n. 22. ff. de condict. ob caus.
Francisc. Albergot. in l. 3. ff. de seru. experiand. Dec.
consi. 58. pro tenui facultate mea, n. 3. & consi. 238. primo
non videtur, n. 5. post med. Alexand. consi. 107. nu. 12.
lib. 4. Aym. consi. 135. num. 10. in fin. Menoch. consi. 96.
n. 75. lib. 1.*

Ex quibus apparet, quod dum in casú proposito
quæritur an sit locus reuocationi donationis, dif-
ficile est fundare, quæ opinio sit attendenda, cum
hinc inde adsint auctoritates, Quidquid autem sit
10 de huiusmodi quæstione † dicebam in facti spe-
cie, de qua agimus, donationem fuisse irreuocabi-
lem, quia sumus in filiis donatoris, qui fuerunt
principaliter contemplati in bonis donatis, in
quibus vxor non concurrit cum eisdem aliis ne-
que illis præfertur, sed propter illorum existen-
tiam ab ipsomet initio donationis in totum ex-
cluditur cum verbis apertis, perinde ac si ei dona-
tio facta non fuisset tunc enim istud pactum tan-
quam conuentum gratia donatarij non poterit
reuocari, nisi expresse per eum consensus præste-
tur, prout in specie limitando opinionem Bart.
concludit Aret. *in l. qui Roma § flauius, num. 9. vers. si
autem ex alia coniectura, ff. de verb. oblig.* & sequitur
Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 48.
n. 9 ad med per text. in l. quæsitum, de seru. exportand.
l. 1. ff si mancip. ita fuer. alien.* qui Doctores loquun-
11 tur in casu magis dubitabili, † quando videlicet
posset colligi ista contemplatio donatarij per con-
iecturas, cum tamen in nostra facti specie clarè
appareat filios esse principaliter contemplatos,
non autem per coniecturas, & præsumptiones,
adeo vt magis sit concludendum, quod non ad-
12 mittatur amplius reuocatio, † quidquid aliud sit
quando pactum fuisset appositum gratia donan-
tis, seu illius hæredis, *Couarr. lib. 1. var. resol. cap. 14.
n. 8. in fin. vers. primum sanè censeo, Ias. in l. 2. nu. 111.
C. de iur. emphyt. post Bart. in l. vt iurisiurandi, §. si li-
beri, n. 6. ff de oper. liber.*

Accedat, quod sumus in donatione iurata, in qua non
datur amplius reuocatio propter vinculum iura-
13 menti, † quod operatur, vt contractus reuocabilis
ex sui natura fiat irreuocabilis, *Gloss. in l. si pecuniã,
in verb necesse, ff. de cond. ob caus. Guid. Pap. consi. 23.
n. 8. ad med.* & ita in specie concludit *Couarr. lib. 1.
variar. resolut. c. 14. n. 10.* vbi de communi opinione
testatur, & quod ita fuit iudicatum in Regio Sena-
tu Burdigalensi post *Gulielm. Benedict. in cap. raynu-
tius, in verb si absque liberis moreretur, nu. 23. in fin.
Rot. coram Card. Seraph. decis. 427. n. 6. & 7.* quæ est
eadem inter *decis. Rot. diuersor. 489. part. 1. Cardin.
Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 48.*

Additur etiam stipulatio notarij, & primi donatarij
post substituto in donatione, per quam illa fuit
facta irreuocabilis ad fauorem eiusdem substi-
tuti,

13 rati, † qui per ministrum videtur sibi prospexisse acquisitionem bonorum donatorum absque aliqua reuocatione *Bald.in l.cum à socero, num.7.vers. caue tibi,C.de iur.do.Cuman.in l.qui Romæ,§.flauius, num.6. Alex.num.9.ff.de verb.oblig.Ruin.cons.54.nu. 3.lib.1.Card.Manti.de tacit.& ambig.conuent.lib.13. tit.48.nu.13.* vbi testatur ita fuisse decisum per *Rot. coram Card.Seraph.Portuen.bonorum 27.Nouembris* quæ est inter impressas *decis.247.nu.1.& 2. Couarr.* qui de communi *lib.1.variar.resolut.c.14.num.11.& 12.Aym.consil.9.num.11. Roland.cons.19.nu.19. lib.1. Clar.in §.donatio,qu.13.in fin. Socin.Iun.cons.118.nu. 13.lib.2.Boer.decis.153.col.vlt.*

Immo ista procedunt quamuis non fuerit per tertium substitutum acceptata, seu ratificata dona-
15 tio,† cum sufficiat stipulatio primi donatarij, seu notarij qui stipulati sunt pro absente,nam hoc casu etiam ante acceptationem non est licita reuocatio *Couarr.in d.c.14. lib.1. var.resol.numer.11.& 12.* vbi quod hæc est verior opinio, & magis communis iuxta *l.quoties, C. de donat. quæ sub mod.* quidquid diuersum sit in aliis casibus, & sequitur *Cardin. Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.13.tit.48.n.15. in fin.post Gozad.cons.87.num.14.& in fin.versic.non obstat vltimum,Clar.in §.donatio,qu.13.Cardin.Seraphin.decis.427.num.2.* vbi quod hæc opinio magis procedit, quando pater, prout in casu nostro stipulatur pro filiis nascituris *l.quod dicitur, la 1.ff.de verbor.obligat.*

Neque obstat, quod pater possit reuocare donatio-
16 nem, quando sumus in merè profectitiis,† *Bald. in l.cum à socero,in fin.Cod.de iur.dot.* Quia hoc non procedit stante iuramento, stipulatione notarij, ac aliis supra adductis *Card. Seraph.decis.427.nu.4. & 5.* Maximè quia considerato tempore, in quod
17 confertur effectus donationis, † nempe post obitum patris, nulla ratio patriæ potestatis attenditur; & sic cessat ratio acquisitionis, vel alterius causæ ad fauorem patris: *idem Card.Seraph.dec.427.nu.3. ad med.iuxta l.quod dicitur, la 2.ff.de verbor.oblig.*

Alterum dubium de fideicommisso videbatur decidendum affirmatiuè, quod illud adsit, Quamuis
18 enim fuerit vocata mater, vel hæredes, Tamen ista verba alternatiua debent intelligi, vt post mortem matris, quæ successit, postea hæredes vocentur, & vnus post alterum iure fideicommissi admittatur, nam æquiparatur relictum disiunctum; vel sub nomine collectiuo, & disiunctiua posita inter personas, inter quas cadit affectio ordinata non resoluitur in coniunctam, Ita in specie concludit *Dec. cons.95.& pro tenui facultate, col.1 in fin.n.2.per text. in l.cum pater, § penult.vbi Bart.ff.de leg.2.* & sequitur *Aym.cons.147.nu.9. Marzar.cons.1.nu.6. Natt.* qui dicit non habere difficultatem *cons.470 num.8. vsque ad 11. Paris.cons.21.num.11.& 12.lib.3.Clar.in §.testamentum,q.80.num.5.*

Maximè quia in præfatione concessionis fuit destinata restitutio huiusmodi hæreditatis Matri, &
19 eius filiis, & descendentibus, † ex quibus verbis arguitur causa finalis disponentis, quæ debet attendi tanquam respiciens actum de futuro, *Bart.in l.2.§.vlt.ff.de donat.& in l demonstratio,§.quod autẽ, de condit.& demonstrat.Dec.cons.7.nu.15.lib.1.* Vnde erit inductum fideicommissum ad commodum
20 ipsorum, † ad quorum fauorem destinatio proponitur *Socin.cons.57.nu.1.lib.3.post Bart.in l.qui volebat,de hæredib.instit.& in l.si socer,§.Lucius,ff.solut.* matrim. *Cur.Iun.cons.162.nu.11. Paris.cons.191.nu. 34.cum seq.lib.2.Ceph.cons.153.num.48.lib.2.* Et per
21 consequens † filij, & successores erunt vocati ordine successiuo post matrem tanquam incerti, *Osasc. decis.81.nu.16.Surd.decis.437.n.16.p.2.Card.Manti. de coniect.vltim.volunt.lib.4.tit.7.nu.17.*

Verum pro excludendo fideicommisso multum facit, quod quamuis isti filij censerentur vocati or-
22 dine successiuo, vt dictum est, † Tamen ista vocatio debet intelligi per vulgarem tantum videlicet in casu, in quo mater non extaret, vel non admitteretur, non autem per fideicommissum, quod scilicet ipsa teneatur restituere postquam fuit admissa, Cum enim vocentur mater, vel hæredes ista alternatiua posita inter personas honoratas, inter
23 quas cadit affectio, & charitas ordinata, non † resoluitur in coniunctam, sed retinet suam naturam, & dicitur alternatiua ordinis, ita vt vltima pars intelligatur posita in defectum prioris, & sufficiat matrem admitti, vel in eius defectum filios & hæredes *Socin.*in specie *cons.113.col.4.in fin.vers.quinto hanc opinionem, nu.9.lib.3.*vbi quod est demonstrario concludens, & manifesta *Alciat.* qui de communi *cons.3.nu.39.tom.1. lib.4.fol.58.& cons.83.nu.3. tom.3.lib.9.* vbi de magis communi *& cons.89 nu 51 & cons.90.nu.1.eod.tom.& lib.* & concludunt omnes *in l.hæredes mei, §.peto, quod est vlt.*vbi *Rip.num. 9.ff.ad Trebell.cum aliis per Ceph.cons.53.nu.69.lib.1. & cons.432.num.13. lib.3. & cons.473.num.26. lib.4. Socin.Iun.cons.100.num.34.ad med. vers.& nuemo, lib.3.Dec.cons.41.num.10.libro 1.* vbi, quod de hoc est textus apertus *in l.hæc verba ille aut ille ff.de verbor.signif. Menoch.cons.85.nu.63. lib.1.& præsumpt. 71.n.5.& 15.lib.4.Galliag.in l.gallus,§.quidam rectè, num.20.& ibi Alciat.in 2.lect.nu.47.de liber.& posthum.Cuman.cons.107.col.2.in princ. nu.3.* vbi, quod est textus expressus *in l.hæredes mei,§.vlt.ad Trebell. Peregrin. de fideicommiss.art.48.nu.24. Petr.eod.tit. qu.5.num.103.post med.vers.& in casu. Rim.Iun.cons. 458.nu.43 lib.4.Oddus cons.92.nu.19. & 21. Ias.in l. cum quidam, col.2.nu.2. C. de impub. & aliis substit. Bertaz.dec.Bonon.93.nu.13.* & quidquid *Dec.& alij*
24 *supra allegati* concludant ista est verior opinio,† & ab omnibus communiter approbata, prout testantur omnes superius adducti, & latè comprobat *Simon.de Pret.de interpret.vltim.volunt. lib.3.dubit. 4.solut.3.& vlt.interpret.3.nu.27.col.17.& 18.fol.540. Ruin.cons.169.num.8.post med.lib.2.Bero.cons.97.nu. 10.cum seq.lib.2.Alex.cons.50.nu.1. lib.2.latè Signorell.cons.173.nu.19.Paris.cons.21.nu.14.31.& 32.lib.3. Port.Imol.cons.9.nu.39.cum seq.*

Quæ etiam procedunt, quamuis adesset clausula codicillaris, quæ neque hoc casu operaretur fidei-
25 commissum; † quia ex huiusmodi alternatiua constat disponentem voluisse grauare in defectu primi nominati, non autem dictum primum vocatum; quatenus ipse aderat; Ideo clausula codicillaris non poterit aliquid operari circa non dispo-
26 sita, † cum sit adiecta ad conualidandum, quæ sunt ordinata *Bart.in l.1.qu.4.& 5.de iur codicill.& in l.Stichum qui meus erit, de leg.1.* & in specie ita concludit *Rip.in l.hæredes mei, §.vltim.nu.9.post med.ad Trebell.Peregrin.de fideicommiss.art.18.num.24.* Et quamuis isti loquantur in fideicommisso facto in
27 vltima voluntate. Magis † hoc erit in eo, quod fit in contractibus, in quibus est facienda strictior interpretatio, *Petr.de fideicommiss.quæst.4 nu.8.post*

Roland.conſ.59.num.22.in fin.cum ſeq lib.3.

Neque obſtat, quod in præfatione non adſint iſta
verba alternatiua, cum diſponens locutus fuerit
per copulam deſtinando bona matri, & filiis, &
28 deſcendentibus, Quia non fuerunt iſti ſimpliciter
nominati, ſed cum illa dictione, vt infra, quæ relationem
habet ad inferius dicenda *Menoch.conſ.86.
num.9.& 71.lib.1.* & per conſequens oſtendunt deſtinantem
intellexiſſe de filiis, & deſcendentibus
eo modo, & forma, prout inferius ſuam deſtinationem
declarauit, vnde cum poſtea fuerit facta
declaratio per alternatiuam non conſideratur amplius
29 plius prima illa deſtinatio, nam † deſtinatio ſemel
facta etiam tacitè, nedum expreſſè poteſt reuocari,
*l.caterea, § fin.de legat.1. Rum.conſ.71.nu.12.lib.2.
Surd.conſ.19.nn.12.& 13.lib.2.* vbi etiam quod non
impeditur mutare propoſitum, qui deſtinauit, Maximè,
quia in caſu noſtro deſtinatio non fuit pura,
30 ſed collata in tempus declarationis inferius † faciendæ,
adeò vt ex hoc debeat attendi, quod in ea
poſtea fuerit diſpoſitum, Præſertim, quia ſumus in
eo, qui habet facultatem liberè deſtinationem remouendi,
Gabr.conclnſ.12.nn.21.de præſumpt.

Nec faciunt, quæ dicuntur de attendenda præfatione
31 tanquam cauſa finali. † Quia cum magnum interuallum
temporis intercellerit, non cenſentur repetita
in declaratione, & concluſione, quæ fuerunt
dicta in præfatione. b. *Ang.in l.item quia, §.fi.de pact.
& in l.Titia, §.item reſpondet, de verbor.oblig. Alex.
conſ.122.col.1.n.2.verſ.ſecus ſi non in contractu, lib.2.
poſt Imol.in l.quoties, §.tantundem, in fi.de hæredib.in-
32 ſtit. Rum.conſ.198.num.15.& 16. lib.1.* † & contraria
procedunt, quando verba diſpoſitionis ſunt ambigua,
tunc enim recipiunt declarationem à præfationibus
etiam factis ex interuallo, ſecus quando
ſunt clara, & repugnent præfationi nec cum ea ſe
compatiuntur, *Ang.in l.ſi quis cum aliter, ante med.
verſ.ſi tamen verba, de verbor.obligat. Surd.conſ.202.
num.34.lib.2.*

Cum etiam pluries fuerint poſita iſta verba alternatiua
in parte diſpoſitiua, in qua vocantur filij per
dictam alternatiuam, Ita vt ex tot geminationibus
cum declaratione poſtea ſic ſubſecuta magis
appareat de voluntate concedentis, quod ſcilicet
voluerit hæreditatem reſtituere matri abſque onere,
& grauamine per vulgarem tantum, prout ſignificant
iſta verba alternatiua, vt dictum eſt *ſu-
33 pra num.22.* † Et quamuis in principio, ſeu præfatione
inſtrumenti vocentur filij per copulam, Tamen
non fuerunt ita ſimpliciter nominati, ſed
cum illa dictione, vt infra, quæ habet relationem
ad inferius dicenda, & ſic eo modo, & forma,
prout inferius dicetur, cum natura iſtius dictionis,
infra, ſit aſſumere, quod poſtea dicetur, &
omittere quod prius dictum eſt, prout diximus
*ſupra num.28. Bart. in l. gallus, §.idem credendum,
in fin.num.3.ff.de liber.& poſthum.per text.in l.1.ff.ad
leg.aquil. Nouell.de inr.prothomiſ.§.4.num.9.tom.17.
fol.37. Monach.conſ.86.num 9.& 71.lib.1.* Quidquid
aliquando ſtet reſtrictiuè, *Rot.diuerſ.deciſ.448.nu.
6.lib.1.*

Accedat, quod in inſtrumentis productis reſeruatur
facultas ita declarandi ſuper tota, vel parte hæreditatis
reſtituenda matri, vel ſuis filiis ac deſcendentibus,
vnde apparet, quod non ſunt vocati filij,
niſi in defectum matris, cum hoc importet di-
34 ctio illa, ita † per quam inducitur, & indicatur
forma & modus determinatus cum certis & præfinitis
qualitatibus, ac circumſtantiis, *l.libertas 17.
§.1.de manumiſſ.teſtam. Bart.in l.quibus diebus, §.termilium.
col.1.in fin.nu.4.de condit.& demonſtrat. Hermanoti.
Decius in repet.l.4.§.cato, n.42.de verb.oblig.
Gloſſ.in l.gallus 29.in princ.in verb & ibi Mar.Salomon.
n.1.& in § quidam rectè, nn.38 ff de liber.& poſthum.
Rebuff.in l.Labeo & Sabinus 14.§.item ſi dominus,
in fin.de verb.ſignif. & in l.triplici 142.col.3.poſt
med ff.eod.tit.*

Præterea in inſtrumentis productis pro duas vices
expreſſè dicitur, quod intentio concedentis eſt, vt
tota hæreditas, ſiue pars perueniat ad matrem, vel
eius filios, & deſcendentes, vnde cum appareat de
clara mente diſponentis, non ſunt impropriãda
35 verba alternatiua, † de quorum propria natura
eſt, vt ſufficiat admitti prius vocatum, & in eius
defectum alios nominatos, *Rimin. Iun.conſil. 152.
num.54.lib.3.per text.in l.hæredes mei, §.peto: vbi Rip.
num.9.ad Trebell. Cephal.conſ.432.num.13.lib.3.cum
aliis ſupra adductis, nu.22.& 24.*

Et quamuis in ſecundo inſtrumento dicatur, quod
intentio concedentis eſt, vt talis hæreditas perueniat
ad matrem, & ſuos, Tamen non fuit dictum
ſimpliciter, & ſuos, ſed cum illa adiectione, vt ſu-
36 pra, † quæ eſt dictio repetitiua qualitatis prius poſitæ,
ita vt diſpoſitio ſequens reguletur in omnibus
ab antecedente, *Bart.in l.ſi quis ſeruum, §.fi.de leg.2.
Aym.conſ.88.nu.3. Rnin.conſ.18.nu.12.lib.2. Cephal.
conſ.311.nu.38.lib.2. Menoc.conſ.269.n.34.lib.3.* Vnde
cum iam ſupra in eodem inſtrumento fuerit
declaratum intentionem concedentis eſſe vocare
ad talem ſucceſſionem per alternatiuam, non eſt
attendendum, quod poſtea vocauerit per coniunctam
propter adiectionem illi factam cum clau-
37 ſula, vt ſupra, † quæ operatur vt diſpoſitio ſit accipienda,
non ſimpliciter, ſe cum qualitate adiecta
*Bart. in l.ſi quis poſthumo, §.ſi filium, in fin.de liber.
& poſth. Crot.conſil.50.num.8.lib.1. Surd.conſ.34.nu.
33.lib.1.*

Vlterius petitio matris reſpicit ſolum ſuam perſonam
cum precetur, vt ſibi liberè reſtituatur hæreditas
ſui patris nulla facta mentione filiorum, prout
poſtea concedens eius precibus inclinatus mandat
eandem hæreditatem relaxandam eidem matri,
vel ſuis hæredibus, dummodo per eam approbentur
capitula inferius reſtringenda, in quibus
iterum præcipitur adminiſtratori dictæ hæreditatis,
vt honorabiliter renunciet dictam hæreditatem
matri, excepto prædio, de quo in dictis capitulis,
cum facultate in eis data eidem matri reuidendi,
computa adminiſtratori talium bonorum,
quemadmodum poſtea per eam omnia approbantur,
ita vt ex iſta obſeruantia ſubſecuta, & per
concedentem executioni demandata in eiſdem capitolis
magis explicetur mens diſponentis, quod
voluerit ſolum vocare matrem, non autem filios,
38 cum illi tantum fuerit reſtituta, † tanquam actus
facti ſit potentior verbis, & declaret intentionem
concedentis, *Aym.conſ.101.n.4. Natt.conſ.406.nu.
28.latè Becc.conſ.101.n.49. Surd.conſ.94.n.38.lib.1.*

EPITOME.

Filiusfamilias clericus habens peculium caſtrenſe,
vel quaſi an validè obligetur non obſtante
ſtatuto Vrbis. ¶ Et an poſſit ſtare in iudicio
abſque

absque consensu patris, & constituere procuratorem suo nomine, & testari de redditibus ecclesiasticis & in eis an sit fictè paterfamilias. ¶ Priuilegia militum armatæ militiæ an concedantur Clericis, & Doctoribus. ¶ Statutum prohibens filium obligari an comprehendat Clericum. ¶ Absolutio à iuramento an requiratur in casib. in quib. illud habetur pro dolo, & metu extortum. ¶ Receptio pecuniarum an operetur, vt Ecclesia, Mulier, Minor, & filiusfamilias rectè obligentur non seruatis solemnitatibus statuti. ¶ Et quando per talem receptionem quis dicatur factus locupletior. ¶ Læsio an considerentur quando quis potest consequi lucrum, & damnum. ¶ Dos an possit constitui per mulierem nuptem abſque solemnitatibus statuti. ¶ Obseruantia quando declaret mentem statuentium. ¶ Accepta an restituantur per eum, qui non vult stare contractui. ¶ Minor iurans se maiorem an possit dicere de nullitate obligationis. ¶ Et quid in eius hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Obligationes filiorum familias quando sint nullæ ex forma statuti Vrbis.*

2 *Filiusfamilias clericus habens peculium castrense, vel quasi, an validè obligetur, non obstante statuto Vrbis, num. 5. 10. 13. & 23.*

3 *Filiusfamilias clericus habetur pro patrefamilias, & in eo cessat Macedonianum. Idem in patronis causarum, & magistris studiorum, num. 4.*

6 *Redditus beneficiorum sunt peculia quasi castrensia, in quibus filiusfamilias habetur pro patrefamilias.*

7 *Clericus filiusfamilias in redditibus ecclesiasticis potest esse in iudicio absque consensu patris, & constituere procuratorem suo nomine ac de eis testari, nu. 16.*

8 *Priuilegia militum armatæ militiæ conceduntur Clericis, Doctoribus, & Aduocatis.*

9 *Statutum prohibens filiumfamilias obligari an comprehendat Clericum.*

11 *Statutum habens duos intellectus debet declarari, vt habeat locum in vno casu, vt minus à iure communi recedatur.*

12 *Filiusfamilias de iure communi potest contrahere, & obligari absque consensu patris.*

14 *Veritas & fictio idem operatur.*

15 *Clericus an sit fictè paterfamilias in redditibus ecclesiasticis.*

17 *Renunciatio cum iuramento excludit renunciantem à iuribus renunciatis.*

18 *Absolutio à iuramento non datur stante periurio.*

19 *Statutum annullans obligationem iuratam filijfamilias de quo iuramento loquatur.*

20 *Duplex iuramentum requirit duplicem absolutionem.*

21 *Absolutio à iuramento requiritur etiam si per statutum illud habeatur pro dolo, & metu extorto.*

22 *Periurium contrahitur ex iuramento nulliter præstito.*

24 *Obligatio filijfamilias est nulla etiam quod probetur illum recepisse pecunias iuxta dispositionem statuti Vrbis. Fallit in muliere & minore, nu. 25. Declara vt num. 34. & 41.*

26 *Locupletior quis dicitur factus per receptionem pecuniarum. Contrarium num. 32. 35. & 38.*

27 *Ecclesia recipiens pretium ex alienatione bonorum absque solemnitatibus, tenetur illud restituere, si vult rescindere contractum.*

28 *Mulieri non subuenitur cessante deceptione.*

29 *Mulieres sunt auarissimæ, & in eis non præsumitur dissipatio.*

30 *Læsio non consideratur quando quis potest consequi lucrum, & damnum.*

31 *Dos data per mulierem iam nuptam sine solemnitatibus sustinetur propter lucrum dotale, quod posset ad eam peruenire.*

33 *Obseruantia declarat mentem statuentium. Intellige vbi casus statuti esset dubius, secus si sit clarus, numero 36.*

37 *Accepta restituuntur quando quis non vult stare contractui, dummodo non simus in contractu nullo.*

39 *Minor iurans se maiorem an possit dicere de nullitate contractus, & quid in eius herede, num. 40.*

42 *Obligatio est indiuidua, & non potest pro parte valere, pro alia inualidari.*

CAPVT DLXXVI.

IN statuto Vrbis *cap. 152. lib. 1.* disponitur, quod filiifamilias etiam clerici non possint, se, ac sua
1 bona quoquo modo obligare: † postea excipiuntur quidam casus, si videlicet iidem filiifamilias de consensu patris contraxerint, si mercatores fuerint, & reliqui casus in quibus filiifamilias de iure communi obligantur ex causa mutui sine iuramento, non obstante Macedoniano. Ex istis verbis colligitur nos esse in exceptione statuti,
2 Nam cum modò agatur de obligatione filiifamilias, qui habet peculium castrense, seu quasi, dicendum est illam esse validam, Nam si filiusfamilias sit miles habetur tanquam paterfamilias, &
3 in eo cessat Macedonianum: † *l. 1. in fin. cum l. seq. ff. ad Macedonian. Cardin. Manti de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 8. tit. 7. num. 18.* Prout idem est in
4 patronis causarum, † & Magistris studiorum liberalium, ac similium, de quibus *in l. vlt. Cod. de inoffic. testam. & l. 1. § nec castrense, ff. de collat. bonor. l. fori 4. C. de aduocat. diuersor. iudicior. Surd. de aliment. ti. 4. quæst. 11. num. 11. vsque ad 15.* In istis enim etiam cessat Macedonianum, *Gloss. in l. 2. in verb. fungantur, in fin ff. ad Macedon. Card. Mantic. d. tit. 17. num. 18. in*
5 *fin.* † Vnde idem erit in filiofamilias clerico qui validè obligabitur quo ad bona, seu redditus præbendæ, dignitatis, & beneficiorum, cum ista sint
6 peculia quasi castrensia, † in quibus habetur pro patrefamilias, *Lup. in rub. de dona. inter vir. & vxor. § 42. num. 9. vsque ad 12. Coras. in l. frater à fratre 38. nu. 103. in fin. ff. de condit. indeb. Surd. de alim. tit. 4. q. 11. nu. 21. in fin.*

Quare in istis redditibus ecclesiasticis filiusfamilias clericus non potest esse in iudicio sine consensu
7 patris, † constituere procuratorem suo nomine, *cap. si annum, de iudic. in sexto. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. § 42. num. 10.* Prout etiam poterit testari de quasi castrensibus, sicut miles, seu Aduocatus, *Doct. l. fin. C de inoffic. testam. l. fori, C. de aduocat. diuersor. iudicior. Euerard. loco argum, 56. n. 3. & 13. post med. vers. decimonono. post Bald. Salic. & alios in auth. presbyteros, Cod. de episcop. & cleric. per tex. in l. 1. vbi Gloss. in verb. gestum, in fin. C. de annon. ciuilibus, lib. 11.*

Et est generale, quod omnia, quæ conceduntur mili-
8 libus armatæ militiæ, de quibus † per † *Bart. in l. neque, §. deportati, ff. de milit. testament. & per Bald. in l. milites, Cod. eod. tit.* extenduntur ad clericos tanquam ad milites cælestis militiæ, & nedum

ad illos, sed etiam ad milites iustitiæ quales sunt Doctores, & Aduocati, *Gloss. in l. miles, in princip. in verb. facere, ad fin. vbi Bartol. & Angel. de reiudicat. per text. in l. sacrosancta, C. de episcop. & cleric. auth. presbyteros, C. eod. tit. cum aliis per Enerard. loco argument. 56. in princ.*

Non obstat, quod statutum prohibens filiumfamilias
obligari comprehendat etiam obligationem cle-
9 rici, ipsius † & peculium castrense, vel quasi *Carpan. ad consti. Mediolanens. cap. 416. num. 43. Cret. Caualcan. & alij* de quibus latè *Muta super consuetud Panormit. cap. 31. nu. 36.* Quia omisso, quod infiniti tenent contrarium, quando verba statuti sint præcipua, & arctatiua, quo casu non veniunt clerici, vt latè per *Surd. cons. 301. num. 12. vsque ad 31. lib. 3.*

Respondetur non esse modò agendum de veritate
istius quæstionis, quia sumus in statuto Papali, &
expressè loquente de clericis, solum dicimus, quod
quamuis clerici comprehendantur sub hoc statu-
10 to, † Tamen non simpliciter prohibentur obli-
gari, sed præterquam in casibus, in quibus de iure communi obligantur, non obstante Macedoniano, Vnde sumus in exceptione permissa per statutum, & per consequens in obligatione valida, quando filij habent redditus ecclesiasticos, in quibus habentur de iure communi pro patribusfamilias *Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxer. §. 42. nu. 9.* Et satis est, quod statutum verificetur in casibus,
in quibus filiifamilias clerici habent alia bona, quæ
11 non sunt castrensia, vel quasi, † cum similia statu-
ta habentia duos intellectus debeant declarari, vt operentur tantum in vno casu, vt minus à iure communi recedatur *Gloss. in cap. statutum, 4. in verb. numerandum, post princ. vers. item per hanc, de præbend. in 6. Abb. in cap. cum dilectus, de consuetud. Ancharr. cons. 91. nu. 1. Decian. consi. 431. viso eleganti, nu.*
12 *6.* † Ius autem commune permittit filiumfamilias
posse contrahere, & obligari etiam absque consensu patris *l. filiusfamilias 38 de action. & oblig. l. tam ex contractibus, de iudic. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 14 nu. 22.* quidquid sit in mutuo in quo quo seruatur Macedonianum *toto tit. ff. & C. ad Macedon.*

Quod etiam colligitur ex eodem statuto, de quo
agimus, dum ibi excipitur casus filiifamilias, qui
13 † publicè habetur pro patrefamilias, talis enim va-
lidè obligatur, vnde si non comprehenditur ille, qui fictè dicitur paterfamilias, multo magis non comprehendetur clericus in redditibus ecclesiasticis, in quibus est verè paterfamilias ex supra al-
14 legatis, † vt idem operetur veritas & fictio *l. vnica, in princ. Cod. de rei vxer. action. Enerard. loco argum. 122. num. 4.* Et quatenus etiam clericus esset fictè paterfamilias in bonis ecclesiasticis secundum
15 *Castrens. in l. 1. §. vlt. nu. 6. ad Macedon.* † Tamen
semper erit exceptus à statuto, & eius obligatio valebit in casibus, in quibus habetur pro patrefamilias, vt dictum est.

Neque obstat, quod expressio clerici in statuto esset superflua, si solùm de aliis bonis, quàm castrensibus eius obligatio improbaretur. Quia nulla superfluitas adest, cum expressio de clerico potuerit fieri ad tollendum opinionem eorum qui tenent tales non comprehendi in similibus statutis etiam fauorabilibus, vt latè per *Surd. cons. 301. nu. 12. cum seq. lib. 3.* Quamuis neque possit considerari aliquid superfluum, cum simus in exceptione reseruata per ipsum statutum, dum permittit casus ibi exceptos, in quibus filius familias validè obligatur, non obstante Macedoniano, inter quos adest obligatio bonorum castrensium, qui sustinetur tanquam in illis sit paterfamilias *Castr. in l. 1. §. vlt. n. 3. ff. ad Macedonianum.*

Nec facit, quod non consideretur præiudicium patris respectu istorum bonorum, sed imbecillitas filiorum, ob quam per statutum exigitur consensus eiusdem patris, Quia non dicimus valere talem obligationem clerici in dictis bonis ex illa ratione, quod in eis nihil patri acquiratur, sed quia statutum excipit casus de iure communi validos,
inter quos adest obligatio peculij castrensis, vt di-
16 ctum est. † Et quia clericus in istis redditibus ha-
bet legitimam personam disponendi ad sui libitum absque consensu patris, & ideò de illis testatur, & potest esse in iudicio *l. fin. C. de inoffic. testam. c. si annum, de iudic. in 6.*

Quamuis hæc omnia dicta sint ex abundanti, Quia
solùm sufficit allegare exceptionem iurisiurandi,
& periurij incursi, cum enim fuerit renunciatum
17 cum iuramento priuilegio statuti, † ac aliis iuris
remediis cum promissione iurata non petendi absolutionem non poterat modo recurri ad iura renunciata *l. quæritur, §. si venditor, de ædil. edict. Surd. decis. 231. nu. 13. ad med. Aym. cons. 24. n. 4. Menoch.*
18 *consi. 1. n. 109.* tanquam obstet periurium, † quo stan-
te amplius neque datur absolutio *Felin. in c. 1. nu. 28. de iur. iurand. Alex. consi 222. nu 9. lib. 1. Roland.* qui de magis communi *consi. 26. nu. 30. lib. 3 & cons. 34. num. 2. lib. 1. Menoch. cons. 24. nu. 17. lib. 1.*

Et licèt per idem statutum annullentur similia iura-
menta, Tamen loquitur in iuramento de soluen-
19 do, & adimplendo, † non de alio iureiurando in-
terposito quoad renunciationem statuti, ac aliorum priuilegiorum, vnde illud sub illo non comprehenderetur *Paris. cons. 97. nu. 18. lib. 1. Gabr. cons. 127. nu. 18. lib. 1.* Quare absolutio ab hoc tanquam
20 non comprehenso requirebatur, † quamuis ab
alio non opus esset *Felin. in cap. debitores, num. 9. de iur. iurand. Natt. cons. 144. nu. 6. Menoch. cons. 24. n. 15. & 16. lib. 1. Afflict. decis. 220. nu. 12. Paris. cons 42. num. 15. cum seq. lib. 1. Couarr.* qui de communi *lib. 2. variar. resolut. c. 4. nu. 6. Roland. cons. 34. nu. 6. vsque ad 10. lib. 1.*

Immo etiam in statuto annullante iuramentum tan-
quam dolosum, & metu extortum requireretur
21 absolutio, & illa esset petenda, vt in *Romana nullitatis obligationis, 5. Iulij 1604. coram R.P.D. Atrebatem.* vbi allegantur concordantes decisiones, cum non debeat quis esse Iudex proprij iuramenti ex
quo etiam nulliter præstito contrahitur perju-
22 rium, ita vt quis non sit audiendus, † *Bald. in cap. tua nos, de iur. iur. Aym. consil. 191. nu. 7. in princ.* vbi etiam, quod ex actu nullo contrahitur pœna contrauentionis *Aret. consi. 18. col 3. in princip. vers. non obstat præmissis, num. 4.*

In huiusmodi dubio an statutum Vrbis annullet o-
bligationem filiifamilias clerici quoad peculium
23 castrense, vel quasi, variæ fuerunt latæ sententiæ
per diuersos Iudices, cum alij affirmatiuam, alij negatiuam secuti sint opinionem. nam velle suum cuique est, nec voto viuitur vno. Verum multum vrgent rationes supra dictæ, quod sit valida talis obligatio, Vnusquisque autem maneat in sensu suo, &

suo, & opus esset decisione particulari alicuius supremi Magistratus, à quo non esset fas recedere, quod multum conduceret vtilitati publicæ, cùm in singulos dies de prædictis contingat dubitari, & partes in iudiciis defatigentur infinitis expensis, absque eo, quod vnquam certa resolutio possit
24 haberi, † Præsertim cùm alij etiam idem statutum ita præcisè intelligant, vt putent obligationem filiifamilias esse validam statim, quod probatur receptio, cùm tamen præcisè in eodem statuto disponatur, quod tales contractus, & obligationes sint nullius roboris, vel momenti, etiam si cum alio filiofamilias contraxerint, & liquidò constet bona, & pecunias ad eos cum effectu peruenisse, annullando etiam fideiussorum obligationes, quamuis se principaliter obligauerint, non obstante iuramento, quod censeatur dolo, & metu extortum, & nihil operetur, nulla habita consideratione cameralis obligationis, censuratum, aut mandati executiui, siue susceptionis termini, vel cuiuscumque alterius arctioris vinculi, Ita vt neque huiusmodi contractus vnquam aliquod robur accipiant, aut conualescant, si dicti filiifamilias quandocumque sui iuris effecti fuerint. Hæc sunt verba statuti, quę licèt sint plusquam clara, & aperta, nihilominus cauillantur, sed non est mirandum, cum singulis quibuscumque diebus noui intellectus dentur, prout diuersæ sunt hominum sententiæ: Sic sibi quisque placet.

Et quamuis non esset danda eis alia responsio, Tamen obseruandum est, quod dum præsupponitur
25 obstare receptionem pecuniarum, † hoc procedit in muliere, quæ non obstante statuto Vrbis *cap.* 151. *lib.* 1. validè obligatur etiam sine solemnitatibus, si probetur receptio; quia statutum nihil de receptione loquitur, prout est illud de filiofamilias, quod etiam considerauit receptionem, & tamen annullat eius obligationem, & sic quando de ea statutum non disponit valida erit obligatio mulieris, tanquam de iure communi recipiendo di-
26 catur facta locupletior *Gloss. in l. fin. in verb. locupletior, q.* 1. *C. de in integrum restitut. minor. Lamberteng. ad statutum de contract. mulier. gloss.* 24. *num.* 5. *Rimin. Iun. in* §. *vltim. num.* 58. *instit. quib. alienar.*
27 *lic. vel non.* † ¶ Exemplo Ecclesiæ alienantis sine solemnitatibus, & recipientis pretium, quæ tenetur ad restitutionem, si velit infringere contractum, *Rot. coram R. P. D. Decano Romana censuum de Romnalis* 15. *Iunij* 1599. *& coram R. P. D. Litta Romana societatis officij* 13. *Februar.* 1606. vbi æquiparantur isti casus ecclesiæ, & mulieris quo ad receptionem pecuniarum.

Et quidem nulla consideratur deceptio quando mu-
28 lier recepit pecuniam, † qua deceptione cessante, illi non subuenitur *l. inter, de donationi. c. cum vniuersorũ, de rer. permutat. Castr. in l.* 2. *n.* 7. *ff. ad Velleian.*

Maximè, cùm mulierum genus sit auarissimum, ita vt non sit præsumendum, quod recipiendo pecunias dissipent, cùm etiam sit mirandum, quando
29 mulier hoc faceret, † quidquid secus sit in masculis, *Gloss. in l. si à sponso,* 16. *in verb. raro, C. de don. ante nupt. Aym. cons.* 230. *n.* 16. *cum aliis per Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent lib.* 13. *tit.* 17. *nu.* 1.

Accedat, quia daretur occasio fraudis, cùm posset mulier lucrari societatem officij, & tunc velle actum sustineri, & tamen contrarium declarare in casu, in quo ageretur ad repetitionem, quod non est permittendum, Maximè cùm numquam con-
30 sideretur læsio, † quando quis potest consequi damnum, sicut lucrum *Alex in l. de fideicommisso, in prin. nu.* 2. *C. de transact. Aym. cons.* 142. *nu.* 8. *& cons.* 114. *nu.* 16. *Natt. cons.* 81. *nu.* 9 *Surd. de alim. tit.* 9. *quæst.* 11. *nu.* 7. *vsque ad* 16 *Vrsill. ad Afflict. decis.* 340 *nu.* 6. *post med. Rot. coram R. P. D. Penia. Interamnen. mercium, vers. & hanc sententiam,* 4. *Iunij* 1597. Ita vt ob hanc rationem incertitudinis lucri, seu damni sustineatur dos data per mulierem iam nuptam sine so-
31 lemnitatibus, † quidquid aliàs non posset, propter lucrum quod ei proueniret ratione quartæ ex statuto debitæ soluto matrimonio, quamuis etiam prior posset vxor mori, vt *in decis. coram Card. Lancellot. Sabinen. seu Romana dotis* 8. *Iulij* 1576. *de qua supra cap.* 27. *nu.* 23.

Quamuis non obstantibus prædictis verius sit, quod etiam probata receptione contractus mulieris, seu
32 minoris non sit validus, † Cùm enim res non extet, sed sit consumpta, præsumitur iactatio, ita vt danti pecunias incumbat onus probandi illam fuisse bene consumptam, & recipientem locupletatum, *Ang. cons.* 160. *in fin. Ruin. cons.* 104 *nu.* 15. *li.* 1. *Menoch.* qui de magis communi opinione testatur *præsumpt.* 27. *nu.* 6. *vers. tertius est casus, lib.* 6. *& de recuper. possess. remed.* 15. *nu.* 586. *&* 587. *Rot. coram R. P. D. Penia. Romana societatis officij* 4 *Februarij*, 1602. vbi, quod est probandum cessisse pecunias in vtilitatem mulieris se obligantis, & recipientis, *Rolan. cons.* 64. *nu.* 9. *&* 10. *lib.* 1. & latè dixi *supra c.* 101. vbi etiam quod est probanda species locupletationis, *Curt. Sen. cons.* 71. *col.* 5. *vers. septima conclusio. Surd. consil.* 290. *num.* 50. *ad fin. lib.* 2. *cum aliis per Claud. ad Bertazol. consil. crimin.* 478. *in verb. locupletior, versic. contraria tamen opinio, ad med.* Et sola enim receptione non dicitur quis factus locupletior, *l. prædiorum, Cod. de prædiis minor. Gabr. de probat. conclus.* 7. *num.* 18.

Licèt secundùm communem obseruantiam passim dentur mandata contra mulieres, quæ sine solem-
33 nitatibus receperunt pecunias, † ita vt satis ex illa declaretur quando statutum locum habeat *Bald. in cap.* 1. *in princ. de feud. sin. culp. non amitt. Aymon. cons.* 118. *n.* 2. *& d. decis. R P. D. Penia Romana societatis officij,* 4 *Febr.* 1602. loquitur in muliere, quæ se
34 obligauit vnà cum viro, † tunc enim quamuis receperit, lex tamen præsumit, quod potius pecuniæ peruenerint ad virum, non obstante numeratione facta vxori, & ideo tunc requiritur probatio, quod
35 illæ cesserint in vtilitatem ipsius, † *Bald. in auth. si qua mulier, nu.* 9. *& ibi Salic. in fi. C. ad Velleian. Roncag. in l. reos, nu.* 26. *de duob. reis. Abb. cons.* 44. *lib.* 1. *Bolognin. cons.* 45. *n.* 4. *latè Roland cons.* 64. *n.* 9 *&* 10. *li.* 1. *Aym. cons.* 91. *n.* 11. *vers. decimo istam quæstionem, col. vlt.* vbi, quod ista est communis opinio, à qua temerarium esset discedere, cùm in curiis illustribus sæpe ita fuerit iudicatum *Boer. decis.* 23. *col.* 1. *&* 2. *Bald. Nouell. de dot. part.* 7. *priuil.* 1. *col.* 7. *ad med. Campeg. eod. tit. p.* 4. *q.* 10. *Afflict. decis.* 209. *Ruin. cons.* 299. *col. fin. lib.* 2. Et quidquid sit in muliere, & minore recipiente propter obseruantiam prædictam, aliud est in filiofamilias, in quo statutum est præcisum tollens, etiam receptionem, quod non est in illo de muliere, & minore, adeo vt stante decisione clara statuti non possit vlla obseruantia conside-
36 rari, † quæ non habet locum, nisi quando esset casus dubius, secus si est apertus, & clarus *Natt.*

*consi.*318.*num.*1.*Surd.consi.*426.*nu.*42.*lib.*3. *Cardin. Seraphin. decis.*1108.*num.*7. cum aliis quos adduxi *supra cap.*560.*nu.*15.

Obseruandum est etiam, quod quamuis dictum sit, quod debet restitui acceptum, quando quis non
37 vult stare contractui, † Tamen hoc procedit si ageretur ad rescissionem illius, secus autem si opponitur nullitas ob non seruatas solemnitates, *Simoncell. de decret. lib.*3.*tit.*7.*num.*20.*Rot. coram R.P. D. Marcomontio Bononien. censu* 20.*Februar.*1609.
38 † vbi quod hoc casu nihil restituitur, nisi probatur quod ex receptione minor sit factus locupletior, *Roland. consi.*7.*nu.*18.*lib.*3. *Rimin. Iun. consi.*5.*nu.*76. *lib.*1.*& in decis. coram R.P.D. Litta Romana societatis officij*, 13.*Ianuar.*1606. dicitur, quod mulier tenetur restituere, quia ibi pecuniæ erant conuersæ in vtilitatem ipsius.

Amplius neque obstaret, quod minori iurasser se maiorem, quia hoc non tollit, vt non possit dicere de
39 nullitate contractus, nam poterit, † & contraria procedunt, vt non debeat audiri ad effectum obtinendi restitutionem in integrum *Ioan. Andr. ad Specul. tit. de sent.* §.*vt autem. Rom. consil.*12.*num.*5.& in terminis statuti Vrbis *Rot. coram Cardin. Pamphilio Romana donationis de Cuppis*, 5.*Iunij* 1602. &
40 multa adduxi *decis. March.*234. & † talis nullitas non solùm potest allegari per minorem, sed etiam per hæredem *Rot. diuers. decis.*110.*p.*2. vbi multæ distinctiones adducuntur.

Vltimo quo ad statutum *cap.*152. *lib.*1. dicebatur per illud annullari solùm obligationem filiifamilias respectu fructuum, vt illi non currant in societatibus officiorum, & similium contractuum, non autem, quod non teneatur accepta restituere, sed
41 ista † est interpretatio ridicula, neque indiget responsione, cùm mirandum sit, quod hoc allegetur, nam statutum clarè disponit contrarium, an-
42 nullando in totum obligationem † quæ est indiuidua, & non potest pro parte valere respectu sortis, & pro parte annullari respectu accessionum & fructuum, *l. seruus*, §.*incorporales*, *de acquir. rer. domin. l. pedius, de arbitr. Faber in* §.*fideiussores, il secundo, nu.*5.*instit. de fideiussorib.*

EPITOME.

Possessio iuris præsentandi quando acquiratur per patronum in præiudicium compatroni. ¶ Et an sit necessaria scientia, & bona fides. ¶ Et ex quibus illa præsumatur. ¶ Vltimus status quando debeat attendi in quasi possessione iurium incorporalium. ¶ Et quid si constet de proprietate. ¶ Et quomodo de ea dicatur constare. ¶ Præsentatus à possessore bonæ fidei an præferatur aliis, & an sit amouendus, quamuis postea appareat præsentantem non esse verum patronum. ¶ Præsentatio sola absque confirmatione an tribuat aliquod ius. ¶ Et an sit fructus iurispatronatus. ¶ Præsumptio qualitatis an detur magis, quàm substantiæ. ¶ Diuturnitas temporis, quæ non est sufficiens ad præsumendum mandatum an operetur circa præsumptionem qualitatis illius. ¶ Quasi possessio iuris præsentandi quando attendatur, & præualeat præsentationi factæ à proprietario. ¶ Exemplum vt probet quæ requirantur. ¶ Et an sit faciendum per Iudicem, corā quo potuisset moueri quæstio principalis negotij contenti in originali. ¶ Et an circa hoc stetur consuetudini. ¶ Et quid stante lite an tunc sint necessariæ compulsoriales. ¶ Consultatio Marchiæ an habeat locum in donatione iurispatronatus. ¶ Consensus Episcopi an sit adhibendus quando patronus donat compatrono. ¶ Et in casibus, in quibus dictus consensus est præstandus an possit interuenire post factam donationem. ¶ Et an sufficiat tacitus. ¶ Dictio, postea, denotat interuallum. ¶ Patroni quando possint præiudicare successoribus in iure patronatus gentilitio, seu hæreditario. ¶ Et an patiendo illud præscribi obsit dictis successoribus. ¶ Et quando dicatur hæreditarium. ¶ Et si fundetur pro filiis, & descendentibus an intelligatur pro hæredibus.

SVMMARIVM.

1 *Patronus non acquirit quasi possessionem iuris præsentandi in præiudicium compatroni, nisi probata scientia, & patientia illius, & si sunt plures omnium, n.*2.
3 *Scientia est probanda per eum, qui se in illa fundat.*
4 *Bona fides requiritur ad acquirendam quasi possessionem præsentandi.*
6 *Præsentatio est fructus iurispatronatus.*
7 *Possessor malæ fidei non facit fructus suos.*
8 *Præsentatus à possessore bonæ fidei præfertur aliis & non debet amoueri, quamuis constet postea illum non esse verum patronum, nu.*9. *secus stante mala fide, nu.*12.
10 *Scientia præsumitur ex productione scripturæ quo ad omnia in ea contenta, neque datur impugnatio eorum, quæ enunciatiuè, & incidenter ibi exprimuntur, numer.*11.
13 *Vltimus status quando debeat attendi in quasi possessione iurium incorporalium.*
14 *Præsentatio sola non tribuit ius, neque est perfecta sine confirmatione, quæ dicitur pars præsentationis.*
15 *Appellatio suspendit actum præsentationis.*
16 *Compatronus præsentans animo spoliandi alium compatronum, illi præiudicat.*
17 *Vltimus status attenditur, quando constat de proprietate iurispatronatus, & quomodo dicatur de hoc constare, nu.*18.
19 *Qualitas facilius præsumitur, quam substantia.*
20 *Diuturnitas temporis facit præsumere qualitatem mandati, quamuis per eam mandatum non præsumatur.*
21 *In probanda qualitate sufficiunt leuiores probationes, & coniecturæ.*
22 *Quasi possessio iurispatronatus acquiritur ex vnico actu præsentationis, secuta institutione.*
23 *In collatione, & præsentatione beneficij vacantis attenditur quasi possessio præsentandi, quæ præualet præsentationi factæ à proprietario.*
24 *Exemplatio ante motam litem probat, & num.* 30.
25 *Exemplum factum cum auctoritate Iudicis supremi cum insertione totius tenoris facit fidem.*
26 *Citatio partis quando requiratur in exemplatione, & an sufficiat generalis, nu.*27. *& quid si adsit aduersarius in spe, & potentia non re, & actu, nu.*28.
29 *Statur notario asserenti citationem in exemplatione interuenisse.*
31 *Exemplatio debet fieri per Iudicem coram quo potuisset moueri quæstio principalis negotij contenti in originali. Declara vt num.*32.
33 *Consuetudo coram qua sit facienda exemplatio attenditur,*

ditur, quando non adest lis, quæ exsistente iura debent transumptari in vim compulsoriæ.

34 *Obseruatio tollit omnem defectum instrumenti.*

35 *Constitutio Marchiæ quo ad solemnitates requisitas in donationibus non habet locum in donatione iurispatronatus, nec in bonis ecclesiasticis sed solum in prophanis, num. 36.*

37 *Consensus Episcopi non est necessarius quando patronus donat iuspatronatus compatrono. Fallit in donatione facta per patrem filio, qui non dicitur compatronus viuente patre, nu. 38.*

39 *Consensus Ordinarij etiam tacitus sufficit in donatione iurispatronatus, & potest interuenire etiam postea ex interuallo.*

40 *Dictio postea, denotat interuallum temporis.*

41 *Pater quando possit praeiudicare filio, & successoribus in iurepatronatus gentilitio, seu hæreditario, num. 42. & quid si patiatur præscribi, num. 43.*

44 *Actioni non natæ non præscribitur.*

45 *Iuspatronatus fundatum pro filiis & descendentibus, intelligitur pro hæredibus.*

46 *Iuspatronatus dicitur hæreditarium, si patroni præsentarunt nomine hæreditario, & fœminæ sint admissæ ad præsentandum.*

47 *Præsentatio vnius compatroni sine qualitate hæreditaria est nullius roboris, si fuerit facta ignorantibus compatronis.*

CAPVT DLXXVII.

NOn fuit acquisitum aliquod ius in possessorio vni ex compatronis ob præsentationem ab eo factam in præiudicium aliorum compatronorum, qui alterum præsentarunt, Nam ad hoc vt acquiratur talis quasi possessio in istis incorporalibus siue ex vnico actu præsentationis, siue ex plu-
1 ribus requiritur † scientia, & patientia compatronorum, seu aliorum, quibus præiudicatur *l. 2. C. de seruit. & aqua: Calder. cons. 12. in fin. vers. & quod ille in cuius, de iur. patron. Dec. cons. 116. in causa domini, in fin. vers. ad hoc etiam facit, Ferret. cons. 59. n. 6. Felin. in cap. de quarta 4. col. penult. in princ. vers. vel concorda, nu. 41. de præscript. Aym. cons. 134. nu. 14.* & ita passim seruatur, vt per *Rot. diuers. decis. 167. n. 2. & 5. & decis. 184. nu. 1. & decis. 803. n. 7. p. 1. & coram R.P.D. Gipsio Calaguritana iuris conferendi, 1. Februar. 1591. & 30. April. 1593. cum aliis per Gonzal. ad reg. 8. gl. 45. §. 2. nu. 32.*

De scientia autem non solùm non constat, sed potius apparet de ignorantia, nam quamuis vnus ex com-
2 patronis adesset in loco, † Tamen alij compatroni erant absentes, quod facit, vt illis non sit præiudicatum, cùm ad acquirendam quasi possessionem præsentandi contra plures, requiratur omnium patientia, & scientia *Io. Andr. ad Specul. de his quæ fiunt à maior. part. capit. in rubr. ad med. Gonzal. ad*
3 *regul. 8. cancellar. gl. 45. p. 2. nu. 33.* † Quamuis talis scientia sit probanda per eum, qui se fundat in ista quasi possessione, *Aym. cons. 134. n. 14. ad fin. Ferrett. consi. 59. n. 6. & 7. Bellamer. consi. 10. col. 32. in fin. vers. sed quæres quis probare habet.*

Præterea non est acquisita aliqua possessio ad fauorem dicti compatroni, tanquam in eo deficiat bo-
4 na fides, quæ † requiritur ad illam acquirendam in huiusmodi præsentatione *Rip. in cap. cum ecclesia Sutrina, nu. 93. de caus. possess. & propriet. Lambert. de iur. patronat. art. 10. lib. 2. part. 1. q. 3. nu. 3. Menoch. de retinend. possess. rem. num. 20. & tom. 6. num. 132. Bellamer. cons. 10. col. 34. in princ. vers. quartum vero, n. 30. & col. 39. ad med. vers. circa quintum dubium principale. Aym. cons. 134. nu. 15.*

Non constat autem de bona fide, sed potius de mala apparet, quia tam ipse compatronus, quàm eius antecessores sciebant huiusmodi iuspatronatus non spectare ad eos in totum, sed solùm pro tertia parte, aut dimidia, prout ita aliàs præsentarunt.
5 † Vnde stante scientia iuris ad alium pertinentis dicitur probata mala fides *Abb. in cap. consultationibus, 19. n. 4. & 5. de iur. patronat. Paul. de citta. eod. tit. 6. p. art. 3. qu. 38. post med. n. 67. Lambert. eod. tit. de iur.*
6 *patron. lib. 2. p. 1. art. 2. q. 3. nu. 4. fol. 19.* † Etenim præsentatio est fructus iurispatronatus *d. c. consultationibus, cap. cùm Bertoldus. de re iudic. Menoch. cons. 90. nu. 123. lib. 1.* Vnde possessor malæ fidei non facit
7 fructus suos † *cap. de restitut. spoliat.* cum illi spectent solùm ad eum, qui bona fide possidet *Rocc. de iur. patron. in verb. competens, col. 17. q. 19.* vbi ita concordat opiniones, quando præsentatus à possessore præferatur, vt videlicet semper sit distinguen-
8 dum, an ista bona fides adsit, necne, *Abb. cons. 54. nu. 2. post princip. lib. 1. Innocent. in cap. in litteris, de restitut. spoliator. & in cap. cumana, de elect. Bald. in l. 2. col. vlt. nu. 17. in fin. C. de seruit. & aqua, Menoch.*
9 *consil. 90. nu. 121. & 124. cum seq. lib. 1.* † vbi ex hoc infert, quod talis præsentatus ab eo, qui erat in quasi possessione præsentandi cum bona fide non debet amoueri, quamuis deinde constet præsentantem non esse verum patronum *Gloss. in cap. ex literis, de iur. patronat. Rot. decis. 7. eod. tit. in nou. Lapus alleg. 89. nu. 8. in fin. Alex. cons. 75. nu. 46. lib. 4. Archid. in cap. si plures, 16. qu. 7. Abb. in c. cumana, col. 3. vers. pro clariori, de elect. & cons. 106. col. pen. lib. 2. Calcan. consi. 100. nu. 13. Guid. Pap. cons. 92. circa duo, in fin. Bero. cons. 6. num. 23. lib. 1. Aym. cons. 321. nu. 5. Rub. cons. 47. nu. 28 & 29. lib. 1. Dec. cons. 124. n. 3. & cons. 129. n. 4. Bald. in c. ex litteris, n. 5. de restit. spoliat.*

Et magis constat de mala fide, quia electiones annorum 1564. 1576. & 1594. fuerunt relatiuæ ad processum fulminatum auctoritate Apostolica per Vicarium generalem de anno 1526. in vim bullæ declarantis præsentationes, & alias dispositiones huiusmodi iurispatronatus spectare familiam, de qua in actis, & cum dictus processus cum præfata declaratione fuerit productus per eumdem com-
10 patronum, & eius antecessores, † apertè colligitur ex tali productione scientia omnium in ea contentorum *Castr. cons. 380. videtur, num. 2. lib. 2. Aym. cons. 26. nu. 3. Dec. cons. 266. non excedit, num. 6. cum aliis per Peregr. de fideicommiss. art. 57. nu. 107. in fin.*
11 † Ita vt ex hoc neque detur impugnatio eorum, quæ enunciatiuè, & incidenter exprimuntur in scripturis productis *cap. cum olim, de censib. Abb. cons. 52. num. 2. dub. lib. 2. Aym. cons. 77. nu. 8.* ex qua scientia iuris ad alios spectantis oritur mala fides,
12 quæ impedit acquisitionem quasi possessionis † annullando omnes præsentationes factas per talem possessorem malæ fidei *Abb. & alij in cap. consultationibus, de iur. patronat. Rocc. eod. tit. in verb. competens, col. 17. q. 19. ad fin.*

Ex quibus tollitur, quod debeat attendi vltimus status in ista quasi possessione iurium incorpo-
13 ralium, † Quia procedit dummodo adsit bona fides, & constet de scientia, & patientia eorum, quibus præiudicatur *Calder. consil. 12. de iur. patronat. Gonzal. ad reg. 8. cancellar. gloss. 45. §. 1. num. 32. &*

35.*cum aliis supra allegatis*.Maximè,quia non suffi-
14 cit sola præsentatio, † quæ non tribuit ius, tan-
quam non sit perfecta sine confirmatione,quæ di-
citur pars præsentationis, *cap.postquam, & cap.ni-
hil,de elect. Ioan.Andr.in cap.publicato, eod.tit. In-
noc.in cap.cum dilectus,de consuetud. Calder.cons.13.*
15 *in fi.de iur.patron.* † & cùm fuerit appellatum à di-
cta præsentatione,interim nullus effectus conside-
ratur, tanquam isti actus sint suspensi per appella-
tionem, & consequenter non potest considerari
prætensa quasi possessio, *Calder. dict.cons.13. ad
med.iur.patron.*

Ista videbantur multum facere pro compatronis,qui
prætendebant non fuisse acquisitum aliquod ius
in possessorio alteri compatrono; Quamuis re-
ctius considerando dixi nihil facere, quia in casu
nostro constabat compatronum præsentasse ani-
mo spoliandi alios compatronos, tunc enim illi
16 præiudicatur, † Et contraria procedunt, quando
non appareret, quod idem compatronus præsen-
tauit animo spoliandi alios, nam tunc nullum eis
fit præiudicium, sed conseruatur eorum possessio,
*Abb.cons.54.n.3.in fin.lib.1. Feder.consi.102.n.3.Rot.
coram R. P. D. Gipsio.Burgen.capellania*, 29.*Apri-
lis* 1587.

Et quamuis prætendatur constare de proprietate iu-
rispatronatus ad fauorem aliorum compatrono-
rum, quo casu vltimus status non attenditur, cum
17 illa † præualeat possessioni, *Abb.in cap.consultatio-
nibus, nu.9 de iur.patronat.Rot.diuers.decis.167.nu.
10.p.2.Cardin.Seraph.1495.num.4. Ferret.consi.210.
nu.7.in fin.Rot.coram.R.P.D.Penia.Lucana iurispa-*
18 *tronatus* 23.*Ianuarij* 1613. † Tamen non dicitur de
proprietate constare, nisi per confessionem vel
per tres sententias conformes, *Ægid.decis.103.Rot.
coram Cardin.Blanchetto Firmana iurispatronatus*,
28.*Maij* 1584.† Et ita ex prædictis fuit resolutum,
Maximè quia multa in facto fuerunt adducta pro
præsumenda scientia compatronorum, & licet
prætenderetur potuisse dari istam scientiam præ-
sentationum, non autem qualitatum in eis exi-
stentium, scilicet quod fuerint factæ præsentatio-
19 nes animo spoliandi alios, Nihilominus † facilius
præsumitur qualitas, quàm substantia *Ang.in l.si
certis annis, C.de pact.per l filius, Cod.de petit.here-
dit.l.sciendum,ff.de verbor.obligat. Cephal.cons.170.
n.27.lib.2.* Vbi etiam, quod temporis diuturnitas
facit præsumere qualitatem mandati, quamuis
20 † per eam mandatum non præsumeretur *Dec.cons.
297.non patitur,n.4.& cons.442.in causa in qua mo-
lestatur,n.22.Natt.cons.102.n.2. Ruin.cons.35.nu.19.
& 20.lib.1.Mascard.conclus.1149.n.6.& 7.*Cum in
21 qualitate probanda sufficiant † leuiores probatio-
nes, immo etiam coniecturæ, & præsumptiones,
*cap.per tuas,de probat.l.solent,ff.de aliment.& cibar.
legat.Ias.in l.1.in 2.notab. C.de test. Aret.cons.51.vi-
detur dicendum,col.1.Natt.cons.102.n.2.Cephal.con-
sil.170.n.24. & 25.lib.2.*

Quo ad alterum dubium concedendum est fuisse ac-
quisitam quasi possessionem per præsentationem
factam, quia licèt iuspatronatus pertineret ad tres
familias,ita vt præsentatus deberet habere medie-
tatem patronorum, non autem tertiam partem,
Tamen, quia adest donatio vnius ex compatronis
de sua parte ad fauorem compatroni,qui præsen-
tauit,per vsum d.donationis adest medietas patro-
22 norum, † & est acquisita ista quasi possessio, quæ
acquiritur etiam ex vnico actu præsentationis se-
cuta institutione, *Dec.cons.134 viso puncto & pro te-
nui facultate mea,nu.1 post Feder.cons.234.in 1.& 2.
dub.Oldrad.cons.312.thema quæstionis,in fi.& versic.
& dato sine præiudicio. per text. in cap. cum ecclesia
sutrina,de caus.possess.& propriet. Abb.cons.54.vide-
tur primo,n.2.vers sed per præsentationem,lib.1. Cal-
der.cons.12.de iur.patronat. Peregr. cons.33.col.1.lib.
1.* In collatione enim, & præsentatione beneficij
quando vacat, attenditur, & inspicitur ista quasi
23 possessio, † quæ præualet etiam præsentationi fa-
ctæ à proprietario, *Butr.& Abb.in cap.consultatio-
nibus,de iur.patronat.Card.cons.69.quo ad primum,
in 2.dub. Dec.cons.134. col.1, post med. vers.quia in
collatione, & versic.adeo ista quasi possessio, n.1. cum
aliis,de quibus supra n.1.*

Et quamuis opponatur instrumentum dictæ donatio-
nis non esse in forma probanti, Tamen constat de
24 illius legitima † exemplatione ante motam litem,
quo casu probat etiam sine compulsorialibus, *Fe-
lin.in cap.cum p.tabellio,de fid.instrum. Caputaq.de-
cis.101.n.3.part.2. Card.Seraph.decis.1481.* Et cum
tale exemplum fuerit factum auctoritate Iudicis
supremi cum insertione totius tenoris instrumenti
25 publici,& authentici, † datur plena fides transum-
pto,quamuis non exhibeatur originale, vel appa-
reat illud esse abolitum,cassum,& maculatum,*Fe-
lin.in cap.cum in iure 31.n.8. & 9.vers.limita primo,
& vers.secundo limita.de offic.delegat. post Bart.in l.
eos,§ super his,C de appellat. & in l.chirographis 57.
in princ.ff de administrat.tutor.iuxta auth ad hæc,C.
de fid. instrument.* & concludunt omnes *in auth.si
quis in aliquo:vbi Purpur.n.15.Socin.n.4.C.de edend.
latè Schrader.de feud.part.10.sect.12.nu.18. vsque ad
21.Conarr.pract. qu.cap.21.n.3.*

Neque obstat, quod non interuenerit citatio partis
Bald.cons.395.in fin.lib.4. Menoch.732.num.8.libr.8.
26 † Quia hoc procedit, quando tempore exempla-
tionis adesset certa persona, tunc enim illa esset
citanda, secus si de ea non constaret, nam hoc
casu sufficit,quod præcesserit citatio generalis per
27 edictum, † vel proclama *Innocent. & Abb. in cap.
Albericus,de testib.* quos refert, & sequitur *Alex.
consil.150.num.4.lib.6.* vbi quod ita fuit consultum
per famosissimos Doctores Philippum Corsinum,
& Nicolaum de Gambionibus,& Rosellum: *idem
Alexand.cons.112.num.1.lib.4.Bald.in auth.si quis in
aliquo, col.2. vers.iuxta, & col.3. versic.modus, C.de
edend.*

Et adeo debet esse certa persona, vt non sufficiat,
quod possit aduersarius in spe, & potentia, sed
28 † requiratur, vt sit re, & actu, in isto enim solo
erit adhibenda citatio, cum in alio non sit illa ne-
cessaria, *Purpur. in d.auth si quis in aliquo, num.22.
vers.sexto limitatur,& ibi Lancellot.C.de edend.post
Bald.in l.nec quidquam,§.vbi decretum,col.antepen.
ff.de offic.proconsul. Alexan.in l.filiusfamilias,§.diui,
col.3.& ibi Ias.col.8.de legat.1.*

Nec facit, quod non constet de ista citatione gene-
29 rali per edictum, nisi ex assertione Iudicis, † qui
mandauit exemplum fieri, Quia non solum hoc
per eum asseritur, sed etiam notarius, qui roga-
tus est de exemplatione faciat fidem de huiusmo-
di citatione per contradictas, cui tanquam pu-
blicæ personæ, & rogato de tali actu credendum
est, cum sit de re ad suum officium pertinente,
Dec.in cap.1.nu.20.de instrument.& cons.11.num.15.

Sard.

Surd.conf.7.n.47.lib.1. & tollitur omnis difficultas, quia datur etiam instrumentum separatum de citatione facta per contradictas quo ad omnes interesse habentes, & de eorum contumacia iuxta stylum, qui in huiusmodi contradictis seruatur,
30 quod debet attendi, † Ita vt non existente aliquo contradictore eorum, qui interesse prætendunt, magis credatur exemplo *Felin.in c.vlt.num.7.in fin. de fid.instrum.*

Minus obstat, quod huiusmodi exemplatio erat facienda per Iudicem, coram quo potuisset moueri
31 quæstio principalis negotij † contenti in originali, *Abb.in cap.fin.nu.9.de fid.instrum.* Quia iuxta approbatam consuetudinem publicationes instrumentorum, exemplationes, & similes actus possunt fierit etiam apud Episcopos, & ecclesiasticos,
32 & eorum officiales, † ita vt in hoc standum sit consuetudini, prout etiam dicimus de publicatione testium ad perpetuam rei memoriam, ita in specie testatur *Hostiens.in cap. vlt.colum.2.in princ. versic. verumtamen de moderna & approbata consuetudine. vbi Butr.col.2.ad med.vers.dicit tamen hic,num.5.Io. Andr.col.2.in princ.versic. verumtamen. Imol.col.2. post med.vers.sed secundum leges, nu.5.ad fin.Anan.*
33 *numer.3. de fid. instrum.* † Quæ consuetudo magis operetur quando tempore exemplationis nulla adest lis, prout non aderat in casu nostro, nam si illa adesset, seruatur de stilo, quod non adhibeatur fides scripturis transumptatis etiam cum solemnitatibus requisitis, nisi iura sint extracta, vel transumptata in vim compulsoriæ decretæ ab illo Iudice, coram quo pendet lis *Belencin.de charitatiu.subsid.q.142.nu.4. vers.quod intelligo. Sarnens.in c.statutum,n.60.de rescript.in 6.Mandos.de monitor. qu.43.nu.3.p.2.fol.67.*

Stante præsertim obseruantia eiusdem donationis,
34 per quam tollitur omnis defectus, † cùm etiam instrumentum minus solemne fidem faciat, quando iuxta illius tenorem fuit obseruatum *l.1. & 2. C.de fideicommiss. l.si veritas, C.eod.tit. Roman.cons. 222.dubitatur,nu.22.Bald.cons.402.in fin.nu.9.lib.5. Cin.in allegation. suu inter cons.eiusdem Bald.400. super primo puncto, col.1. lib.4. Ias.cons.161.col.4.in princ.lib.2.Grammat.decis.106.n.9. Aym.cons.101.n. 4.Rot.diuers.decis.375.nu.4.p.1.*

Et licèt non interuenerint solemnitates requisitæ per constitutionem Marchiæ in donatione, de qua agimus cum Iudicis decreto, insinuatione, ac aliis
35 ibi expressis, † Tamen huiusmodi defectus non nocet, cùm dicta constitutio non habeat locum in iure patronatus, sicut nec in alia re spirituali, vel spirituali annexa *Lambertin.de iur.patronat.p.1.lib. 2.q.4.princip.art.9.n.7.Honded.* qui multas decisiones Rotæ allegat *cons.20.num.8.& 9.lib.2.Card.Se-*
36 *raph.decis.424.* † Sed solùm in rebus prophanis, & temporalibus, cùm in bonis ecclesiasticis, & causis fori ecclesiastici conditor dictarum constitutionum nullam haberet potestatem *Boccat. ad constit. Aegid.seu ad leg.vnic.C.si de moment.possess.in addit. 15.n.162.cum seq. Marches.in rubr.de commiss.appellat.c.2.p.2.num.63.*

Nec obetit, quod non interuenerit in huiusmodi do-
37 natione consensus Episcopi, † Quia non est necessarius, quando patronatus donat alteri compatrono, *Glos.in c.nemini,in princ.vers.sed potest dici:& ibi Bellam.n.1.16.q.7. Ias.in l.voluntas, nu.8.post Castrens.ibid.n.5.C.de fideicommiss.Rip.in l.qui Roma,§. §.duo fratres, nu.87.vers.4 facit,ff.de verbor.obligat. Lambert.de iur.patronat.p.2.lib.1.q.1.princip.art.12. per tot.Caputaquens.decis.131.p.2. Rot.coram R.P.D. Verospio Asculana iurispatronatus, 24.Februar.1616. Butr.& Card in c.ex insinuatione, de iur.patronat.* Et ista opinio est verior vt testatur *Achill.decis.10.eod. tit.* reiecta sententia *Archid.Henr.Boich.Io Andr. & Abb.* Cùm in solidũ iuspatronatus sit penes omnes, & sic magis non decrescit alteri, quàm accrescat, cùm etiam vtilius sit Ecclesiæ habere vnum patronum, quàm plures propter expensas, & dis-
38 cordias, ac maiorem libertatem. † Quidquid aliud sit in donatione facta viuente patre, tunc enim requiritur consensus Episcopi, quia filius non est compatronus, *Rocc.de iur.patron.in verb.competens. qu.7.in fin.Caputaq.decis.131.nu.3.part.2.*

Cùm etiam stante effectuatione donationis præsumendum sit, quod consensus ordinarij interuene-
39 rit, † Immo etiam sufficiet tacitus ipsius consensus, quando constat eum sciuisse, & non contraxisse, *Gloss.in cap.cura:& ibi Abb.in vlt.notab.de iur. patronat.Francis.Marc.decis.473.nu.4.part.1. Dec. cons.639.viso consultatione, col.penult.ad med.num.4.* vbi, quod sufficit, quod talis consensus accedat post donationem, & testatur de magis communi opinione, à qua non est recedendum in iudicando, & quod ita fuit resolutum in *Rota decis.883. incip.quidam laicus donauit, aliàs est decis.17.de iur. patronat.in antiq.Card. in clem.1.qu.5.de rerum permutat.Tanis.decis.20. Lambertin. de iur.patron.p.2. lib.1.quæst.1.princip.ar.8.*& est text.*in dict.cap.cura, de iur.patronat.* vbi dicitur, quod postea habeat consensum, ponderando dictionem illam postea,
40 quæ † denotat interuallum, *l.non ait, §.fin.de iur. iur. l.iurisgentium, §.quinimo, ff.de pact. l.quoties, §. si quis ita, ff.de hæredib.instituend. Bart. in l.fructus, ff.soluto matrimon.& in l.ab hostibus, § sed quod simpliciter, col.1.ad fin.ff.ex quibus caus.maior.Franc.in c.1.in 1.notab.de constitut.in sexto.Tiraqu.in l.si vnquam, in verb.& postea, numer.11. vsque ad 23.C.de reuocand.donation.cum aliis quos adduxi dec. March.2.nu.13.cum seq.*

Nec refert, quod donans non potuerit filio suo præiudicare, cùm simus in iurepatronatus gentilitio, vnde patroni defuncti, qui neglexerunt præsentare non possunt aliquod præiudicium facere suc-
41 cessoribus, † qui habent ius præsentandi tanquam de familia *Ferret cons.134.num.11.* vbi, quod aliud est in primo acquirente, *Anchar.& Franc.in c.vnic. de iur.patron.in 6.Mol.de primogen.hispan.li.1.c.24. nu.51.Alex.cons.18.nu.3.lib.5.* vbi *Addit.*distinguit,
42 quod si est acquisitum † pro hæredibus, potest præiudicari, secus si pro filiis, *Rocc.de iur.patron.in verb.ipse vel is à quo, qu.33. Alex.cons.13.nu.10.lib.5.* vbi si est hæreditarium, potest præiudicari, cùm in
43 alio secus sit, † prout neque poterit præiudicari patiendo præscribi, *Surd.cons.276.nu.11.lib.2.* Cùm in iurepatronatus gentilitio non cadat præscriptio, etiam centum annorum, quia non possunt antecessores præiudicare successoribus nondum
44 natis, † & sic non præscribitur actioni nondum ortæ *Peregr. de fideicomm.art.41.n.16. & 17.fol.380. Molin.de primogen.hispan. lib.4.cap.16.nu.3.fol.514. post Castr.*qui fuit auctor istius opinionis *cons.467. lib.2.*& concludunt omnes *in l.filiusfamilias,§.diui, ff.de legat.*

Quia respondetur non constare in facto, quod tale

iuspatronatus sit gentilitium, cùm immo potius in dubio præsumendum sit hæreditatem, Vnde
45 † iuspatronatus fundatum pro filiis, & descendentibus, intelligitur pro filiis hæredibus, iuxta doctrinam Bartol. communiter receptam in *l. si ubi, §. si pactus, ff. de pact.* & notat *Cardin. in clem. 2. quæst. 7. de iur. patronat. Alexand. consil. 18 col. 3. nu. 6. & 7. lib. 5. & cons. 16. colum. fin. eod. lib. Innocent. in rubr. de iur. patron. num. 4. Abb. in cap. 1. & in saeculum, num. 5. eod. tit. & cons. 54. lib. 1. Ruin. cons. 108. num. 11. & 12. libr. 5. Couarru. var. resolut. lib. 2. cap. 18. num. 6. & 7. Aret. in cap. significauit, num. 30. vers. tertio sed posito, de testib. Dec. cons. 149. in causa iuspatronatus, num. 1. vers. siue etiam. Paris. cons. 48. num. 9. vsque ad 12. lib. 4 Gabr. cons. 196. num. 5. lib. 2. Peregrin. cons. 33. num. 9. lib. 1.*

Cùm præsertim ex multis præsentationibus in actis productis, quæ fuerunt sortitæ effectum appareat
46 patronos præsentasse nomine hæreditario & fœminas etiam admissas fuisse ad præsentandum vna cum earum descendentibus, ex quibus colligitur iuspatronatus esse hæreditarium *Rocc. de iur. patron. in verb. competens, num. 2. Peregrin. cons. 33. num. 4. cum seq. lib. 1 Rot. coram Card. Lancellotto, Florentina de Ricasolis, 10. Martij 1603. & 12. Februarij 1604. & coram R. P. D. Buratto. Florentina canonicatus, 11. Decembris 1605.* & multa aduxi *supra cap. 521.* Non obstante præsentatione ex aduerso pro-
47 ducta sine ista qualitate hæreditaria, † quia tanquam facta ignorantibus aliis compatronis est nullius roboris, & momenti, *Calder. cons. 6. de caus. possess. & proprieta. Rot. coram R. P. D. Verospio Asculana iurispatronatus, 24. Februarij 1616. ante fi. vers. nec refert: & latius in eadem causa, 16. Maij 1615. coram eodem.*

Et cùm fuerit facta donatio istius iurispatronatus pro se, &c. extenditur pro filiis, hæredibus, & suc-
48 cessoribus, † *Card. Seraphin. decis. 603. num. 2. Rot. diuers. decis. 393. in princ. part. 1. dixi supra c. 568. nu. 5.* Quod etiam est de iure communi, iuxta cuius dispositionem donatio est transitoria ad hæredes do-
49 natarij, † *Bald. in l. 2. C. de iur. dot. Surd. dec. 322. nu. 39. Marcobr. cons. 111. num. 74.* Et ita ex prædictis, & similibus rationibus conclusum fuit per *Rotam in huiusmodi causa Asculana iurispatronatus coram R. P. D. Verospio, Februarij 1616.*

EPITOME.

Erectio in ecclesiam collegiatam quando præiudicet iuribus, & præeminentiis prius competentibus ecclesiæ matrici. ¶ Et quid si adsit clausula, Sine alterius præiudicio. ¶ Et quis effectus ex ea resultet. ¶ Testis deponens aliquid factum coram Titio & Caio, si postea dicat non esse gestum in præsentia alicuius an debeat declarari præter expressos. ¶ Decretum Iudicis cum clausula, Si & quatenus de iure, an intelligatur præter edictum decreti interpositi, cuius defectus suppletur. ¶ Ecclesia collegiata quæ dicatur. ¶ Et illius Canonici quibus sint præferendi. ¶ Pulsatio campanæ in die Sabbati sancti an spectet ad ecclesiam matricem. ¶ Et an illa sit loco cathedralis. ¶ Consuetudo immemorabilis an sit sublata, si derogetur cuicumque consuetudini.

SVMMARIVM.

1 *Erectio in collegiatam non præiudicat iuribus, & præeminentiis prius competentibus ecclesiæ matrici, nu. 3. Intellige vt num. 5. 9. & 13.*
2 *Papa non censetur derogare iuri alterius, nisi in quantum exprimitur.*
4 *Clausula, Sine alterius præiudicio, reseruat ius in omnibus non expressis. Declara vt num. 6.*
7 *Decretum iudicis cum clausula, Si & quatenus de iure, intelligitur præter edictum decreti interpositi, cuius defectus suppletur.*
8 *Testis deponens aliquid factum coram Titio, & Caio, si postea dicat non esse gestum in præsentia alicuius, declaratur præter expressos, scilicet Titium & Caium.*
10 *Consuetudo immemorabilis non est sublata, quamuis derogetur cuicumque consuetudini, num. 12.*
11 *Consuetudo immemorabilis habet vim tituli, & priuilegij.*
14 *Concessio non potest acceptari absque qualitatibus in ea contentis, & illarum probatione.*
15 *Ecclesia collegiata habet sigillum & arcam communem, & facultatem faciendi syndicum, & statuta.*
16 *Canonici ecclesiæ collegiatæ præferuntur curatis ecclesiarum parochialium.*
17 *Obedientia pulsationis campanarum in die Sabbati sancti spectat ad ecclesiam matricem, prout publicatio edictorum ordinarij, cum aliis iuribus ei competentibus ex consuetudine immemorabili, nu. 18.*
19 *Debitus honor est dandus ecclesiæ matrici, quæ est loco cathedralis.*
20 *prohibitus ne aliquid faciat acquiescens prohibitioni amittit suum ius, ita vt amplius illo vti non possit.*

CAPVT DLXXVIII.

PEr erectionem ecclesiæ collegiatæ sancti Petri
1 non censetur præiudicatum iuribus † & præeminentiis prius competentibus ecclesiæ matrici sancti Georgij, de quibus modò quæritur. Cùm enim in litteris Apostolicis erectionis non sit hoc expressum, neque in eis fuerit facta aliqua mentio similis derogationis, remanent firma, & illæsa omnia, quæ prius obtinebantur per antiquas ecclesias, non secus ac si talis mutatio non esset secuta, nam Papa nunquam intendit derogare iuri alterius, nisi in quantum exprimit *cap. super eo, de offic. delegat. cap. ex tuarum, de auctor. & vsu pall. l. 2. §. merito, ff. ne quid in loco public.* & in specie istarum
3 erectionum ita statuit Summus Pontifex † *in extrauag. vltim. de concess. prabend. inter extrauag. Io. 22.* & notat etiam *Rebuff. in prax. beneficial. tit. de erection. in collegiat. post med. fol. 231.*

Quod magis procedit in casu, de quo agimus, cùm erectio fuerit facta per Summum Pôtificem, cum
4 clausula, Sine alterius præiudicio, † quæ tanquam reseruatiua firmat ius in omnibus non expressis, *Gloss. in cap. 1. §. in eos, in verb. quantum, de priuileg. in sexto. Rot. diuers. decis. 186. num. 4. part. 1. & decis. 785. nu. 4. ead. part. Oldrad. cons. 114. Aym. cons. 127. nu. 7.*

Non obstat decisio *Rot. coram Cardin. Seraphin. Illerden. praeminentiarum, 26. Iunij 1602. quæ est*
5 *inter impressas 1445.* † vbi aderat etiam clausula sine alterius præiudicio, & tamen conclusum fuit pro collegiata, vt debeat obtinere omnes præeminentias, exclusis iuribus prius compe-

tentibus

tentibus ecclesiæ matrici, Quia ibi Summus Pontifex expresserat in bulla erectionis iura, quę volebat spectare ad ecclesiam nouiter erectam in col-
6 legiatam, † Vnde non mirum, si tunc illa clausula Sine præiudicio alterius, non operetur, cum solùm stante ista expressione intelligatur respectu aliorum non expressorum, in quibus erunt reseruata iura alterius ecclesiæ, & sic talia verba intelligentur de alio præiudicio, quam de expresso iuxta *cons.* Oldr. 330. *in fin. vers. sed obiectum* [illegible] Gomes. *ad reg. de non tollend. iur. quæsit. qu. 1. col. vlt.*
7 *ad med.* † Exemplo decreti à Iudice interpositi cum clausula, & quatenus de iure, quæ debet intelligi præter decretum, seu edictum decreti interpositi, cuius defectui Iudex intendit supplere, Bar. *in l. cum propter in fin. ff. de legat. præstand.* Imol. *in l. si quando, in prin. n. 1. ad med. versic. quid autem si Iudex, ff. de legat. 1.* Prout etiam dicimus de teste, qui si deponat aliquid esse factum in præsentia Titij & Caij, si postea interrogatus dicat non esse
8 † factum in præsentia alicuius, intelligitur præter expressos, videlicet Titium & Caium, Alex. *in* [illegible] *ff. de iniur.* Gomes. *de iur. quæ-*
9 *sit. non tollend. q. 1. in fin.* † Aliud est in casu nostro in quo nihil exprimitur in bulla erectionis, vnde non mirum si concessio cum dicta clausula, sine præiudicio alterius, pręseruet omnia iura competentia antiquis ecclesijs, *glos. in c. 1. §. in eos, in verb. quantum, de priuileg. in 6.* vltra dispositionem iuris, de quo *in cap. vlt. de concess. præb. in Extrauag. Io. 22.*

Maximè, quia sumus in iuribus competētibus ecclesiæ matrici ex consuetudine immemorabili, quæ
10 nunquam censetur sublata, † quamvis etiam derogaretur cuicumque consuetudini, si in specie non exprimatur, propter illius excellentiam, & prærogatiuā, *Glo. in §. de cætero, in verb. præscriptione, auth. vt de cæter. commutat.* Fel. *in c. accedentes, n. 6. de præscript.* Ruin. *cons. 13. in fi. lib. 2.* Affl. *dec. 254 n. 5.* Couar. *li. 4. var. resol. c. 13. n. 15.* Tiraq. *de retract. conuent. §. 1. glos. 2. n. 12. cum alys per Gonzal. ad reg.*
11 *8. gloss. 33. n. 2. vsque ad 7.* † Cum talis immemorabilis consuetudo habeat vim priuilegij à Principe legitimè concessi, & tituli melioris de mundo, ac legis, veritatis, & pacti, ac denique eandem potestatem, quam habet Imperator, quando cum causa procedit, latè Gabr. *de præscript. concl. 2. n. 1. 44. & 65. vsque ad 70.* Put. *decis. 205. n. 2. & 3. lib. 1.* Rot. *diuers. dec. 717. n. 2. p. 1.* Quamvis hoc dictum sit ex abundanti, cum in bulla erectionis, de qua agimus, nulla adsit clausula derogatoria alicuius
12 consuetudinis, † vnde minus credendum est, quod Papa voluerit tollere ista iura competentia Ecclesiæ ex immemorabili consuetudine, cum etiam si derogasset, illa non censeretur sublata, vt dictum est, & latè etiam comprobat Garzias *de benefic. parte tertia. capite secundo, numero 190. cum seq.*

Neque obstat, quod in Bulla erectionis concedantur
13 omnia priuilegia, exemptiones, † & præeminentiæ, ac prærogatiuæ, quæ aliis collegiatis conceduntur, quia debet prius cōstare, quod iura, de quibus agimus competant aliis ecclesiis collegiatis, quod erit per Aduersarios probandum tanquam fundamentum eorum intentionis, cum non possit per eos acceptari concessio absque
14 qualitatibus in ea contentis, † & illarum probatione Bald. *in l. in causis, C. de accusat.* Socin. *cons. 55 numero 4. libro 1.* Tiraquel. *de retract. consang. §. 8 gloss. 7. numero 1.* Surd. *consil. 430. numero primo, libro 1.*

Habebunt igitur Canonici ecclesiæ collegiatæ iura
15 collegij, tractatus communes, † sigillum, dormitorium, seu refectorium, & arcam communem, facient syndicum, & statuta, & collationes, & alia quę competunt ecclesiis collegiatis, de quibus per Doctores *in c. nobis, vbi Abb. n. 8. & Card. n.* [illegible] *de iur. patron.* Fel. *in c. accedentes, col. 1. de præscrip.* latè Rot. *coram R. P. D. Orano Asculana parochialis S. Laurentij, 20. Maij 1585. quæ est inter dec. Rot. diuers. 422. p. 4.* Card. *Seraph. dec. 1256.* Menoc. *de præsump. q. 90. n. 22. lib. 3.* latè Mascard. *concl. 584. n. 1. vsque ad 12.* Lap. *alleg. 30, vbi* Mand. *in verb. colli* Feder. *de*
16 *Sen. cons. 34.* † Et pręferentur Curatis, & Rectoribus parochialium Card. Alex. *in c. episcopos, n. 3. ad fin. vers. inter alios autem clericos 17. distinct. per tex. in c. licèt canon. & c. statuimus, de elect. in sexto.* Henric. Bot. *de synod. episcop. p. 3. num. 28. tom. 13. p. 2. fol. 385*
17 † Quo verò ad alia dicendum est illa spectare ad ecclesiam matricem, prout obedientia pulsationis campanarum in die Sabbati sancti iuxta *Bullam Leonis X. in Concilio Lateranen. de quo in Bull. n. 17. post med.* & notat Fusc. *de visitat. li. 2. c. 15. n. 69. in fin. & lib. 1. c. 14 n. 6.* Thesaur. *for. eccles. p. 1. cap. 8 n. 21.* vbi etiam quod ita fuit decisum in Congregat. Cardin. 10. Octobris 1586. Idem est concludendum de aliis iurisdictionibus competentibus
18 † ex immemorabili consuetudine ecclesiæ matrici, vt publicatio edictorum ordinarij, pręcedentia crucis, cum aliis narratis in facto, quibus non censetur derogatum per bullam erectionis; vt supra
19 dictum est, † cum etiam debitus honor sit dandus ecclesiæ matrici, quæ est loco cathedralis, etiam si regatur per Vicarium, & sit de præsentatione, vel collatione monachorum, *Vital. in clem. 1. n. 13. post gloss. ibi in verb. matricem, de sentent. excommun.* Gregor. Sayr. *de censur. eccles. libro tertio cap. 33. numero 46.*

Quibus addendum est, quod multo magis in casu nostro competunt istæ præeminentiæ ecclesiæ matrici, exclusis canonicis ecclesiæ collegiatæ;
20 cum eis † fuerit facta prohibitio per Rectorem dictæ ecclesiæ matricis, ne crucem portent, & stolam in funeralibus, & aliis functionibus, cui prohibitioni cum acquieuerint, dicitur amissum omne ius, ita vt amplius illo vti non possint, cum in hujusmodi actibus sufficiat prohibitio cum patientia prohibiti subsecuta *Cin. & Bart. in leg. 1. C. de seruit.* Castrens. *consil. 205. in causa quæ vertitur, col. 2. lib. 2.* Ias. *in §. æque, col. 6. instit. de actionib.* Aymon. *de antiquit. tempor. part. 4. §. materia ista, numero 81.* Guid. Pap. *decis. 298. numero secundo* Felin. *in cap. pastoralis, col. 3. vers. octano limita, de offic. ordin.* Gabr. *conclusio 13. numero 13. de præscript.*

EPITOME.

Obligatus ad deponendum pecunias ad effectum illas reinuestiendi in locis montium seu bonis stabilibus quando teneatur ad fructus si non adimpleuit. ¶ Et an requiratur interpellatio. ¶ Interesse certum cum potentia propinqua quo casu sit probandum, vt illud sit debitum. ¶ Pecunia an sit promissa si mandetur dari speciem, vt illa vendita soluatur pecunia. ¶ Et quid è contra si promittatur pecunia ad effectum emendi spe-

ciem, an dicatur promissa species. ¶ Et quando talis promittens teneatur ad factum. ¶ Mora irregularis in quibus casibus contrahatur. ¶ Scientia quando probetur. ¶ Vendens loca montium quæ vendere non debebat an habendus sit pro possessore, ita vt possit cogi ad solutionem fructuum. ¶ Verba impersonalia quando inducant obligationem. ¶ Filia an reputetur extranea, stante statuto exclusiuo fœminarum. ¶ Esse in mora, vel conuertere in suam vtilitatem an æquiparentur. ¶ Statutum mandans consignari dotes competentes iuxta conditionem personarum an intelligatur, vt dos nó sit debita, nisi secutis nuptiis, & quod interim dotanda debeat ali. ¶ Dos de paragio qualis sit. ¶ Finis dispositionis, & solutionis quando attendatur.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio vt quis teneatur deponere aliquam pecuniæ quantitatem pro illa reinuestienda in locis montium, si non adimpleatur, an faciat vt interesse sit debitum per eum, qui non reinuestiuit, n.23.*

2 *Interesse quando sit probandum certitudinaliter si prætendatur ex re, quam administrator debebat emere.*

3 *Promissio de soluendis pecunijs respectu certæ rei emendæ iudicatur sicut de specie, & facit vt fructus sint debiti, provt si species esset promissa.*

4 *Finis dispositionis, & solutionis attenditur.*

5 *Pecunia censetur promissa si mandetur dari speciem. vt illa vendita soluatur pecunia, provt è contra, si promittatur pecunia, vt ematur species, dicetur promissa species, & sic res emenda.*

6 *Propositum in proposito debet operari, sicut oppositum in opposito.*

7 *Fructus debentur, si prædium, seu quid simile fuerit promissum.*

8 *Promittens quantitatem pecuniæ ad emendum aliquid, & tradendum, tenetur ad factum, & non adimplendo obligatur ad interesse.*

9 *Mora irregularis contrahitur fauore piæ causæ, & dotis, & minoris, n.11. & 24.*

10 *Interpellatio non requiritur in reinuestimento faciendo pro alimentis.*

11 *Interpellatio excluditur stante iuramento, & obligatione camerali, maxime in eo, qui scit explicite se aliquid certa die facturum, n.13. & quid si adsit conditio, n.14.*

15 *Scientia probatur ex cohabitatione, & ex facto, quod verisimiliter debebat deuenire ad notitiam alicuius, num.16.*

17 *Certus non debet certiorari.*

18 *Potentia propinqua & lucrum certum est probandum etiam in locis insignibus. Declara vt n.19.*

20 *Fructus fructuum locorum montium, si legentur, & debeant reinuestiri, non indigent liquidatione, & debentur etiam non facto reinuestimento.*

21 *Vendens loca montium, quæ vendere non debebat dicitur possessor, & tenetur ad fructus.*

22 *Paria sunt esse in mora, vel conuertere in suam vtilitatem, & in vtroque casu debentur fructus.*

25 *Promittēs reinuestire pecunias in locis montiū, præsumitur cogitasse de loco, in quo similes emptiones fiunt.*

26 *Verba impersonalia non inducunt obligationem. Intellige vt n.28.*

27 *Verba debēt declarari secundum subiectā materiā.*

29 *Dotans potest apponere in dote conditionem sibi magis visam.*

30 *Filia amittit suitatem, stante statuto exclusiuo fœminarum propter masculos, & reputatur extranea, nec potest petere legitimam, nec illius supplementum.*

31 *Statutum mandans consignari dotes competentes iuxta conditionem personarum, ac facultates bonorum, intelligitur vt non debeatur dos, nisi secutis nuptijs, & interim præstabuntur alimenta.*

32 *Dotare de paragio quid sit.*

CAPVT DLXXX.

FVit facta conuentio inter fratres occasione prouidendi de dote assignanda sorori, quod si per totum mensem Augusti 1605. dicta soror non esset nuptui tradita, vnus ex dictis fratribus
1 teneatur, provt promittit, † & se obligat soluere, & exbursare scuta trecenta, quæ per eum detinebantur in Monte Ciuitatis ipsorum contrahentium per reinuestirli in tot locis montium non vacabilium, qui vadant in augmentum dictæ dotis, & fructuum, quibus scutis trecentis solutis, vt supra per [illegible], tali casu [illegible] frater non teneatur dare scuta vigintiquatuor annuatim promissa, vt latius in capitulis factis inter fratres continetur, Qua conuentione stante, & non secuto deposito, & reinuestimento in tempore præfixo, prætenditur contra non adimplentem interesse, Quod deberetur ex dictis locis montium emendis, quod quidem deberi crederem verius
2 esse, Nam in hoc casu non videtur requiri, † vt istud interesse probetur certitudinaliter cum aliis requisitis per Castrens. *in l.3. ff. de eo quod cert. loc.* Quia ista non procedunt, quando quis prætenderet interesse ex re, quam administrator, seu alius obligatus ad faciendum debebat emere, cum satis dicatur concludens dicta liquidatio ex probatione facta, quod tot fructus percipi potuissent ex illis locis montium emendis etiam in eo, qui non est solitus negotiari: Honded. in specie *cons. 39. n. 13. versic. minus in casu nostro repugnat, & n. 14. lib. 2* Ruin. *cons. 194. col. 1. post med. versic. secundo ad idem lib. 4.* iuxta doctrinam Bart. *in l. tutor. qui repertorium, §. qui post, & §. seq. ff. de adminis. tutor.* Alex. *cons. 31. n. 11. lib. 6.* Aym. *cons. 433. n. 19. lib. 3.*

Accedat, quod promissio non fuit simpliciter de pecuniis, sed respectu certæ speciei emendæ, ideò
3 iudicatur † de eis, sicut de specie *l. talis scriptura, in fi. & l. plane, §. 2. & l. sed & si certos, ff. de legat.* 1 Ergo veniunt vsuræ, & fructus, provt si species esset promissa, quasi tunc non petantur vt vsuræ, sed quatenus ex fructibus perciperentur, vt in proposito declarat Socin. *cons. 247. colum. vltim. in prin. lib. 2. per text. in l. 1. & l. fin. C. de vsur. & fructibus legat. l. titia textores, ff. de legat.* 1. Cum etiam
4 † semper attendatur finis dispositionis, & solutionis, *l. fideicommissi, in prin. ff. de vsur.* vbi si mandetur dari speciem, vt illa vendita soluatur pecu-
5 nia, censetur promissa pecunia, † & non species, ita vt in hoc casu quis sit creditor pecuniæ, & non speciei, Vnde etiam è contra si promittatur pecunia, vt ematur species, dicetur promissa species, & sic res emenda, non autem pecunia, provt in terminis ita concludit Socin. *cons. 247 col. vlt. in princip. vers. quarto hanc eandem conclu-*
6 *sionem, lib. 2.* † vt operetur propositum in proposito, quod oppositum in opposito *l. si [illegible] proponis,*
7 *Cod. de nupt.* Et † per consequens rectè petuntur fructus

fructus, qui regulariter debentur, si prædium, seu quid simile fuisset promissum, *l. apud Iulianum, §. fructus, ff. de leg.* 1. *l. si tibi homo, §. cũ seruus, ff. eod. tit.* Præterea ex conuentione clare colligitur, quod ille qui promisit scuta 300. tenetur ad emendum, &
8 tradendum, † & sic obligatur ad factum emendi, tradendi, quo casu non adimpleto in tempore semper tenetur ad interesse, vt in specie notat Soc. *cons. 247. in fin. lib. 2. per text. in l. si quis ab alio, de iudic. l. stipulationes non diuiduntur, §. celsus, ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. 1. ff. de action. empt.*

Neque obstat, quod prædicta videntur procedere
9 stante mora, & interpellatione, † Quia sufficit mora irregularis, quę contrahitur fauore pię causæ doris, quæ illi æquiparatur Bal. *in auth. hoc amplius, C. de fideicom. per tex. in l. titia seio, §. vsuras ff. de legat.* 1. Soc. *cons. 246. n. 8. in fin.* Maximè, quia reinuestimentum erat faciẽdum, etiam pro alimen-
10 tis vltra dotem, † tunc enim nulla requiritur interpellatio, *l. cum vnus, §. verbis, ff. de alim. & cibar. legat.* Surd. *de alim. tit. 3. q. 9. n. 27.* Cum etiam simus in minore, ad cuius fauorem ipso iure committi-
11 tur mora † absq; aliqua interpellatione, *l. minorum, C. in quib. caus. in integ. rest. non est necess. l. titia seio. §. vsuras, de legat.* 1. & in proposito similis depositi notat Cast. *cõs. 125. viso testamẽto Ambrosij, col. 2. ad med. vers. nec obstat, si dicatur quod cũ dicta filia, li.* 1

Maximè, quia hic adest iuramentum, & obligatio ca-
12 meralis, quæ excludunt interpellationem † Aym. *cons. 64. n. 2.* Doct. *communiter in c. breui, de iur. iur.* Gabr. *eod. tit. concl. 2.* Gozad. *cons. 27. col. 3.* Rim. Iu. *cons. 67. n. 2. lib. 1. Rot. coram R. P. D. Gipsio Romana cambiorum 17. Decembr.* 1584. vbi, quod maximè procedit, quando quis explicitè dicit certa die se
13 aliquid facturum, prout est casus noster, † in quo promittitur reinuestimentum per totum mensem Augusti 1615. Aym. *cons. 94. n. 1.* Castr. *cons. 125. col. 1 post med. vers. & iura quæ dicunt, li. 1.* latè Honded. *cons. 50. n. 5. lib. 1. qu. 1.*

Nec facit, quod quamuis fuerit explicitè promissum reinuestimentum die certa, tamen adest conditio, quod si soror non esset nupta per totum
14 mensem Augusti teneretur ad † deponendum, & reinuestiendum, quo casu interpellatio requiritur Dec. *cons. 2. n. 5.* Quia ista conditio non secutarum nuptiarum erat plenè cognita ipsi fratri, qui tenebatur deponere, stante quod soror nubenda erat
15 in sua domo, † cum qua simul cohabitabat, & ab ea non recedebat, quo casu dicitur probata scientia Anch. *cons. 170. col. fin.* Aret. *cons. 29. col. 7. versic. maxime ex quo Venetijs.* Socin. *cons. 264. col. 6. lib. 2* Aym. *cons. 151. n. 24.* Roland. *cons. 19. n. 39. & 40. lib. 1* Honded. *cons. 35. n. 28. lib. 1.* Maximè propter qualitatem facti, quod verisimiliter debebat deuenire
16 in notitiam fratris circa nuptias sororis, † tunc enim magis scientia est probata *c. quanto, de translation. prælator.* Corn. *cons. 268. col. 2 ad fi. li. 4.* Aym. *consil. 168. n. 15.* Roland. *cons. 19. n. 43. lib. 1.* Dec. *cons.*
17 10. n. 87. lib. 1. † Vnde stante scientia non requirebatur alia certioratio, *l. 1. de adempt. c. eum qui certus, de reg. iur. in 6.*

Minus obstat, quod non fuerit probata potentia propinqua, & lucrum certum, prout requiritur
18 etiam † quando sumus in locis insignibus, Card. Seraph. *dec. 186. in fin.* Quia hoc procedit quando essemus in probatione interesse iuxta requisita, de qua per Castr. *in l. 3. ff. de eo quod cert. loc.* Aliud est
19 in casu nostro, † in quo non tractatur de huiusmodi interesse, sed de fructibus qui erant percipiendi ex locis montium emendis, tunc enim dicitur liquidatio certa, ita vt non sit opus vlteriori liquidatione, Honded. *cons. 39. n. 13. & 14. lib. 2 cum alijs supra allegatis.*

Quare dicimus, quod si fuerint legati fructus fru-
20 ctuum locorum montium, † qui deberent reinuestiri, tunc adeò sunt certi, vt alia liquidatione non indigeant, & debentur legatario, etiam non facto reinuestimento, ac etiam non probatis requisitis per Castr. *in d. l. 3. ff. de eo quod cert. loc.* prout in terminis concludit *Rot. coram R. P. D. Orano Rom.*
21 *domorum 20. Decembr.* 1585. † Quemadmodum è contra vendens sua culpa loca montium, quæ vendere non debebat, habendus est tanquam possessor dictorum locorum, & consequenter tenetur ad eorum fructus, non secus ac si loca non fuissent vendita *l. si sine, §. Modestinus, il secundo, ff. de administr. tut.* Rot. in specie *coram R. P. D. Penia*
22 *Romana bonorum 26. Iunij* 1602. † Et paria sunt esse in mora, vel conuertere in suam vtilitatem, ita vt tam ex vno, quam ex alio teneatur quis ad vsuras, vt notat Castr. *in l. quamuis, §. si creditor, ad med. n. 3. ff. de pign. act. Add. ad Bart. in l. mora fieri, in pr. in verb. secundo oppono, ad fin. ff. de vsur.* Quod etiam latè voluit idem Castr. 125. *viso testamento Ambro-*
23 *sij. lib. 1. col. 2. in prin.* † vbi loquitur in terminis de pecuniis relictis pro dote, quæ erant deponendæ pro alimentis, & fructibus dotalibus, si enim hoc factum non fuerit, debent solui fructus, qui percipi potuissent ex illo deposito, non secus ac si
24 fuisset factum, † & quamuis secundum eundem Castr. requiratur interpellatio, Tamen satis supra ostensum est illam in casu nostro non requiri, cum simus in die certa, & adsit iuramentum, *l. magnam, C. de contrah. stipulat. l. quoties, §. in diem, ff. de verb. oblig.*

Neque etiam obstat, quod in ciuitate contrahentium non adsint loca montium, quæ possint emi, Quia conuentio non loquitur, nisi de deposito faciendo in Monte dictæ ciuitatis, quo verò ad loca montium emenda non adest aliqua restrictio, vt isti debeant emi, ideò intelligetur, vt fieri de-
25 beat emptio in vrbe, † cum de ea verisimiliter credendum sit fuisse per partes cogitatum, tanquàm de loco in quo huiusmodi emptiones solent fieri. Aym. *cons. 298. n. 16. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 35. & lib. 3. tit. 1. n. 12.*

Nec oberit quod verba per reinuestiri sint imperso-
26 nalia, ideò non inducant obligationem, † quia stante onere deponendi, ad quod tenebatur promittens, & causa ob quam fiebat depositum, videlicet pro augmento dotis, & alimentorum, satis patet, quod reinuestimentum erat faciendum per
27 eum, qui promisit deponere, † cum verba sint intelligenda secundum subiectam materiam; *clem. exiui de verb. signif.* & in proposito notat Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 29. n. 50* post Bald. *in l. omnes populi, in fin. vers. generaliter nota, ff. de iustit. & iur.* Maximè quia in casu nostro
28 non stat impersonalitas in verbo obligatiuo, † sed executiuo, cum promittatur depositum scutorum trecentorum per reinuestiri, tunc enim semper intelligitur ab ipso promissore, iuxta communem opinionem, de qua per Bart. *in l. stipulatio ista, § si quis ita, n. 2.* vbi Ias. *n. 4. ff. de verb. obligat.*

Idem Ias. in l. vlt. §. Labeo, n. 1. in fin. ff. si certum. pet. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 29 n. 49. in fi.

Quo verò ad secundum dubium, crederem non potuisse dictam sororem testari, quia adest expressa conuentio inter frates, quod illa moriente innupta non possit disponere de scutis tercentum, nec
29 de aliis stabilibus, † cum talia bona sint dotantium, qui potuerunt apponere istam conditionem Bal. Aug. & Salic. *in l. vnic. §. accedit, C. de rei vxor. act.* Rimin. Iun. *cons. 167. n. 1. & 2. lib. 2.* Cephal. *cons. 398. n. 10. lib. 3.* Negus. *de pignorib. p. 2. membr. 4. n. 27* Surd. *cons. 255. n. 23. lib. 2.*

Stante præsertim statuto producto, quod excludit
30 fœminas fauore masculorum, † quo casu filia amisit suitatem, & reputatur extranea, neque potest petere legitimam, nec illius supplementum Soc. *cons. 288. col. 8. vers. vltimo loco, lib. 2.* Aym. *cons. 11 num. 13.* Boer. *dec. 188. n. 7.* Menoch. *de arbitrar. cas. 149. num. 3. post pr. cum aliis per Crass. in §. legitima, qu. 3. n. 6. ad med.* vbi *num. 7.* quod magis hoc procedit, quando in statuto disponitur, prout in casu nostro, vt nihil amplius petere possit, quàm dotes, Natt. *cons. 201. in fin. Ioseph. Ludou. dec. Perus. 21. n. 21. cum seq.*

Quæ sine difficultate habent locum in casu, de quo agimus, cum statutum mandet filias dotari, & dotes eis consignari condecentes, & competentes secundum conditionem personarum, & facultates
31 bonorum, † quæ verba clarè ostendunt quod non debeatur dos, nisi secutis nuptiis, cum similes qualitates non possint considerari in persona viri, ac facultatibus patrimonij, nisi postquam fuerit contractum matrimonium, & in ipso actu nubendi, & per consequens dos erit dilata in tempus nuptiarum, ita vt antea filia non possit de dote disponere, sed debet interim ali à fratre, cui prius est deferenda hęreditas paterna, ad hoc vt possit postea sororem dotare de bonis hæreditariis, cum hoc casu statutum possit minuere legitimam in tempore, prout omnia prædicta in proposito nostro considerat Rot. *coram Card. Blanchetto Alban. legitime, 22. Maij 1579. inter dec. diuers. 540. n. 3. cum seq. part. 2. post Grammat. cons. ciuil. 145. n. 5. & 6. Gab. cons. 5. n. 10. lib. 1. & cons. 139. per tot. lib. 2.* vbi loquitur de statuto Vrbis, quod simile isti, de quo agimus, cum tam vnum, quàm aliud disponat de dote danda iuxta conditionem personarum, & faculta-
32 tes patrimonij, hoc † enim est dotare de paragio, prout dicit statutum Vrbis, & explicat Rot. *diuers. d. dec. 540. n. 3. p. 1. iuxta l. quæro. ff. de iur. dot.* Grammat. *cons. ciuil. 145. n. 5. & 6.* Dec. *cons. 26. n. 5.* & quomodo taxetur dos de paragio latè Mastrill. *decis. 167. 172. & 200.*

EPITOME.

Bona feudalia quando cadant in obligatione. ¶ Et quid in officiis vacabilibus reductis ad stabilia, & allodialia. ¶ Vel stante licentia Principis, vt de eis possit disponi, sicut de bonis propriis. ¶ Et quomodo intelligatur hoc verbum, disponere. ¶ Actus voluntarius an extinguat hypothecam. ¶ Fructus fideicommissi etiam nascituri quando possint alienari, & liberè vendi, & dari insolutum. ¶ Et an quo ad eos aliquid operetur prohibitio expressa testatoris, & tacita legalis. ¶ Adiudicatio de fructibus annalibus an possit fieri quando non potest adiudicari fundus feudalis, seu fideicommisso subiectus. ¶ Caducitas an possit allegari per alios, quàm per vocatos in fideicommisso in casu alienationis. ¶ Cessibilia, & transmissibilia an recipiant hypothecam.

SVMMARIVM.

1 *Reductio officiorum vacabilium ad bona stabilia quomodo intelligatur, n. 9.*
2 *Officia transmissibilia, & cessibilia recipiunt hypothecam.*
3 *Bona feudalia non cadunt in obligatione. Fallit si fuerint redacta ad allodialia, & libera, n. 4.*
5 *Permissa alienatione bonorum conceditur hypotheca.*
6 *Minus est pignorare, quàm vendere.*
7 *Prohibita venditione censetur prohibita hypotheca.*
8 *Permisso fine videntur concessa media, quæ ad finem tendunt.*
10 *Licentia Principis disponendi de regalibus, & feudalibus facit, vt possit agi hypothecaria pro auocanda possessione illorum.*
11 *Feudum quando veniat in generali obligatione, & num. 12.*
12 *Verbum disponere, trahitur ad vltimas voluntates, & contractus inter viuos, & conuenit omni materiæ, num. 14.*
15 *Æquiparatorum idem est iudicium.*
16 *Actus voluntarius non extinguit hypothecam.*
17 *Hypotheca transit cum sua causa, & onere, & vadit in quemlibet possessorem.*
18 *Fructus fideicommissi possunt liberè vendi, & alienari, & dari in causam iudicati, & in solutum. Amplia in fructibus nascituris. n. 19. & 23.*
20 *Fiscus vtitur iure communi si non adsit casus priuilegiatus.*
21 *Prohibitio alienationis expressa testatoris, & tacita legalis procedit quo ad bona, non quo ad fructus, num. 22.*
24 *Adiudicatio de fructibus annalibus non est facienda, quando non potest adiudicari fundus feudalis, seu fideicommisso subiectus. Contrarium est verius, n. 25. & 26.*
27 *Prohibitio cuiuscumque alienationis comprehendit hypothecam.*
28 *Caducitas non potest allegari, nisi per vocatos in fideicommisso in casu alienationis an voluerit illa vti, necne.*
29 *Interpretatio debet potius fieri, vt rescriptum nihil operetur, quam quod priuetur quis iure suo etiam verba improprijando, quamuis etiam adesset fauor pia causa n. 30.*
31 *Ius quæsitum non tollitur, nisi constet de clara mente Principis.*

CAPVT DLXXX.

IN reductione ad perpetuitatem officiorum, de quibus agimus, mandat Summus Pontifex quod non solùm illa non vacent per obitum ali-
1 cuius ex notariis, sed perpetuò, † liberè, & integrè spectent, ac pertineant ad hæredes, & successores quoscumque eiusdem notarij decedentis, siue ab intestato, siue ex testamento venientes, tanquam bona stabilia, & quod absque vllius contradictione, sicut de bonis stabilibus perpetuis totaliter, & integraliter possint disponere, ipsaque resignare, vendere, & alienare, & possessio dictorum officiorum in hæredes præfatos, & eorum singulos continetur, ac si bona allo-

dialia

dialia, & stabilia, ac propria ipsius defuncti es-
sent, ac semper fuissent, prout latiùs in dicta con-
stitutione continetur.

Ex quibus verbis clarè colligitur, quod permissa est
2 obligatio huiusmodi officiorum, † cùm enim sint
transmissibilia, & cessibilia recipiunt etiam hypo-
thecam *l. ex pluribus* 45. vbi Bart. *de administr. tut.*
Alex. *in l. si stipulatus 76. in prin. ff. de verb. obligat.*
Bero. *cons. 73. n. 39. lib. 1.* Maximè, quia licet bona
3 feudalia non cadant in obligatione, † ita vt credi-
tor agendo hypothecaria nihil possit consequi ex
dictis bonis Alex. *cons. 124. n. 9. lib. 4.* Tamen quan-
do, prout in casu nostro, sumus in feudis, & rega-
libus redactis ad bona libera, & allodialia, ac pa-
4 trimonialia datur in eis hypotheca, & † valet ven-
ditio, & alienatio, & possunt capi in solutum, &
executio fit in eis ex causa iudicati, & ex secundo
decreto, vt in specie concludit Rip. *in l. obligatio-
ne, n. 39. col. 9. in prin. versic. tertius casus, ff. de pigno-
rib.* iuxta doctrinam Salic. *in auth. & qui iurat. col.
11. in fin. vers. & prædicta vera nisi esset tale feudum,
Cod. de bon. auctorit. iudic. possid.* Idem Rip. *lib. 1
responsor. c. 1.*

Et facit, quod regulariter permissa alienatione, &
venditione bonorum, censetur etiam concessa
5 obligatio, † & hypotheca, maximè in bonis reda-
ctis ad instar allodialium, ac patrimonialium, *Glo.
in l. 2. in verb. vendiderit, in pr.* & ibi Salic. *n. 1. in fi.
C. de patribus qui fil. distrax.* vbi in casu, in quo pa-
tri permittitur filium vendere, multò magis lice-
6 bit pignorare, † quasi hoc minus sit *l. non debet, de
reg. iur. in 6. cui licet, eod. tit. in sexto,* & de communi
testatur Couar. *lib. 3. var. resol. c. 14. n. 4. vers. secun-
do eadem lege, col. 5. in fin.* vbi quod *dicta gloss.* est
communiter recepta post Bald. *in l. in suis, ff. de
liber. & posthum. cum alijs per Molin. de primogen.
7 hispan. lib. 4. c. 5. n. 24. & 25. fol. 489.* † Cum etiam è
contra prohibita venditione censeatur prohibita
hypotheca, vt contrariorum sit eadem disciplina,
l. vlt. §. fi. de legat. 3. Doctor. *in rubr. de acqu. possess.*
cum distinctionibus, de quibus *supra*..... Maximè,
8 quia permisso fine † videntur etiam concessa me-
dia, quę tendunt ad finem *l. oratio, de sponsal.* Quid-
quid aliud sit in feudo, in quo non permittetur
pignoratio permissa venditione Corbul. *de caus.
priuat. ob alienat. irrequis. dom. qu. 6. num. 14. fol. 320*
Frecc. *de subfeud. p. 2. q. 9. fol. 135.* Menoch. *de arbitr.
cas. 171. n. 16. in fin.*

Neque obstat, quod talia officia sint ad instar rega-
9 lium, seu feudalium. † Quia iam supra dictum
est fuisse redacta per Summum Pontificem ad bo-
na libera, & allodialia, & patrimonialia, cum am-
plissima facultate de illis disponendi, sublata qua-
liber dispositione Conseruatoribus Vrbis, cum
aliis verbis generalibus, de quibus in constitutio-
ne, per quæ clarè apparet non esse amplius rega-
lia, & per consequens valere hypothecam, vt in
terminis dicit Rip. *in l. obligatione, n. 39. ff. de pigno-
rib. cum alijs supra allegatis, n. 4.*

Immò, quamvis essent feudalia, & regalia, Tamen
quando Princeps concessit licentiam de eis dis-
10 ponendi, † potest agi per hypothecariam pro
auocanda possessione illorum Afflict. in specie *in
c. 1. §. in generali, si de feud. fuer. controuer. int. dom. &
agnat.* quem sequitur Frecc. *de subfeud. li. 2. q. 3. col.
3. ad med. vers. & ideo si rex dat licentiam, n. 6. fol.
127.* & voluit etiam Bald. *in d. §. in generali, n. 1.* vbi,
11 quod quando sumus in emptore † qui verisimili-
ter non esset empturus, si sciuisset, tunc in genera-
li obligatione non venit feudum tanquam non
sit alienabile, Aliud est quando iuste emptor
si sciuisset, puta, quia posset alienari, cum Curia
12 consensetir, tunc enim † etiam illud continetur
in dicta obligatione *vt in cap. 1. de capit. qui cur.
vendid. l. qui tabernas, de contrah. empt.* & dictam
auctoritatem Bald. multum fuisse commendatam
à Dominis consiliariis attestatur Frecc. *de sub-
feud. qu. 3. col. 3. ad fin. num. 3. in fin. fol. 127.* vbi subdit
idem etiam sentire Andr. de Isern. *in d. c. 1. de capit.
qui cur. vendid.*

Quibus additur, quod non solum in casu nostro per-
missa est venditio, & alienatio istorum officio-
rum, sed etiam Summus Pontifex concedit, vt abs-
que vllius contradictione possint notarij tota-
liter, & integrè de eis disponere, tanquam de eo-
13 rum bonis stabilibus, & perpetuis, † quæ verba in-
cludunt etiam hypothecam, cum hoc importet
illud verbum disponere, quod trahitur nedum ad
vltimas voluntates, sed etiam ad omnes contra-
ctus inter viuos ex propria illius significatione
Menoch. *cons. 210. n. 1. vsque ad 6. lib. 3. & cons. 476
n. 14. & 15. lib. 5. & cons. 1006. n. 32. & 33. lib. 11.* Surd.
14 *dec. 279. n. 6.* vbi, † quod dictum verbum refertur
ad quemlibet actum, & quod conuenit omni ma-
teriæ Alex. *in rubr. ff. solut. matrim.* & ibi Rip. *n. 16*
Nart. *cons. 270. n. 6. post med. vers. præterea illud* Ro-
land. *cons. 62. n. 15. & 16. lib. 1.* Præsertim quia Sum-
mus Pontifex permittit dispositionem de dictis
officiis sicut de rebus propriis. Vnde quemadmo-
15 dum ista recipiunt hypothecam, ita etiam illa †
tanquam æquiparata Ias. *in l. si constante, in princ.
n. 32. ff. solut. matrim.* Corn. *cons. 256. n. 23. lib. 1.* Surd.
dec. 251. n. 3.

Neque obstat resignatio officij in manibus Princi-
16 pis, Quia non fuerit voluntaria, † & facta nulla
necessitate præcedente non extinguitur pignus,
aut hypotheca, sed durat *gloss. in l. bouem 43. §. ali-
quando etiam, in verb. pignus manebit, ff. de aedilit.
edict.* Bart. *in l. si ex duobus 6. §. sed & Marcellus, in
princ.* quam repetit *in l. vbi autem 4. ff. de in diem
addict. & in l. si res 3. n. 1. & 2. ff. quib. mod. pign. vel
hypothec. solu.* Surd. *dec. 286. n. 11.*

Maximè, quia Princeps admittendo simpliciter resi-
gnationem non censetur voluisse præiudicare
creditoribus habentibus potiora iura, & hypo-
thecam in officio resignato, de quorum iuribus si
certior factus fuisset, prout debebat certificari
per petentem resignationem, vel illam non admi-
17 sisset, vel reseruasset iura creditoribus vnde † cum
officium non fuerit liberatum ab hypotheca im-
posita, transiuit cum sua causa, & onere, & datur
prosecutio contra quemlibet possessorem, *l. pigno-
ris, de pignorib. l. si debitor, C. de distract. pign.* Surd.
dec. 310. n. 5. & 6.

Alterum dubium dicendum est affirmatiuè, quod
ad commodum creditorum debent cedere fru-
ctus bonorum, de quibus agitur, cum in illis non
consideretur aliquod fideicommissum, sed liberè
possint vendi, & obligari pro debitis illius, qui
18 fuit prohibitus alienare, † ideò rectè capiuntur
in causam iudicati, & dantur in solutum per Iu-
dicem, habentur etiam tanquam allodiales, &
non subiecti alicui prohibitioni, siuè simus in fi-
deicommisso, siue in feudo, siue in emphyteusi
ex pacto, & prouidentia noua, vel antiqua, seu
hæreditaria, seu in similibus dispositionibus, vt

latè post multos per eum adductos concludit Surd. *de alim. tit. 4 quæst. 10 numero 24 vsque ad 34* cum aliis per Tiraq. *de retract. consanguin. §. 1. gl. 7 numero 47 vsque ad 55* & notant omnes *in l. si finita, §. si de vectigalib. de damn. infect. & in l. quemad-*
19 *modum, C. de agricol. & censit. lib. 10* † Quod etiam est in fructibus nascituris, cum prohibitus alienare non censeatur prohibitus quo ad fructus ex fundo percipiendos, quando hoc non tendit in præiudicium vocatorum *l. codicillos, §. instituto, ff. de leg. 2.* & multis comprobat Menoch. *de arbitr. centur. 6 cas. 560 n. 8 cum seq.*

Quo stante non possunt alij creditores prætendere aliquod ius super dictis fructibus in præiudicium anteriorum creditorum, quibus ritè, & rectè illi fuerunt obligati, vt dictum, Ita vt in hoc nullum
20 priuilegium competens fisco eis suffragetur, † cum nec ipse fiscus anterioribus creditoribus sit præferendus, tanquam vtatur iure priuati, & consequenter iure communi, nisi in casu subiecto reperiatur expressè, & specialiter priuilegiatus *l. idem, de compensat. l. cum vitiosè, de pignorib.* Natt. *cons. 500 numero 6* Peregrin. *de priuileg. fisci, lib. 6 tit. 1 numero 1.*

Non obstat, quod in casu nostro concurrat prohibi-
21 tio expressa testatoris cum tacita legali, † quæ impedit fieri alienationem etiam quando posset fieri alienatio, Quia procedit, quo ad bona prohibita alienari, non autem quo ad fructus, qui sunt liberi, & non subiecti fideicommisso, vt supra dictum est, & ita loquitur Dec. *cons. 9. n. 11. lib. 1. cum*
22 *alijs ex aduerso adductis.* † Nam prohibitio tunc redditur magis efficax quo ad bona principaliter prohibita alienari, Dec. *cons. 403. quamvis in casu, n. 12. in fin.*

Minus obstat, quod alienatio, de qua agimus fuerit
23 voluntaria non necessaria, † Quia non tractatur de alienatione bonorum subiectorum fideicommisso, sed solum de fructibus, qui tanquam liberi poterant obligari, & non cadunt sub aliqua prohibitione, cum illorum obligatio non tendat in præiudicium vocatorum Menoch. *de arbitr. cas. 560 n. 8 cent. 6.*

Nec facit, quod quando fundus feudalis, seu fidei-
24 commisso subiectus non potest adiudicari, † neque tunc poterit fieri adiudicatio de fructibus annalibus, & aliis commoditatibus, ita vt non detur creditoribus inductio in possessionem illarum iuxta doctrinam Salic. in puncto exaduerso allegatam & videndam *in auth. ei qui iurat, col. pen. in prin. vers. sed dubium remanet, n. 48. ad med. C. de*
25 *bon. auctor. iud. possid.* Quia † contraria opinio est verior, & magis communis, quod valeat talis adiudicatio in fructibus ad fauorem creditorum, vt tenet Bart. *in l. si finita, §. si de vectigalibus, n. 5. ff. de damn. infect.* quam opinionem sequitur tanquam magis receptam Roland. *cons. 80 n. 34 lib. 1.* Ruin. *cons. 72 n. 12. lib. 5* & receptissimam sententiam, &
26 sequendam contra Salic. † dicit Menoc. *de arbit. cent. 6. cas. 560. num. 16. in fin.* vbi ex vigintiquinque doctoribus per eum adductis illam approbat, quod etiam voluit idem Menoc. *de recup. remed. 9 n. 260 vsque ad n. 264* cum aliis per Surd. *de alim. tit. 4 q. 10 n. 29 cum seq.*

Provt non obstat, quod fuerit contrauentum prohi-
27 bitioni alienationis, † quamvis sola hypothecatio bonorum interuenerit, cum testator prohibuerit omnem alienationem, & obligationem *Rot. diuers. dec. 426. n. 9. p. 1.* Quia omisso, quod ista caducitas non adest stante obligatione, quæ verificantur in solis fructibus, in quibus tanquam libe-
28 ris illa subsistit, † Respondetur talem caducitatem nō operari, nisi facta declaratione per vocatos in fideicommisso in casu alienationis an voluerit, necne, vti dicta caducitate, cum ista exceptio sit iuris tertij, quæ non potest per alium allegari, nisi ille tertius velit, & prius petierit, nempe quod intendat adire, & sic quod acquirat sibi ius actu, & potentia Bald. *in authent. qui rem. colum. penult. in fin. num. 6. vers. subsequenter quæro, C. de sacrosanct. eccles.* *Thes. dec. 4 num. 3, & 8.* post Bart. *in l. 2. num. 1. versi. quandoque ius tertij, C. de except. res iudic.*

Nec aduersatur, quòd aliàs suspensio fideicommissi nihil operaretur, Quia illa non tribuit ius, aut hypothecam super bonis subiectis fideicommisso, nisi quod eueniente casu illius suspendatur vsque ad satisfactionem, quæ suspensio non præiudicat crediroribus anterioribus, de quibus nulla est facta mentio, nec quo ad eorum præiudicium aliquid per Principem fuit rescriptum, sed solum respectu iuris futuri quod competit vocatis ad fi-
29 deicommissum, † cum etiam potius sit facienda interpretatio, quod rescriptum nihil operetur, quàm quod quis iure suo quæsito priuetur etiam propriando verba, ne alteri fiat præiudicium, Dec. *c. 11. n. 4.* Rom. *cons. 334. in prin.* Ias. *in l. ex facto, in 4. notab. n. 5. de vulg. & pupill. & in l. fin. §. in computatione, col. vlt. Cod. de iur. deliber.* Gomes. *de iur.*
30 *quæsit. non toll. q. 1. col. 2.* † vbi ampliat, quamvis dispositio esset facta ad fauorem piæ causæ, & cuiusvis alterius personæ quantumcumque priuilegia-
31 tæ, Alex. *in l. pactum quod dotali, n. 4. col. 2. Cod. de pact.* † Ideò opus est, vt clarè constet de aperta mente Principis volentis ius quæsitum alteri tollere Dec. *in c. quæ in ecclesiarum, col. 10. ad med. vers. quartus casus, de constitut.*

EPITOME.

Solutio an probetur coniecturis. ¶ Obligatio soluendi dotem concepta ad fauorem secundi mariti, pro qua rata transeat ad eius filios si extant liberi ex primo matrimonio. ¶ Statutum exclusiuum fœminarum an habeat locum extra iurisdictionem statuentium. ¶ In exactione iurium personalium, & creditorum quis locus attendatur in materia regulandæ successionis. ¶ Petitio residui quid operetur. ¶ Statutum domicilij mariti an attendatur in succedendo vxori defunctæ. ¶ Exceptio nullitatis notoriæ an admittatur contra tres sententias conformes. ¶ Taxatio certa fructuum quo casu possit admitti. ¶ Restitutio an detur, si constat ex conuentione partium de dominio ad commodum eius qui prætenditur spoliasse. ¶ Et quid si quis cecidit facto proprio, vel sui auctoris. ¶ Consuetudo an valeat, vt probentur fructus ex solito reditu. ¶ Iudex cum facultate habenti fidem testibus arbitrio suo an possit sanare nullitatem primæ sententiæ, & credere testibus non iuratis. ¶ Princeps an rescribat, vt testes probēt absque iuramento. ¶ Et quando talis nullitas sanetur si superueniat consensus partis. ¶ Et an debeat esse expressus. ¶ Tres sententiæ an dicantur, si nullitas primæ influat in alias, & idem vitium perseueret in eis. ¶ Et an ex hoc retardetur executio. ¶ Condemna

demnatio fructuum quando fiat ad eos, qui percipi potuissent.

SVMMARIVM.

1 *Petens pro residuo sibi praeiudicat, vt non possit aliquid amplius petere.*
2 *Decretum est nullum, si in eo condemnetur quis pro maiori summa, quàm erat debitum.*
3 *Solutio probatur coniecturis.*
4 *Mariti solent esse diligentes in exactione dotis propter onera matrimonij.*
5 *Filij tam primi, quàm secundi matrimonij succedunt in capita in bonis matris.*
6 *Obligatio soluendi dotem concepta ad fauorem secundi mariti non transit ad eius filios, nisi pro rata quando adsunt liberi primi thori.*
7 *Promissio qualibet etiam iurata regulatur iuxta tempus promissionis, & rebus sic stantibus.*
8 *Statum exclusiuum fœminarum non habet locum extra iurisdictionem statuentium.*
9 *In exactione creditorum, & iurium personalium attenditur locus, vbi à debitore inuito iudicialiter potest exigi in materia regulandæ successionis.*
10 *Statutum domicilij mariti an attendatur in succedendo vxori defunctæ, n.11. & 12.*
13 *Exceptio nullitatis notoria admittitur non ad impediendam executionem trium conformium.*
14 *Condemnatio fructuum non potest fieri, nisi ad eos, quos quis percepisset post litem motam.*
15 *Taxatio certa fructuum an admittatur, vel prius debeat praecedere liquidatio, n.16. & 17.*
18 *Restitutio non datur quando constat ex conuentione partium de veritate dominij ad commodum eius, qui praetenditur spoliasse.*
19 *Remedium spolij non competit ei, qui facto proprio, vel sui auctoris cecidit à possessione.*
20 *Probatio æstimationis fructuum non est vniformis, neque ex veteribus redditibus probatur.*
21 *Consuetudo non valet, vt possit probari liquidatio fructuum ex solito redditu.*
22 *Sententiæ tres conformes non attenduntur, nisi iustificentur ex actis.*
23 *Commissio facta Iudici, vt habeat fidem testibus arbitrio suo, an det ei facultatem sanandi nullitatem primæ sententiæ.*
24 *Princeps non rescribit, vt stetur probationibus testium qui non iurarunt.*
25 *Commissio causæ cum clausula, vt Iudex arbitrio suo adhibeat fidem testibus, intelligitur prout de iure.*
26 *Habens arbitrium pronunciandi etiam sola facti veritate inspecta non potest adhibere fidem testibus non iuratis, n.28.29. & 30.*
27 *Iuramentum in teste est magis substantia, quàm solemnitas.*
31 *Nullitas ob defectum iuramenti testium non sanatur, nisi superueniat consensus partis expressus, neque sufficit non oppositio.*
32 *Tres sententiæ non possunt dici, si nullitas primæ influat in sequentes, & idem vitium perseueret in eis, & illarum executio non datur stante huiusmodi defectu.*

CAPVT CLXXXI.

Notorium grauamen in casu, de quo agebatur, dixi constare ex ipsamet petitione dotis facta tam per filios primi, quàm secundi matrimonij pro summa scutorum sexcentum pro residuo,
1 † quo casu petenti praeiudicatur, ita vt non possit aliud praetendere, quamvis sibi plus deberetur, quasi tacitè videatur fateri solutionem residui non petiti, Guid.Pap.177.*post med.* Alciat.*in l. potest reliquorum 95.n.2.ad ff.de verb. signif.* Bertaz. *clausul.54.gloss.11.n.2.in fin.* Vnde non poterat sequi condemnatio in maiori summa, prout factum
2 fuit in decreto, † quod stante excessu in totum debet reuocari, *Gloss.vlt.in l fin.de iurisd. omn.iud.* & ibi Alex.qui de communi *col.fin.n.10.* Put. *dec. 323.lib.1.*

Accedat, quod non est verisimile fuisse dilatam exactionem dotis spatio annorum vigintiseptem, & vltra, stante praesertim libro debitoris defuncti diuitis, & personæ legalis, in quo fuit adnotata
3 huiusmodi solutio, † qui liber innctis adminiculis, de quibus in facto, probat, & facit fidem, cum etiam solutio probetur istis coniecturis, & praesumptionibus, quas in specie adducit Surd.*dec.115 n.3.cum seq.* vbi etiam considerat casum dotium, prout est iste, de quo agimus, quas mariti solent
4 exigere, † non differre exactionem tanquam sint in hoc diligentissimi propter onera matrimonij quæ sustinent, Aym. *cons.77.n.10. & 11.* Abb.*cons. 41.col.3.lib.1.*

Praeterea adsunt filij etiam primi matrimonij, quibus debetur successio in capita in bonis matris;
5 sicut † filij secundi viri, cum prima causa in successionibus sit descendentium, *§.1.instit.de hered. quæ ab intest. defer.* Bald.*in auth.de successione, C.de suis & legitim. & cons.492.punctus super quo, num.1 vers.sciendum est, libro 4.* Capr.*consil.105. numero 1* Dec.*cons.308.num.4.* vnde cum tanta summa non debeatur filiis secundi viri, prout in dicto decreto assignata fuit magis, illud remanet nullum tanquam excessiuum ex Put. *& alijs supra allegatis.*

Et quamvis obligatio soluendi dotem sit concepta
6 ad fauorem secundi mariti, † Tamen cum deuenerit ad casum, à quo incipere non potest stantibus filijs primi matrimonij, non dabitur actio liberis secundi thori, nisi pro rata eos tangente, cum non possit tractari de modo succedendi, nisi prius probetur facultatem succedendi subesse, quę facultas non adest in casu nostro, Surd.*cons.150.n. 81.post Dec. consil.508. consului, numero quinto.*
7 Cum quælibet † promissio etiam iurata reguletur secundum tempus promissionis, & rebus sic stantibus Natt.*consil.50.n.11.* Riminald.Iun. *consil. 59.numero 74. & 75.* Honded.*cons.97.num.24. & 25 lib.1.*

Non obstat praetensa exclusio filiarum primi matrimonij, stantibus filijs masculis ex secundo viro, iuxta dispositionem statuti, de quo in actis, Quia
8 illud † non attenditur tanquam non trahat vires extra territorium, & iurisdictionam statuentium, qui super bonis, de quorum successione agitur, nullum ius habent, prout in similibus statutis excludentibus fœminas latè concludit Roland.*cons. 80.num.23.lib.4.* Purpur.*cons.320.numero 12.part.2* Put.*decis.351.num.1.part.1.* Brun.*de statut. quod extant.mascul.art.8. qu.125. num.119. tom. 2. fol. 204* iuxta doctrinam Bart. *in l.cunctos populos, quæst.7 ante fin.vers.sed posset dubitari, num.41. in fin.C.de sacrosanct.eccles.* Alex.*cons.16.num.1. ad med. lib. 1* & multis comprobat Honded. qui de communi *cons.11.per tot.lib.1.* vbi etiam *n.25. in fin.* attestatur ita decisum *in Rot. coram R. P. D. Bravo Cimatiij*

Castelli supplementi legitima, 21. *Octobr*. 1580. *quæ est inter decis. diuers*. 673. *p*. 1. & passim seruat *Rota coram R. P. D. Ortemberg. Collen. hæreditatis*, 25. *Maij* 1611. *& coram Card. Ludouisio Ciuitatis Castelli hæreditatis* 10. *Maij* 1606. Rot. *diuers. dec*. 295. & 304 *p*. 1. *latè Thesaur. qu*. 4. *p*. 2. *n*. 4. Ludou. dec. Perus. 76 *per tot*. Gail. *lib*. 2. *obseru. c*. 124. *n*. 16. Peregr. *cons*. 90 *lib*. 1. *& cons*. 17. *lib*. 3. *dixi supra cap*....

Et licet simus in creditis, & iuribus personalibus, Tamen in ista materia regulandæ successionis atten-
9 tenditur locus, † vbi à debitore inuito debitum iudicialiter exigi potest, ita vt de istis actionibus iudicemus, sicut de re, ad quam competunt, & ideò cum competat actio ad exigendas pecunias in Ciuitate Fabriani censebitur esse de bonis ibidem sitis, Lap. *alleg*. 91. *n*. 8. *ad fin*. & ibi Mandos. *in verb. de solutionibus, & in verb. contractus*, Bal. *cons*. 357. *nulla mulier, lib*. 1. Alex *cons*. 16. *col. vlt. ad fin. lib*. 1. Socin. *cons*. 36. *colum*. 5. *lib*. 1. *& cons*. 175. *lib*. 2. Tiraqu. *de retract. lignag*. §. 36. *gl*. 5. *num*. 15. *cum seq*. Franc. *dec*. 95. *n*. 5. *&* 9. Peregr. *cons*. 90. *num*. 29. *vers. communis resolutio, lib*. 1. Rub. Alex. *cons*. 36. *colum*. 1 Alciat. *in l. cum stipulemur, in fin. de verb. obligat*. & de veriori, & magis recepta opinione testatur Card. Seraph. *dec*. 552. *num*. 1. *&* 2. *p*. 1. ex sententia Bald. Ang. *& aliorum in l. ex facto, ff. de hered. instit*. latè Bero. *q*. 109. *n*. 4.

Nec facit, quod in successione vxoris defunctæ spe-
10 ctetur statutum domicilij mariti, † si ibi moriatur, quasi vxor sequatur domicilium viri, & ibidem forum sortiatur Barr. *in l. fin*. §. *item rescripserunt, ff. ad municipal. per l. exigere dotem, ff. de iudic*. & in specie ita concludit Campeg. *de dot. p. vlt. q*.
11 71. Brun. & alij per Pereg. *cons*. 90. *n*. 22. *li*. 1. † Quia contrarium est verius, cum prædicta procedant in obsequialibus, & concernentibus beneficium mariti, secus autem in successione actiua, in qua non attenditur domicilium mariti, sed originis mulieris, quando præsertim, prout in casu nostro, adsunt iura, & actiones, cum in concernentibus personam potior sit locus originis, vt post Alex. Salic. Lap. & alios in specie concludit Bero. *p*. 109 *n*. 1. *&* 4. Magon. *dec*. Florent. 107. *n*. 11. Albert. *cons*. 23. *n*. 10. Alex. *cons*. 20. *in fi. lib*. 2. *& in l. cum quedam puella. col*. 1. vbi Castr. *in prin. de iurisd. om. iud*.

Maximè, quia in loco originis mulieris defunctæ filij, & alij venientes ad illius successionem for-
12 tiuntur forum illius, † vnde debet attendi statutum ipsius loci originis, cum aliàs, si essent forenses, illud non seruaretur, neque ad bona ibi sita, Peregr. qui ita declarat *cons*. 90. *n*. 27. *ad med. vers. item decisio illa, lib*. 1.

Circa aliud, de quo quæritur, concludendum est, quod exceptio nullitatis notoria, & euidens ad-
13 mittitur † etiam ad impediendam executionem trium conformium Bald. *in l*. 2. *n*. 2. *C. ne lic. tertio prouoc*. Felin. *in c. inter cæteras, col*. 5. *vers. sexta declaratio, de re iudic*. Rol. *cons*. 29. *n*. 44. *lib*. 1. & est magis communis opinio, à qua non debet recedi in iudicando, vt testatur Lancell. *de attentat. nullit. pend. c*. 17. *n*. 114. Menoch. *de arbitr. cas*. 9. *n*. 3. Couar. *pract. qu. c*. 25. *n*. 2.

Quo stante non est locus prætensæ executioni trium conformium, quia constat de notoria iniustitia, quæ æquipararur notoriæ nullitati propter con-
14 demnationem fructuum ante litem motam, † quæ condemnatio non procedit etiam in causa spolij, in quo solum fit condemnatio ad eos, quos quis percepisset post motam litem. Rot. *diuers. decis*. 552 *num*. 2. *part*. 1. Bellamer. *in cap. grauis numero* 7. *cum seq. de restit. spoliat*. Bisignet. *decis*. 11. *eod. tit. in antiquiorib*. Cassad. *decis*. 6. *num*. 3. *de præbend*. Crescent. *dec*. 8. *de caus. poss. & propriet*. Rot. *coram R. P. D. Verospio Romana prætensi spolij*, 2. *Iunij* 1614. Maxi-
15 mè, † quia taxantur fructus certi ad rationem scutorum octo pro quolibet anno, cum tamen nullibi constet de ista certitudine, prout erat necesse Butr. Abb. & Ioan. Andr. *in cap. salubriter, de vsur*. Alexand. *in l. insulam*, §. *vsuras, ff. solut. matrimon. Rot. diuers. decis*. 58. *numero* 5. *part*. 2. & liquidatio fructuum est facienda à tempore litis motæ, Rot. *diuers. decis*. 294. *numero* 1. *in fin*.
16 *part*. 1. † Et nunquam deuenitur ad relaxationem mandati non facta liquidatione dictorum fructuum, *l. hæc autem*. §. 1. *ff. ex quib. caus. in possess. eat*. Cardin. Seraphin. *decis*. 1168. *numero* 5. Quamuis valeret taxatio, si esset verisimilis, & proportio-
17 nata fructibus, † qui communiter ex prædiis percipi consueuerunt, & non subesset aliqua suspitio fraudis, Cæsar. de Graff. *decis*. 1. *de vsur*. vbi admittitur taxatio ad rationem quinque pro centum *Rot. coram R. P. D. Remboldo, Romana pecuniaria de columna*, 9. *Maij* 1616. *column*. 2. *in fin. & coram R. P. D. Dunozet. in eadem causa* 19. *Iunij* 1617. *colum*. 2. *in fin. vers. & licet replicaretur*.

Præterea nullum potest considerari spolium, cum auctores aduersarij pignorauerint domum, super qua petitur reintegratio, vt clare constat ex instrumento diuisionis bonorum, in quo datur facultas redimendi dictam domum pignoratam illi, qui habet partem sibi obuenıam, de qua in di-
18 cta decisione. † Vnde cum ex consentione partium constet de veritate dominij ad commodum eius, qui prætenditur spoliasse, non datur restitutio Innoc. *in cap. constitutus, ad med. vers. secundum autem omnes, de fil. presbyteror*. Castrens. *cons*. 253. *ad confirmationem, in fin. versic. sed forte idem dici potest, lib*. 1. Rot. *decis*. 16. *de restitut. spoliator. in nou*. Franc. Marc. *decis*. 316. *numero* 11. *vers. tum etiam quia, part*. 1.

Immò cum auctores aduersarij pignorando ceciderint facto proprio possessione, † non possunt age-
19 re spolio Rip. *in c. sæpe, n*. 27. *de rest. spoliat*. Cassad. *dec*. 6. *n*. 4. *eod. tit*. Cephal. *cons*. 100. *n*. 26. *lib*. 1. Ruin. *cons*. 32. *n*. 8. *lib*. 1. Grat. *cons*. 50. *n*. 10. *lib*. 1. Menoch. *de recup. possess. remed*. 15. *n*. 95. Olasc. *dec*. 46. *num*. 1 Quamuis prætendatur, quod quis nulliter ceciderit Ann. *alleg*. 131. *n*. 7. *p*. 2.

Quibus additur, quod magis constat de inualiditate sententiæ, quia fuit taxata certa quantitas fructuum, vt dictum est, quod est absurdum, cum
20 probatio † æstimationis fructuum non sit vniformis, Bald. *in l. fundum* 17. *in fin. Cod. de rei vendicat*. Ita vt neque ex veteribus annis possit probari redditus præsentis temporis: Idem Bald. *in l. vlt. ad fin. C. de fructibus & lit. expens*. Pontan. *de*
21 *spol. lib*. 4. *cap*. 1. *n*. 3. *tom*. 14. *fol*. 305. vbi, † quod neque valet consuetudo, vt possit probari liquidatio fructuum ex solito redditu, cum non sit vniformis fructuum præstatio, Achil. *dec*. 4. *de restit spoliat*.

Erit igitur retardanda executio ex prædictis, immò si fuisset facta deberet reuocari, quamuis essemus in tribus conformibus, quæ non atten-
22 duntur, † si non iustificantur ex actis probatoriis, &c

iiis, & quando adsunt talia, ex quibus debuisset
Iudex contrarium iudicare Gabr. *cons.* 28. *n.* 6. *lib.* 2
post Felin. *c. inter caeteras. declarat.* 6. *de re iudicat.*
Accedat, quod non habemus in casu nostro, nisi
duas sententias conformes, cum prima de parti-
bus sit nulla, nec illius nullitas fuit sanata per
summum Pontificem, qui solùm commisit Iudici,
23 vt habeat fidem testibus arbitrio suo, † quae verba
non dant ei facultatem sanandi nullitatem primae
sententiae, sed solum de nouo ex integro iudican-
di in iudicio coram ipso pendente. Vnde cum
non adsit facultas sanandi primam sententiam;
nihil operatur confirmatio quae tunc habet effe-
ctum creandi nouam sententiam confirmatam,
quando confirmatio fuit ab habente auctorita-
tem, puta à Principe vel simili Felin. *in c. qualiter,*
& quando, il primo, n. 16. *col.* 11. *in fi. vers. sed aduers.*
de accusationib.

Nec Iudex, qui confirmauit habebat auctoritatem
confirmandi sententiam nullam defectu iura-
menti testium, cum neque Princeps rescribat, vt
24 stetur probationibus testium, † qui non iurarunt;
cum iuramentum in teste sit inductum ad fauo-
rem partium, contra quarum voluntatem Papa
non dispensat Seraph. *priuileg. iuram.* 30. *n.* 27. vbi
Martin. *in addit. num.* 6. *& latius in addit. ad priuil.*
28. *n.* 14. *vsque ad* 19. Marsil. *singul.* 214. *ad validita-*
tem, in fin. n. 4. Gail. *obseruat.* 101. *num.* 12. *lib.* 1. Min-
singer. *obseru.* 80. *num.* 3. & voluit prius Felin. *in c.*
constitutus 19. *col.* 9. *in fin. n.* 16. *de rescript.* latè Farin.
quaest. 74. *n.* 59. Grauat. ad Vestr. *lib.* 6. *tit.* 2. *num.* 38
Roland. *cons.* 8. *num.* 14. *lib.* 4. Decian. *cons.* 93. *n.* 31
lib. 2.

Neque obstat, quod causa fuerit commissa Iudici, vt
25 arbitrio suo adhibeat fidem testibus, † Quia in-
telligitur, prout de iure Bart. *in extrauag. adre-*
primendum, in verb. videbitur, n. 8. Paris. *cons.* 56. *n.* 5
lib. 1. *& cons.* 8. *num.* 21. *lib.* 4. De iure autem num-
quam habens arbitrium pronunciandi in causis
26 † potest adhibere fidem testibus sine iuramento
latè Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quaest.* 26. vbi ampliat
quamvis Iudex posset procedere sola facti verita-
te inspecta Bart. *in extrauagant. ad reprimendum. in*
verb. & figurâ, n. 13. & bene declarat Bald. *in l. pres-*
byteri 18. *n.* 13. *col. vlt. post med. vers. quaro aliud pone,*
27 *C. de Episc. & cleric.* vbi quod † iuramentum in te-
ste est magis substantia, quàm solemnitas, Vnde
quantumcumque quis habeat arbitrium, tamen
non potest condemnare, nisi constito de facto, de
28 quo nunquam dicitur apparere, † nisi testes sint
iurati *clem. saepe vbi Gloss. de verb. signif.* & est com-
munis opinio, à qua non est recedendum, vt testa-
tur Bursat. *cons.* 192. *n.* 28. *&* 29. *lib.* 2. & concludunt
omnes *in l. milites,* vbi Ang. *col.* 2. *C. de testam. mi-*
lit. Amod. *de sindicat. n.* 143. Cephal. *cons.* 294. *n.* 33
lib. 2. Mascard. *concl.* 1363. *n.* 5. *&* 6. Farin. *qu.* 74. *n.* 91
29 Dec. † qui etiam loquitur de eo, qui habet libe-
rum arbitrium *cons.* 93. *n.* 31. *lib.* 1.

Ex quibus colligitur, quod neque istae nullitates de-
fectus iuramenti testium sanantur per Papam, vn-
30 de † multò minus si committat arbitrio Iudicis, vt
per Crescen. *dec.* 4. *alias* 35. *n.* 3. *vsque ad* 6. *de testib.*
vbi, quod non fuit sanata talis nullitas, quamvis
fuisset commissa arbitrio, nisi superuenisset con-
sensus partium, qui possunt iuramentum remitte-
31 re, † dummodò tamen sit expressus, cum satis
non esset non oppositio Vestr. *in prax. lib.* 6. *tit.* 2
numero 8. post Abb. Host. *& alios in capite*
nuper de testib. Felin. *in c. tuis, col.* 3. *n.* 11. *eod. tit. de*
testib.

Et quidem stantibus praedictis potest etiam rectè di-
32 ci nullam adesse sententiam, nedum duas, † aut
tres, cum omnes fuerint latae sub filio praetextu
probationis inualidae & reprobatae, ita vt nullitas
prima influat in omnes subsequentes, & vitium
quod erat in primo perseuerat in aliis, adeo vt ob
istam rationem deneganda sit executio petita,
quamvis essent mille Socin. Iun. *cons.* 41. *n.* 17. *cum*
seq. lib. 2. per doctrinam Io. Andr. *in cap. quantum*
contra in fi. de prob. Bal. *in l. libertorum, C. de testam.*
Fulg. *cons.* 73. *paterfamilias. col.* 4. *in prin.* Dec. *consil.*
473. *in causa qua vertitur, col.* 3. *vers. & breuiter con-*
siderandum, n. 13. *vsque ad* 17.

EPITOME.

Archiuium quale debeat esse, vt scripturae in eo repertae faciant fidem. ¶ Et quando tempus repositionis dictarum scripturarum sit probandum, vt illis stetur in iudicio. ¶ Et an requiratur subscriptio Archiuistae. ¶ Et illius legalitas. ¶ Consuetudo an faciat: vt priuatae scripturae archiuij sint in forma probanti. ¶ Et ex quibus illa probetur. ¶ Et an comprehendat forenses. ¶ Instrumentum subscriptum, & publicatum à notario, qui se de illo rogauit an habeatur pro originali. ¶ Transumptum vt probet quae requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura repertà in archiuio non probat, nisi custos archiuij attestetur quod est scriptura archiuij, non simpliciter quod sit ibi reperta.*

2 *Tempus repositionis in archiuio est probandum, vt scriptura ibi existens fidem faciat, & de ratione, num.* 12.

3 *Subscriptio Archiuistae requiritur vt iura extracta ex archiuio sint in forma probanti.*

4 *Locus archiuij debet esse publicus, vt scriptura ibi reperta probet, & quae requirantur ad hoc vt dicatur talis, remissiuè, n.* 5.

6 *Communitas, quae praetendit habere archiuium non habet iurisdictionem contra non subditum, vt ligetur consuetudine dicti archiuij.*

7 *Probatio nulla resultat ex simplici catasto in praeiudicium eorum, qui illi non consenserunt.*

8 *Legalitas custodis archiuij est probanda, vt iuribus inde extractis habeatur fidès.*

9 *Consuetudo facit vt adhibeatur fides scripturae priuatae repertae in archiuio. Intellige vt n.* 10. *Et quomodo illa probetur, n.* 11.

13 *Instrumentum subscriptum, & publicatum ab eodem notario, qui se de illo rogauit, dicitur originale.*

14 *Legalitas notarij probatur ex litteris loci in quo fuit rogatum instrumentum.*

15 *Transumptum factum auctoritate Iudicis & parte citata, & praeuia illius recognitione, dicitur in forma probanti.*

CAPVT CLXXXII.

IVra praedicta dixi non esse in forma probanti. Nam quamvis praetendatur illa esse reperta
1 in archiuio, † Tamen hoc non sufficit, nisi etiam
tales scripturae habeant testimonium authenti-

cum, quod videlicet officialis præfectus archiuio attestetur esse scripturas archiuij, non autem repertas in archiuio, cum possibile sit illas fuisse positas per priuatum, Dec. *auth. si quis in aliquo, col. 5 vers. sexto fallit, C. de edend. & in c. cum causam, n. 9 de probation. & cons. 458. visis allegationibus, num. 5* Corn. *cons. 142. col. 3. n. 6. lib. 3.* Abb. *in c. ad audientiam, n. 11. de præscript. per text. in auth. ad hæc, de instrum.* Aym. *de antiq. tempor. part. 1. vers. 4. limitatur, n. 1. in fin. vers. addo quartum.* Ofasc. *dec. 69. n. 5 & 8. in fi.* Roland. *cons. 75. n. 6. lib. 4.* Gabr. *de probat. concl. 5. n. 17.*

Immo etiam debet constare de tempore repositionis
2 huiusmodi scripturarum in archiuio † ad euitandum suspicionem, quod potuerint esse dimissæ tempore litis pendentis, Caputaqu. *dec. 41. n. 4. p. 1* de qua dimissione non solum non constat, sed etiam neque in extractione, neque in iuribus ex-
3 tractis adest subscriptio, † vel manus Archiuistę, seu Commentariensis, id est tabellionis ad tale officium deputati, quod erat necessarium, ad hoc, vt similes scripturæ fidem faciant Corras. *in l. admonendi, n. 19. ff. de iur. iurand.* Caputaq. *dec. 41. n. 5. p. 1*

Quibus additur nō constare, quod locus ex quo sunt
4 extracta ista iura sit publicus, † cum ad hunc effectum opus esset adhibere testes, qui attestarentur illum esse archiuium publicum, tanquam non sit credendū notario causę dicenti se accessisse ad archiuium publicū talis castri, cum hoc non pertineat ad dictum notarium, neque ad eius officium, ideò talis attestatio nullam fidem facit Put. in specie *dec. 445. n. 1. lib. 2.* ob illam rationem quia mul-
5 ta requiruntur, † ad hoc vt archiuium dicatur publicū, & detur fides scripturis in eo contentis, de quibus per Felin. *in c. ad audientiam 12. n. 11. de præscript.* Aym. *de antiq. temp. p. 1. §. quarto limitatur, num. 11. cum seq.* Maximè, quia sumus extra territorium archiuij, quo casu ad hoc vt scripturæ in eo repertæ faciant fidem extra locum archiuij magis requiritur probatio, quod illæ fuerunt inuentæ in archiuio publico, & quod communitas ab omni tempore habuit illud archiuium, cuius claues solent teneri per officialem publicum, & legalem cum similibus, vt per Aym. *cons. 274. n. 9. ad med.* Bald. *in rubr. C. de fid. instrum. num. 43. col. vlt. in princ. vers. quintum supplementum, iuxta auth.*
6 *ad hæc, C. eod. tit. l. census, de probat.* † Cum etiam communitas, quæ prætendit habere huiusmodi archiuium non habeat iurisdictionem contra personam, de qua agimus, ita vt hoc stante non possit dici illi subdita, & quod ligetur consuetudine dicti archiuij, quę neque attenderetur, quamuis esset probata, vnde multò magis cum de ea non constet Put. *dec. 451. n. 2. vers. & tunc illa consuetudo, lib. 2. Rot. coram R. P. D. Manzanedo Tirasonen. parochialis de Ablitas, 4. Maij 1616.*

Maximè, quia hic non agitur, nisi de simplici cata-
7 sto, ex quo non sumitur aliqua probatio † in præiudicium eorum qui illi non consenserunt, Alex. *cons. 157. n. 6. post princ. vers. licèt inter alias personas, li. 5* post Bart. & Bal. *in l. si pater, C. de act. empt. & in l. censualis, C. de donat. & in l. solemnibus, C. de rei vendic.* Becc. *cons. 156. num. 14. lib. 2. Rot. coram Card. Lancell. Firmana fontis, 11. Februar. 1605.*

Vlterius ex naturis, & aliis in facto consideratis apparet multum reddi suspectum registrum, de quo agimus cum omnibus in eo contentis, adeo vt magis exacta probatio requiratur ad effectum, vt
8 detur illi fides, † vnde erat probanda legalitas custodis archiuij ad effugiendam suspicionem personæ tanquam subditæ domino loci aduersario, Innoc. *in c. 1. de procurator.* Felin. *in cap. ad audientiam, col. 4. num. 13. de præscript.* Abb. *in cap. cum causam, col. 1. in gloss. 1.* & ibi Dec. *col. 3. vers. quarto fallit. de probat.* Corn. *cons. 142. col. 3. lib. 3.* Rot. *diuers. dec. 185. n. 4. & 5. lib. 2.* post Socin. *cons. 258. col. 2 vers. sub publica custodia, lib. 2.* Afflict. *dec. 305. n. 4 & 5. Rot. coram Card. Millino. Tirasonen. iurisdictionis 19. February 1593.*

Ex quibus in huiusmodi causa *Signina feudi* ita fuit decisum *coram R. P. D. Andrea. 28. Nouembr. 1616* & cum pars reclamaret, & peteret iterum audiri, denuo causa proposita obiiciebatur consuetudo,
9 † per quam prætendebatur adhibendam esse fidem scripturæ priuatæ repertæ in archiuio iuxta *dec.* Put. *441. n. 2. iuxta nouam impressionem.* Verum concludendum est illam non obstare, cum simus
10 in consuetudine contra ius commune, † quæ debet esse præscripta saltem spatio triginta, vel quadraginta annorum, de quo tempore testes nihil deponunt, cum potius contrarium dicant loquentes solùm de erectione archiuij à vigintiquinque annis citra, præsertim quia sumus in populo non habente iurisdictionem, vt latè declarat Aymon. *de antiquit. tempor. part. 4. in princip. num. 10. & 11 vsque ad 16.* post Aret. *cons. 25. col. 4. vers. sed quando vniuersitas.*

Immò neque probatur talis consuetudo, cum testes non deponant, prout debebant depone-
11 re, quod † aderat talis consuetudo in loco, disponens vt omnis scriptura siue authentica, siue non authentica habeat plenam fidem eo ipso, quod reperitur in archiuio, quia tunc ipse locus iuncta auctoritate officialis, & consuetudine faciet scripturam de non authentica authenticam, Felin. *in cap. ad audientiam 12. colum. fin. num. 15. 5. conclus. in fin. vers. sed de mente istorum, de præscript.*

Et quatenus etiam adesset consuetudo valida, quæ non probatur, vt dictum est. Tamen in casu nostro semper militat illud fundamentum, de quo
12 *supra num. 2.* † quod non constat de quo tempore talis liber, seu registrum fuerit repositum in archiuio, quo non docto, nulla fides datur huiusmodi scripturæ ad euitandam suspicionem, quo potuerit esse dimissa tempore litis pendentis, Caputaq. *dec. 41. n. 4. part. 1.* post Corn. *cons. 142. n. 6. lib. 3* Ofasc. *dec. 69. n. 5.* Dec. *in cap. cum causam, num. 6 de probation.* Aym. *de antiquit. temp. part. 1. §. quarto limitatur, n. 1. in fin. vers. adde quartum. Rot. coram Cardinali Millino Tirasonen. iurisdictionis, 19. Februar. 1593.* Et ita ex prædictis fuit confirmata decisio, de qua *supra n. 9. coram eodem R. P. D. Andrea 15. Iunij 1617.* In quibus etiam decisionibus fuit admissum instrumentum subrogationis domus cum
13 terris feudalibus, cum † illud fuerit subscriptum, & publicatum ab ipsomet notario, qui de eo fuit rogatus, vnde habetur loco originalis, & probat absque aliis solemnitatibus Bartol. *in authent. si quis in aliquo, num. 3.* & ibi Dec. *n. 15. in 3. fallent. C. de edend. Rot. decis. 1. de fid. instrum. in nou. & dec. 4 eod. tit. in antiqu.* Caputaqu. *decis. 170. num. 1. part. 1 cum alijs per Rot. coram R. P. D. Andrea Mediolan. decimarum, 4. Iulij 1614. & coram eodem Tirasonen.*
14 *pensionis, 3. Aprilis 1615. dixi supra cap....* † Et non potest controuerti de legalitate dicti notarij cum

cum illa probetur ex litteris exhibitis loci, in quo
fuit rogatum instrumentum Bald. *in l. comparationes, n. 25. C. de fid. instrum.* Felin. *in cap. 1. n. 19. ad fin. vers. & adde, eod. tit.* Auffr. *ad dec. Capel. Tholos. 331 n. 4.* Boer. *dec. 154. n. 4. Rot. coram R. P. D. Penia Farsen. territory, 12. Iuny* 1606. Idem est de instrumento permutationis duarum possessionum feudalium
15 cum alia possessione libera, † quod etiam est in
forma probanti, cum fuerit transumptatum auctoritate Iudicis, & parte citata, & præuia recognitione Rot. *dec. 1. & 2. de fide instrum. in nou. & dec. 4. eod. tit. in antiq.* Dec. *in auth. si quis in aliquo, n. 9. C. de edend.* Caputaq. *dec. 231. & 232. part. 3. Rot. coram R. P. D. Andrea Tirason. pensionis, 30. Aprilis* 1615.

EPITOME.

Dos quando possit constitui per fratres sorori minori de omnibus suis bonis. ¶ Minor quo casu possit se obligare pro dote absque solemnitatibus. ¶ Vtile an sit mulieri dare omnia bona sua in dotem. ¶ Et quando præsumatur illa dedisse. ¶ Et quid si sumus in minore. ¶ Et an operetur patientia, quod maritus illa possederit. ¶ Ratificatio præsumpta dotis per matrimonium subsecutum, quando debeat attendi. ¶ Substitutio pupillaris facta per matrem filio an valeat, vel resoluatur in fideicommissum. ¶ Et an ex ea sit debita legitima, & trebellianica patri. ¶ Dos data primo & secundo viro cum eius augmento, an censeatur repetita tertio. ¶ Et quid si adsit statutum, vt mulier non contrahat sine consensu propinquorum. ¶ Trebellianica an deducatur de relictis ad pias causas tam si restitutio sit facienda ecclesiæ immediatè, quàm mediatè. ¶ Et quid si vocetur prius ecclesia, & post illam laicus. ¶ Restitutio si non fiat incontinenti an sit cauendum de restituendo trebellianicam. ¶ Clausola codicillaris an operetur ad fauorem hæredis scripti, si testamentum rumpatur querela inofficiosi per descendentes præteritos.

SVMMARIVM.

1 *Frater non potest constituere dotem sorori minori de omnibus bonis stabilibus absque decreto Iudicis, numero 2.*

3 *Minor potest se obligare ex causa dotis absque solemnitatibus, Intellige vt n. 4.*

5 *Vtile est mulieri dare bona sua in dotem marito, Declara vt n. 6.*

7 *Contractus vtilis minori valet absque solemnitatibus si ipse velit.*

8 *Vtilitas non consideratur in augendo patrimonium, sed in non diminuendo.*

9 *Statutum loquens de dote non habet locum in ea, quæ nulliter fuit constituta.*

10 *Mulier quando præsumatur dedisse omnia sua bona in dotem, & quid in minore, & an operetur patientia illius, quod maritus illa possideat, n. 12.*

11 *Minor non potest tacitè ratificare, quod non poterat expressè.*

13 *Origo possessionis, non continuatio est exquirenda.*

14 *Ratificatio præsumpta dotis per matrimonium subsecutum quo casu debeat attendi, n. 15.*

16 *Minor sicut non potest alienare, ita nec poterit aliquid agere, ex quo sequatur alienatio.*

17 *Substitutio pupillaris facta a matre filio non valet, sed resoluitur in fideicommissum, n. 18.*

19 *Legitima, & trebellianica debetur patri ex bonis fideicommissi. Fallit vt n. 20.*

21 *Dos data primo, & secundo viro cum eius augmento, censetur repetita tertio marito, siue simus in eadem muliere se dotante, siue in patre, & fratre, & alio extraneo, n. 22. & 23. quamuis adsit prohibitio statuti, ne mulier contrahat sine consensu propinquorum, n. 24.*

25 *Trebellianica non deducitur de relictis ad pias causas, non solum si restitutio sit immediatè ecclesiæ, sed etiam si mediatè, si grauetur hæres alteri dare, qui postea teneatur restituere pio loco. Fallit si vocetur ecclesia, & in eius locum substituatur laicus, num. 26.*

27 *Trebellianica semel exempta non reincidit in fideicommissum.*

28 *Restitutio si non fiat incontinenti, debet caueri de restituendo trebellianicam detractam, cum veneris casus, quod sine filijs decedat.*

29 *Clausula codicillaris nihil operatur ad fauorem hæredis scripti, si testamentum rumpatur per querelam inofficiosi per descendentes præteritos. Contrarium n. 30. 31. & 32.*

CAPVT DLXXXIII.

STante nullitate tutelæ, de qua in tribus præsuppositis in facto adductis, concludendum est constitutionem dotis, de qua agimus esse inuali-
1 dam, † cum fuerit constituta ab eo qui non erat
tutor, sed tantum frater patruelis, qui habetur pro extraneo, & ideò istam non tenetur soror minor ratificare, sed onus soluendi dotem spectat ad eum, qui promisit Bald. *in l. si pater dotem 7. ad fin. vers. modo formo istam quæstionem, n. 17. C. de dot. promiss. & nud. pollicitat.*

Maximè, quia dos promissa fuit excessiua de omni-
2 bus bonis stabilibus ipsius sororis † minoris, quo
casu non valet sine decreto Iudicis, *l. Titia, 63. vbi gloss. in verb. restituatur, in fin. de iur. dot. l. lex quæ tutores, in pr. C. de administ. tut. cum alijs per Surd. dec. 278. n. 1.* Rot. *diuers. dec. 588. n. 3. part. 1.*

Neque obstat, quod etiam ex causa dotis minor possit se obligare sine decreto, vt per Tiraq. *de legib.*
3 *connubialib. gloss. 8. nu. 193.* † Quia procedit in ma-
rito, qui recipiendo dotem, quamuis sit minor, obligat omnia bona sua pro restitutione dotis, sed aliud est in vxore, vel eius fratribus, qui non possunt dotem constituere in bonis immobilibus
4 sine decreto, † vel etiam obligare bona immobi-
lia pro dote constitura in pecunia, & ideò neque etiam tacitè inducitur à lege hypotheca Surd. qui alios allegat *cons. 195. n. 22. & 23. lib. 2.*

Nec facit, quod sit vtile mulieri dare bona sua in
5 dotem Soc. *cons. 80. n. 7. lib. 4.* † ita vt stante vtili-
tate mulieris etiam minoris non requiratur aliqua solemnitas Roland. *cons. 99. n. 38. lib. 1.* Quia contrarium est verius, quod ismio non adsit ista vtilitas, si minor dat dotem sine decreto, tunc enim contractus minor dicitur vtilis, quando fit causa cognita, quæ si requiritur in alienatione facta ex causa necessitatis, multò magis erit adhi-
6 benda in causa vtilitatis, maximè, quia † etiam so-
lemnitas debet interuenire in contractu vtili ipsi minori, cum etiam vtilitas debeat esse notoria, & manifesta ad hoc, vt possit fieri sine decreto, prout latè omnia prædicta comprobat Surd. *decis. 278. col. 4. in fin. n. 18. vsque ad 12.*

Præterea contractus vtilis minori tunc sustinetur

7 ſine ſolemnitatibus, quàndo ipſe vellet, † nam
aliàs illo reclamante non valeret, cum poſſit claudicare
actus geſtus cum minore, *leg. Iulianus, §. ſi
quis à pupillo, ff. de act. empt. Tiraq. de legib. connub.
gloſſ. 8. n. 91. cum aliis per Surd. conſil. 8. n. 10. & deciſ.
8 178. n. 22.* † vbi etiam, quod non conſideratur vtilitas
in augendo patrimonio, ſed in non diminuendo,
ſi enim fundus non inferat aliquam vtilitatem,
neque vllum damnum non poteſt alienari,
ſecus quando eſſet damnoſus, vt quia plus ſit in
cenſu, quàm in redditu, *Iaſ. in l. mandata, nu. 10. in
fin. ff. de offic. eius.*

Stante igitur nullitate dotis non eſt locus ſtatuto,
cum loquatur in caſu, in quo mulier diſponeret
9 de dote, † de qua cum non appareat ex ſupradictis,
nulla datur actio marito, *l. 1. C. de dot. promiſſ.
Salic. in l. fin. C. de repud. Bald. in l. nulla, n. 9. C. de
iur. dot. Roland. de lucr. dot. q. 71. in fin.*

Ideo neque obſtat, quod mulier præſumatur dediſſe
10 omnia ſua bona in dotem, † Quia cum ſimus in
minore ceſſat iſta præſumptio, Cum etiam verius
ſit, quod non cenſeantur data per mulierem omnia
bona ſua in dotem, vt per *Roland. de lucro dot.
qu. 71. Phanuc. eod. tit. gloſſ. 10. n. 36. Rot. diuerſ. deciſ.
588. n. 1. part. 1. poſt Bar. qu. 7. mulier habens magnum
11 patrimonium, col. 1.* † Ita vt nec tacitè minor cẽſeatur
ratificare, nam qui expreſsè, neque tacitè poterit
hoc facere *l. qui ad certum, ff. locat.* & in ſpe-
12 cie notat *Roman. conſ. 314. num. 1. ad fin.* † vbi etiam,
quod non operabitur patientia mulieris, quam
ſciẽs præſtitit in poſſeſſionis ingreſſu, & fructuum
recollectione per maritum de bonis vxoris poſtea
effectæ maioris *Phanuc. de lucr. dot. gloſſ. 10. nu. 45.
13 ad med. tom. 9. fol. 440.* † tanquam origo poſſeſſionis,
non continuatio ſit exquirenda, *l. clam poſſidere,
in princ. de acquirend. poſſeſſ. Goz. ad conſ. 33. poſt n.
21. verſ. non obſtat quod poſt matrimonium.*

Nec oberit ratificatio præſumpta per matrimonium
14 ſubſecutũ, *Rot. diuerſ. deciſ. 89. part. 2.* † Quia procedit
in dote minoris promiſſa per tutorem, quæ
conſiſtebat in pecunia numerata, in qua non requiritur
decretum Iudicis, tanquam ſit de illis,
quæ ſeruari non poſſunt, *Gloſſ. in l. 1. §. ſuis quæſitũ,
ff. ad Trebell.* & in ſpecie latè comprobat *Surd. deciſ.
287. n. 10. vſque ad 15. Tiraq. de retract. conſangni-
15 nit. §. 1. glo. 7. nu. 104. & 105.* Aliud eſt † in caſu noſtro,
cum ſimus in dote conſtituta nulliter in ſtabilibus,
quæ non potuit ratificari, tanquam lex reſiſtat,
ita vt in ratificatione actus nulli requiratur
eadem ſolemnitas, quæ erat neceſſaria in confectione
illius, *Bart. in l. ſi filius, in fin. de legat. 3. Aret.
conſil. 128. col. 2. Dec. in l. quod ab initio, in fin. de reg.
iur. & in leg. ſemper qui non prohibet, num. 15. eod. tit.
Lamberteng. de contract. mulier. in fin. n. 191.*

Et magis talis conſtitutio dotis eſt nulla propter ſtatutum,
quod prohibet, vt mulier non poſſit diſponere
de ſua dote, niſi de decima parte illius,
cum reliqua pars applicetur vel lucro mariti, vel
16 filiis exiſtentibus, † quo caſu ſumus in propria
alienatione, quæ ſicut non poteſt fieri per minorem,
ita neque poterit aliquid agi, per quod ſequatur
alienatio, *l. codicillis, §. matre, de legat. 2.
Tiraq. de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 14. nu. 14. Becc.
conſi. 25. nu. 2.* & latè in propoſito concludit *Surd.
deciſ. 278. n. 1. ad med. vſque ad num. 5.*

Quoad ſecundum dubium videtur concludendum,
quod ſubſtitutio de qua agimus fuerit valida, ſal-
17 tem † in vim fideicommiſſi, Nam quamvis mater
non poſſit filio pupillariter ſubſtituere, cum illum
in poteſtate non habeat, *§. fœminæ, inſtit. de adopt. l.
ſi mater, de vulgar. & pupill. Craſſ. in §. ſubſtitutio, qu.
23. nu. 3.* Tamen ſi pupillaris fiat à matre, reſoluitur
in fideicommiſſum intra tempora pubertatis, ſed
non poſt pubertatem, quia non debet imperitia
mulieris, quæ neſcit quid ſit pupillaris aut vulgaris
ſubſtitutio, obeſſe veræ, & reali intentioni ipſius,
cum Iudex ea facultate ſibi conceſſa debeat
interpretari vltimam voluntatem, vt potius valeat,
quam pereat, vnde & ſi verba fideicommiſſorum
deficiant, nihilominus eum ſermonem pro fi-
18 deicommiſſo accipimus, † Ita declarat *Bald. conſ.
229. domina Franciſca, ad med. verſ. in contrarium,
lib. 2. Gulielm. Bened. in cap. rainutius, in verb. ſi abſque
liberis, il ſecondo, n. 36. & 37. de teſtam.*

Cum igitur adſit fideicommiſſum, erit debita legiti-
19 ma patri, † *l. ſcimus, in princ. C. de inoffic. teſtam. leg.
Papinianus, §. quarta ff. eod. tit. Surd. conſ. 212. n. 15. li.
2.* Provt etiam erit danda trebellianica, cum iſtæ
duæ quartæ hodie detrahãtur de generali conſuetudine
totius mundi etiam in terris imperij *Roland.
conſ. 9. n. 1. lib. 4. Pariſ. conſ. 25. nu. 55. & 56. lib. 2.
Rim. Iun. conſ. 9. n. 116. lib. 1. Dec. conſ. 237. n. 4. verſ. 2.
prædicti heredes, Guid. Pap. deci. 52. n. 1.* & concludũt
omnes *in cap. rainutius, & cap. rainaldus, de teſtam.*

Quamvis hoc de trebellianica poſſet pati difficultatem,
cum appareat de clara mente defuncti vo-
20 lentis trebellianicam prohibere, † quæ prohibitio
admittitur etiam in filiis primi gradus, *Cin. in l. iubemus,
Cod. ad Trebell. Caſſador. deciſ. 4. de teſtam.
Marzar. de fideicommiſſ. qu. 49. Honded. 59. n. 37. li.
2. & conſ. 66. n. 9. lib. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 313. n. 1. part. 3
& deciſ. 693. n. 6. part. 1.* & eſt receptiſſima opinio,
vt teſtatur *Coſta in c. ſi pater, nume. 6. de teſtam. in 6.
Alex. conſ. 29. n. 2. lib. 5. Bertr. conſ. 152. n. 12. li. 1. part.
2. Curt. Iun. conſ. 120. n. 12. Gabr. conſ. 92. n. 20. lib. 2.
Menoch. conſi. 472. num. 11. lib. 5.*

Tertia difficultas eſt decidenda affirmatiuè, quod
dos data primo, & ſecundo viro, cenſeatur conſti-
21 tuta, & † repetita tertio, cum ſit credendum quod
ſecundo nubens velit accedere ad virum indotata
*l. diuus, de iur. dot. leg. poſt diuortium 65. & l. dotem,
eod. tit.* & concludit *Cin. in l. quamvis, n. 9. Cod. de
rei vxor. action. Aym. de antiquit. tempor. p. 4. videamus
modo, quæſt. 24. n. 43. fol. 236. late Boer. deciſ. 137.
n. 1. cum aliis per Menoch. conſi. 5. in princ. li. 1. Natt.
22 conſil. 571. nume. 1.* † Quæ procedunt ſiue ſimus in
eadem muliere ſe dotante, ſiue in patre, & fratre,
aut quolibet extraneo, ſiue ſecundo loco contrahatur
matrimonium ſpirituale ingrediendo monaſterium,
& quamvis etiam primum matrimonium
eſſet inualidum, & nulliter contractum,
cum ex actu nullo declaretur voluntas, ampliando
etiam ſi extaret ſtatutum prohibens, ne mulier
aliquem contractum facere poſſit ſine con-
23 ſenſu propinquorum, † cum etiam tunc non impediatur
hæc iuris præſumptio, iuxta quam mulier
videtur ſecundo viro aſſignare dotem, quam
primo dederat, provt omnes ſupradictos caſus
24 multis comprobat *Surd. conſ. 397. nu. 1. lib. 3.* † vbi
etiam *nu. 9.* extendit ad augmentũ dotis, & ad donationẽ
propter nuptias, & omnes alias acceſſiones
ſuperuenientes *Rum. conſil. 53. n. 17. & 28. lib. 2.*

Quartum

Quartum dubium est resoluendum negatiuè, quod trebellianica non deducatur de relictis ad pias
25 causas, † non solùm quando immediate fit restitutio ecclesiæ, sed etiam si mediate, quando testator grauauit hæredem alteri dare, & istum postea iterum rogauit de restituendo piæ causæ, ne illa lædatur in huiusmodi deductione, si enim detraheretur in consequentiam fieret præiudicium ecclesiæ, quasi attendatur persona priuilegiata, ad quam finaliter deuenit commodum *Bal. in l. auia, 76. & Titio, de condit. & demonstrat. Roman. consi. 206. n. 7. vbi late Mandos. in verb. mediate. Alexad. in l. si cum dotem, in princ. ff. solut. matrim. Ioan. de Amic. consil. 58. in fin. Decian. consil. 44. n. 90. libro 3. Dec. consi. 504. in casu occurrenti, col. 2. in princ. nu. 3. & 4. Franc. in cap. si pater, n. 106. col. 52. ad med. vers. duodecimo, de testam. in 6. Aym. consil. 137. n. 13. Grass. in §. trebellianica, quæst. 5. n. 3. Gabr. conclus. 11. n. 4. ad Trebell. Tiraq. de pia caus. priuileg. 26. Honded. consil. 64. num. 69. lib. 1.*

Cum igitur in casu nostro sit restituenda hæreditas
26 Monacho proprio nomine vocato, † & post eius mortem substituantur personæ priuatæ, apparet, quod erit detrahenda trebellianica, non enim cōmodum peruenit finaliter ad causam piam, neque in ea debent permanere huiusmodi bona, quod specialiter requiritur ad hoc, vt non sit locus tali deductioni, vt dictum est, per consequens non intrat aliquod priuilegium, quod conceditur piæ causæ, vt ob eius fauorem non sit deducenda trebellianica, Quia hoc potius redundaret in vtilitatem vltimi substituti, qui tanquam priuatus non habet istud priuilegium, prout in proprijs terminis considerat *Capr. consi. 61. n. 23. Tiraquell. de priuileg. piæ caus. 27. vers. sed hoc vltimum, in fin.* Trebellianica † autem semel exempta non reincidit in fideicommissum, *Socin. cōsil. 145. in fin.* vbi etiam quod detrahitur à primo fideicōmissario, qui sub cōditione tenetur ecclesiæ restituere, neque enim primus debet gaudere beneficio secundi, *Bertrād.*
28 *consil. 250. n. 15. lib. 3. part. 1.* † Et si restitutio non sit facienda incontinenti, debet caueri de restituendo quartam trebellianicam detractam, cum venerit casus, quod sine filiis decedat *Bursat. consil. 55. in fin. Honded. consi. 64. n. 70. lib. 1. Tiraq. priuileg. piæ caus. 26 in fin. Bert. consil. 357. n. 7 lib. 2 part. 1.*

Circa vltimum, de quo quæritur, prima facie dicēdū esset, quod clausula codicillaris nihil operetur ad
29 fauorem hæredis scripti, † si testamentum rumpitur querela inofficiosi per descendentem præteritum, iuxta *Gloss. in auth. ex causa, in verb. cætera, in fin. Cod. de liber. præterit.* Sed ista opinio Gloss. non est tuta, quia ab omnibus dānatur, vt *in dict. auth.*
30 *est causa.* vbi latè testatur Alex. qui etiam idem cōcludit *cons. 26. n. 5 & ibi Addit. in verb. [illegible] li. 1 & cons. 37. n. 34 eod. lib. Capell. Tholos. decis. 456. & ibi Auffrer. n. 1. Guald. de arte testand. tit. 5. ca. [illegible] nu. 4 tom. 8 part. 1 fol. 315. Decian. consil. 227 in casu proposito, n. 1. Cenal. quæst. 186 in princ.* Cæteros consultò omitto, cum non expediat tanquam omnes ita concludant, & latè etiam comprobat *Surd. decis. 293 numero 10 & 11. Anchar. quæst. 11 in fin. libro primo.*

Et quamvis *Addit. ad Thesaur. decis.* 128. distinguat inter præteritionem, & exhæredationem,
31 † vel quando instituuntur extranei, in quorum fauorem dicta clausula nihil operatur, & propterea defendat *dict. Gloss.* Tamen omnes Doctores indistinctè loquuntur in quocumque instituto, & scripto hærede, qui succedens ab intestato, & scripto hærede, qui succedens ab intestato tenetur restituere virtute dictæ clausulæ: Alex. qui alios
32 citat *consil. 26 num. 5 lib. 1* † vbi etiam respondet ad illud, quod testamentum videatur à demente factum stante præteritione; & multis rationibus comprobat *Roland. cons. 71 num. 51 & 56. lib. 2. Surd. consil. 55. n. 13 lib. 1 & consi. 232. n. 20. lib. 2. Peregrin. de fideicomm. art. 2 num. 16 & 17. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 4 num. 16 latè Becc. consil. 107 num. 5. Gulielm. Bened. in cap. raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens, il 1 nume. 242. de testam.*

EPITOME.

Feudum, & emphyteusis pro se, hæredibus & successoribus quibuscumque an trāseat ad extraneos. ¶ Et quid si adsit clausula, Ad habendum, & quibus dederit, cum similibus. ¶ Concessio castri cum iurisdictione an comprehendat merum imperium etiam priuatiuè. ¶ Licentia reædificandi castrum dirutum, quando requiratur. ¶ Et an per eam sit restituta omnis iurisdictio. ¶ Et an amittatur per non vsum. ¶ Confirmatio an trahatur ad tempus confirmationis, quando actus confirmatus retro habuit vigorem, & illum non sumit ex confirmāte, ¶ Reseruatio aliquorum iurium an operetur concessionē aliorum etiam meri & mixti imperij. ¶ Enunciatiuæ quando probent. ¶ Confirmans veterem inuestituram an dicatur alienare.

SVMMARIVM.

1 *Verba, pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque, & ab eo causam habentibus faciunt cessionem feudi, & emphyteusis realem, & transitoriam ad quoscumque etiam extraneos.*
2 *Potestas alienandi etiam irrequisito domino datur per verba, & quibus dederit.*
3 *Clausula, Ad habendū, alienandū, & disponendū, &c. operatur transmissionē in quoscumque extraneos.*
4 *Concesso castro cum iurisdictione censetur datum merum imperium, Maxime si concedatur plenus, & integer status. n. 5 etiam priuatiuè, non cumulatiue. num. 5 & 6.*
7 *Licentia iterum construendi requiritur quando quis vellet reædificare castrum dirutum ob delictum primi inuestiti.*
8 *Iurisdictio omnis restituitur per licentiam iterum construendi castrum dirutum. num. 10.*
9 *Restitutio tantum reddit, quantum abstulit læsio.*
11 *Priuilegium reædificandi an amittatur per non vsum, n. 12. 13. & 14.*
15 *Constitutio non trahitur ad casus præteritos.*
16 *Confirmatio non extenditur ad tempus confirmationis, quando actus confirmatus retrotrahit vigorem, & illum non sumit ex confirmante.*
17 *Confirmatio permissiua, & formalis quæ sit.*
18 *Confirmans veterem inuestituram alienationis non alienat, sed alienatum inuenit.*
19 *Enunciatiua non antiquæ nihil probant, maximè si de eis contingat dubitare.*
20 *Verba generalia comprehendunt omnia iura competentia.*
21 *Reseruatio aliquorum iurium operatur, vt censeantur concessa alia etiam meri imperij.*

CAPVT DLXXXIV.

COnfessio, de qua agimus, est iudicanda realis,
& transitoria ad successores, fuit enim facta
per Summos Pontifices pro se, suisque hæredibus,
1 & successoribus, † & ab eo causam habentibus, &
postea etiam additum, pro successoribus quibus-
cumque, quæ verba operantur, vt etiam res feuda-
lis, & emphyteotica trâseat ad hæredes extraneos,
& successores singulares, & ad quos aliàs de sui
natura non posset transire Bal. in cap. imperialem,
in princ. n. 19. de prohib. feud. alienat. per feder. Alex.
cons. 7. attentis, n. 6 col. 2. post med. lib. 7. Roland. qui
de communi consil. 3 n. 61. vsque ad 73. lib. 1. Beroald.
2 consil. 65. nu. 65. num. 55. lib. 1. † Æquiparantur enim
ista verba illis, quibus dederit, ita vt per ea cen-
seatur data potestas alienandi etiam irrequisito
domino Paris. cons. 3 nu. 12. & 13 lib. 3. Cur. Iun. consi.
4. col. 2. Rip. in leg. ex facto, §. fin. col. penult. in fin. ad
Trebell. cum aliis per Roland. cons. 55. n. 35. vsque ad
47. lib. 3. Card. Seraph. decis. 325 n. 8 & decis. 559. n. 18.
Cum etiam vltra prædictas clausulas in eadem
3 concessione adsint verba Ad habendum, † alienâ-
dum, & disponendum ad ipsius, & successorum li-
bitum, & voluntatem, quæ operantur transmissio-
nem in quoscumque etiam extraneos, Aym. cons.
256. col. 2. ad med. vers. sed hic dubitatur, numero
quarto Dec. cons. 170. in causa venerabilium, col. 2.
ad med.

Et quidem in hujusmodi concessione comprehende-
tur iurisdictio, ac cognitio causarum ciuilium, &
4 criminalium, † ac mixtarum, & damnorum dato-
rum, cum pleno, ac libero dominio, provt expres-
sè summus Pontifex concessit, quod etiam est de
iure, quando enim conceditur ab Imperatore, seu
ab Ecclesia Romana castrum cum iurisdictione,
censetur concessum cum plenissima iurisdictione,
ac mero imperio, Bald. in l. cum multa, nu. 4. C. de
bon. quæ liber. Roland. cons. 42. n. 17. & 24. lib. 2. Me-
noch. præsumpt. 97. n. 39 lib. 3. Oldrad. cons. 252. n. 6 ad
med. cum aliis per Rosental. de feud. conclu. 7 & 8.
5 cap. 5. Couarr. pract. quæst. cap. 1 n. 10. Maximè, † quia
in casu nostro côceditur integer, & plenus status,
ac dominium, & omnimodo iurisdictio, & pote-
stas, quod facit, vt magis veniat merum imperiũ,
stantibus dictis verbis vniuersalibus. Purpur. in l.
imperium, ff. de iurisdict. omn. iudic. Felin. in ca. quod
sedem 10. ante fin. vers. aliquando committitur. de of-
fic. ordin. Menoch. præsumpt. 97. n. 34 lib. 5. Curt. Iun.
in l. 1. n. 50. de offic. eius. Paris. consil. 9 n. 3 vsque ad 13.
6 lib. 1. † Ita vt etiam ista censeantur concessa priua-
tiuè, non cumulatiuè iuxta latè adducta per Schra-
der. de feud. part. 10. sect. 5 n. 175. tom. 2 fol. 179.

Et quoniam sumus in castro diruto ob delictum pri-
mi inuestiti, cum non esset locus illius reædifica-
7 tioni † fuit concessa licentia iterũ construendi à
Summo Pontifice, provt requirebatur: Franc. in
ca. felicis, n. 4. & ibi Anchar. col. 3. nu. 7. notab. de pœ-
nis, in 6. Bart. in l. si quis adulterium, §. 1. de adulter.
Aug. in leg. in numerationibus de solution. Cin. in leg.
seruus, in fin. Cod. de pœnis. Tiraq. in l. si vnquam,
verb. susceperit liberos, nu. 181. C. de reuocat. donat.
8 † Qua licêtia stante cêsetur restituta omnis iuris-
dictio, cũ quibuscũque iuribus, & priuilegiis eidê
castro prius côpetentibus, cũ tantũ reddat restitu-
9 tio, † quãtũ abstulit læsio, l. 1. C. de sẽt. pass. l. vltim.
§. fin. Cod. eod. tit. l. quod si minor, §. restitutio, ff. de mi-
10 noribus † & in specie notat Bald. cons. 321. viso in-
strumento, nu. 4. lib. 4. & in Margar. in verb. ciuitas,
ad med. Andr. Gail. obseru. 61. num. 14. cum seq. libro
secundo.

Neque obstat, quod priuilegium reædificationis pro-
11 pter non vsum tanti temporis fuerit amissum, † l.
1. ff. de nundin. Socin. cons. 64. n. 21. lib. 2. Quia intelli-
gitur, quâdo simpliciter data esset facultas aliquid
faciendi, tunc enim quis non vtendo, cum potest,
perdit priuilegium, secus vbi facultas reædificandi
est posita formaliter in expressa, & libera volunta-
12 te eius, cui fit concessio, provt est casus noster, † in
quo ad côstruendum huiusmodi castrum fuit data
libera, & plena auctoritas, tûc enim nullo tempo-
re huic facultati præscribitur, & semper durat pri-
uilegium, provt côcordando opiniones distinguit
Felin. in cap. cum accessissent, col. 13. ad med. vers. li-
13 mita secundo, n. 26. & 27. de constitut. † vbi loquitur
in specie de facultate concessa ad reædificandum
post Gloss. quam dicit auream, & multum notan-
dã c. priuilegia, in verb. semel, in anno, post med. vbi
etiam Butr. ad fin. n. 16. de priuileg. Calder. cons. 3. in
14 fin. de consuetud. & cons. de præscript. Bald. † qui
etiam loquitur in simili casu ædificij eod. tit. de
præscription. 5. part. 4. part. quæst. 4. nume. 4 post med.
Quidquid Ias. in leg. fin. de constit. princ. numero 53.
teneat contrarium quo ad istum non vsum priui-
legij.

Minus obstant côstitutiones Summorum Pontificũ,
Quia de tempore, de quo agimus, non emanauerâc
Bullæ Pij V. Gregorij XIII. Sixti V. Innoc. IX. &
Clement. VIII. & aliæ concernentes alienationes
15 castrorum, & iurisdictionem ecclesiæ, quæ † ideo
nô possunt trahi ad actus præteritos cap. proposui-
sti, 92. distinct. ca. 2. vbi gloss. in verb. futuris, de con-
stit. Hostiens. in summ. eod. tit. §. quando constitutio. in
16 fin. Quamvis essemus in confirmatione, † quæ non
trahitur ad tempus confirmationis, quando actus
confirmatus retro habuit vigorem, & illum non
sumit ex confirmante Bald. in l. leges & constitutio-
nes, n. 5. ad med. vers. limita hanc fallentiam, n. 15. de
constitut. Quod côfert casui nostro, nam quatenus
peteretur confirmatio, illa non induceret actum
nouum, neque Bullæ obstarent, cum concessio an-
tiqua Summorum Pontificum sit per se valida, &
tanquam fundata in causa vetustiore, & efficaci
attenderetur absque eo, quod sumat vigorẽ ex cô-
firmatione, quæ in hoc erit permissiua, & non for-
17 malis, † neque denominabit côfirmatum à confir-
mante, sed à specifico efficiente, in quo est iam vir-
tus data Bald. in l. ex placito. num. 7. Cod. de rer. per-
mut. & in dict. l. leges, n. 5. C. de legibus per l. obserua-
re, in fin. de offic. procons. l. si quis priore, ad Trebell. l.
tribunus, §. vlt. de testam. late Surd. cons. 58. num. 20.
libro 1.

Cum etiam hodie non agatur de alienatione huius-
modi castri, & eius iurisdictione, nam vtrumque
est iam alienatum iam sunt centum anni, & ideo
ex confirmatione, quæ fortè fieret per Sanctissi-
mum nullum fit præiudicium Ecclesiæ Romanæ,
aut Sedi Apostolicæ, quæ nihil amittit, immo po-
tius acquirit, cum possit habere nouos subditos,
& vasallos, & cognitionem causarum, in secundis
instantiis, & alia, de quibus in facto. Neque † enim
18 dicitur alienare, sed alienatum inuenire, qui vete-
rem inuestituram alienationis confirmat Bald. in
cap. 1. in princ. vers. à minore, num. 1. per quos fiat in-
uestit.

Nec

Nec facit, quod post concessionem Summorum Pontificum in instrumento venditionum factarũ Communitati, & per eam aliis emptoribus bona, de quibus agimus, enunciẽtur in territorio Aximano, Nam huiusmodi assertio non potest præ-
19 iudicare veritati,† maxime, quia enunciatiuæ non sunt antiquæ, quo casu nihil probant Achill. *decis. 6. de iur. patronat. Card. Seraph. decis. 507. n. 1.* Præcipue quando principaliter agitur de veritate enunciati *Card. Seraph. decis. 1278. nu. 2. post Paris. cons. 94. n. 19. lib. 1. Put. decis. 381. n. 5. lib. 1.*

Nec aduersatur, quod venditiones factæ non specialiter exprimant istas iurisdictiones, & similia;
20 † Quia adsunt verba generalissima apta comprehendere omnia, & quæcumque iura sibi competentia *Bar. in l. 1. col. fin. post. med. nu. 19. ff. de iurisd. omn. iudic. & l. 3. nu. 5. de acquir. possess. & ibi Alex. col. fin. cum aliis per Doctores in cap. 1. vbi Bald. in princ. de capitan. qui cur. vendid.* cum etiam communitas in venditione aliqua sibi reseruauerit,
21 † quod facit, vt alia etiam meri imperij censeantur concessa *Paris. cons. 9. n. 11. lib. 1. Dec. cons. 123. n. 29. lib. 2. Menoch. præsumpt. 97. nu. 35. cum seq. lib. 3. Decian. cons. 123. n. 29. lib. 2.*

EPITOME.

Vocatio plurium an intelligatur pro virili. ¶ Census, loca montium, & credita perpetua quãdo veniant appellatione bonorum stabilium. ¶ Et an comprehendantur in legato vsusfructus. ¶ Solutio æris alieni an spectet ad hæredẽ, vel vsufructuarium. ¶ Et quid si fuerit legatus vsusfructus quartæ vel quintæ partis bonorum immobilium. ¶ Institutio per verba collectiua quando iudicetur ordine successiuo. ¶ Et an cõiecturæ sufficiãt. ¶ Vsusfructus quomodo cõstituatur in rebus mobilibus, & animalibus. ¶ Vsufructuarius quando possit accipere vsumfructũ propria auctoritate, & exigere omnia absque cessione hæredis tanquã procurator in rem propriam. ¶ Retrouenditio cẽsuum an sit facienda vsufructuario, seu proprietario. ¶ Fructus recollecti antequã dies legati cedat an pertineant ad vsufructuarium, seu hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Institutio per verba collectiua de filiis, & successoribus intelligitur ordine successiuo. Declara vt numero 2. & 3.*
4 *Vocatio plurium simpliciter est iudicanda pro virili.*
5 *Coniecturæ sufficiunt ad ostendendum, vt quis fuerit institutus ordine successiuo.*
6 *Census veniunt appellatione immobilium. n. 10. etiam existentium in aliquo loco. nu. 7. etiam in materia odiosa, & confiscatione bonorum. n. 8.*
9 *Loca montium, & credita perpetua, reputantur pro bonis stabilibus.*
11 *Dictio, Vt supra, repetit omnes conditiones, & qualitates, & limitat dispositionem prout fuit superius narratum cum oneribus ibi contentis. n. 12.*
13 *Vsusfructus an, & quomodo constituatur in rebus mobilibus, & animalibus. n. 14. & an sit præstanda cautio. n. 28.*
15 *Solutio æris alieni non spectat ad vsufructuarium, sed ad hæredem, quãvis etiam fuerit legatus vsusfructus bonorũ mobiliũ, & stabiliũ, vel partis eorum. n. 16. vel quartæ, aut quintæ partis, bonorum. n. 17.*
18 *Census veniunt in legato vsusfructus. n. 20.*
19 *Iurium appellatione veniunt census.*
21 *Vsufructuarius habet facultatem exigendi omnia ex contractu defuncti absque cessione hæredis tanquam procurator in rem suam. n. 22. 24. & 27. Intellige vt num. 27.*
23 *Vsufructuarius quando possit propria auctoritate vsumfructum capere.*
25 *Retrouenditio censuum est facienda proprietario, non vsufructuario.*
29 *Fructus recollecti antequam dies legati cedat an pertineant ad vsufructuarium, seu ad hæredem. num. 30.*

CAPVT DLXXXV.

INstitutio de Comite Guidio, & suis filiis, & successoribus legitimis in medietate hereditatis, de qua agimus, est intelligenda ordine successiuo,
1 † vt filij, & successores Comitis Guidij censeantur vocati post patrem, non autem simul cum eo propter naturam verbi collectiui filiis, & successoribus, quos vocat successiue, non autem eodem tẽpore, *l. peto, §. fratre, ff. de legat. 2. Bar. in l. gallus, §. quidam recte, n. 4. ff. de liber. & posthum. Surd. decis. 346. n. 13. cum seq. part. 2. Osasc. decis. 81. num. 4.*

Et quamvis aliqui dubitent de dicta opinione Bart.
2 & contra eum teneant, vt apparet ex relatis † per *Gabr. cons. 130. nu. 9. lib. 1. cum aliis per Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 4. tit. 7. nu. 19.* Tamen in casu nostro non adest difficultas, quia non sunt vocati successores extranei, & nullo sanguinis vinculo coniuncti ipsi testatori, sed præter naturam verbi collectiui, adest etiam vocatio eo-
3 rum, qui sunt sanguine coniuncti, † quod facit, vt minus tales censeantur vocati eodem tempore cum patre, *Bar. in l. si cognatis, in fin. ff. de rebus dub. Peregr. de fideicommiss. art. 17. n. 19. Surd. decis. 346. n. 14. part. 2.* Maximè, quia isti successores possunt esse incogniti ipsi testatori, ex quo magis colligitur illius voluntas, vt sint ordine successiuo vocati, quasi potius censeantur honorati patris contemplatione. *Idem Surd. decis. 346. nume. 16. part. 2. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 4. tit. 7. num. 27. Osasc. decis. 81 n. 16.*

Quo stante medietas dictæ hæreditatis spectabit ad
4 Guidium, & fratres pro virili, † quod etiam est de iure communi, secundum quod vbi plures sunt simpliciter vocati, intelligitur cuique pro virili relictum, *l. nonnunquam, ff. ad Trebell. l. fi. in princ. C. de impub. & aliis substit. Doctor. in l. qui cum plures, ff. de vulgar. & pupill. substit.* Nulla habita ratione filiorum, & successorum Comitis Guidij, cum illis non debeatur aliqua portio in dicta hæreditate viuente patre, vt dictum, est quod etiam clarius expressit testator, dum post institutionem factam iterum declarauit suam voluntatem dicens, quod pro vna parte suæ hæreditatis sit hæres Guidius, cum suis fratribus, pro alia autem parte sit hæres Comes Franciscus cum fratribus, & filiis Horatij, quæ voluntas testatoris est attendenda, *§.*
5 *disponat. auth. de nupt.* † Cum etiam in hoc casu sufficerent coniecturæ ad cognoscendum an aliqui sint vocati ordine successiuo vel simul *Cæsar. de Grass. decis. 2. n. 3. ante fin. de testam.*

Ex quibus etiã sequitur quod fratres dicti Guidii debent habere eorum vita durante suam portionem in omnibus censibus seu annuis redditibus dictæ

hæreditatis. Nam testator expressè mandat, vt per Guidium eidem soluatur huiusmodi portio ex introitibus bonorum existentium in præfata hære-
6 ditate, & sic etiam censuum † cum illi veniant appellatione immobilium, tanquàm inhæreant rei immobili, quamvis enim corporales non sint, Tamen ratione cohærentiæ ex dispositione iuris generaliter, & indistinctè numerantur inter immobilia, & pro rebus immobilibus habentur, quamvis etiam dispositio esset facta de rebus immobili-
7 bus existentibus in aliquo loco, † quia ratione cohærentiæ consistunt in eodem loco, vbi res est sita, & sic videntur esse in loco etiam circumscriptiuè, nedum ratione effectus tantum, Ita vt etiam veniant appellatione immobiliū in materia odio-
8 sa, & in confiscatione bonorum, † Vnde multo magis in dispositione fauorabili vltimarum voluntatum, cum nunquam huiusmodi census rei cohærentes faciant tertiam speciem, sed semper contineantur sub dispositione immobilium, vt latè post multos per eum relatos declarat *Gabr. cōs.*
9 *141. num. 14. cum seq. lib. 2.* vbi etiam *num. 23.* † quod reputantur pro bonis immobilibus loca Montium, & credita perpetua, quæ assignantur ex aliquibus certis publicis redditibus iuxta *decis. Oradin. 116.*

Neque obstat, quod non possit prætendi vsusfructus dictorum censuum, cum in institutione hæredis, in qua sunt vocati fratres Guidij, non sint nominati census, præsertim quia postea tam census quàm credita sunt relicta Guidio, & Francisco, Quia satis est, quod testator dixerit, vt eorum portio sit extrahenda ex redditibus bonorum suæ hæreditatis, quod facit, vt etiam intelligatur de
10 censibus, † cum illi veniant sub dispositione bonorum stabilium, vt dictum est *Angel. cons. 328. n. 1 in fin. Fulgos. cons. 103. n. 2. Bal. & Castr. in l. iubemus nulli, Cod. de sacrosanct. eccles.* Maximè, quia licèt Guidio relinquantur census, tamen tale relictum
11 est cum illa clausula, Prout supra, † & sic cum eodem onere assignandi portiones aliis fratribus ex redditibus bonorum, & censuum existentium in hæreditate, cum similes clausulæ repetant omnes qualitates, & conditiones supra appositas, & limitent dispositionem eo modo, & forma, prout superius disposuit Alexand. *cons. 59. ante fin. vers. non obstat quod illa verba 3. Aym. cons. 88. nu. 3. cum aliis per Cephal. cons. 125. num. 5. & 6. lib. 1. Menoch. cons. 124. nume. 59. lib. 2.* Præsertim, quia clarè postea testator exprimit, quod Guidius sit hæres cum fratribus modo supradicto, & sic omnes sunt vocati pariformiter ad successionem dictorum bonorum, præterquam quod respectu Guidij sit plena institutio, respectu autem aliorum fratrum
12 eorum vita durante, prout dixit supra, † per quæ verba sunt repetita huiusmodi onera in omnibus præfatis bonis, *Riminald. Iun. cons. 80. numero 33. libro primo Menoch. consil. 274. numero 18. libro tertio.*

Ex prædictis etiam sequitur dandum esse vsumfructum fratribus Guidij ex retractu bonorū mobilium per ordinationē testatoris, vt est expressum in relicto, & per dispositionem legis, secundum
13 quàm † vsusfructus constituitur etiam in rebus mobilibus, quæ vsu consumuntur, quamvis enim in eis nō cadat propriè vsusfructus, cum necessariò debeat consumi, & quotidiè alienari proprietas, aliàs non posset eis vti vsufructuarius, tamen tempore vsusfructus constitui sit æstimatio ... & præstatur cautio de restituendo finito vsufructu quantitatem, in qua fuit æstimata *leg. 1. & 2. de vsufruct. earum rerum quæ vsu consumunt. l. 2. Instit. eodem titul. §. constituitur, instit. de vsufruct. Castil. eodem tit. de vsufructu, cap. 17. n. 7. Roland. cons. 37. n. 6. lib. 2. Gomez. variar. resolut. tom. 2. de contract. cap. 15. titul. de seruitutibus nume. 3. cum sequ.* vbi etiam, quod in animalibus potest constitui vsusfructus, ita vt agni, vituli, lac, pilus, & lana, & similes fœtus pertineant ad vsufructuarium, quidquid aliud sit in partu alicuius ancillæ, qui non continetur in fructibus, cum hominum gratia fructus, & omnes res terræ sint productæ *leg. pecudum, ff. de vsufruct. leg. plerumque, ff. de iur. dot. §. in pecudum, instit. de rerum diuers.*

Neque obstat, quod de tetractu mobilium testator mandauerit solui legatum scutorum mille Rodulpho, & quod superesset ex pecuniis, vt supra retractis, idem testator iusserit esse hæredem, quia semper talis dispositio debet intelligi cum eodem onere dandi vsumfructum vsufructuariis, prout
14 † sunt verba clara ipsius testatoris, qui voluit Comitem Thomam, & fratres habere portiones suas, donec vixerint in dictis bonis, & sic etiam in retractu mobilium, in quibus consistit vsusfructus, vt dictum est, ita vt etiam veniant in legato vsusfructus mobilium, iocalia, torques, annuli, monilia, pec[illegible]a, frumentum, vestes, supellectilia, pensiones domorum, fructus, annui redditus, venalia, & omnia quę ad modum mobilium destinata sunt, cum distinctionibus, de quibus latè *Castill. de vsufruct. c. 38. 41. & 42. per tot. Menoch. præsumpt. 158 lib. 4. & cons. 407. lib. 5. Honded. cons. 63. nu. 50. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 216. lib. 2. Odd. cons. 30. lib. 1. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 6. Crass. in §. legatum, quæst. 19. Albens. cons. 619. libro 4. Roland. cons. 74. numero 29. lib. 2. Couarr. libro secundo var. resol. c. 5. Pinel. in leg. 1. §. 1. numero 38. Codice de bon. matern.*

Quo vero ad solutionem debitorū, & legatorum, de quibus agimus, concludendum est illam spectare ad Comitem Guidium, non autem ad Comitem
15 Thomam, & fratres vsufructuarios, † qui ad hujusmodi onus irregulariter non tenentur, Actio enim personalis datur solum contra debitorē, vel alium, qui eius personam repræsentat, quæ repræsentatio non cadit in vsufructuario. Nam si semel fuisset hæres, non posset desinere esse hæres, cum etiam creditores nihil contrahant cum legatariis, sed cum hæredibus, hæres enim est ille, qui adit hæreditatem, non autem legatarius, & creditores non agunt pro eorum creditis, nisi contra eum, qui adeundo hæreditat se obligat, Maximè, quia si vsufructuarius tenetur soluere creditoribus de vsufructu, sequeretur absurdum, quod creditores deberent expectare solutionem ad tempus, sicuti singulis annis percipitur vsusfructus, quod esse non debet, cum sic minus illis solueretur, quasi tempus sit pars summæ, Ideo meritò debita sunt soluenda de venditione rerum hæreditariarum, non autem de vsufructu, Ita per supradicta, & similes rationes concludit post multos per eum relatos, Roland. *cons. 8. nu. 5. vsque ad 20. lib. 2. Aym. cons. 187. in princ. Alex. in l. vsumfructum, ff. ad l. falcid. Surd. de alim. tit. 9. qu. 16. n. 11. & 12. Franc. Marc. decis. 842. part. 1.*

Prædicta autem habent locum etiam quādo testator legauit

leganit vsumfructum bonorum mobilium, & im-
16 mobilium, vel partis eorum, † Nam tunc neque
vsufructuarius tenebitur soluere æs alienum *Bar.*
in leg. vlt. ff. de vsufr. cum quo communiter transi-
re Doctores testatur Castil. *de vsufruct. cap.* 55.
numero secundo Caff. in §. legatum, quæst. 35. *nume-*
ro quinto Menoch. de præsumpt. 143. *numero* 6. *libro*
quarto.

Provt etiam prædicta procedunt in vsufructuario
17 quartæ, vel quintæ partis bonorum, † qui non po-
test conueniri, nec ad solutionem æris alieni te-
netur, cum bona dicantur deducto ære alieno *lege*
subsignatum, §. bona, ff. de verbor. signific. & notat
Couarr. var. resolut. cap. 2. *nu.* 2. *vers. tertia conclusio,*
lib. 2. *Crass. in §. legatum, quæst.* 35. *numer.* 4. *Soarez in*
lege quoniam in prioribus, ampliat. 7. *numero* 12. *&*
13. *Cod. de inoffic. testam. Castill. de vsufruct. cap.* 59.
numero 4. vbi de communi Menoch. *præsumpt.* 143.
numero 10. *libro quarto Guliel. Bened. in cap. rai-*
nutius, in verb. cætera bona, numero 44. *de te-*
stam.

Et quoniam supra firmatum fuit, quod census ve-
18 niūt in legato vsusfructus mobilium, † Addendum
est, quod ista opinio est verior, quidquid oppona-
tur contrarium sentire *Eug. cons.* 100. cum loqua-
tur contra sententiam magis receptam Menoch.
præsumpt. 142. *n.* 3. *lib.* 4. *Caualcan. de vsufruct. nu.* 83.
Castill. eod. tit. de vsufruct. cap. 41. *num.* 1. *vsque ad* 7.
Maximè, quando relinqueretur vsusfructus om-
19 nium iurium, † quorum appellatione venit cen-
sus, cum sit ius *Couarr. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 2. *vers. tertio in*
eadem ratione. & admittit etiam *Eugen. cons.* 100. *n.*
21. *vsque ad* 24.

Et ita etiam aliàs dixi in simili casu mihi proposito,
quod videlicet fructus censuum spectabunt ad
vsufructuarium, siue non sint exacti, siue non sint
maturati, quia testator legauerat vsumfructum
vxori integrum, & plenum omnium, & quorum-
cumque bonorum stabilium, & se mouentium, ac
iurium ipsius vbi sunt, & reperiri possint in omni
20 quantitate, † provt ipse habebat, quæ verba sunt
amplissima, & habilia ad includendum census, &
fructus illorum & omnes redditus, & prouentus
cum omnibus debitis, & omni substantia testato-
ris, ita vt talis vsufructuarius habeat facultatem
21 exigendi omnia ex contractu defuncti, † & agere
contra debitores absque vlla cessione hæredis,
cum habeat exercitium omnium actionum hære-
ditariarum, tanquam censeatur constitutus pro-
curator in rem suam *Card. Mantic.* qui omnia
prædicta declarat *de coniectur. vltimar. volunt. lib.*
9. *tit.* 6. *num.* 2. *&* 3. quidquid aliter sentiat *Rum.*
consi. 51. *n.* 11. *lib.* 2. *& cons. vltim. num.* 28. *eodem libro*
22 † cum contra eum sit verior opinio, vt per De-
cian. *cons.* 419. *viso & iterum lecto, n.* 6. *vsque ad* in.
in 3. *dub. Corn. consil.* 187. *num.* 11. *lib.* 1. Maximè in
casu nostro, in quo testator dat amplissimam fa-
cultatem vsufructuario omnia faciendi propria
auctoritate, & capiendi possessionem omnium, &
quorumcumque bonorum, & iurium pro vsufru-
ctu consequendo absque vlla licentia hæredis, vel
23 iudicis † tunc enim etiam hæreditate non adita
per hæredem vniuersalem potest vsumfructum
capere, & ingredi propria auctoritate; & posses-
sionem iurium, & bonorum apprehendere, ita vt
sic faciendo dicatur adire, & tali aditione vsum-
fructum suum confirmare *Berald. consil.* 60. *n.* 49.
24 *lib.* 2. Vnde † sicut poterit propria auctoritate ac-
cipere bona ad vsufructuandum stante dicta li-
centia testatoris, ita etiam poterit exigere debita,
Caualc. de vsufruct. n. 199. *in fin.*

Non tamen restitutio censuum, seu retrouenditio il-
lorum esset facienda vsufructuario, sed proprieta-
25 rio, † Nam quamvis vsufructuarius dicatur pro-
curator in rem suam, & agere possit absque man-
dato proprietarij, vt dictum est *supra n.* 21. Tamen
intelligitur in his, quæ respiciunt vsumfructum;
cum in aliis respicientibus proprietatem non ha-
beat aliquod mandatum, sine quo non potest age-
re, nisi nomine proprietarij, & cum eius manda-
26 to, & ita intelligitur *text. in l.* 1. *§. vsufructuarius, ff*
de noui oper. nuncia. vt latè declarat *Caualc. de vsu*
fruct. n. 7. 8. 198. *&* 199. *Castill. eod. tit. cap.* 20. *num.* 10
cum seq. Crass. in §. legatum, quæst. 34. *n.* 2. *Paris. cons.*
94. *n.* 18. *lib.* 2. *per text. in l. hoc amplius, §. fin. cum l.*
seq. ff. de damn. infect.

In prædicta tamen obseruandum est, quod quamvis
vsufructuarius possit exigere ista nomina debito-
27 rū, † & vti frui pecuniis exactis, & exigendis à de-
bitoribus, *Castr. Aret. Alex. & alij in l. diuortio, §. si*
vir, ff. solut. matrim. Corn. consil. 195. *col.* 3. *li.* 4. *& cōs.*
192. *lib.* 2. Tamē vsufructuarius tenebitur pro istis
pecuniis exactis à debitoribus restituere tantum-
28 dem proprietario finito vsufructu, † ideo erit pec
eum præstanda cautio de reddendo tantam quan-
titatem in genere, quæ cautio succedit loco pro-
prietatis, cū talis proprietas pecuniarum exigēda-
rū à debitoribus testatoribus sit ipsorum hæredū,
quāvis vsusfructus, & exactio pertineat ad vsufru-
ctuariū, quo viuente nihil habebunt hæredes, sed
solùm post mortē vsufructuarij, cui censebitur le-
gatus vsusfructus pecuniæ exigendæ, cum dicto
tamen onere reddendi tantumdem, & præstandi
cautionem, vt dictum est, & latè explicat *Paris.*
29 *consi.* 94. *n.* 15. *vsque ad* 20. *lib.* 2. Quare † etiam dici-
mus, quod fructus recollecti antequam dies legati
cedat, & sic ante mortem testatoris, vel ante aditā
hæreditatem non iudicantur fructus, sed tanquam
bona hæreditaria, & per consequens pertinent ad
hæredem *l. ita tamen, §.* 1. *in fin. ff. ad Trebell. Franc.*
30 *Marc. decis.* 827. *part.* 1. † Tamen vsufructuarius
habebit vsumfructum sicut in aliis bonis, & eo-
rum dominium consequetur; non tamen dictos
fructus omnino facit suos, sed pro eis tenebitur
cauere de restituendo finito vsufructu, aut tradere
æstimationem, provt in rebus quę vsu consumun-
tur Bal. *consil.* 337. *factum tale est passutius, in fin. lib.* 5
alias est consil. 451. *eod. lib. Corn. consi.* 187. *col. libro* 2.
Aym. consil. 300. *n.* 5. *Castill. de vsufruct. cap.* 42. *n.* 13.
& 14. *Caualc. eod. tit. n.* 92. *Card. Mantic. de coniect.*
vltim. volunt. lib. 9. *tit.* 61. *nu.* 5. Quidquid sit in vsu-
fructu bonorum feudalium, qui non comprehen-
detur in legato vsusfructus omnium bonorum,
cum de dictis bonis non potuerit testator dispo-
nere *cap.* 1. *in princ. de success. feud. cum aliis per*
Alex. consil. 18. *n.* 2. *lib.* 5. quod est repetitum *cons.*
118. *lib.* 6. *Gozad. cons.* 47. *numero* 13. *Pic. in l. titia, §.*
titia cum nuberet, n. 99. *ff. de legat.* 2. *Paris. consil.* 98.
n. 3. *&* 4. *lib.* 2. *Card. Mantic. dict. tit.* 6. *n.* 5.

EPITOME.

Donatio an sit inter viuos, seu ob causā mortis
non obstante mētione obitus, & interuentu quin-
que testium, & effectu illius collato post mortem;
quamvis adsit iuramentum cum clausula, Omni
meliori modo, & ad habendum, &c. stipulatio no-

tarij, ac cõstitutio procuratoris, vel obligatio hæredum aut insinuatio cum similibus. ¶ Confessio facta in testamento an sit reuocabilis. ¶ Et an rescripto subreptio preiudicet. ¶ Confirmans actum nullum quando dicatur de nouo dare. ¶ Noua acquisitio hęredis de rebus defuncti an consideretur vt de bonis propriis, vel hęreditariis. ¶ Confirmatio ex certa scientia an tribuat nouum ius, non inspecto, quod actus confirmatus sit nullus. ¶ Et quid in confirmatione in forma communi. ¶ Et quando adsunt aliqua capitula inualida. ¶ Pater an possit relinquere spurio, qui habet vnde se alat. ¶ Ordo scripturæ an sit attendendus. ¶ Testis adhibitus in instrumento an sit à partibus approbatus. ¶ Causa simulationis quando sit probanda. ¶ Spurij an sint alendi secundum dignitatem, vel necessitatem. ¶ Et an illis possit donari pro alimentis, non obstante Bulla. ¶ Exhæredatio an sit sublata per actus reconciliationis. ¶ Verba, Quidquid voluerit, quam significationem habeant. ¶ Curator minoris an compromittat absque solemnitatibus. ¶ Interesse arbitrorum quando inducat nullitatem laudi. ¶ Necessitas superueniens an faciat resurgere donationem, quæ non valebat tanquam factam diuiti pro alimentis. ¶ Provt è cõtra an illa euanescat superuenientibus diuitiis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ex quibus indicetur inter viuos, quamvis in ea fiat mentio mortis.*

2 *Iuramentum facit actum irreuocabilem, qui prius erat reuocabilis.*

3 *Clausula, Omni meliori modo, ad habendum, & constitutio procuratoris, & stipulatio notarij, operatur, vt donatio sit inter viuos, non obstante commemoratione mortis. n. 4. & 5.*

6 *Stipulatio facit actum irreuocabilem.*

7 *Confessio facta in testamento an possit reuocari.*

8 *Insinuatio non requiritur in donatione causa mortis.*

9 *Effectus donationis translatus post obitum, non facit illam causa mortis. n. 10.*

11 *Donatio dicitur inter viuos, & transmittitur, si obligentur heredes pro illius obseruantia.*

12 *Donatio causa mortis habet vim legati, & non est transmissibilis. n. 49.*

13 *Interuentus quinque testium non operatur, vt donatio sit causa mortis, si aliunde constet illam esse inter viuos.*

14 *Substantia contractus potius inspicitur, quàm denominatio ad iudicandum an sit inter viuos, seu causa mortis.*

15 *Causa alimentorum est priuilegiata.*

16 *Confirmans actum nullum, dicitur de nouo dare ex sua benignitate, & gratia.*

17 *Denominatio non est sumenda ab actu inualido, sed ab illius confirmatione.*

18 *Noua acquisitio rerum defuncti facta per heredem attenditur, provt de bonis propriis, non provt de hereditariis.*

19 *Confirmatio ex certa scientia tribuit nouum ius, & nouum titulum, non habita consideratione, quod actus confirmatus esset nullus. nume. 40. quidquid aliud sit in confirmatione in forma communi. n. 20. 21. 22. & 24.*

23 *Confirmatio Apostolica ex certa scientia conualidat actum omnino inualidum, secus quando adessent aliqua capitula inualida.*

25 *Clausula, Ex certa scientia, habet vim plenitudinis potestatis.*

26 *Pater an possit relinquere spurio, qui habet vnde se alat.*

27 *Necessitas superueniens facit resurgere donationem, quæ prius non valebat tanquam esset facta diuiti pro alimentis, provt è contra nulla euanescit superuenientibus diuitiis.*

28 *Potest donari spuriis pro alimentis, non obstante Bulla Summi Pontificis.*

29 *Spurij an sint alendi secundum dignitatem, vel necessitatem.*

30 *Ordo scripturæ debet attendi, & quomodo intelligatur. num. 32. & 33.*

31 *Obseruantia declarat proprietatem actus, & animum partium. num. 38.*

34 *Simulatio probatur coniecturis. & n. 35.*

36 *Testis adhibitus in instrumento dicitur approbatus à partibus.*

37 *Causa simulationis est probanda, si opponatur, aliàs secus.*

39 *Exhæredatio an dicatur sublata per actus reconciliationis.*

41 *Confessio in rescripto præiudicat, & est irreuocabilis, quamvis illud esset subreptitium.*

42 *Heredes non possunt venire contra confessionem defuncti, nec contra factum illius. n. 48.*

43 *Expressum dicitur, quod apparet ex claris coniecturis, & quod virtualiter colligetur. n. 46. quamvis simus in materia stricta, & expressio sit de forma. num. 44.*

45 *Verba, Quidquid voluerit, inducunt liberam dispositionem.*

47 *Cessio est approbanda cum sua qualitate, quæ non potest separari.*

50 *Pater non potest filiis præiudicare in donatione eis facta per Principem.*

51 *Cessionarius est eadem persona cum cedente.*

52 *Curator minoris non potest compromittere absque solemnitatibus, & laudum inde secutum est nullum. num. 53. & 54.*

55 *Interesse arbitrorum facit, vt compromissum, & laudum sit inualidum, nisi adesset consensus minoris, qui poterit illi stare si velit, quamvis non adsit solemnitas, alias non cogetur. n. 56.*

57 *Commodum arbitrorum an consideretur in iure de futuro, quod illis posset competere.*

58 *Laudum ex compromisso facto per metum est reuocandum.*

CAPVT DLXXXVI.

EX quibus donatio, de qua agimus, est iudicanda inter viuos, quãvis fuerit in ea expressa cau-
1 sa mortis. † Primo enim adest iuramentum dupliciter præstitum, per quod actus de sui natura reuocabilis efficitur irreuocabilis, & facit transire donationem causa mortis in donationem inter
2 viuos † *Bero. consi. 41. n. 16. vol. 1. Ias. consi. 179. col. penult. post med. vers. tertio ad idem facit, lib. 4.* Secundo, propter clausulam, Omni meliori modo, de qua in instrumento, illa enim efficit donationem
3 inter viuos, † quamvis esset causa mortis, *Aym. consi. 214. in fi. n. 19. Ruin. consi. 52. num. 4. ad med. lib. 1.* quasi non possit meliori modo valere, quàm inter viuos, *Curt. Iun. consi. 81. n. 3. Rolãd. consi. 8. n. 24. lib. 1.* Tertio, propter constitutionem procuratoris in rem
4 propriam cum clausula, Ad habendum, † quæ operatur

operatur, vt donatio sit inter viuos, quasi per eam censeatur data facultas alienandi bona donata, Bart. *in leg. qui rem, §. duo fratres, de verbor. obligat.* Maximè cum non fuerit posita in executiuis, sed dispositiuis, Becc. *consl.* 88. *Osasc. decis. Pedem.* 164. & in specie ita concludit Roland. *consil.* 61. *n.* 48. *lib.* 2. vbi quod per dictam clausulam transfertur dominium, & quælibet possessio ciuilis, & naturalis, *Guid. Papæ. decis.* 147.

Quarto, propter pactum donatoris, & stipulationem notarij factam ad commodum donatarij, ex qui-
5 bus iudicatur donatio inter viuos, † quamvis adsit commemoratio mortis, maximè stante coniunctione sanguinis, de qua in casu nostro *l. cum maritus, §. in fin. ff. de pact. dotal.* quem textum in proposito nostro dicit singularem, & notabilem *Aret. cons.* 74. *col.* 2. *post med. vers. secundo moueor ad hoc dicendum, num.* 2. *in fin. Ang. cons.* 179. *col.* 7. *post med. num.* 5. *in fin. Ias. in l. quæ dotis, n.* 38. *& 39. ff. soluto matrim. late Surd. cons.* 450. *num.* 30. *& 31. libro* 3. *Socin. cons.* 53. *col.* 2. *in fin. vers. confirmantur prædicta*
6 *lib.* 1. † Quasi stipulatio faciat magis actum irreuocabilem Ruin. *cons.* 115. *n.* 15. *& 16. lib.* 1. Exemplo confessionis factæ in testamento, quæ licèt possit reuocari, tamen si notarius, vel pars stipuletur pro
7 ea † erit irreuocabilis. Idem *Ruin. cons.* 169. *n.* 12. *ante med. vers. sed contrarium est verius, & ibidem in fin. vers. & idem dicit, lib.* 2. *Beroald. cons.* 45. *n.* 14. *lib.* 2. *Natt. cons.* 73. *n.* 6. *Socin. cons.* 294. *numero primo libro* 2. *Castr. in leg. non omnis, n.* 5. *ff. si certum petatur.*

Quinto, propter insinuationem, quæ non requiritur
8 in donatione causa mortis † *l. fin. Co. de donat caus. mort.* sed solùm in ea, quæ fit inter viuos *leg. sancimus, Cod. de donat* Bart. *in leg. Modestinus, ff. eod. tit. Ias.* in specie *cons.* 8. *col.* 2. *in princ. lib.* 3.

Sexto, quia donans solum effectum donationis tran-
9 stulit post mortem, † ex quo resultat, quod donatio quidem sit inter viuos, sed incipiat habere executionem post obitum donantis, non autem, quod illa sit causa mortis *l.* 1. *& l. hæreditarium, de bon. auctor. indic. possid. §. post mortem, instit. de inutil. stipul.* Bart. *in leg. uam & si cum moriar. in vlt. oppos. ff. de condict. indebit. Ias. cons.* 6. *col.* 3. *ante med.*
10 *vers. istud non impedit, lib.* 3. † Illa enim mentio mortis tanquam producens effectum dilatiuum non facit donationem causa mortis, sed inter viuos, quasi donans diceret, volo, quod hæc bona, quæ tibi hodie in vita dono, habeas post mortem *Cin. in l. vlt. n.* 6. *in fin. & ibi Dec. nume.* 19. *Alex. n.* 3. *Cod. de pact. Idem Alex. cons.* 14. *num.* 2. *vers. insuper vero, col.* 1. *in fin. lib.* 1. *& in l. stipulatio hoc modo, n.* 14 *col.* 5. *ad med. vers. non obstat quod qualitas: & ibi Socin. Iun. num.* 79. *vers. ad primum, ff. de verbor. oblig. Bald. in l.* 1. *C. de iur. dot.*

Septimo, nam obligantur per donantem hæredes, & successores ad hujusmodi donationis obseruan-
11 tiam, † & ad non contraueniendum in toto, vel in parte, quod facit, vt non obstante mentione mortis donatio sit inter viuos, & transmittatur ad hæredes, quod non esset in donatione causa mortis,
12 quæ habet naturam legati, † & non transmittitur Bald. *in le.* 2. *C. de iur. dot. Alex. cons.* 14. *col.* 2. *ante med. n.* 3. *lib.* 1. *Aret. consil.* 74. *diligenter & mature, col.* 3. *Socin. consil.* 53. *col.* 4. *in princ. versic. postremo etiam, n.* 4. *lib.* 1. *Ruin. cons.* 98. *nu.* 16. *lib.* 1. *Surd. cons.* 244. *n.* 22. *lib.* 2.

Neque obstat, quod fuerint adhibiti quinque testes,
13 Quia non ex hoc debet iudicari † donatio causa mortis, sed inter viuos, quando concurrunt supradicta iudicia, & coniecturæ, ex quibus potius colligitur voluisse donare inter viuos & non ob causam mortis, cum etiam ad abundantiorem cautelam soleant adhiberi quinque testes in donatione inter viuos Natt. in specie *cons.* 104. *n.* 14. *& 15. Roland. cons.* 61. *n.* 59. *vsque ad* 63. *lib.* 2. *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. libro primo tit.* 13. *numero* 17. *& 18.*

Minus obstat mentio mortis sæpius facta in dicta donatione, Quia potius debet attendi illius effe-
14 ctus, † quàm denominatio, cum non inspiciatur nomen contractus, sed illius substantia, & effectus ad cognoscendum qualis sit Bald. *in rubr. Cod. de iur. emphyt. Roman. cons.* 509. *in* 1. *dub. cum aliis per* Becc. *cons.* 35. *num.* 2. *late Surd. cons.* 450. *num.* 34. *libro tertio.*

Accedat causa alimentorum, ob quam fuit facta donatio, & pro concordia fratrum, ne post patris obitum contingat aliqua discordia inter eos, vt in præfatione donationis dicitur, ex qua magis colligenda est voluntas donantis, quod fuerit donatio inter viuos, non causa mortis, stante fauora-
15 bili causa alimentorum, † quibus magis fauendum est, tanquam sit multum priuilegiata, pro qua semper in dubio est iudicandum Cordubens. *in leg. si quis à liberis, §. verum, n.* 75. *de liber. agnosc. Surd. de alim. tit.* 9. *qu.* 15. *num.* 12.

Præterea etiam, quod omnia supradicta cessarent satis erit confirmatio, seu potius noua dispositio facta per Sanctissimũ ad fauorem tam patris donãtis, quàm filiorum, quibus fuit donatum, per quam sunt tuti dicti filij quo ad validitatem eiusdẽ donationis, cum enim prius esset nulla tãquam facta ad fauorem filiorum naturalium, Tamen Summus Pontifex volens illis specialem gratiam facere derogauit omnibus constitutionibus prohibentibus similes donationes, & conualidauit dictam
16 donationem, † adeò vt hoc casu confirmans de nouo dare, cùm prius actus fuisset nulliter gestus *leg.* 1. *§. omnia, C. de veter. iur. enucleand. Paris. cons.* 3. *n.* 40. *lib.* 4. *Natt. cons.* 669. *n.* 16. vbi etiam concludit, quod talis actus confirmatus dicitur à Papa processisse, & ab eius benignitate, & gratia *cap. si Apostolica, de præbend. in* 6. Maximè, quia nulla mẽtio donationis causa mortis fuit facta in supplicatione Pontifici porrecta, sed solùm narrata assignatio alimentorum ad fauorem Ioan. Baptistæ, & Federici cum reciproca substitutione in casu obitus alterius ipsorum, vocãdo post eorum mortem filios suos legitimos, & naturales, vt latius in chirographo continetur, ita vt magis sit actus
17 nouus, & non confirmatio prioris, † vnde meritò non est sumenda denominatio à primo inualido, & nullo *l. tribunus. §. fi. de milit. testam. l. legata inutiliter, ff. de legat.* 1. *Bal. in leg. neque per epistolam, ante med. vers. ratio est quia illa, C. de confirm. tutor.*

Cum etiam occasione spolij, & cõpositionis propter illud factæ, habuerint dicti filij cessionẽ à Camera, & fuerint subrogati in locum, & iura ipsius, vnde tanquam cessionarij debent consequi omnia bona, de quibus in chirographo, quæ quidem sunt eis concedenda tanquam acquisita ex gratia Sum-
18 mi Pontificis, † & ex eorum industria, & diligentia, velut bona Cameræ, nõ Romuli eorum patris, ideo non computantur in hæreditate, sed tanquã eorum propria ad eos spectabant ex ista noua

acquiſitione,& ceſſione,iuxta text.notabilem *in l. 3.in princ.vbi Caſtr.n.1.& 2.ff.ad leg.falcid.*

Et quamvis contra confirmationem, de qua agimus,
opponetur, quod illa eſſet in informa communi,
Contrarium tamen eſt dicendum,quia ex illius le-
ctura conſtat apertè eam eſſe ex certa ſcientia,
19 † quo caſu tribuit nouum ius, & nouum titulum,
& non attenditur,quod actus confirmatus ſit nul-
lus, Nam ratione confirmationis Apoſtolicæ,
quod eſt inualidum conualidatur, Tunc enim iſta
nullitas attenderetur, quando Papa confirmaret
in forma communi,quia tunc nihil noui iuris tri-
buitur,ſed tantum vetus ius confirmatur,nec ali-
quis titulus acquiritur, nec intrat præſcriptio,
20 quamvis pars putaret actum valere, † & ita lo-
quitur Rot.exaduerſo adducta *deciſ.31.n.6.part.2.*
quæ fundat ſe in opinione *Innoc.in cap.dudum,ad
med.n.2. de decim.* qui ita ſe declarat, & ibi etiam
ita omnes intelligunt, vt per *Abb. col. penult. ad
med.nu.11.Card.col.2.ante fin.verſ.octauo oppono, &
col.3.in princ.verſ. nam oportet intelligi, & in 12.op-
poſ.in fin.Butr.n.7.& 15. Hoſt.col.penult.in princ.in
verb.confirmationis, & col.fin.in princ. in verb.nul-
latenus,Ioan. And.col. penult.ad fin. verſ. reſpondeo
21 hoc ſimpliciter, n. 5.* † Et eſt concluſio veriſſima, &
ab omnibus recepta,vt per Natt.*conſ.669.n.16.poſt
Felin.in cap.inter dilectos,col.9.in princ.n.14.de fid.
inſtrum.Bald.in leg.1. C.de manumiſſ.teſtam. Alex.
conſ. 59. n. 8. lib.1.* vbi, quod ita omnes tranſeunt.
22 Idem Alexand.*conſ.122.num. 22.lib.4.* † vbi,quod
aliàs iſtæ confirmationes membranas occuparent
Bald.qui etiam ita declarat *in cap.ex parte,in fin.n.
13.de conſtit. Innoc.in cap. veniens,in princ. in verb.
confirmatam,de tranſact. Bald.in leg. nominationes,
in verſ.conclude ergo.n.3. C.de appell. & in cap.1. in
princ.per quos fiat inueſtitur.*

Maxime,quia ſumus in actu omnino,& in totum in-
ualido, quo caſu confirmatio Apoſtolica ex certa
23 ſcientia illum conualidat,† cum ſecus eſſet,quan-
do adeſſent plura capita inualida,tunc enim talis
confirmatio poſſet ſortiri effectum, & verificari
in his,quæ ſunt valida,ideo non comprehenderet
alia inualida, ſed ſolùm fieret relatio ad ea, quæ
prius valebant Bolognin.*conſ.31.nume.14. per tex-
tum in capit.dudum,de decim.* vbi,quod eſt multum
notandum, & alibi non reperitur Alex. *conſ. 122.
numer.24.libro 4.poſt Buer.in dict.cap.dudum,in fin.
de decim.* Roland. *conſil. 29.numero 35.libro 1.Ruin.
conſ.158.numero 17.libro 1.cum aliis per Surd. conſil.
47.numero 19.libro primo & conſi.183.nume.35.libro
ſecundo.*

Et ita etiam intelligitur deciſio Rot.47.*part.1.diuerſ.*
24 quæ exaduerſo adducitur,† vbi licèt confirmatio
nihil de nouo tribuat,& naturam confirmati non
ampliet, Tamen procedit, quando eſt in forma
communi, ſecus ſi eſt facta ex certa ſcientia, quia
tunc non ſolum dat robur actui confirmato, ſed
etiam illum extendit Bald.*in cap. ex parte,in fin. de
conſtitut.& in l.nominationes,in fin.C.de appellat. &
25 in cap.1. per quos fiat. inueſtit.* Quaſi tunc † conſtet
de intentione confirmantis, quæ non poteſt ma-
gis conſtare,quam ſi dixiſſet ex certa ſcientia,quæ
habet vim plenitudinis poteſtatis Imol.*in l.fin.col.
4.in fin.verſ.& facit etiam,nu.2.à quibus appell.non
lic.Bald.in leg.eos,in princ.C. de appellat. & in cap.
cum acceſſiſſent, de conſtit.*

Neque obſtat, quod pater non potuerit donare, vel
26 relinquere ſpurio, ſi habet vnde viuat, † Quia
ſtante confirmatione prædicta fuit extenſus actus
confirmatus ex ſupra adductis, Cum etiam poſſet
defendi contraria opinio,quod licitè relinquatur
ſpurio pro alimentis,quamvis habeat aliunde,vn-
de ſe poſſit alere *Couar. in epitom. de ſponſalibus
part.2.cap.8.§.6.num.10.* Et quatenus iſtud non ad-
mittatur ex traditis per *Surd.de alim.tit.7.quæſt.9.
n. 5.* Nihilominus non probantur iſtæ diuitiæ ex
prætenſa confeſsione, vt dicitur in facto, Immo
conſtat de contrario, quod ad præſens nihil poſ-
27 ſidetur,& adeſt paupertas,ac neceſſitas,† qua ad-
ueniente reſurgit donatio, quæ à principio non
valuit, dum aderant diuitiæ, provt è contra eua-
neſcit illis ſuperuenientibus *Lup.in ca.per veſtr.in
not.3.§.23.nu.7.ad med.Surd.de alim.tit.5. quæſt.8.in
fin.& tit.7.qu.9.n.16.poſt Caccialup.in l. ſi qua illu-
28 ſtris, num. 93.C.ad ſenatuſconſ.Orphic.* Et † poteſt
donari ſpuriis pro alimentis, non obſtante Bulla
Summi Pontificis *per text.in cap.cum haberet,de
eo qui dux.quam polluit.Rot.coram R.P.D.Robuſte-
rio,Roman.de peruſchis,18.& 27.Maij,& 20.Iunij
1574.& coram R.P.D.Penia Bononien.alimentorum
de volta,28. Martij* 1594. quæ eſt inter deciſ. im-
preſſas poſt *librum 2. conſi. Farinac. deciſio.82. &
coram R.P.D.Sacrato,Roman.hæreditatis.*

Minus obſtat,quod alimenta eſſent taxanda ſecundũ
neceſſitatem, Quia verior eſt opinio, quod etiam
29 in ſpuriis conſideretur,non ſolum neceſſitas,† ſed
dignitas, & qualitas facultatum patris, & eius cui
debentur, cum abſurdum ſit, vt eodem modo de-
beantur alimenta ſpurio nobili, ſicut & priuato.
*Couarr.de ſponſal.cap.8.§.6.nu.7. & 8.part.2.Imol.
in l.Neſennius 41.§.vlt.ad fin.de re iudicat. Alciat.
in leg. nepos proculos 125. in fin. de verb. obligation.
Spin.de teſtam.gloſſ.16.n.105. verſ.contrariam tamen
ſententiam:Surd.de alim.tit.4.quæſt.18.num.51.verſ.
ſed etiam in ſpuriis.Molin.*qui ita practicari teſta-
tur *de Hiſpanor.primogenit.lib.2.cap.15.num.55. Pe-
regr.de iur.fiſc.tit.17. libro tertio numero 72.* & ita
etiam ſeruat Rot.*coram* R.P. D. Penia Bononien.
alimentorum, 3. Martij 1595. cum aliis latè ad-
ductis *ſupra cap. 112.* vbi firmatur hæc concluſio
tanquam verior, & magis communis, reſpon-
dendo omnibus, quæ in contrarium allegan-
tur.

Aliud de quietantia non obſtat, quia fuit facta ante
donationem, vt ex ordine ſcripturæ colligitur *&.
30 inordinatum,* † *auth.de hæredib.& falcid.l.cum an-
tiquitas,C.de vſufruct.l.ſi ſeruus communis,de ſtipu-
lat.ſeruor.Bald.in l.aduerſus,ante fi.nume.6. C.de
furt.Socin.conſ.9.nu.15.lib.1. Menoch.præſumpt. 28.
nu.2.lib.1. Neguſ.de pignor.2.membr.5.part.n.42.in
princ.verſ.quandoque tamen:Surd.conſil.450.nu.58.
lib. 3.* Stante præſertim obſeruantia donationis,
ſecundum quam fuerunt præſtita alimenta,† quo-
31 rum præſtatio non fuiſſet facta,ſi non præceſſiſſet
quietantia, ita vt ex tali obſeruantia declaretur
iſta prioritas actus Bald. *in cap. 1. in princ.nu.2.de
feud.ſin.culp.non amitt. Aym.conſ.118.n.2.*

Nec refert,quod quamvis in præſumptionibus colli-
gendis ex diſpoſitione hominis ordo ſcripturæ ſit
obſeruandus,† Tamen hoc non ſemper procedit,
cum talis ordo non attendatur,niſi caſualiter,ne
fiat exoneratio indebita, aut ne lædatur ius alte-
rius, vel vt diſpendium fugiatur, vel ne ſuſpicio
indebitæ gratiæ tollatur cum ſimilibus Socin.*con-
ſilio.8.num. 16.libro 1.*vbi potius firmat concluſio-
nem,quod ordo ſcripturæ non debeat attendi per

text. in

tex.in leg.nec enim,ff.de solutionibus.vbi quod non spectatur ordo scripturæ,sed potius ex eo sumitur id quod agi videtur,vnde per partes contrahentes videtur intellectum, quod ex iure sumitur, cum verba stipulatoris, seu testatoris in dubio recipiant interpretationem secundum obseruantiam iur.. communis,aut statutorum, aut consuetudinis,*Bar.in l.1.& in l.vltim.iurisiurandi, §.si liberi, digest.de oper.libert.Cin.in leg. fin.§. in computatione,Cod.de iur.deliber.Bald.in leg.2. Cod.de success. edict.*

33 † Nam respondetur, quod in casu, de quo agimus, est facienda vis in ordine scripturæ, quia sumus in dispositione dubia, cum contraria procedant in dispositione certa, quæ secundum iuris communis regulas non curat verborum ordinem,cum ille attendatur in dubio,& quando non constat de mente proferentis,*Felin.in c.cum d.lecta 32.col.6.post med.nume.5.de rescript.Bald.in l. si duas,in princ. ff.de excus. iur. Part.in auth. hoc amplius,Cod.de fideicommiss.Domin.in cap.si rector.43 distinct.*

Et vltra supra adducta,quod sumus in donatione inter viuos,quæ nō potuit reuocari, Additur etiam, quod minus talis reuocatio subsistit,cum fuerit simulata tanquam facta ad excludendum fiscum,ne aliquid prætendere posset super bonis donatis Ioanni Baptistę,qui tunc temporis delictum commiserat, provt deponunt tres testes formiter examinari, audiuisse à Romulo, qui declarauit in eorum præsentia talem reuocationem fecisse solum animo excludendi fiscum ob causam prædictam,

34 quæ probatio est sufficiens,† Maximè,quia in materia simulationis statur coniecturis, & præsumptionibus, quæ haberi debent pro liquidissimis probationibus *Castr.cons.58.visis his quæ superius, col.2.in princ.num.3.& cons.319.visis & examinatis. col.2.in fin.n.3.lib.2. Tiraquell.de retract.conuent.in*

35 *præfat.nu.38.* † Ita vt etiam sufficiant leues coniecturæ, & duæ præsumptiones. Aym.*cons.156. numero 7.*

Et cum vnus ex dictis testibus probantibus talem simulationem sit de illis,qui fuerunt adhibiti in di-

36 cta reuocatione donationis,† magis eius depositio attendenda tanquam approbatus in instrumento reuocationis,*Gloss.in §.& licet,in verb.supplicius,auth.de testibus Socin.consil.17.in fin.num.16. Ias.in l.1.§.vltim.col. 4.de verbor.obligation. Aym. cons. 56.num.10.*

Maximè,quia probatur causa simulationis, *Castrens. in l.iurisgentium,§.dolum.ff.de pact.Natt.consil.537.*

37 *n. 31.* † Quamvis neque illius probatio in casu nostro requireretur,cum pars non opposuerit *Salic. in l.ab Anastasio 23.in fin.vers.item dixit.nu.5.Cod. mandat.post Bald.ibid.in fin.vers.vltimo sume,num. 6.Honded.consil.46.n.27.lib.1. Rimin. Iun.consil.83. num.19.lib.1.*

Accedat vltra depositiones dictorum testium, quod Romulus semper prestitit alimenta Ioan.Baptistæ bannito ob delictum,propter quod dicitur fuisse factam reuocationem donationis, Immo pro eo liberando composuit cum fisco,& illum in pristi-

38 num statum reposuit, † ex quibus actibus magis præsumitur simulatio tanquam ex obseruantia subsecuta declaretur animus partium,Socin.*cons. 25.col.9.ad fin.lib.1. Rom. cons.271.col.2. vers.tertio non est dubium. Menoch.cons.21.n.15.lib.1.*

Ita vt stante huiusmodi reconciliatione, & præstatione alimentorum, & cohabitationē simultanea

39 censeatur recessum à dicta reuocatione. † Exemplo exhæredationis,quæ videtur sublata per istos actus,*Bart.in leg.3.§.fin.de alim.legat.Vasqu.de success.creat.lib.3.§.30.nume.191.* Quamvis enim talis actus solemnis videretur non posse tolli,nisi in testamento, Tamen non oberit filio ista exhæredatio,stante dicta reconciliatione,siue illi succurratur per viam nullitatis, siue per alium modum, *Castr.in l.Gallus.§.& quid si tantum. n.180. ff.de lib. & posthum. cum aliis per Surd.de alim.tit.7.quæst.2 n.49.cum seq.*

Immo neq; poterat dicta reuocatio subsistere, Quia donatio fuit principaliter facta ad fauorem Ioan. Baptistæ, & Federici ex gratia particulari Summi Pontificis, qui confirmando donationem inualidam,& nullam per Romulum factam, & ex certa

40 scientia dicitur † nouum actum facere, & de nouo dare *lege adoptio,ff.de adoption. Felin. in cap.inter dilectos,nu.14.de fid.instrum.Bal.in l.1. C.de manumiss.testam.Natt.cons.669.n.16.*& dictum est *supra n.19. cum seq.*

De nullitate autem donationis factæ per Romulum constat, quia omnia bona erant deuoluta ad Cameram,tam ob fructus malè perceptos ex beneficiis, & pensionibus etiam post contractum matrimonium, quàm ex donatione facta in filios illegitimos,cum aliis,de quibus in facto, quæ omnia probantur ex confessione, de qua in precibus porrectis Summo Pontifici pro gratia obtinenda,

41 † Adeo vt talis confessio præiudicet,quamvis rescriptum esset subreptitium, & nullum, cum sit ita potens,vt reuocari non possit Aymon.*consil. 201. num.5.vsque ad 7.post Ioan.Andr.in cap.cum in positionibus de iur.iur. Abb. cons. 38.col.2.libro 2. Ias. cons. 156. col.3.in fin.lib. 2. Anchar. consil.223. col.1.*

42 *post med.* Ita modò hæredes † non possint venire contra illam confessionem defuncti, cum illa dicatur etiam eorum confessio Aymon.*consilio 29. num.primo post Bart.& Bald.in l.seruus, in princ.de condict.furt.Roland.cons.82.num.40.lib.2.Ruin.consilio 50.n.13.lib.1.*Cum etiam ista bona deuoluta ad Cameram fuerint ex gratia particulari concessa Ioan. Baptistæ, & Federico, vnde tanquam ipsorum propria sunt iudicanda nullo habito respectu ad Romulum,vt dictum est *supra n.19.*

Neque obstat, quod cessio non debuit fieri ad fauorem alterius quàm Romuli, quasi in hoc Thesaurarius,excesserit fines mandati Summi Pontificis. Quia contrarium apparet ex lectura chirographi, cum in eo expresè sint contemplati Ioan. Baptist.& Federicus, & illis specialiter facta gratia,vnde in consequentiam etiam ad eorum fauorem erat facienda cessio,& quamvis summus Pontifex non expresserit, quibus dicta cessio deberet

43 fieri, † Tamen virtualiter erat expressum, intelligendo de illis, quibus gratiam fecit, cum expressum dicatur, quod ex claris coniecturis, & præsumptionibus, virtualiter colligitur *leg. gallus, §. quidam rectè,de liber.& posthum. Aym.cons.149. n. 11.Cephal.cons.152.n.76. Surd.decis.254.n.37. vsque*

44 *ad* 40.vbi ampliat, † quamvis exprimendum esset aliquid pro forma,& quamvis essemus in materia stricta.*Idem Surd.cons.143.num.20.cons.294.numero 21.*

Extollitur omnis difficultas, quia in chirographo Summus Pontifex cōcedit facultatem Thesaura-

45 rio faciendi, quidquid voluerit, † per quæ verba

inducitur libera dispositio, & voluntas, Alex. *cons. 62. in causa & lite, col. 2. ante med. vers. sed ita est, n. 4. lib. 7. Paris. cons. 71. num. 16. lib. 3. Felin. in cap. 1. col. 21. post med. vers. & si dicatur committemus, nu. 51. de constitut. Gabr. cons. 143. in fin. num. 9. lib. primo Surd. decis. 272. nume. 15.* Maximè, quia parum refert, quod cessio fuerit facta potius Romulo, quàm filiis, cum non tendat in præiudicium Summi Pontificis, immo eius menti correspondeat, dum voluit tam vni, quàm alteri gratiam facere, & vtrique fuerint contemplati, quo casu habetur
46 pro expresso, quidquid ex mente colligitur, † *leg. prætor, in princ. de non. oper. nunciat. Alexand. cons. 126. colum. vltim. post princ. nume. 11. libro 6. Tiraqu. de legibus connubial. leg. 16. gloss. 7. numero 162. cum seq.*

Vlterius ipsemet Romulus, qui composuit cum Camera approbauit istam cessionem factam ad fauorem Ioan. Baptistæ, & Federici, & cum ista qualitate compositionem soluit, vnde stante huiusmodi approbatione, & consensu ipsius non possunt modo hæredes eam acceptare absque dicta
47 qualitate † cessionis tanquam illa non possit separari, sed in totum approbari Bald. *in l. si quidem, de except. Grat. cons. 151. nu. 22. lib. 2. Tiraq. de retract. conuent. ad fin. tit. nume. 5. vsque ad 10. Surd. cons. 52. num. 39. vsque ad 4. Cephal. consil. 312. num. 150. lib. 3.*
48 † Præsertim cum hæres non possit contrauenire facto defuncti, *leg. cum à matre, Cod. de rei vindic. Natt. cons. 214. nu. 1. Surd. cons. 73. num. 34. lib. 1.* Cum etiam Papa voluerit donationem istam, seu assignationem annuam transire ad filios Ioan. Bapti-
49 stæ, & Federici per commissum, † adeo vt talis mentio filiorum, & hæredum faciat actum irreuocabilem, & transmissibilem, & non donationem causa mortis, vt prætenditur, quæ non transmittitur, & habet naturam legati Rol. *cons. 8. n. 19. & 20. lib. 1.* & dictum est *supra n. 12.* Vnde stantibus præfatis rationibus non poterat per Romulum
50 filiis præiudicari, absque eorum consensu, † cùm habuerint bona ex munificentia Summi Pontificis, *l. si post mortem, §. fi. ff. de bonor. possess. contr. tabul. Bald. in l. si constante, ante fin. vers. ibi exceptis, C. de donat. ante nupt. post Bart. in l. qui Romæ, §. de verb. obligat.* & stante cessione facta per Came-
51 ram, cessionarius illius vtitur iure cedentis, † & censetur eadem persona consequendo omnia iura, quæ cedens habebat, cum facultate cogendi ad soluendum quidquid cedenti debetur Din. & Bar. *in leg. ager, ff. de rei vindicat. Bald. in leg. emptor. 5. in princ. C. de hæredit. vel act. vendit. latè Surd. cons. 22 n. 16. vsque ad 19. lib. 1. Becc. cons. 105. num. 17. Rimin. Iun. cons. 65. n. 21. lib. 1.*

Nec vis aliqua est facienda in laudo, nam cõpromissum fuit factum per curatorẽ minoris absque de-
52 creto Iudicis, & aliis solemnitatibus, † ob quarum defectum illud est nullum, quamvis etiam essemus in statuto cogente affines ad compromittendum, nam etiam illo existẽte, requiruntur solemnitates cum auctoritate Iudicis, qui causa cognita illud interponere debet Bolognin. *cons. 6. col. 2. ad med. n. 5.* quod multum notandum dicit *Menoch. de ar-*
53 *bitra. cas. 172. n. 43. & 44.* Adeo vt laudum † inde secutum semper dicatur nullum *leg. si pupillus, de arbitr. l. si minor, §. minores, ff. de minorib.* Maximè, quia sumus in compromisso de iure, & de facto, quod nunquam potest per curatorem fieri, neque aliquod statutum ita disponens includit minorem
54 † propter auctoritatem auferendi vni, & dandi alteri, quod tanquam redundans in damnum minoris illum non potest ligare, late *Alex. cons. 62. n. 17. lib. 7.*

Additur interesse arbitrorum super bonis compro-
55 missi, de quibus agitur, † quo stante Iudicium, seu laudum, ac compromissum est nullum Bart. *in leg. Iulianus 16. ff. de iudic. & in leg. penult. vbi Bald. in princ. ff. de arbit. Crescent. decis. 1. n. 2. eod. tit.* Quidquid aliàs stante consensu non obstaret interesse Bald. *in leg. penult. in 2. lect. eod. tit. de arbitr.* si enim minor velit, claudicat iudicium, cum minor possit
56 illi dare † quamvis non adsit solemnitas *Fulgos.* loquens in compromisso *in l. si pupillus 40. de arbitr. per l. non eo minus. vbi Ias. n. 2. C. de procurat.*

Interesse autem in casu nostro est considerabile, cum DD. Arbitri sint instituti hæredes post mortem Iacobi sine filiis, vnde quanto plura bona fuerunt concessa eidem Iacobo per Arbitros, & per eos
57 iudicatum ad illum spectare, † Tanto magis ad illorum commodum dicitur redundare, & quamvis hoc interesse sit de futuro, tamen cum sperent arbitri adueniente conditione hujusmodi bona ad se pertinere, dicuntur proprium negotium gerere *Castr. in l. domos 61. n. 2. col. 1. post med. vers. sed certe non videtur, ff. de legat. 1.*

Constat etiam de metu, ob quem præcedentibus litteris minatoriis fuit factum huiusmodi compromissum, & laudum inde secutum, quod ex hoc ca-
58 pite erit reuocandum, † sumus enim in personis, quibus per compromittentes debebatur reuerentia, ob quam videtur satis iusta causa coactionis, cum sufficiat potentia nocendi. latè *Ruin. cons. 324. n. 6. & 7. lib. 4. Aret. cons. 24. n. 9. vsque ad 12.*

EPITOME.

Cõtractus census an sit inualidus quãdo illius resolutio ponitur in voluntatem emptoris tam in casibus spectantibus ad venditorem morosum in soluendo, quàm in aliis, qui de iure diuino, vel humano possunt accidere ob nõ perceptionem fructuum. ¶ Conuentiones in censu contra formam Bullæ an vitient contractum in totum, vel potius illis remotis remaneat validus. ¶ Et quid stante clausula, Non aliàs, Nec alio modo. ¶ Sors principalis census an possit repeti stãte pacto permittẽte talem repetitionem in pœnam non soluẽtis fructus. ¶ Declarãs velle vti instrumẽto in omnibus in eo contentis, an reddat illũ inualidũ in totum.

SVMMARIVM.

1 *Cẽsus est inualidus, quando illius resolutio ponitur in voluntate emptoris non solum in casibus spectantibus ad venditorem morosum in soluendo, sed etiam in aliis, quæ de iure diuino, vel humano possint succedere ob non perceptionem fructuum. n. 2.*

3 *Contractus census debet habere naturam perpetuam, vt sors principalis non possit repeti à venditore inuito.*

4 *Redditus annuus quo casu sit æstimandus vtilior creditori, & magis onerosus debitori, ita vt iudicetur inualidus.*

5 *Mutuũ quando dicatur occultari in cõtractu census,*

6 *Pactũ an valeat, vt emptore cẽsus deficiente in soluẽdis fructibus possit repeti sors principalis. & nu. 7.*

8 *Venditor census iuxta Bullam non solum non potest cogi ad*

8 *Venditor census iuxta Bullā non solum non potest cogi ad redimendum, sed etiam illius retrouenditio reprobatur in pœnam, aut aliam quamcumque causam.*
9 *Conuentio in censu contra formam bullæ remonetur; firmo remanente contractu in reliquis. Intellige vt numero* 10.
11 *Clausula, & non aliàs nec alio modo, est limitatiua voluntatis, & inducit formam reddendo dispositionem indiuiduam. num.* 12.
13 *Contrahentes possunt facere indiuiduum, quod est diuiduum.*
14 *In contractibus indiuiduis ex voluntate contrahentium inducitur inualiditas in totum, ita vt vtile vitietur per inutile.*
15 *Declarans velle vti instrumento in omnibus partibus reddit illud inualidum in totum.*

CAPVT DLXXXVII.

IN cōtractu census, de quo agimus, adest pactū; quod si vēditor cessauerit à solutione fructuum per quatuor menses, vel si in futurum emptor prohibeatur percipere decem pro centum sine aliqua diminutione, etiam de iure, aut consuetudine
1 facienda, † vel casus fortuiti diuini, vel humani, teneatur idem venditor, si emptor voluerit, & non aliter &c. statim secutis dictis casibus, & quolibet ipsorum omni mora postposita restituere ducatos 1700. & census decursus vsque ad diem restitutionis, vna cum damnis, expēsis, & interesse, in quibus quidem ducatis 1700. & rata censuum decursorum, & non solutorum, venditor ex nunc, prout ex tunc & è contra in dictis casibus constituit se verum, & liquidum debitorem emptoris, ita quod non possit purgari mora, etiam si veniret cum sacco paratus, cui beneficio purgationis moræ, expresse, & cum iuramento renunciauit.

Stante huiusmodi conuentione dubitatur an contractus census vitietur, & quidem concludendum est affirmatiuè, Nam per istam conuentionem po-
2 nitur resolutio actus in voluntate emptoris, non † solum in casibus pendentibus à voluntate venditoris census, vt puta morosi in soluendo fructus, sed etiam in aliis casibus extra voluntatem ipsius, nempe si emptor non possit percipere decem pro centum casu humano, vel diuino, vnde colligitur, quod pretium census numquam fuit liberum penes venditorem tanquam ei datum sub conditione, quod possit repeti quolibet momento, in quo poterat perire fundus iudicio humano, vel diuino vel alio casu, ex quo non posset emptor percipere fructus ad rationem decem pro centum sine vlla culpa venditoris, & per consequens talia pacta
3 dicuntur contra substantiam contractus census, † qui habet naturam vt sit perpetuus, & sors à venditore inuito repeti non possit secundum formam constitutionis, cum aliàs potius esset mutuum Conar. *lib.* 3. *var. resol. c.* 7. *n.* 2. *vers. secunda ratio, & c.* 9. *n.* 4. *Gail. pract. obseru. c.* 7. *lib.* 2. *n.* 14.

Et facit ratio, quia stante pactione ista, redditus annuus maior æstimandus est respectu creditoris, &
4 ipsi vtilior, † prout è contra magis onerosus debitori, quàm si absque huiusmodi conuentione fuisset constitutus, Nam quo strictius imponitur libertas redimendi, eo maior æstimatio colligitur, cum multa possint accidere, ex quibus debitor impediatur soluere, quo casu non manet pretium omnino alienatum, si creditor potest repetere, ita vt ex hoc non solum debitor non subleuetur, sed in maiorem necessitatem redigatur, cum ad pretium persoluendum possit cogi, quod est contra substantiam talis contractus, tam respectu repetitionis sortis, quam iniustitiæ pretij, vt in specie huiusmodi rationem considerat Roder. *de annuis redditi. lib.* 2. *qu.* 1. *n.* 4. *&* 5.

Et magis hoc dicendum est, quia in tali forma contractus occultatur, & delitescit quoddam mutuum, quamvis enim pendente conditione, seu
5 adimplemento non possit sors repeti, † Nihilominus sustinetur, quasi mutuum in illa spe occurrentis casus, in quo deficiente conditione poterit peti sors, nam in vim defectus eiusdem conditionis retinet naturam suam, reiiciendo retro oculos quoquomodo ad tantundem in genere, in quo tota substantia mutui consistit; provt per supra dictas, & similes rationes, quod talis contractus sit illicitus in specie concludit Felician. *de Sol. de censibus lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 18. post Guter. *lib.* 2. *pract. quæst. cap.* 175.

Neque obstat, quod hoc non eueniat ex voluntate emptoris, sed culpa, & facto debitoris, qui non soluendo facit, quod huiusmodi contractus non
6 sit perpetuus, † sed redimibilis, quo casu conuentio valet, tanquam ad maiorem cautelam apponatur, & tendat ad faciliorem executionem contentorum in instrumento, & solutionem fructuum census, vt per Olan. *in sua concordia antinomiarum iuris in littera à, num.* 112. *Gabr. cons.* 152. *num.* 5. *lib.* 1. *Card. Seraph. decis.* 1431. *numer.* 3. *cum aliis per Mastrill. decis.* 95. *numer.* 3. *vsque ad* 9. *Lessius de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 22. *de censibus. dub.* 11. *ad med. vers. secundum pactum.*

Quia ista opinio non est approbata, cum multi teneant contrarium, quod talis conuentio non sit valida, provt vltra *Felician. & Guter. supra allega-*
7 *tos num.* 3. *in fin.* † concludit etiam *Milanes. decis.* 2 *lib.* 2 *num.* 104. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 8. *tit.* 23. *num.* 24. *&* 25. *Nauarr. de vsur. qu.* 18. *nu.* 115. *tom.* 2. *fol.* 310. *Roder. de redditib. lib.* 2. *qu.* 1. *num.* 5. *&* 6. Cum etiam hoc videatur expressè pro-
8 hibitum in constitutione Pij V. vbi † non solum simpliciter disponitur, vt venditor non possit cogi ad redimendum; sed etiam reprobatur retrouenditio in pœnam, aut aliam quamcumque causam, vt etiam notat in proposito *Ludou. Molin. de contract. tract.* 2. *disput.* 391. *claus.* 11. *fol.* 374.

Minus obstat, quod aliqui teneant, quod hujusmodi pactum, licèt sit inualidum, tamen non vitietur in
9 totum contractus, † sed solum remoueatur conuētio Card. *Seraph. decis.* 1431. *nume.* 3. *part.* 2. *Roder. de ann. reddit. lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 7. Quia in casu nostro videtur cessare omnis difficultas, cum contractus census fuerit initus cum dicta conuentione, &
10 non aliàs, nec alio modo, † tunc enim per huiusmodi verba redditur cōtractus indiuiduus ex partium conuentione, quasi præcisa sit mens contrahentium non aliter voluisse cōtrahere, quàm mo-
11 do prædicto, † ita vt similis clausula sit limitatiua voluntatis *Paris. cons.* 10. *n.* 29. *lib.* 4. *Caputaq. decis.* 84. *n.* 10. *part.* 3. & inducat formam *Decian. cons.* 528 *n.* 11. *Natt. cons.* 372. *n.* 5. per quam dispositio fit indi-
12 uidua, adeo vt non possit scindi, † aut diuidi *Cin. in leg. si plures, oppos.* 2. *Cod. de condit. insert. Alber. in leg. statuliberos, §.* 1. *in princ. ff. de stat. liber. Alex. cons.* 75. *num.* 9. *lib.* 7. *Tiraquell. de retract. lignag. §.* 1. *gloss.* 21. *n.* 13. *Surd. cons.* 156. *n.* 15. *lib.* 2.

Ex quibus non consideratur, quod in casu nostro adsunt plura pacta separata, quorum vnum potest in-
13 ualidari absque eo, quod alia improbentur, † cum simus in indiuiduis ex voluntate contrahentium, qui possunt facere indiuiduum, quod est diuiduum *Gra.consf.81.num.22 lib.2. Put.decis.323.in fin. lib.1. Seraph.priuil. iuram.107. nume.23. Natt.consf.*
14 *479.n.29 & 30.* † vbi, quod ex hoc in talibus contractibus iudicatur inualiditas in totum, ita vt vtile vitietur *l.1.§. item quaeritur, ff.de aqua quotid. & aestiu. Cin. & Salic. in l. sancimus, C.de donat.* Maximè, quia aduersarius tam in Curia, quàm extra
15 toto instrumento vsus fuit, † declarando se vti velle in omnibus partibus, quo casu totus contractus vitiatur *Carol.de Grass. de except. cap. 28. numero 36.*

EPITOME.

Constitutio Gregorij XIII. mandans in Regno Siciliae seruari Bullam Nicolai V. super censibus, proinde ac si Bulla Pij V. non emanasset an reuocet contractus praeteritos, vel loquatur solum de censibus faciendis post eius concessionem. ¶ Lex superueniens quando tollat actum perfectum, & quo casu liget. ¶ Contractus census inualidus, si reformetur iuxta Bullam Pij V. an incipiat valere vt nunc, vel vt ex tunc an effectum cognoscendi, an fructus computentur in sortem. ¶ Fructus recompensatiui an debeantur absque aliqua mora. ¶ Et quid si fuerit translatum dominium. ¶ Vel habita fides de pretio. ¶ Vel concedatur dilatio ad illud soluendum. ¶ Vel fiat oblatio. ¶ Vel antequam declaretur pretium. ¶ Vel immineat periculum euictionis in lumine contractus, vel in similibus causis. ¶ Taxatio interesse an admittatur, ne emptor habeat rem & pretium.

SVMMARIVM.

1 *Census est nullus non seruata forma Bullae Pij V. quae est inducta fauore animarum, & ob publicam vtilitatem. num.2.*
3 *Contractus census inualidus si reformetur iuxta Bullam, incipit valere vt nunc, tanquam si hodie factus esset, non pro tempore retracto, ita vt omnes fructus soluti computentur in sortem.*
4 *In Regno Siciliae non obseruatur Bulla Pij V. super censibus, sed illa Nicolai V. iuxta constitutionem Gregorij XII. qui ita disposuit ad fauorem incolarum Regni, & an per eam reuocentur etiam contractus praeteriti n.7. vel loquatur solum de censibus faciendis post eius concessionem. n.8. & 10.*
5 *Lex superueniens non tollit ius quaesitum partibus ex iam perfecto. num.11.*
6 *Princeps non praesumitur voluisse tollere ius alteri quaesitum.*
9 *Lex noua non trahitur ad praeterita.*
12 *Bulla Pij V. an fuerit acceptata in Regno Siciliae. n.13.*
14 *Lex non ligat antequam per acceptationem illius vsus comprobetur. Amplia vt num. 15.*
16 *Constitutio non ligat nisi pars maior populi illa vtatur, neque sufficit vsus minoris partis.*
17 *Taxatio interesse an admittatur, ne emptor habeat rem & pretium. n.18. & 19. & an Iudex possit ex officio hoc facere. num. 20.*
21 *Vsura non potest dici, quando tractatur de fructibus recompensatiuis.*
22 *Fructus recompensatiui debentur etiam absque vlla mora, quamvis fuerit translatum dominium, & habita fides de pretio. n.23. & 24.*
25 *Dilatio concessa emptori ad pretium soluendum, quando illum liberet à fructibus recompensatiuis dandis venditori. nu.26.27. & 28. & quae dicatur dilatio. n.31.32.33.34.36. & 37.*
29 *Promissio simplex de aliquid faciendo obligat statim.*
34 *Expressio nihil addit, quando aliquid de iure debet fieri.*
35 *Oblatio non sufficit, vt emptor non teneatur ad fructus recompensatiuos.*
38 *Fructus debentur ante declarationem, quam debet facere tertius de aestimatione rei venditae, & ante defalcationes factas.*
39 *Periculum euictionis imminens in limine contractus non liberat emptorem à fructibus recompensatiuis, quamvis excuset à mora soluendi. numero 40.*
41 *Damna passa per emptorem ob non implementum venditoris sunt separata à fructibus recompensatiuis, debitis venditori ob pretium non solutum.*

CAPVT DLXXXVIII.

PRaesupponitur in facto Bullam Pij V. super cēsibus fuisse publicatam, & executioni demandatam in Regno Siciliae, quo stante concludendū est censum, de quo agimus, constitutum de anno 1568. fuisse nullum, cum in eo non fuerit seruata
1 forma constitutionis eiusdem Pij V. in qua † mandatur pecuniam vere numerandam esse praesentibus testibus, & notario in actu celebrationis instrumēti, nō autem prius, cum declaratione, quod contractus sub alia forma posthac celebrandi sint vsurarij. In casu autem nostro fuit emptum praedium pro scutis quinque millibus, & quia solum fuerunt soluta quatuor millia, cum deficerent mille pro complemento pretij, pro dictis scutis mille emptor promisit soluere scuta octuaginta quolibet anno ad rationem octo pro centum super eodem praedio empto, vnde apparet non fuisse numeratam pecuniam, & per consequens censum esse nullum, ita vt pars non potuerit remittere di-
2 ctam solemnitatem verae numerationis, † cum talis forma sit inducta fauore animarum, & concernat publicam vtilitatem, cui nemo potest renunciare, maxime stante clausula decreti irritantis, de qua in dicta Bulla, per quam magis renunciatio excluditur, vt in specie eiusdem Bullae multis auctoritatibus, & rationibus comprobat *Surd.consil.*
3 *318.n.8. vsque ad 12. libro 3.* † Adeo vt quamvis postea talis contractus reformaretur, & ad formam dictae constitutionis Pij V. reduceretur, Tamen inciperet valere vt tunc tanquam si hodie factus esset, non autem posset sustineri pro tempore retroacto, cum mutatio circa substantiam actus iam perfecti faciat nouum contractum, & consequenter omnes solutiones factae vsque ad diem reformationis essent computandae in sortem, ac illam extinguerent, nam talis reformatio, quae nunc fit, non potest retrotrahi ad tempus praeteritum, quasi extrema eo tempore non essent habilia, & substantialia contractus deficerent, prout in proposito concludit *Surd.consf. 318.n.26.lib.3.*

Nec obstat Bulla Gregor. XII. de qua per Quarant. *in verb. contractus censualis, fol.212.* per quam mandatur in Regno Siciliae obseruari constitutionem Nico-

4 Nicolai V. perinde ac si litteræ Pij V. non ema-
nassent. Quia cum simus in iure iam quæsito par-
tibus ex contractu iam perfecto, non est dicen-
5 dum, † quod istud ius tollatur per legem superue-
nientem Bald. *cons. 91. num. 3. col. 1. in p. vers. si autem*
dicimus, lib. 4. Castr. *cons. 49. viso & examinato pun-*
cto, lib. 2. Calder. *cons. 12. in fin. de rescript.* Anchar.
cons. 398. præmisso, num. 5. Dec. *in c. vlt. col. 6. in princ.*
6 *vers. & licet isti loquantur, n. 13. de constitutio.* † Ma-
ximè, quia non est præsumendum, quod Princeps
voluerit tollere ius alteri quæsitum *cap. super eo 15*
& ibi Gloss. *intentionis, in fin. de offic. deleg.* Decian.
cons. 291. & pro tenui. n. 5. Mandol. *ad regul. 17. de*
iur. quæsit. non tollend. q. 1. n. 3. Gomes. *ad eandem reg.*
q. 1. col. 1. & 2.

Nec facit consideratio *Milanes. dec. 16. part. 2.* vbi la-
tè defendit, quod Bulla Gregorij tollat constitu-
7 tionem Pij, † reuocando etiam expressè contra-
ctus præteritos, quo casu lex noua trahitur etiam
ad præterita, Quia hoc non legitur expressum in
Bulla Gregorij, cùm in ea solùm disponatur,
8 † quod liceat incolis Regni præsentibus, & futu-
ris, iuxta Nicolai V. constitutionem facere, eme-
re, & vendere census, eosque sic constitutos cen-
sus validos, & licitos, non autem fœneratitios esse,
perinde ac si litteræ Pij V. non emanassent, ex qui-
bus verbis clarè colligitur Summum Pontificem
loqui de censibus faciendis post eius concessio-
nem, non autem de antea factis, de quibus nihil
9 disponit, † vnde remanent in dispositione iuris,
secundum quod lex noua non trahitur ad præte-
rita Cuman. *in l. leges & constitutiones 7. col. 2. post*
med. n. 6. post Cin. *ibid. in princ. n. 1. C. de legib. per*
tex. in l. iubemus 29. C. de testam.

Nec obstat, quod illa verba, eosque sic constitutos
census, trahantur ad contractus antea gestos, cum
sint præteriti temporis, vt considerat Milanes.
10 *decis. 16. num. 4. part. 2.* † Quia iste intellectus est
omnino contrarius menti summi Pontificis, cùm
ipse non intendat ibi conualidare, aliquem con-
tractum prius gestum; sed solum dat facultatem
in posterum faciendi census iuxta Bullam Nico-
lai, postea subdit continuando eundem sermo-
nem, eosque sic constitutos esse licitos, perinde ac
si litteræ Pij V. non emanassent, & sic loquitur de
illis, qui fient post facultatem ab eo datam, Nam
tales non poterunt redargui de aliqua vsuraria
11 prauitate. † vnde cùm nihil expressè loquatur de il-
lis, qui fuerunt facti ante suam concessionem non
est dicendum, quod voluerit tertio præiudicare
per legem suam nouam Bald. *consil. 91. numero 3*
lib. 4.

Hæc sunt clarissima, stante facto supra firmato, quod
Bulla Pij V. fuerit executa, & acceptata in Regno
12 Siciliæ. † Quamvis in hoc esset considerandum,
quod in litteris Gregorij contrarium præsupponi-
tur, cùm in narratiua earundem litterarum Sum-
mus Pontifex attestetur, quod cum dilecti filij
Regis Siciliæ vltra pharum ministri debita cum
reuerentia dictas litteras suscepissent, easque exe-
cutioni demandare decreuissent, tamen experien-
tia compertum est non posse eas obseruari sine
maxima illius Regni perturbatione, & damno:
Ideo propter difficultates Papæ repræsentatas,
quæ in executione Bullæ Pij V. suboriuntur; &
propter damna pro illius obseruatione prouc-
nientia, mandatur, quod litteræ Nicolai V. illæsæ
conseruentur, perinde ac si constitutio Pij V. non

13 emanasset, † ex quibus verbis apertè colligitur,
quod non fuit adhuc vsu recepta Bulla Pij V. &
per consequens dum disputatur de illius accepta-
14 tione, antequam per vsum comprobetur † non
ligabit *c. in istis, §. leges, dist. 4.* Gloss. Abb. Felin.
& alij in c. 1. de treug. & pac. Alex. *cons. 132. n. 1. lib. 1*
Surd. *cons. 440. n. 17. lib. 3.* Quod procedit etiam in
15 constitutione Summi Pontificis, † de qua non est
curandum, si non sit vsu recepta, nec in foro fori,
nec in foro poli, ita vt neque sufficiat eam recipi;
& obseruari à minori parte populi, tanquam non
16 sit in potestate minoris partis † ligare maiorem
partem ad obseruantiam legis, quamvis satis esset;
vt maior pars admisisset ad effectum aliis præiu-
dicandi Parif. *cons. 105. num. 6. vsque ad 10. libro 4*
Menoch. *cons. 49. n. 49.* Socin. Iun. *cons. 32. n. 44. lib. 3*
Bero. *cons. 137. num. 33. lib. 3.* Surd. *cons. 58. num. 9. &*
10. lib. 1.

Quibus addendum est, quod ista taxatio scutorum
octo per centum occasione scutorum mille non
solutorum pro residuo pretij, videtur admitten-
17 da, † ne emptor prædij habeat rem, & pretium,
iuxta dispositionem *l. curabit, C. de act. empt.* per
quam conceduntur fructus recompensatiui etiam
nulla data mora emptoris Bald. *in l. 2. num 4. vers.*
denuo quæritur: & ibi Castr. *n. 5. C. de vsur.* Alex.
cons. 31. viso themate, col. vlt. post princip. vers. immo
fortius, num. 18. lib. 6. latè Honded. *cons. 30. num. 16*
vsque ad n. 25. lib. 1. Surd. *cons. 101. n. 23. & 28. lib. 1. &*
dec. 117. n. 7.

Et quamvis non detur taxatio fructuum à principio,
tanquam hoc videatur fieri in fraudem vsurarum
18 † Rebuff. *in l. vnic. gloss. vlt. numero 34. vsque ad 42*
Cod. de senten. quæ pro eo quod inter. Purpur. *in l.*
vinum, numero 60. ff. si cert. petat. Alex. *consil. 61*
num. 12. lib. 2. Io. Andr. & alij *in cap. salubriter, de*
vsur. Tamen si posset probari interesse vendito-
ris iuxta dictam taxationem, reconciliabitur con-
19 uentio, † vel omissa taxatione poterit peti illud,
quod aliàs honestè peti potuisset, & quod verè
deberetur Plut. *de in lit. iur. num. 453. fol. 225.* Anch.
qu. 33. num. 4. cum seq. lib. 2. & est verior opinio cum
multis adductis *supra c. 387. n. 12. vsque ad num. 20*
tom. 2.

Immò etiam si nulla probatio, & liquidatio facta
fuisset, poterit Iudex ex suo officio, accepta desu-
20 per informatione, † taxare interesse ad rationem
quinque, vel sex pro centenario, vt in specie *d. l.*
curabit, C. de act. empt. concludit Honded. *cons. 30*
n. 20. & 22. lib. 1. post Lup. *de vsur. §. 6. comm. 1. n. 128*
Rot. Ianuens. decis. 194. num. 3. Quæ omnia volui di-
xisse, vt possit capi iusta resolutio quod ad inter-
esse venditoris, qui cùm prædium tradiderit, non
debet pati aliquod damnum circa vsuras recom-
pensatiuas, ne priuetur re, & pretio; quas saltem
obtinebit quatenus census declaretur nullus, cùm
21 hoc suadeat æquitas; † nec possit considerari ali-
qua vsura, quando tractatur de istis fructibus re-
compensatiuis Bald. *in l. si traditio. qu. 11. n. 19. C. de*
act. empt. Ruin. *cons. 66. n. 7. lib. 4.* Tiraqu. *de retract.*
conuent. ad fin. tit. num. 71. Honded. *cons. 30. num. 17*
cum seq. lib. 1.

Et quoniam desiderantur casus, in quibus sint debiti
isti fructus cum nonnullis, quæ in praxi solent oc-
currere, Breuiter obseruandum est, quod fructus
recompensatiui debentur etiam sine mora em-
22 ptoris, † quando videlicet fuissent promissi fide-
iussores, & non dati, vel quid simile committitur,

quod non adesset adimpletum, Quia ex defectu huiusmodi adimplementi, non minuitur vsus rei traditæ, & per consequens neque debet venditori minui interusurium pretij non soluti, cùm etiam isti fructus sint reparationes damni, non vsuræ, Maximè quia satis dicitur impleuisse venditor tradendo rem liberam quo ad fructus recompensatiuos, quidquid sit quo ad alios effectus, quasi etiam emptor sibi imputare debeat rem venditam acceptando, cùm posset totaliter abstinere, donec impleretur. Ista est communis opinio secundum omnes *in l. curabit, per illum text.* vbi Cagnol. *numero* 33. *Cod. de action. empt.* & notat etiam Bald. *in l.* 2. *numero* 4. *vers. denuò quæritur:* & ibi Castr. *numero* 2. *C. de vsur.* Surd. *consil.* 101. *num.* 23. *&* 28. *lib.* 1. *& dec.* 117. *num.* 7. Bertr. *cons.* 190. *in fin. lib.* 2. *part.* 2. Alex. *cons.* 31. *viso themate, col. vlt. post princ. vers. immo fortius, num.* 18. *lib.* 6. *& cons.* 147. *num.* 4. *lib.* 5. Natt. *cons.* 384. *col. vlt in princ. num.* 12. Socin. *cons.* 176. *num.* 2. *lib.* Gozad. *consil.* 55 *num.* 1. Cephal. *cons.* 609. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 4. Couarr. *lib.* 3. *var. resol. cap.* 4. *num.* 6. *vers. duodecimo* Hond. *cons.* 30. *n.* 16. *vsque ad* 25. *lib.* 1. Magon. *dec. Lucens.* 17. *num.* 30. & passim ita seruat Rot. *coram R. P. D. Sacrato Beneuentana pecuniaria*, 18. *Iunij* 1607. *& coram eodem* Romana *Casaletti*, 20. *Iunij* 1611. *& coram R. P. D. Coccino Asculana pecuniaria*, 10 *Decemb.* 1606.

Et licèt esset translatum dominium, vel habita fides de pretio, nihilominus isti fructus deberentur,
23 † quia dominium transit in emptorem ex ministerio legis cum hoc onere, vt soluantur fructus recompensatiui, donec fuerit solutum pretium Couarr. in specie *lib.* 3. *variar. resolut. c.* 4. *n.* 4. Lup. *de vsur. comment.* 1. §. 7. *n.* 143. Ruin. *cons.* 73. *num.* 3 *vers. tertius est casus, lib.* 1. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 24. *num.* 15. Honded. *cons.* 30 *num.* 30. *lib.* 1. & colligitur ex *l. curabit, Cod. de act.*
24 *empt.* † quæ obligat emptorem sub nomine vsurarum, quia si non præsupponeretur translatio dominij, lex obligaret ad restitutionem fructuum, prout istam rationem in proposito considerat *Rot. coram R. P. D. Sacrato Romana Casaletti*, 20 *Iunij* 1611.

Amplius non obstaret, quod esset data dilatio ad
25 soluendum pretium rei venditæ, † Nam licèt stante tali dilatione non debeantur fructus recompensatiui, Tamen hoc intelligitur in dilatione, quæ continet tempus certum, & determinatum ab initio, videlicet quod fiat solutio intra biennium, vel post mortem alicuius, secus in dilatione incerta, & indeterminata, & in ea, quæ de sui natura venit quamprimum adimplenda, in hac enim fructus debentur, & est ratio, quia
29 † in primo casu data dilatione videtur habita ratio fructuum percipiendorum, & ob id in aliquo plus auctum pretium. In secundo casu cùm venditor teneretur quanto citius implere, &
27 præsumatur habuisse in animo facere, † quod tenebatur, non adest præsumptio, quod cauerit suæ indemnitati per augmentum pretij Gabr. *consil.* 57. *num.* 1. *lib.* 1. & ista distinctio approbatur per Rot. *coram R. P. D. Sacrato Romana Casaletti*, 20. *Iunij* 1611. *& iterum in eadem causa*, 15. *Decemb.*
28 1611. *coram eodem.* † vbi emptor promisit soluere pretium, facta mensuratione, & impleris quibusdam aliis per venditorem implendis, & non ante
29 non alias, † & tamen ista dilatio non impedit, vt non debeantur fructus recompensatiui, cùm illa non afferat secum tempus considerabile, sed momentaneum, & dilatio sit talis, quæ debet quanto
30 citius cessare, † sicut enim promissio simplex de aliquid faciendo, importat vt statim fiat §. *si impossibilis, instit. de inutil. stipul.* §. *omnis stipulatio, de verbor. obligat.* Bart. *in l. ita stipulatus, n.* 33. vbi Ias. *num.* 21. *ff. eod. tit.* Ita dilatio donec illud fiat vide-
31 tur momentanea, † Immò propriè ista non potest dici dilatio, sed suspensio ad impediendam coactionem solutionis pretij, siue securitas per modum cuiusdam pignoris Nauar. *cons.* 21. *num.* 8 *de vsur.* Houded. *cons.* 44. *num.* 14. *in fin. vers. quoniam verba, & n.* 15. *ante med. vers. istis præmissis, lib.* 1. & istam rationem differentiæ inter tales dilationes vltra Gabr. *d. cons.* 57. *num.* 5. sequitur Nauarr. *d. cons.* 21.

Cùm etiam ideò non debeantur fructus data dilatione, quia illis videtur renunciatum per vendi-
32 torem, † & quando dilatio, vel suspensio data non est talis, vt ab initio fuerit cogitatum, quod illa pendente essent decursuri fructus, cessat ratio, quod illis videatur venditor renunciasse Bero. *in c.* 1. *n.* 125. *de vsur.* Couarr. *lib.* 3. *var. resol. c.* 4. *n.* 5
33 *ante med. vers. proprioq. consensu.* Præsertim, † quia aut emptor prætendit, quod cessent fructus ex eo, quod sibi non fuerit impletum, & ex hoc non cessant, cùm vsus rei non minuatur, vt dictum est *supra n.* 22. Aut, quia fuit expressum, vt non teneatur soluere, antequam sit impletum, & hoc est
34 de iure, † ita vt expressio nihil addat, nec aliquid noui operetur *l.* 3. *C. de fideiussorib.* & istam rationem in proposito approbat Rot. *coram R. P. D. Sacrato Romana Casaletti*, 20. *Iuny* 1611. *&* 15. *Septemb.* 1611. vbi etiam quod non obstat decisio Rot. *coram Card. Millino. Romana fructuum*, 3. *Maij* 1595 quia ibi res vendita non fuerat consignata, vnde meritò antequam casale consignaretur non poterat peti aliquod interesse.

Immò neque obstabit oblatio pretij, quia requiri-
35 tur tale depositum, † cum per oblationem non desinat quis habere rem, & pretium, in quo est fundata dispositio *l. curabit, Cod. de act. empt.* prout notat Gloss. *in l.* 2. *in verb. deposit.* vbi Bal. & Salic. *in princ.* & Castr. *n.* 1. *&* 4. *Cod. de vsur.* Idem Bald. *in l. acceptam, num.* 14. *Cod. eod. tit.* Gabr. *cons.* 57 *n.* 6
36 *lib.* 1. Honded. *cons.* 44. *n.* 36. *lib.* 1. † Et quamvis multi Moderni non admittant huiusmodi distinctionem dilationis, tamen reprobantur per Rot. *in dicta Romana Casaletti coram R. P. D. Sacrato.* vbi etiam, quod non sunt attendendi tanquam loquantur sine lege, & ratione, & ibi etiam subditur, quod magis erat hoc dicendum in casu illius decisionis, quia ibi venditor non dederat aliquam
37 dilationem, † cùm verba non essent concepta in venditorem, sed in emptorem, nam emptor dixerat, quod promittebat soluere impletis quibusdã conditionibus in instrumento expressis, & non ante, nec alias, Vnde quamvis videtur huius promissionis venditor non posse agere ante implementum, Tamen non prohibetur de iure communi agere ex vendito, nisi obstaret *l. Iulianus, Cod. de act. empt.* cum remediis suis nullatenus renunciarit vt *in dict. decis. Romana Casaletti.* 20. *Iunij* 1611.

Idem erit, si pretium soluendum esset incertum, quando scilicet venditor non fecit defalcationes,
38 quia † semper militat illa ratio, vt non censeatur ex

tur ex hoc diminutus vsus rei, & semper emptor habet rem, & pretium cum damno venditoris, Quare in pretio declarando per tertium, quamvis illud sit ab initio incertum, tamen fructus debentur ante declarationem Gabr. *consil.* 57. *num.* 5. *lib.* 1 Ludou. *decis. Perus.* 55. *num.* 5. Honded. *cons.* 30. *n.* 28 *lib.* 1. *Rot. in dicta decis. Romana Casaletti.* vbi etiam
39 quod ad istud effectum non obstabit, † quod periculum euictionis immineat in limine contractus, Hond. *d. cons.* 30. *num.* 38. *lib.* 1. Exemplo promissionis de danda rem liberam, quæ non obstat etiam si res non appareat libera Bald. *in l.* 2. *num.* 4 vbi Castr. *num.* 1. *C. de vsur.* Bero. *in cap.* 2. *num.* 126 *eod. tit.* Alexand. *consil.* 147. *num.* 4. *lib.* 5. Honded. *consil.* 40. *num.* 14. *lib.* 1. Et ratio vtriusque dicti est,
40 † quia ista benè excusant à mora soluendi, sed non à fructibus recompensatiuis, qui debentur absque aliqua mora, vt dictum est *supra num.* 22 Et licèt etiam prætenderentur damna passa propter non implementum, nihilominus ista sunt separata, & diuersa, & interim non impediunt solutionem dictorum fructuum Surd. *consil.* 101 *num.* 24. *lib.* 1.

EPITOME.

Contractus quando sit illicitus si mutentur pecuniæ pro lucro assecurationis. ¶ Et an debeant fieri plures contractus separati, vel vnus sufficiat. ¶ Assecuratio an permittatur aliis præter mutuantes. ¶ Ex mutuo an aliquid possit percipi, si secundariò illud proueniat. ¶ Taxatio iusta quæ sit in contractu assecurationis. ¶ Et an remoueatur excessus taxatus firmo remanente contractu in reliquis. ¶ In censu an licitè capiantur decem pro centum.

SVMMARIVM.

1 *Pactum soluendi aliquid pro centum pro assecuratione delationis pecuniarum, & mercium, est validum, & assimulatur emptioni, & venditioni, n.* 2.
3 *Contractus est illicitus, si mutuentur pecuniæ pro lucro assecurationis. Intellige vt numero* 4.
5 *Mutuum est contractus nominatus, assecuratio autem innominatus, & vnus non dependet ab altero.*
6 *Lucrum respectu assecurationis non est prohibitum, secus si esset respectu mutui.*
7 *Assecuratio an permittatur alijs, præter mutuantes, numero* 8.
9 *Licitum est aliquid percipere ex mutuo, si secundariò, illud proueniat, numero* 10. *&* 12.
11 *In societate non potest promitti, quod capitale sit saluum.*
13 *Vnicus contractus sufficit; nec tres requiruntur quando lucrum fit ex periculo, & assecuratione suscepta, non autem ex mutuo.*
14 *Taxatio iusta quæ sit pro contractu assecurationis.*
15 *In censibus possunt capi decem pro centum iuxta morem regionis, numero* 16.
17 *Taxatio excessiua non reddit contractum vsurarium, sed exactio, ideò datur reductio, & contractus est validus vitiatis pactis à iure reprobatis, num.* 18.
19 *Iudex potest se informare de notorio; etiam parte non citata.*

CAPVT DLXXXIX.

COnuentio de qua agimus, est valida, & non subiacet alicui prætensæ vsurariæ prauitati,

1 † Etenim fuit facta pro assecuratione pecuniarum, quæ per duas vices deferebantur ad ciuitatem Bononiæ, & mercium, & canaparum emptarum in eadem ciuitate ex dictis pecuniis & delatarum per mare etiam per duas vices ad statum Firmi, adeò vt stante susceptione istius periculi, pactum sit conforme iuri communi tam ciuili, quam canonico, & secundum tenorem ipsius possit agi Castren. *in l. inde sausfeli* 34. *num.* 6. *ff. locat.* Alexand. *in l. à Titio ita stipulatus* 108. *num.* 3. *post med. ff. de verbor. obligat.* Rot. Ianuens. *decis.* 25. *n.* 1 Stracc. *de sponsionibus.* §. *item quæritur, num.* 1. *fol.* 115 vbi de communi Petrus Santern. *de assecuration.*
2 *numero* 5. *&* 6. † Nam isti contractus dicuntur contractus innominati, licèt assimilentur emptioni, & venditioni propter pretium, quod datur ratione periculi, & eorum naturam assumunt iuxta *l. periculi, ff. de naut. fænor.* & notat Bald. *in l. cunctos populos, num.* 4. *ante fin. versic. vel est susceptio, Cod. de sacrosanct. eccles.* Rot. Ianuens. *decis.* 36 *num.* 9. *& decis.* 63. *num.* 3. Petrus Santern. *de assecurat. & sponsion. mercat. part.* 1. *numero septimo.*

Non obstat *cap. nauiganti, de vsur.* Quia procedit in
3 mutuante aliquam pecuniarum summam, † quam non esset mutuaturus; nisi pariter adesset lucrum assecurationis, tunc enim contractus esset illicitus. Aliud quando, provt in casu nostro, mutuator non ex vi mutui intendit obligare mutuatarium ad aliquid sibi tradendum vltra sortem mutuatam, sed solum vult hoc lucrum facere pro as-
4 securatione, & periculo suscepto, † nam tunc non potest dici vsurarius, neque hoc casu militat dispositio text. *in d. c. nauiganti*, provt latè declarat Alphons. Villagut. *de vsur. qu.* 26. *concl.* 2. *col.* 3 Lup. *eod. tract. comment.* 3. §. 1. Nauar. *in manual. cap.* 17. *num.* 285. Iacob. de Grass. *decis.* 111. *lib.* 2. *num.* 15 Corrad. *de contract. qu.* 39. *tract.* 2. *col.* 1. *vers. secunda conclusio.* Alber. *in diction. in verb. vsura primo, colum.* 4. *ad med. vers. quid de eo qui mutuat nauiganti.* Angel. *in verb. vsura, il primo, qu.* 38. Siluest. *etiam in verb. vsura, il secundo, qu.* 35. Rebell. qui de communi *de obligat. instit. lib.* 16. *quæst. vnic. num.* 16

Et ratio est, quia hic sunt duo contractus separati,
5 alter nominatus quo ad mutuum, † alter vero innominatus; videlicèt assecurationis, nec vnus ab alio præcisè dependet, neque receptio vltra sortem est causa immediata procedens ex mutuo; sed ipsa assecuratio, pro qua licitè lucrum accipitur Lup. *de vsur. comment.* 3. §. 1. *num.* 29. Angel. *in summ. in verb. vsura, il primo, quæst.* 28. Corrad. *de contract. quæst.* 39. *tract.* 2. *colum.* 2. *post princ.*

Maximè, quia in casu nostro, non solùm fuit susceptum periculum deferendi pecunias; sed etiam postea reportandi merces emptas ex eisdem pe-
6 cuniis, † ex quo magis colligitur semper fuisse per partes consideratum lucrum respectu assecurationis, non autem respectu mutui, adeo vt cessante causa lucrandi propter mutuum, nunquam possit dici contractus vsurarius, vt concludunt Angel. Siluestr. *& alij supra allegati, numero* 4

Neque obstat, quod ista assecuratio permittatur
7 aliis, non autem ipsimet mutuanti † Azor. *in summ. p.* 3. *l.* 11. *c.* 18. *col.* 2. *ad med.* & ita etiam loquitur Io. Anan. *in c. nauiganti, n.* 43. *q.* 13. *de vsur. Laur. de Rodul. etiam de vsur. p.* 3. *n.* 30. *tom.* 7. *fol.* 38. Quia indistinctè contraria opinio est verior, quod huiusmodi lucrum sit licitum, etiam pro assecuratione facta per eum, qui mutuat pecuniam;

8 † ne sit deterioris conditionis, quàm alius, qui
non mutuauit, neque beneficium contulit, cùm
non recipiat propter mutuum, sed propter susce-
ptionem periculi, ideò reputabitur in hoc tan-
quam extraneus Angel. *in verb. vsura, il primo, q. 38*
ante fin. vers. & ideo tene. Petr. Sautern. *de assecurat.*
& sponsionib. mercator. part. 1. n. 10. Villagut. de vsur.
qu. 26. col. vlt. Silnest. in summ. in verb. vsura, il 2. qu.
36. Lup. de vsur. comment. 3. §. 1. n. 19. Nauarr. in ma-
nual. c. 17. n. 253. vers. nam qua ratione, tom. 1. fol. 252
Nam vt dictum est, huiusmodi lucrum non pro-
uenit immediatè ex mutuo, sed ex ipsa assecura-
9 tione, ob quam illud licitè percipitur. † Cùm
etiam regulariter permittatur aliquid percipi ex
mutuo, si secundariò illud proueniat *Nauarr. in*
c. si feneraueris 14. quæst. 3. num. 19. & 20. Maximè,
in casu nostro, in quo vltra assecurationem adfuit
etiam labor, & opera ipsius mutuantis in deferen-
do pecunias, & in cauendo merces, quarum
respectu est licitum recipere vltra sortem aliquod
10 lucrum, † quod quamvis excedat naturam mutui,
non tamen excedit naturam contractus innomi-
nati, qui est coniunctus per accidens contractui
mutui, ideò licitè percipitur *Corrad. de contract.*
quæst. 36. tract. 2. colum. 3. in fin. vers. ex rationibus
adductis.

Nec oberit Bulla Sixti V. qui non applicatur ad ca-
sum nostrum, etenim non sumus in aliqua socie-
tate, in qua sit promissum capitale saluum, quod
11 † reprobatur in dicta Bulla, sed sumus in contra-
ctu emptionis, cui comparatur conuentio, de qua
agimus, propter pretium, quod datur ratione pe-
riculi, & assecurationis Bald. *in l. cunctos populos, n.*
4. ante fin. vers. vel est susceptio, C. de sacrosanct. eccl.
Immo capitale pretij expositi fuit assecuratum ad
fauorem Aduersarij, non ad commodum ipsius,
qui dictum pretium exhibuit, & vlterius etiam
fuit promissa assecuratio mercium ex dicto capi-
tali prouenientium, ita vt non obstet Bulla, sed
stante assecuratione, labore, opera, & industria,
12 † sit licita receptio vltra sortem, quamvis etiam
essemus in mutuo, in quo tamen non sumus, vt
ex conuentione colligitur *Corrad. de contract. qu.*
36. tract. 2. colum. 3. in fin. vers. ex rationibus addu-
ctis. Nauarr. in cap. si feneraueris 14. quæst. 3. nume-
ro 19. & 20.

Neque sunt faciendi tres contractus separati, vt ex
aduerso prætenditur, iuxta *Nauarr. in summ. c. 17*
13 *n. 253.* † Quia sufficit vnicus contractus, quando,
prout in casu nostro, lucrum fit ex periculo, &
assecuratione suscepta, non autem ex mutuo, cum
enim nulla principalis ratio habeatur ad pecu-
niam, non potest considerari vsura *Nauar. in ma-*
nual. cap. 17. n. 285. vbi ita declarat *cap. nauiganti, de*
vsur. quod procedit quando alias non esset mu-
tuaturus *Villagut. de vsur. qu. 26. conclus. 2. colum. 3*
Rebel. de obligat. instit. lib. 16. qu. vnic. n. 16.

Neque obstat, quod taxatio ad viginti pro centum
sit excessiua, Quia considerato periculo assecu-
14 rationis pecuniarum, † & mercium, quæ ex di-
ctis pecuniis debebant emi, & saluæ reportari, ac-
cedentibus etiam multis expensis, ac laboribus,
& spatio temporis vndecim mensium, non potest
dici, quod constet de isto excessu, cum in illis
partibus capiantur decem pro centum in censi-
15 bus, † quod permittitur passim, & vbique, donec
petatur reductio, cùm de iure communi possint
capi in censibus dicti decem, & valet talis consue-
tudo *Thesaur. dec. 154. in prin. Surd. consil. 162. num.*
54. lib. 2. Rot. coram R. P. D. Orano Foroliuien. census,
13. Nouembr. 1589. Paris. cons. 75. n. 30. lib. 4. Cùm in
16 hoc † sit seruandus mos regionis *Nauar. de vsur.*
num. 104. & 140. Vnde multò fortius in re magis
obnoxia periculis erit iusta prædicta taxatio, & il-
la sustinebitur ob labores, & assecurationem præ-
fatam, quæ in huiusmodi contractibus permitti-
tur tanquam assumant naturam emptionis, &
venditionis, vt dictum est *Santern. de sponsionibus*
mercat. part. 1. n. 7.

Et quatenus taxatio esset excessiua, quod negatur,
Tamen reducitur taxatio, & habetur pro non fa-
17 cta, † neque enim illa sola reddit contractum
vsurarium, sed exactio Aym. *consil. 189. column.*
penult. ad med. vers. non negarem tamen, numero 8
Dec. consil. 111. & in cap. cum venerabilis, de except.
& sæpe tenuit Rot. *vt in causa Iannens. pecuniaria,*
6. Iuny 1611. coram Cardinal. Lancellott. & coram
R. P. D. Vbaldo, 1. Martij 1613. in eadem causa. &
18 passim † in huiusmodi contractibus vitiatur pa-
ctum inualidum, & remanet actus firmus quo ad
alia *Gail. obserua. 4. libro 2. Surd. consil. 327. num. 16*
libro 3. Honded. consil. 17. numero 25. libro 2. Barz. de
guarantig. pag. 3. quæst. 7. cum alijs per Carol. de Grass.
de except. c. 28. num. 62.

Quod autem dicitur de non existentia periculi tol-
litur ex itinere, quod fit per loca adeo periculosa,
vt non opus sit hoc probare, cùm notorium sit
19 omnibus, † possit etiam extraiudicialiter haberi
informatio, quæ sufficit in istis notoriis, etiam
parte non citata Dec. *cons. 402. num. 10.* Natt. *con-*
sil. 218. numero 5. Surd. *cons. 371. numero 18. lib. 3.*

EPITOME.

Precaria concessio an consideretur stante re-
ciproco facto, & adimplemento, etiam si adsint
verba Indulgemus, cum similibus. ¶ Et quando
transeat in contractum irreuocabilem. ¶ No-
tarius, & officialis semel approbatus an possit
remoueri absque causa, licèt concessio sit ad be-
neplacitum, vel quandiu placuerit. ¶ Solemni-
tates an præsumantur ex temporis longinqui-
tate. ¶ Dignitas Episcopatus, & nobilitas inde
proueniens an iuuet etiam collaterales, & fra-
tres. ¶ Et an sit maior Cardinalatu respectu
ordinis. ¶ Consuetudo an attendatur in præ-
cedentiis, & dignitatibus. ¶ Parentes an no-
bilitentur per filios, & Magistri per scholares,
& Præsides per subditos.

SVMMARIVM.

1 *Notarij admissi vigore decreti facti per communita-*
tem, non possunt reuocari si adimpleuerunt con-
tenta in dicto decreto, quamvis essemus in con-
cessione mere liberali, numero 2. & de ratione,
numero 3.

4 *Ius acquisitum alicui ex contractu perfecto, & adim-*
pleto non potest tolli.

5 *Precaria concessio non consideratur stante reciproco*
facto, & adimplemento, etiam si adsint verba In-
dulgemus, cum similibus.

6 *Solemnitates præsumuntur propter diuturnitatem*
temporis, numero 7.

8 *Notarij quando debeant eligi per communitatem*
tanquam motu amouibiles, numero 10

9 *Verba Disponere prout videbantur operantur libe-*
ram

ram voluntatem, non limitatam.

11 Asserenti statur donec per eum probetur contrarium.

12 Officialis semel approbatus, & admissus non potest amoueri sine causa, quamvis concessio sit ad beneplacitum, seu quandiu placuerit, n.14.

13 Beneplacitum significat arbitrium boni viri, qui non aufert concessionem alicui factam sine iusta causa.

15 Dignitas Episcopatus facit nobilem, & perillustrem Marchionem, Comitem, & Regem.

16 Episcopus dicitur consiliarius Principis, & princeps, legatus, oculus Dei, & successor Apostolorum, sicut Papa successor Petri.

17 Nobilitas proueniens ex dignitate episcopali, iuuat etiam collaterales, & fratres.

18 Parentes cohonestantur ex nobilitate filiorum.

19 Magister nobilitatur per scholares, & Praeses per subditos.

20 Doctoratus causat nobilitatem.

21 Nobilitas noua non dicitur respectu parentum, à quibus transmittitur veluti ex radice in posteros.

22 Dignitas consistit in meritis, & virtutibus.

23 Consuetudo attenditur in praecedentiis, & dignitatibus.

24 Dignitas Episcopatus est maior Cardinalatu respectu ordinis.

CAPVT DXC.

Decretum exhibitum non potest reuocari Cùm enim vigore illius fuerint admissi no-
1 tarij, † qui adimpleuerunt omnia in eo contenta tam circa approbationem, & examen, quàm circa solutionem pro admissione, non stat amplius, in simplici dispositione statuti, ac decreti, sed transiuit in contractum, vel quasi, qui ex vtraque parte dicitur perfectus, & ideò non est locus poenitentiae, seu illius reuocationi *Bart. in l. omnes populi, n. 30. ff de iust. & iur. & in l. quod semel, ff. de decret. ab ordin. faciend. & in l. hi qui in fin. ff. de vacat. & excusat. mun.* quem sapienter loqui dicit *Alex. consil. 135. n. 19. lib. 4. & latius consil. 216. n. 4. vsque ad 11 lib. 2. Bald. in l. si cum mihi ff. de dol. Io. Andr. ad Speculat. de censibus, §. nunc dicendum, num. 11. vers. quid si vniuersitas fecit pactum. in verb. lex secunda. & de instrum. edit. §. nunc verò aliqua, in verb. hac omnino vide. Anchar. in cap. 1. num. 8. oppos. 7. de constitut. in 6. & cons. 2. n. 4. Innoc. in cap. nouit. de iudic. Natt. cons. 65. alias, 66. n. 19. li. 1. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 3. n. 8. part. 1.*

Et hic est casus, in quo non datur reuocatio, quamvis etiam essemus in concessione merè liberali,
2 quam † licèt superior possit regulariter reuocare, quamvis fuerit per viam contractus seu stipulationis, Tamen hoc procedit quando pro tali contractu non interuenit aliquod factum recipro-
3 cum, sed aliqua datio ex parte recipientis, † secus si interueniret, quasi tunc non consideretur amplius liberalitas, & propter adimplementum partis possit opponi exceptio doli, vt latè concludit *Ias. cons. 56. col. 2. in fin. n. 2. & col. vlt. ante med. versi. quia ad hoc respondendo, lib. 1. Aym. de antiq. tempor. part. 1. §. non omitto, n. 38. post Bald. in l. qui se patris, num. 10. C. vnde lib. Imol. Alexand. & alij in l. non amplius, §. si quis certum, ff. de legat. 1.* Maximè, quia in casu nostro vltra reciprocum factum multi notarij intuitu exercitij istorum officiorum recesserunt ex propriis ipsorum laribus, ac patria, & venerunt ad habitandum in loco, vbi dicta officia exercentur, ibique matrimonia contraxerunt,
4 † ita vt ex istis magis sit eis acquisitum ius, quod in eorum praeiudicium non debet reuocari; vt in specie considerat *Alexand. cons. 155. num. 18. lib. 4 post Ioan. Andr. ad Speculat. de censib. §. nunc dicendum, vers. quid si vniuersitas. Gozad. cons. 5. n. 11. Soc. cons. 4. n. 4. & 5. lib. 3.*

Ex quibus colligitur, quod non potest considerari
5 aliqua precaria concessio, † stante reciproco facto, & adimplemento, vt dictum est, cùm immò illa transierit in contractum, quamvis etiam concedens vteretur verbo, indulgemus, vel similibus verbis denotantibus liberalitatem; *Bald. in l. qui se patris, numero 10. vers. hoc scias quod si princeps, C. vnde liber Socin. consil. 4. numero 4. ad med. lib. 3.*

Non obstat, quod non fuerint adhibitae solemnita-
6 tes in concessione, de qua agimus, † Quia stante causa quadraginta annorum, & amplius omnia praesumuntur solemniter acta, & quaecunque necessaria interuenisse, stante praesertim scientia ac patientia communitatis, & possessione notariorum, quibus concurrentibus, neque est necessaria enunciatio solemnitatum, quasi tunc non sit verisimile, quod tanto tempore tacuisset *Couarr. pract. qu. c. 21. in 3. casu, num. 27. Aym. de antiq. temp. §. vidimus, n. 18. Felin. in c. sicut, num. 33. de re iudic. Menoc. cons. 924. num. 30. Gabr. cons. 36. num. 51. lib. 1*
7 † Quamvis hoc dictum sit ex abundanti, cùm adsit confirmatio dicti decreti facta per consilium generale de anno 1596. vt in summario *num.* 4. Ita vt non possit amplius dubitari de inualiditate illius, nec detur reuocatio, stante etiam praescriptione longissimi temporis, ac obseruantia subsecuta, per quam sublata est omnis actio, & reuocatio precariae concessionis, quatenus talis esset, provt non est *Bero. consil. 134. n. 17. lib. 3. per l. sicut, Cod. de praescript. 30. annor.*

Minus obstat, quod in Bulla Pij V. isti notarij debeant eligi per communitatem tanquam nutu
8 amouibiles, † Quia Summus Pontifex non se restringit solùm ad istum actum, sed subdit, quod possit Ciuitas de huiusmodi officiis libere disponere, & provt ei videbitur, quae verba operantur
9 voluntatem ac potestatem liberam, † & non limitatam Bald. *in c. quae in ecclesiarum, col. 1. n. 4. vbi Dec. col. 1. n. 3. de constit. Surd. dec. 272. n. 14. & consil. 143. n. 23. lib. 1.*

Nec potest considerari aliqua laesio communitatis; cum illa fuerit reintegrata de pretio ex officiis castrorum, ac oblationibus factis per particulares,
10 † neque in notarios fuit translatum aliquod dominium, nisi exercitium officij, firma remanente auctoritate admittendi alios, quos Ciuitas voluerit, vel occasio dederit, ita vt ex istis non possit resultare aliqua causa laesionis, Maximè, quia huiusmodi concessio fuit facta propter bonum publicum, vt per se patet ad euitandas rigorosas exactiones, quae prius à paucis notariis fiebant, in quibus solùm aderat tale exercitium, provt etiam
11 dicitur in decreto, † cuius assertioni standum est; non solùm ad finem, vt ipso iure sit validum, sed etiam vt habeat effectum donec probetur contrarium, de quo non potest constare vt dictum est *Ruin. cons. 217. num. 2. lib. 1. Roland. cons. 5. num. 22. lib. 1.*

Accedat, quod sumus in notariis, & officialibus se-
12 mel à principio admissis, & approbatis, † quo-

rum non datur amplius remotio sine causa legitima *c.cum venerabilis,vbi Dec.n.38.col.vlt.ad fin. de except.Menoch.de arbitr.qu.55.n.19. cum seq.in addit.*vbi ampliat,quamvis similia officia conce-
13 dantur ad beneplacitum concedentis, † cum huiusmodi beneplacitum significet arbitrium boni viri, qui non aufert concessionem alicui factam sine iusta causa.*Idem Menoch.d.q.55.n.23.& 24.in addit.& qu.8.n.10.post Bald.in l.vlt.§.1.in 4. notab. C.commun.de legat.Ruin.conf.*181.*n.7.lib.*1.*Felin.in*
14 *c.1.col.antepen.de constit.* † & ita in specie de notariis, & similibus officialibus etiam deputatis ad libitum, & quandiu placuerit, quod non possint sine causa remoueri fuit sæpè iudicatum provt latè dixi *supr.c.167.* vbi etiam, quod dabitur officium Iudicis de illos manutenendo in possessione dictorum officiorum,cùm aliis ibi adductis,quorum repetitio esset superflua, provt etiam in hac causa fuit obtentum; Quo verò ad recognitionem, quæ datur Communitati an sit æquiualens erit particulariter videndum, cùm talis debeat esse iuxta *decis.Rot.diuers.*457.*q.*1.*Roland. consil.*13 *lib.*3.

Alterum de admissione fratrum ad gradum, de quo, quæritur, decidendum est affirmatiuè, quod illi sint admittendi, Etenim descendunt à parentibus, qui omni tempore vitam ciuilem, & hone-
15 stam degerunt, provt ipsi degunt,† & ad præsens vnus ex eis est in summa, ac insigni Episcopatus dignitate constitutus, per quam non solùm quis efficitur nobilis, & perillustris, sed habetur pro Duce, Marchione,Comite, & Rege,& dicitur Serenissimus, & Summus Pontifex, tanquam habens culmen dignitatis,&excellentię,vt post *Specul.Bald.Abb.Purpur.& alios.*concludit latè *Cassan.in catalog.glor. mund.*4.*p. consider.*25.Bon. *de Curtil.de nobilit.p.*2.*n.*23.*Iacob.de concil.art.*3. *lib.*1
16 *n.*8.*& 9.* † Cùm etiam dicatur Conciliarius Principis *Arnulph.Buze.de iure regal.priuileg.*43.*nu.*7 Immo quoque appellatur Princeps *Io. à Capistr. in specul. conscient. numero* 327. Et est legatus, & oculus Dei, & successor Apostolorum,sicut Papa successor Petri *Maluet.de canonizat. Sanct. numero* 2. *&* 3. *Gaspard.de Perus.de reseruation.benefic. num.*12.

Quæ quidem dignitas Episcopalis, & nobilitas inde
17 prouenieus iuuat etiam collaterales,† & fratres iuxta opinionem *Ang.in auth.vt liceat matrim. & auiæ.§.*1.de qua *per Tiraq.de nobilitat.c.*14.*n.*4.*ad fi. & per Afflict.super constit.regn.rubr.*31.*n.*31.*lib.*1. *& rub.*31.*lib.*2.*n.*16. Vel saltem cohonestat fratres,ita
18 vt de illius nobilitate participent, † provt dicimus de nobilitate filiorum,ex qua cohonestantur parentes *Io.Ray.de nobilitat.q.*13.*q.*5.*princ. Sebast. Medic.de definition.c.*42.*in fin. n.*27.*tom.*18.*fol.*302 *cum aliis per Tiraq.eodem tract.q.*16.*n.*3.*per text.in §.generaliter, vbi Gloss. in verb. & nobiliores auth.*
19 *constitutio.de dignitatibus.* † vbi quod nobilitatur pater per filium,magister per Scholares,& Præses per subiectos *§.quanto enim, auth.de defensoribus ciuitat.& d.Gloss.* sequitur,& commendat *Alber. in l.imperatores,n.*3.*in fin.C.de decurionibus*, & est text.*in l.*1.*§.casum, ff. de postuland.* quem notat in proposito *Castr.in l.*3.*in princ.n.*2. *& ibi Aret. n.*1 *ff.de liber.& posthum.*

Accedat, quod adsunt etiam alij duo fratres doctores,qui dicuntur nobiles, cùm doctoratus tales
20 illos faciat † *Cin.in l.prouidendum,in princ.C.de postuland.Alex.cons.*213.*ad fi.n.*9.*lib.*6.*Felin in rub. de magistr.num.*5. *Socin.Iun. cons.*39.*num.* 27. *lib.*1 Maximè, quia ista nobilitas ex doctoratu proueniens habet etiam admixtam nobilitatem generis,cùm,vt dictum est,tales fratres habeant ortum à parentibus, qui vitam nobilem degerunt, provt
21 ipsi degunt, † Vnde non potest dici nobilitas noua respectu parentum, à quibus in eos illa transmittitur, veluti ex radice in posteros *Bald. in l. cum antiquioribus,col.*3.*qu.*8. *in princ. C.de iur.deliber.Abb.in c.licet,in fin.de censib.Tiraqu.de nobilitat.c.*15.*n.*1.

Neque obstat, quod ratione originis dicti fratres non sint in quasi possessione obtinendi gradum,
22 de quo agimus,† Nam ad hoc vt illum consequamur, non attenditur ista quasi possessio, cùm satis sit, vt ad eius adeptionem attendatur dignitas, & nobilitas propriæ personæ, quæ consistit magis in meritis,& virtutibus, quàm in coruscatione sanguinis, licèt etiam in casu nostro adsit tam vnum, quam alterum; & sic sumus in nobilitate mixta, quæ est præstantior, & excellentior *Bonus de Curtil.de nobilit.p.*2.*num.*50. Præsertim, quia ad huiusmodi gradum fuerunt admissi etiam qui non sunt in possessione ratione originis,sed aliunde nobiles, ex qua obseruantia facilius erunt di-
23 cti fratres admittendi, † cum in similibus præcedentiis, & dignitatibus consuetudo attendatur *Bald.in c.cum olim.de consuetud. Menoch. cons.*126 *num.*3.*lib.*2. *Ruin.cons.*155.*numero* 4.*lib.*4. Et quidem Romæ,quæ est caput totius orbis, multum attenditur etiam nobilitas, quæ ex fratribus, puta Cardinalibus, vel similibus prouenit, Ita vt ad eius exemplum non esset inconueniens idem attendere in aliis ciuitatibus subiectis statui Ec-
24 clesiastico, † Maximè, quia dignitas Episcopatus maior est Cardinalatu respectu ordinis *Gambar. de auctor.legat.de later.lib* 4. *n.*122. *&* 129. *tit.de potestat. legitim. spur. in benefic. post Gloss. in capit. quanquam.*2.*quæst.*7. *Bartol.in l.*1.*§.si quis in appellatione, numero* 4.*vbi Add.in verb.simile, ff. de appellat.& relation.Gomes.in prohem.regul.Cancel. colum.*9. *tit. episcoporum dignitat. diminut.* *Grauat.ad Vestr. in prax. lib.*1. *cap.* 1.*in verb. Cardinalis, numero* 6. *in fin. Menoch. de arbitrar. cas.* 70. *numero* 6. *post Marc. Mantu. de concil. numero* 66.

EPITOME.

In canonicatibus ecclesię cathedralis,& collegiatæ quæ ætas requiratur tam de iure communi, quàm iuxta regulas Cancellariæ & Concilium Tridentinum. ¶Episcopus quando dispenset cum illegitimo pro obtinendo canonicatu. ¶ Habens ordinem,seu ætatem maiorem,quàm requirit beneficium an sit ad illud admittendus. ¶Canonicatus an sit beneficium simplex, & exigat ordinem sacrum. ¶ Per Concilium Tridentinum an sit aliquid innouatum super canonicatibus ecclesiarum collegiatarum. ¶ Ordinandus ad Subdiaconatum an debeat habere annum vigesimumsecundum completum, vel sufficiat vt illum attingat. ¶Innocens an possit reconciliari adultero tam expressè, quàm tacitè. ¶ Et de effectu talis reconciliationis. ¶ Mulier an possit profiteri non expectato anno probationis. ¶Et an illi possit renunciari de consensu profitentis,&Monasterij. ¶Maritus,

ritus, vel vxor si ingrediantur religionem, an remanens in sæculo debeat expectare annum antequam cum alio contrahat. § Distributiones quotidianæ an debeantur impedito residere tam propter necessitatem corporalem, quàm propter detentionem iniustam, seu occasionem se absentandi, & recurrendi ad superiores, vel impedimentum illatum à Iudice, vel præuisum, vel ob similes causas. § Et an requiratur protestatio impedimenti. § Vel probatio, quod erat solitus residere, & inseruire.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus in ecclesia cathedrali, & collegiata quam ætatem requirat de iure communi, n.21. & quid iuxta regulas Cancellariæ, n.4. & Concilium Tridentinum, n.5. & 6.*

2 *Canonicatus est beneficium simplex, nec requirit aliquem ordinem, sed solùm tonsuram, n.3.*

7 *Concilium Tridentinum quibus mandet dari canonicatus, n.8.*

9 *Ordinandus ad Subdiaconatum non excluditur, quamvis non compleuerit annum vigesimum secundum, sed sufficit, vt illum attingat.*

10 *In canonicatibus ecclesiarum collegiatarum nihil fuit innouatum per Concilium Tridentinum quo ad ætatem canonicorum, sed stabitur dispositioni iuris communis, secundùm quod est quatuordecim annorum, n.12. Intellige vt n.13. & 14.*

11 *Extensio non est licita in correctorijs, & exorbitantibus à iure communi.*

15 *Canonicatus ecclesiæ collegiatæ requirens ordinem sacrum non potest conferri minori.*

16 *Episcopus potest dispensare cum illegitimo, vt obtineat canonicatum, seu dimidiam portionem in ecclesia collegiata.*

17 *Dimidia portio est ex inferioribus beneficiis ecclesiæ cathedralis.*

18 *Habens maiorem ætatem, seu ordinem, quam requirit beneficium, non excluditur, sed magis ad illud est admittendus, n.20.*

19 *Maior ætas includit minorem.*

22 *Causæ quæ sint, vt mulier possit profiteri, non expectato anno probationis, n.25.*

23 *Annus probationis an sit inductus ad fauorem profitentis, & Monasterij, ita vt illi possit renunciari, num.24. & 31.*

29 *Innocens potest reconciliari adultero, eique remittere adulterium, non solum expressè, sed tacitè, & talis reconciliatio facit, vt dos non amittatur, & omnis actio sit extincta.*

27 *Vxor non debet statim profiteri, ne fiat præiudicium viro, cui poterit reconciliari in anno probationis remittendo adulterium.*

28 *Maritus, vel vxor si ingrediantur religionem ante matrimonium consummatum, remanens in seculo debet expectare annum, antequam cum alio contrahat.*

29 *Vinculum matrimonij non dissoluitur ante mortem ciuilem, id est professionem.*

30 *Inferiores Papa non dispensant contra Canones.*

32 *Casus professionis ante annum decimum sextum æquiparatur illi, quæ fit ante annum probationis.*

33 *Æquiparatorum idem est iudicium.*

34 *Distributiones quotidianæ debentur Canonico detento iniustè, vel habenti causam se absentandi, & recurrendi ad superiores, vel propter simile impedimentum rationabile, n.36.37. & 38. & an requiratur probatio, quod esset solitus residere, n.49.*

35 *Dispositio Concilij prohibens distributiones quotidianas non interessentibus quomodo intelligatur.*

39 *Impeditus facto Iudicis non dicitur morosus.*

40 *Possessio habetur pro capta ad fauorem eius, qui iustè impeditur.*

41 *Intrusus impediens executionem litterarum Apostolicarum de capiendo possessionem ad fauorem prouisi tenetur ad distributiones quotidianas, quamvis nulla adsit protestatio, n.50. Idem in Capitulo impediente n.42.*

43 *Necessitas corporalis iusta, & rationabilis excusat à non residendo. Idem in omni alio simili impedimento, propter quod non posset quis adire ecclesiam, prout antea erat solitus.*

44 *Negligentes, & contemnentes residere non habent distributiones quotidianas, secus in impotentibus, & quæ dicatur impotentia, n.45.*

46 *Vis illata de facto non solum excusat non residentem, sed etiam vis præuisa.*

47 *Afflictio non est addenda afflicto.*

48 *Iudex arbitratur quale sit iustum impedimentum.*

51 *Protestatio de impedimento non requiritur, sed sufficit de eo legitimè constare.*

CAPVT DXCI.

AD obtinendum canonicatum etiam in cathedralibus ecclesiis non habemus de iure
1 communi aliquam legem, † quæ præscribat certam maiorem ætatem, & ideò quisquis de iure capax est ad beneficium simplex obtinendum, reputandus est etiam quoad ætatem attinet, capax ad consequendum canonicatum, vt notant *Doct. in c. super inordinata, de præbend. c. ex insinuatione. de simon. c. ex ratione, & c. indecorum, de ætat. & qualit. c. de eo. de elect. in 6. Gloss. Cancellar.*
2 *17. Rebuff. de pacific. possess. numero 178.* † Nam canonicatus est beneficium simplex *Nauarr. cons. 11 de iniur. & damn. dat. lib. 5. & consil. 97. numero 5. de simon. eod. lib. Rebuff. de pacific. possess. numero 214 fol. 305.* Immo neque canonicatus requirit ali-
3 quem ordinem, † sed tantum clericalem tonsuram *Abb. in c. 2. in vlt. notab. de institut. Boer. decis. 171. in prin. Mandos. ad regul. 18. Cancellar. de ætat. pro canonicat. qu. 1. num. 4. Gonzal. ad reg. 8. glos. 5. in princ. num. 94. in fin.*

Regula tamen Cancellariæ in antiquis 17. admittit ætatem decem annor. ad Canonicatus collegia-
4 tarum, † & ætatem quatuordecim annorum pro canonicatibus in cathedrali *Glos. in c. si eo tempore. in verb. ætatem de rescript. in 6. & in c. ex eo. in verb. in sua. de elect. eod. lib. Felin. in c. ex insinuatione, num. 1. de simon. Staphil. de grat. expectatiu. §. noua forma n. 29. Franc. Leon. in thesaur. for. ecclesiastic. c. 18. de collat. benefic. numero 20. part. 2.*

Ex concilio verò Tridentino neque etiam habemus explicitè determinatam certam ætatem pro ob-
5 tinendo Canonicatu; † cum hoc in eo non legatur implicitè tamen id decisum videtur. Nam in *sess. 24. c. 12.* statuitur, quod omnes Canonicatus in cathedralibus ecclesiis habeant annexum ordinem Presbyteratus, Diaconatus, vel Sudiaconatus; & in *sess. 23. c. 11.* mandatur quod ad Subdiaconatus ordinem nullus in posterum ordinetur ante vigesimum secundum annum, & ad Diaconatum ante vigesimum tertium, & ad
6 Presbyteratum ante vigesimumquintum, † vnde

in conſequentiam eadem ætas requiretur in ade-
ptione canonicatus *c.ei cui de præbend.in 6.Rebuf.*
de pacif.poſſeſſ.n.176.
Verum quia in eodem Concilio *ſeſſ.24.c.12.*diſponi-
tur, quod Canonicatus non conferantur, niſi iis,
qui iam ſint initiati eo ordine, quem Canonica-
7 tus requirit, † Vel ſaltem in tali ætate conſtituti,
vt intra tempus à iure,vel ſynodo ſtatutum initia-
ri poſſint ad effectum an in aliquo caſu ſit diſpen-
ſandum,nec ne ſuper ætate.Videndum ſemper eſt
an is, qui de beneficio prouidetur ſit in ea ætate ,
vt intra annum ſuſcipere valeat ordinem , quem
requirit beneficium, etenim ſi poteſt , non eſt ſu-
per ætatis defectu diſpenſandum , cum non indi-
geat diſpenſatione, Quod ſi promoueri non po-
teſt,tunc neceſſaria erit diſpenſatio.
Vnde cum in caſu Coadiutoriæ,de qua agitur , ſatis
conſtet deputandum in Coadiutorem eſſe conſti-
8 tutum in vigeſimoprimo ſuæ ætatis anno , † non
videtur quo ad hoc indigere diſpenſatione,Ratio
eſt, quia intra annum iam habebit vigeſimumpri-
mum completum,& erit in vigeſimoſecundo , &
in ea ætate initiari poterit, Maximè , quia ex fide
apparet , quod Canonicatus prædictus non fuit
deputatus ad certum aliquem ordinem , neque eſt
neceſſe,quod ordinandus ad Subdiaconatus ordi-
nem habeat vigeſimumſecundum annum com-
9 pletum,† ſed ſufficit ſi attingat *cap.cum in cunctis,*
de elect.cap.cum vigeſimum,de offic.deleg.clem gene-
ralem,de ætat.& qualit. Et ita ſæpe in congrega-
tione eiuſdem Concilij decretum fuit,vt teſtatur
Gonzal.ad regul.8.gloſ.5.in princ.n.95.in 2. edit. vbi
etiam , quod ſi Canonicatui eſſet annexus ordo
Preſbyteratus,ſeu Diaconatus, tunc eſſet neceſſa-
rius ingreſſus in annum vigeſimumquartum , ſeu
vigeſimumtertium reſpectiuè ; vt idem Conci-
lium Tridentinum declarat.
Obſeruandum eſt tamen,quod nihil fuit per Conci-
lium innouatum circa Canonicatus in eccleſiis
10 collegiatis , † vnde in eis remanebit firma diſpo-
ſitio iuris communis , prout ita declaratum fuiſſe
per Gregorium XIII.& congregationem eiuſdem
Concilij atteſtatur *Franc. Leon. in theſaur. for. ec-*
11 *cleſiaſt. cap.18. de collat.beneficior.numero 11.& 12.*
part.2.† In correctoriis enim non eſt licita exten-
ſio *Glo.in auth.quas actiones ,in verb excluduntur ,*
verſ. item an idem in ciuitate , & ibi Bart. num. 9
C.de ſacroſanct.eccleſ. Gloſ.in cap. indemnitatibus ,
§.cæterum in verb.confirmetur , in fin. de elect.in 6
cap.cui non ſacerdotali , 27.verſ.ſimiliter , de præb.
Quare in dictis canonicatibus collegiatæ eccle-
12 ſiæ non requiretur maior ætas , † quàm anno-
rum quatuordecim quæ in beneficiis ſimplici-
bus eſt limitata per Concilium *ſeſſ.23. cap.6. de*
reformat. & notat in ſpecie *Franc. Leon.d. cap.18*
numero 20.in fin.Gonzal.ad reg.8.gloſſ.5. in princip.
numero 6.
Quod tamen erit intelligendum , niſi per ſtatutum ,
ſeu conſuetudinem legitimè introductam , aut
fundationem contrarium non eſſet diſpoſitum ,
quod talis Canonicatus , ſeu dimidius portiona-
rius debeat habere ætatem viginti annorum com-
13 pletam ; † vel maiorem , nam tunc eſſet ſeruan-
dum ,quod in eis diſponitur *Abb.in c.cum in cun-*
ctis,§.inferiora,n.10. & 11. de elect. Rebuff. in prax.
beneſic.tit.de requiſ.ad bon.collat.n.35.& 34.Gonzal.
ad regul.8.gloſſ.5.in princip. num.97.poſt med. in 2.
edit.Franc.Leon.in theſaur.for. eccleſ.c.18. num.22
14 *p.2.*† vbi, quod quando Canonicatus in eccleſia
collegiata habet annexum ordinem ſacrum, tunc
requiritur illa ætas , quam idem ordo requirit ,
Ideò ſi collatio fieret minori de tali Canonicatu
eccleſiæ collegiatæ habente annexum ordinem ſa-
15 crum † erit nulla , quia tunc de eo iudicatur ſicut
de canonicatu,& dignitate in cathedrali *Put.dec.*
338.n.3.& 4.lib.1.
Notandum eſt etiam , quod Epiſcopus poterit diſ-
penſare cum illegitimo, vt poſſit obtinere Cano-
16 nicatum † in eccleſia collegiata *Rot. dec.1. n.15. &*
ibi Papazz.in addit.de fil. presbyter in nou. Gonzal.
ad reg.8.gloſ.5.in princ. n.98.& 99. vbi ampliat ad
obtinendam dimidiam portionem in cathedrali ,
in qua etiam Epiſcopus diſpenſabit cum illegiti-
17 mo,† cum talis dimidia portio ſit ex inferioribus
beneficiis eccleſiæ cathedralis *Pariſ.de reſign.lib.*
2.qu.1.num.116.& 117.Gomeſ.de expectatiu.num.98
iuxta dec.Rot.coram R.P.D.Aragone Ciuitaten.di-
midiæ portionis,28. Martij 1536. quæ eſt inter deciſ.
eiuſdem Aragon.34.
Addendum eſt etiam, quod ſi quis haberet maiorem
ordinem , vel ætatem , quam requirit præbenda ,
18 † ſeu beneficium , non propterea debet excludi ,
ſed magis erit admittendus , cum habens maio-
rem ordinem non recedat à minori , ſicut habens
maiorem ætatem non deſinit habere minorem
19 † *c.1.diſtinct.15.q.8.c.continebatur, de homicid. cap.*
degradatio,de pœnis,& notat in ſpecie *Geminian.in*
cap.ſi pro clericis pauperibus,8.col.1.in fin.verſ.quid
20 *de illo qui eſt maioris ordinis,num.5.de præb.in 6.* †
Quidquid *Archid.& Io.Monach.* aliter ſentiant ,
Cùm contra eos ſit verior opinio , vt teſtatur
Franc.in d.cap. ſi pro clericis pauperibus.8. num. 3
ad fin. vbi etiam notat ita in Rota deciſum,& ſe-
quitur *Gonzal.ad reg.8.gloſſ.5.in princip.numero 99*
poſt med.in ſecunda editione. licèt corruptè alleget
Gemin.in cap. eam cui. abſque titulo , cum non
inueniatur talis allegatio, niſi prout ſupra ad-
duxi , Ex iſtis ſequitur , quod circa ætatem requi-
ſitam ad Canonicatus ſunt ſeruanda , quæ ſu-
21 pra dicta ſunt omiſſis multis , † quæ ponunt
Doctores in huiuſmodi materia , de quibus la-
tè *Leobin. Dalerius de mandat. apoſtolic. numero*
3. tom.15. part.1. fol. 220. Roſſiniac.de beneſic.cap.2
numero 21.tom.15.part.2.fol.249.Mandoſ. ad regul.
18.quæſt. 1. cum ſeq. Theſaur.for. eccleſiaſt. cap.18
part.2.
Quo ad ſecundum , videbatur prima facie , quod
adſint multæ cauſæ , & quidem ſufficientes pro
22 obtinenda diſpenſatione, † vt poſſit mulier profi-
teri non expectato anno probationis , de quo in
Concilio *ſeſſ.25.cap.15.de regular.* Concurrit enim
ætas matura mulieris , quæ ſtetit in monaſterio
per decennium,& vltra, & experta eſt regulam ,
& illam obſeruauit, quamvis ſine habitu, & adeſt
eius conſenſus, & Monaſterij , quod vult illam
23 recipere ante annum probationis , qui annus †
eſt inductus ad fauorem profitentis , & monaſte-
rij, cui poterit tam per vnum , quàm per alterum
renunciari , tamquam permittatur renunciatio
iuris alicui competentis *cap.quod ob gratiam, de*
regul.iur.in 6.l.quod fauore,C. de legib. & in ſpecie
text.in c.ad apoſtolicam , de regul. vbi , quod licèt
non poſſit fieri profeſſio ante finem anni proba-
24 tionis , † ſi tamen fiat volente nouitio, & mona-
ſterio valebit *Nauarr. conſ.25. n.3. de regularibus*
lib.3. Et ſummus Pontifex aliquando diſpenſat ,
† vt

25 † vt possit quis profiteri non expectato anno, sed per sex menses ob causas similes supra narratas; provt fuerunt super hoc aliquando expeditæ litteræ Apostolicæ.

In casu tamen proposito obstabat, quod innocens 26 potest reconciliari, † & coniungi adultero, eique, remittere adulterium si velit, non solum expresse sed tacitè, ita vt per talem reconciliationem non amittatur dos, sed sublata sit omnis actio, nec liceat amplius ad accusationem redire Glo. *in l. cum mulier, in verb. approbauit, ff. solut. matr. & in c. plerumque, in verb. nec reconciliata.* vbi Innoc. *in prin.* Host. *n.1.* Anchar. *n.5.* Butr. *n.3. de donat. inter vir. & vxor.* Alber. *in l. consensu, n.9. C. de repud.* Vitalin. *in clem. in rubr. de adulter. n.6* Boer. *dec.358. nu.4.* Couarr. *de sponsalib. part.2. cap.7. §.6. n.7.* Sances *de matrim. disput.5. n.19. & disput.14. n.1. & 2.* cum aliis per Farin. *de delict. carn. qu.142. n. 68. vsque ad 73*

27 Vnde † si statim mulier profitetur, esset in præiudicium viri, nam forsan in hoc anno probationis poterit mutare propositum profitendi, & reconciliari ipsi viro, proyt dicimus de marito, vel vxore, qui si ingrediantur religionem ante matrimonium consummatum, debet remanens in sæculo expectare annum, antequam cum alio contrahat, 28 † nam si egrederetur, deberet exeuntem recipere, quamvis etiam cum alio contraxisset, & con-29 summasset, † cum ante ciuilem mortem, id est professionem, per quam quis moritur actibus carnalibus, vinculum non dissoluatur *cap. verum 2. & cap. ex parte il 2. quod est 14. de conuers. coniugator.* ita vt talis annus non possit abbreuiari, nisi à 30 Summo Pontifice, nam alij non possunt dispensare contra canones in fiendis, nisi eis expresse concedatur, vt in specie concludit Siluestr. *in summ. in verb. diuortium quæst.3. numero 6.* Quare similiter in hoc casu erit spectandus annus probationis, ad effectum videndi an pœniteat, & reconcilietur viro, cum adsit eadem ratio; & per consequens idem ius sit statuendum, *l. illud, ff. ad leg. aquil.*

Maximè, quia lex prohibens, ne fiat possessio ante talem ætatem videtur potius respicere vtilitatem 31 publicam quam partium, † vnde licèt anno probationis potuisset ante Concilium Tridentinum renunciari à partibus, quasi ante illud videretur consideratus fauor priuatus potius, quàm publicus, Tamen post dictum Concilium non videtur amplius, quod permittatur renunciatio legi prohibitiuæ disponenti, ne fiat professio ante certam ætatem, & ante annum, vt considerat Nauar. *cons. 32 25. n.1. ad med. de regularib. li.3.* † Quare cum per Concilium parificentur isti casus professionis factæ ante annum decimumsextum, & illius, quæ fit ante annum probationis, sequitur quod sicut non valet illa ætatis, etiam de consensu, nouitij, neque valebit altera, ita vt nec in vno, nec in alio casu 33 detur renunciatio, † tanquam æquiparatorum idem sit iudicium, *l. fi. ff. mandat. cap. licet ex quadam, de testib.* & in terminis concludit Nauarr. *cons.62. numero 5. de regul. lib.3.* licet aliter distinguat inter istas professiones idem Nauarr. *cons.25 n.4. eod. tit. de regular. lib.3.*

Circa tertium videtur concludendum deberi Canonico distributiones quotidianas, uedum fructus 34 sui beneficij, † cum ex serie facti appareat illum fuisse impeditum, & detentum iniustè, ne posset in sua ecclesia residere, & diuinis interesse, provt solitus erat, & stante vexatione notoriè iniusta illi per episcopum facta non potest considerari in eo aliqua negligentia in non residendo, cum pro sui defensione necesse fuerit ad Vrbem accedere, & recurrere ad superiores, à quibus reportauit sententiam fauorabilem, cum decreto manutentionis in sua antiqua possessione de facto ei ablata per Episcopum absque vlla causæ cognitione, quæ omnia sæpius fuerunt confirmata, ita vt magis appareat de suo bono iure; provt è contra de iniustitia, & nullitate eorum, quæ sunt gesta in partibus, adeò vt non solùm existat causa necessaria, & rationabilis se absentandi à sua ecclesia, sed etiam iustum impedimentum, quo detentus fuit in Vrbe pro defensione suorum iurium, ex quibus omnibus, & aliis in facto verificatis, resultat con-35 clusio communis, & vera, quod † licèt per sacrum Concilium Tridentinum *sess.24. c.12. ad fi.* prohibeantur Canonici percipere distributiones quotidianas, nisi interfuerint statis horis in ecclesia; Tamen ista dispositio recipit interpretationem à iure communi, vt non procedat in illis, qui vltra infirmitatem, & euidentem ecclesiæ vtilitatem impediuntur ex aliqua iusta, & rationabili necessitate corporali iuxta *cap. vnic. de cleric. non resident* 36 *in sexto.* † ex quo colligunt Doctores deberi distributiones quotidianas eis, qui vi detinentur, aut prohibentur ad ecclesiam accedere, aut exulant à Ciuitate, aut propter partialitates non audent in Ecclesia morari, vt sunt exules, vel similes, qui propter metum impediuntur accedere ad chorum, quem antea frequentabant Io. Andr. *in d. c. vnic. col.1. in verb. corporalis necessitas.* Anchar. *num.2.* Prob. ad Monach. *num.20. cum seq.* Gemin. *ibid. in §. quia vere num.5. & 6.* & Franc. *num.2. & 4* 37 *de cleric. non resid. in 6.* Præsertim quando tale impedimentum accidit absque culpa beneficiati *Abb. in cap.2. numero 3. de abitrar.* vbi Sapia. *in addit.* qui loquitur de exulante. Felin. *in cap. cum omnes, colum.13. numero 22. in fin. de constitut.* vbi de expulsis, & exulibus Idem Felin. *in cap. Apostolica;* 38 *num.12. de except.* vbi † de suspenso, vel excommunicato iniustè Calder. *cons.17. de preb.* vbi de expulso præsertim sine sua culpa Nauarr. *cons.11. de cleric. non resid. lib.3.* vbi de carcerato propter homicidium; & torturam passo, & postea absoluto Couarru. qui etiam in simili casu ita concludit, *lib.3. var. resolut. cap.9. num.8. vers. decimo, & vndecimo.*

Et facit, quia impeditus facto Iudicis non dicitur 39 morosus † Bart. *in l. non amplius, n.8. in fin. ff. rem rat. haber.* Felin. *in c. cum causam, num. 16. & 17. de testib.* Afflict. *dec 302. n.1.* vbi de possessione, quæ habetur pro capta ad fauorem iniustè impediti; 40 † Gonzal. *ad regul.8. in proœm. §.3. numero 41. & 42* Gomes. *de annal. quæst.14.* Caputaqu. *decis.108. n.6 part.2.* Et de intruso dante impedimentum executioni litterarum de capienda possessione ad fauo-41 rem prouisi apostolici; † qui etiam tenebitur ad distributiones quotidianas; quamvis nulla adsit protestatio *Rot. coram R. P. D. Orano Placentina fructuum, 5. Maij. 1584. & coram Card. Blanchetto: Compostellana liquidationis fructuum, 28. Iuny 1591* Put. *dec.385. num.5. & 6. lib.1.* Gonzal. *ad regul.8. in proœm. §.7. num.161. in fin. in 2. edit.* vbi quod hoc 42 procedit generaliter, † quando ex facto ipsius Capituli impeditur quis residere, & interesse, quo casu tenetur ad dictas distributiones, ne locuple-

tetur cum alterius iactura Pontan. *de spol.lib.4.n.27.ad fi.Rot.coram R.P.D. Corduba. Salamantina censurarum,1.Iunij 1594.& coram Card.Seraph. in eadem causa,28.Nouembr.1594.*Put.*dec.383.n.7.& 8.lib.2.*

Ideò verba illa, seu iusta, & rationabilis corporalis necessitas, de quibus *in c.vnic.de cleric.non resid.in*
43 *sexto.*† comprehendunt omne aliud iustum impedimentum, propter quod non potest quis adire ecclesiam, & suo muneri satisfacere, prout ante solitus erat, vel fecisset, si impedimentum non extaret, Nam mens Summi Pontificis *in d. cap. vnic.*
44 † est excludere ab istis distributionibus negligentes, vel contemnentes residere, non autem impo-
45 tentes, & impotentia dicitur, quando absentia non est voluntaria, sed ab aliquo facto causatur, ita vt non stet per beneficiarum quominus resideat, vt notant Gemin. Franc. & Prob. *in d. cap. vnic.Calder.cons.17.de prebend.*vbi etiam conside-
46 rat non solum vim de facto illatam, † sed etiam probabiliter præuisam, quæ excusat non residentem, cum etiam non debeat quis se exponere periculo personæ, vel bonorum Nauarr.*cons.11.de cleric.non resident.li.3.* Ideò non est priuandus di-
47 ctis distributionibus, † Cum etiam non debeat addi afflictio afflicto *c. cum percussio 7.q.1.*Iudicis autem arbitrio stabitur quale impedimentum sit
48 iustum † *Glos.in c.si quis iusto,de elect. Menoch.de arbitr. cas.118.n.3.Ioan.Andr.& Gemin.in c.de dol. & contumac.in sexto.*Bart.*& Alex.in l.2.ff. si quis cantion.Idem Alex. in l.quæsitum,de re iud.Rebuff. de excusat.n.50.tom.3.& in l.iusta 201.in verb.impedimentum,ff.de verb.signifi.*

Quibus adde Rot.*coram R. P. D. Coccino. Augustana canonicatus.7.Februarij* 1601.quæ est inter *dec. di-*
49 *uersor.168.p.4.* † vbi etiam in specie concluditur, quod expulsus à Capitulo, seu carceratus debet habere distributiones quotidianas à die carcerationis, seu expulsionis, non obstante, quod non inseruierit, cum fuerit probatum illum esse solitum inseruire, nam ad istum effectum sufficit talis probatio Felin. *in cap. Apostolica,n.12. de except.* Couarr.*lib.3.var.resolut.c.13.n.8.vers.sexto, & vers.*10 Put. *decis.383. lib.1. cum alijs supra allegatis, numero ....*

Ita vt neque hoc casu sit necessaria protestatio, quæ non requiritur pro dictis distributionibus perce-
50 ptis à Capitulo † Rot.per Put.*d.decis.383.lib.1. & coram Card.Blanchetto. Fauen. distributionum, 16 Ianuar.1577.& coram Card.Millino.Macerat.canonicatus,2.Maij 1594.& in dec.Firmana distributionum,26.Ianuar.1598.*quas omnes refert, & sequitur R. P. D. *Coccinus Augustana canonicatus 7*
51 *Februar.1601.inter dec.Rot.diuers.168.in fi.part.4.*† & faciunt quæ dixi *dec.March.34.n.19.& dec.129 n.9.* de non adhibenda protestatione super impedimento, cùm sufficiat de eo legitimè constare Caputaq.*dec.73.p.2.*

EPITOME.

Curiales, Mercatores, Scholares, & similes an comprehendantur in statuto loquente de habitatoribus. ¶ Et quando ab eis præsumatur contractum domicilium per cursum decennij. ¶ Habitator, & habitans quis propriè dicatur. ¶ Domicilium an possit retineri in pluribus locis. ¶ Et an illud sit extinctum per recessum, & recuperatum per reditum. ¶ Et an constituatur per filiumfamilias vbi voluerit. ¶ Statutum an valeat si admittat ad ciuilitatem eos qui venient ad habitandum, non autem illos qui inhabitant. ¶ Vxorem ducens in loco, in quo per decennium commoratus est, an dicatur ibi habitare.

SVMMARIVM.

1 *Statum admittens ad ciuilitatem solùm eos, qui veniunt ad habitandum, non autem illos, qui inhabitant, est validum, n.18.*
2 *Concessio ciuilitatis in vno casu expresso censetur in alio denegata.*
3 *Curialis quamvis habitet, non comprehenditur in statuto loquente de habitante. Idem in Scholaribus, Mercatoribus, & similibus.num.4.Intellige vt numero 5.10.& 11.*
6 *Domicilium præsumitur contractum per cursum decennij, etiam in mercatore, & scholari, numero 12.*
7 *Habitator, & habitans quis propriè dicatur, & quid in statutis, num.8.*
9 *Habitare accipitur pro ipso corporali actu.*
13 *Domicilium potest retineri in pluribus locis.*
14 *Filius potest constituere sibi domicilium vbi voluerit.*
15 *Vxorem ducens in loco, in quo per decennium commoratus est, dicitur ibi habitare.*
16 *Discedens à ciuitate perdit incolatum, quamvis de nouo veniat ad habitandum.*
17 *Habitans in aliquo loco, si discedat, non prohibetur iterum redire ad habitandum, & gaudebit immunitate, quæ solet concedi forensibus.*

CAPVT CXCII.

Admittit decretum, de quo agimus, solum ad ciuilitatem eos, qui voluerint venire ad habitandum in ciuitate, cum declaratione expressa,
1 quod illud intelligatur duntaxat pro illis, † qui ibi non habitant, dando formam, & apponendo qualitates requisitas pro huiusmodi ciuilitate consequenda, quod statutum est validum, cum potuerit per communitates fieri, & multò magis qualificari, prout sibi visum fuerit expedire, stante præsertim confirmatione superioris, vt in proposito nostro multis comprobat Surd. *cons.174.n.4 cum seq.lib.1.*post Bero.*cons.158.n.6.lib.3.*iuxta doctrinam Castr.*in l.nemo potest,in fi.ff.de leg.1.*Becc. *cons.101.n.27.lib.1.*

Quo stante non sunt admittendi illi, qui in dicta ciuitate habitant, tanquam decretum concedens
2 vtilitatem in vno casu expresso, † censeatur in alio denegare *l.statuliberum,§.si Stichum,de legat.2* Roland.*consil. 61. numero 11.libro* 3. Surd. *decis.* 135 *numero* 11.

Neque obstat, quod sumus in Curiali, qui licèt habitet in ciuitate, tamen non comprehenditur sub
3 decreto, † quod debet intelligi de habitatore propriè, & verè, non de Curiali, qui non habet animum perpetuò permanendi in loco, quamvis habitet cum familia, & per multos annos, ideo non potest dici propriè habitator Paris. *consil.55*
4 *num.89.lib.3.*† Exemplo scholarium, litigantium, mercatorum, & similium, qui non dicuntur habitare animo perseuerandi, sed recedendi Alexand. Salic.& alij *in l.cum filius,ff.si cert. per.*Mand. *ad*

Rom.

*Roman.consi.*264.Honded.*cons.*5 *n.*12.*cum seq.lib.*2
Rot.coram Card. Millino Romana cambiorum, 4 *De-*
5 *cemb.*1592. † Quia prædicta procedunt, quando
constat, quod non adest animus contrahendi do-
micilium secus quando de eo appareret vt in casu
nostro, in quo adest contraria præsumptio pro-
pter emptiones stabilium, traductionem vxoris,
& constructionem capellæ, & sepulchri, cum aliis
adductis in facto, ex quibus iuncta habitatione
decennali, nedum tricennali dicitur elisa contra-
ria presumptio, & debet intelligi, quod fuerit verè
contractum domicilium Abb. *in procem. decret.* §.
Gregor. *n.*18. & ibi Butr. *n.*33. & sequitur Felin. *in*
c.dilectus filius il 2.*quod est* 26.*col.*9.*ad med.num.*12
vers.secundo limita, *de rescript.* qui loquuntur de
scholaribus, & similibus, qui solent habere ani-
mum recedendi, Menoc. *de arbitr.cas.*86. *n.*22. &
6 27.*fol.*113. Mascard. *concl.*534.*n.*14.*p.*1.*fol.*342. † Im-
mo in dubio per cursum decennij præsumitur
semper contractum domicilium, siue simus in
mercatore, siue scholari, siue alio quocunque, qui
in loco versatur ob aliquam negotiationem, &
causam, vt latè concludit Roland. *cons.*59. *n.*51. &
52.*lib.*3. Cephal. qui de communi *cons.*246.*num.*25
*seq.lib.*2. post Aug. *in l.lex Cornelia*, §.*domum. ff. de*
iniur. & *in l.hares absens, ff. de iudic.* Bero. *cons.*60.
*num.*23.*lib.*2. Ludon. *decis. Perus.*77.*num.*14.*part.*2.
Alciat. *cons.*719.*Paris.cons.*12.*nu.*13. & 20. *cum seq.*
*lib.*3.

Immo etiam dicendum est decretum debere intelli-
gi de omnibus quocumque modo habitantibus,
7 non enim † loquitur de habitatoribus, qui pro-
priè dicuntur quando contraxerunt domicilium;
sed de habitantibus, in quibus non requiritur ista
qualitas domicilij Affl. *super constitut. reg. lib.* 3
*rubr.*6. *de reuocand. transeuntib. ad alien. habitation.*
*n.*6.*post Neapodan. in vlt. consuetud. citat. Neapolit.*
in verb. habitatoribus, per text. in l. est differentia 9
ff. quid mod. pign. tacit. contrah. quod etiam voluit
Cassan. *super consuet.* Burgund. *rub.*12.§.5.*in verb.*
*habitans, num.*11.*ad med. fol.*1463. Vrsill. *in addit.* ad
Afflict. *dec.*384.*n.*6.

Amplius, quamvis decretum loqueretur de habita-
tore, Tamen etiam in statutis ille propriè dicitur
8 habitator, † qui habitat cum sua familia, & facit
ibi focum cum aliis, quæ solent facere habitato-
res. Bal. in specie statuti *cons.*198.*incip. statutum ci-*
*uitatis tergesti, ad med. vers. item est sciendum, num.*3
1. Rebuf. *in l. in lege censoria* 203.§.*igitur quæri so-*
let, ad fin. vers. habitator in[illegible] *ff. de verbor. signific.*
Vrsill. ad Affl. *dec.*384.*n.*6. Grammat. *dec.*87.*nume-*
ro 4. Cum etiam habitare propriè accipiatur pro
9 ipso corporali † actu, provt etiam in statutis, &
stipulationibus ita accipi notat Bald. *cons.*234.*de-*
*cretum, col.*1.*vers. tertio modo, & vers. si verò suma-*
*tur, lib.*1. & concludit etiam Menoc. *præsump.*42.*n.*
2.*lib.*6. vbi, quod dicitur habitare scholaris, & si-
milis, qui ex aliqua causa in loco commoratur.

Neque obstat Paris. *cons.*53.*n.*89.*lib.*3. Quia loquitur
10 quando constat, † quod Curialis non habebat ani-
mum contrahendi domicilium, & quando agere-
tur ad effectum, vt quis habeatur pro ciue, tunc
enim non potest dici, quod sit talis cum deficiat
animus ibi commorandi Bart. *in l.lex Cornelia*, §.
si tamen, ff. de iniurijs. Aliud, quando sumus in du-
bio, vel quando apparent coniecturæ; per quas
potest considerari aliqua voluntas contrahendi
domicilium, provt supra dictum est illas adesse in
11 casu nostro, † tunc enim ex eis, iuncta decennali
habitatione, verius est, vt censeatur contractum
domicilium Roland. *cons.*59. *n.*51. & 52. *lib.*3. *cum*
aliis supra in addictis. & ita se declarat Paris. *dict.*
*cons.*53.*n.*91.*lib.*3. & si aliter loqueretur, non esset
ei deferendum, cum expressè contrarium teneat
*idem Paris. cons.*12.*n.*20. & 21.*lib.*3. vbi loquitur de
istis personis, qui morantur in aliquo loco occa-
12 sione studij, seu † mercaturæ, vel similis rei, qui
post decennium præsumuntur contraxisse do-
micilium iuxta doctrinam Felin. *in cap. dilectus fi-*
lius, il 2.*n.*12. *de rescript.* Tiraqu. *de retract. lignag.*
13 §.9.*gloss.*2.*n.*30.*per l.*2.*C. de incol. lib.*10. † Ita vt non
repugnet, quod quis habeat domicilium in alio
loco, cum ex hoc non possit dici, quod alibi non
habitet, cum plura domicilia passim ab vno teri-
teantur *l.assumptio*, §.*iuris prudentibus, ad munici-*
*pal. cap.*2.*de sepultur.* Dec. *consil.*282. & *diligenter,*
numero 11.*colum.*9.*ante fin.* Socin. *cons.*35. *numero* 6.
in fin. lib. 2. Tiraquell. *dict.* §. 9. *gloss.*2. *numero* 2
Menoc. *præsumpt.*42.*lib.*6. Adeò vt neque sit con-
14 siderandum, quod dicitur de domicilio patris, †
quia filius potest sua voluntate illud sibi consti-
tuere vbi voluerit *l.placet* 3.*cum l.seq. ff. ad muni-*
cipal.

Non obstat *Rot.dec.*105.*part.*2. Quia contrarium ibi
statuitur *num.*4. & 5. videlicet, quod vxorem du-
15 cens in loco, † in quo per decennium commo-
ratus est, & illam alibi non transferens, dicitur ha-
bitare, iuxta Dec. *cons.*282. *num.*11. Alciat. *consil.*
719.*num.*5. Menoch. *de arbir. c.*86. *numero* 28. Et
quamvis sola traductio vxoris non ostendat ani-
mum contrahendi domicilium Abb. *cons.*109.*in fi.*
*lib.*2. Tamen loquitur quando aderant coniectu-
ræ ex quibus colligebatur nolle ibi eum stare,
vt per *Abb. ibid.* quem sequitur Ias. *cons.*77.*col.*2
*lib.*2.

Nec facit, quod posset quis libere discedere è ciuita-
te, in qua prius habitabat, & postea iterum redire
ad habitandum in eadem ciuitate, propter quem
reditum gaudebit priuilegio decreti, ideò vt cir-
cuitus euitetur, breui manu est concedenda ciui-
16 litas, † Quia si de nouo quis reuertitur ad habi-
tandum non consideratur amplius primus inco-
latus, qui per discessum est in totum extinctus
*Alexand. cons.*34.*numero* 5.*libro* 5. Vnde redeundo
sunt adimplenda omnia in decreto contenta;
provt volens illo vti debet facere Bart. *in l.* 1. §.
quod autem, ff. ne quid in flum. public. Surd. *consil.*45
*num.*14.*lib.*1.

Nec obstat Alex. *cons.*34.*lib.*5. Quia solum conclu-
17 dit, quod si habitans in aliquo loco discessit, non †
prohibetur iterum redire ad habitandum, & si re-
deat gaudebit immunitate, quæ solet concedi fo-
rensibus, cum ille habeatur pro tali, ex quo rece-
dendo transtulit se in aliud domicilium, per quod
fuit extinctus primus incolatus. In casu autem no-
stro hoc non negatur, sed solum dicitur, quod de-
bent seruari qualitates in decreto requisitæ Natt.
*cons.*474.*num.*31. Et quamvis videatur ex aduerso
duta talis dispositio, vt admittantur noui habita-
tores remotis antiquis. Tamen non est sine ra-
18 tione, vt magis amplietur ciuitas, & satis est Com-
munitati, † quod potuerit ita disponere, cum li-
centia, & confirmatione superioris, ita vt non
sit redarguenda in his, quæ ei licitè permittuntur,
ideò valebit statutum, & erit obseruandum, vt in
specie Surd. qui alios allegat *consil.* 174. *n.*4.*lib.*2.

EPITOME.

Fideiubens an dicatur promittere solutionem, & obligationem alterius in se suscipere. ¶ Iuramentum, & obligatio cameralis an tollat excussionem. ¶ Variatio quando sit permissa, vt de via ordinaria recurratur ad executiuam. ¶ Probans solutionem per confessionem an possit repetere. ¶ Executio quando iterum fiat. ¶ Cassatio, seu lineatio Instrumenti quando obstet. ¶ Et quo casu censeatur apposita in signum remissionis, & reportationis. ¶ Et quando possit extendi. ¶ Instrumentum repertum cassum penes debitorem, seu creditorem, seu tertium, an inducat liberationem. ¶ Stante statuto, quod solutio debiti non probetur nisi per instrumentum, an valeat probatio, si illud exhibeatur cancellatum debitori traditum.

SVMMARIVM.

1 *Verba, Solemniter fideiussit, significant idem ac si promissum fuisset suscipere periculum soluendi, & num. 3.*

2 *Fideiubere accipitur pro obligare fidem suam pro alio, & in se obligationem recipere.*

4 *Probans solutionem siue realiter, siue per confessionem potest recipere à fideiussore.*

5 *Excussio non requiritur in obligatione camerali, & guarantigia.*

6 *Iuramentum tollit excussionem.*

7 *Variatio permittitur stante obligatione camerali. Intellige vt n. 8.*

6 *Executio potest iterum fieri, si per primam non est plene satisfactum creditori. Declara vt n. 10.*

11 *Cassatio, seu lineatura in instrumento quando non obstet, sed potius censeatur apposita in signum remissionis, seu reportationis in manuali, & quo casu possit extendi, n. 12.*

12 *Cancellatio non praeiudicat, nec parit liberationem, quamvis notarius attestetur illam fuisse factam de consensu partium, si non adsunt testes cum alys solemnitatibus, n. 14. & 15.*

16 *Cancellatio nihil operatur si fiat per non habentem auctoritatem.*

17 *Instrumentum repertum cancellatum penes debitorem, seu creditorem, seu tertium, quando inducat liberationem, & de effectu talis cancellationis, num. 18.*

19 *Stante statuto, quod solutio debiti non possit probari, nisi per instrumentum, valebit probatio, si illud exhibeatur cancellatum debitori traditum.*

20 *Lex probat ad fauorem eius, pro quo stat praesumptio.*

CAPVT DXCIII.

SVnt soluendi fructus census, de quo agimus, per Octauium, etenim constat illum se obligasse ad fauorem Horatij, pro illorum solutione, dum in instrumento dixit, Octauius autem pro solutione eiusdem census eidem Horatio solem-
1 niter fideiussit, † quae verba idem important ac si suscepisset in se periculum soluendi dictos census per tex. notabilem *in l. 1. in prin. vers. parui enim refert, ff. de magistrat. conueniend. l. 1. in pr. C. si mat. pupil. indem. n. promis.* Alber. *in verb. periculum.* Iacob. Spiegel. *in verb. fide sua iubere. in pr.* quasi fideiube-
2 re † idem sit, quod fidem suam pro alio obligare, & in fidem suam recipere obligationem, quam promittit *l. Aurelius, §. legatam. ff. de liber. leg. l. bona fide, in fi. ff. ad Senatusc. Vellei.* [illegible] *in verb.*
3 *fideiubere, in prin.* † Cum etiam idem importet fideiubere quod soluere Bald. *in l. 1. vlt. ad fin. C. ad leg. falc. Hieron. Lauren. dec. Auenion. 5. n. 1. Henriq. de fideiussor. c. 15. n. 59.*

Cum igitur constet de solutione fructuum census facta per Horatium, meritò potuit per eundem agi contra Octauium, vt eosdem fructus per eum solutos sibi restituat stante fideiussione per ipsum praestita, & periculo suscepto de soluendis dictis fructibus, vt dictum est, cum etiam reportauerit
4 cessionem à Vincentio principali creditore, † & probauerit solutionem à se factam, siue realiter, siue per confessionem, cum vnum vel alterum sufficiat, vt possit repetere à principali debitore Alex. *cons. 90. col. 2. ad med. vers. veritas tamen est, lib. 3.* post Bart. *cons. 160. Titius promisit, n. 1. li. 1.* Cast. *in l. si duobus, §. 1. de iur. iur. & in l. qui debitorem, de fideiussor. & cons. 64. quaeritur vtrum fideiussori, lib. 1.* Afflict. *dec. 91. n. 3. & dec. 94. n. 3.* Tiraqu. *de retract. lignag. gloss. 18. §. 1. n. 84.* Cepol. *cons. 12.* Dec. *in l. 2. §. vlt. n. 14. ff. si certum petatur, & cons. 493. viso tenore, col. 1. post medium, versic. & quod confessio, n. 6. & in Addit. in verb. quaeritur.*

Non obstat exceptio discussionis non factae contra
5 principales debitores, † Quia stante obligatione camerali, & instrumento guarantigiae non est necessaria excussio Socin. *cons. 24. in fin. lib. 1.* Negus. *de pignorib. part. 5. memb. 1. n. 32.* Cephal. *cons. 459. n.*
6 24. *lib. 3.* Vltra iuramentum, † quod tollit omnem excussionem Bald. *in cap. ex rescripto, de iur. iur.* Natt. *cons. 426. num. 22.* cum alijs per Seraph. qui de communi, & ibi latè Addentes *priuileg. iuram.* 88. *n. 1. & 5.*

Nec facit praetensa possessio, quae dicitur capta per Horatium super bonis Camilli principalis debitoris pro recuperatione fructuum dicti census per eum solutorum, Quia non ex hoc probatur satisfactio de suo credito, cum non appareat an fuerit ex primo, vel secundo decreto, quod erat praecisè probandum per Aduersarium, Maximè,
7 quia fuit renunciatum praedictae executioni, † & variatum, quod potuit per Horatium fieri, stante obligatione camerali Bart. *in l. consentaneum, nu. 17 C. quomod. & quand. iud. Paris. cons. 102. n. 3. li. 3. Gal-*
8 *les. de oblig. camer. partic. 3. q. 2. num. 2.* † Quidquid aliud sit, quando praetenderetur variatio de via ordinaria in executiuam, quae tunc non liceret *Caesar. de Grass. dec. 2. n. 2. de sent. excom. Rot. coram R. P. D. Litta* Romana *pecuniaria, 28. Iunij* 1595. *Gonzal. ad regul. 8. gloss. 6. num.* 192. Intelligendo dummodo reus in iudicio attentato non fuisset contumax, quia tunc daretur variatio agendo executiuè, vel dummodo non reficiantur expensae, & in aliis casibus relatis per *Siluest. Zacch. in suis resolution. de oblig. cameral. positis post Galles. eod. tit. qu. 11 n. 10. cum seq.* vbi adducuntur multae decisiones in hac materia, Cum etiam debeat constare, quod sit actualiter, & plene creditori satisfactum, & plenarie illi consultum per executionem factam,
9 seu per viam vnam electam, † cum hoc non probato, non impediretur aliud remedium, quasi non sufficiat possessio capta ad hunc effectum Ias. *in l. 2. in princ. n. 23. ff. si quis ius dicent. non obtemp.* Bald. *in l. qui legati 5. in pr. C. vt in possess. legator.* Alex. ad Bart. *in l. nemo carceres, n. 16. C. de exactorib. tribut.* Ideo requiritur secundùm Doctores, quòd pigno-

ra hac

ra sint data in solutum ad hoc, vt non possit variari *Paris. ad Bart. in l. consentaneum, n. 17. in verb. possit redire, in princ. Cod. quomod. & quand. iud.* per doctrinam Bal. *in leg. qui rem emere, in 1. lectur. in princ. ff. de rei vendic.*

Nec releuat obiectum de linea existente in prima fa-
10 cie instrumenti, Quia talis lineatura † fuit apposita in signum remissionis, quando notarius registrauit dictum instrumentum in prothocollo, licèt non perfecerit morte præuentus, & deficiant aliqua verba instrumenti registrati, *Caputaq. decis. 102. part. 2.* vbi fuit conclusum, quod instrumentum mandati descriptum in broliardo, & cassa-
11 tum † vna cum linea, provt cassantur omnia acta in manuali, si non reperitur reportatum in manuali, vel registratum in registro, præsumitur per
12 errorem omissum à notario, & poterit † quandocumque extendi, quia habet testes, & positum est inter alia acta publica, nec aliquid facit illa cassatura, cum demonstret illud instrumentum esse reportatum in manuali, provt in libris mercatorum, quando vna partita cassa reportatur in alio libro, Cum etiam non appareat talem lineaturam, seu cancellationem fuisse factam de consensu par-
13 tium, † ideo non præiudicat, tanquam potuerit esse per accidens, non propter destructionem substantiæ contentæ in instrumento, *Angel. consi. 346. col. 2. Castr. in le. 1. §. sed consulto, in fin. n. 6. vers. vltimo quaro ff. de his qua in testam. delent. cum alus per Ias. in leg. si vnus, col. vltim. in princ. vers. limita doctrinam, n. 9. C. de testam. Bald. in l. ea quæ, C. com-*
14 *mination. vel epistol.* † Vnde si in rogatione notarij scriptum sit de manu ipsius Cassum, & cancellatum de voluntate partium, talis cancellatio non obest, quia non habet sua solemnia, scilicet testes, diem & consulem, *Alexand. cons. 59. num. 5. col. 2. ad med. vers. & quod dicta scriptura fidem non facit, & n. 12. col. vlt. in princ. vers. præterea dato, lib. 2. Menoch. præsumpt. 141. nu. 19. lib. 3.* vbi, quod per istam cancellationem non censetur debitor liberatus,
15 † cum non habeat solemnia à lege requisita, neque adsit consensus creditoris Bald. *in l. 2. §. 1. num. 1. ff. de pact. & consi. 305. in quodam, vers. aût apparet facta per tertium. lib. 4.* Cancellatio enim facta per
16 non habentem auctoritatem nihil operatur, † *l. si chirographum, ff. de probationib. lege inductus, Codice de solutionib. l. postquam & leg. labeo, ff. de pact. Menoch. de arbitrar. libro 1. qu. 90. numero 24. post Bald. in lege scriniarios, vers. item sciat, C. de milit. testam.*

Quæ autem opponuntur, non procedunt in casu nostro, cum habeant locum, quando instrumentum reperiretur cancellatum apud ipsum credito-
17 rem, † seu penes debitorem, tunc enim præsumitur liberatus debitor, dummodo non sit domesticus creditoris, nec alia de causa suspectus, quatenus tamen probetur instrumentum sic cancellatum fuisse sibi à creditore traditum, *Menoch. præsumpt. 141. numero 7. & 8. libro 3. post Abb. in c. ecclesia, el secundo, numero 17. vt lit. pendent.* Bald. *in lege vnic. § ille autem, n. 1. Cod. de latin. libert. tollend. Aym. cons. 500. nume. 12. Mascard. conclus. 476. numero 5.*

Et quidem ista præsumptio liberationis oriens ex cancellatione in casibus prædictis est magni effe-
18 ctus, † nam stante statuto, quod solutio debiti non possit probari, nisi per instrumentum publicum, valebit tamen probatio, si exhibeatur in-
19 strumentum cancellatum debitori † traditum Bal. *in l. euacuatis, in fin. C. de decurionib. lib. 1. Ioan. Plat. in l. quicunque, n. 3. Cod. de apoch. public. lib. 10 per text. in leg. si chirographum, de probation.* Et ista opinio est verior, quidquid dissentiat *Ias. in l. 2. n. 2. ff. de pact.* vt testatur *Menoch. præsumpt. 141. n. 20. & 21.* Cum lex ipsa probet ad fauorem eius, pro
20 quo stat præsumptio, † vnde sufficit debitori allegare præsumptionem ipsam, quæ per legem habetur pro vera, & legitima probatione, *l. si adulterium cum incestu, §. idem pollion, ff. de adult. Menoch. præsumpt. 48. lib. 1. & præsumpt. 36. n. 3. eod. lib.* Et ita ex prædictis & similibus rationibus, quod debeantur fructus census fuit decisum per *Rot. coram R. P. D. Verospio in hac causa Asculana fideiussionis, 21. Maij 1614.*

EPITOME.

Prohibitio alienationis legitimæ an valeat si fiat ad tempus, & in perpetuum. ¶ Et quid si contineat commodum filij, vel vocatorum in fideicommisso. ¶ Verba, *vendere, & alienare* simul posita an operentur, vt sicut vendere intelligitur de actu inter viuos, ita etiam alienare de eodem actu intelligatur, non autem de vltima voluntate. Prohibitio alienandi an trahatur ad institutionem hæredis. ¶ Priuilegium legitimæ, vt in ea nullum onus apponatur, an transeat sine onere ad hæredes extraneos, & ad fiscum si filius in vita non declarauerit, vt illud reiiciatur. ¶ Et quando petitio, seu declaratio sit necessaria, vt legitima transmittatur. ¶ Legitima an sit semis stante numero quinque filiorum, quamvis adsint fœminæ per statutum exclusæ.

SVMMARIVM.

1 *Nepos debet institui ab Auo in legitima.*
2 *Prohibitio alienationis legitimæ ad tempus, & certam ætatem valet, secus si est perpetua & simplex.*
3 *Legitima alienatio non potest prohiberi ad fauorem vocatorum in fideicommisso.*
4 *Prohibitus alienare non prohibetur hæredem instituere. Declara vt n. 5.*
6 *Prohibitio facta lato sumpto vocabulo alienationis, intelligitur respectu obligationis & hypotheca.*
7 *Verba, vendere, & alienare simul posita faciunt vt sicut vendere significat actum inter viuos, ita etiam alienare de eodem actu intelligatur, non de vltima voluntate.*
8 *Prohibitio facta filio, vt prouideatur eius imbecillitati circa administrationem rerum suarum non extenditur ad actum testandi.*
9 *Verba, administrare, referuntur ad actũ inter viuos.*
10 *Filius potest alienare suam legitimam, non obstante, quod illius alienatio sit prohibita ad commodum ipsius.*
11 *Priuilegium legitimæ, vt in ea nullum onus possit apponi an transeat ad hæredes extraneos, & ad fiscum, si filius in vita non reclamauit, vt illud reiiceretur. n. 12. & 15.*
13 *Fiscus non est propriè hæres, sed dicitur hæres anomalus, & succedit filio inuito.*
14 *Prouisio quod fiscus non succedat filio, est fauorabilis.*
16 *Petitio, seu declaratio an requiratur, vt filius transmittat legitimam in hæredes. n. 17.*
18 *Filius instituendo hæredem dicitur agnouisse legitimam, & de ea disposuisse.*

19 *Qui vult consequens, censetur velle necessarium antecedens.*

20 *Voluntas probatur factis, & verbis, immo magis factis.*

21 *Legitima est semis stante num. quinque filiorum, seu nepotum, quamvis adsint fœmina exclusa per statutum, quæ faciunt partem ad commodum filiorum, numero 22.*

CAPVT DXCIV.

QVo ad primam partem dubij, de quo in causa Romana legitimæ, concludendum est affirmatiuè, quod legitima debeatur, cum vltra dispositionem Aui, qui illam reliquit nepoti, adsit
1 etiam dispositio legis, † quæ mandat nepotem ex
filio esse instituendum in legitima, quando, prout
in casu nostro, retinet primum locum §. *illo. auth. de trien. & semiss. Petr. de fideicommiss. q. 15. numero 14.*

Neque obstat prohibitio alienandi dictam legitimam per Auum facta nepoti tanquam minus industrioso pro ipsius commodo, & fauore, quo ca-
2 su talis dispositio videtur subsistere, † Quia cum
sit prohibitio simplex & perpetua non valet, nam solum illa permittitur quando esset ad tempus, & ad certam ætatem, quasi tunc non solum dicatur continere prouisionem filij, non quando esset perpetua, tunc enim continet grauamen Rip. *in l. filiusfamilias, §. diui, n. 28. ff. de legat. 1.* Roland. *cons. 31. n. 30. lib 1. & cons. 98. n. 25. lib. 2. Gabr. cons. 90. n. 9. lib. 2. Boer. decis. 87. n. 4. Peregrin. de fideicommiss. art. 36. n. 67. Benedict. in cap. raimutius, in verb. reliquis, n. 32. de testam. Albens. consi. 7. n. 21. Natt. consi. 528. n. 1. cum aliis per Surd. cons. 394. num. 6. lib. 3. Cephal. consi. 261. n. 29. in fin. lib. 2. Durand. de art. testand. tit. 8. cautel. 2. n. 4. Menoch. cons. 57. n. 15. ad med.*

Maximè, quia per testatorem prohibetur nepoti alienatio ad fauorem & vtilitatem eorum, qui vo-
3 cantur ad fideicommissum, † tunc enim talis pro-
hibitio nò valet, cum sequeretur absurdum, quod filio alienante in portione legitimæ alienata, vocaretur ille, cuius fauore esset facta prohibitio, quod tamen esse non debet, cum filius non possit grauari in legitima per fideicommissum, *cap. raynutius, & cap. rainaldus, de testam. l. heredi, §. cum filia, de vulgar. & pupill.* & In proposito nostro ita firmat Aret. *consi. 19. n. 3. & 4. Gabr. consi. 90. n. 9. ad fin. lib. 2.*

Præterea neque potest dici contrauentum præcepto testatoris, cum nulla secuta fuerit alienatio. Nam
4 † solùm nepos prohibitus alienare fecit testamen-
tum instituendo hæredem, per quam institutionem non potest dici, quod aliquid alienauerit, quasi prohibita alienatione veniat solùm illa, quę fit inter viuos, secus autem per vltimam voluntatem quæ dicitur legalis, & à lege permissa, & non comprehenditur in prohibitione, quæ tantum refertur ad alienationem hominis, *leg. cum pater, §. cum illo. de legat. 2. Ruin. consi. 89. n. 27. libro 2. vbi n. 37.* ampliat, quamvis adsit geminatio prohibitionis alienationis, Becc. *consi. 26. num. 3. post med. Menoch. consi. 95. n. 19. Paris. consi. 71. n. 28. lib. 1. Couarr. in cap. rainaldus, n. 5. de testam. Surd. decis. 124. n. 8.*

Quod clarius procedit, quia prohibitio alienationis
5 concernit solùm personam alienantis, † & facta
est tantum ad illius fauorem, neque respicit rem, quod videlicet illa prohibeatur alienari, vnde cum non sit realis, sed personalis, censetur tantummodo prohibita alienatio hominis, non legis, & sic sub tali prohibitione non veniet institutio hæredis, *Ruin. consi. 89. n. 27. ad med. vers. & in casu nostro istud, lib. 2. iuxta cons. Anchar. 381. in themate, col. 1. vers. de lucro autem:* Becc. *cons. 26. num. 4. versic. secundo dico:* Castr. *cons. 60. numero 1. lib. 2. Curt. Iun. consil. 225. numero 43. Surd. decis. 124. numero 20.*

Nec oberit, quod prohibitio sit facta etiam lato
6 sumpto vocabulo alienationis, † quo casu veniet
etiam institutio hæredis, Dec. *cons. 23. n. 4.* Quia talis clausula etiam lato sumpto vocabulo intelligitur respectu obligationis, & hypothecæ, Gloss. *in l. fin. in verb. vel hypothecam, Cod. de reb. alien. non alien. Neguf. de pignorib. p. 2. memb. 2. n. 31. Rot. diuers. decis. 425. n. 8. p. 1.*

Cum etiam testator non prohibuerit simpliciter alienationem lato sumpto vocabulo, sed dixerit
7 quod nepos non possit vendere, † nec alienare
etiam lato sumpto vocabulo, quo casu ista verba, quamvis generalia restringuntur à verbo præcedenti, vendere, quod sicut intelligitur de actu inter viuos, ita etiam facit, vt sequens verbum, alienare, de eodem actu intelligatur non autem de vltima voluntate tanquam diuersi generis, Dec. *consil. 495. n. 18. vers. item illud: Socin. consi. 13. n. 8. libro 3* Cephal. *consil. 394. n. 39. li. 3. Ruin. consi. 7. n. 10. in fin. lib. 2. Osasc. decis. 50. n. 10. Rimin. Iun. consil. 394. n. 85 lib. 4. Surd. decis. 124. n. 9. & 10. & consil. 77. n. 24. vsque ad 28. lib. 1. Honded. consil. 13. n. 12. cum seq. libro secundo.*

Accedat, quod prohibitio fuit facta ad commodum nepotis, vt prouideatur ipsius imbecillitati circa administrationem rerum suarum, vnde quamvis
8 etiam adessent verba generalia, † tamen debeat re-
stringi ad casum administrationis, non autem ad actum testandi, & ad institutionem hæredis, Bald. *consil. 83. ad fin. lib. 2. & in ea lege, num. 12. & ibi Salic. num. 17. C. de condict. ob caus. Alexand. consil. 155. n. 7. libro 2. Surd. consil. 394. n. 15. libro 3. Cott. in me-*
9 *morab. in verb. filius grauatus à patre, in fin.* † Cum
etiam verba, administrare, respiciant actus inter viuos, Rebuff. *in l. in lege censoria 203. in fin. de verbor. significat.*

Et quidquid sit, per talem prohibitionem an censeatur prohibita institutio hæredis, necne, semper ad idem res reducitur, quod istud grauamen tanquam
10 perpetuum reiicitur, vt dictum est, ita vt † possit
filius illo non obstante alienare, quamvis prætendatur esse ad commodum ipsius, cum filius possit illi renunciare, & impune alienare, Bald. *in l. si pater, oppos. 3. in fin. C. de instit. & subst.* Aret. *consi. 19. num. 5. Socin. Iun. consil. 87. nume. 6. lib. 3. Ias. in l. filius matrem, n. 2. C. de inoffic. testam. Surd. cons. 77. num. 39. lib. 1.*

Nec facit quod testator non reclamauerit in vita, vt huiusmodi onus sibi in legitima appositum reiiceretur, Vnde non poterit modò eius hæres hoc
11 allegare, † cum sit priuilegium personale soli filio
concessum, quod non transit in alium, Gloss. *in l. scimus, in princip. in verb. ipso iure, Cod. de inoffic. testam. Socin. consil. 116. n. 19. in fin. vol. 1. Cacch. de legitim. tit. legitim. null. grauam. admitt. num. 21. cum seq. Surd. consil. 412. nu. 47. & 48. lib. 3. & consi. 570. n. 6. cum seq. lib. 4. dixi in addit. ad decis. Marc. 4.* Nam contrarium est verius, & magis communiter rece-
12 ptum, quod ius petendi, & detrahendi legitimam,

† ita

12 † seu illius supplementum, reiecto onere apposi-
to, transferatur etiam ad extraneos, si enim requi-
reretur petitio, daretur grauamen, quod tamen
non admittitur Salic. *in l. scimus, in princ. n. 4. C. de
inoffi. testam. Angel. cons. 287. factum super quo, num. 3
vers. quinto præmitto.* Bart. *cons. 34. in pr. li. 2. Alex.
cons. 55. n. 5. vers. tamen his non obstantibus, li. 2. Dec.
cons. 81. num. 1. vers. nam legitima, & cons. 217. num. 4
Roland. cons. 78. n. 6. lib. 1. Gomes. de testam. c. 11. n. 23
vers. ex quibus infertur. Paris.* qui de communi
*cons. 30. n. 8. & cons. 55. n. 5. lib. 3. & cons. 9. num. 8. &
cons. 47. num. 6. lib. 2. Natt. cons. 199. n. 5. Ludou. dec.
Lucens. 28. n. 27. & seq. Port. Imol. cons. 9. num. 8. &
cons. 38. n. 5. Dec. cons. 18. num. 22. lib. 2. Aldobrand.
cons. 31. n. 33. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 50. n. 87. Gabr. de
legitim. conclus. 1. n. 16. Clar. in 6. testamentum, qu. 72.
circa primum: late Cardin. Mantic. de coniect. vl-
tim. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 10. Menoch. cons. 77. nu-
mero 8. lib. & consil. 681. num. 9. lib. 7. & consil. 1017
num. 23. lib. 11. & cons. 1268. num. 17. lib. 13. Honded.
cons. 63. num. 107. & 110. lib. 1.* & sequitur *Rot. coram
R. P. D. Pamphilio. Forolimen. fideicommissi, 2
Maij* 1611.

Et Doctores contrarium tenentes loquuntur in fis-
co, qui non est propriè hæres, sed dicitur hæres
13 anomalus, & succedit filio inuito, *Cucchus de le-
gitim. tit. legit. null. grauam. admitt. n. 21. Surd. consil.
570. in fin.* Maximè, quia prohibitio, quod legitima
non transeat in fiscum ex delicto nullum continet
grauamen, sed tantum prouisionem ipsi filio fa-
uorabilem, est enim vtile filio vt fiscus non suc-
14 cedat, † ac etiam fauorabile, quia vbi post deli-
ctum restitueretur, recuperat bona, vt ibi fuerat
dispositum, *Surd. dict. cons. 412. num. 52. lib. 3. Ma-
stril. decis. 181. numero 19. lib. 2.* Secus autem in casu
nostro, nam si velimus, quod ius petendi legiti-
mam non transeat in hæredem institutum, &
quod testator non potuerit in testamento de sua
legitima disponere, nullus fauor, seu vtilitas re-
spectu ipsius considerari potest, sed solum onus,
quod semper de legitima reiicitur, vt dictum est
supra num. 3.

Immò etiam ad fiscum transmittitur legitima, non
15 obstante quacumq; prohibitione, † seu onere per
patrem, vel auum imposito, siue filius in vita illam
petierit, siue non, *Natt. cons. 528. num. 26. cum seq.
Roland. cons. 31. n. 28. & 33. lib. 1. & cons. 98. n. 11. lib. 2
Clar. in §. fin. qu. 28. vers. item quæro numquid in fin.
Rimin. Iun. cons. 50. n. 87. Menoc. cons. 77. n. 28. vers.
tertium casum. Farin. qu. 25. n. 43. & latius cons. 159. n.
39. cum pluribus seq. vbi num. 41.* testatur hanc opi-
nionem esse a Doctoribus communiter receptam,
& in praxi non habere difficultatem.

Et quatenus requireretur petitio, seu declaratio ad
hoc, vt legitima transmittatur ad hæredes, Ta-
16 men hoc procedit respectu realis, & effectualis
acquisitionis, & ad excludendam præscriptio-
nem, nam si labatur tempus triginta annorum, in
quo nec ipse filius, nec eius hæres petat, tunc vti-
que excluditur, & locum habebit præscriptio,
quasi videatur eam noluisse, & repudiasse, cum
impossibile sit, quod realis, & actualis, vel vt
alij dicunt, incommutabilis acquisitio fiat, nisi
17 præuia petitione, † secus quo ad ius petendi le-
gitimam, vt in casu de quo agitur, nam transfer-
tur ad hæredes reiecto grauamine, etiam si filius
in vita tacuerit, nec aliquem actum fecerit pro le-
gitima consequenda, Gomes. *de test. in c. 11. num. 23
circa fin. Soarez in l. quoniam in prioribus, amplias. 4
n. 5. & 6. C. de inoffic. testam. Beninsend. decis. 37. n. 26*
dixi latè *dec. Marcb. 4. num. 28. cum seq. & ibi citam
Menoch. cons. 1149. n. 14. & 15. & seq. lib. 12.* Et quo
ad effectiuam acquisitionem loquitur *Surd. in d.
cons. 412. n. 52. lib. 3.*

Quæ omnia dicta sunt ex abundanti, cum huius-
modi disputatio non sit necessaria, Nam defun-
18 ctus concedendo testamentum, † & instituendo
hæredem, satis dicitur de legitima disposuisse, &
illam agnouisse, & declarasse, quod eam accepta-
bat Aym. *cons. 261. num. 3. vers. secundo addo: Menoc.
cons. 1. num. 488. cum seq. & cons. 77. num. 22. & 23
Surd. cons. 128. n. 23. lib. 1.* Non enim potest filius de
legitima disponere, nisi prius illam acceptet, &
19 agnoscat, † nam qui vult consequens, censetur
velle omne necessarium antecedens, *l. illud dubi-
tari, ff. de acquir. hæred.* tanquam voluntas ita fa-
20 cto, † sicut verbis probetur *l. Paulus respondit, ff.
rem ratam haberi, l. si ania,* Cod. *de iur. deliber.* Im-
mo facta sunt potentiora, & fortiora ad demon-
strandam voluntatem hominis, *Dec. in l. non vult
hæres, n. 10. de reg. iur. Aym. cons. 204. num. 11.* Cùm
etiam non esset necessaria petitio, seu declaratio,
vt reiiceretur onus de legitima, ad hoc vt trans-
mitteretur, ex quo prohibitio alienandi non se ex-
tendit ad alienationem, quæ fit per vltimam vo-
luntatem, & per hæredis institutionem, vt dictum
est *supra n. 4.*

Quo vero ad secundam partem dubij, Concluden-
dum est, quod legitima sit semis, stante numero
21 quinque filiorum, † seu nepotum, *§. hac nos, auth.
de triens. & semis. auth. nouissima, C. de inoffic. testam.*
Et quamvis adsint duæ fœminæ inter dictos ne-
potes, quæ sunt exclusæ à statuto Vrbis propter
masculos, Tamen quia talis exclusio est ad com-
22 modum filiorum masculorum, † operatur, vt fa-
ciant partem ad eorumdem fauorem, *Paris. cons. 53
numero 73. lib. 3.* Cephal. *cons. 245. numero 20. lib. 2.
Decian. consil. 21. numero 46. Franc. decis. 549. nume-
ro 1. cum seq. Crass. in §. legitima, quæst. 7. numero 3
& 6. Honded. consil. 1. numero 81. & 105. lib. 2. Rot. co-
ram Sanctissimo Romana de Lante, 1. Februar.* 1577
*inter impressas diuers. 266. part. 1. & coram R. P. D.
Penia Anconitana legitimæ 28. Iunij* 1606. Et ita in
huiusmodi causa *Romana legitimæ*, quod illa de-
bentur absque aliquo onere, & quod sit semis re-
soluit Rot. *coram R. P. D.* Pirouano 23. *Iunij*
1617.

EPITOME.

Decimæ an debeantur Rectori de prædiis, &
molendinis existentibus intra limites suæ paro-
chiæ, vel ecclesiæ, in qua domini prædiorum
percipiunt sacramenta. ¶ Et quid si prædia sint
dotalia. ¶ Confines an probentur ex planta, ex
actibus iurisdictionalibus, ex partitis catasti, ex
confessione, ex sententia, ex depositionibus vi-
cinorum, ex coniecturis, & præsumptionibus.
¶ Et quid si agatur de limitibus antiquissimis, &
incidenter ad effectum decimarum. ¶ Præscriptio
quadragenaria exemptionis decimarum quando
suffragetur laico. ¶ Argumentum an sit vali-
dum à limitibus territorij ad limites parochia-
les. ¶ Consuetudo locorum vicinorum, & do-
minantium an attendatur in solutione deci-
marum.

SUMMARIUM.

1 *Decimæ debentur Rectori de bonis, & molendinis intra limites suæ parochiæ. n.3. & 4.*
2 *Tributum est solvendum civitati, in qua sunt agri.*
4 *In probatione confinium magis statur depositioni vicinorum.*
5 *Ex planta multum infertur ad probationem territorij & confinium.*
9 *Partitæ catasti extractæ ex archiuio publico quando probent confinia.*
7 *Coniecturæ admittuntur ad probandum confines.*
8 *In dubio arguitur à limitibus territorij ad limites parochiales, num.9. & 10.*
11 *Confines probantur per actus iurisdictionales.*
12 *Actus matrimonij non potest exerceri ab alio, quàm à parocho.*
13 *Confessio facta in iudicio habet vim sententiæ, & rei iudicatæ, & per eam probantur confinia. n. 14.*
15 *Dispositio limitata producit effectum limitatum.*
16 *Præscriptio exemptionis decimarum non suffragatur laico, nisi sit quadraginta annorum cum tituli probatione, vel temporis immemorabilis.*
17 *Decimæ prædiales an debeantur Ecclesiæ intra cuius limites sunt sita prædia, vel Ecclesiæ, in qua domini prædiorum percipiunt sacramenta. n.18. & 20. Et quid si prædia sint dotalia. n. 19.*
21 *Rector habet fundatam intentionem percipiendi decimas ex assistentia iuris communis.*
23 *Probationes leviores sufficiunt quando agitur de limitibus ab antiquissimo tempore assignatis, vel incidenter ad effectum decimarum. n.24.*
25 *Consuetudo vicinorum locorum & dominantium attenditur circa solutionem decimarum.*

CAPUT DXCV.

PRo Rectore Ecclesiæ S. Philippi dicebam concludendum esse, quod habeat intentionem fundatam super decimis trium molendinorum,
1 cum prædiis annexis, de quibus agitur, † cum sint intra limites suæ parochiæ, *cap. si quis laicus 16. qu. 1. cap. quoniam 13. & cap. cum contingat 29. de decim. Gloss. in cap. ad apostolicæ 20. in verb. consuetudo, eod. tit. & in cap. fin. in verb. prædiorum, de parochiis.* vbi,
2 quod hoc est exemplo tributi, quod † debetur ciuitati, in qua sunt agri, *l. forma 4. §. si vero, ff. de censibus.* Et de molendinis est *text. in cap. ex transmissa, & cap. pastoralis, de decim.* & notat † etiam Rebuff. *de decim. qu. 8. n. 6. Monet. eod. tit. c. 4. n. 35.* &
3 passim in omnibus hoc admittitur per Doctor. *in c. de quarta. vbi Imol. in 1. notab. de præscript. Abb. in c. conquerente, n. 2. ad fin. vers. duodecimo habes, & n. 6. de offic. ordin. cum aliis per Rot. divers. decis. 31. n. 1. p. 2. Put. decis. 372. n. 2. lib. 1.*

Quod autem dicta bona sint sita in parochia Rectoris concludunt omnes testes, de quibus in *summar. num. 1.* per quos bene describuntur termini territorij per circuitum, & sunt vicini, & practici
4 in dictis locis, † quo casu magis illi creditur in probatione confinium, *c. cum causam 13. de probat. Guid. Pap. decis. 193. nu. 2. vers. septimo probatur Bal. consil. 420. vers. principis, nu. ante medium, lib. 1. & cons. 286. thema proponitur, nume. 1. lib. 2. Papiens. in form. libell. action. real. in verb. cui coheret ab vno, n. 4.* late *Mascard. concl. 395. n. 1. & 2. Paris. cons. 104. n. 24. cum seq. lib. 1.*

Quorum dispositio confirmatur ex planta de commissione Rotæ erecta, in qua correspondent ijdem termini legales fluuiorum, riuorum, ac alij, qui ex-
5 primuntur à testibus, † ex qua planta multum infertur ad probationem territorij, seu confinium, *Afflict. decis. 23. num. 6. per text. in l. si corruptione, §. ad officium, ff. fin. regund. Mascard. concl. 403. nu. 16.*

Accedant partitæ catasti Reatini extractæ ex archiuio publico ciuitatis, in quibus ponuntur huiusmodi molendina in territorio castri Scornabec-
6 chi, vt in *summar. numero 2.* † qui libri probant in materia confinium maximè, quia sunt antiqui, & sub custodia publica recipiuntur, quod sufficit, quamvis non sint authentici Cornel. qui de communi *consil. 171. num. 3. ad med. vers. libris enim repertis, lib. 1. post Ioan. Andr. & Hostiens. in cap. cum causam, de probation. Hieron. de Mente de finibus, cap. 62. num. 3. Mascardus* qui de communi *conclus.*
7 *398. n. 4.* † Cum etiam in prohibitione confinium admittantur coniecturæ, *Paris. consil. 104. n. 24. lib. 1. Natt. consil. 672. n. 13. Alexand. consil. 12. nu. 8. lib. 4.* Ita vt omnibus istis simul iunctis videatur satis constare bona esse in territorio castri, & per con-
8 sequens esse sita intra limites parochiæ, † cum in dubio bene arguatur à limitibus territorij ad limites parochiales, Hostiens. *in summ. de religios. domibus, §. cui subest, vers. sed si inrauunt: Franc. Marc. decis. 352. n. 2. & 3. part. 2. Bald. in l. nulli 28. n. 13. col. penult. post princ. vers. deinde nota,* Cod. *de episcop. & cleric. Felin. in cap. quia iudicante 9. col. 3. ad med. vers. & dixit, n. 6. de præscriptionibus.* Maximè, quando in vno territorio nulla adest alia ecclesia parochialis, prout in casu nostro, vt probant testes, de quibus in *summar. n. 3.* & in dubio quando non constat de diuersitate limitum sem-
9 per à distinctione territorij temporalis † arguitur ad distinctionem parochialium secundum veriorem opinionem, quam sequitur Rot. *coram R. P. D. Pamphilio Bracaren. decimarum, 19. Ianuarij 1601. & coram eodem, 4. Febr. 1602. in eadem causa: & coram R. P. D.* Coccino. *Sabinen. decimarum, 16. Martij 1609. & coram eodem. Pacen. decimarum, 12. Iunij 1601. Franc. Marc. d. decis. 352. numero 2. & 3 part. 2.*

Quod magis procedit, quia secundum communem reputationem, & stilum tam Castri S. Philippi, quàm aliorum castrorum vicinorum, & aliarum parochialium adiacentium, limites particulares, & decimatorij cuiusque parochiæ regulantur iuxta limites territorij illius Castri, vbi est sita ecclesia parochialis, & nullus parochus se extendit extra territorium sui castri, vt probatur ex instrumento concordiæ, de quo in facto, & ex testibus,
10 de quibus *in summar. num. 5. & 6.* Ita vt † stante huiusmodi stilo magis sit arguendum à limitibus territorij, seu iurisdictionalibus ad limites decimatorios parochialium, vt in *d. decis. coram R. P. D. Pamphilio Bracaren. decimarum, 16. Ianuarij 1601 & 4. Februarij 1602.*

Quibus additur exercitium iurisdictionis spiritualis, quam exercuit Rector ab annis 45. & amplius in habitantibus huiusmodi Molendina administrando eis sacramenta, extremam vnctionem, & sanctissimam Eucharistiam tam tempore Paschatis, quàm infirmitatis, Matrimonia etiam celebrādo paruulos baptizando, mortuos sepeliendo, candelas distribuendo in die Purificationis, cum aliis similibus actibus, de quibus *in summar. n. 7*

&

11 & 8. † per quos actus iuri dictionis probantur
confines, Fel. in cap. cam causam in 2. in fin. de probation. Bal. consi. 42. verba princip. n. 1 in fi. in libro 1.
quod est duplicatum consi. 466. qualiter, lib. 3. &
triplicatum consi. 445. qualiter lib. 5 Idem Bald. in l.
data opera, C. qui accusar. non poss. Innoc. in cap. cum
ad sedem, n. 4. de restitut. spoliat. Ias. consi. 166. n. 1.
lib. 4. Alex. consi. 23. n. 3. lib. 5. Aret. consi. 42. n. 1. in fin.
12 † Præsertim cum testes deponant de actu matrimonij, qui actus non potest exerceri ab alio, quam
a parocho iuxta Concil. Trident. sess. 24. c. 1. de
reformat.

Probatur etiam ista bona esse intra limites parochię, quia habent pro adiacentiis bona parochianorũ eiusdem parochiæ, & bona ecclesiæ parochialis adeo confusa, & mixta, vt possit rectè concludi idem esse iudicium in eis tanquam in connexis, cum sint circumdata per gyrum à prędiis decimatoris, & sita in medio eorum tam a parte orientali, quàm occidentali, & septentrionali, ac meridionali, vt constat in facto, quod etiam comprobatur ex instrumentis, de quibus in summar. num. 10. & 11. vbi apparet, quod pro istis prædiis fuerunt solutę decimę vsque de anno 1574. cum etiam auctores Aduersariorum in principio huius litis vsque de anno 1576. confessi sint in comparitionibus iudicialibus, de quibus in summar. n. 12. quod
13 ista bona sunt iuxta limites huius parochiæ, † cui
confessioni factæ in iudicio standum est tanquam habeat vim sententiæ, & rei iudicatæ, adeo vt non spectet aliud nisi præceptum de soluendo, l. vnic. C. de confess. Corn. consi. 44 col. 1 lib. 4 etiam quod esset facta per verbum, credo, Bart. in l. fin. in princ. col. 1 vers. sed quid si tutor. Cod. de arbitr. tutel. Surd.
14 decis. 17. n. 11. Et cum † habeat vim sententiæ, per
eam etiam probantur confinia, Bal. cons. 420 n. 1. lib. 1. Hieron. de Mont. de finib. cap. 52. num. 11. & 12. Mascard. conclus. 403 n. 12. Adeo vt contra eam successor non possit venire, l. cum à matre: & ibi [illegible] in verb. non prohibens, C. de rei vend.

Non obstat transactio, cum per eam non fuerint concordatæ omnes decimæ huius parochiæ, sed duntaxat prædia parochianorum: Immo Rector in concordia sibi expresse reseruauit ius exigendi decimas ab aliis non parochianis, & non habentibus verum domicilium in castro, quales sunt Aduersarij qui habent parochiam, & domicilium
15 in Ciuitate Reatina, † & sic cum dispositio fuerit
[illegible]ta non debet extendi ad alios, quàm nominatos, l. in agris, ff. de acquirend. rer. dom. Surd. consil. 195 n. 8 lib. 2. & stante reseruatione prædicta, reseruatum est ius Rectori competens, Bart. in leg. penult. C. deposit. Natt. consi. 636 num. 199. Surd. cons. 152. numero 29. 30 libro secundo Menoch. consi. 2 numero 57.

Nec facit prætensa præscriptio, Quia vt illa suffragetur debet esse vel quadraginta annorum cum titulo probatione, vel temporis immemorabilis,
16 cum alias non possit laicus se tueri ex ista exemptione solutionis decimarum, cap. 1. de præscript. in sexto. Couarr. lib. 1 var. resolut. cap. 17 col. 21 in princ. vers. hinc igitur fit, n. 12. Monet. de decim. c. 5 n. 112. versic. quarta conclusio: Rebuff. eod. tit. quæst. 13 n. 81. vbi quod ita debet intelligi cap. ad aures; de præscript. cum aliis iuribus antiquis de præscriptione decimarum loquentibus.

Neque aduersatur, quod non sit in iure decisum, an decimæ prædiales debeantur ecclesiæ, intra cuius
17 limites [illegible] prædia, † vel ecclesiæ, in qua domini [illegible] percipiunt sacramenta, cum de hoc fuerit controuersia inter sanctos Patres, Achill. decis. 5 & 6 de decim. Rot. coram R. P. D. Iusto [illegible] decimarum, 20. [illegible] 16[illegible]. Quia in[illegible] magis vera, & communis opinio, quod decimæ solui debent ecclesiæ, intra cuius limites si-
18 ta sunt prædia, † cum contraria sententia procedat, quando ex aduerso docetur de consuetudine soluendi eorum ecclesiæ sacramentali, Couar. lib. 1 variar. resolut. c. 17. col. 17 in princ. vers. secundo licet magis communiter, n. 8. post Gloss. [illegible] in cap. 1 de censib. Idem Abb. in cap. nouum genus 2. de
19 decim. † Nulla habita consideratione, quod prædia sint dotalia, cum etiam de illis sint soluendæ decimæ dictæ ecclesiæ, intra cuius fines sita sunt, quamvis etiam clerici essent domini dictorum prædiorum Monet. de decim. cap. 5 n. 6. & 7. & c. 7. n. 17. Rebuff. eod. tit. qu. 5 n. 3. & 20. Cardin. consi. 88. n. 5. Couarr. d. c. 17. n. 8 vers. licet magis, Innoc. Host.
20 & alij in cap. 2 de decim. & in c. sua, eod. tit. † Et passim circumscripta consuetudine admittitur ista opinio ab omnibus, vt decimæ debeantur ecclesiæ prædiali, c. ad decimas, de restit. spoliat. in 6. Innoc. Host. Abb. Imol. & alij in c. cum sint homines de decim. Achill. decis. 1 in princ. & decis. 3 n. 1. eod. tit. de decim. Rot. diuers. decis. [illegible] p. 2. & coram R. P. D. Caualerio. Calagurritana decimarum, 16. Iunij 1609. Azor. instit. moral. lib. 7. c. 36. q. 4. p. 1.

Vnde cum ecclesia sacramentalis non prætendat huiusmodi decimas, & ecclesia nostra habeat cõsuetudinem illas percipiendi à parochianis, & ab aliis forensibus, & cæteris, qui recipiunt ab ibi sacramenta, & in parte etiam ab ipsis Aduersariis,
21 † merito intentio Rectoris dicitur fundata in
istis decimis ex assistentia iuris communis, c. fin. de parochiis, c. 1 de præsumpt. in 6. & per consequens erunt soluendæ de huiusmodi molendinis, siue pecunia pro pensione soluatur, siue triticum, vel
22 quid simile, † siue sint ad ventum, seu alterius generis, Rebuff. de decim. qu. 8 numero 6. Monet. eod. tit. cap. 14. numero 35 cum aliis, de quibus supra numero 35.

Et ita ex prædictis fuit decisum per Rot. in huiusmodi causa Reatina decimarum coram R. P. D. Vbaldo 4. Decembris 1616. vbi additur, quod ad hunc effectũ
23 sufficiunt leuiores probationes, cum agatur † de
limitibus ab antiquissimo tempore assignatis, cap. cam causam, de probat. Bal. in authent. quas actiones, numero 11. C. de sacrosanct. eccles. Natt. consi. 672. n. 15. lib. 4. Præsertim, quia neque agitur contra aliũ parochum, qui sit in causa, & ideo non est quæstio de finibus principaliter, sed tantum inciden-
24 ter ad effectum decimarum, † Gloss. in l. quidam in § ad 27. in verb. amoueri, in fin. & ibi Cast. etiam, in fin. ff. de condiction. indeb. Rot. diuers. decis. 34. num. 19. cum sequent. pars. 2. & faciunt similia quæ addixi supra cap. 626. Cum etiam consuetudo, quæ ex aduerso prætendebatur, non sit probata, nam testis inductus pro Ciuitate, qui fuit parochus in hac ecclesia solùm deponit se numquam exegisse à ciuibus Reatinis, nec scire, quod eius prædecessor exegerit, nullum autem verbum fecit de consuetudine; & quamvis Ciuitas fundetur in testibus examinatis per Rectorem, Tamen ex eis non elicitur aliqua concludens probatio, quia solum deponunt, quod de istis molendinis, & prædiis annexis nunquam viderunt solui deci-

mas Rectori, non autem coarctant negatiuam, nec reddunt sufficientem rationem prout erat necesse ad hoc vt probarent, immo pro parte eiusdem Rectoris docetur de consuetudine exigendi decimas etiam à dominis habentibus bona sita in territorio huius castri, quamvis alibi sacramenta recipiant, vt in instrumentis solutionum decimarum receptarum per dictum Rectorem ab hominibus Castri Podij, Perusini, Collis, Baccarij, & Cercariæ, vltra depositiones testium probantium dictas solutiones, vt in *summar. nume. 9. 10 & 11.*

25 † Ad quorum locorum tanquam vicinorum consuetudines, vel ciuitatis dominantis recurrendum est, Achill. *decis. 3 num. 7 cum seq. de decim. per tex. in c. ad Apostolica, eod. tit. Host. & Io. Andr. in c. super eo, de cognat. spiritual.*

EPITOME.

Notorium quando releuet ab onere probandi, si probatio requiratur pro forma. ¶ Et per quæ verba censeatur talis forma inducta. ¶ Publicatio resignationis beneficij an sit facienda, si resignatio sit nota populo. ¶ Ecclesia an debeat restitui, si ab ea extrahatur delinquens, non seruata forma Bullæ, quamvis notoriè constet illum non gaudere immunitate ecclesiastica. ¶ Actus à principio nullus an conualidetur per superuenientem probationem. ¶ Extractio delinquentis ab Ecclesia an pertineat solum ad Iudicem ecclesiasticũ tam de iure, quàm ex forma Constitutionis Gregorij XIV. ¶ Episcopus qualem cognitionem debeat adhibere in remissionem delinquentis ad Curiam sæcularem. ¶ Et an sufficiat summaria, & extraiudicialis informatio. ¶ Verba, *iudicio tuo*, an æquiparentur verbis *discretioni tuæ*, & importent arbitrium boni viri, ita vt in commissione causæ eidem facta non sit necessarius ordo iudicialis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus prius debet cognoscere, si delictum est notoriè exceptum in Bulla, & postea consignare delinquentem Curiæ sæculari: & n. 10.*

2 *Notorium releuat ab onere probandi. Fallit quando requiritur probatio pro forma. n. 3. & 7.*

4 *Statutum requirens probationem confinium pro forma, facit vt debeant probari etiam confines notorij.*

5 *Forma censetur per legem data, quando annullatur actus non gestus cum solemnitatibus, n. 6.*

8 *Publicatio resignationis est facienda, quamvis illa esset nota populo. & n. 9.*

11 *Ecclesia debet restitui, si ab ea extrahatur delinquens, licèt notoriè constet illum non gaudere immunitate ecclesiastica. & n. 14.*

12 *Actus à principio nullus non conualidatur per probationem superuenientem.*

13 *Tortura, & confessio nulliter extorta non confirmatur ex iudiciis, quæ superuenerunt.*

15 *Dolo petitur, quod statim debet restitui. Intellige vt numero 16.*

17 *Iudex ecclesiasticus an debeat extrahere delinquentem ab Ecclesia, quamvis ille non gaudeat immunitate. n. 18. 19. 20. & 21.*

22 *In remissione delinquentis ad curiam sæcularem qualis cognitio requiratur per Episcopum & an sufficiat extraiudicialis, & summaria informatio. n. 23. 24. 26. 27. & 28.*

25 *Cognitio plenaria non est facienda in quæstionibus emergentibus, non principaliter motis.*

29 *Verba, Iudicio tuo, important arbitrium boni viri, nec requirunt plenariam cognitionem, & æquiparantur verbis discretioni tuæ.*

30 *Clausula, Vocatis vocandis, operatur, vt sit producendum iudicialiter, præuia citatione interesse habentium, & æquipollet clausulæ, Seruatis seruandis. num. 31.*

32 *Causa commissa tanquam bono viro non afficit ad solemnitates Iudicij, sed solum ad extraiudicialem informationem.*

33 *Causa quando censeatur commissa tanquam Iudici, seu tanquam priuato, remissiuè.*

CAPVT DXCVI.

QVamvis notoriè constet, quod confugiens ad ecclesiam commiserit delictum exceptũ in Bulla Gregorij XIV. *de immunit. ecclesiar.* † tamen adhuc seruanda est forma eiusdem Bullæ,
1 † quod videlicet Episcopus prius debeat cognoscere, si confugiens commisit tale delictum exceptuatum, & postea consignare Curiæ sæculari, Nam licèt notorium releuet ab onere probandi
2 † *cap. vestra, de cohabit. clericor. & mulier. Gloss. in clem. appellanti, in verb. alias causas, de appellat. & in l. ciues, C. eod. tit.* Bal. *in l. si vero, §. qui pro rei qualitate: & ibi Ias. fin. qui satisdar. cogant. latè Mascard. conclus. 1108. n. 1.* ¶ Nihilominus quando pro-
3 batio requiritur pro forma, † tunc notorium non releuat ab onere probandi, Card. Alban. *ad* Bart. *in l. cum quid, n. 3 ff. si cert. petat. Felin. in cap. super eo 3. col. 1 post princ. vers. & istud limita, de testib. cogend.* vbi de statuto requirente probationem con-
4 finium pro forma, † quod tunc videtur requirere non solùm pro probatione, sed pro solemnitate, ideo non sufficiet confines esse notorios, cum talia requisita pro forma omittenda non sint, *l. cum hi, §. si prætor, ff. de transact. cap. procurator, de elect. in 6. Bal. & Imol. in l. 1 ff. de liber. & posth.* vbi etiam, quod inter alios modos cognoscendi an aliquid
5 requiratur pro forma, † vnus est quando lex, vel statutum annullat actum non factum cum certa solemnitate, Felin. *in cap. super eo, col. 1. ad med. vers. quomodo autem, de testib. cogend. Gomes. in regul. de annal. quæst. 6.* qui etiam ibi alios modos adducit, ex quibus inductio formæ cognoscatur, prout est in dicta Bulla Gregor. XIV. in qua adsunt clausulæ annullatiuæ cum decreto irritanti,
6 & aliis, ex quibus colligitur fuisse datam formam † circa omnia ibi contenta, *l. si capitulo, de concess. prebend. in 6. Gloss. in l. fin. C. de vendit. rer. ciuil. lib. 11. late Gomes. de annal. quæst. 6.* Et passim admittunt Doctores notorium non suffragari, nec releuare
7 ab onere probandi, quando † esset aliquid datum pro forma, Butr. *in c. vestra, col. 38 vers. secundum est principium, de cohabit. clericor. & mulier.* Bal. *in l. ciues, Cod. de appellat. Mascard. conclus. 1108. n. 28* Flamin. Paris. *de resignat. beneficiorum lib. 11 quæst. 6 numero 81. Gomes. de publicand. resignation. quæst. 9 col. 2 post princip. vers. tertius est effectus, fol. 481.*
8 † vbi, quod ex hac ratione publicatio resignationis beneficij est facienda, quamvis resignatio esset nota populo, cum talis publicatio requiratur pro forma, vt in constit. 87. Gregor. XIII. Quidquid alij sequantur Paris. *consil. 39. numero 34. libro quarto. Cassador. super regul. decisio. 26. & Mandos. ad Roman. consilio 455. in 1. ad-*

in 1. addit. in fin. qui volunt non esse publicandam
9 resignationem notoriam, Quia contra eos est verior opinio, vt testatur Gomes. *dict. q. 9.* vbi etiam quod ita seruauit Rot. *in causa Nanneten. Beatæ Mariæ Collegiatæ ecclesiæ*, & sequitur *Prax. Archiepiscop. cap. 22. n. 5.* vbi etiam ita in specie tenet
10 seruandam esse formam Bullæ, † quamvis notorium sit, quod delinquens commiserit crimen exceptuarum à dicta Bulla. Vnde etiam si Episcopus denegat licentiam extrahendi, potest curia sæcularis ipsos extrahere, & deducere ad carceres Episcopi, vt ab eo cognoscatur, si delicta commissa sint excepta, vt in eadem constitutione continetur, & sic semper quamvis de crimine notorio aliunde constiterit, forma bullæ est seruanda, à qua non potest recedi, sed requiritur vt ad vnguem. & specificè seruetur.

Quare etiam si confugiens ad Ecclesiam fuerit ex-
11 tractus non seruata forma Bullæ, † & ex sequentibus probationib. appareat delinquentem commisisse delictum exceptum à Bulla, videlicet per confessionem extracti, Nihilominus est facienda restitutio Ecclesiæ, quæ tanquam spoliata debet in primis restitui Remig. in specie *de immunit. ecclesiarum, quæst. fin. quo ad person. confugiunt ad eas, tom. 13. p. 1. fol. 112. Soarez in praxi p. 1. tom. 1. c. 3. §. 3. n. 16. Prax. Archiepisc. c. 22. nu. 5.* iuxta dispositionem *text. in cap. conquerente, & cap. item cum quis, de re-*
12 *stit. spoliator.* † Et est ratio, quia huiusmodi extractio, & executio non iustificatur ex post agitatis, seu ex probationibus post dictam extractionem receptis, cùm per superuenientem probationem non conualidetur actus à principio nullus; Dec. *in cap. post cessionem, col. 10. in princ. de probationibus.* Vnde iudicia superuenientia non confirmant torturam præcedentem, & confessionem nulliter ex-
13 tortam propter † ordinem persuasum Boer. qui alia similia adducit *decis. 259. col. 1. & 2. Remig. de immunitat. ecclesiar. quæst. fin.* vbi etiam adducit
14 Bellug. *in specul. princip.* qui voluit † quod interim dum cognoscitur an debeat gaudere immunitate, qui ad ecclesiam confugit, debet ibi custodiri per vtrumque iudicem, & interim stante dubio non debet ecclesia spoliari, nam quamvis videatur do-
15 lo petere, qui statim restiturus † est, quod petit, cum facta restitutione delinquentis possit incontinenti extrahi tanquam constet de casu, in quo non debet gaudere immunitate, Tamen hoc non
16 procedit in possessorio † Gloss. *in cap. dolo facit, de reg. iur. in sexto, & in l. in condemnatione, §. dolo D. eod. tit. Afflict. super constitut. reg. rubr. 25. col. 12. in fi. vers. quarto solutio, n. 33. & 34. lib. 1. Boer. Dec. & super* Remig. *de immunit. eccles. qu. vltim. in fi. tom. 13. fol. 112.*

Et facit, quia non debet, nec potest iudex sæcularis extrahere delinquentem ab Ecclesia sine licentia,
17 & auctoritate Ordinarij, † Nam ista extractio de iure pertinet ad Ecclesiasticum, non ad laicum, *auth. si quis ei, in fin.* vbi *Cyn. & Salic. n. 6. C. ad leg. Iul. de adulter.* Bellug. *in specul. princip. rubr. 11. §. sed quia, n. 18. Lælius Zecchius de priuil. eccles. priuileg. 14. Remig. de immunit. eccles. q. 1.* vbi multos alios adducit Gomes. *var. resolut. tom. 3. c. 10. numero secundo in fin. Germon. de sacror. immunitatib. c. 16. num. 22.*

Neque obstat, quod secundum alios non violetur immunitas Ecclesiæ per extrahentem propria au-
18 ctoritate eum, † qui immunitate nõ gaudet Gloss. *pragmat. in tit. de interdict. in verb. inde, ad fin. Guid. Pap. decis. 121. Couarruu. lib. 2. variar. resolut. c. 20. n. 18. vers. trigesimoquarto Boer. decis. 109. n. 2. Clar. in*
19 *§. fin. quæst. 30. vers. quæro nunc.* † Quia illa opinió non est vera, vt tenent omnes supra adducti *per text. in auth. si quis ei, in fin. C. ad legem Iul. de adulter.* Præsertim, quia multi ex doctoribus, qui tenent contrarium, loquuntur de confugientibus ad Ecclesias, non autem de delinquentibus in ecclesiis, nam tunc magis requiritur licentia Ordinarij, tanquam delictum sit commissum in sua iu-
20 risdictione, † vt notat Salic. *in d. auth. si quis ei*, & concludit etiam Remig. *de immunit. eccles. quæst. 1. in 1. opinion.* provt etiam tenet Socin. *in cap. postu-*
21 *lasti n. 10. de foro compet.* † Et quidquid sit de prædictis, huiusmodi disputatio hodie est superflua, cùm habeamus specialem declarationem in Bulla Gregor. XIV. vt Iudices sæculares non possint per se ipsos extrahere tales indignos immunitate, nisi cum expressa licentia Episcopi, vnde cùm adsit casus legis, non est amplius disceptandum.

Qualis autem cognitio requiratur per Episcopum in remissione delinquentis ad curiam sæcularem iuxta eandem constitutionem Gregorij XIV. sæ-
22 pius † fuit quæsitum. Et quidem variæ sunt opiniones, provt velle suum cuique est, nec voto viuitur vno, Crederem tamen verius esse, quod non sit necessaria formatio alicuius processus, nec sit adhibenda plenaria causæ cognitio, cùm sufficiat semiplena etiam in processu fabricato in curia sæculari, Immò etiam satis esse videtur, vt Episco-
23 pus se extraiudicialiter informet, † & talem qualem cognitionem adhibeat pro securitate suæ conscientiæ, quòd reus verè delictum commiserit; Etenim in constitutione non est præfinita aliqua forma circa modum adhibendum in huiusmodi cognitione, vnde verba illa constitutionis [nisi cognitio prius per Episcopum, an ipsi verè crimina superius expressa commiserint] sunt intelligenda iuxta subiectam materiam, ita vt in quacumque cognitione verificentur, *leg. cognitio-*
24 *num, ff. de var. & extraordinar. cognitionib.* † Quare Iudex, cui committitur, vt cognitionem recipiat, poterit absque processu se per inquisitionem informare, *l. ius alimentorum 3. §. 1.* vbi *Gloss. in verb.*
25 *cognitionem, ff. vbi pupill. educar. debeat.* † Et sic sufficiet extraiudicialis, cùm in illis emergentibus quæstionibus, non motis principaliter, non requiratur plenaria causæ cognitio, & examinatió vt per Bart. & Bald. *in dict. l. ius alimentorum, in fin.* Et in materia remissionis est communis opinio
26 Doctorum, vt sufficiat aliqualis cognitio, † & quod aliqualiter constet de crimine Gloss. *in clem. pastoralis, §. denique, in verb. de more, in fin. & ibi Cardin. n. 16. de re iudicat. Oldrad. consi. 124. num. 4. Bar. in l. 1. n. 1. C. vbi de crimin. agi oport. Abb. in cap. fin. n. 18. & 20. de foro compet. Guid. Pap. decis. 202.*
27 *in princ.* † vbi, quod sufficit, vt Iudex requirens transmittat requisito informationes per eum captas super delicto, Rebuff. *de litter. requisitor. seu rogator. n. 12. & 13.* & in terminis immunitatis ecclesiæ, quod sufficiat informatio secreta, & sine vo-
28 catione partis concludit Remig. *de immunitat. ecclesiarum, quæst. 2. n. 3. ad med. col. 3. in princ. versic. & attenta opinione istorum; tom. 13. fol. 108. post Auffr. per eum allegatum, in tract. arrestor. parlament. alias in stilo parlament. titul. de form. arrestor. pag. 2. arrest. 216. col. 2. fol. 42.*

Quod magis eſt in caſu cõſtitutionis Gregorij XIV.
propter illa verba (qui prædicta delicta, corúm-
ve aliquod iudicio ſuo commiſiſſe videbuntur)
29 † ex quibus patet Summum Pontificem remiſiſſe
huiuſmodi cauſæ cognitionem iudicio Epiſcopi,
vnde non requiretur plenaria cognitio, cum illa
verba, Iudicio ſuo, importent arbitrium boni vi-
ri, & æquiparentur verbis diſcretioni tuæ, Felin. *in*
cap. 1. n. 51. poſt princip. verſ. & dicatur committimus,
col. 21. in princ. de reſtitutionibus. Imol. & Alexand.
in l. ſi ſic, ff. de legat. 1. Bar. in extrauag. ad reprimen-
dum, in verb. videbitur. Matheſil. ſing. 16. Doct. in l.
thais, §. lucius, ff. de fideicommiſſar. libertatib. & per
conſequens ſufficiet examinatio ad ſuam tantùm
inſtructionem, cùm præſertim non committatur
30 cognitio cum clauſula, Vocatis vocandis, † tunc
enim eſſet procedendum iuſtitialiter, & præuia
citatione intereſſe habentium, *cap. exhibita: & ibi*
Abb. in vlt. not. de iudic. Card. conſi. 63. dominus no-
ſter, & conſil. 92. nobiles viri: Felin. in c. vlt. nume. 25.
de præſumptionib. Dec. conſi. 173. nume. 2. Rot. coram
R. P. D. Penia Ciuitatis caſtelli S. Fortunati, 23.
Maij 1597. coram Cardin. Platto. Mediolanen. paro-
31 *chialis, 16. Martij 1588.* † Cum iſta clauſula, Voca-
tis vocandis, æquipolleat illi, Seruatis ſeruandis,
Redoan. *de rebus eccleſ. non alienand. rubr. de cauſ.*
cognit. n. 64. ante med. verſ. facit clauſula, fol. 153. Et
cum ex prædictis appareat hoc negotium extra-
32 ctionis eſſe commiſſum Epiſcopo † tanquam bo-
no viro, non videtur coarctatus ſeruare ſolemnia
iudicij, ſed vt tanquam bonus vir ſe extraiudicia-
liter informet *Abb. conſi. 41. col. 3. in princ. lib. 2. Re-*
doan. de rebus eccleſ. non alienand. rubr. de cauſ. co-
33 *gnition. num. 75. fol. 154.* † vbi etiam multa adducit,
quando cenſeatur commiſſio facta tanquam iu-
dici, ſeu priuato, Maximè, quia non ex hoc infer-
tur aliquod præiudicium reo in cauſa principali,
nam coram ſuo Iudice poterit abhiberi pleniſſi-
ma cognitio circa ſuas defenſiones, prout in cau-
ſis criminalibus requiritur, cùm ſententia non af-
ferens plenum præiudicium non requirat plenam
cognitionem, Alex. *in l. iudices, C. de iudic.* Maxi-
mè, quia obſeruantia eiuſdem conſtitutionis red-
deretur admodum difficilis, ſi formandus eſſet
proceſſus audito reo in ſuis defenſionibus cum
plena ſua cognitione, & eidem quoque reo nimis
graue, ſi deberet facere alias probationes etiam in
curia ſæculari pro eodem delicto.

Quando autem in caſu propoſito ſit locus cenſuris, & pœnis in conſtitutione contentis, erit videndum particulariter, & quidem ſi in aliquo fuiſſe erratum circa eiuſdem conſtitutionis intellectum, non poſſet conſiderari incurſus pœnarum, cùm non adſit dolus & per conſtitutionem ſolùm puniantur doloſi, & temerarij propter illa verba, præter, vel contra attentare præſumpſerit, Cardin. *in clement. 1. in princ. num. 22. qu. 39. de priuileg. Nauarr. in c. accepta, oppoſit. 8. n. 32. de reſtitut. ſpoliator.*

EPITOME.

Vaſallus quando poſſit teſtificari, & aduocare contra dominum iuriſdictionis, tam in cauſa criminali, quàm ciuili etiam leuiſſima. ¶ Et quid in ſubditis ratione patriæ, ſeu dominicæ poteſtatis. ¶ Vel ſi materia ſit talis, vt non poſſit ab aliis ita facile probari. ¶ Vel quando concurrunt adminicula. ¶ Immemorabilis quaſi poſſeſſio præſentandi ex quibus probetur, etiam in perſona, in qua adſit ſuſpitio vſurpationis. ¶ Dictio, *ſemper*, an ſit continuatiua temporis. ¶ Fama an ſit probata, quamvis teſtes non deponant à quibus, & ob quam cauſam habuerit originem. ¶ Et an ſufficiat, vt dicant ſe publicè audiuiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus non debet ferre teſtimonium contra Dominum tam in cauſa criminali, quàm ciuili etiam leuiſſima. Intellige vt n. 2. & 3.*

4 *Vaſallus non poteſt eſſe aduocatus contra Dominum, quando ſponte patrocinatur, ſecus ſi coactè.*

5 *Libertus non cogitur teſtificari contra patronum. Declara vt num. 6.*

7 *Teſtis idoneus eſt vaſallus pro Domino iuriſdictionis quicquid ſit in ſubditis ratione patriæ, ſeu dominicæ poteſtatis. num. 8.*

9 *Teſtimonium vaſalli eſt idoneum in materia quæ non poteſt ita facilè ab aliis probari.*

10 *Vaſallus magis probat pro domino, ſi concurrant adminicula.*

11 *Immemorabilis quaſi poſſeſſio præſentandi ex quibus probetur, & quid ſi adſit perſona, in qua cadat ſuſpitio vſurpationis. num. 12.*

13 *Aſſertioni Epiſcopi, quod beneficium ſit de iurepatronatus, multum defertur.*

14 *Dictio, ſemper, eſt continuatiua temporis, & deponens per iſtam dictionem, ſemper, probat famam ante motam litem, quamvis de ea nihil dicat.*

15 *Fama probatur quamvis teſtes non deponant a quibus, & ob quam cauſam illa habuerit originem, & ſufficit quod dicat publicè audiuiſſe. n. 16.*

CAPVT DXCVII.

Vaſallus non debet teſtimonium dicere con-
tra Dominum tam in cauſa ciuili, quàm in
1 criminali, † etiam ſi leuiſſima eſſet, reiecta ſenten-
tia eorum, qui putarunt in ciuili cauſa non obti-
nere ſecundum communem opinionem, de qua
per Aluarot. & *alios in cap. 1. §. in quibus, de conſue-*
tud. rect. feud. & teſtatur Franciſc. Sonsbechius *in*
vſibus feud. part. 12. quomod. feud. amitt. n. 68 tom. 10.
p. 2. fol. 145.

Hoc tamen non procedit, quando à Iudice compel-
leretur contra Dominum teſtimonium dicere,
2 † cum poſſit ad hoc compelli, Sonſbechius *ibid. n.*
68. ad med. verſic. fallit ſecundo : Bellapert. de feud.
tit. 9. n. 16. Vdalric. Zaſ. eod. tit. p. 10. de feud. amiſſ. n.
57. & eſt Gloſſ. in c. 1. §. item ſi delator, in verb. perdit.
verſ. quod autem dictum eſt de eo qui teſtimonium di-
cit, quæ fuit prim. cauſ. beneſic. amitt. & in cap. 1. § in
quibus, in verb. priuabitur, de conſuetud. rect. feud.
Iacob. de Sanct. Georg. de feud. §. dictique vaſalli pro-
3 *miſerunt, n. 25.* † Neque enim ſponte debet ſe offer-
re ad perhibendum teſtimonium, ſed reſiſtere, do-
nec cogatur per iudicem non obſtante tali reſi-
ſtentia, tunc enim excuſaretur, neque in aliquam
pœnam incurreret, Io. Blanc. *in epitom. feudor. c. 1.*
n. 53. Iacob. de Ardiz. in vſib. feudor. c. 81. poſt princ.
tom. 10. p. 1. fol. 239.

Ideò etiam concludunt Doctores, quod vaſallus
non poteſt eſſe aduocatus contra Dominum,
4 quando ſponte † patrocinaretur, ſecus ſi coactè
Bellapertic. *de feud. tit. 9. n. 22. Vdalric. Zaſius eod.*
tit. p.

tit.part.10.de feud.amiss.num.52.per l.post legatum, §.aduocatum, ff.quibus vt indign. Aluarot, in c.1.§. item si delator, post Gloss.ibid. in verb. perdit vers. quid ergo si aduocatus, qua fuer.prim. caus. benefic. amitt.Iacob.de S.Georg.in d.§.dictiq; vassalli promiserunt,nu.26.Martim. Silima. de feud. rubr.quibus mod.feud.amitt.n.124.

Et ita respondent Doctores *ad text.in l.Iulia, ff.de testib.& in l.libertorum,C.eod.tit.* vbi libertus non
6 cogitur dicere testimonium † contra patronum, vnde nec etiam vassallus, tanquam valeat argumentum de vno in alium, *Gloss.in c.1. §.in quibus, in verb.accusare,de consuet.rect.feud.Franc.à Pont. 91.num.* 17. Quia intelligitur, quod reluctare debet quantum possibile est, si tamen compelleretur excusandus esset ad effectum, † ne feudum amittat, *l.non videtur data,§.qui iussa, de reg. iur. c.quod quis mandat,eod.tit.in sexto.* & ita in proposito notat *Zas. de feud. p.10. num.57. Francisc. Sonsbechius in vsib.feudor.p.12. num.68. post Aluarott.in d.c.1.§.item si delator,quæ sit prim.caus.benef. amitt.*

Et quemadmodum vasalli possunt testificari contra
7 dominum, ita etiam è contra æquum est, vt sint idonei testes pro domino, Bald. *in l.eos,n.2. vbi Castr.num.2.C.de testibus: Alexand.consil.88. n.16 lib.5.* vbi testatur ita seruari, quod subditus ratione iurisdictionis non repellitur à testimonio; quidquid sit in subditis ratione patriæ,& dominicæ potestatis,quibus in terminis loquitur *text. in l. idonei,ff.de testib.* cùm aliàs sequeretur maximũ absurdum,quod tales domini de iure suo probare non possent,quod etiam voluit *Cin. in l.eos. C.de testibus* Butr.*in c.in litteris: & ibi Felin.n.3.eod.tit. Afflict.dec.*504.*n.*14.Maximè quando tales Domini reputarentur tales,vt non esset verisimile,quod
8 inferrent minacem feruorem testibus, † & subditis suis vt falsum deponerent *Bald.in dict.l.eos: Alexand.cons.88.num.16.ad med.lib.5.* argumento *l.1.Cod.si qua prædit.potestat. l. 1. C.si rect.prouinc.* & ita etiam seruat *Rot. coram R. P. D. Verospio. Hieracen.iurispatronatus,*18. *Aprilis.*1616. vbi fuit reiecta exceptio, quod testes examinati pro domino essent vasalli,quia illorum testimonium est
9 idoneum, † maximè in materia, quæ non ita facilè potest ab illis probari,*c.veniens,il secondo: vbi Felin.n.21.de testib.Marsill.sing.23.*Grat.*cons.59.n. 2.lib...Gabr.de testib. conclu.7.num.*1. Præsertim si
10 † concurrerent adminicula, *Alex.in l.sæpe, n.70 col.20.vers.plus dicit,de re iudic. Aym.cons.6.n.66 Veronens.cons.38.col.4.post med. per text. in c. cum dilectus,de successionib.ab intestat.Bald. in rubr. de controuers.inuestitur.*

Ideo non obstante dicta exceptione, quod testes essent vasalli, dicebam per eos esse probatam immemorabilem quasi possessionem præsentandi ad
11 fauorem Domini, † cùm omnes testes deponant de visu ante motam litem per annos quadraginta, de auditu à maioribus,quod ipsi non viderint aliquid in contrarium, & de fama per verbum, fuit, & est, ex quibus resultat probatio istius immemorabilis, *Gloss.in cap.1.de præscript.in 6. Alex. cons.177.num.7.lib.6.per l. si arbiter, de probation. Bart.in l.2. §. item labeo, ff. de aqua pluu. arcend. Innoc.in c.veniens,de verb.signific.Rebuff. de decim. qu.13. num.94. Caputaq.decis.71.p.2. Put. decis.348 lib.2.Felin.consil.2.num.8. & 35. Mohedan. decis.3 num.1.de iure patron: Couarr. in reg. possess.p.2.§.5 n.3.Gabr.de præscript.concl.1.n.81.*Et ita declarauit *Rot. in huiusmodi causa coram R. P. D. Verospio.*
12 *Hieracen.iurispatronatus,16.April.*1616.†vbi etiam additur hoc habere locum respectu personæ, in qua cadit suspitio vsurpationis,*Rot.diuers.dec.545 p.1. Achill.dec.4.& 5.de iure patronat.Card.Seraph. decis.1141.n.9.& 10.* vbi etiam consideratur talem immemorabilem adminiculari ex assertione Episcopi,quod beneficium sit de iurepatronatus do-
13 mini, provt fuit assertum in casu nostro, † cum multum deferatur similibus assertionibus in ista materia *Rot.dec.11.de iure patronat.in nou.Put.dec. 243.in fin.lib.2.*

Aliæ exceptiones, quæ dabantur contra testes, non erant releuantes, quia licet non deponant de fa-
14 ma ante motam litem,† Tamen cum testificentur per dictionem,semper,sufficit,tanquam ista dictio sit continuatiua temporis,*l.1.§.perenne,ff.de fluminibus,l.semper in ciuitate,ff.de iur.immunit. legato, §.imperator,ff.de aliment.& cibar.legat.c.sanctimonialis,23.distinct.l.1.vbi Luc. de Pet.col.4. C. de castrens.pecul.omnium palatinorum,lib.12.Rebuff.* qui multa iura concordantia adducit *in l. nam quem sine 149.col.4.ante med.versi. quandoque dictio semper temporis,ff.de verbor.signific.Bald.in c.ex tenore 35.n.de testib.Claud.Seisel.in l.celsus,n.ii.de vsucap.*

Provt etiam non obstat,quod aliqui ex testibus non dicant à quibus, vel ob quam causam famã ha-
15 buerit originem, † cùm hoc non sit opus exprimere, *Caputaqu.decis.7. & decis.208.num.7.part.2. & decis.289.part.3.*Quidquid aliter sentiat *Bart.in l.de minore,§.tormenta ff.de quæstionibus.*Cùm seruetur dictum Bald.*in c.præterea,col.1.in fin. & col.*
16 *2.in princ.de testibus.*†vbi, quod sufficit, vt testis dicat se publicè audiuisse, tunc enim probat famam *idem Bald.in c.per tuas post princ.in verb.publicè,de probat.Cassador.dec.3.n.4.eod.tit.Caputaq. decis.295.part.1. in manuscript.* & ita ex prædictis conclusum fuit non obstare tales exceptiones oppositas contra testes probantes immemorabilem quasi possessionem præsentandi ad fauorem Domini, vt in *decisione coram R. P. D. Verospio.* in huiusmodi causa *Hieracen. iurispatronatus*, 18 *Aprilis.*1616.

EPITOME.

Crimen assassinij an committat non solùm qui accipit pecuniam & mandatum ad occidendum, sed etiam ad vulnerandum ¶ Et quando talis non gaudeat immunitate Ecclesiæ tam de iure communi,quàm ex forma Bullæ Gregorij XIV. ¶ Et an requiratur,quod mandatarius sit infidelis,non Christianus. ¶ Et an pecunia debeat esse certa. ¶ Et an sufficiat, quod accipiatur mandatum, & pretium,vel eius promissio, quamvis nihil postea fuerit attentatum.¶ Committens furtum in ecclesia an potiatur priuilegio immunitatis. ¶ Et quid stante constitutione Gregorij XIV. ¶ Et quando furta sunt leuiora.

SVMMARIVM.

1 *Accipiens pecuniam pro vulnerando aliquem an dicatur assassinus, quamvis non acceperit pro occidendo, ita ut comprehendatur in casibus exceptis in constitutione Gregorij XIV.super communitatibus Ecclesiæ.n.2.3.9.& 10.*

4 *Assassini de iure communi possunt extrahi ab ecclesia tanquam rei immanis criminis. Amplia vt n.5.*
9 *Priuilegium immunitatis non conceditur ei, qui acceptauit mandatum ad occidendum, & pactus est pecuniam, quamvis nil aliud postea commiserit.*
7 *Assassinus dicitur non solùm qui conduxit infideles pecunia promissa ad occidendum Christianum, sed etiam qui opera Christiani vsus est ad alium Christianum interficiendum.*
8 *Dispositio contra mandantem fieri assassinum, procedit etiam in mandatario.*
11 *Vulnerans aliquem propter pecuniam acceptam grauius punitur.*
12 *Assassinium non potest esse sine pecunia, vel illius promissione, & an debeat esse certa. n.13.*
14 *Committens furtum in ecclesia an gaudeat illius immunitate, n.15.16. & 19. & quid stante* Bulla *Gregorij XV. n.17.*
18 *Excipiens in sua dispositione aliquos casus declarat suam intentionem, quod alios non exceptos voluerit in ea comprehendere.*
20 *Priuilegium immunitatis ecclesiasticæ suffragatur committentibus in ecclesia crimina leuiora, & & non atrocia.*
21 *Iudex arbitratur quando crimen sit leue, vel graue.*

CAPVT DXCVIII.

MAndatarius recipiens pecuniam mediante promissione sibi facta pro vulnerando aliquem in facie, & postea delictum sibi mandatum
1 committens dicitur assassinus, † Nam communis, & recepta est opinio, quod non solùm est assassinus ille, qui pecunia, aliove pretio ductus hominem occidit, sed etiam is, qui pro pecunia promisit percutere, & vulnerare etiam non animo occidendi, Alex. *cons.166.num.1. & 5. lib.7. Prob. ad Monach. in c.1.num.1. & ibi Anchar. num.3. in princ. de homicid. in 6. Plaz. in epitom. delictor. lib.1. c.16 num.2. vers. plerique tamen alij : Couarr. lib.2. var. resolut. c.20. n.9. in princ. vers. vndecimo eadem opinione. Remig. de immunit. eccles. fallent.15. n.2. cum seq. Viuius in suis communibus opinio. in verb. assassini. opin.74. Germon. de sacror. immunitatib. lib.3. c. 16. num.68.*

Quo stante videbatur talem delinquentem non gaudere immunitate ecclesiæ, iuxta constitutionem
2 Greg. XIV. in qua excipiuntur assassini, † neque enim videtur Summus Pontifex loqui de assassinis homicidis tantum, sed etiam generaliter de percussoribus, & vulnerantibus ob pecuniam, cùm exprimat eos, qui proditoriè proximum suum occiderint, aut assassini fuerint, nam si voluisset solùm homicidam per assassinium comprehendere, & non quemlibet assassinum, dixisset qui proditoriè, aut per assassinium, seu per pecuniam proximum suum occiderit, coniungendo ambos casus in eadem oratione, non autem illos separando, ex quo patet, quod conditor legis voluit aliquid
3 speciale in hoc detestabili crimine addere, † videlicèt, non solùm punire occidentes, sed etiam aliter per assassinium personaliter offendentes, prout in terminis statuti punientis occidentem, seu assassinium committentem, ita concludit *Corn. cons.249. col.2. ad med. vers. insuper videtur, n.2. lib.1.*

Quod etiam, vltra dictam constitutionem, est de iure communi, secundum quod iste delinquens non gaudebit immunitate ecclesiæ *c.1. de homic.*
4 *in 6.* † vbi excipiuntur assassini, qui possunt ab ecclesia extrahi tanquam rei immanis criminis, *Remig. de immunit. eccles. fallent.15. num.8. vers. venio ad fallentiam nostram, tom.13. fol.100. Couar. lib. 2. var. resol. c.20. n.10. vers. septimo ad institutum : Clar. in §. assassinium, vers. item licet :* Germon. *de sacror. immunit. c.16. n.70. Plaz. in epitom. delict. lib.1*
5 *c.19. n.14.* † vbi ampliat etiam in attentante, quamvis etiam non commiserit delictum, sed solùm pecunia accepta, seu promissa mandatum acceptauerit, non procedendo ad aliquem actum exteriorem proximum consummationi delicti, ita vt ex hoc non sit puniendus pœna ordinaria, sed extra ordinem, iuxta sententiam relatam per *Plaz. d.c.19. num.9. vers. vndecimo ex promissis, fol.295.* ¶ Nihilominus quo ad priuilegium immunitatis
6 hoc non attenditur, cùm statim † per acceptationem mandati, & pecuniam datam, seu promissam priuetur dicta immunitate, *Marc. Mant. lib.5 obseru. legal. c.41. de assassin. fol.149. Remig. de immunit. eccles. fallent.15. num.8. ante fin. tom.13. fol.100 Plaz. d.c.19. n.24.*

Quæ etiam procedunt, quamvis conducantur Christiani ad talia delicta perpetranda, explosa opi-
7 nione illorum, † qui volunt, vt conductus sit infidelis, cùm aliàs non posset dici assassinium, nec militet dispositio *c.1. de homic. in 6.* Quia contrarium indistinctè seruatur, non vt requiratur ista qualitas personarum, sed in omnibus assassinis hoc sit statuendum, siue mandatarij sint infideles, siue Christiani, vt concludunt communiter Anchar. *Prob. Domin. & alij in d.c.1. de homic. in 6. Bar. in l. non solum, §. si mandato, n.14. & ibi latè Addit. ff. de iniur. Idem Bart. in l. Cicero, ff. de pœn. Castr. in l.1. §. vlt. in fin. ff. de eo per quem fact. erit quomin. in iudic. Alex. cons.166. n.1. lib.7.* Bald. *& Salicet. in l. non ideo minus, C. de accusat. Marsil. in prax. §. examinanda, n.21. & §. diligenter, n.156. & in l. vnic. num. 103. C. de rapt. virgin. Carrer. in prax. tit. de homic. §. circa tertium : Aret. cons.165. col.11.* & de communi testatur Couarr. quidquid ipse contrarium teneat *lib.2. var. resolut. c.20. num.10. Gramat. vot.5. & 11* Capic. *decis. Farin. qu.8. num.83. post Brunor. à Sole, quæst.34. numero 25. vers. istud dictum : Dec. in tract.*
8 *crimin. lib.4. tom.1. c.9. num.79.* † Et dispositio *text. in d.c.1. de homicid. in 6.* quamvis loquatur in mandante, tamen extenditur ad mandatarium propter atrocitatem sceleris, Ang. *in l.1. C. de sepulch. violat. Gramat. vot.9. Plaz. in epit. delictor. c.19. n.11 lib.1.*

Verum in prædictis obseruandum est, quod non est tuta opinio supra adducta, vt dicatur assassinus, qui pecunia recepta, seu promissa accepit man-
9 datum ad vulnerandum, † cùm requiratur, vt sit ad occidendum, prout notat Gabr. *de criminalib. conclus.1. num.30.* vbi tenet contra Alex. *cons.166. ad fin. lib.7.* Nam assassinus dicitur ille, qui seiungit animam à corpore alterius, & qui nummis perce-
10 ptis hominem occidit, non autem qui vulnerauit Archidiac. *in c.1. col.1. & ibi Io. Andr. col.1. in fin. Dominic. col.2. in princ. de homicid. in 6.* quod etiam voluit Mascard. *conclus.158. n.11. Baiard. ad Clar. in §. assassinium, n.2. Alciat. cons.11. num.11. lib.1. tom.1 fol.8. Francisc. de Platea de excommunicat. §.26. n.1 in fin. tom.14. fol.355. Farin. cons.99. num.55. lib.* vbi de veriori sententia testatur, licèt *idem qu.123. inspect.5. num.139. cum seq.* adducit hinc inde opiniones, &

nes, & videatur residere in affirmatiua, tanquam
vltimo loco relata. Quamvis talis delinquens vul-
nerando, & non occidendo debeat grauius puni-
11 ri, cum † illud quod fit, aut fieri mandatur pro pe-
cunia sit atrocius crimen, Gabr. *de criminalib. con-
clus. 1. n. 30. iuxta l. Cicero. ff. de pœn.* Cardin. *in cap.
sicut, il 2. de homicid. Felin. & Anan. in cap. si ali-
quis, eod. tit. Mascard. concl.* 138. *n.* 12. Assassinium
12 enim non potest esse siue pecunia, † vel promissio-
ne de illa danda, Bald. *consil. 98. bettonus, libro* 1. *Ca-
pic. decis. 155. n. 5. in fin. vers. tertia dubitatio: Gramat.
vot. 11. n. 19. Franc. decis. 176. n. 4. & 5. & ibi Flauius
Amendol. in addit. num.* 4. vbi, quod sufficit etiam
promissionem esse incertam, & generalem, Ba-
iard. *ad Clar. in §. assassinium, nume. 6. de quo tamen
Aloys.* Catalan. *de indult. c. 32. n. 12.* vbi tenet con-
13 trarium, quod promissio debet esse certa, † provt
etiam concludit Gabr. *consi. 170. n. 18. lib.* 1. quamvis
aliud sentiat Farin. *q. 123. inspect. 5. n. 145. & 146.*

Quo verò ad secundum adsunt hinc inde opiniones,
Nam multi tenent, quod committens furtum in
ecclesia non gaudeat illius immunitate, cùm
14 † enim eam iniuria affecerit, indignus est priui-
legio ecclesiæ iuxta *c. vlt. de immun. eccles.* cuius
dispositio, quamvis loquatur in homicidio, &
mutilatione membrorum sub spe veniæ, Tamen
propter generalem rationem intelligitur vt ha-
beat locum in committente alia quæcunque de-
licta etiam absque alia spe eiusdem immunitatis;
vt declarant *Butr. & Abb. in d. c. vlt. de immun. ec-
cles.* & sequitur. *Couarr. lib. 2. var. resolut. c. 20. n. 15.
Clar. in §. fin. qu. 30. vers. item quæro: Dec. in tract.
crimin. lib. 6. c. 28. n. 5.* Et in specie de committente
furtum ita concludit *Hostiens. in summ. de immun.
eccles. §. in quantum, n. 9. & in d. cap. vlt. in fin. & ibi
Ioan. Andr. &* Butr. *etiam in fin. Anchar. & Anan.
n. 1. de immunit. eccles. Henrich. Boich. in cap. ecclesia
col. 3. in princ. eod. tit. Lelius Zecchus de priuil. eccles.
priuil. 13. num. 11. Clar. in §. fin. q. 30. vers. item quæro:
Decian. d. c. 28. n. 5. Remig. de immun. eccles. fallent. 3.
ampliat. 3. tom. 23. p. 1. fol. 97.*

Contrarium, quod immo committens furtum in
Ecclesia gaudeat illius immunitate tenet Goffred.
15 *in summ. de immunit. eccles. n. 11. cum seq.* vbi, † quod
iura canonica excludunt ab hoc priuilegio certas
tantùm personas, in quibus non connumerantur
tales fures, & quia pietas ignoscendi relinquit
gloriam ecclesiis, quod etiam videtur esse de men-
te, Gloss. *in cap. frater 17. quæst. 4. in verb. ab omni-
bus, in fin.* vbi dum ponit quæstionem de commit-
tente furtum, inclinat in istam sententiam propter
illam rationem, quia *text. in dict. cap. fin. de immu-
nit. eccles.* restringitur solùm ad illas duas perso-
16 nas, de quibus loquitur. † Et hanc opinionem tan-
quam magis tutam sequitur Card. *in dict. cap. fin.
Roman consil. 234. n. 2. Io. de Vische. de immun. eccles.
conclus. 19. n. 76.* vbi testatur de magis vera, & com-
muni sententia, quod etiam videtur colligi ex cō-
stitutione Gregorij XIV. vbi enumerantur casus,
in quibus delinquētes non gaudent immunitate
17 ecclesiæ, † & dum ibi Summus Pontifex loquitur
de delinquētibus in ecclesia, excipit tantùm illos
duos casus de committētibus homicidia, & muti-
lationes membrorum, quasi velit, vt alia crimina
præter expressa possint ab Ecclesia defendi, quasi
exceptio firmet regulam in contrarium, cùm ex
tali exceptione Princeps declaret, & ampliet eius
18 intentionem, † quod voluerit alios casus compre-
hendere Dec. *in l. 1. n. 26. de reg. iur. Alexand. consil.
216. col. 8. lib. 2. Surd. cons. 230. n. 17. & 18. lib. 2.*

Quidquid tamen sit de prædictis opinionibus, de
quarum veritate multa Farinac. *qu. 28. n. 51. vsque
19 ad 62.* † In casu proposito concludendum est esse
locum immunitati ecclesiasticæ, cùm simus in fu-
re, qui surripuit in ecclesia paruas res, & non mul-
ti valoris; tunc enim propter leuitatem delicti
non debet quis priuari huiusmodi priuilegio,
20 † Nam omnes Doctores communiter tenent,
quod beneficium dictę immunitatis non suffrage-
tur aliis delinquentibus, præter homicidas, & mu-
tilantes membra, quando committerentur delicta
grauia, & enormia, cum in leuioribus, & inferio-
ribus hoc non attendatur, etiam si perpetrata sint
in ecclesia, in istis enim leuibus delinquens ab ea
non est abducendus, provt ita concludit *Abb. in
cap. fin. nume. 9. de immunit. eccles. & in cap. inter
alia, num. 23. eod. tit. Auffr. ad decis. Capell. Tholos.
423. Caietan. in summ. in verb. immunitas. Siluest.
etiam in verb. immunitas, il terzo, qu. 2. vers. tertium
est: Couarruu. lib. 2. variar. resolut. cap. 20. nume. 15.
vers. vigesimoquinto: Remig. de immunit. eccles. fal-
lent. 3. n. 5.* qui etiam exemplificat in raptoribus
virginum, & in furtis grauibus, & enormibus; *De-
cian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 9. Germen. de
sacror. immunit. cap. 16. num. 21. Mandos. ad Roman.
cons. 234. in verb. aduertendum, in fin. Farin. qu. 28 n.
63.* vbi etiam allegat *Ang. Castr. inter cons. Paul.
Castr. sui patris consil. 458. alias est consi. 422. viso ca-
21 su proposito & pluribus dubiis, col. 2. lib. 2.* † Quando
autem delictum sit graue, seu leue, remittitur arbi-
trio Iudicis, *l. 1. de custod. & exhibit. reor. cap. perue-
nit. de sentent. excommun. Bald. in cap. propofuit, n. 2.
de appell. Diaz in prax. crimin. canonic. c. 21. Me-
noch. de arbitra. iudic. cas. 266. n. 2.*

EPITOME.

Alienatio feudi quando valeat, si confirmatio
illius sit facta post obitum subinfeudantis. ¶ Et
quid si Princeps confirmans habuit scientiam ta-
lis obitus. ¶ Et ex quibus illa probetur. ¶ Et an
sufficiant clausulæ, *quorum tenores, & pro expressis,
&c.* cum similibus. ¶ Præscriptio quadragenaria
an resultet ex confirmatione in forma communi.
¶ Et an habeat locum in feudis. ¶ Actus an de-
beat confirmari tempore congruo in vita alie-
nantis. ¶ Hæres quando possit contrauenire facto
defuncti sub prætextu fideicommissi, vel feudi si-
bi debiti. ¶ Et quid si confecit inuentarium.
¶ Verba *reseruatis iuribus*, an intelligantur præter
expressa. ¶ Oppositio iuris tertij, & defectus be-
neplaciti quando possit opponi. ¶ Gratia, quæ
transiuit in contractum an valide reuocetur per
successores etiam per viam electionis. ¶ Priuile-
gium quando detur defuncto, conualidando illius
testamentum.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio feudi confirmata post mortem subinfeudan-
tis valet si Princeps fuit narratus talis obitus. nu-
mero 3.*

2 *Confirmatio ex certa scientia operatur validitatem
actus nulliter gesti.*

4 *Princeps potest defunctæ personæ priuilegium dare
conualidando eius testamentum.*

5 *Scientia principis colligitur ex clausula, habentes pro expressis, & quorum tenores, &c.*

6 *Verba*, quorum tenores, &c. *operantur effectum suum etiam in gratia ad postulationem partis.*

7 *Præscriptio quadragenaria resultat ex confirmatione in forma communi, & magis si adsit clausula, ex certa scientia.*

8 *Præscriptio quadraginta annorum habet locum etiam in feudis respectu vtilis dominij.*

9 *Actus nullus conualidatur per clausulam, supplentes omnes defectus.*

10 *Notitia plena iuris tertij quando in confirmatione facta per Principem præsumatur.*

11 *Derogatio regulæ de iure quæsito non tollendo non requiritur in actum de sui natura præiudiciali tertio.*

12 *Confirmatio alienationis debet fieri tempore congruo in vita alienantis. Intellige vt n. 13. 14. & 17.*

15 *Qui potest concedere licentiam ad alienandum, multo magis poterit confirmare alienationem.*

16 *Beneplacitum Apostolicum, quod suffragatur in confirmatione alienationis facta per defunctum operatur etiam respectu hæredum, vt non possint contrauenire. num. 18.*

19 *Alienatio facta per testatorem an possit impugnari per hæredem, etiam cum beneficio legis, & inuentarij, sub prætextu fideicommissi, vel feudi quando possidet bona defuncti.*

20 *Gratia non potest reuocari quando transiuit in contractum, non solum per concedentem, sed neque per successores per viam electionis.*

21 *Successor Principis contrauenien s facto antecessoris, dicitur sibi ipsi contrauenire, cũ sit idem imperiũ.*

22 *Princeps debet venerationem præstare mandatis antecessoris, si vult, vt per eum gesta à successoribus seruentur.*

23 *Clausula, reseruatis iuribus, intelligitur præterquam in expressis.*

24 *Oppositio iuris tertij, & defectus beneplaciti superioris non admittitur nisi facta declaratione per ipsum tertium de sua voluntate.*

CAPVT DXCIX.

Confirmatio Apostolica quamvis fuerit ob-
1 tenta post mortem subinfeudantis, † non
tamen in casu nostro potest dici inualida, quia
constat de scientia Summi Pontificis, cui fuit in
specie narratus talis obitus, quo non obstante
fuit cõnfirmata alienatio, & per consequens non
2 potest dici de eius inualiditate, † cùm similes con-
firmationes ex certa scientia Principis operen-
tur, vt fiat validum, quod erat nullum tanquam ius
de nouo tribuant, *cap. 1. de transact.* Bart. *in l. more, n. 5. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Felin. *in cap. inter dilectos 6. num. 6. & 14. de fid. instrum.* Parisi. *consi. 1. n. 38. cum seq. lib. 4.* Gozad. *cons. 62. n. 15.* Dec. *in c. 2. num. 6. de confirm. vtil. vel inutil. consi. 341. viso puncto, col. 1.*
3 *& 2.* Grammat. *consi. 115. n. 4.* & † ita in specie de ma-
ioratu post mortem institutoris cõfirmato, quod
valeat stante scientia Principis confirmantis con-
cludit Gregor. Lopius *in l. 32, taur. titul. 9. part. 6. in gloss. in verb. non valdra, colum. fin. vers. sed an si quis:* Vasq. *de successión. creation. lib. 3. §. 26. num. 89. vsque ad* 110. iuxta doctrinam Ang. *in addit. ad Bar. in l. penult. in fin. C. de præposit. sacr. cubicul. lib.*
4 10. † vbi notat, quod Princeps potest defunctæ
personæ priuilegium dare, eius testamentum con-
ualidando, Ita vt non consideretur interesse, quod
alij possent prætendere, etiam absque vlla citatio-
ne illorum, si enim Princeps potest dare licentiam
ad alienandum, multo magis poterit confirmare,
quod alienatum est argumento *text. in leg. quæ in prouincia, §. 1. ff. de re ritu nuptiar.* quem in simili adducit Bal. *in e. colum. penult. ante med. versic. quæro an pater possit, n. 12. de confirmat. vtil. vel inutil. cum alijs per* Vasq. *de success. creation. §. 26. lib. 3. n. 103. & 104. fol. 62.* & ista opinio est verior, quidquid contradicat Molin. *de primogenit. hispanor. lib. 2. cap. 7. n. 12 cum seq. fol. 240.*

Quod autem simus in certa scientia Principis clarè
apparet, tam ex mentione mortis Ducis subinfeu-
5 dantis, † quàm ex clausula, habentes pro expressis
litteras eiusdem Ducis, & eorum tenorem, ac si de
verbo ad verbum insertæ fuissent, tunc enim ista
habent vim singularis expressionis, ita vt tunc
nulla obstantia officiant, Dec. *cons. 341. viso puncto ac diligenter, n. 1.* Alex. *consi. 30. col. 3. ad med. n. 6. in fin. vers. & ita etiam colligitur, lib. 1.* Aym. *consil. 126. num. 7 post* Burr. *consi. 2 in fin.* Gemin. *consi. 65 nu. 22.*
6 † Ita vt ista verba operentur effectum suum etiam
in gratia ad postulationem partis concessa, vt de
communi obseruantia testatur Cassador. *decis. 10. n. 2. super regul. Rot. diuersor. decis. 213. n. 1. p. 1.*

Stante igitur tali confirmatione ex certa scientia re-
7 sultat etiam præscriptio quadragenaria, † quam-
vis etiam sufficeret confirmatio in forma com-
muni, quæ licèt nihil operetur, ad omnimodam
ipsius actus validitatem, tamen operabitur, vt
præstet iustam causam præscribendi, quando ad-
est cum tali confirmatione spatium quadraginta
annorum, quod facit, vt maioratus alienatio, vel
quid simile sit perpetuò validum, nec contra illud
aliquid possit opponi Abb. Antiq. *in cap. dudum, de præbend.* quem refert, & sequitur Bald. *in margarit. in verb. electio, vers. fin.* Host. *in summ. de confir. vtil. vel inutil. §. quis sit effectus, nume. 7. ad med. vers. puto etiam quod talis.* Dec. *in cap. 1 num. 5 in fin. eod. tit.* Paris. *consil. 3. num. 36. lib. 4.* Firman. *de episcop. libro 3. 4 part. 2 part. princ. vers. vndecimo quarto, num. 14.* Molin. *de primogen. hispan. lib. 2 c. 6 num. 54.* Schrader. *de feud. p. 6 c. 3 num. 34 & 35.* vbi etiam quod priuilegium inualidum præbet causam præscribendi Gloss. Felin. *& alij in c. de quarta, de præscript.*

Quæ quidem præscriptio quadragenaria habet lo-
cum etiam in feudis respectu vtilis dominij quid-
8 quid † aliud sit quo ad dominium directum Gloss.
in cap. ad audientiam, in verb. principaliter: & ibi. Abb. *num. 12 & 16. &* Felin. *n. 23. vers. limita prædicta sex modis, de Præscription.* Paris. *consi. 27 n. 65 lib. 1 & cons. 101 num. 77. cum seq. eod. lib. post* Isern. *in cap. 1 §. si quis per triginta. vbi* Præpos. *col. 2 versic. sed pulchrum est, si de feud. fuer. controuers. inter domin. & agnat.* Balb. *de præscription. 4 part. 4 part. princ. quæst. 12 in princip. n. 6 fol. 340.* Schrader. *de feud. part. 5 c. 4 n. 6.*

Accedat, quod vltra confirmationem Papæ ex cer-
ta scientia adest etiam clausula, supplentes omnes
9 & singulos defectus, † per quam validatur actus
etiam nullus, ita vt nihil opponi possit Gabr. *consil. 200. numero secundo libro primo.* Maximè, quia
sumus in illa, de quibus Papa fuit informatus,
stante expressa narratione obitus subinfeudan-
tis, quo casu dicitur habuisse plenam notitiam
10 iuris tertij, † cui secundum leges per mortem

illius

illius erat ius acquisitum, tunc enim talis defectus
videbitur sublatus *Parisf. cons.3.num.59. lib.4.Felin.*
in cap.cum inter num.51 de except. Cùm etiam adsint
clausulæ, non obstantibus ordinationibus, consti-
tutionibus,& aliis quibuscumque, quæ verba suffi-
ciunt ad derogationē omnium iurium contrarium
disponentium *Acebar.cons.337.colu.2. Iaf.cons 110.*
column.5.in princip. vers tertio mouster. Roland.cons.67.
num.62 lib.3.Franc.de Pont. cons.53. num 19 cum seq.
Bero.cons.147 num.28. vsque ad 31. lib.3. vbi ampliat
procedere etiam si agatur de iure tertij.

Neque in hoc est necessaria aliqua derogatio regulæ
11 de iure quæsito non tollendo, † ex quo enim Papa
scienter confirmat post obitum subinfeudantis, fa-
cit actum de sui natura præiudicialem tertio, cùm
sciret ius acquisitum alteri post mortem subinfeu-
dantis, quo casu non opus est ista derogatione iuris
quæsiti *Corn.cons.83 circa primum consultationis. col.*
penult post med.vers.tertio respondetur, num.16. lib.4.
post Bald.in leg.nec auus,in princ. Cod. de emancip.li-
beror. Card.Seraph.decis.1445.n.5. Cassador. dec.1.de
priuileg.Rot.diuers.dec.240.n.22.part.1.

Neque constat, quod confirmatio debebat fieri tem-
12 pore congruo in vita subinfeudantis, † iuxta *Isern.*
in cap.1.§.donare, col.4. qualit.feud.alien. poter. alien.
cum aliis quos latè adduxi *supra cap....* Quia lo-
quuntur in casu, in quo dominus directus non po-
terat præstare assensum tanquam non habens au-
ctoritatem confirmandi, seu præstandi assensum
post ius alteri quæsitum, & sic tēpore, quo res erat
13 alterius, non eius, qui alienauit, † vnde talis con-
sensus non valet, cum non reperiat rem integram,
sed reuocatam ex permissione legis, & sic non adsit
materia, super qua possit talis auctoritas fundari, vt
latè declarat *Roland.cons.2.n.145. vsque ad 156.lib.1.*
Aliud est in casu nostro, in quo deficit ista facultas
14 in summo Pontifice, † qui potuit, & voluit deroga-
re iuri tertij, confirmando scienter alienationem
post mortem subinfeudantis, quæ confirmatio ope-
ratur actus validitatem, quatenus etiam esset nul-
lus, vt supra dictum est *Parisf. cons.3. num.38. lib.4.*
15 † Si enim potest dare licentiam ad alienandum,
multo magis poterit confirmare *Bald.in cap.1.nu.12.*
de confirm.vtil.vel inutil.

Maximè, quia sumus in alienatione facta per contra-
ctum in remunerationem liberalitatis, & munifi-
centiæ propter donationem magnæ quantitatis pe-
cuniarum factam per vasallum feudatarium, quo
casu maior adest iusta causa confirmandi etiam in
16 præiudicium tertij, † Adeo vt quemadmodum ex
huiusmodi pacto beneplacitum Apostolicum suf-
fragatetur respectu ipsius Ducis defuncti, Ita etiam
debet suffragari respectu hæredis, qui non potest
17 plus quàm defunctus si viueret, † prout limitando
opinionem Isern. per multas rationes concludit
Roland cons.97.num.44. & 53. cum seq.lib.1. per do-
ctrinam *Bald.in leg.qui se patris, num.9.vers.iterum*
quæritur vasallus, Cod.vnd.liber. quem sequitur *A-*
lexand.consil.13.num.3.& 7.lib.5. vbi, quod magis ha-
bet locum quando, prout in casu nostro, fuit pro-
18 missum non contrauenire, † obligando se & suos
hæredes *Parisf.consil.16.num.42.lib.1. Afflict.decisio.*
212.num.4 Curt.Iun.consil.155.column.penultim.num.7.
Doctor. in cap.1. an agnat. vel filius. & de communi
Roland.dict.consil.97.num.46.& 47. lib. 1. vbi quod
maxime hoc procedit, quando non fuisset factum

inuentarium, prout regulariter Principes non so-
lent illud facere cùm simpliciter adeant hæredita-
tem suorum maiorum, vt notissimum est.

Amplius quamuis etiam esset factum inuentarium,
tamen cùm Sereniss. Dux sit hæres Ducis subinfeu-
dantis, an possideat bona ad eum spectantia non
19 poterit talem alienationem impugnare, † quamuis
prætendat, quod istæ res alienatæ ad se spectent,
vel tanquam ex feudo, vel ex fideicommisso, vel ex
alia diuersa causa quàm hæreditaria, cùm ex ista
aditione hæreditatis teneatur approbare factum
defuncti, prout in similibus terminis latè compro-
bat *Gabr.consilio 125.num.11.vsque ad 13.lib.1. Aym.*
cons.225. numer.12. Molin.de primogen. Hispanor.
lib.4.tit.1.nu.17.vsque ad 25. dixi latè *supra cap.511.*
nu.27.& 28.

Valebit igitur infeudatio tam in vita subinfeudantis,
20 quàm successorum, cùm non simplex gratia, † sed
transiuerit in contractum irreuocabilem, contra
quem non poterunt venire hæredes; nec quicum-
que successores etiam per viam electionis *Bald. &*
Castrens.in leg.digna vox, Cod de legibus Abb in cap.
1.de probat.Iaf.in leg. 1.num.13.ff.de constit.princip. &
cons.86.col.5.lib.3. Aym cons.241 num.17. Afflict.in
cap.1.nu.19.qui success.teneant. Menoc.cons.1.n.229.
Brun.cons.1.col.4 post med. Alex.cons.16.col.penultim.
vers.quia etiam quando,lib.5. Parisf.cons.2 num.132.
lib.4 Socin.Iun.cons.60 num.18. lib 3 Natt. cons 656.
21 *num.13.Boer.decis.104.nu 41.* Vbi † enim successor
Principis contrauenit factis antecessoris dicitur
contrauenire sibi ipsi, quia semper est vnum impe-
rium, & idem Ducatus *Bald. cons.326 Rex Romano-*
rum, col.3.ad med lib.1. Aym.cons.241. col.6. in princ.
22 *numer. 17.* † Et si cupit Princeps per eum gesta à
successoribus obseruari, concedens est, vt suorum
prædecessorum mandatis venerationem præster, ac
custodiam *cap.iustitia 25.quæst.1.* Et non obseruando
materiam præbet dissoluendi eius gesta per succes-
sores *cap.institutionis 25.quæst.2.* Maximè, quia sem-
per isti feudatarij fuerunt per Serenissimum Ducem
habiti pro talibus, & recepti ad iuramentum fide-
23 litatis, † Ita vt non obstet clausula reseruatiua,
saluis iuribus, cum similibus verbis, cùm intelliga-
tur præterquam in expressis *Andreas Isern.in cap.1.*
ante num.10.qui successor.teneant. & in cap.1.§.sed nec
est alia instior, num.35.quæ sit prim.caus. benefic.amit-
tend.Socin.cons.43.num.6.lib.4. Decian. cons.185. post
num.11.vers.secundo respondetur. Ioan.Franc.Ponte
cons.49.num.13.& 14. Præsertim, quia non videtur,
quod possit opponi iste defectus beneplaciti Apo-
24 stolici, quamuis adesset, licèt non adsit, † tanquam
sit oppositio de iure tertij, scilicet summi Pontificis
Domini directi, quæ non admittitur, nisi facta de-
claratione per ipsum tertium de sua voluntate *Bart.*
in leg.2.vers. quandoque ius tertij, ff. de except.rei iu-
dic.Bald.in auth qui rem, ante fin. vers. subsequenter
quæro, nu.6.Cod.de sacrosanct.eccles. & in l.vlt.in fin.
C.eod.tit. Abb.cons.87.col.2.lib.2. Alex.cons.173.ante
fin.lib.2.Roland.cons.81.nu.7.lib.3.Rosent.de feud.cap.
25 *6. conclus. 58. in fin.* † Stante præsertim traditione
possessionis secuta, ac subinfeudatione rei mini-
mæ, quæ non tendit ad magnam diminutionem
status, immò nullam, quo casu successor in ducatu,
maximè si est etiam hæres, tenetur stare facto de-
functi *Idem Rosental.de feud. cap.9.nu.1. conclus.49.*
num.12.& 13.

EPITOME.

Modicitas pretij cum pacto retrouendendi quando probet simulationem. ¶ Æstimatio quomodo sit facienda ad docendum de læsione. ¶ Et an admittatur cumulus viginti ann. ¶ Et an sufficiat considerare fructum solitum percipi ex locationibus. ¶ Vel potius sit standum relationi peritorum, non autem testibus. ¶ Et quæ onera sint deducenda, vt probetur verus rei valor. Et an pactum retrouendendi illum minuat circa tertiam partem. ¶ Contractus pignoratitius ex quibus præsumatur, & quando sufficiant coniecturæ, & an illæ operentur contra mulierem, minorem, rusticum, & militem. ¶ Probatio præsumptiua quando sufficiat ad colligendam fraudem vsurarum. ¶ Causa simulationis quo casu sit probanda. ¶ Et an illa arguatur ex pacto retrouendendi non simpliciter apposito, sed post certum tempus. ¶ Peritiores an debeant assumi, si probetur læsio æstimationis factæ per primos peritos. ¶ Et an talis assumptio extendatur vltra primam vicem. ¶ Lex noua quando dat certum remedium causæ ex relatione peritorum, an tunc gesta vigore illius irritentur per magis peritos admissos per legem nouam.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio probatur propter modicitatem pretij cum pacto retrouendendi, & qualis debeat esse ista modicitas, num.2.*

3 *Æstimatio per cumulum fructuum viginti annorum an probet læsionem.*

4 *Fructus domorum, & casalium, & similium rerum an probentur ex locationibus.*

5 *Periti sunt adhibendi per Iudicem, qui ex eorum relatione declarabit an adsit læsio, & modicitas pretij. nu.21.*

6 *Tempus contractus inspicitur ad effectum cognoscendi iustitiam pretij.*

7 *Ratio canonis, & pacti retrouendendi, & aliorum onerum attenditur ad diminuendum pretium rei venditæ.*

8 *Pactum de retrouendendo minuit verum valorem circa tertiam partem, etiam ad augendam simulationem.*

9 *Contractus pignoratitius non efficitur, quamuis apponatur pactum retrouendendi, non simpliciter, sed post aliquod tempus.*

10 *Simulatio an arguatur ex pacto retrouendendi, & oneribus, & expensis soluendis per venditorem. nu.11.*

12 *Præsumptiones simulationis, & vsurariæ prauitatis non militant contra mulieres, minores, rusticos, & milites. nu.13.*

14 *Decretum Iudicis adhibitum in contractu tollit omnem suspicionem fœnoris.*

15 *Probatio præsumptiua sufficit ad colligendam fraudem vsurarum, & impedit executionem. nu.16. Intellige vt nu. 17.*

18 *Causa simulationis est probanda. Declara vt n.19.*

20 *Peritorum æstimatio an sit vera, seu præsumptiua probatio.*

22 *Æstimatio communis attenditur, & illa debet probari per peritos, quibus magis standum est quàm testibus. nu.23. & 26.*

24 *Periti an participent de iudice, seu de teste, vel dicantur potius arbitratores. nu.25.*

27 *Peritis in arte credendum est.*

28 *Peritiores debent assumi, si prætendatur læsio ex relatione æstimationis facta per primos peritos. Intellige vt nu.29. & 31.*

30 *Infinitas est euitanda.*

32 *Diuersitas facti inducit diuersitatem iuris.*

33 *Lex antiqua quando dat certum remedium ex iudicio peritorum, tunc gesta vigore illius non irritantur per magis peritos per legem nouam.*

CAPVT DC.

PRopter modicitatem pretij, iunctam cum pacto de retrouendendo, licèt sufficienter probetur
1 simulatio † iuxta opinionem, quam sequitur *Rota per Cassador. decis. 1. & 2. de vsur. Abb. cons. 79 num 2. lib. 1. Ias. cons. 153. col. 2. in princ lib 4.* Nihilominus in
2 casu proposito contrarium est dicendum † quia non fuit probata ista modicitas pretij vsque ad dimidiam illius, prout ad hunc effectum requiritur *Fran. Marc. decis. 484. n. 21. pars. 1. Cephal. co s. 289. n. 37. lib. 2. Honded. cons. 31. n. 69. lib. . & consil. 33. nu. 61. lib. 2. Rot. coram R.P.D. Marcomenio. Bononien. de Ballis. 19. Martij & 8. Iunij 1597. & corã R.P.D. Andrea Romana fideiussionum, 13 Martii 1607. Roman. cons 304. in princ. Roland. cons. 96. num. 35. lib. 2. Osasc. decis. 41. num. 9.* vbi ita declarant *text. in cap. ad nostram, de empt. & vendition. Pantal. Cremens. in repetition. lib. 2. num. 172. Cod. de rescind. vendit.*

Nec ad probandam modicitatem pretij debet admit-
3 ti, quod domus locetur pro pensione, † quæ cumulata per spatium viginti annorum ascendit ad summam, ex qua colligitur, quod pecuniæ stant ad rationem scutorum decem pro centum, Quia ista æstimatio per dictum cumulum non est probabilis, & tuta, vt post *Couarr. Lup. & alios* notat *Roderic. de annuis redditibus lib. 1. quæst. 6. nu. 25.* & dixi *supra cap. 545. Rot. coram Card. Arrigonio. Romana dotis, 23.*
4 *Martii 1594.* Immo neq; ex locationibus † probatur verus annuus fructus, & affictus, cùm fieri possit, vt quis locet pro minori pretio ratione amicitiæ, vel parentelæ, & misceationis causa, vel quod negotia sua gerere nesciat, & quod quis conducat pluris propter affectionem, & alias similes causas, ex quibus efficitur, vt probatio non concludat, cùm ad hunc effectum satis sit, quod aliquid fuerit possibile, prout in specie locationum, quod per eas non probetur valor rei seruat *Rot. coram Cardin. Arrigonio Romana dotis, 23. Maij 1594. inter dec. Rot. diuers. recollect. per Farinac. part. 4. decis. 871. post Cassador. dec. 20. in princ. super regul. de valor. quæst. 11. Rot. coram R.P.D. Cantuccio. Neapolitana census, 4. Decembris 1579. & coram Card. Lancelloto. Romana pretij Fiani, 2. Ianuarij 1610. col. 2. in princ.*

Quare huiusmodi æstimatio non solùm erit facienda iuxta redditus, & pensiones domorum, sed etiam iuxta qualitatem rei, ideo sunt adhibendi periti,
5 prout instatum fuit in actis, † per quorum peritorum assumptionem, & relationem Iudex declarabit an adsit prætensa læsio, & modicitas pretij *leg. hac edictali. §. hoc illud, Cod. de secund. nupt. Alex.* in specie læsionis *in leg. pretia rerum, nu. 6. ff. ad legem falcid. Pantal. Cremens. in l. 2. num. 294. cum seq. vbi Ca-*
6 *gnol. num. 158. Cod. de rescind. vend.* Ita vt † debeat inspici tempus contractus ad docendum de iustitia vel iniustitia talis pretij, cum illud mutetur loco, & tempore

tempore, Surd.conf.191.nu.71.lib.2.per l.si voluntate,
C.de rescind.vend.Castr.in l.ad rescindendum, C.eod.
tit.Ias.cons.53.col.penult.lib.1.Præsertim cùm sit hæ-
7 benda ratio † canonis, & onerum domus,& quali-
tatis illius, Put.decis.201.nu.1.lib.3. Roland.consil.58.
nu.13.& 14.lib.4.Bald.in l.sed si hec,§. quidam. in fi.
ff.de cond.& demonst.Rip.in l.1.§.si heres num.6.ff.ad
Treb. Cùm etiam in constituenda ista dimidia iusti
pretij ad effectum modicitatis prædictæ sit habeu-
da ratio pacti de retrouendendo, quod minuit de
8 vero valore circa tertiam partē, † etiam ad arguen-
dam simulationem, Tiraq.de retract.conuent.in præ-
fat.nu.20.Couarr.lib.5.var.resolut.cap.10.n.1. Rimin.
Iun.cons.218.num.117.lib 2.Gamm decis.Lusit.138.n.
2.& decis.178.num 9. Rot.coram R.P.D.Andrea.Ro-
mana fideiussionis,12.Martij 1617.vers.secunda coie-
ctura.& coram R.P.D Marcomontio.Bonon.de Ballis.
19.Martij,& 8.Iunij 1607.Honded.cons.33.n.32.lib.
2.Roland.cons.58.n.11 vsque ad 17.lib.4. Bertaz.cons.
crim.2.n.53.lib.1 Socin.cons.15.n.55 & 56.lib.1.Bursatt.
cons.:17.n.15.lib.1. Mascard.conclus.447.n.13 part.1.
Neque obstat,quod pactum retrouendendi non fuerit
appositum simpliciter, sed post septennium quod
videtur facere contractum pignoratitium, Quia
9 † hoc solum non sufficit ad præsumendum pignus,
& vsurariam prauitatem, Rot.per Mohedan. decisio.
157.alias 3.de empt.& vendit.quam sequitur Cardin.
Mantic.de tacit.& ambig.conuent.tit.51 lib.4.nu.37.
post med.vers & quod tale pactum, & lib.8.tit.20. nu.
9 ad med vers.& in facto auditorio. Menoch.cons.343.
num.53.lib.4.
Nec facit coniectura desumpta ex oneribus,& expen-
10 sis domus soluendis per venditricem, † Quia do-
nec non apparet de æstimatione, nihil facit ista
præsumptio, cùm possit esse,quod id factum fuerit,
quia emptor pluris emit, Menoch. præsumpt.122.nu.
59.lib.5.cum aliis per Farin de fals.quæst.163.n.105.
& hanc non esse æquipollentem coniecturam dicit
Ruin.cons.16.n.11.post med.vers.nec obstat quod etiam
in casu nostro.lib.4.Bertr.cons.186.vide processum n.4.
lib.2.pag.1.Tiraq.de retract.conuent glos.2.§.6.nu.25.
post med.vers.& tamen videmus. fol. 581. & quatenus
11 talis coniectura officeret, † tamen erat proban-
dum, quod per venditores fuerint solutæ huiusmo-
di expensæ, de quo tamen non constat, cùm immò
emptrix illas soluerit, Honded.cons.53.nu.79.in princ.
vers præterea nec video, lib.2.
Accedat,quod sumus in cōtractu gesto per mulierem.
contra quam non militant similes præsumptiones
pignoris,& vsurariæ prauitatis, sed ab eis talis su-
12 spicio, & consilium fraudis excluditur, † prout à
rusticis, minoribus, ac militibus, qui si emant cum
istis pactis non præsumuntur habuisse animum fœ-
nerandi propter eorum simplicitatem,vt latè com-
probat Card.Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.8.
13 tit.25.num.11 vsque ad 18. † vbi, quod est multum
notandum in practica ad excludendas istas suspi-
ciones fraudum, & vsurarum, Tiraq.de retract.con-
uent.in præfat.num.54 & 55. Raph.Fulgos.in l.cum al-
legas.nu.1.post gloss.ibid.Cod.de vsur. Natt.cons.386.
nu.8.in fin.Bero.cons.167.nu.12.lib.1.Conar.lib.5.var.
resolut.cap 8 num.4. vers his accedit. Afflict.in cap.1.
col 9.de feud.dat.in vic.leg.commissor. Mohedan. dec.
157.alias 3.de empt.& vend.in fin. Quod magis est in
casu nostro, quia emptio fuit facta cum decreto
14 Iudicis,ac cum aliis solemnitatib.requisitis,† quod
facit, vt omnis suspicio fœnoris excludatur Card.
Mantic.de ta it & ambig.conuent.lib.8.tit.15.n.26.
post Abb.cons 61.nu 1.vers.sed his non obstantibus. lib.
2.Menoch.cons.543.nu.10 lib.4.
Addendum est etiam, quod quamuis ad colligendam
fraudem vsurarum sufficiat probatio præsumptiua,
15 † Gloss in cap.ad nostram,in verb.quod patet,de empt.
& vend.Rom.cons.423.nu 14.in fin. Card.Mantic.de
tacit.& ambig.conuent.lib.8.tit.17.n.6. Castill.contro-
uer.iur.cap.15.nu.21.Farin.de fals quæst.161.num.102.
16 † Ita vt hoc casu non detur executio huiusmodi
contractibus factis in fraudem vsurarum Bald. in
l.fin.§.in computatione.n.18.C.de iur.delib. Alex.cons.
101.n.5.lib.5.Socin.cons.27 n.30.lib.4.Canar.de execut.
instrum.q.25 Crass.de except.c.12.n.1.dixi supra c.264.
n.45 quos omnes refert,& sequitur Rot.corā R.P.D.
Andrea Romana fideiussionis,15. Martij 1617.in princ.
Nihilominus ista sunt intelligenda, dummodo tales
coniecturæ & præsumptiones sint efficaces & dilu-
17 cidæ,& legis,† non hominis. Bald.cons.21.n.2.ad fi.
vers.nec sufficiunt,lib.4. Aym.cons.145.nu.2.vers quod
tamen.Caputaq.dec.163.nu.5.p.3 Rot.coram Card.Lu-
douisio Romana census.25.Nouemb.1564.& coram R.
P.D.Andrea Romana fideiussionis,15.Mart.1617.col.1.
in fin.& coram R.P.D.Gipsio Beneuentana donationis,
18 27.Nouemb.1585.† Cùm etiam in casu,in quo con-
iecturæ essent iuridicæ,& attendendæ,deberet pro-
bari causa simulationis,Bart.in l.si post contractum,
nu.2.ff de donat.& cons.65.n.4.lib. quod esse canoni-
zatum per Rotam dicit R.P. D. Sacra Romana do-
mus,9.Iunij 1617.ad fin. Anchar.cons.227.n.3 Bellam.
decis.715.n.2. Rot.coram R.P.D.Corduba Romana de
Massis.15.Iunij & 4 Iulij 1601.& coram R.P.D. Pe-
nia Bononien.bonorum de Monterentiis, 30. Martij
1607.& coram R.P.D.DunoZet.in eadem causa,2.De-
19 cembris 1613. † Intelligendo tamen,quando agere-
tur de probanda simulatione ex solis coniecturis,
secus vbi adessent plenæ probationes, tunc enim
non requireretur aliqua probatio causæ simulandi,
Aym.cons.491.n.27.vers.tertio respondetur.lib.5.Gabr.
cons.51.n.7.lib.2.Card.Mant.de tacit.& ambig.con-
uent.lib.8.tit,25.n.34.& lib.13.tit.35.n.7.vers. & qui-
dem Farin.de fals.quæst.162.n.139.Rot.coram R.P.D.
Sacrato Anconitana censuum,14. Aprilis 1617.& co-
ram eodem Romana domus, 9 Iuny 1617.
Neque est considerandum,quod non sit locus electio-
20 ni peritorum, cum illorum relatio & æstimatio †
non sit vera prohibitio,sed præsumptiua, tanquam
tales non sint propriè testes, Bald.in leg.data opera,
num.25. versic.sin autem, Cod. de his qui accusar. non
poss.Pacian.de proband.lib.1.cap.47.numero 15. Quia
immo verius est, quod ad istum effectum æstima-
tionis bonorum, talis modus probandi valorem
21 per peritos est à iure approbatus, † ideò illos assu-
mit Iudex,vt possit rectè cognoscere an adsit læsio,
necne,leg.hac edictali,§.his illud,Cod.de secund.nupt.
Bart.in leg.Theopompus, num.8.de dot.prælegat.& in
repet.leg.creditoras,col.fin.num.29.Cod. de pigneribus
Alexan.in leg.pretia rerum 26 ff. ad legem falcidiam.
Aret.consil.83.nu.11.Cagnol.in leg.2.num.258.& ibi
Pantal.Cremens.num.297.Cod de rescind. vendit. &
hanc opinionem passim sequitur Rot. coram Card.
Seraph.Romana palatij de incoronatis, 11. Maij 1584.
quæ est inter Impressas decis.665.nu.294.vbi, quòd
22 licèt communis æstimatio attendatur, † tamen in-
ter alios modos probandi qualis illa sit,est iste per

peritos, cùm nullus scire possit melius valorem rei iuxta communem æstimationem, quam peritus, ita vt potius standum sit æstimationi factæ per peritos
23 à Iudice electos, † quàm testibus, *Bero.cons.102.nu. 35. lib. 3.* & ista est communis & vera opinio, vt per *Rot. coram Card. Lancell. Romana pretij Fiani*, 14. *Ianuar.* 1610. *Anchar.cons.330. numer.6. Card.Thusc. concl.286.in verb.peritus,nu.67.Curt.Iun.cons.165.col. penult.nu.20.vers.præterea ad probandum. Mascard.*
24 *conclus 653.nu.1. cum seq.* † Participant enim periti de iudice, & de teste, *Bald.cons.445. quidam nomine, num.6.vers.ad illud quod quæritur, lib.1.Rimin.Iun. cons.212.num.16.lib.2. Alex. cons.179. visa scriptura, in fi.lib.2 Bald.in l.vlt.qu.3.in fin.C.de contrah.empt.*
25 † Et dicuntur arbitratores *Surd.cons.452.nu.30.lib. 3 Gabr.cons.168.nu.104.lib.1.* dixi *supra cap.263.n.20. tom.2.Lup.in l.2.comment.2. §.5.nu.148.Cod.de pact. inter empt.& vendit.fol.87. post gloss.in l.hac edictali, §.his consequenter, in verb. sacramenta, Cod. de sec.*
26 *nupt.* †. Et istis peritis electis ad æstimandum magis credendum est, quamuis alij testes contradicerent *Honded.cons.31.nu 46.lib.1.post Pantal. Crem.in leg. 2.num.316.C.de rescind.vendit. Dec.cons.488. in casu*
27 *occurrenti,n.12.Menoch.cons.358.nu.31.lib.4.* † Prout regulariter illis est credendum tanquam in arte peritis, *§.quod autem, auth.de non alienand.aut permut. rebus eccles.Franc.Marc.decis.460. post princ.part.2. Bursat.cons.57.numero 22.& consilio.101. numer.5.lib. 1.Honded.consilio 80.num.22.& 30.lib.1. Boer.cons.5. num.7.Bero.cons.132.num.20.lib.3.Surd.cons.126.num. 17.lib.1.*

Ampliùs in huiusmodi æstimationibus non solùm deuenitur ad electionem peritorum, sed si prætenda-
28 tur læsio, † non impeditur probatio facienda per alios peritiores, per quorum iudicium poterit sententia lata per peritos retractari, *Ioan. de Amic. cons.102.num.8.Rimin.cons.212.num.12.lib.2.& cons. 355.nu.2.lib.3.* vbi de magis communi *Felin.in c.proposuisti,num.10.& ibi Dec.nu.8.Imol.nu.4. de probat. Bero.cons.84.nu.25.lib.1.post Bart. & alios in l. 1. § si autem,num.2.ff.si mens.fals.mod.dixer.Hieronym.de Mont.de finibus cap.26.num.10. Pantal. Cremens. in leg.2.num.299.Cod.de rescind.vend.Roman.cons.226. in fin.num.16.* vbi Mandos. qui de communi *in verb. retractari,in fin.Rot.coram Card. Lancellotto Romana pretij Fiani,14.Ianuarij* 1610. *ad med. Ias.in rubr.de iur.iurand.in fin.& in leg.admonendi,in 1.lect.nu.47. & in 2.lect.nu.41.ff.eod.tit.& in l.si conuenerit, n.21. ff.de re iudicat.Iaffr.decis.241.Dec.cons.278.non leuis, in fin.Marc.Mant.cons.125.visis, nu.21. Marsil.in l. vnic.num.47.Cod.de rapt. virgin. & sing.427. plures*
29 *sunt casus.Ruin. cons.34. num.1 lib.5.* † Intelligendo tamen, vt post secundam deputationem peritorum non sit amplius locus vlteriori electioni ad euitan-
30 dum processum in infinitum † *cap.cum in multis 11. de rescript.in 6.l.bona , §.vlt.de damn.infect.* & notat *Felin.in c.proposuisti,n.21.de probat.Rot.coram.Card. Lancellotto Romana pretij Fiani, 24. Ianuarij 1610. Rimin.Iun.cons.212.n.21. lib.2.& cons.355.nu.7.lib.3.* vbi multis similibus comprobat *Manuell.cons.15.n.*
31 *25.lib 4.* † Dummodo tamen non appareat, quod fuerit facta relatio super capitibus diuersis, nempe super qualitatibus bonorum allodialium, seu feudalium, de quibus primi periti non deposuerunt, cùm tantum deposuissent de quantitate reddit
uum, vt in casu dictæ decisionis *Romana castri Fiani in fi.* tunc enim cessat illa ratio infinitatis, quæ est vi-
32 tanda, † cum semper diuersis capitib. fuerit facta relatio, & sic diuersitas iuris inducitur, *l. interpositas, C.de transact. Albert.in leg.si ex plagis, §.in cliuo, ff.ad legem Aquil.Osasc.decis 99.num.34. Rimin.Iun. cons.252.nu.80.lib.5.*

Quibus addendum est, quod si esset aliquis casus, in quo lex, seu constitutio antiqua inuenisset certum
33 remedium alicui causæ † ex iudicio peritorum, tunc gesta vigore primæ legis non irritabuntur per magis peritos admissos per legem nouam superuenientem, vt in specie concludit *Felin.in c.proposuisti 4.ad fin. vers. tertio nisi esset aliquis casus, de probat.* vbi etiam notat, quod isti peritiores non admittuntur, quando lex succurreret de alio remedio aduersus peritum, qui dolo, vel imperitia partem læsisset, *l.si propter.& l.si duobus, §.fin.ff.famil.ercisc.*

Et hæc sufficiant pro complemento præsentis capitis, & huius tertij tomi ad laudem, & gloriam Dei Optimi Maximi, cuius correctioni me in omnibus submitto, Tu interea bonæ mentis Lector faue fauentem, & ama amantem, & si quid est, quod minus pro vestro omnium gustu, scitote me scripsisse, quæ visa optima, & vtilitatem iuuandi prætulisse gratiæ placendi; Noui calumniarum, conuiciorúmque plena quid igitur respondeã dicteria, & conuicia? non est meum, & ita adhuc vixi, scripsique, vt nemo de me, de nemine queri etiam ego possim, & vt scopulus assilientes vndas sine motu vllo suo frangit, sic ego conuiciatores istos sine acerbitate vlla, aut ira. Sat est mihi, vt boni omnes auctoritatis suæ clypeo me meaque tegant; Nam quod isti ea calumniantur, aut carpunt, nihil est, immo hoc quoque boni augmentum talibus displicere; Cœlum re vera patria nobis, & vt radij Solis per terram sparsi, è cœlo, & in cœlo tamen sunt, sic noster animus quanquam in terra, humilia ista spernat, versetúrque apud originem sui.

FINIS.

APPEN-

APPENDIX

Eorum, quæ prætermiſſa ſunt in locis infra notatis collocanda.

CAPVT CCCCXXVI.

N.29.in fin. *poſt verb* de verbor.obligat.

In ſimili caſu fuit dubitatum de veritate eorum, quæ in præſenti capite fuerunt definita & quidem allegabantur multa, ex quibus prima facie poterat reddi dubia concluſio firmata, quod ſoluto matrimonio non debeantur marito fructus dotis, cùm immò diceretur illos deberi, tanquam onera matrimonij non extinguantur per mortem vxoris, quando ſuperſunt liberi, qui ſunt reliquiæ, & pars onerum matrimonij *Bart.in l.poſt dotem.nu.29.vbi Rom. col.15 verſ quartodecimo ff. ſolut.matrim.Calder.conſ. 1.col.1.ad med de donat.int.vir.& vxor.Soc.Iun.conſ. 35.n.16.lib 1 Bero.conſ.140.n.10 lib.2.Brogni.deciſ.22. n.18.p.4.Rot.coram R.P.D. Rembaldo.Ceſenaten ſupra dotis 2.Decembris 1616 & co: ā R.P.D.Pamphilio.Senogalie.dotis.26.Iunij 1606.*& notat etiam *Coſt. clauſul.351.in verb.pro oneribus matrimonij nu.1.* vbi, quod non dicitur ceſſare cauſa onerum matrimonij per obitum vxoris cum filiis, qui ſunt pignora coniugalis affectus, quorum educatio reponitur inter onera matrimonij *Cæſar Manentes conſ.14. num.10. & in tract.de inell.p.14.n.79.* vbi in ſpecie concludit contra *Ioan.de Anan.Lup.& alios in hoc capite allegatos*, quod debeantur marito dicti fructus dotis poſt mortem vxoris extantibus liberis, & iſtam educationem filiorum vltra alimenta vxoris cōſiderant Doctores pro oneribus matrimonij, vt per *Soc.conſ. 9 nu.13.lib.1.Rom.conſ.517.col.2.poſt med.verſ.volens quod ſecundum dotis redditus. Gibr.conſ.153.n.6.verſ. nam dos quidem lib.1.per tex.in l.ſi filia.20. §.filiusfamilias.in fin ff.fam.erciſc.l.ſi is qui ſtichum 57 §.ibi dos ff.de iur.dot.Albenſ.conſ.315.n.6.lib.1.Franc.deciſ.283. nu.14.Corrad.de contract.qu.35.tract.2.concluſ.5 Beer. conſ 6 nu.10.cum aliis per Brognin.deciſ.22.nu.18.p 4. Barboſ.in rubr.ff.ſolut.matrim.p.4.nu.13.*

Verum non eſt recedendum à ſuperius firmitatis, cum iſta onera matrimonij quo ad filios non cōſiderentur principaliter, ſed ad alium effectum vt dictum eſt *ſupra nu.14 & 15.* vbi reſpondetur omnibus, quæ ex aduerſo adducuntur, cum ad idem ſemper tendant, maximè, quia ſufficit auctoritas Rotæ vltra auctoritates Doctorum, quæ præponderant aliis contrarium ſequentibus, & quidquid alij aliter ſentiant, verius eſt, quod dos principaliter detur, vt deſeruiat oneribus matrimonij, quæ conſiſtunt circa vxoris alimentationem, vt per *Surd.de alimen. lib.1.q.15 n.8.per text.in l ſi is qui.§.ibi dos.& l.dotis fructus ff.de iur dot.l.actione,§.ſi. cum l.ſeq.pro ſocio ſi maritus.& l.ſi filia, hoc amplius. ff. famil. erciſ.l.pro oneribus C de iur.dot.*

Quamuis tamen in prædicto caſu non deberentur fructus ex ſupra adductis, tamen debebantur ex aliis rationibus & præſertim ex illa, quia aderat expreſſa conuentio probata ex pluribus litteris, & aliis iuribus, in quibus fuerunt promiſſa iſta interuſuria, & licèt in eis non detur taxatio certa, tamen fuit verè probatum huiuſmodi intereſſe, immo maius, cùm per agentem ad dotem, de qua erat quæſtio, ſoluerentur propter retardationem illius maiora interuſuria aliis ſuis creditoribus, quo caſu poteſt taxari intereſſe, etiam in mutuo nedum in dote, & illud erit ſoluendum, quamuis etiam probaretur per coniecturas, nedum per veras probationes, vt latè dixi *ſupra c 387.per tot.* vbi etiam, quod ſæpè ita reſoluit *Rot.in cauſa Ianuen.pecuniar.coram Card.Lancellotto 6.Iunij 1611.& in eadem cauſa coram R P.D. Vbaldo, 1.Maij 1613.Corrad.de contract. qu.35.tract.2. concluſ. 5.Menoch.conſ.1027.n.5.lib.11. Alex.conſ.27.n.11.lib. 4.Dec.conſ.39.n 5 verſ & ad hoc eſt notabilis deciſ.poſt Bald.in l.rogaſti.§.ſi tibi.col.1.in fin.& ibi Purpur.nu. 39 & 51.ff ſi cert.pet.* Cùm etiam fuerit cœptum ſolui per reum conuentum, quo caſu erat danda interim manutentio, quamuis prætendatur conuentio nulla iuxta deciſionem *Rot.coram Card.Ludouiſio.Callien. fructuum.10.Februarij 160:.& dixi ſupra c..* Et quāuis prætendatur ignoranter fuiſſe factā talem conuentionem, tamen contrarium apparebat in facto, in quo probatum fuit reum conuentum conſuluiſſe peritiores, à quibus habuit reſponſum, quod fructus dotis non debebantur ſoluto matrimonio, vnde non poterat allegari aliqua ignorantia iuris, cùm ſcienter omnia geſta ſint, licèt etiam neque ignorantia iuris excuſaret *ca.ſi in laicis.38.diſtinct. l. late culpæ 223.ff de verb.ſignific.l.leges.C.de legibus Surd. 374.n.20.lib.2.Pariſ.conſ.69.n.88.lib.3.* Et admittuntur ſimiles cōuentiones de ſoluendis fructibus, ſeu interuſuriis, etiam ſoluto matrimonio, vt in cauſa *Romana fructuum dotis coram R.P.D. Penia 12.Iunij 1606.* vbi etiam, quod quamuis ſtatutum Vrbis requirat in iſtis fructibus interpellationem iudicialem, tamen etiam per æquipollens poterit ſatisfieri huiuſmodi interpellationi, ita debitor agnoſcendo bonam fidem haberi debeat pro interpellato, cum aliis, de quibus latè *in dict. deciſione.* Quare bene fuit iudicatum, quod talia interuſuria debeantur, non ſolùm in prædictis rationibus, ſed ex multis aliis plenè adductis in capite particulari, quod non potuit hic inſeri, cùm iam completa eſſet impreſſio totius operis.

CAPVT CCCCXXXII.

N.15.in fin. *poſt verb.* quæ ſeruanda ſunt.

Circa aliud quæſitum, An extincta domo ſit extinctus cenſus, communis eſt concluſio affirmatiua quod cenſus ſit extinctus vt per *Ioan.de Lignan.in c.in ciuitate.& in c.fin.qu.1.de vſur. Nauar.in commentar.c. 1.cauſ. 14.qu 3.nu.90.cum ſeq. Valaſc.de emphyteuſ.q. 31.num.10.Sarment.lib.7 ſelectar. interpretat.cap.1.n. 31.Boccac.de interdict.vti poſſidet.cap.18.de cenſib.nu. 26.Laſart.de decim. vendit cap.10. num.18.* Et quidquid aliter ſentiat *Couarr.lib.3. variar.reſolut. cap.7.*

nu.5 Sot.de iustit.& iur.lib 6. quæst.5.art.1. conclus.4. Mascen.in l.1.gloss.1.num.5 tit.15.lib.5.latè Felician.de Solis de censib. 1.*cap.8.nu.* 19. Contra eos est verior opinio,& magis communis, vt testatur *Gutier. practic.quæst.lib* 2.*quæst.*187.*nu.*7. *cum seq. Parlador.rer. quotid.cap* 3.*nu.*53.*Salazar.de vsu & consuet cap* 11.*n.* 74.*Cenall.qu.*312.*nu* 6. vbi, quod ita fuit iudicatum *Redoan.de reb.eccles. non alienand.rub condit quibus ann.cons licet.om.& verd.post n.*5.*fol.*108. *Azor.instit. moral.p.*2 *lib.*10. *cap.*5 *qu.*3. Quod maximè procedit stante Bulla Pij V. in qua expressè fit mentio de interitu rei in parte,& in totum,ob quam census perimitur, vt etiam notat *Gutier.pract.quæst. lib.*2. *qu.* 177. *post princ. vers. id quod hodie summus Pontifex.* Cùm etiam adsit ratio,quod ex censu causatus in re ipsa quoddam ius reale *Faber.ad §.item seruiana col.* 9.*instit.de actionib. Gama.decis.lusitan.*45. *Padill.in l. prædia C.de fideicommiss.Specul de emphyt.§.nunc aliqua vers.octuagesimosexto.Felician. de censib.*1.*lib.*4. *colum.*5 *post med vers.non nego diffi.ilè videri. Gutier. cons.* 18.*n.*77. *Couar.lib.*3.*var.resolut.cap.*7.*nu.*6. Vnde re perempta consequens est, vt perimatur ius ex censu productum,& in dicta re causatum *l.*1.*C de iur.emphyt.* Maximè,quia census est vera emptio,& venditio, & res empta, quæ interiit post traditionem,perit emptori,non venditori *l.*1. *C.de peric. & commod.rei vendit.*

Neque obstat, quod remaneat obligatio personalis venditoris census, ob quam remanet actio integra ad redditus annuos exigendos, vt per *Couar. Sot. & alios*,de quibus *Felic.de censib.lib.*1. *c.*8.*nu.*19. Quia venditor obligat se.& sua bona,non quod illa censui subiiciat,sed vt faciat tutum,& securum emptorem ratione euictionis rei,in qua census fuit impositus,& vt idem emptor habeat actionem personalem exigendi fructus extante re,in qua census consistit,non autem quod ea pereunte sit amplius obligatus,cùm stante obligatione personali citius possit satisfieri creditori quo ad sibi promissa in venditione census *Gutier.pract.quæst.lib.*2 *cap.*177.*n.*7.*ad fin. Azor.instit.moral.part.*3.*lib.*10.*c.*5. *qu.*3. Et hæc sunt addenda ad *cap.* 482. cùm in epitome eiusdem capitis fuerit proposita hæc quæstio, cùm tamen postea nulla mentio ibidem de ea facta fuisset; An autem in censu possit opponi exceptio sterilitatis,alias Deo dante videndum erit,& ponit *Felician.de censib.lib.*1.*c.*8. *in fi.vers. ex quo dissensio.Salazar. de vsu & consuet.c.*11.*n.*91.*Franc. Garzias de cõtract.p.*2.*c.*4.

CAPVT CCCCLX.

N. 33. in fin. *post verb* tom 17.fol.6.

Et quod dictum est de confusione vnius domus emphyteuticæ cũ alia domo etiam emphyteotica, non obstat, quia ista confusio non impedit retractum cum in similibus casibus prouideatur,vt fiat planta vtriusque domus, & registretur in libris ecclesiarũ, ad hoc,vt si contingat casus deuolutionis,quælibet ecclesia sciat confines suæ domus quæ reaptatur sumptibus hæredum, & successorum primi acquirentis, & ita passim seruatur in huiusmodi casibus, & est tuta prouisio, cùm non debeat tolli ius vicini volentis retrahere, cum sufficit habere qualitates Bullæ & vtile dominium, ex quo potest vendicare rem sibi contiguam, vt dictum est *supra nu.*3.

CAPVT CCCCLXXXII.

N.8.in fin.*post verb.* de lit.contestat.

Quare neque capitulum potest alterare, nec immutare formam ecclesiæ antiquitus constitutam cùm temporis antiquitas pro lege habeatur *l.*1 *§.denique ait.& in leg. summa in princ. de aqua pluu. arcend.* si enim per capitulum hoc licitè fieret,sequeretur absurdum, quod posset reuocare legem superioris, quod tamen neque ei permittitur etiam cum auctoritate sui Archiepiscopi, quia inferior non potest tollere legem superioris *l.minor autem magistratus ff.de minor.l.g.ille à quo §. intempestiuum. ad trebell. clem. ne romani. de electio.* & in proposito de Capitulo notat *Aym.cons.*170. *num* 7. vbi ampliat, quod neque Legatus posset hoc facere, cùm non valeat tollere consuetudines antiquas ecclesiæ,licèt posset limitare *Bart.cons.*136.*nu.*1.*lib.*1.

CAPVT CCCCXCVIII.

N. 36.ad fin.*post verb.*venæ seni.24 Februar.1592.

Et de statuto Vrbis, quod non procedat in contractu dotis,& donationis,propter nuptias,nec in dependentibus à matrimonio notat *Capuaq.decis* 3.*nu.*2. *&* 3 *p.*3. *& decis* 199.*n.*1.*ead.p.Rot coram Card.Blanchette.Romana euictionis.*23.*Martij.*1588.*& coram R. P.D.Comitulo.Toletana p.cuniaria.*16 *Januar.*1590.

CAPVT CCCCCI.

N 4.in fin.*post verb.* quinto quæro de iur.iur.

Et passim admittitur dicta opinio, quo talis confessio habeat tantùm vires à die recognitionis, non antea,vt etiam voluit *Ang. in l. fideiussor vero. in textu ibi præsentibus Cod. de fideiussoribus Marsil. singul.* 135. *& singul.* 484. quos refert,& sequitur *Gutier. pract.quæst lib.*1.*quæst.*125.*numero secundo in fin.* quod etiam notat *Perez in leg.*4.*titul.*8.*lib* 3. *ordinament. colum* 1090.*versicul.contrarium.in fin Suarez de Paz. in prax.cap.*1.*part.*4.*tom.*1.*num.*31.*Rebuff.chirograph. & scedular. recognition.in præfat.numero* 26 *&* 8. *& articul.*1.*numer.*21.*tom.*1.*fol.*193. Vbi tamen limitat, dummodo ille tertius non haberet causam à scribente, quia illi præiudicabit *leg. ex facto §. lucius. ff de except. rei iudic.l. repetita. de fid. instrum. Henric.Bosch.in c.si instrument.eod.tit.* Et dummodo simus in scriptura munita subscriptione trium testium masculorum cum hypotheca, & obligatione bonorum, quia tunc illa habetur pro publica, & ideo à tempore datæ ipsius incipiet prælatio, iuxta *leg scripturas (.qui potior.in pignor.habeant* Cùm antiquitas incipiat à die recognitionis in aliis scripturis prætetquam in istis,quæ habent vim instrumenti publici,vt in specie ita declarat *Gutier. pract.qu. lib.*1.*qu.*125.*nu.*3.*&* 4.*Rebuff.de chirographor. & schedular.recogn.in præfat.nu.*81.*vsque ad* 84.

CAPVT DIV.

N.19.*post verb.* decis.179.n.3.

Quibus adde *Curt.Sen.cons.*27. *col.pen.ad med. num.*57. vbi etiam tenet opinionem *Bald.in d.l. neque maior. num.*3.

num.3. Cod. de iurament. dot. dum voluit, quod statutum loquens de dotata à patre, seu fratre non procedit, si filia dotetur de bonis maternis seu propriis ipsius filiæ, & mouetur *Curt.* ob rationem supra adductam, quia illud verbum, dotata, significat ius, non actum nudi ministerij, ad quod etiam allegat generaliter, & nimis vage, prout nos fecimus *Anchar. repet. canonum statuta de constit.* Idem etiam quod dictum verbum sit iuris voluit *Gabr. cons. 5. n. 45. lib. 1.* vbi, quod similia statuta non considerant laborem, modú, & ministerium, sed ius, & effectum *Ias.* qui multa adducit *in leg. vt liberis, nu. 6. Cod. de collat.* vbi *Addit. in verb. existentibus in prine.* allegat etiam *Anchar.* ita generice *vt supra Castr. cons. 196. in puncto queritur de quadruplici hæreditate, nu. 4 colum. penultim. lib. 1.* vbi quod non attenditur, quod pater dotauerit de bonis maternis, nam ipsa mater censetur dotasse, non pater, qui præbuit nudum ministerium *Bald. in leg. 1. Cod. de legit. hæred.* & prædicta esse multum notanda dicit *Natt. de statut. excludent. fœmin. quæst. 2. num. 70. Campeg. eodem tract. quæst. 15. num. 70. Caroc. in addit. ad Dec. cons. 106. num. 7.*

CAPVT DXVII.

N. 19. in fin. *post verb.* & ibi multa in additione.

Notandum est tamen circa illud, quod supra dictum est *num. 12.* de pecunia magnæ quantitatis, cuius alienatio non datur absque solemnitatibus; quod istud procedit, quando illa esset reinuestienda in vtilitatem ecclesiæ, tunc enim æquiparatur rei immobili, prout ita loquitur decisio *coram Cardinal. Pamphilio. Veneta prædij bonorum seu nullitatis contractus. 13. Nouembris 1602. Surd. decis. 287. nu. 13. ad med. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. nu. 105.* & ita etiam loquuntur *Bero. & Rodoan. in dict. decisione Veneta allegat coram Card. Pamphilio.* Quod etiam voluit *Gutier. de tutel. part. 2. cap. 5. num. 45. post med.* vbi, quod talis pecunia magnæ quantitatis non differt à stabilibus, ideo non potest alienari absque decreto, & ibi etiam allegat *Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 38. num. 8. & Gregor. Lop. in leg. 14. titul. 11. part. 4. glos. 2.* & notat etiam *Anan. in cap. licet hely. 31. numero 31. num. 7. de simon.* argumento *Glos. in cap. ind. de his quæ fiunt à prælat.* vbi, quod res pretiosa mobilis censetur stabilis, quod etiam tenet *Angelus in summa in verbo alienatio. num. 6. in fin.*

Quamuis contrarium concludat *Siluest. in summ. in verb. alienatio. num. 7. in fin.* vbi quod licèt Prælatus dicatur dilapidator, & reprehensibilis expendens magnam pecuniam ecclesiæ, Nihilominus non venit contra iura loquentia de alienatione immobilium, alioquin ecclesiæ daretur repetitio, quod tamen non est verum, & sequitur *Boer. decision. 209. numer. 5. post med. vers. & idem sequi videtur folio 371.* vbi testatur hanc esse veram opinionem Tunc autem pecunia ecclesiæ dicitur destinata ad rem aliquam immobilem emendam, quando cum Superioris auctoritate, & clericorum consensu ad id retinetur, & seruatur, vt si Superior Collegij adhibito clericorum consensu hanc, aut illam pecuniarum summam reseruari decreuerit ad effectum, vt ea ea res immobiles emantur *Azor. in summa. lib. 9. parte 2. cap. 1. col. 4. quæst. 5. in fin. fol. 609.*

CAPVT DXIX.

N. 45. in fin. *post verb.* dixi supra cap. 154.

Contraria autem procedunt quo ad proprietatem, quam maritus transiens ad secunda vota tenetur reseruare filiis prioris matrimonij, sicut vxor secundo nubens, quæ transeundo ad secundas nuptias, debet conseruare omnia quæsita ea successione filiorum primi matrimonij, omni & quacumque alienatione, & dispositione interdicta, cum hoc casu non succedat, nisi in solo vsufructu *Glos. Ang. & alij in §. hinc nos auth. de nupt. Salic. in l. fœminæ. § illud. C. de secund. nupt. Gabr. conclus. 4. nu. 1. & 3. eod. tit.* Neque enim in hoc differunt pater & mater secundo nubentes, sed dispositum in vno habet locum in alio tanquam in vtroque adsit eadem ratio, vt in specie concludit *Glos. in dict. §. illud. in verb. possessione delata. & ibi Salic. nu. 4. Sicard. nu. 2. Gabr. dict. conclus. 3. nu. 3. Boer. decis. 187. num. 1. Dec. cons. 67. nu. 5. Ioan. de Garron. in auth. ex testamento n. 44. C. de secun. nupt. Gail.* qui de communi *obseruat. 98. num. 3. lib. 2 Castil. de vsufr. cap. 2. lib. 1. nu. 14. Bursat. cons. 12. nu. 1. lib. 1. Roland. cons. 95. nu. 8. vsque ad 14. & nu. 44. & 50. lib. 1. Ceph. cons. 561. n. 1. & 6. lib. 4. Paris. cons. 29. nu. 94. lib. 3. Rot. coram R. P. D. Orano. Romana restitutionis lucri dotis. 2. Decembris 1595. & coram R. P. D. Caualerio Romana successionis de Armentariis & coram R. P. D. Buratto. Romana hæreditatis & paragij dotis 1. Decembr. 1614.* vbi etiam, quod procedit in dote lucrata vigore statuti Vrbis iuxta magis cõmunem, & veram opinionem, de qua testatur *Gutier. pract. quæst. lib. 2 qu. 96. nu. 20.* per doctrinam *Bald. in auth. ex testamento. num. 6. & in auth. vxori. Cod. de secund. nupt. Rip. in leg. fœmina, n. 45. qu. 61. Cod. eod. tit. Couar. de sponsalib. part. 2. cap. 3. §. 9. nu. 7. Pinell. in l. fin. nu. 2. C. de bon. matern. Gabr. de secund. nupt. conclus. 1. ampl. 9. Boer. decis. 185. nu. 8 & 9. Roland. de lucr. dot. qu. 86. nu. 7. Fanuc. eod. tit. glos. 8. nu. 13. Bursatt. cons. 12. nu. 6. lib. 1. Surd. cons. 164. n. 19 & 20 lib. 2. & cons. 196. n. 15. eod. lib. Albens. cons. 68. nu. 4 Rot. coram R. P. D. Orano Romana restitutionis lucri dotis. 2. Decembris 1596. & coram R. P. D. Buratto Romana hæreditatis & paragij dotis 1. Decembris 1614.* vbi etiam, quod ista pœna transibit in hæredem, quamuis non fuerit declarata contra viuentem *Rip. in leg. fœmina. nu. 30. Cod. de secund. nupt. Peregr. cons. 78. nu. 9. in fi. Rimin. Iun. cons. 295. nu. 72. in fin. lib. 3. & cons. 569 nu. 71. lib. 5. Soc. Iun. cons. 71. n. 3. & 11. lib. 1. Gabr. conclus. 4. ampliat. 26. nu. 49. de secund. nupt.* ob illam rationem, quia dicta pœna est imposita ipso iure, *Id. in Gabr. concl. 1 ampliat. 4. nu. 10. eod. tit. Corn. cons. 109 col. pen. vers. cum itaque nubens, lib. 3. Ioan. de Garonibus in l. generaliter, n. 93. Cod. de secund. nupt.* Intelligendo de liberis, ad quos dictum ius querelandi transmittitur, non autem ad hæredes extraneos *Aym. cons. 142. num. 6. per text. in auth. ad eos. C. de secund. nupt. Bertrand in leg. hac edictali. n. 15. vers. si vero plus, C. eod. tit. Castr. cons. 368. præsupposito quod præfatum decretum colum. 2. post med. vers. sed unum est lib. 2.* Quæ etiam procedunt in dote constituta à marito, quæ reseruanda filiis *Castren. consil. 149 & cons. 150. lib. 1. Rip. in leg. fœmina num. 50. Cod. de secund. nupt. Surd. cons. 214. n. 21. lib. 2.*

Cum etiam ista lucra descrantur propter matrimonium, quibus debent priuari qui contra matrimonium delinquunt, ita vt statutum recipiat interpretationem à iure communi dummodo secundo non nubat *Bald. in auth. ex testamento, num. 6. Cod. de secund. nupt. & in auth. vxore. Cod. eod. tit.*

CAPVT DXXXIV.

N.57. in fin. *post verb.* cum vulgaribus.

Nec facit, quod quamuis permittatur locatori ob necessitatem inopinatam recedere à locatione, non tamen hoc est permittendum inquilino, qui non habet ius ita pingue, prout dominus, vnde non est inferendum de vno ad aliud, vt in specie concludit *Barbat. in cap. propter sterilitatem. col. 4. locat.* Quia omisso, quod auctoritas *Barbat.* est contemnenda ob causas, de quibus per *Caluan. cons. 1. & Menoch. de recup. possess. remed. 14. num. 57* quas modo non est opus referre, Respondetur illius opinionem, & aliorum, qui eum sequuntur non esse veram, nec rationabilem, Nam ad hunc effectum recessus à contractu locationis, tam conductor, quàm dominus æquiparantur, & dispositum in vno censetur dispositum in alio, vt concludit in specie *Abb. in cap. propter sterilitatem. n. 7. & 8. & ibi Ioan. Andreas col. 2. post med. vers. & sicut locator domus & ibi Imol. col. 16 in princ. vers. an autem conductor aliqua causa subsistente, num. 51. Henric. Boic. col. 3. in princ. vers. & hac vera Card. in §. verum. nu 3. & 4 Butr. in 6. locat. Fulgos. in l. cum plures. & in l. si in lege §. si domus. ff. eod. tit. Marsil sing. 655. in fin. Bou. decis. 249. nu. 9.* vbi expresse reprobat *Nicol. de Matar.* in quo se fundat *Barbat.* propter eandem rationem æqualitatis, quæ militat in conductore, prout in locatore, & idem in proposito concludit *Roland. cons. 69. nu 23 vsque ad 28. lib. 4. Socin. Iun. cons. 120. nu. 3 vsque ad 6 lib. 3.* vbi in specie loquitur de simili recessu conductoris, & clare etiam voluit *Alber. in leg. 1. § si pe. sio. ante fin. de migran.* vbi quod necessitas personæ inquilini, & locatoris æquiparantur ad effectum recedendi à locatione, soluta pensione pro rata vsque ad tempus necessitatis recessus, vt seruetur æqualitas §. *illud quoque. ad fin. auth. de non alieng. seu perm. rebus.* & concludunt omnes supra relati *in dict. cap. propter sterilitatem.* Ita vt non sit curandum, quod contrarium sequantur *Couarr. pract. quæst. cap. 30. col. vlt. ad fin. vers. immo excepta causa. n. 3 & Rip. de pest par 2. tit. de priuileg. contract. caus. pest. num. 19 vsque ad 22. & Rom. cons. 432.* cum præualeat auctoritas, & numerus supra allegatorum, Quamuis etiam *Couar. in d. c. 30.* licèt dicat se ita opinari, tamen postea adducit alios, qui contrarium tenent, quos etiam refert, & sequitur *Valasc. de emphyt. q. 22. ampliat. 6. nu. 6.* qui licèt ex aduerso dicatur, quod non concludit, Tamen vere id firmat, immo notat, quod ex parte conductoris sunt plures casus, qui non sunt ex parte locatoris, ex quibus illi permittitur recedere, videlicet lemures seu mali spiritus, & bellum, & pestis cum similibus relatis *per eundem Valasc. d. q 22. nu. 6. & 7 Menoc. in l. 2. n. 12. Cod. de transact. Couar. lib. 4. var. resolut. c. 6. Cagnol. in l. contractus. nu. 31. de reg. iur.*

Neque ratio adducta aliquid facit, dum dicitur, quod locator habet plus iuris, quàm conductor, ideo non mirum, si vni permittitur recedere à contractu, & non alteri, Quia ro ista causa recessus non consideratur, quod quis habeat plus iuris, quàm alius, sed solum quod quemadmodum in locatore debeit consensus, qui non locasset, si huiusmodi necessitatem præuidisset, ita etiam in conductore, qui habuit similem causam defectus consensus, qui non conduxisset si cogitasset de mutatione status, ob quam non permitteretur frui re locata, semper enim lex prouidet ei, qui non potuit præcauere talem necessitatem, ideo si de illa potuisset cogitari, non est locus migrationi. *Imol in c. propter sterilitatem. nu. 19. loca. Ang. in l. ædem. vbi Bald. num. 11. C. eod. tit. Pract. Papien. in form. libell. ad pst prastat. in verb. nonobstantibus. num. 5. ad med. cum aliis per Magon. decis. luc. nf. 75. nu. 6 vsque ad 9.*

Neque obstat, quod potest esse consultum conductori, cum possit alicui locando sibi prouidere, quod ei permittitur *l. nemo p. obibetur. Cod locat.* Quia etiam locator poterit aliam domum accipere, & tamen omnes concludunt, quod contractus rescinditur in totum, & inquilinus de iure potest expelli, vnde etiam hoc idem permittendum est conductori, qui potetit recedere non considerato, quod possit domus locari, cum æqualitas sit inter eos seruanda, & militet defectus consensus tam in vno, quam in alio *Rol. cons 69 nu. 25. lib. 4. Bour. decis. 249. nu. 9 cum aliis supra allegatis. Anchar. in c. propter sterilitatem. num. 12. locat.* vbi ex hoc in simili concludit de procuratore, qui intelligitur reuocatus ob mutationem status, quali deficiat consensus domini *l. si cum Cornelius, ff. de solution.*

CAPVT DXXXVII.

N. 12. ad med. *post verb.* postremo dico. lib. 2.

Et vltra viginti sex Doctores supra relatos additur pro vigesimoseptimo *Roland cons. 84. num. 7. & 10. lib. 3.* vbi etiam tenet, quod ista qualitas sit probanda, & ibi multa similia allegat de statuto puniente abducentem mulierem honestæ vitæ, bonæ conditionis, & famæ, tunc enim requiritur probatio istarum qualitatum, vt illa pœna habeat locum *Decian. cons. 575. col. 2. & in cap. 1. nu. 14 de appellat. Curt. Sen. cons. 55 col. 4. Paris. cons. 24 nu. 17 lib. 3.* Et de statuto, quod probetur mors decedentis extra territorium per testes optimæ conditionis, & famæ, nam etiam tunc non dicetur probata mors nisi quoque probentur dictæ qualitates *Alexand. cons. 81. col. 2. lib. 1. Ang. in leg. 2. §. si quis neget ff quemadmod. testam. aperiant. & in leg. vel ascaro. eod. tit. Socin. cons 96 col. 2.* & vltra dictos vigintiseptem Doctores, quod talis qualis sit probanda in materia *d. l. scripturas. dixi dec. March. 94. in fin.* vbi ita tenuerunt quinque Doctores eiusdem Rotæ Iudices, qui si connumerentur cum aliis augebitur numerus ad triginta duos, quamuis omissis tot auctoritatibus magis ista sententia sit tenenda ex rationibus supra adductis.

FINIS.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

STatuerat Auctor huic operi addere cum argumentis, rationibus, & auctoritatibus consuetis conclusiones de quæstionibus vtriusque iuris, quas à teneris annis adolescens publicè triduo defenderat; Sed ne huius tomi editio differretur, summa tantum capita nunc apponit, postea maiore commodo cætera editurus.

ANTONIO CARDINALI CARAFÆ STEPHANVS GRATIANVS ROMANVS S.

RECEPTA iam prope ab omnibus consuetudo est, vt qui studiorum in vtroque iure suorum circulum confecerunt, sententias aliquot ex vtraque desumptas publice defendendas suscipiant, vt specimen aliquod exhibeant, & ingenij sui, & operæ in studiis non infeliciter collocatæ. Quod cum ego quoque, qui honestas consuetudines pro legibus habendas esse didici, facere aliarum exemplo pararem, Veritus non sum, pro singulari humanitate tua, quæ & in ipso vultu ac sermone elucet, & vno ore ab omnibus deprædicatur, te mihi Patronum adsciscere, easque Illustrißimo Nomini tuo dedicare. Idque eo magis magni faciendum esse duxi, quod tu, cum aliarum laudandarum Artium scientia mirabiliter ornatus es, tum singulari vtriusque Iuris intelligentia excellis. Accipe igitur æquo animo, CARDINALIS AMPLISSIME, has tenues vt ingenij mei primitias, primosque laborum meorum fructus; ita perpetuæ erga te meæ obseruantiæ prima monumenta: mihique annue id, cuius iampridem incredibili cupiditate ardeo, vt me in eorum, qui à te pendent, qui tuo præsidio nituntur, qui clientes teneri & haberi, & esse cupiunt, numerum non inuitus admittas. Vale.

Permissu D. LAVRENTII BLANCHETI Sacri Palatij Apostolici causarum Auditoris, & publici Romani Gymnasij Vicerectoris STEPHANVS GRATIANVS ROMANVS infrascriptas quæstiones, & conclusiones ex vtroque iure depromptas aduersus communes, & receptiores Doctorum sententias tueri conabitur.

1 VTRVM Inuocatio Diuini Nominis sit de substantia instrumenti in locis, in quibus de consuetudine apponi solet.

2 Non tenet electio facta de clerico existente in peccato mortali.

3 Abbas renuncians Abbatiæ remanet Monachus illius Monasterij.

4 Clerici non iure diuino, sed humano à iudicibus, & iurisdictione seculari sunt exempti.

5 Confessio clerici facta coram iudice seculari non facit indicium ad torturam.

6 Vicarius generalis Episcopi est Iudex delegatus, non ordinarius.

7 Ex pluribus iudicibus delegatis ad vniuersitatem causarum non potest vnus solus à principio sine aliis cognoscere.

8 Si vnus ex pluribus iudicibus, dicta sua sententia, cum alios in eam trahere non posset, discesserit aliorum sententia tenet.

9 Si dati sint duo iudices ab ordinario cum clausula, quod si non omnes, & eorum alter, vt suspectus, recusatus sit, Causa recusationis huiusmodi non debet coram alio delegato tractari.

10 Vtrum dispositio cap. si contra vnum, de offic. deleg. lib. 6 procedat, quando dati sunt plures iudices cum clausula, & eorum cuilibet.

11 Causæ omnes status, seu ingenuitatis & libertinitatis, siue seruitutis & libertatis, siue etiam reuocationis in seruitutem, indistinctè indelegabiles sunt, nec minoribus iudicibus iure magistratus competunt.

12 Licentiatus neque in fauorabilibus gaudet priuilegiis doctoribus concessis.

13 Ex contractu Principis cum subditis initio etiam ciuilis oritur obligatio.

14 Incerta promissio neque de iure Canonico valet.

15 Apocha de recepto Procuratoris habentis mandatum ad exigendum, vel pecuniam recipiendam domino præiudicat.

16 Excommunicatus conuentus non potest per se in iudicio se ipsum defendere, sed tenetur procuratorem constituere.

17 Minor enormiter læsus in renunciatione beneficij ecclesiastici restituendus est, etiam postquam fuerit alteri beneficium collatum.

18 Minor vel ecclesia non sunt in integrum restituendi post conclusionem in causa ad probandum causas recusationis Iudicis, quæ ante eiusdem litis conclusionem ortæ fuerant.

19 Dispositio leg. in minorum, C. in quibus caus. in integr. restit. non est necess. non habet locum in ecclesia, neque in fisco.

20 Minor potest rixosum ad diuisionem prouocare, etiam si à testatore sit prohibitus, ne diuidat.

21 Minor non potest donare bona immobilia propter benemerita, etiam decreto Iudicis interueniente.

22 Pater legitimus administrator bonorum filij ad inuentarium conficiendum compelli potest.

23 Pater legitimus administrator, in casibus à lege permissis non potest bona filiorum absque decreto alienare.

24 Tutores, & Curatores non possunt sine decreto alienare bona pupillorum, etiam iuxta flumen sita, inundationumque periculis obnoxia.

25 In prorogatione termini non censetur repetitum iuramentum.

26 Iurans soluere compensatione satisfacit iuramēto.

27 Etiam si rei, quæ cum altera re venali permutatur, certa fuerit taxata quantitas, non tamen propterea adest vera emptio.

28 Non licet patrono, vel consanguineis venditionem liberti, vel consanguinei sui ad pretium participandum, ipsis etiam ignorantibus factam reuocare.

29 Mutuans pecuniam ad rem aliquā emendam, eandem rem tacito iure pignoris obligatam habet.

30 Si ex forma statuti prohibita sit rei alienatio in forensem non tamen censetur prohibita pignoratio, etiam pro integro ipsius rei valore.

31 Non tenet conuentio, vt res debitoris maioris pretij pro debita pecunia creditori sit empta, solutione per debitorem ad certum tempus non facta, etiam si talis res non fuerit propterea pignori hypothecæ obligata.

32 Quamuis pactum reuendendi in emptoris voluntatem sit collatum, fructus tamen emptor lucratur, nec eos resoluto cōtractu tenetur restituere.

33 Pactum legis commissoriæ in pignoribus, etiam ex interuallo appositum, non valet.

34 Idem legis commissoriæ pactum nedum in principali creditore, verum etiam in ipso fideiussore est prohibitum.

35 Hypothecaria conuentus, qui rem ipsam meliorauit, non liberatur præstando primæuam ante meliorationem æstimationem integre creditori non satisfacientem.

36 Vsuræ pretij non soluti iuxta dispositionem l. curabit. C. de act. empt. debentur venditori, etiam si emptor ex re empta nullos fructus perceperit, nec percipere potuerit.

37 Vtrum dispositio dict. leg. curabit procedat in promissione, & pacto de vendendo.

38 Non est locus dispositioni d. l. curabit. si venditor non dederit fideiussores de euictione.

39 Vtrum procurator ex propria pecunia nomine domini

domini fundum emens, & eum possidens pluribus annis non requisito domino, nec in mora constituto ad solutionem pretij teneatur dictum fundum ipsi domino cum fructibus perceptis restituere.

40 Venditore excipiente in specie euictionem, re postea euicta emptor ad pretium agere potest.

41 Venditori sciente non est denunciandа litis quæstio.

42 Data tamen communi iuramentum appositum in venditione non efficit, vt venditori scienti non sit facienda litis denunciatio. Ideoque interpellatio requiritur ad constituendum debitorem in mora, quamuis adsit iuramentum.

43 Etiam, cum notorium est emptorem fouere malam causam, necessaria est litis motæ denunciatio.

44 Emptori simpliciter denunciare litem motam sufficit, etiam non addito, vt veniat ad defendendum.

45 Per locationem ad longum tempus non transfertur, nec vtile dominium, & hinc dispositio l. fin. Cod. de iure emphyt. non habet locum in locatione ad longum tempus.

46 Successor singularis est præcise cogendus stare colono habenti specialem hypothecam absque pactione de non alienanda ipsa re, nec soluendo interesse poterit illum expellere.

47 Vtrum dispositio l. æde, C. de locat. habeat locum, si in instrumento locationis nominatim expressum sit de non expellendo conductore pendente tempore conductionis.

48 Vxor tenetur præcise stare locationi contractæ per maritum, dum ipse res dotales administrabat.

49 Locationi factæ ab ecclesia particularis successor stare non tenetur.

50 Lex penult. D. locat. reseruans colono ob sui culpam eiecto expensarum repetitionem, habet etiam locum in conductore ad longum tempus.

51 Res ecclesiæ consueta dari in emphyteusin vsque ad tertiam generationem, si detur vsque ad quartam, non valet etiam quo ad generationem permissam, sed in totum vitiatur.

52 Si emphyteuta nullis existentibus filiis, & nepotibus per plures annos absfuerit, & ignoretur vbi sit, & an viuat, vel non, ecclesia rem vti reuersam vindicare non potest, procuratore canonem soluere volente, donec fuerit de morte certificatus.

53 Prælatus non potest omissis solemnitatibus infeudare rem reuersam ad ecclesiam infeudari solitam.

54 Fœmina semel admissa ad feudi successionem propter non existentiam masculi, per eiusdem superuenientiam repellitur à feudo.

55 Dispositio c. potuit, de locat. habet locum non solum in emphyteuta ecclesiæ, sed etiam in emphyteuta priuati.

56 Re deuoluta ob finitam generationem, dominus non tenetur renouare consanguineis proximioribus emphyteusim, sed potest cui velit concedere.

57 Emphyteuta non potest repetere à domino impensas, quibus res melior est effecta etiam si finita sit emphyteusis per generationem, vel per tempus, sine culpa ipsius emphyteutæ.

58 Priuilegium concessum alicui, & eius descendentibus masculis, & fœminis, competit etiam fœminis nuptis.

59 Incerta dotis promissio, non speciali dotis priuilegio, sed iure communi sustinetur.

60 Duo specialia ex eodem fonte, & ad eundem effectum non solùm in dote, sed in omnibus aliis possunt concurrere.

61 Verba enunciatiua non propter se, sed propter aliud emissa, neque fauore dotis inducunt obligationem.

62 Priuilegium tacitæ hypothecæ competit etiam extraneo dotanti, & dotem sibi restitui stipulanti.

63 Confessio dotis receptæ à marito, etiam constante matrimonio prolata, non censetur facta animo donandi.

64 Tutor filio emancipato, vel in testamento minus solemni à Patre datus, à iudice confirmatus, testamentarius est, non datiuus.

65 Vtrum actor ad lites à tutore, seu iudice constitutus, subscribendo se tutorem, teneatur actione protutelæ.

66 Tutor impuberi arrogato à patre arrogatore datus est tutor quo ad omnia bona, quæ pupillus habet etiam non ab arrogatore.

67 Quarta quæ debetur filio impuberi arrogato ex constitutione diui Pij, est quarta omnium bonorum arrogatoris, non autem quarta portionis habitæ ab intestato.

68 Dispositio auth. nouissima Cod. de Inoffic. testam. procedit non solum in filiis legitimis, & naturalibus, sed etiam in filiis adoptiuis, & arrogatis impuberibus.

69 Spuriis etiam de iure ciuili debentur alimenta.

70 Generalis institutio filiorum porrigitur etiam ad filium, quem testator se habere ignorabat.

71 Institutio collata in alienum arbitrium, hoc modo, instituo quos Titius voluerit, captatoria non est, neque vt captatoria reprobatur.

72 Filius proprius, & nepos hæredis instituti ad hæreditatem simul, non ordine successiuo vocari debent.

73 Clausula derogatoria in primo testamento, etiam non solemni apposita, non facta de illa mentione, impedit validitatem secundi.

74 Clausula codicillaris in secundo testamento non tollit primam clausulam derogatoriam continens.

75 Generalis reuocatio in secundo testamento adiecta non tollit primam clausulam derogatoriam habens, etiam si decennium præcesserit.

76 Vtrum ecclesia hæres instituta teneatur ad inuentarij confectionem, aliàs vltra vires hæreditarias obligetur.

77 Sola animi destinatione, etiam si declarata non fuerit, hæreditas adita censeri debet.

78 Testes in testamento ad pias causas necessariò debent esse rogati.

79 Mulier neque in testamento ad pias causas, neque in codicillis potest esse testis.

80 Coarctato numero testium in testamento censetur proportionabiliter coarctatus in codicillis.

81 Beneficiatus facultatem testandi habens poterit & codicillos facere.

82 Minor prohibitus per statutũ facere testamentum, non intelligitur prohibitus facere codicillos.

83 Substitutio vulgaris non habet locum obtenta in integrum restitutione aduersus hæreditatis aditionem.

84 Legitimatus excludit substitutum, etiam non citatum.

85 Ad validitatem expressæ pupillaris substitutionis requiritur filium esse in potestate testatoris tempore conditi testamenti, nec sufficit, si sit tempore mortis testatoris.

86 Exemplis substitutio, quæ per superuenientiam sanitatis, infirmata est, redeunte morbo non conualidatur.

87 Reciproca substitutio duobus impuberibus facta, altero emancipato, in altero non extinguitur.

88 Filius, qui ex hæreditate patris nihil habuit præter legitimam, non prohibetur rem suam à patre alienatam in totum vendicare.

89 Filius à testatore alienare prohibitus vsque ad certum tempus, etiam intra illud poterit legitimam alienare.

90 Dispositio leg. fin. §. vltim. digest. de leg. 2. procedit etiam si res, quæ subiacet restitutioni, seu fideicommisso, fuerit expresse à testatore alienari prohibita.

91 Legatum filiofamilias relictum à patre eo inuito repudiari non potest.

92 Pater debitor dotis filiæ, legando eidem filiæ, non videtur animo compensandi cum dote legasse.

93 Confessio debiti facta in vltima voluntate non inducit fideicommissum.

94 Emens scienter ab hærede rem sibi pure relictam, non remittit fideicommissum.

95 In legato bonorum mobilium veniunt etiam fructus pendentes.

96 Grege ouium legato, si ante mortem testatoris gregis numerus fuerit diminutus, oues quæ supersunt non debentur.

97 Testator simpliciter legans fundum Cornelianum, quem communem habebat cum Titio, non portionem suam tantum, sed totum fundum legasse videtur.

98 Testator legans dimidiam fundi Seiani, cum tamen solùm esse dominus dimidiæ dimidiæ, censetur legasse dimidiam fundi partem, non dimidiam dimidiæ.

99 Legans fundum Cornelianum, etiam cum adiectione pronominis meum, intelligitur legasse, nedum portionem, quam tunc temporis habebat, sed etiam partem socij postea redemptam, ita vt totus fundus debeatur.

100 Legatum annuum Ciuitati, vel Ecclesiæ relictum, centum annorum spatio non finitur.

101 Testatore alicui legante vsumfructum domus, cum onere, vt seruitutem in ea constituat, aut non alienet, non intelligitur relicta proprietas.

102 Hæc conditio, si Titio nupseris, est conditio protestatiua, non mixta.

103 In ratione legis falcidiæ, fructus sati, non tamen adhuc nati, non augent hæreditatis æstimationem.

104 Mulier prohibita per statutum contrahere sine consensu propinquorum poterit absq; tali consensu donare causa mortis.

105 Donatio facta absenti, sine nuncio, & epistola valet, si aliquis motu proprio ipsi donatario denunciauerit.

106 Vtrum si facto Principis, flumen naturali alueo relicto ad aliam partem fluere cœperit, antiquus alueus acquiratur iis, qui prope ripam prædia possident.

107 Priuilegium l. miles, in princ. ff. de re iudic. cōpetit militibus, etiam contrahentibus extra castra.

108 Vtrum in causa fidei socius criminis sine tormentis admittendus sit in testem.

109 Pro defensione rerum licitum non est hominem occidere.

110 Dispositio cap. 1. de homicid. lib. 6. non procedit aduersus eos, qui conductis ad id Christianis homicidis alios Christianos occidunt.

111 Homicida etiamsi proditoriè, & per insidias occiderit, Ecclesiæ immunitate gaudere debet.

112 Vtrum mulier rapiens virum libidinis causa incidat in pœnas rapientis mulierem iuxta dispositionem leg vnic. Cod. de rapt. virgin.

Disputabuntur publicè in Almo Vrbis Gymnasio, Triduo, Prima die, quæ erit dies Dominica XXIX. Maij. Hora XIX. cum Doctoribus, sequentibus vero cum Scholaribus. Romæ, Anno Domini M. D. LXXXIII.

FINIS.

INDEX